DE IVSTITIA ET IVRE LIBRI DECEM;

Reuerendi P. F. Dominici Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclaris.

Et Cesareae Maiestatis Caroli V. Imperatoris quondam à sacris confessionis.

Libri profectò eruditissimi, nunc autem postremò post omnes omnium editiones, summo studio, fide, exactaq; diligentia recogniti. Quibus recens accessit Liber octauus, de Iuramento, & adiuratione. Septimò nimirum in Sextum reiectio.

Cum gemino Indice, altero Quæstionum, & Articulorum, altero Rerum & Sententiarum insignium, eoq; longè locupletissimo.



VENETIIS, M DCVIII.

Apud Petrum Mariam Bertanum.

WBP
2900 N.

DO

ADMODVM REVER. D.
D. CHRISTOPHORO MEDICES,
NOBILI BRIXIENSI,
ARCHIPRESBYTERO GAVARDI,
Domino meo colendissimo.

CVM multorum libros peruoluerem (Admodum Reuerende mi Domine Christophore) & morem quem vel auctores, vel eorundem impressores, in huiusce modi libris edendis obseruant conspicerem, nullum profecto inueni quin sub alicuius nobilissimi, atque doctissimi viri nomine fuerit in lucem productus. Quemadmodum etenim qui in agone contendit nobiliorem ducem quem nouit, in vitæ suæ defensionem, ne vi à multis opprimatur aduocat; sic qui opus aliquod in lucem prodit, & si non nisi à proteruis impugnari possit, alicui tamen doctissimo viro, illud committit, non quia solus nequeat ipsum tueri, sed quia eum altero potest eos vel omnino confundere, vel penitus ora concludere. Cum igitur præclarissimum opus Reueren. P. F. Dominici Soto Segobiensis, quod de Iustitia inscribitur & Iure, auro quidem purissimo pretiosius, & micanti car-

bunculo ſplendidius, rurſus decreuiſſem imprimere, vt laudabilem omnium morem proſequerer ſub doctiſſimi, & nobiliſſimi Domini Chriſtophori Medices Domini mei coleudiſſimi, tutela imprimendum curaui. Cui etenim alio librum hunc inſcribere debebam? Ad quem alium dirigere? Quis erat tibi præferendus? Quis anteponendus? Chriſtophoro namque, liber qui Chriſtum fert; & Chriſtophoro Medices liber qui animabus medetur erat donandus. Nobiliſſimo viro qui de nobiliſſima agit materia, & viro doctiſſimo, qui profundiſſimas ac difficillimas ſoluit quæſtiones, codex erat inſcribendus. Archipresbytero religioſiſſimo, opus quod de conſcientijs expurgandis tractat, erat mittendum, & demum patri (vt aiunt) ſpirituali, noua, & Chriſtiana quædam philoſophia erat tribuenda, vt eam filios ſuos, & filias doceret, vt per eam populos inſtrueret, vt ipſa duce profugus ad patriam reuocetur; cecus ad lucem veram quæ Chriſtus eſt reuerteretur, & impius ex hoſtis antiqui manibus excipiatur. Præterea opus hoc præclarum ad te dirigere ſtatui, quoniam ſi (vt Socrates aiebat) in bello ferrum auro præſtat in vita tamen, hoc eſt tempore pacis, eruditio præſtat diuitijs; Quare cum non me lateat, immo nec aliquem qui hiſtoriarum lectioni ſe dederit lateat, maiores tuos Atauos ſcilicet ac Proauos, locis ferè omnibus, ac oppidis, quæ Salodienſem lacum circunſtant, dominatos fuiſſe, & ſumma cum prudentia, atque iuſtitia eas optime rexiſſe, & præterea in bello ſemper victores extitiſſe; modo in vita, hoc eſt in ſumma tranquillitate, non ferrum vel aurum, ſed librum eruditiſſimum mitto, & quemadmodum maiores tui, milites quidem ſtrenuiſſimi, bellorum tempore, immortalem gloriam ſunt adepti, tu tempore pacis religioni addictus, & virtutibus inſiſtens, maiorem conſequaris honorem, & quod ipſi enſibus & gladijs contra viſibiles hoſtes fortiter fecerunt, tu lingua, doctrina, & ſanctitate inuiſibiles hoſtes, (prout etiam fe-

ciſti,

ciſti, & facis) eijcias indefeſſe. Hoc etiam addere, non ſuperuacaneum erit. Quodſi delectationes hæ quæ in ratione ſunt, eas omnes quæ ad ſenſum ſpectant, dubio procul excedunt, vt ex laboribus meis maximam quandam ſentias delectationem librum hũc tibi donare conſtitui. Namque vt Cicero inquit, cætera nec temporum ſunt, neque ætatum omnium, nec locorum: Hæc vero ſtudia, adoleſcentiam agunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis refugium ac ſolatium præbent. Delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. Et eo libentius hoc facio quoniam librum, non de naturis creatarum rerum tractantem, non vanitates continentem, non de nominibus, vel (vt aiunt) de lana caprina diſputantem, ſed qui de conſcientijs regendis, dirigendis, illuminandisq; diſcutientem, & tibi religioſiſſimo viro, maximè conuenientem; in lucem mandaui. Accipe igitur munus hoc paruum, & pro tantis ſat erit ſolus amor, rogans tamen vt in tuis ad Deum precibus, me commendatum facias. Vale. Venetijs 16. Kalendas Julij. 1584.

Dominationis tuæ

Deditiſſimus ſeruus

Florauans à Prato.

AMERICAN ANTIQUARIAN SOCIETY WORCESTER, MASS.

INDEX
BREVIBVS COMPLECTENS
Tum libri cuiuſque tum etiam quæſtionum & Articulorum Argumenta.

LIBER PRIMVS.

PRimus edifſerit de iure ſeu legibus, quæ ſuprema ſunt iuſtitiæ regula, hoc eſt, de lege naturali, & humana ab æterna deriuati, per quas homo ad finem naturalem deſtinatur.

PROOEMIVM operis. folio 1.

Operis titulus ac diuiſio in libros decem, atq. adeo ſummatim quid in ſingulis diſceptetur. 1 & 2

QVÆSTIO I. Delege in communi. ibidem.

Artic. 1. An vlla definitionum legis a doctoribus conſtitutarum legitima ſit, ſciſcitatur. ibidem.

2 Vtrumne lex ſemper in commune bonum deſtinetur. 7

3 Sitne cuiuslibet ratio legis effectrix 8

4 Numquid promulgatio ſit de ratione legis. 10

QVÆSTIO II. De legis effectibus. 13

1 An effectus legis ſit impetrando ac vetando reddere homines bonos. ibid.

2 Nunquid legis actus congruenter aſſignentur. 16

QVÆSTIO iij. De lege æterna 17

1 An lex æterna naturali humana ac diuina diſtinguatur. eod.

2 Nunquid nam lex æterna ſit ſumma ratio in Deo exiſtens. 18

3 Vtrum leges vniuerſæ ab æterna promanent an non 20

4 Creatane cuncta, tam neceſſaria quam contingentia, æternæ legi ſubijciantur. 21

QVÆSTIO iiij. De lege naturæ. 24

1 An lex naturalis ſit habitus in nobis exiſtens eodem.

2 An ne lex naturalis complura contineat præcepta. 26

3 Omneſne virtutis actus, ſint de lege naturæ. 28

4 Nunquid lex naturæ cunctis ſit mortalibus vna. 30

5 Vtrum lex naturæ mutari abolerive poſſit, an non 31

QVAESTIO v. De lege humana in genere. 33

1 An præter legem naturæ neceſſariæ nobis fuerint humanæ, eodem.

2 Omniſne humana lex a naturali deriuetur. 35

3 Nunquid legis humanę qualitates recte ab Iſidoro deſcribantur. 37

4 Conuenienterne Iſidorus, & qui illum ſequuntur, ciuiles leges iuſque humanum diuidant. 39

QVAESTIO vj. De poteſtate legis humanæ 41

1 An lex humana in communi debeat cõſtitui. eodem.

2 Vtrumne ad legẽ humanam pertineat omnia uitia cohiberi. 43

3 Nunquid lex humana omnium uirtutũ actus præcipiat. 44

4 Lex humana imponatne ſubditis neceſſitatem in foro conſcientiæ. 45

5 Vtrum omnis pœnalis lex obliget ad culpam an non. 51.

6 Lexne pœnalis in foro conſcientiæ antequam iudicis condemnationem obliget ad pœnam 54

7 Omnes ſubciantur legi necne. 52

8 Subditone liceat præter uerba legis agere, necne 67

QVAESTIO vij. De mutatione & varietate legis humanæ. 69

1 An lex humana debeat quõquo pacto mutari, eodem

2 Vtrum conſuetudo uim legis obtinere valeat an non 71

3 Nunquid rectores multitudinis in legibus diſpenſare poſſint. 75

LI-

Index Librorum, Quæſt. & Articulorum.

LIBER SECVNDVS.

SEcundus, de lege diuina qua ad ſupremam fœlicitatem promouemur, in quæſtiones finditur nouem. 79.

QVÆSTIO I. De lege veteri. ibidem

1 An præter naturalem lege & humanam quæ ab æterna deriuantur, fuerit diuina hominibus neceſſaria ibid.
2 An lex vetus fuerit bona. 82
3 Nunquid exilla ſoli debuerit populo Iſrael poni, illũq. duntaxat obligare. 70
4 Vtrum lex vetus congruenter data fuerit tempore Moyſi, an non. 90

QVÆSTIO II. De præceptis legis veteris in genere. 92

1 An lex vetus vnicum tantum continuerit præceptum. eadem
2 Vtrumne præceptorum legis veteris tria ſit differentia, nempe moralium, ceremonialium atq; iudicialium. 93
3 Nunquid lex vetus ad ſui obſeruantiã per temporalium promiſſiones & cõminationes debuit ſuos ſubditos inducere. 98

QVAESTIO III. De moralibus præceptis. 100

1 An omnia præcepta moralia pertineãt ad legem naturæ. eadem.
2 Num præcepta moralia legis ſint de omnibus actibus virtutum. 102
3 Nunquid omnia præcepta moralia veteris legis ad decem Decalogi reducantur. 104
4 Præcepta Decalogi conuenienterne diſtinguantur. 105
5 Vtrum præceptorum Decalogi numerus congruat, an non. 108
6 Præcepta Decalogi, debitone ſint ordine diſpoſita. 110
7 Præcepta Decalogi an congruenti modo tradantur, necne. 111
8 Præcepta Decalogi ſintne diſpenſabili, an non. 112
9 Num modus charitatis cadat ſub præcepto. 120
10 Modus charitatis cadatne ſub præcepto diuinæ legis necne. 122
11 An nulla præcepta moralia quæ extra Decalogum vagantur, congruenter tum diſtinguantur, tum etiam ad eũdem reducantur Decalogum. 127
12 Num præcepta moralia veteris legis iuſtificarent. 129

QVAESTIO IV. De præceptis Decalogi in ſingulari. 133

1 An præcepta Decalogi ſint præcepta iuſtitiæ. eadem
2 Nunquid primum præceptum Decalogi congruenti ſit modo traditũ. 134
3 Secundum præceptum vtrum conueniẽti ſit forma poſitum, an non. 137
4 Vtrum tertium præceptum de ſanctificatione Sabbathi ſit recte poſitum an non. 140
5 An quartum præceptum, de honorãdis parentibus congrue tradatur. 148
6 An ſex reliqua præcepta Decalogi cõueniẽti ordine & modo tradantur. 149

QVAESTIO V. De præceptis cæremonialibus. 150

1 An cæremonialia præcepta quadrifida fuerint, ſcilicet ſacrificia, ſacramenta, ſacra & obſeruantiæ eadem.
2 Nunquid ſingulis iſtis cœremoniarum ſpeciebus reddi poſſint vltimæ cauſſæ. 152
3 Vtrum legis aut quæ cœremoniæ, vel ante legem extiterint, vel ſub lege iuſtificarent. 155
5 Ceremonię veteris legis, ſicne in Chriſti morte ceſſauerint, vt inde citra mortale crimen nequeant obſeruari. 157

QVAESTIO VI De iudicialibus mandatis. 167

1 An ne præcepta iudicialia recte cæremonialibus diſtinguantur. eadem.
2 Vtrumne iudicialia præcepta conueniẽter ſint in quatuor genera diſpertita. 169

QVAESTIO VII. De lege Euãgelica quantum ad eius ſubſtantiam. 172

1 Vtrum lex noua ſit lex ſcripta, an ne potius cordibus indita. eadem
2 Nunquid nam lex noua iuſtificet. 174
3 An non lex noua debuerit dari a principio mundi. 175.
4 Lex noua ſitne vſq ad finem mundi duratura, necne. 177

QVAESTIO VIII. De collatione legis nouæ cum veteri. 179

1 Nunquid non lex noua ſit veteris complementum. ibidem
2 Lex noua grauiorne ſit, quam antiqua an non. 182

QVAESTIO IX. De his quæ in lege

noua continentur. 183
1 An ne lex noua actus exteriores sufficiẽ ti ordine instituerit eadem
2 Nunquid nam lex Euangelica interiores nostros actus sufficienter compo suerit. 186
3 Vtrumne congrue lex Euangelica consilia nobis quædam adiecerit. 189

LIBER TERTIVS.

TErtius de iure, quatenus obiectum est iustitiæ deque virtutis huius substantia & sibi annexis ad iustitiã distributiuam vsque quæstionibus gloriatur sex 191

QVAESTIO I. De iure eadem
1 An ius sit obiectum iustitiæ. ibidem
2 Vtrũ diuisio iuris in ius naturale & positiuum sit, genere congruens, an nõ. 194
3 Nunquid ius gentium sit idem cum iure naturali. 196
4 An non ius paternum ac dominatiuũ, & à iusto politico, & inter se vlla ratione distinguatur. 199
QVAESTIO II. De iustitia. 201
1 An definitio iustitiæ à iurisperitis sit recte constituta. eadem
2 Iustitia sitne virtus, quæ habentem ad aliorum ordinat. 203
3 Nunquid iustitia sit virtus. 204
4 Vtrumne iustitia sit in voluntate. 205
5 An non iustitia sit generalis virtus. 207
6 Iustitia particularemne habeat materiã an vero circa aliarũ passiones & materias versetur. 210
7 Nunquid nam medium iustitiæ sit medium rei, eiusque actus, ius vnicuique suum tribuere. 213
8 An iustitia inter morales virtutes sit eminentissima. 215
QVAESTIO III. De iniustitia 222
1 An ne iniustitia sit speciale vitium. ead.
2 Nunquid quicunque iniustum facit, cõtinuo cẽsentur iniustus, an non. 223
3 Vtrumne quis possit iniustum pati volens. 225
QVAESTIO IV. De iudicio. 227
1 An iudicium sit actus iustitiæ an nõ. ea.
2 Nunquid iudicare sit licitum, an nõ. 228
3 An ne iudicium temerarium puta ex suspicione procedens sit licitum. 231
4 Dubia sintne in meliorem patrem interpretanda. 236
5 Vtrum semper sit secundum leges scriptas iudicandum, an non. 239
6 Nunquidnam vsurpatum iudicium sit semper peruersum. 241
QVAESTIO V. De diuisione iustitiæ. pag. 223
1 An particularis iustitia recte in distributiuam & cõmutatiuã diuidatur. ibid.
2 Nunquid idem sit medium distributiũ ac commutatiuæ iustitiæ, an nõ. 245
3 Vtrumne eadem sit materia distributiũ ac commutatiuæ. 248
4 Eademne sit vtriusque iustitiæ forma, necne. 250
QVAESTIO VI. De acceptione personarum. 253
1 Vtrum personarum acceptio iustitię distributiuæ contraria, crimen genere suo sit mortale. eadem
2 Nunquid in spiritualiũ dispensatio possit acceptio personarum contingere. 255
3 Beneficiorum pluralitas sitne iure permissa. 265
4 An in collatione secularium magistratuum subesse possit crimen acceptionis personarum, an non 270
5 Nunquid nã in iudicijs dicũdis interuenire possit personarum acceptio. 276
6 An non in priuatis honoribus deferendis interuenire possit personarum respectus. 278
7 In tributis exigẽdis peccarine possit acceptione personarum. 280

LIBER QVARTVS.

QVartus, Do præambulis ad iustitiã commutatiuam, nẽpe de dominio ac restitutione quæstiones sibi sumit septem. 283

QVAESTIO I. De dñio in genere. ea.
1 Vtrum dominium idem sit quod ius & facultas rerum, an non. ibidem
2 An non tantum Deo, intellectualibusq; ac rationalibus creaturis competant rerum dominia. 289
QVAESTIO II. De rebus quarum homo dominus 291
1 An rerum omnium quæ sunt in mũdo, sit homo iure aliquo dominus. ead.
2 Nun-

1 Nunquid homo hominis dominus eſſe poſſit. 294

3 Homo ſitne vitæ ſuæ ac fame domiãus, pag. 267

QVAESTIO iij. De rerum diuiſione. pag. 301

1 An ne humano iure rerũ dominia fuerint olim diuerſa, eadem

QVAESTIO iiij. De peculiari quorundam dominio. 306

1 An hominum quiſpiam totius ſit orbis dominus ibidem.

2 Nunquid imperator ſit dominus orbis. pag. 310

QVAESTIO v. De translatione dominiorum. 315

1 Vtrumne ſua quiſque voluntate, naturali iure valeat rei ſuæ dominium in alterum transferre, eadem

2 Nunquid nam per ludum dominium transferatur. 320

3 Per contractumne qui nullus eſt iure ciuili transferatur dominium 325

4 An præſcriptio dominium in poſſeſſorem transferat. 330

QVAESTIO vj. De reſtitutionis ſubſtantia. 336

1 An reſtitutio ſit actus commutatiuæ iuſtitiæ. eadem

2 Nunquid ſit ad ſolutem neceſſarium, rei quæ ablata eſt, reſtitutionẽ fieri. 339

3 Vtrumne omnia in vniuerſum quæ quis vel ab alio abſtulit, vel inuito domino retinet, teneatur reſtituere. 342

4 Satiſne ſit id ſimplum reſtituere quod iniuſte ſublatum eſt. 360

5 Debeatne aliquis id quod non abſtulit reſtituere, an non. 364

QVAESTIO vii. De circunſtantiis reſtitutionis 366

1 Semperne oporteat ei reſtitutionem fieri a quo res ſublata fuit. eadem

2 Ille qui accipit teneatur ſemper reſtituere, necne. 377

5 Vtrum illi etiam qui nihil acceperunt, reſtituere. 377

4 Nunquid qui debet, ſtatim reſtituere teneatur 388

LIBER QVARTVS.

QVintus, *De iuſtitia quæ ex iniuriosa actione naſcitur, nempe de homicidio & reliquis, quæſtionibus, locupletatur duodecim.* 393

QVAESTIO j. De homicidio eadem

1 An aliquod uiuentium quę perfecta sũt occidere liceat. ibidem

2 Liceatne maleficos occidere. 396

3 Vtrum ſceleroſum hominem unicuilibet priuato occidere liceat, an non. 399

4 Nunquid clericis etiam maleficos liceat interficere. 403

5 Alicuine liceat ſeipſum occidere, an nõ. pag 405

6 Vtrumne liceat uitam pro defenſione amici aut cuiuſcunque virtutis, exponere, necne. 408

7 Nunquid nam liceat in aliquo caſu interficere innocentem, 411

7 Iuſne ſit unicuique propriam inuaſorẽ in ſui defenſam occidere, necne. pag. 413

9 An qui caſu alterum occideret, fiat homicidii reus. 419

QVAESTIO ij. De mutilatione membrorum. 423.

1 An quempiam ſuo mutilare membro ſit licitum, eadem

2 Vtrumne liceat patri filios, aut dominis ſeruos verberare 425

3 Licitumne alicui ſit carceri quempiam mancipare. 428

QVAESTIO iii. De futuro. 429

1 An ſorti definitio ſit bona. eadem

2 Furtum & rapina ſpecie differant, necne, 432

3 Vtrumne furtum ſit genere ſuo peccato mortale. 435

4 Nunquid ei qui egeſtate premitur furari liceas, 441

5 An ne rapina ullo pacto fieri poſſit citra peccatum 442

6 Rapina ſitne grauius peccatum furto, an non. 445

QVAESTIO iiij. De iniuſtitia in dicis. pag. 446

1 Liceatne iudici eum qui ſibi non ſubditur iudicare. eadem

2 An iudici liceat contra ueritatem quam certo nouit, iudicare quando legitime probatur contrarium. 449

3 Nunquid iudex abſque accuſatore poſſit quempiam iudicare. 454

Vtrumne

4 Vtrumne iudici liberum ſic pœnam iuris relaxare. 456
QVAESTIO V. De iuſtitia accuſatoris. 457
1 Ante ne quiſpiam teneatur alium accuſare. eadem.
2 Vtrumne neceſſarium ſit accuſationem in ſcriptis exhiberi 461
3 Nunquid accuſatio per tria hæc reddatur iniuſta, quæ ſunt calumnia, præuaricatio & tergiuerſatio. 462
4 An accuſator qui in probatione deſecerit, pœna talionis teneatur 463
QVAESTIO vj De iuſtitia rei. 464
1 Accuſatione liceat veritatem negare, an non. ibidem
2 Nunquid accuſato liceat per calumniã ſe defendere. 466
3 An reo liceat iudicium per appellationem declinare necne. 474
4 Vtrum liceat condemnato ad mortem, ſe quacunque via defendere. 376
QVAESTIO vij. De iniuſtitia teſtis. pag. 480
1 Vtrumne teneatur quãdoque homo teſtimonium ferre. eadem
2 Duorum uel trium teſtimonium, an in iudicio ſufficiat. 483
3 Nunquid cuiuſpiam teſtimonium citra eius culpam repellendum ſit. 485.
4 An teſtimonium falſum ſemper ſit peccatum mortale 486.
QVAESTIO viij. De iniuſtitia aduocatorum. 488
1 Aduocatus teneaturne gratis præſtare patrocinium pauperibus in ſuis cauſſis. eadem
2 Vtrumne merito ſint aliqui ab aduocationis officio arcendi 490
3 Nunquid aduocato delictum ſit iniuſtã cauſſam defendere. 491
4 Licitumne ſit aduocato pretio patrocinariam non. 493
QVAESTIO ix. De contumelia. pagina 495
1 An contumelia conſiſtat in verbis. eadem.
2 Vtrum contumelia, & generaliter conuitium, ſit genere ſuo peccatum mortale. pagina 497
3 Nunquid debeat quiſque contumelias æquanimiter ſuſtinere. 499
QVAESTIO x. De detractione 501.
1 An ne detractio ſit denigratio alienæ famæ per occulta uerba, ibidem
2 Vtrumne detractio genere ſuo ſit peccatum mortale. 503
3 Nunquid detractio ſit grauius omnibus peccatis quæ in proximum committuntur. 507
4 Audiens toleranſque detrahentem an mortaliter peccet, 510
QVAESTIO xj, De ſuſurratione, & deriſione. 512
1 Vtrum ſuſurratio ſit peccatum a detractione diſtinctum an non. eadem.
2 An ne deriſio ſit ſpeciale peccatũ a præcedentibus diſtinctum, atq. adeo mortale. 514
QVAESTIO xij. De maledictione, pagina. 517
1 Nunquid cuipiam ſit licitum alteri maledicere. eadem
2 An creaturæ etiam irrationali maledicere liceat. 519
3 Vtrumne maledictio, peccatum ſit genere ſuo mortale, idemque detractione peius. 521

LIBER SEXTVS.

SExtus diſceptat de vſuris & contractibus, ac de cambijs, in qnæſtiones diſtractus tredecim 523

QVAESTIO j. De uſura. 524
1 An uſuraria mutuatiõ genere ſuo ſit peccatum mortale. eadem
2 Nunquid ratione mutui aliqua poſſit expeti commoditas. 533.
3 Vtrumne ratione damni emergentius aut lucri ceſſentis, liceat mutuatori, quidpiam ultra ſortem recipere. 540
4 Quidquid lucri pecunia uſuraria deperit, ſitne reſtitutioni obnoxium 545
5 Liceane mutuo pecuniam accipere ſub uſura. 553
6 Nũquid mons pietatis vſurarius ſit. 557
QVAESTIO ij. De generali ratione contractus emptionis & venditionis. 561
1 An contractus emptionis & uenditionis ſit reipublicæ neceſſarius. eadem.
2 Nunquid negotiatio ſit licita. 564
3 Vtrumne rerum pretia, arbitrio mercatorum ſint taxanda. 567

QVESTIO III. De iuſtitia quæ in emptione & venditione committitur. 569
1 Nunquit nam licite quis poſſit rē pluris vendere quam valeat, ibidem.
An ne vitium rei venditæ ſic venditionem reddat illicitam, vt neceſſarium ſemper ſit illud detegere. 564
QVÆSTIO IV. De emptione credito. 579
1 Vtrumne liceat rem carius vendere expectata, quam numerata pecunia. eadem
2 An ne liceat rem vendito carius quam præſenti pretio vendere, quando rei dominus nō erat tūc vēditurus. 583
QVÆSTIO V. De cenſibus. 586
1 An cenſuum emptio ac venditio ſit vſuraria, ibidem.
2 Nunquid cenſus tam temporales quam perpetui ſint liciti. 591
3 Vtrum licita ſit emptio cenſuum cum pacto retrouendendi. 594
QVÆSTIO VI. De contractu ſocietatis. 596
1 Nunquid cōtractus ſocietatis ſit licitus. eadem
2 An licitum ſit pecuniam in ſocietatē exponere ſaluo capitalis. 598
QVAESTIO VII. De contractus aſſecurationis. 01
1 Nunquid aſſecurationis contractus ſit licitus. ibidem
QVAESTIO VIII. De cambio ingenere. 603
1 Vtrūars cāpſoria ſit licita, an non. ibid.
2 Plures ne ſint cambiorum ſpecies. 604
QVAESTIO IX. De cambio minuto. 607
1 An ne minutum cambiū ſit licitū. ibid.
QVAESTIO X. De cambio ratione loci & ratione temporis. 608
1 Nunquid nā cambium ratione loci ſit licitum. ibidem
2 Vtrum ne ratione temporis licitum ſit cambij pretium. 610
QVAESTIO XI. De pretio ſoluendi numerata pecunia. 612
1 An campſori liceat, vt pecuniam in ſuo cambio conſignatam in numerato ſoluat mercedem aliquam recipere. 613
QVAESTIO XII. De nummorum cābio rōne diuerſæ corū ęſtimationis diuerſis locis aut temporibus 613
1 Vtrum licea pecuniam vnius regionis pro pecunia alterius vbi plus ualet commutare, an non. eadem
2 An licitum ſit monetarum cambium, quæ in diuerſis locis propter copiam & inopiam totius generis moneræ, inæqualis ſunt valoris. 615
3 Nunquid cambiorum pretia inter cam ſores variari poſſint. 621
4 Cambium ad incertamne ſolutionis qnantitatem ſit licitum 623
5 Nunquid nā cambiū huiuſmodi, quod intercalatis ac prętermiſſis primis nūdinis in alias ſubſequentes fit, ſit licitum. 624
QVAESTIO XIII. De reliquis cambiorum generibus. 628
1 Vtrum cambia ad proxima loca eiuſdē regni ſint licita, necne. eadem.
2 Nunquid cambia quæ licet ad primas nundinas fiant tempore & loco diſtātes, tamen quo longius diſtant. pretioſius fiunt, ſint licita 630

LIBER SEPTIMVS.

Septimus, de voto, quęſtionibus adornatur ſex. 633
QVAESTIO I. De ſubſtātia voti. 634
1 An uotum ſit alicuius rei poſſibile, ad quam vi præcepti non tenebamur, ibidem.
2 Nunquid votum in ſolo voluntatis propoſito perficiatur. 636
3 Votum ſemperne fieri debeat de meliori bono. 641
QVAESTIO II. De voti vigore ac virtute. 651
1 An omne votum obliget ad ſui obſeruationem. eadem
2 Vtilene ſit expedienſque vouere. 662
3 Nunquid votum ſit actus latriæ ſiue religionis. 664
4 Magiſne ſit laudabile & meritoriū facere aliquid ex voto, quā abſq; illo. 666
5 Vtrumne vorū per ſe ſuſceptionē ſacri ordinis, perq; profeſſionē religionis fiat ſollenne. 669
QVAESTIO III. De his qui vocandi facultatem habent 675
1 An illi qui ſunt alterius poteſtati ſubiectiuo vere poſſint. eadem.

2 Nunquid pueri religionis voto ſe poſſint obligare. 683
QVAESTIO IV. De diſpenſatione & commutatione, voti 687
1 Vtrumne in voto poſſit fieri diſpenſatio. eadem
2 An ne ſuper voto ſolẽni continentię religionis fieri poſſit diſpenſatio. 689
3 Nũquid ad commutationem vel diſpẽſationem voti requiratur prælati auctoritas 695
QVAESTIO V. De religionis voto in particulari. 702
1 An religionis votũ ad ſtatum perfectionis attineat. eadem
2 Nunquid paupertas ad mendicitatẽ vſque ad perfectionem vitæ monaſticę pertineat. 710
3 Vtrum votum caſtitatis ſit de intrinſeca ratione religionis, an non. 715
4 Obedientiæ votum ſitne de eſſentia religionis. 718
QVAESTIO VI. De voto & continentia ſacerdotum. 720
1 Nunquidnam eccleſiæ decoro & ſtabilitati ſacerdotale votum continentię congruens fuerit ac neceſſarium. eadem
2 Sacerdotaliſne continentia ab ipſis ſtatim eccleſiæ in cunabulis cœperit, an non. pag. 727

LIBER OCTAVVS.

Octauus, De iuramento, quæſtionibus tribus perficitur. 735

QVAESTIO I. De iuramento, ibidem
1 Vtrum iuramenti definitio ſit bona. ibidem
2 Vtrum iurare ſit licitum. 739
3 Vtrum congrue tres comites iuramẽti aſſignentur. 745
4 Vtrum iuramentũ ſit actus religionis ſiue latriæ. 746
5 Vtrum iuramentum ſit per ſe appetendum & tanquam res vtilis frequentandum. 747
6 Vtrum liceat per creaturas iurare. 750
7 Vtrum omne iramentum vim habeat obligandi 751
8 Vtrũ maior ſit obligatio iuramẽti quã voti. 766
9 Vtrum in iuramento fieri poſſit diſpenſatio. 768
10 Vtrumne omnibus cuiuſcunque conditionis liceat abſque diſcrimine, quocunque tempore iurare. 771
QVAESTIO II. de periurio. 773
1 Vtrum falſitas requiratur ad periuriũ. ibidem
2 Vtrum omne peiurium ſit peccatum. pagina. 776
3 Vtrum omne periurium ſit peccatum mortale. 778
4 Vtrum liceat iuramentum ab eo petere qui peieraturus eſt 788
QVAESTIO III. De ad iuratione. pag. 791
1 Vtrum liceat hominem adiurare. eadẽ
2 Vtrum liceat dæmones adiurare. pag. 793
3 Vtrũ liceat adiurare irrationabilẽ creaturam. 800

LIBER NONVS.

Nonus, De decimis ac ſimonia, quæſtionibus ditatur octo. 801

QVESTIO I. De ſacrificio in genere. 802
1 Vtrumne Deo ſacrificare, ſit de lege naturæ. ibidem.
2 An ſoli Deo ſit ſacrificium offerendũ. pag. 804
3 Nunquid ſacrificiorum oblatio ſit ſpecialis virtutis actus. 806
4 An ne vniuerſi mortales ad ſacrificia teneantur offerenda Deo. 807
QVAESTIO II. De ineffabili ſacrificio altaris in particulari. 808
1 Nunquid ſacroſanctum Sacramentũ altaris ſit vere ſacrificium. eadem
2 An altaris ſacrificium pro pluribus oblatum, perin de ſingulis ad ſatisfactionẽ proſit acſi dũtaxat offerretur pro vno. pag. 812.
QVAESTIO III. De oblationibus, & primitijs. 820
1 An homines de neceſſitate prẽcepti ad oblationes teneantur. ead.
2 Nunquid oblationes ſolis ſacerdotibus debeantur. 823

3 Vtrumne oblationes de rebus omnibus, quæ licitè possidentur facere liceat. pagina 824
4 Ad decimarum solutionem an homines teneantur. 827
QVAESTIO IIII. De decimis. 829
1 Homineſne teneantur dare decimas ex necessitate præcepti. ead.
2 An de omnibus teneantur Christiani decimas soluere. 836
3 Nunquid decimæ solis clericis debeantur. 839
4 Vtrum clerici etiam ipsi decimis soluendis siat adstricti, an non. 841
QVAESTIO V. De peccato simoniæ in genere. 844
1 An Simonia sit studiosa voluntas emendi, vendendique aliquid spirituale, vel spirituali annexum. ead.
2 Vtrumne vitium simoniæ genere suo, sit peccatum mortale. 848
QVAESTIO VI. De materia simoniæ. 852
1 An quandoque liceat pro sacramentis pecuniam, seu dare, seu accipere. ead.
2 Nunquid pro spiritualibus actionibus dare, accipereque pecuniam sit licitum. 859
QVAESTIO VII. De simonia, in sacerdotijs, ac dignitatibus conquirēdis. 864
1 An pro sacerdotijs, atque alijs præbendis, quæ spiritual bus sunt annexa, liceat pretium percipere. ead.
2 Nunquid præbendarum permutatio absque simonia fieri possit. 870
Vtrumne liceat specialia pro munere conferre, quod est, vel à lingua, vel ab alio quouis obsequio. 873
QVAESTIO VIII. De restitutione simoniæ, & pœna simoniaci. 878
1 An quidquid per simoniam, vel datur, vel recipitur, sit restitutioni obnoxium. ead.
2 Nunquid non summus Pontifex possit super pœnis simoniæ dispensare. 888

LIBER DECIMVS.

Decimus, denique, ac postremus, de statu, ordine, atque residentia prælatorum, ac de horis canonicis, quæstionibus absoluitur quinque. 891

QVAESTIO I. De episcopali instituto, iure quo institutum est. ead.
1 An ne Episcopalis dignitas fuerit in Ecclesia super sacerdotalem necessaria. ibid.
2 Nunquid Episcopatus sit ordo natura sua simplici sacerdotio distinctus. 894
3 Episcopi inter se perinde ne differant, atque ipsi a simplicibus sacerdotibus. pagina 897
4 Vtrumne institutio Episcopalis dignitatibus sit de iure Diuino 901
QVÆSTIO II. De Episcopatu optando, incundo, & conferendo. 906
1 Liceatne Episcopatum appetere, necne. ead.
2 An episcopatum iniunctum liceat omnino recusare. 911
3 Nunquid oportet eum qui ad Episcopatum assumitur, esse cæteris meliorem. 914
4 Vtrum episcopo liceat cura episcopali deserta ad religionem se conferre. 917
QVAESTIO III. De episcoporum residentia. 919
1 Nunquid Episcopi in suis diœcesibus residere iure diuino teneantur. ibid.
2 An ne residentia episcoporum iure naturali fundetur. 910
3 Vtrum episcopi iure humano, hoc est pontificio residere teneantur, an non. pagina 933
Aliqua emergere ne possit causa ob quam liceat episcopo a grege sibi commisso abesse. 915
QVAESTIO IIII. De vinculo, & modo quo episcopi, & sacerdotes tenentur sua bona dispensare. 935
1 An episcopo liceat aliquid proprium possidere, an non ead.
2 Nunquid episcopi mortaliter peccent si bona ecclesiastica, quæ procurant pauperibus non largiuntur. 947
3 Vtrumne episcopi, ac reliqui sacerdotes verum, ac legitimum habeant dominiū fructuum ecclesiasticorum, qui illos pro sua portione contingit. 949
4 Singulari ne iure teneantur episcopi, præ secularibus ad eleemosinarum subsidiū. 961
5 Nunquid nam ecclesiastico statui condecens sit inter alias possessiones castra, vasallosque, ac iurisdictionem ciuilem habere 963
QVÆSTIO V. Quæ nouissima de clericorum debito officio. 969

1 An inter officia eorum qui ſacris initiantur, peculiare, ad quod omnes generatim tenentur, ſit conſtitutos Pſalmos ſtatis horis perſoluere. eadem .
2 Nunquid nam congruens ſit & decorum, vt horæ canonicæ, Pſalmorum, Hymnorumque, alio cantu pſallantur. 977
3 Vtrumne tam illi omnes qui ſunt ſacris initiati, quam qui titulum habent. eccleſiaſtici ſacerdotij, ad horas dicendas teneantur. 982
4 Anne ordo & modus ſit aliquis perſoluendo diuino officio neceſſarius, nec ne. 987
5 Ad ſoluendum canonice diuinum officiũ, requiraturne attentio. 991
6 Epiſcopus & clericus id facere prætermittens quod facere tenetur, ad reſtitutionem, aut præbendæ, aut fructuum obligetur, nec ne 997
7 Iſque poſtremus, qui omnibus finem accolophonem imponit: Nunquid religioſi creati Epiſcopi, ad obſeruantias regulares teneantur, an ſecus 1002.

Indicis Librorum, Quæſtionum, & Articulorum, Finis.

INDEX ALPHABETICVS
RERVM ET SENTENTIARVM INSIGNIVM

In Decem Libros F. Dominici Soto, de Iuſtitia, & Iure.

A



Abigeatus, furtum de grege diſperſo. 411 & 432
Abraham non ſuo merito, ſed Dei miſericordia electus eſt, vt inde Chriſti originem duceret. 88
Abraham, & Saram probabilius eſt fuiſſe fratres quàm fratrueles. 119
Abrenuntiatio ſeculi, non ſolum diuino iure exiſtit per Chriſtum conſtituto, verum ex iuris naturalis viſceribus depromitur. pag. 706
Abrogatio quid ſit, & vtrum differat a diſpenſatione & irritatione. 75
Acceptio perſonarum nomen eſt apud ſacros interpretes Latinitate donatum, quod & reſpectus perſonarum dicitur. pagina 253
Acceptio perſonarum eſt iniuſtitiæ crimen quo in diſtributione non cauſſæ ad rem pertinentis, ſed perſonæ ratio habetur, quod ideo genere ſuo mortale crimen eſt. 253. 254
Acceptio perſonarum non eſt qualitatem perſonæ conſiderare, quæ eius vel meritum, vel crimen auget. ibid.
Acceptio perſonarum in ſpiritualibus genere ſuo grauius eſt, quam in temporalibus. pag. 257
Acceptio perſonarum tunc præ ſe fert manifeſtarium crimen quando idoneo prætermiſſo eligitur indignus. ibid.
Acceptionis perſonarum crimen dum magiſtratus indigno confertur ad reſtitutionem obligat, quæ facienda eſt populo. pag. 271
Acceptio perſonarum ſæpe in iudicijs dicendis committitur. 276
Acceptionis iniuſtæ pœnam nemo ante condemnationis pendere tenetur. pagina 361
Acceptionis cauſſa nouem modis poteſt aliquis eſſe. 383
Acceptio rei trifariam conſideratur & dupliciter contingit, ſcilicet directè, & indirectè. ibid.
In actione praua aliter ratio mali conſideratur quam culpæ. 380
Accuſare quis & quando teneatur. 458
Accuſare, excommunicatis & infamibus eſt ſemper prohibitum, licet dum crimen eſt reipub. pernicioſum denunciare tenentur. 460
Accuſare ſubditi ſuos maiores prohibentur, & clerici in cauſſa ſanguinis. 461
Accuſationis forma eſt, vt in ſcriptis fiat. ibidem
Accuſatio tribus vitiatur, nempè calumnia, præuaricatione, & tergiuerſatione. pag. 462
Accuſatorem qui non habet, ab honoribus prohiberi non debet. 455
Accuſatore manifeſtarium crimen non indiget. 455
Accuſatoris vicem habent infamia, & indicia, & clamoroſa inſinuatio. pagina ibid.
Accuſatore opus non eſt, vbi iuridica adeſt denuntiatio, ſicut neque in fraterna correptione. 456
Adam fuit princeps eo iure quo primus parens, atque adeò totius orbis dominus. pag. 304
Adiurare quid ſit. 791
Differentia inter adiurationem, & iuramentum. ibid.
Adiurare poteſt ſuperior ſibi ſubditos in materia licita & honeſta. 792
Adiuratio non actio eius eſt, qui adiuratur, ſed adiurantis. ibid.
Adiuratio non idem eſt, quod iuratio. pag. ibid.
Et tamen aliquando captio iuramenti dicitur adiuratio. ibid.
Adiurare Deum & adiurare hominem in quo differunt. 793
Adiurare neutiquam licet dæmones per modum deprecationis. 794

Per

Per modum tamen compulsionis adiurare eos possumus. ibid.
Adiurare irrationalem creaturam, sic vt sermo ad eam dirigatur vanum est. 800
Adiurare irrationalem creaturam dupliciter iure possumus. ibid.
Admonitio nulla requiritur cum alicui de re propria accusare incumbit. 459
Admonitio necessaria est, etiam si crimen rei publicæ sit pestiferum, quando quis omni procul dubio certissimus sit per suam admonitionem emendandum fratrem, cessandumque publicum damnum. pagina ibid.
Alioqui in eiusdem magnis sceleribus contra publicum bonum reipublicæ absq; vlla admonitione ad iudicialem, seu accusationem, seu denuntiationem procedendum. pag 460
Adultera quæ falsam prolem marito supponit, quando teneatur se prodere ne legitimos filios hæreditate defraudet. 381
Et vtrum teneatur cum periculo mortis. pag. ibid.
Adulterinus filius non semper tenetur matri credere, & ab se hæreditatem abdicare. pag. 382
Adulter qui ex aliena vxore prolem suscepit, quam ipsa marito supposuit non tenetur rigore iustitiæ eidem marito ad restitutionem. ibidem
Aduocandi potentia siue in sensu interiori siue exteriori carens, neutiquam patrocinari potest. 488
Aduocatorum iniquissimus vsus, impingentium testibus crimina, quę neque suspicantur. 474
Aduocati falsa crimina testibus impingentes, præter illam quam personæ irrogant, reipublicæ quoque iniuriam inferunt. 489
Aduocatus non semper causæ pauperum gratis patrocinari tenetur. 489
Aduocatus etiam citra extremam necessitatem tenetur præstare pauperi patrocinium in graui & vrgenti de superfluo, tam eius possibilitate, quam pauperis necessitate pensata. 488
Aduocati requisitas dignitas. ibid.
Aduocatus qui sciens iniustam causam defendit, & mortaliter contra iustitiam peccat, & ad restitutionem tenetur. 492
Aduocato quousque licitum sit dubiam & infirmiorem causam defendendam suscipere. 493
Aduocatus innocentius causam an prodere debeat, necne. 493
Aduocato licitum est suum patrocinium prætio æstimare, sed tamen per improbitatem aliquid vltra modum extorquens, mortaliter contra iustitiam peccat. pagina. 493
Aduocatorum pretium duplex. pagina 494
Aduocatorum improbitas immoderata quæ sit. ibid.
Aduocatus de litis quota aut de certa quantitate sub conditione victoriæ pacisci non potest, sed certa quantitate in vtranuis partem causa euaserit. 494
Aduocati testis, & iudicis discrimen quantum ad recipiendam mercedem. pagina 494
Aduocationem excellentia dignitatis aut orbitas aliqua reddit indecentem, nisi adsit necessitas. 495
Aduocationis officium qui absque vlla iuris peritia & negotiorum experientia exerceret non esset a mortali culpa immunis. ibidem
Affirmatio omnis negationem includit, non e conuerso. 112
Agere contra conscientiam, intrinsece est malum. 453
Aggressio quando sit, quandove defensa, arbitrio prudentis diiudicandum est. pagina 415
Aggressorem occidere licet eligendo tãquam medium eius mortem, dummodo sit necessarium. 415
Aggressorem occidere tenetur inuasus quando ipsemet est reipublicæ necessarius. ibidem
Aggressorem occidere non potes inuasus quando aggressor est reipublicæ necessarius. ibid.
Aggressionis tres ordines. 416
Aggredi & præuenire hostem, scelus est. pag. 415
Ambrosij factum vt se infamaret ne eligeretur in episcopum. 300
Amicitia pecunia non æstimatur ac subinde in mutuo illam conquirere non est vsura. pag. 535
Amicitiam turpem in mutuo intendere, non est vsura. 535
Amicitiæ præstantius bonum est, quam fama & honor. 513
Amicitia, fama, & honor, non sunt virtu-

tes neque ſpiritualia bona & virtuti agna ta. ibid.
Amicitia quæ de bono honeſto proficiſcitur, vere eſt amicitia, quæ vero de vtili & delectabili, ſecundum quid. ibidem
Amicitia finis eſt famæ & germanior virtuti quam illa. ibid.
Amicitiam aliquorum diluere, vt ipſe expulſi loco in alterius ſeſe inſinuet amicitiam, ſi illum non infamet non eſt peccatum. pa. 514
Andabatarum pugna. 402
Angeli quibus rebus dominentur. 290
Angelorum iuratio. 773
Angelica ſtragis hoc noſtro ſeculo editæ radix & origo. 942
Anima in corpus habet principatum dominium. 284.285
Anima opera dæmonis corpus reſumere nõ poteſt. 794
Antichriſti tyrãide defecturi non ſunt Chriſti proceres, qui pro fide atrociſſimas mortes oppetent. 178
In antiſtitem expetere eum qui eccleſiæ eſt magis idoneus, laudabile eſt, etiam cum formidine aduerſæ valetudinis, vide Epiſcopus.
Antiphonas primi, Græci compoſuerunt, teſte Iſidoro. 980
Appollonie quod ſe in rognm coniecerit excuſatur. 408
Apoſtoli ſinguli habebant iuriſdictionem in vniuerſum Chriſtianorum orbem. pagina 899
Apoſtoli a Chriſto ſuere ordinati epiſcopi. ibidem.
Apoſtoli docuerunt familiam Chriſtianam omnem veritatem ad ſalutem neceſſariã. ibidem.
Apoſtolis ratione ſtatus conſilia neceſſaria erant. 190
Appellare ad legitimum iudicem licitum eſt ei qui iudicis grauamine præmitur. 475
Appellans ad iudicem infidelem, excommunicetur. 475
Appellare ad ſuperiorem cauſſæ repellendæ aut differendæ iuſtiæ iniuſtum eſt & iniquum. 475
Appellandi vſus in religionibus pernicioſus pag. 475
Appellare antiquitus non licebat niſi intra biduum, aut triduum, modo vero indultum eſt tempus decem dierum. 474.475 476
Appellare tertio ſuper eodem articulo, interdictum eſt. 476
Appellare tertio Romę, iam introductum. ibidem.
Appellare à quocunque iudicis verbo, ſtylus eſt nocentiſſimus & intolerabilis. 476
Ars campſoria, vide Cambium & campſoria ars.
Archiepiſcopus ex officio habet ordine epiſcopos. 900
As dicitur omne totum quod in duodecim vncias diuiditur. 531
Aſſecurationis contractus omnino eſt licitus. 322
Aſſecurationis contractus multis modis vitiatur. ead.
Aſſecurationis contractus etiam in alijs rebus quam in mercibus licite fieri poteſt. pagina. 602
Aſſecurationis contractus ſocio celebratus quo aſſecuratur ſors illi in ſocietatem tradita, vſuram ſapit. 602
Aſtrologi falſa ſæpe vitia hominibus inferentes ferendi non ſunt ſed tanquam publici infamatores, eſſent in vltimas cruces adigendi. 505
Aſtrologi non poſſunt per delineationem, & obſeruationem cœleſtium corporum proſpicere accidentarios euentus. pagina. 798
Poſſunt tamen de affectibus naturalibus iudicare. ibid.
Aſtrologi crimina reuelare non poſſunt, & quamuis poſſent peccatum eſt reipublicæ pernicioſiſſimum. ibidem
Aethiopum ſeruitus quomodo illicita vide Seruitus.
Auaritia duplex eſt. 322
Auaritia inter iudicis delicta primas tenet. pagina. 272
Audacia apud ſenſuales homines pro indicio fortitudinis reputatur, & ideo fit vt dum facinoribus perpetrandis adhibetur, minus de illa homines pudefiant. pagina. 445
Auferre alicui quidpiam, ſtat dupliciter. pagina 363
Auium tres ſunt differentiæ. 363
Auium quãtum venatio ſit permiſſa. pagina. 363

B

Baptiſma veriſimile eſt inſtitutum a Chriſto cum à Ioanne baptizatus eſt, non ipſo facto, ſed verbo. 159

Beatæ, quas ſic adpellamus, votum ſolenne emittunt quæ clauſuram ſeruant, non aliæ. pag 717

Bellum ex vtraque parte non poteſt eſſe iuſtum, niſi forte ignorantia adſit. 412. & 477.

Bellum ex triplici capite iniuſtum eſſe poteſt 441

Bellum tumultu, quam pernicioſi ſint ſaluti reipublicæ. 444

Belli publici ſubditi num cauſſas inquirere, debeant. 435. & 444

Bellandum vt in pace viuatur fol. 7. & pag. 220. & 412

Benedicere irrationales creaturas, contingit in ordine ad hominem. 520

Benedicere Deo quid ſit. 517

Benedictio per ſe proprie in ſolam poteſt ferri rationalem, aut intellectualem creaturam. 519

Benedictionis relatio irrationalium creaturarum in hominem, tribus modis conſideratur. 520

Benedictio vulgo boni imprecatio eſt. 517

Benedictio vendi non poteſt. 857

Benedictio ad profeſſionem non ſemper eſt neceſſaria. 671

Benedictio terminorum, campanarum, &c. 520

Beneficia ciuibus, & qui inde ſunt oriundi diſtribuere, æquum eſt, etſi extranei præſtantiores meritis aliquando inueniantur. pag. 262

Beneficia ſunt conferenda pueris. 265

Beneficia plura habere, talibus poteſt ornari circunſtantijs, vt licitum ſit. 267

Beneficiorum pluralitas incommoda multa adducit. 266

Beneficia eccleſiaſtica non dantur prælatis, vt præmia, quia boni ſint, ſed vt bene præſint. 922. 931

Beneficia plura citra diſpenſationem quę poſſint obtineri, & quæ non. 269

Beneficia quæ reſidentiam requirunt etſi curam non habeant animarum, non debent eidem coaceruari. 269

Beneficia quę curam habent animarum, non poſſunt tutò in conſcientia plura poſſideri. 269

Beneficiorum mutatio aſcenſus gratia vitanda. 261

Beneficiorum dominus non eſt Papa 264. & Vide, Papa.

Beneficium reſignans vt in digno cõferatur peccat. 265.

Beneficium propter officium datur. 256

Beneficium poſſidens iniuſta ſententia, reſtitutioni eſt obnoxius. 240

Beneficium quod ſit ſpirituale, quod vero minime. 840

Beneficium curatum non annectendum monaſterijs. ibid.

Bigamus cur irregularis. 53

Blaſphemia eatenus nefanda eſt quod hac forte de cauſa Deus in lege eam non nominauit. 140

Blaſpemia genere ſuo peior eſt ſimplici periurio. 779

Blaſphemia grauior multo eſt culpa apud Deum, quam homicidium. 43. & 781

Blaſphemiæ pœna antiqua. ibid.

Blaſphemiæ Deo vendicanda relinquitur. 43

Blaſphemiæ prohibitio. 128. 140. & 508

Blaſphemo linga abſcinditur. 425

Blaſphemia furto grauior. 435

Blaſphemus quando ſit detractor, vel deriſor 509. & 516

Blaſphemus quando ſit creaturis maledicens pag. 520

Bonam dupliciter dicitur ſimpliciter bonum pag. 115

Bonum commune priuato præſtat. 912

Bonum nomen melius diuitijs multis. 353

Bonum intellectus quomodo præſtat voluntatis bono. 238

Bonitas quid ſit. 204

Bonus paſtor quo pacto animam ſuam pro ouibus ſuis ponere debeat. 935. 936. vide Epiſcopus.

Bonus vnuſquiſque ſemper præſumitur, niſi oppoſitum probetur, quando res non vergit in detrimentum alterius. 487

Bona eccleſiaſtica quare prohibeantur alienari. 317

Bona eccleſiaſtica quo anno partita ſint. 952 vide Diuiſio.

Bona eccleſiaſtica multa ſunt in titulum ſecularem tranſmutata. 959

Bona eccleſiaſtica in titulum ſecularem tranſlata, pauperibus non ſunt obnoxis. 959
Bona eccleſiaſtica eſſe pauperum, quomodo intelligatur. 961
Bona animæ triplicia. 343
Bona animæ quæ poſſunt & debent reſtitui pag. 44
Bonorum animæ diuiſio. 344
In bonorum temporalium defenſam licet latronum occidere. 417
Bonorum noſtrorum triplex eſt genus. 705
Bona incerta auctoritate Papæ pauperibus addicta ſunt. 374
Bonorum præceptio non tam late patet, quã malorum prohibitio. 112
Bulla nulla diſpenſat circa religionem & caſtitatem. 700
Bullæ irregularitatem non tollunt. 405
Bullæ cruciatę compoſitio. 337

C

CAlumniator eſt, qui vel falſum crimen imponit, vel occultum in iudicio propalat. 462
Cambium quid ſit. 603. & quomodo ab arte campſoria, ſeu nummularia differat. pag. 604
Cambiorum plura mala. 604. & 614
Cambij multiplex conſideratio, & quomodo à cæteris contractibus differat & de eius diuiſionibus, & de Cambio ſicco. 606 607.608.
Cambiorum formæ & modi ad tria capita reducuntur. 608.609
Cambium minutum quomodo licitũ & quo modo illicitum. 606.607.608
Cambium per literas. 606
Cambium per literas in quo tranſmiſſio pecuniæ re vera non fit, iniquam vſuram continet. pag. 609
Cambire diuerſas monetas ſecundum metalli naturam etiam ſuparum aliquid ſupra valorẽ ſignati numismatis recepiatur, iniquum non eſt. 607.608
Cambiorum pretium quibus de cauſis legitime augeri poſſit. 622
Cambire numiſmata qua ratione numiſmata ſunt, nonnullo ad alterutra par e conceſſo altero pretio licitum eſt. 607.608. & hoc etiam inter priuatas perſonas.
Cambire an liceat nummos eiuſdem ponderis & numeri, valoris tamen diuerſi in diuerſis regionibus. 613.614.
Cambire pecuniam inferioris gradus auri, vel argenti cum alia ſuperioris, cura compenſationem, iniquitas eſt. 614
cambire monetam hac lege etiam ſi tempore ſolutionis auctus fuerit valor, ſecundum priorem valorem pendatur, vſura eſt. ibid.
cambire ita vt eadem pecunia reddatur vbi plus valet, minime licet. ibid.
Cambire pecuniam ab vno in alium locum habito reſpectu copiæ vnius loci, atque inopiæ alterius, licitum eſt, modo temporis ratio nulla habeatur. 619.626
cambium duarum rerum in diuerſis exiſtentium locis neutiquam fieri licet ſi pluris in vno quam in altero æſtimetur. pag. 617.
Cambij pretium legitime variat abundantia vel raritas pecuniæ. 622. & etiam frequentia & raritas indigentium. ibid.
cambium ad incertam ſolutionem etſi aliquo modo licitum ſit, non tamen tutum. pag. 623.627
cambij legitima ratio. 628
cambia an ad proxima loca eiuſdẽ regni ſint licita. ibid.
cambiendi mos Luſitanorum & Caſtellanorum 630
campſoriæ artis radix & initium vnde. pag. 613.
campſor qui merinæ pecunias numerat, iuſte cum lucro illas Romæ recipit etiam ſi ipſi campſori expediret illuc a portare. pagina 610
In campſore induſtria pluris valet quam labore immo ſine labore multoties pretium recipit. ibid.
campſori licitum eſt aliquid recipere vt pecuniam in ſuo cambio conſignatam innumerato ſoluat 613. nõ tamẽ vltra id quod lege taxatum eſt. ibid.
campſor dominium pecuniæ in illum cuius transfert. 622
campſori nullo modo licet ab nundinarum intercalationem & pretermiſſionem pretium. Immo neque propter illud tempus quod inter cambiũ interſiet, & proximas nundinas. 625.627

Campſor ratione lucri ceſſantis nihil recipere poteſt. 627
campſorum miniſtri quomodo ſint in culpa, & ad reſtitutionem teneantur. 631
Cantus eccleſiaſtici non ſtudij, ſed diuinæ laudis gratia inſtituti vide, horas.
Cantus eccleſiaſticus ſi eſt imodicus, eſt vituperabilis. 981
canonicus non tenetur vi iuramenti primū præſtiti noua ſtatuta ſeruare. 778
capellaniam ſtatuere ad celebrandas miſſas pro infidelibus error eſt. 818
capitulū nauiganti, de vſuris optima explicatio 583. & aliorum capit. vide, Expoſitio
carcerum effractoribus pœna capitis decerni tur propter præſumptionem illatæ vis. pagina. 478
Ad carceres condemnati tenentur ibi manere & non fugg re niſi immineret periculum mortis vel corporalis ſupplicij. 479.
Ad carceres & ad mortem ſimul condemnare nullus iuſte poteſt. eod.
In carcere ſpectare mortem aliquando tenen tur martyres ob confeſſionem fidei. eod.
carceres quare adiuuenti. 428
carcere perpetuus morti æquiparatur. eod.
carceri mancipare quempiam niſi reipublicæ aut principi non licet. eod.
cardinalis epiſcopali fulgēs dignitate potius tenetur eſſe præſens ſuæ eccleſiæ, quam Romæ. 268
cardinalibus inhibitum eſt ne fiant epiſcopi. 939.
celare vitium rei & tacere, maxime differunt. 580
cæli cauſſa per ſe eſſe nequeunt actionum liberi arbitrij. 798
cenſus quid, & vnde dictus. 587
cenſus bifariam conſtituitur, Alius enim eſt reſeruatiuus, & alius conſignatiuus. ibidem.
cenſum realem fructuariumque vnuſquiſque poteſt in ſua bona conſtituere, dummodo ſint libera, non ſolum via donationis, verū etiam venditionis. 589
cenſus realis anexam habet perſonalem obligationem 589. immo bona ſuper quæ cenſus conſtituitur rationem ſolum habent pignoris & hipothecæ. ibidem.
Cenſus realis non ſolum conſtitui poteſt ſuper certis ſignatisque bonis, verū & ſuper indefinitis, immo & ſuper re cuius fructus cenſum non adequant. 590
cenſum realem emens non fructus rei obligatæ emit, ſed ius exigendi cenſum. pagina. 589
cenſum perſonalem, vtpote quem venditor ſupra ſuam cōſtituat perſonam, iuſte quiſque emere poteſt. 590
cenſus perſonales & ſuper incertis bonis etiam non fructificationibus conſtitutos, Extrauagantes Martin. Calix. non damnant. 591
cenſum pecuniarum iure etiam quiſque poteſt ſuper ſuis facultatibus conſtituere, non ſolum donationis forma, verum etiam vēditionis. 589
cenſus ſuper vſum pecuniæ conſtitui poteſt. pag. 591
cenſus pecuniarij temporales temporis certi cuius penſio maioris valoris eſt quam ſit pretium, ſuſpecti ſunt, & relegandi. pagina. 593
cenſus perpetui non modo licite emantur, verum in illis minor eſt vſuræ ſuſpicio, quā in temporalibus. 592
cenſus perpetui obligatio quādo cēſus conſtitutus fuit ſuper incertis, & indefinitis bonis ad hæredis pertinet, ſi vero cōſignatus fuit ſuper certa re, non niſi re illa permanente, qua perempta hæredes amplius non tenētur. 592
cenſus temporales licite emuntur. 591
cenſus vitalicius licitus. 594
cenſus redimibiles licite emuntur, appoſita conditione vt non membratim & per partes, ſed totum ſimul redimatur. 595
cenſus emere cum pacto retroemendi, nequaquam fas eſt puta obligando venditorem, vt eundem redimat eodem, vel minori pagina 594
cenſum emere cum pacto retrouendendi, licitum eſt. 595
cenſum emere cum pacto retrouendendi conſtituto tempore, tam illo ante, quod non ſit venditori redimendi facultas, quam illo citra, quod ſi non redimatur, nulla fiet vltra redimendi facultas, ſed cenſus maneat perpetuus, licitum eſt. ibidem.
cenſus quod pretium dicatur iuſtum. ibid.

Cenſus multæ conditiones, iniquum reddũt. 593
Cenſuarius quod recipiat partem pretij, quia concedit facultatem vendendi, iniquum eſt. 596
Ceremonia vnde dicatur. 94
Ceremonialia, ac iudicialia præcepta, per quam illationem iure naturali deſcendãt. 101
Ceremonialia legis opera, non conferebant gratiam ſicuti noſtra. 132
Ceremonialia præcepta, & iudicialia, quare ad Decalogum non pertineant. pagina 105
Ceremoniæ veteris legis, quæ ad Dei cultum pertinebant, Chriſtum, & eius legem figurabant. 151
Ceremoniæ omnes veteris legis, quæ ex debito fine ducebant ſuas cauſſas, litteralem, & myſticum ſenſum habebant. pagina 153
Ceremonias veteris legis multiplices fuiſſe condecens fuit, quæ ad quatuor cap. reducuntur. 151
Ceremoniæ,& ritus apud omnes gentes ſemper fuere ad diuinum cultum ratione naturali magiſtra. 155
Quinimò multi proceres fuere inter gentes,quibus ſuper naturalem inſtinctum diuinus radius affulſit. 156
Ceremoniæ veteris legis a ſolis carnis ſordibus corpus emundabant. 156. Cuius emundationis ratio potiſſima erat in noſtro myſterio poſita. eod.
Ceremoniæ veteris legis, an in Chriſti morte ceſſauerint. 157
Ceremonias legis veteris, nullo modo licet poſt Euangelij promulgationem obſeruare. 158
Ceremonialia obſeruando, quomodo fuerit Petrus reprehenſibilis. 165
De ceſſatione legalium diſſidium Auguſtini, & Hieronymi. 165
Cæſio ſyluæ vetatur in bonum reipublicæ. 362.vide Ligna Sylua.
Cædens ligna in nemoribus alienis furtim, quando teneatur ad reſtitutionem. 262
Cedere bonis quando liceat. 392
Qui bonis ceſſerunt quando teneantur ad reſtitutionem. ead.
Circunciſio non conferebat gratiam vi ſacramenti,ſed per fidem, quàm populus proteſtabatur. 132
Charitas quid ſit. 120
Ad præceptum charitatis requiſita. pagina. 490
Charitas actus bifariam conſideratur. pagina. 123
Charitatis actus vt ſingularis virtutis eſt, cadit ſub ſingulari præcepto. ead.
Charitatis actus vt eſt uniuerſalis modus omnium virtutum, non cadit ſub præcepto eadem.
Charitatis lex iuxta Diui Thom. ſententiam ſtatim obligat cum quis limen rationis ingreditur. 125
Charitas cum ſit omnium aliorum præceptorum finis, quare aſtruatur vt ſingulare præceptum. 126
Charitatis præcepto occurrente tenentur cuncta quæ tunc facimus in Deum referre vt in finem ſupranaturalem. 126
Charitas eſt titulus rerum poſſeſſarum. 292
Charitatis præceptum dupliciter impleri. pag. 636
Charitatis lex,& ordo quando nos obliget. pag. 416
Chriſtus vt homo non eſt rex poteſtatis ſecularis. 308
Chriſtus nunquam iurauit. 744
Chriſtus idem regnum quo functus eſt ipſe reliquit vicario ſuo Papæ. 308
Chriſtus quomodo fuerit rex inquantum homo. 307
Chriſtus ſecundum quod homo iure redemptionis eſt rex regni cœlorum. 308
Chriſtus caput eccleſiæ ac perinde omnium munerum eccleſiaſticorum exemplar. pagina. 894
Chriſtianis turpius eſt iurare quam antiquis. 744
Clericus inquantum clericus nullas tenetur ſoluere decimas. 841
Clericus quatenus ſeculari iure terras, poſſidet ſeculares debitor eſt decimarum. ead.
Clerici poſſunt recipere ſtipendium ſuſtentationis. 854
Clericus diues poteſt paciſci de ſtipendio ſuſtentationis cum non eſt lege conſtitutũ. 854.855.
Clerici in minoribus conſtituti ad nullas horas canonicas tenentur contra Panor. pag. 982.
Clericus non eſt ſimoniacus cum tantum diſtributionũ gratia diuinis intereſt, peccat tamen grauiter. 861
Non omnis clericatus vſque ad primam

tonſuram eſt de iure diuino. 866
Clerici quatuor generibus bonorum temporalium fruuntur. 950
Clerici in naſcenti eccleſia cœperunt in communi viuere vide Epiſcopus
Clerici licet alium de victum habeant idoneũ poſſunt tamen de bonis eccleſi aſticis viuere. 960
Clericorum multa ſunt obſequia, quibus ſua ſtipendia merent. 969
Clerici denunciare poſſunt in cauſſa ſanguinis cum proteſtatione &c. 461
Clericis quare non licet malefactores occidere & quo iure. 403
Clericorum ſacrilegæ extorſiones aduerſus monachos. 863
Clerici qui dicantur. 464
Clerici qui petunt bonorum ſuorum reſtitutionem in iudicio dummodo, proteſtentur ſe id non facere ad vindictam, & ſanguinis effuſionem non incurrunt irregularitatem, licet malefactores occidantur. pagina. 461
Clericorum votum caſtitatis, vide ſacerdos. ibid.
Clericatus omnis vſque ad primam tonſuram non eſt de iure diuino, contra Caietanum. 866
Cognitio diuinorum in ſeipſis ſoli Deo, & beatis competit, nobis vero non ſic, quo loco genuina Pauli loca explicantur optimè. 19
Commercia humana bipertita ſunt. 393
Commutationum alia voluntaria, alia inuoluntaria. 249
Commutationis nomen non ſimplicem dationem aut receptionem importat, ſed dare vt recipiant, recipere vt reddant. ibid.
Commutatio voluntaria ſpontaneam quandam, & voluntariam actionem tam ex parte offerentis quam recipientis importat. ibid.
Commutatio inuoluntaria, inuoluntariam ſupponit actionem tam ex parte patientis quam auferenti. 249
Commutationes inuoluntariæ diuiduntur & in eas quæ occulte & ignorante domino per fraudem fiunt, & eas quæ per violentiam manifeſte. 249
Commutationes voluntariæ per ſua quoque membra ſubſecantur. ibid.
Compenſatio quæ ſit facienda pro vita ablata. 346
Compenſatio in fama optime poteſt fieri. pagina. 350
Communes debent eſſe res quantum ad vſus per miſericordiæ & liberalitatis benignitatem. 504
Communitas rerum triplex eſſe poteſt. pagina. 303
Commodatum & mutuum quo pacto diſcriminentur.
Concilij Apoſtolorum, Actuum. 15. explicatio. 304
Concluſio practica quo eſt ſingularibus vicinior eo minus habet certitudinis. 30
Condemnatio ad mortem licet fugere & ſe ab impedimentis expedire. 478
Condemnato ad mortem iuſte non licet inſtrumenta conferre vt ſe vinculis expediat & fugiat. 478
Condemnatus iuſte vt fame pereat poteſt abſtinere a cibis ſibi oblatis contra voluntatem iudicis. 480
Condemnato a legitimo iudice iuſte & iuridice non licet ſe defendere. 477
Condẽnato iniuſte fas eſt iudici reſiſtere vbi tamen non ſcandalum daret, ex quo grauis perturbatio timeretur. 477
Condemnatus legitimis teſtimonijs, ſed tamen ſine cauſa aliqua, quia eſt innocens ſi non poteſt ſe defendere niſi inflictis vulneribus tenetur obedire ſententiæ iudicis. ibidem.
Confeſſi crimen proprium, ſuper aliorum cõſcientias non interrogentur, excepto crimine læſæ maieſtatis & hęreſeos. 446
Conſilium non habet rationem legis, vtpote virtute carens coerciua. 18
Conſilia multa ſunt de iure naturæ. 189
Conſilia euangelica atque adeo omnia naturalia ad tria reducuntur genera, ſcilicet paupertatis, continentiæ, & obedientiæ. ibidem.
Conſilia noua in euangelica lege adhibita, ſunt virginalis puritas, & confirmato voto cuncta relinquere. 190
Conſilia illa quæ ſunt de iure naturæ, ſæpe accidit vt ſint in præcepto. 190
Conſilia ideo cenſentur minima, quia ad ſalutem non ſunt neceſſaria. 704
Conſilium præſtans vſurario, vt ſub vſuris mutuet ad reſtitutionem tenetur 552. vide vſura.
Conſulere minus malum quomodo liceat, optima diſputatio. 154
Conſentire facientibus dupliciter contingit.

gie. 511
Consuetudo quid sonet. 73
Consuetudo trina pollet virtute. ead.
consuetudo & mos qualiter differant. ead.
consuetudo ex seipsa vim legis non habet, nisi quatenus à principis consensu dimanant. 73
consuetudo ligat non solum tanquam signũ promulgationis nouæ legis, sed aliquando etiam est signum quod olim talis viguerit lex. ead.
consuetudo tam legis robur nanciscitur, vt communi hominum iudicio & arbitratu peccatum esset facere contra illam. eadem.
consuetudo quæ ex principis socordia aut impotentia obrepit, legi non derogat. 73
consuetudo quæ ex animi feruore ac pietate tantum ortum habet, non habet vim præcepti, nisi postea vti sub præcepto custodiatur. 74
consuetudo quæ illicitum habuit ortum legem potest antiquare, quin & apud posteros vim legis obtinere, non tamen quandiu per actus paruos increbescit. 74
consuetudo iurandi non est status peccati. 787
consuetudo offerẽdi quando obliget sub præcepto, quomodo possit iudicari. 821
consuetudo licet sit caussa iurandi, magnum que secum afferat peierandi periculum, tamen neque ipsa per se peccatum est, nec speciem mutat iuramenti. 786
Caietan. tamen ait quod si quis propter continuam consuetudinem tam vere quam falso in communi locutione iurandi non aduertit, non excusatur a mortali. 788
contemplatiuæ vite sitne melior quam actiua. 912
contractui quando deest solemnitas iuris essentialis potest quis legis vti beneficio. 326
contractus fere omnes iuregentium sunt introducti. 198
contractus est actio inter duos, ex qua vtrinque obligatio nascitur. 561
contractus, & pactum non conuertuntur eadem.
contractus stricte actus est iustitiæ ead.
contractuum species septem sunt scilicet emptio, cambium, mutatio, emphyteusis, commodatio, permutata commodatio, locatio. 562
Contractus assecurationis. 601. 602. vbi vide, Assecuratio.
contractus cambij. vide Cambium, Cambire.
contractus emptionis & venditionis. 561. vide, Emptio & venditio.
contractus ab vsurario facti qui sint validi. 549 vide, Vsurarius.
contrahentibus quomodo liceat adinuicem se decipere. 568
contumelia a conuitio & improperio differt. 497
contumeliarum modi omnes sunt eiusdem speciei. ead.
contumelia genere suo est peccatum mortale, idque atrocius quam furtum aut rapina. 498
contumeliæ grauitatem, quantit as furti exuperare potest. ead.
contumelijs ferendis animum habere paratum vnusquisque tenetur. 499
contumelias illatas, quando ferre teneamur, quando repellere oporteat. 500
contumelia peior est furto. 509
contumelianti respondendum est, quando ratio correctionis fraternæ id decere demonstauerit. 500
contumelianti. honori fidei, & religionis religio est acriori respondere obiurgatione. 500
contumelianti quæ crimina liceat obijcere, quando resistere licituni. 501
contumelianti alijs, respondere semper est officium. ibid.
contumeliosus quis dicatur. 496
contumeliæ & detractionis discrimina 498. 502. & 504.
contumelia proprie loquendo, in verbis consistit. 496
contumelia extenso nomine, etiam in factis posita est, quatenus rationem habent significandi. 497
contumelia esse potest etiam si vitium quod propalatur peccatum non sit, quamuis huiusmodi sit insignior. 497
contumelia esse potest, etiam si occultum vitium non detegatur. ibid.
contumelie illa maior est in qua vitia imponuntur. ead.
conuitium vnde dicatur. eadem
conuitij iactatio, quæ sit præter intentionem contumeliandi quæ culpa sit. 498
conuitiari eatenus est virtus quatenus intrà limites moderatæ facetiæ continetur. 498

Cor eſt prima pars in qua anima uiuit. 134
Creaturæ omnes irrationales lege Dei æterna aguntur. 29
Criminator à ſuſurrone, & detractore differt. 514

D

DÆmonum poteſtas. 794
Dæmones vera miracula facere non poſſunt. ead.
Dæmones triplici poteſtatem exercent. ead.
Dæmones humani generis hoſtes. 31
Dæmonum odium in Deum, atque humanum genus. 790
Cum dæmonibus nullum licet inire commercium, aut ſocietatem, aut pactum. ead.
Dæmoniaci conſortij tres ſunt gradus. ead.
Damnum emergens quid ſit 541
Damnum emergens, quando mutuatori inuito emergit, iuſtè exigitur. ibid.
Damnum emergens iuſtè petit, qui mutuare cogitur. 541
Damnum emergens præuiſum, & formidatum, qui rogatus mutuat, iuſtè poteſt a principio in pactum ducere. 541
Damnum datum in re quæ erat in potentia, non eſt perinde reſtituendum, ac ſi fuiſſet in actu quiſque tenetur ad integrum reſarcire. 365
Damnum dantes graue iunctim, quomodo contrahant reſtitutionis debitum, vide reſtitutio.
Dationes illicitæ triplices ſunt. 371
Debiti duplex eſt ratio, ſecundum quod aliqua res dicitur hominis. 244
Debita incerta naturali iure in vſus Reipublicæ communes cedunt. 373. vide, Reſtitutio.
Decalogus compendium fuit totius naturalis legis. 84
Decalogi, & reliquorum præceptorum diſcrimen. 105
Decalogus non expreſsè continet principia de dilectione Dei, & proximi, ſed quare hoc. 105
Decalogus cur indiſpenſabilis. 931
Decalogi præcepta diſtinguuntur in tria primæ tabulæ, & ſeptem ſecundæ. 105
Decalogi primum præceptum, licet negatiui formam præſeferat, affirmationem tamen amplectitur. 107
Decalogi præceptorum numerus congruentiſſimum eſt. 108
Decalogus nullum continet præceptum de virtutibus hominem in ordine ad ſeipſum componentibus. 109
Decalogi præcepta recto ordine ſunt diſpoſita. Et congruenti modo tradita. 112
Decalogi præcepta omnia, tam primæ quam ſecundæ tabulæ, ſunt prorſus etiam per Deum indiſpenſabilia. 114
Decalogi præcepta non omnia ineludunt modum charitatis, ita quod ſit peccatum, niſi in gratia fiant. 123
Decalogi præcepta data ſunt nobis, vt legis capita, ſapientibus autem commiſit Deus, vt de alijs nos erudirent. 133
Decalogi præcepta ante legem ſcriptam vtcunque de iure gentium poterant cenſeri, tametſi non niſi naturali, poſt vero de diuino dicuntur. 41. vide, Præcepta Decalogi.
Deceptio intra dimidiam iuſti pretij, permiſſa eſt, non tamen licita. 572
Deceptor quare ad reſtitutionem teneatur. ibid.
Decepto quare non detur actio in iudicio. ibid.
Decimarum aliarumque oblationum diſcrimen. 829
Decimæ quo iure debeantur. 830
Decimæ ad iudicialem ordinem olim ſpectabant. ead.
Decimarum quota non exuperat iuſtum miniſtrorum Eccleſiæ ſtipendium, etiam ſi tanquam veris dominis eis adiudicentur. 833
Decimarum quota non eſt de iure diuino. 835
Decimæ an per deſuetudinem abrogari poſſint. ead.
Decimæ quibus de rebus debeantur. pagina 837
Decimæ aliæ perſonales aliæ reales. ead.
Decimas a ſeruitoribus de ſua mercede exigere, niſi mos omni memoria vetuſtior ad id cogat, non eſt æquitas. 838
Decimæ ſoluendæ ſunt ab agricola, ita vt non poſſit ante decimationem operas ſuas, & ſumptus nec ſemina excipere. ead.
Decimæ perſonales non exigebantur in veteri populo, & quare. ead.
Decimas ex minutis oleribus, &c. Leuitæ non exigebant, ſecus autem Phariſæi. ead.
Decimas non debet agricola, ſi abſq; ſua negligen-

gligentia ante decimationem granum ei ſublatum ſit. ead.
Decimam totam debet ſoluere agricola ante quam vel ſuorum mercedem, vel regis tributum excipiat. 839
Decimas ſoluere integrum tenetur colonus alieni fundi antequam penſionem excipiat quam agri domino ſoluturus eſt, niſi aliter inter eos conuentum fuerit. eadem.
Decimarum non tenetur mercenarius qui ex decimatis mercedem recipit. ead.
Decimarum non tenetur dominus fundi ex ſuis prouentibus quos colonus poſt decimationem ei ſoluit. eadem
Decimas petere clericis duntaxat proprio iure competit merito ſuo. ead.
Decimas exigere non eſt idem quod res ipſas quæ decimantur petere. ead.
Decimæ in lege nona non ſolum in clericorum victum, ſed etiam in eleemoſynarum vbertatem pro egenis conferuntur. 840
Decimę perſonales illi eccleſiæ debentur, vbi quiſque parœcius eſt. ead.
Decimæ prædiales videntur deberi eidem eccleſiæ vbi prædia iacent. At eccleſia mauult ſe ad conſuetudinem referre. ead.
Decimas ſoluere non tenentur infideles prę ter Iudæos. 842
Decimæ decimarum congruenter Dei præcepto in veteri lege ſummo ſacerdoti Leuitæ pendebant. 843
Decimarum ius eſt mere ſpirituale. 867
Decimam dominium ante earum partitionem ſolum eſt penes clerum, & quo iure. pagi. 953
Decimæ multarum eccleſiarum totæ ſunt in titulum ſecularem tranſmutatæ. 959
Defenſa vitæ & bonorum temporalium quã diu duret. 417
Defendere aliquando pro vindicare. ibidem.
Ob defenſam vitæ & bonorum temporalium licet occidere. Vide, Occidere, & Aggreſſorem.
Deliberatio comprehendit conſilium, & ſententiam. 637
Deliberatio quanta ſit neceſſaria vt votum obliget. ead.
Delicti triplici via a iure præſcripta cognoſcuntur. 467
Democratia quid. 41
Denuntiatio fraterna quinque modis diſtat a iudiciali. 467
Denuntiatio iudicialis quomodo differat ab accuſatione. ead.
Denuncians fraterne tenetur prælato veritatem fateri niſi grauiter timeat quod eum tamquam iudex machinatur caſtigare. Alioquin ad confeſſionem cogi poteſt. eadem.
Denuntians fraterne ſi ſit perſona omni exceptione maior valere poteſt pro teſte in iudicio inde futuro. 467
Denuntiatio duplex eſt. 459
Denuntiatus fraterne ſi rebellis ſit & citra ſpẽ emendæ, excommunicationis ſententia ab eccleſia coram teſtibus denuntiationis eſt ſeparandus. 467
Sicuti denuntiationem fraternam debet præcedere admonitio, ſic inquiſitionem ſpecialem, vel infamia, vel expreſſa iudicia, pag. 468
Depoſitarius tenetur negare depoſitum quãdo dominus petit in abuſum iniurioſum. pag. 368
Depoſitio non eſt contractus. 563
Depoſitum habens ſi quid ſua induſtria depoſita pecunia lucratur, reſtituere non tenetur. 571
Deriſio a contumelia, ſuſurratione, & detractione differt. 515
Deriſio ſub ludi forma ſcommata ſua tegit. pagi. 515
Deriſio frequentiſſime in ironia verſatur. pagina. 515
Deriſionis materia quæ ſit. 515
Deriſioni exponere peccatum alienum, aut naturalem defectum tanquam paruum genere ſuo eſt mortale, inde alter pude fiat. pagi. 515
Deriſiones eiuſmodi grauiora peccata ſunt, quam contumeliæ, etſi in Deum, aut fidem enormantur enormiſſima blaſphemiæ crimina. 516
Deriſionis gradus. 516
Deriſio & ſubſannatio ſine conueniunt, modo differunt. ead.
Deriſor Dei quis dicatur. ead.
Detinere rem alienam inuito domino peccatum eſt furti. 431
Detinere rem alienam nullam addit malitiã ſupra accipere, ſed eſt continuatio peccati. eadem.
detractio quid ſit. 501

Detractio reſpectu famæ, non reſpectu veritatis dicitur. eadem.
Detractio genere ſuo eſt peccatum mortale. pag. 503
Detractio per accidens quæ ſit. ead.
Detractio per accidens quando virtus, quandoue peccatum ſit. 504
Detractionis vitium quomodo vniuerſis cõmune ſit. 50
Detractio ſecũdum genus ſuum grauius peccatum eſt quam furtum: leuius homicidio, & adulterio. 508
Detractio in indiuiduo leuius peccatum eſſe poteſt quam furtum, & grauius homicidio. pag. 509
Detractionis proprium obiectum eſt ratio inuoluntarij. 510
Detractione peior eſt contumelia. ead.
Detractio eſt inuidiæ filia. ead.
Ad detractionem alium inducens, aut qui propter odium illa delectatur, grauius peccare poteſt quam detrahens. 510. 511
Detractor quis dicatur propriè. 502
Detractores quare homicidæ peculiariter dicantur. 510
Detractor quæ vere ſunt mala culpa, diſſeminat. 512
Detrahenti alijs non reſiſtens, quando peccet quandove excuſetur. 511
Detrahenti dum vera dicit, non eſt contra dicendum, ſed reprimendum eſt illi verbum 511
Deuotio quid. 996
Deuouere quid. ead.
Deo nihil eſt caſuale aut fortuitum. 24
Dei vltus quid. 24
Deum velle aliquid extra ſe, ſtat dupliciter, pagina. 117
Deus qua ratione dicatur iurare. 738
Deus non poteſt iurare per alium a ſe. pagin. 738
Deus tribus modis in rebus exiſtit. 742
Deus aliqua neceſſario vult. 117
Dei legislatoris & humani diſcrimen. 117
Deus duas habet poteſtates in vniuerſum orbem. 118
Deus legitima iudicis auctoritate vſus eſt, vaſa Aegyptiorum Iudæis tradendo. ead.
Deus forſan conciliauit animos Oſeæ, & mulieris fornicariæ vt in matrimonium conſentirent. 118
Deus iubens Abrahæ filium immolare, neutiquam in homicidio diſpenſauit. ead.
Deus non ſolum vt dominus, ſed vt iudex poteſt innocentem a culpa actuali occidere. eadem.
Deus ſolum gratiam confert quam non adimit, ſed homo ipſe per propria ſcelera. 49
Deus poteſt occultè rem alienam alteri donare non tamen princeps niſi dicta cauſſa & lata ſententia. 437
Deus ſolus eſt dominus vitæ. 299
Deus cum abſolutus ſit dominus vitæ nunquam tamen hac vſus eſt poteſtate, aut in uitam aut in bona reliqua 299
Deus nemini relaxat pœnã præterquam in ſacramento, niſi ſecundum opera & fructus pœnitentiæ. 457
Deo primum ac propriè per excellentiam cõpetit maledicere per modum cauſſæ affectricis 517
Deum benedicere ac maledicere quid ſit. pagina 517
Diaboli appellatio qui illum cui maledicitur importet vix a peccato mortali excuſare poteſt. 510
Diaconis ac ſubdiaconis olim cõceſſum erat poſt ſuſceptum ordinem nuptias celebrare. 727
Diaconatus olim non habebatur vt ordo ſacer. 850
In die feſto quæ ſint licita ſex modis venari poſſumus. 145
Dies feſtus quomodo ſpirituales actiones permittat. ead.
In die feſto opera corporalia quæ fiunt, licet fiant pro mercede, feſtum non violant. pagina 147
In feſto quomodo licet ſegetes metere, & texere, & mulionibus, & alijs iter agere. pag. 146
Dies feſtus ad audiendum ſacrum (quod Miſſum dicunt) obligat. Multi tamen ex variis cauſſis ab auditione excuſantur. 147
Diffamans aliquem de vero crimine contra iuris ordinem neceſſarium, qualiter & ad quam teneatur reſtitutionem. 351
Differenria inter poteſtatem eccleſiaſticam, & ciuilem quoad vinculum vtriuſque. pag. 50
Dignioris non eſt habenda ratio quãdo quis ſacerdotium inſtituit vt certis perſonis obueniat. 261
Dignum ſe eſſe ad præſulatum præſumere debet nemo, ni diuinitus fuerit attractus. pag. 909

Dilectionis ad inuicem debitum nunquam ceſſat. 340
Dilectio proximi nobis notior eſt ad ſenſum, quam Dei. Hæc autem illius ratio & cauſſa eſt. 111
Diligendus eſt a nobis Deus, plus quam nos ipſi. 218
Diſpenſatio quid ſit. 76
Diſpenſandi munus tametſi plenarie penes ſolum legiſlatorem ſit, interdum tamen in ſerioribus competit. 76. & 77
Diſpenſationis legitimæ cauſſæ. 77
Difficultas ex natura rei promiſſæ orta, idonea poteſt eſſe diſpenſandi cauſſa, ſecus ſi ex habitu prauo vouentis proficiſcatur, pag. 77
Diſpenſatio citra cauſſam in his quæ ſunt iuris diuini nulla eſt, ſecus in his quæ ſunt poſitiui. ead.
Diſpenſatio voti pure conditionalis, ſi ſit religionis, ad ſummum Pontificem ſpectat. pag. 662
Diſpenſatio voti pœnalis ad epiſcopum poteſt pertinere. ead.
Diſpenſat Papa cum emptore cum ei vendit beneficium eo ipſo quod ipſe vendit, & efficitur emptor verus poſſeſſor. 890
Diſpenſio populi ſeminarium eſt hæreſim. pag. 925
Diſtribui non poteſt ſemper ciuibus ſecundum æqualitatem meriti. 246
Diſtributiua iuſtitia in actione qua homines in ſuam gratiam primum recipit, nullum locum habet, Secus in meritis condigni, pag. 252
Diſtributio fiet a Chriſto diuinorum bonorum in die iudicij, non ſolum ſecundum proportionem geometricam, verum & ſecundum arithmeticam. 254
Diuiſio aliqua dominiorum iure naturali facta fuit. 304
Diuiſionem primam rerum quis fecerit. ead.
Diuiſionem rerum negare hæreticum eſt. pag. 304
Diuiſio prima rerum externarum facta fuit iure gentium, licet poſtea ciuili iure plures acceſſerint. 304
Diuiſoriæ ſortes licitæ ſunt. 322
Dominium incepit ab orbe condito. 304
Dominium non eſt tam vſu frequens quam dominatus ac dominatio. 284
Dominium fundatur in libertate. 286
Dominium non transfertur in neceſſitate extrema. 283
Dominium quarum rerum habeat Deus, quarum angelus, quarum homo. 290
Dominium quadruplex, naturale, diuinum, iuriſgentium, & iuris ciuilis. 291
Dominium, & ius in regnum quod habuit Dauid, dominium poſituum erat. eadem.
Dominium eſt habitudo inter poſſidentem, & poſſeſſum. 286
Dominij legitima definitio, & explicatio. 285 & 286
Dominium vſus, & vſusfructus quo pacto differant. 286
Dominium habere rerum ſolis vigentibus intellectu, & libero arbitrio conuenit. pag. 290
Dominiorum innumera genera ſtatuentes exploduntur. 291
Dominio multiplici abundat homo, etiam iure humano. ead.
Dominium differt ab eius titulo. 286
Dominij, ac iuris nomen, pro eodem vſurpari non debent. 294
Dominij ac iuris, nihilo plus habet in rem alienam exiſtens in gratia, quam in peccato. 294
Dominium an transferatur per actum interiorem. 288
Dominium duobus tantum modis transfertur. ibidem.
Dominiorum diuiſio neceſſaria fuit in ſtatu naturæ lapſæ. 392
Dominium habet homo naturale, non ſolum in omnes terræ fructus, verum etiam quedam pacto in elementa cœleſteſque orbes. pag. 254
Dominiorum tranſlatio omni iure fieri poteſt. 316
Dominij tranſlationis definitio. 316
Dominij aliena definitio exploditur. 284
Domini correlatiuum eſt ſeruus. ead.
Dominus eſt homo honoris & famæ. 300
Domini quibus Rex oppida cum nemoribus largitur, quas poſſint condere ſanctiones circa nemora. 362
Dominium an acquirat vſurarius in ea quæ per vſuram corraſit. 546. & 547
Donatio facta abſenti non obligat antequam alter acceptet, ideoque reuocari poteſt ſine iuſta cauſa. 247
Donatio ſi fiat abſenti ſolenniter, & coram teſtibus, obliget necne, ſtandum eſt iuri ciuili ead.
Dubitare de bonitate alterius vbi coniecturæ ad prauum iudicium inclinant laude dignum.

dignum eſt. 225
Dubitare de bonitate alterius ex leuitate coniecturarum culpa eſt. 225
Dubitare de bonitate alterius citra aſſenſum, aliquando mortale eſt. 225

E

Ecclesia non tenetur de ſuis poſſeſſionibus reddere decimas. 843
Eccleſia aliquid poteſt facere ſpirituale quod prius non erat, quod ideo ſi vēdiderit plus ratione conſecrationis quam valet, contra ius eſt diuinum, & naturale. 850
Eccleſia non perinde habet modo poteſtatem faciendi miracula ac in Apoſtolis extitit. ead.
Eccleſia poteſt omnes dies feſtos quos ipſa ſtabiliuit tollere, vel mutare, aut ſaltem factum teneret, quod tamen Spiritus ſanctus non permittet. 144
Eccleſia quare olim multis fuerit temporalium dotibus a principibus ditata. 965
Eccleſiæ licet immobiles poſſeſſiones, nullo excepto genere habere. 966
Eccleſiæ bona optimo iure ei conceſſa ſunt, & qui contradiceret, male audiret de fide. pag. ead.
Eccleſiæ conducens non eſt vt caſus omnes de quibus dimicatur ſintne vſurarij, eius auctoritate definiantur. 560
Eccleſiaſtica bona non mirum ſi ob nimiam temporum calamitatem quandoque a regibus exigantur. 967
Eccleſiaſticis conſentaneum fuit caſtra vaſalloſque habere in poſſeſſionem ſicut alias dotes. 965
Eleazarus tanquam vir fortis abſque vlla reuelatione diuina elephantem impetiuit. pag. 119
Eleemoſynam qui extorquet ſimulata paupertate non tenetur ad reſtitutionem. pagin. 877
Eleemoſynam pro vna Miſſa offerendam taxare vt ſacerdotes ſub anathematis cenſura inhibeantur ne minorem recipiant execrabile eſt. 858
Eleemoſynarum modus puta quod fiant in præſentes paupere, Deo grauiſſimus. pag. 960
Eleemoſynas petere in honorem ſanctorum, & eas porrigere licet. 806
Eligere digniorem in foro conſcientiæ & poſi præceptum eſt. 258
Elegit Chriſtus non alium qui ſunt ſibi vicarios ſuccederet, quam omnium tunc temporis Apoſtolorum optimum. pag. 259. & 267
Eligere dignum prætermiſſo digniore mortale non eſt etiam in rebus maioribus quando exceſſus meritorum non eſt tantus, vt videatur ad rem multum pertinere. pag. 260
Electi ſunt a Chriſto domino homines literarum rudes ad euangelicam functionem duplici de cauſſa. 263
Electio vt canonica ſit ſolidaque ac valida habenda ſecundum exterum ius fori, ſatis eſt eligere dignum. 259
Electionem, dum non eſt aliud medium, licet pretio ab indigno remouere, & ad dignum inflectere. 859
Electionis ſpiritualis beneficij, antequam fiat, non licet obſtacula pecunia propellere, tamen electione facta licet iniuſta impedimenta per pecuniam remouere. pag. ead.
Electionem pertinere Papa, vel inferior in fauorem dignioris non poteſt, ſi electus ille ſit quem iura non repellunt. 258
Elector ex debito officij tenetur explorare, ac ponderare merita eligendorum & meliorem eccleſiæ tribuere. 915
Electores non debent ſuo calculo indigno ſuffragari.
Electores licitè poſſunt prætermittere digniſſimum qui eligi non poteſt, vt dignior eligatur. ead.
Electores epiſcopi an teneantur meliorem eligere. 915
Electores epiſcopi quid ex officio ſuo explorare debeant. ead.
Emere merces, vt lanas anticipata ſolutione vilius quam in præſenti foro uæneunt licitum eſt, ſi tamen coniectura eſt tempore quo tradendæ ſunt eius minusve valituras etiam ſi pretio a principio taxentur. 584
Emptio & venditio ſunt contractus reipublicæ maximè neceſſarij. 563
Emptio & venditio vnus reputatur contractus. 563
Emptio eſt rei pro pretio contractio. 563
Emptio ab emphyteuſi, & locatione differt. pag. 563
In emptione & venditione pretia rerum non ſecundum earum naturam æſtimanda ſunt, ſed quatenus in vſus veniunt humanos,

nos. 570. vide, Pretium.
In emptione, & venditione fraude vti, & dolo, hoc eſt pluris vendere, vel minoris emere, peccatum eſt ex genere mortale. pag. 570
Emptionis quidam peſſimus contractus, & vſitatus. 586
Emptor qui ſubſtantiam rei, vel quantitatem, vel qualitatem agnoſcit, venditori neſcienti tenetur veritatem manifeſtare. pag. 574
Emptor agnoſcens theſaurum eſſe in agro abſconditum, an iuſtè emat agrum a venditore neſciente abſque myſterij reuelatione. 578
Emptor perſonales cenſus etiam ſuper nudam perſonam conſtitutos, emenda niquitatem non committit. 589
Epieikeia quid ſit. 76
Epieikeia ad ſolum principem ſpectat: niſi quando difficilis ad eum eſſet aditus, aut inſtaret periculum apertum, & ſubitum. pag. 69
Epieikeia, vt differat a diſpenſatione. pagina 76
Ens eſt primum obiectum intellectus. pagina 16
Epicurei leges ferebant, quæ voluptati capeſſendæ deſeruirent. 14
Epiſcopus in ieiunijs diſpenſare poteſt in diem, aut breue tempus, non tamen per totam vitam. 77
Epiſcopus idem quod ſuper intendens Epiſcopalis dignitatis neceſſitas. 77
Epiſcopus non ſolum ad ſacerdotum mores debet attendere, ſed ad reliquum gregem. pag. 77
Epiſcopus iuriſdictionibus ſacerdotum ſuperior eſt, non tamen in corporis, & ſanguinis conſecratione. ibid.
Epiſcoporum ſacerdotumque diuerſitas vnde ſumatur. 893. & 896
Epiſcopũ reliquis ſacerdotibus dignitate præſtare bifariam intelligi poteſt. 894
Epiſcopus die Dominica conſecratur. 896
Epiſcopale munus tria includit conſideranda. 907
Epiſcopus depoſitus ſi iterum in ſuum ordinem reſtauretur, non opus habet denuo conſecrari. 896
Epiſcopos realis differentia diſcernitur a presbitero, licet Hieron. contrarium videatur aſſerere. 897
Epiſcopales dignitates non ſunt ſpecie diuerſæ. 900
Epiſcopus ſolum ex commiſſione habet ordinare epiſcopos. eadem
Epiſcopalis poteſtas natura ſua ſemper fuit dignitas ſacerdotali ſublimior 896
Epiſcopalis dignitas perfectionem adhibet ſacerdotio, quæ tamen perfectio ſacerdotio accidentaria eſt. 898
Epiſcopalis dignitas inſtitutio prorſus diuina eſt. 902
Epiſcopalis dignitas electæ perſonæ, niſi fiat elaue contra iura errante, ſemper iure diuino confertur. 905
Epiſcopalis dignitas non niſi propter officiũ inſtituta eſt, ad quam veritatem deſignandam, ſemper in ſacra pagina dignitas officij nomine deſignatur. 922
Epiſcopatu indignus eſt exiſtens in peccato mortali. 907
Epiſcopatum deſiderare quo caſu liceat, 891 892.
Epiſcopatum deſiderare, quod Paulus ait, quomodo intelligatur. 910
Epiſcopatum iniunctum, licitum ſit recuſare necne. 911
Epiſcopatum acceptans, cum animo perſeuerandi in peccato mortali, mortaliter peccat. 913
Epiſcopatum non acceptans, quia ſic eſt affectuum peſte corruptus, vt conſcientiæ ſuæ turbulentiam pacare nequeat non peccat. eadem.
Epiſcopatum & beneficiorum mutationes maxime cauendæ ſunt, aliquando tamen expediens eſt vt vnus epiſcopus ad aliam ſedem commigret. 261
Epiſcopatus non eſt ordo qui ſeptem ſacramentis connumeretur. 896
Epiſcopatus apetitus ſi ad ſalutem animarũ non referatur genere ſuo peccatũ eſt mortale. 907
Epiſcopatus nomen operis eſt non honoris, ac proinde non epiſcopatus honor, ſed opus amandum eſt. 910
Epiſcopi verum habent eorum dominium quæ iure ſeculari poſſident. 948
Epiſcopi & reliqui clerici ſunt vere domini fructuum eccleſiaſticarum poſſeſſionum. pag. 952
Sunt itidem domini decimarum portionis, quæ poſt factum diuiſionem illis obtingit. pag. 953

Episcopi arctius præstringuntur præcepto eleemosynæ quam seculares. 959
Episcopi debent ea quæ ad suam patrimonia spectant scribere vt eis liceat suis agnatis relinquere 960
Episcopi vbi nimis sunt pauperes in nullo habentur pretio 965
Episcopi munus idem quod pastoris est, hãc enim metaphoram Christus toto euangelio consultissime obseruauit. 892
Episcopi dignitas ac sanctimonia quanta debeat esse. 893
Episcopi representant Christum vt caput erat ecclesiæ aliorum ordinum ministri singuli suo modo. 895
Episcopi ac sacerdotis differentiam explicatur. 894
Episcopi functio est præparare ministros, pagina 897
Episcopi soli successerunt loco Apostolorum pag. 899
Episcopi præpollent sacerdotibus altiori dignitatis genere. 900
Episcopi secundum propriam nominis notionem pastores dicuntur, non abusiue, sicut gregum Domini pastores appellantur pag. 923
Episcopi non solum publica concione, verum etiam priuatis exortationibus instruere debent plebem suam. 925
Episcopi vt anima in corpore, vicarij autem eorum vt membra. 929
Episcopi quædam sunt munera, quæ iugem residentiam requirunt, alia non ita, pag. 933
Episcopi qui absunt gregi instar meretricum eadem.
Episcopi licet stratum profiteantur perfectionis non tamen vt monachi, ita vt absque proprio viuere obligentur. 946
Episcopi & si pecc re possunt sicut alij seculares in dispensatione bonorum suorum, nemini tamen tenentur ad restitutionem ea non distribuendo, nec de bonis ecclesiasticis pro sua portione sibi cõtingentibus, sed expressius. 962
Episcopi bonorum ecclesiasticorum sunt dispensatores, quæ & quomodo habent distribuere. 950
Episcopi habeant ne verum dominium fructuum ecclesiasticorum, variæ sunt opiniones, 950. 951.952.953. ad quod respondetur. 953.954.955
Episcopo conueniebat bonorum ecclesiasticorum dispensatio quando clerici viuebãt in communi. 953
Episcopo dum consecratur, quamuis non imprimatur sacramentalis character, nihilominus adhibetur sacerdotalis habilitas ei indelebilis. 896
Episcopo peculiares sunt & propriæ functiones vniuersę quæ ad perfecti pastoris officium pertinent. 898
Episcoporum status longe altior est, quam monachorum. 896
Episcoporum electio atque ad sua munera exercenda obligatio est de iure diuino, qđ bifariam intelligi potest. 889
Episcopis, cura episcopali deserta, ad religionem conferre sit ne licitum. 911.912
Episcopus in suis egibus eadem pollet auctoritate qui summus Pontifex in eas quas ip se condidit. 76
Episcopus non facit peculiare votum castitatis præter id quod sacerdotio adiunctum est. 946
Episcopus cui scientiæ incumbere debeat, Theologiæ, an iuri canonico. 916
Episcopus quibus de causis possit cedere episcopatui licite. 919
Episcopus propter ecclesiam institutus est, nõ vice versa. 920
Episcopus religiosus testamentum condere non potest absque facultate Papæ, pagine. 1006
Episcopus medicus est, cuius industria vt in medico corporali expetitur 931
Episcopus quibus de causis licite gregi suo possit abesse. 935.936.937.938.939
Episcopus tenetur propriæ vitæ discrimen subire intuente gregis necessitate 916
Episcopus religiosus quomodo ad obseruantias regulares teneatur, vide Religiosus episcopus.
Esus carnium an fuit in vsu hominibus ante diluuium. 394
Euangelium Christi facultatem relinquit ecclesiæ addendi sanctiones nouas quas temperatissimè vti debent antistites. 182
Euangelium dupliciter intelligitur diuulgari. 179
Excluſus a religione tenetur sese corrigere & quantum in se est eniti, vt iterum admittatur. 661
Excluſus a religione voto castitatis dumtaxat manet ligatus. ead.

Excluſus a religione fortè tenetur aliam religionem adire, ſi votum religionis in communi admiſerat. ead.
Excommunicare propter furtum non cenſendus eſt pater, vxorem, & filios. 431
Excommunicatio omnis ſimoniaci Papæ reſeruatur iure nouo. 889
Exempla Sanctorum quid doceant nos in euitandis Prælatis. 911
Exilium mortis confertur. 428
Expoſitio canon. quidam maligni 5. quæſtione 1. 469
Extrauagantes Martini, & Calixti perſonales cenſus etiam ſuper nudas perſonas conſtitutos non damnant. 591. vide Cenſus.
Exorciſmi non tam crebro hodie ſperandi ſunt effectus, quam adoleſcentis Eccleſiæ. 798
Exorciſtæ qui cum nubibus, locuſtis, brucis, & cæteris beſtiolis pugnant, ſunt potius impoſtores, & incantatores, quam exorciſtę. 799. 800.

F

FAbula de lupis petentibus canes ab ouibus 412
Facultas vnde dicatur. 386
Falſitates tres gradus. 774
Fama læſa non eſt neceſsario reſtituenda, niſi quando iniuſte aufertur. 349
Famę & honoris reſtitutio optime poteſt fieri pecunia. 352
Famę reſtitutio vt obliget oportet neceſsario fuerit ablata, vel obſcurata. 352
Famę alienę reſtitutio obligat, etiam cum famę proprię detrimento. 352
Famæ reſtitutio poſtulat vt læſor faciat plenam fidem coram quibus læſit. 351
Fama læditur iniuſte quando verum crimen detegitur contra ius neceſsarium ordinem eadem.
Famæ reſtitutio vt obliget requiritur, quòd fuerit ablata per iniuſtitiam. 249
Fama & honor differunt. 495
Fama quid ſit. ibidem.
Fama ſine honore eſse poteſt, & e diuerſo. ead.
Famæ ſplendor quot modis minuatur. 502
Famam ſuam obſcurans præter charitatem, non contra iuſtitiam facit. 506
Famæ læſionem illatam poteſt quiſquis priuatus remittere. 500
Famuli ab heris furtim accipere quidquam non poſsunt præter ſua ſtipendia cauſsantes ſe minutiſſima accipere ſtipendia. 435
Feras cuſtodientes de damno dato in integrum tenentur 363. & de illis qui illas occidunt ibi, & in ſubſequentibus.
Feſtos dies fieri hos vel illos ceremoniale eſt, in quod ſubinde eccleſia ius habet 144. vide, Dies feſtus.
Fideiuſſio contractus non eſt. 503
Fides eſt credere quod non vides, quomodo intelligatur. 202
Fides non ſolum de ſupernaturalibus articulis nos erudit, verum & de alijs quos natura docet. 97. & 101
Fidei præceptum non eſt intra decalogum, ſed eius præambulum. 107
Filij quomodo debeant a parentibus corripi. vide Pater.
Filius quando clam accipit rem aliquam a parentibus, ſi non ſit tanti prætij, non committit furtum, neque excommunicatione comprehenditur. 431
Filiorum libertas prædicata à Chriſto, quando nam ſit. 310
Finis legis non cadit ſub præcepto. 121
Fenerator quod ſua induſtria pecunia vſuraria acquiſiuit, reſtituere tenetur. 545
Fœnerator reſtituere tenetur cum fructibus & damnis, fundum vel domum per vſuram extortam ead. vide, Vſura.
Fornicatio iure naturæ prohibita eſt, & oppoſitum aſserere eſt error hæreſi proximus. 434
Fornicatio grauius delictum eſt, quam furtum. ead.
Fornicatio in indiuiduo poteſt eſse leuius delictum furto. ibidem
Fornicatio ex natura ſua nocet vitæ prolis futuræ. 434
Fornicatio & contra temperantiam eſt, & contra iuſtitiam. ibidem.
Fornicatio quare conſtituatur principaliter in ſpecie intemperantiæ. 434
Fornicatio non inde leuior eſt furto quod non de illa tantum pudefiunt homines. 435
Fortitudo præſtantior eſt temperantia. 219
Fortitudo non eſt neceſſaria niſi ad iuſtitiæ præſidium. 221
Fraterna correctio habet pro fine particulari emendationem fratris. 329
Fraude aut vi qui alterum in crimen coniecit

cit, tenetur docere veritatem, & liberum permittere. 343
Furtum quid. 430
Furti etymologia. ibid.
Furti definitiones iuriſprudentium excludun tur. 430
Furtum & rapina ſpecie differunt. 431
Furti diuiſio in fraudulentam acceptionem, & rapinam, inepta. 431
Furtum eſt ſpecies ingiurioſæ acceptionis, pag. ead.
Furtum in quatuor ſpecies diuiditur, ſcilicet, ſacrilegium, peculatus, pelagium, abigeatus. ead.
Furtum eſt detinere rem alienam inuito domino. ead.
Furtum eſt accipere rem propriam occultè, quæ penes alium eſt ſiue ſit raptor ſiue depoſitum cuſtodiens. 431
Furtum ex genere ſuo peccatum mortale eſt 433. tametſi minimum peccatorum contra Decalogum. 434
Furtum non complectitur ſub ſe rapinam, ſed eſt ſpecies illi oppoſita. 431
Ad furti rationem tria requiruntur. 430
Furtum non committit qui bona propria recuperat ab iniquo poſſeſſore, ſi via iuris habere ea non poteſt. 435
Furtum leuius peccatum quam fornicatio, 434 & leuius quam rapina. 446
Furtum in indiuiduo poteſt eſſe fornicatione ſceleſtius quin vero grauius, quam adulterium, vel homicidium. 435
Furti rationem non habet ſpoliare, quempiã priuatim & occulte, auctoritate principis, dicta cauſſa, lataque ſententia condemnationis. 435
Furtim ſurripere a ſuis heris, quando liceat famulis quorumcunque dominorum, & quando non. 435
Furtim ſua recuperare quomodo liceat, etiã aliquando ſit licitum palam perſonæ priuatę. ibid.
In furto aliqua pecuniæ quantitas tanta eſt, quæ per ſe abſque vllo perſonæ reſpectu cauſſa eſt peccati mortalis: vt duo tresve aurei ducati. 439
Furti grauitas augetur, etiam ſi parum ſit quod ablatum eſt, dum cauſſa eſt maioris damni. ead.
Qui furatur minima ab homine puſilli animi, qui in minimis maximè offenditur, ſi habet animum ei nocendi per illa minima, charitatem violat, & peccat mortaliter. ibidem.
Furari a diuerſis exigua tunc incipit eſſe peccatum mortale quando quantitas accepta per ſe eſt magna abſque vllo perſonarum reſpectu. 440
Furtum ſcelera, iure naturæ, reſpublica poteſt prout viderit ſalubrius expedire, punire- ead.
Furtum, permanens ſub ratione furti, fieri licitè non poteſt diſpenſatione diuina. 119
Pro furto ſecundum Euangelium, etiam ſecundum ius commune vita non exigitur. 440
Fures olim in Hiſpania non occidebantur, ſed ſacrilegi qui ſacra deprædabantur. ibidem.
Quod fures modo vltimo ſupplicio officiantur, Baldus in cauſſa fuit, ob idque ab auctore reprehenditur. ibid.
Fur gaudere debet priuilegio, ſi ſe in ſacrum recipiat. ead.
Furari bona aliena vel eripere etiam ab illo, qui bonis affluit, nemo poteſt circa extremam neceſſitatem. 441

G

GAllilæos cæteris mortalibus prætulit Chriſtus in Euangelica functione propter myſterium. 264
Gener fructus pignoris pro dote tradit in ſortem non computando iniuſtitiam minime committit. 539
Genus in peccatis quæ in facto conſiſtunt ex ſolo obiecto perpenditur. 498
Genus in peccatis quæ in verbis poſita ſunt ex obiecto adiuncta ſimul intentione, perpendendum eſt. 498
Gentilibus ſolemne erat iurare per Iouem lapidem. 780
Gratiam Dei amittere non licet pro ſalute mundi ſpirituali. 409
Gratia efficacior eſt atque ſublimior, quam natura. 33
Gradus præceptionum, & prohibitionum humanarum. 42
Grauitas delictorum ex obiecto primo penſanda eſt. 413

H

HAbens re m alienam apud ſe iniuſtè, tenetur de damno emergente, & lucro ceſſante

ceſſante. 379
Habitus principiorum naturalium non diſtinguuntur a potentijs quibus inſunt. pagina 25
Hæredes vendentis cenſum perpetuum illo mortuo ad quid teneantur. 592 vide Cenſus.
Hæredes vſurarij ad quid teneantur. pagina 549
Hæredes quibus debeat reſtitutio occiſi fieri, qui cenſeantur. 349
Hæredes triplices ſunt. 372
Hæres perſonarum veri domini defuncti gerit. 367
Hæreſes quibus damnis, aut fracturis ſolent intumeſcere. 915
Hæreſibus nouis obortis temporum curriculo Eccleſia magis, ac magis illuminatur. pag. 178
Hæreſis ſtultiſſima eſt poſt Euangelium Regni Cœlorum aliud præſtolari. 178
Hæreticus verè dominus vſque ad condemnationem, tametſi legis vigore impediatur bona alienare. 61
Hæreticus quamuis ab articulo patrati criminis dominium perderet, poſſeſſionem tamen tuto retinet legis auctoritate, quæ confiſcationem prohibet ante ſententiam. pagina ead.
Hæreticus ante condemnationem vtcunque punitur cum bonorum diſtractio ſit illi inhibita. 61
Hæreticus iuxta iuris normam requiſitus ſi in què veritatem inficietur, ſit reus pœnæ hæreticis decretæ. 61
Hæretici condemnatio retroagitur vſque ad articulum quo omni ignorantia nudatus ſtudio hæreſim aſſeruit. 61
Hæretici aliqui negarunt miſſionem Spiritus ſancti, quam Chriſtus pollicitus eſt, completam fuiſſe in die Pentecoſtes. 178
Hiſtoriographis quatenus liceat aliorum geſta hominum memoriæ tradere. 505
Hypocrita irriſor Dei interpretatiuè habetur pag. 516
Homo ad fœlicitatem natus. 13
Homo vti perfectione ſuſcepta optimum eſt cunctorum animalium, ita ſi alienus fiat a lege omnium eſt peſſimum, ſæuiſſima enim eſt iniuſtitia, quæ tenet arma, quæ homini per innatam prudentiam contingunt. 74
Homo in practicis æterna Dei lege bifariam illuminatur. ead
Homo beneficio protegēdi vitam propriam priuari nequit, ac proinde neque damnari, vt necem ſibi inferat aliamve læſionem corporalem, niſi eſſet earum quæ homines religionis, ac pœnitentiæ gratia ſumere ſolent. 62
Homo qua de cauſſa non tantum verum bonum, ſed ſpeciem boni expetat, cum id in cæteris rebus, ſecus euenire compertum ſit. pag. 27
Homo peccato pollutus non eſt dignus pane, quo veſcitur per modum meriti. pagina 294
Homo non eſt dominus vitæ ſuæ, ſed cuſtos. pag. 298
Homo priuatus, aut Reſpublica, aut princeps non ſunt domini abſolutæ vitæ ſubditorum. ead.
Hominum tres ordines ſecundum Socratem. pag. 304
Hominum quiſque ius habet naturale dominandi, & quomodolibet alienandi res quarum legitimè eſt dominus. 316
Homo dominus eſt ſuæ famæ. 355
Hominem ad ſupernaturalem fœlicitatem, creari ineffabile beneficium eſt, licet eam ſuo marte pertingere nequeat. 81
Hominum tres ſunt ordines, quantum ad temporalium cupiditatem diſtincti. pagina 100
Hominem occidere non eſt intrinſecè malum. 266
Hominem, qui occiderit aliud agens, ſi nō debitam adhibuerit diligentiam, ſiue dans operam rei licitæ, ſiue illicitæ a reatu homicidij non eſt immunis. 419. & 420
Hominem qui occiderit aliud agens ſi debitum adhibuerit diligentiam, ne homicidium ſequeretur, ſiue daret operam rei licitæ, ſiue iniuſtæ, non eſt reus homicidij. ead.
Homo improbus fera beſtia peior. 399
Homines alliciendi ſunt præmijs, terrendi ſupplicijs. 17
Homicidium grauiſſimum peccatum eſt inter vniuerſa, quæ homines aduerſum ſe inuicem committunt. 509
Homicidium dicit rem malam intrinſecè. pag. 399
Homicidium quod prohibetur habet rationem indebiti. 398
Homicidium ſimpliciter caſuale qui committit non eſt reus homicidij. 419
Homicidium vt imputetur caſuale tres cōditiones

tiones requiruntur. 419
Homicidium ſi nō ſequatur ex actione mea, non imputatur mihi. 420
Homicidium quod de per accidens voluntarium eſt qualae peecatum ſit expendēdum ex cauſſa. 420
Homicidij pœna, vide irregularitas.
Homicidium, quando ſubſequatur ex actione mea iudicio medicorum ſtandum eſt. pag. 420
Honor quid ſit. 495
Honor dupliciter alicui tollitur. 496
Honor ille ſolus verus eſt, qui virtuti debetur. ead.
Honorem fugientes circunſpecti eſſe debent pag. 932
honor ſatiſne reſtituatur petendo veniam, differitur. 355
honorem acquirendi pulcher modus. pagina. 301
honoris & famæ differentia conſtituitur. pagina. 495
horas canonicas ſtatis temporibus, & locis clericos recitare quam fuerit neceſſarium populo Chriſtiano, quibuſque hoc munus cōueniat. 970.971.972.&973
horas aliquas ſoluere in cultum Dei, & ius naturale & diuinum, ac ſubinde ius humanū nos docet. 972
horas canonicas eſſe numero ſeptenario, & antiquiſſima Eccleſiæ inſtitutio eſt, & ei quam decentiſſimum. 972
horas canonicas nocturnus damnant Vvicleffiſtæ, eo quod Deus noctem nobis ad quietem indulſerit. 974
horæ canonicæ canebantur in eccleſia primitiua per certas noctis vigilias, cuius ratio aſſignatur. 974.&975
horarum quę die recitantur numerus & ratio ex vtraque ſacra pagina ſumitur. 975
horæ diuinæ quibus horis ſingulæ recitandæ ſint. 976
horæ canonicæ trina de cauſſa ſunt in ſeptenario numero. 976
horæ canonicæ optima non minus quam vetuſta conſtitutione per cantur eccleſiaſticos, ſolenniter celebrantur. 978
horarum reſponſoria vnde fuerint inſtituta. 979
horarum canonicarum antiphonæ compoſitæ ſunt a Græcis, immo & per Angelos cælo delatæ. 980
horarum canonicarum hymni vnde hortum habuerint. ead.
Horis canonicis laudibuſq; diuinis non ſunt immiſcenda profana, quæ vt in die Natalis domini cantari ſolent. 981
horas canonicas ſoluere ex duplici capite homines tenentur. ead.
horas canonicas ſoluere qui teneantur. 986
horas canonicas nō recitare in communi in aliqua religione prælati negligentia peccatum mortale eſt. 986
horas canonicas ſoluere tenentur monachi profeſſi choro eman cipati, etiā ſi non ſint in ſacris, & ſanctimoniales 985. Non autē illi qui non ſunt profeſſi, nec laici. 986
horas canonicas ſoluere partim de iure diuino partim eſt de iure poſitiuo. 987
horæ canonicę non ijſdem Pſalmis alijſq; ad hoc pertinentibus omnibus in eccleſijs, & religionibus celebrantur, poteſt enim hoc iure Pontificio permutari. 987.988
horarum canendarum modus his eſſe debet qui in eccleſia Metropolitana ſeruatur atque in religionibus ſecundum cuiuſcūque ſtatuta. 987
horas canonicas ſoluere ſequendo morē Romanum non ſingulis perſonis abſque pontificis auctoritate liberum eſt. 987
horarum canonicarum nimia prolixitas moleſtiſſima eſt, ſicut breue nimis earū compendium eſſet fugiendum 988. & hic ponitur cenſura Breuiarij Romani.
horæ beatæ Virginis recitandæ vim habent præcepti iam ex conſuetudine 989. idē eſt de officio mortuorum.
horas canonicas ſoluens, mentem, non dedita opera, dimouendo ab attentione, orandi præceptum non frangit. 995
horas canonicas ſoluens eſt ob attentionis omiſſionem mortaliter peccet, non ideo neceſſitatem incurrit reſtitendi. 995.& 996
horas canonicas non ſoluere per vnum aut duos dies non debet inijcere ſcrupulum reſtitutionis, licet peccatum mortale ſit, & quidem qui relaxationibus cruciatæ bullæ gaudent credendum eſt eſſe tutos. pagina. 1000
horarum ſoluendarum omiſſio ſit vltra duos dies procedat tunc compoſitio cum ſummo Pontifice locum haberet, immo & cū epiſcopo ſtando in iure diuino. ead.
horæ canonicæ quæ in communi recitantur, ſtatis per eccleſiam temporibus perſoluendæ ſunt, alias culpas mortalis eſt. At priuatim tempora mutare, & ordinem non

eſt mortale. 990
Horarum ordinem non eſſe in præcepto duo bus temperamentis intelligendum eſt. 990
Horæ quæ in communi ſoluuntur in eccleſia ſunt de præcepto celebrandæ, priuatim ve ro vbique dici poſſunt. 991
Horæ quæ priuatim ſoluuntur loco decenti & honeſto dicendæ ſunt. ead.
Horæ canonicæ dum ſoluuntur qualem quãtumque exigant attentionem. 992

I

IAcob vouit Deo, quod futurus ſibi erat in Deum. 650
Iacob emens primogenituram ab Eſaù non peccauit. 869
Ieiunium frangens ex gula non ſolum contra obedientiam, ſed & contra abſtinentiã peccat, contra Duran. 851
Iephte in vouendo ſtultus, & impius in reddendo. 651
Imperator aut princeps vllus non eſt proprie tarius dominus. 312
Imperator quo pacto ſit ſuperior Chriſtianis regibus. 312
Imperatorem arbitrantes mundi dominum, vnde id ſibi perſuaſerunt oſtenditur. 312
Imperatoris electio pontificia auctoritate a Græcis ad Germanos tranſlata eſt. 313
Imperare aut alij malum fiat, optareque aut imprecari malum, quatenus malum illi eſt peccatum eſt genere ſuo mortale. 518
Imperare optare aut imprecari malum vt rationem induit boni, licitum eſt & quandoque neceſſarium officium, quod bifariam contingit. 518
Imperans malum fiat fictè quantum peccet. 518
Imperatoria maieſtas non fulget totius orbis dominio. 311
Imperium aut imprecatio mali bifariam poteſt rationem boni induere. 518
Imponens ſibi ipſi falſum crimen quomodo peccet. 105
Imperium actus eſt intellectualis non voluntatis vt planiſſimè Ariſtoteles docuit. 4
Imperium neque eſt propoſitio apprehẽſiua neque iudicatiua, ſed iudicium quod electionem ſubſequatur. 4
Impediens aliquem a beneficio vt digniori vel æquè digno detur citra vim & fraudẽ, non tenetur ad reſtitutionem. 357
Impoſſibile bifariam ſumitur. 38
Imprudentiæ duo gradus. 777
Impignoratio quid ſit. 563
Imagines a Chriſtiana religione eſſe relegandas quis prior dicere auſus fuerit, & quid deſtructores, qui earum fuerunt defenſores. 136
Imagines quomodo adorandæ ſunt. eadem.
Infamia non præcedente alicuius perſonę cũ immaniſeſtum eſt crimen diſquiri poſſunt perſonæ in ſex tantum caſibus. 468
Infamia quænam ſit ſufficiens ad diſquiſitionem criminis prudentum arbitrio æſtimãdum eſt. 470
Ad infamiam inde denarius numerus auctoritatem nactus eſt, quod ſufficit populum conſtituere. 471
Infamiam legitimam non conſtat perditorum hominum clamor, ſed bonorum opinio. ead.
Infamiam per ciuilem iudicem irrogatam Papa abolere non poteſt. 465
Infamare ſe ex genere ſuo eſt peccatum. 506
Infamatur aliquis iuſtè duobus modis. 504
Ille qui iniuſtè infamatus eſt, & ſi ſuum crimẽ non confiteatur, nõ tenetur infamatori ad reſtitutionem. 351
Infamando alterum bifariam quis delinquere poteſt. 504
infamare alium, quando contra charitatem tantum, quando vero contra charitatem ſimul & iuſtitiam ſit ibid.
infamare & licet & expedit ſycophantas, quãdo ſuis impoſturis reipublicæ perniciem adferunt. 505
infamare nos ipſos an ſit licitum. 504
infamia delicti non ſufficit, niſi paucis exceptis caſibus, ad inquirendum reum quem nulla reſperſit infamia. 469
infidelium ordo triplex. 444
infideles Afri, Sarraceni, ac Turcæ, de iure Chriſtianis Principibus ſubduntur. pagina ead.
infideles Afros, & Sarracenos certum eſt poſſe a nobis ſuis regionib. expoliari, & ſi nemo noſtrorum eorum bona priuata auctoritate deprædari, aut diripere valeat. pagina ibi.
infideles qui nihil de Chriſto audierunt, ne-

que nobis infesti sunt, non sunt nobis subditi de iure. ead.
Ignorantia difficultatis rei de qua votum emittitur, excusat hominem a voti solutione. 639
ignorans non adimplet præceptum quia ad hoc requiritur libertatis ratio. 121
inclinatio appetitus sensitiui ad legem naturæ pertinet. 26
inclinationis naturalis diuisio. 406
inclinationes duæ in homine sibi aduersantes. ead.
inclinatio hominis in bonum delectabile, bona est secundum se. 406
Contra inclinationem naturalem quando sit peccatum agere. ibid.
indicia quæ inquisitionem præcedant qualia esse debeant. 471
indicta caussa quemquam iudicare contra ius naturæ est. 401
inducens alium scienter, & prudenter in peccatum non est subiectus restitutioni. pagina 343
infirmus quomodo possit cogi vt abscindatur ei membrum, vide Mutilare.
iniuriæ satisfactio quomodo sit facienda. 348
iniuria quot modis & quando homini irrogatur. 392
iniuria maior est in facto, quam in verbo. pagina 419
iniurias proprias vindicare cur prohibitum. pag. 400
in iniurijs vindicandis pernicios⁹ abusus nobilium. ead.
iniuriosa acceptio diuiditur in furtum, & rapinam. 430
iniurius cui sit qui se occidit. 348
innocens duplex est. 411
innocentem de quo nulla est sinistra suspicio occidere flagitium est. ead.
innocentem tradere tyranno excidium ciuitati minanti iniustum est. 412
innocentem potest respublica non defendere. 412
innocentes in bello licet aggredi, & occidere. ibid.
innocens probatus nocens condemnandus est. 350
interrogatus iniquè qualiter proprio actu possit se legitimè eripere. 473
inuasus tenetur occidere aggressorē quando inuasus est reipublicæ necessarius. 457
inuentum quando nullius fuit occupanti conceditur, si tamen occupanti ius sit in regionibus illis quibus ista hæc inuenta reperiuntur. 437
Inueniens thesaurum si retineat, furtum non committit. ead.
inuenienti thesaurum in agro proprio licet eum sibi retinere. Inueniens autem in agro alieno ex industria quæritando inscio domino nil potest sibi retinere. Inueniens vero, aliud agens, dimidiam partem debet habere ead.
inueniens quæ præsumuntur habere dominos, summam diligentiam in inueniendis dominis adhibere debet: quæ facta, nec inuento domino sibi retinere potest. pagina 437
inuenti lapilli in littore maris inuentori sunt. pag. 436
De inuentis in superficie terræ quotam aliquam principem exigere iniustum est, neque lex de hoc lata in conscientia obligat. eadem.
De inuentis in venis terræ, vt sunt metalla, vsus obtinuit vt quin a pars principi obueniat. 437
inuentarum rerum duplex est genus. 436
An inuenta quorum domini non comparēt sint pauperibus restituenda necne, pulchra disceptatio. 438
inuitus nemo potest pœnitentiam sibi iniunctam implere. 121
irregularitas quæ sine delicto contrahitur nō habet rationem pœnæ. 53
irregularitas sicuti & excommunicatio ipso facto incurritur. 64
irregularis quando debeat censeri qui dat operam rei illicitæ. 421
irregularitas quando incurratur ex membrorum mutilatione. 424
irregularitas non est culpa, neque proprie pœna. 405
irregularitas quia propriè non est censura, non intelligitur in bullis quando conceditur facultas absoluendi ab omnibus censuris, & pœnis. ead.
irregularitas quando incurratur, & propter quæ. 404
irregularitatem non incurrit qui alium occidit se defendendo quamuis tempore diui Thomæ in vsu erat contrarium. 418
irregularitas incurritur propter homicidium quod sequitur etiam de per accidens ex opere persecutientis. 410

Irregularitas non incurritur propter homicidium niſi verè ſequatur homicidium etiam ſi miraculosè homo ille non moriatur. ead.
Irregularitas non incurritur quando datur opera rei honeſtæ & ſtudioſa adhibetur diligentia. 421
Irregularitas vt incurratur, debet eſſe homicidium voluntarium. 422
Irregularitas quando incurratur propter negligentiam. ead.
Irregularitas non incurritur a clericis patentibus bonorum ſuorum reſtitutionē in iudicio, etiam ſi malefactores patibulo affigantur. ead.
Irregularitas non incurritur propter culpam venialem. ead.
Irregularitas non ob id incurritur quod ſanitatis gratia abſcinduntur membra. 425
Irregularitatem non incurrit qui in verberādo filium clericum, vſque ad ſanguinis effuſionem proceſſit. 428
Irritationis vocabulum quid deſignet, & qualiter a diſpenſatione & cæteris diſcriminetur. 75
Iubens & conſentiens non ſemper tenetur ad reſtitutionem. 386
Iudæi in ſolo opere exteriori ineſſe culpam cenſebant, minime autem in affectu. 87
Iudæi dupliciter errabant circa iudicialia. pagina. 188
Iudæi cur minus euacuant carnes ſanguine. pag. 395
Iudæis condecens fuit vt ad temporaliū promiſſionibus ad legis obſeruantiam adducerentur. 98
Iudæis an fuerit vſura permiſſa. 529. & 530
Iudex non debet rei euidentiam expectare, ſed humanam certitudinem quæ per idoneos teſtes fit. 234
Iudicis arbitratui relinquuntur quæ legibus comprehendi non valent. 35
Quoties iudex reum condemnat iuſta ac iuridica ſententia ad pænā quæ non eſt mortis, leſionisve corporalis inflictiua, tenetur reus ipſe ſententiam exequi etiam ſi ad agendum damnetur. 61
Iudex in iudicio concepto per coniecturas quæ virū probum inducunt, non debet ad punitionem procedere, ſicut neque Salomon proceſſit. 235
Iudici, irretito occulto & grauiſſimo ſcelere licet ſubditos condemnare etiam de eodem crimine, niſi excommunicatus ſit aut ſuſpenſus. 232
Iudicem decet vt talem ſe gerat, quales vult ſubditos eſſe. 231
Iudex publicus peccator alios condemnans, mortaliter peccat ex genere ſuo, ſi ſit in grauioribus, aut ſimilibus criminibus, ſecus in diſſimili materia, & non infami. ead.
Iudex duplici ſcientia vtitur, & vniuerſali iuris & particulari facti. 450
Iudex tenetur ſic ſanctè ſequi ſcientiam iuris vniuerſalem, vt neque ſuum proprium arbitrium, ſi contrarium eſt conſulere poſſit. ead
Iudex in particulari facto poteſt ſe ſuo ingenio & prudentia iuuare in examinandis inſtrumentis & teſtibus, quod maximè tenetur facere cum innocens ſibi notus accuſatur. ead.
Iudex tenetur damnare innocentem probatum nocentem. 350
Iudex debet in omni cauſſa contra veritatem ſibi notam euidenter ſecundum allegata, & probatur ſententiam pronuntiare. pagina. 451
Iudex, qui innocentem ſibi cognitum, probatum tamen nocentem idoneis teſtimonijs condemnat, non agit contra conſciētiam. 453
Iudex in criminibus nequit quempiam iudicio condemnare niſi accuſatum. 454
Nullus iudex ſiue ſummus, ſiue infimus antequam pars læſa iniuriam remittat, poteſt pœnam condonare. 456
In iudicis ſupremi arbitrio eſt, nam item in arbitrio inferioris poſtquam accuſator ab accuſatione deſtiterit pœnam iuris relaxare. 456
Iudex ſupremus aliquando accuſatore reclamante poteſt accuſationem abolere. pag 457
Iudice quatuor ſunt neceſſaria, videlicet iudicandi poteſtas, veritas & fama, & executionis vis. 446
Iudex condemnare non poteſt quem euidenter ipſe ſcit eſſe reum, quādo reus non probatur legitimis teſtimonijs. 449
Iudicis ſcientia non reputatur ſufficiens teſtimonium. 450
Iudicatus, aut loco eorum qui regi ſunt a cōſilijs vendere illicitum eſt atque ſcandalum. 275
Iudicare quempiam niſi eum qui iudici vel

ſim pliciter, vel in tali caſu ſubditus eſt, non eſt licitum. 446. & 447
In iudiciali foro quatuormodis contingit vni alteri eſſe ſubdituum. 447
iudicando Chriſtum Pilatus peccauit. ead.
iudicio diuino ſunt permulta delicta &c. pagina. 469
iud cium actus eſt maxime propriius ius iuſtitiæ. 227
Iudicij nomẽ primo ſignificat rectam finitionem iuſtorum, deinde rectam definitionẽ aliarum virtutum circa propria obiecta. eadem.
iudiciũ rectum duas virtutes requirit, & quæ iudicium præferat, & quæ potentiam iudicantis diſponat ad iudicij rectitudinem. pag. 228
iudicium particulare ſtudioſi in reliquis virtutibus ſolum requiritur, in materia autẽ iuſtitiæ neceſſarium eſt etiam ſuperioris. pag. 229
iudicium, vt rectum ſit, tria exigit nempe vt procedat ex iudicis auctoritate, & ex iuſtitia affectionẽ & ex prudentia rectitudine. 229.
iudicij ſubſtãtiam ſubuertit quiſq; iudicium, ſi iuri alterius partis quidquã adimat quod alteri tribuat. ead.
iudicium ſine præſidentis auctoritate vſurpatum, ſine iuſtitię ſubſtantia, iniquum, ſine prudentia, & iuris ordine ſuſpectum, ſi vero ex leuitate & non legitima probatione temerarium dicitur 229
iudicij ſingularium conditionum defectus genere ſuo facit peccatum mortale. eadem.
iudicium ex malo affectu prolatum eſt peccatum ſecundum affectum. ead.
iudicium temerarium quadrupliciter eſt æſtimandum, primo de ſua ſubſtantia, ſecundo de cauſſis, tertio ex coniecturis, quarto ex obiecto. 231
iudicij temerarij quatuor ſunt gradus. 231. 232
iudicij temerarij primus gradus eſt quando animus eſt pẽdulus, neutri conditionis parti aſſentium præbens. 231
iudicium temerarium idem eſt quod ſine legitima cauſſa inconſulto conceptum. pagina. 233
iudicij temerarij duo primi gradus, licet a duo Thom. ſub primo comprehendantur, tamen inter ſeſe non parum diſtat interualli. ead.
Iudicium temerarium vt ſit mortale crimen tria exigit, ſcilicet vt ſi certum, ut ex leuioribus colligatur coniecturis, vt ſit de re graui. 284
iudicium certum in ſpeculatiuis, hoc vnum requirit, vt nihil prorſus habeat ambiguitatis admiſtum, in moralibus autem parũ pro nihilo reputatur. ead.
iudicium temerarium ſi ſit repentinum, mortale non eſt, ſed poſtquam ſedato animo ex deliberatione ſententia confirmatur. ead.
iudicium, quando ex leuitate cauſſarum fiat mortale, non poteſt ſtabiliri certa regula. ead.
iudicium a culpa excuſant illæ coniecturæ & indicia, quæ virum prudentem & probum vt ſic iudicaret induceret. ead.
iudicium vtrum veniale an mortale ſit, non poteſt certa diffiniri regula. 235
iudicij grauitas ex infamia perpenditur. ea.
iudiciũ de peccato quod non eſt infame non eſt mortale. ead.
iudicium de malo, quod non eſt peccatũ ſed naturale, poteſt eſſe delictum. ead.
iudicandum non eſt ſecundum legem ſcriptã quando legi naturæ aduerſatur. 239
iudicare propinquius conuenit rationi, & prudentiæ, a qua profertur, ſed potiſſimum conuenit iuſtitiæ vnde habet vt ſit rectum. 241
iudicare circa diuina charitati connenit. pagina. 241
iudicium nullum ſine certitudine eſſe niſi veniale, exceptionem habet, quando grauiſſimum malum de honeſtiſſima perſona ſuſpicatur. 235
iudicium temerarium non eſt malum quia prohibitum, ſed prohibitum quia malum. pag. 236
iudicium temerarium eſt ex his quæ ſunt cõtra ius naturæ. 235
iudicium temerarium eſto in publicum non prodeat, per ſe eſt peccatum mortale. pag. 235
iudicium de re dubij ferendum non eſt, ſed dubium in meliorem partem interpretandum. 236
iudicium vſurpatum non ſolũ peruerſum eſt verum & nullum. 242
iudicialia præcepta, partim cum moralibus, partim cum ceremonialibus conueniunt. 155.
iulius Cæſar per iniuriam obtinuit dominatum.

tum. 813
Iuramenti obligatio differt à voti vinculo. pagina 643
Iuramentum de re prorsus vana, non inducit obligationem. 644
Non omne iuramentum assertorium licet sit vanum atque illicitum, est peccatum mortale. 782
Iuramẽtum ab eo petere quem nescis falsum iuraturum, nullum est peccatum. 789
Abeo autem quem scis mendaciter iuraturum, peccatum est mortale. ead.
Iudici vero nullum est peccatum. ead.
Iuramenta libera, id est, quæ extra iudicium fiunt, per quam rarissime excusari possunt à culpa. 786
Iuramẽtum dupliciter intelligitur habere deteriorem exitum. 755
Iuramentum promissorium simulatorijs verbis conceptum animo non implendi, nec se obligandi, an sit mortale. 765
Iuramentum triplici ex caussa existimandum est. 758
Iuramentum coactum frangere mortale est. pag. 759
Iuramentũ licet ab idololatria per suos deos exigere, secundum August. 779
Vnde fit consequens quod etiam idololatra & gentilis teneatur iuramentum suum seruare. 780
Iuramenta Hispanorum. 781
Iuramenta triplici ex capite variantur. 747. 738
Iuramentum apud Romanos tanta habitum fuit sanctitate, vt non nisi ingenus & nobilitate insignibus deferretur. 772
Iuramentum per falsos deos an mereatur nomen periurij. 775
Iuramentum duplici modo alterius nomine præstari potest. 778
Iuramentum secundum se licitum est & honestum. 759
Iuramentum & votum dupliciter differunt, pag. 768
Iuramenta possint ab homine relaxari. ead. & 769
In iuramentis non licet dispensare absque legitima caussa. 776
Sed quid si Papa sine caussa valida dispenset; an teneat dispensatio? minime. 771
Iuramenti definitio. 735
Iuramentum aliud assertorium, aliud vero promissorium. 736
Iuramentum non est necessaria nisi ad ea, quæ sunt necessaria, perque rationem inuestiganda. 736
Iuramenta sua reddere altissimo quomodo intelligendum. 737
Iuramentum aliud simplex, aliud execratorium ead.
Iuramentum esse à malo ex sententia D. Aug. quomodo sit intelligendum. 744
Iuramentum falsum, illicitum & temerarium in quo differunt. 745
In iuramento tres comites nempe veritas, iustitia & iudicium quomodo intelligantur necessariæ. 745
Iuramentum est actus religionis seu latriæ. pag 746
Iuramentum omni iure religio censetur. 747
Iuramentum non est per se appetendum. eadem.
Iuramenti vsus neutiquam in statu innocentiæ fuisset. 748
Qui bene iurat bene credit, quam blasphemie solea interpretari. ead.
Iuramentum quando habeat vim obligandi. 751
In omni iuramento assertorio duę in sunt veritatis rationes. 753. 754
Iuramentum incautum sit tribus modis. 754
In iuramento promissorio tria extere sunt cõsideranda scilicet promissio, iuramentum, & executio. 752
Iuramentum ratione grauiorum materiæ aliquando grauius est frangere quam votum pag. 776
Iuramentum licet sit obligatorium, potest tamen eius obligatio per dispensationem extingui. 768
Iurabis per nomen Dei tui quomodo sit intelligendum. 738
Iurare turpius est Christianis, quam antiquis pag. 744. 745
Iurare per creaturas in Deum relatas licitum est. 751
Iurare quibus modis contingit. 738
Iurare aliquando est præceptum. 741
Sed quale præceptum? naturale & diuinum, perinde ac mandata decalogi. ead.
Ego autem dico vobis non iurare omninò, Matt. 5. quomodo sit intelligendum. 742
Iurare per creaturas exhibendo illis reuerentiam Deo debitam, est idololatriæ impietas. 751

Iurare per creaturas catholice dupliciter contingit. ead.
Iurare per capillum,& per caput Dei blasphemia est. ead.
Iurare per Deum grauius est,quam per euangelia. 774
Iurare quæ personæ non possint. 770
Iurare non licebat Romanis, per Herculem sub tecto, sed sub dio quasi in Iouis præsentia. 772
Iurare per falsos deos magis impium est quã peierare. 779
Iurare in sanctis solenniter, nisi a ieiunis fiat, non reputatur honestum. 771
Iurare non decet personas egregiæ dignitatis. ead.
Iurandi hodiernus abusus. 772
Iurandi ratio efflagitat,vt certo ordine,& forma fiat. 786
Iurans si non habeat iurandi animum,an teneatur illud implere. 771
Iuramentum ducendi vxorem licitum est,nõ tamen seruandum, dum maius bonum impedit. 648
Iurare legitimè officium virtutis est. 138
Iurare prohibuit Christus, non solum per creaturas,sed per Deum. ead.
Iurandi officium non est per seipsum virtus, nisi cum suis comitibus. 139
Iurare in statu innocentiæ, nulla fuisset virtus. ead.
Iuramentum nobis Dei beneficio concessum est natura lapsa ad fidem nostram roborandam. ead.
Iuramentum a iure dicitur. 139
Iuramentum præmisso iniuria fit Deo,si aliud testimonium exquiratur. 140
Iuramenti tres comites. 139
Iuramentum de re iniusta implere peccatum est. 139
Iurare aliquod patrare peccatum mortale, quamuis non perpetretur, est mortale. pag. 139
Iurare aliquod facere peccatum veniale, etiam si non impleatur,peccatum est veniale. 139
Iurandi frequentia præsentissimum habet periculum peierandi. ead.
Iurare falsum etiam in re minima, peccatum est mortale. 140
Iurisdictiones ciuiles frequentius secularibus, quam Ecclesiasticis committendæ sunt. 966
Ius dupliciter accipitur. 191
Ius est obiectum iustitiæ. 192
Ius aliud naturale,& aliud scriptum. 194
Ius primum omnium diuiditur in naturale, & positiuum ead.
Ius omne naturale est diuinum. 196
Ius gentium,& a naturali distinguitur, & sub positiuo continetur. 196 & 197
Ius gentium,& ciuile, trifariam distinguuntur. ead.
Ius omne quo ciuitas vtitur, vocatur ab Aristot.ius politicum. 198
Ius paternum quod ad naturale, semper manet inter parentes, & filios emancipatos, sed quo ad ciuilia ius simpliciter, & iustũ, est inter illos. 200 201
iurisgentium aliquando est licita dispensatio,& aliquando non. 198
iure naturæ homines esse seruos, quomodo sit intelligendum. 199
iuris ignorantia non tollit omnino culpam, neque omnis ignorantia facti. 224
iurisconsulto præferendus est Theologus ad episcopale munus cæteris paribus. 262
ius in liberos non dicitur dominium. 286
ius humanum, duplex, ius ciuile, & ius gentium. 293
ius naturæ, & ius gentium penes quid discriminentur. 304
ius gentium, & ius ciuile, quo pacto differant. ead.
ius legitimum Christiani imperij, quod sit. pag. 313
ius gentium multorum, nequiuit dispertiri dominia, sed semper remanent communia iure naturæ. 305
iure gentium propriè dominia diuisa sunt, vt meum,& tuum audiretur in orbe. 293
iure gentium constituta est successio hæreditaria filiorum in bona paterna. 305
ius primogenituræ quare masculina fere trãsfunditur,vide Maioratus.
ius patronatus vendere est simonia. 869
ius vsusque iuris,non sunt idem. 839
iustitia originalis. 406
iustitia dupliciter sumitur. 191
iustitia in tribus differt a reliquis virtutibus. pag. 194
iustitiæ rectitudo, reperiri potest vbi adest mala intentio,& finis prauus. reliquarum vero virtutum rectitudo, non manet vbi deest aliqua circunstantia. 193
iustitiæ diffinitio, quæ a iurisperitis assigna-

tur bona eſt, ſi ſane intelligatur. 201
Iuſtitia duplex infuſa & acquiſita. 129
Iuſtitia aliter paruulis, aliter adultis infunditur. 130
In iuſtitia diſtributiua nulla eſt reprehenſionis forma. 251
Iuſtitiæ commutatiuæ non ſemper ſit iuſta reparatio, vbi offenſor idem præcisè perpetitur quod alter ab illo perpeſſus fuerat. eadem
Iuſtitia diſtributiua non attendit quid ciues contulerint. 252
Iuſtitia commutatiua non proprie eſt in Deo eadem
Iuſtitia diſtributiua non id tribuit quod debetur, vt antea proprie a ciue poſſeſſum, ſed quod eſt totius reipublicæ, cuius ciues ſunt partes. 247
Iuſtitia commutatiua debitum inde ſurgit, quod res fuit poſſeſſio alterius. ead.
In iuſtitia tam diſtributiua quam commutatiua qualitas perſonæ attenditur, ſed diuerſimode. ead.

L

LAbor manuum ad quatuor eſt vtilis. pagina 714
Laicus non poteſt præſcribere ius exigendi decimas. 331
Lanarum mercatus qui anticipata fit ſolutione, aliquando licitus eſt, etiam ſi ea ratione lanę vilius emantur quam ſi ſolutio non anticiparetur 583. vide Emere.
Lamechreus homicidij, quia non ſufficientem adhibuerit diligentiam. 422
Laruarum maleficia vnde fluxerint. 796
Latheranenſe concilium non eſt in omnibus receptum. 560
Latrocinia olim apud Germanos nullam habuere infamiam. 15
Latronem occidere ob defenſam bonorum temporalium iuſtum eſt. 417
Latrones publici capite plectuntur. 441
Legalium obſeruatio quando poſt Chriſti paſſionem fuerit licita. 163. & 167
Legalia obſeruando quomodo Petrus fuerit reprehenſibilis & peccauerit. 166
Laudabile & honorabile in quo differ it. 279
Legis multiplex diffinitio. 3
Lex à legendo vel a re eligendo dicta. ead.
Eſtque æquitatis iniquitatiſque regula. 4
Lex eſt vniuerſitatis propoſitio ac dictamen rationis practicæ per modum habitus inhærens. 6
Lex omnis quo ſolida ſit & firma iu commune bonum debet ſubditos promouere. 7
Leges condere reipublicæ eſt, aut eius vicem gerentis. 8
Leges ſapientum iudicio ex viſceribus naturalis iuris eliciuntur, cæterum firmitatem non ab eis, ſed ab his qui iuriſdictione pollent ſortiuntur. 9
Lex bifariam eſt in homine. 9
Lex vim habet coerciuam. 9. 10
Lex ante promulgationem nullum habet vigorem. 10
Et quando cenſenda ſit magis promulgata. 10
Lex poſt idoneam promulgationem obligat vniuerſos tametſi citra culpam ignorantes excuſantur contra Panormitanum, & alios eadem
Legis diffinitio è iure ciuili deprompto explicatur. 11
Leges Romanorum Imperatorum poſt duos menſes valere incipiunt in republica, vt iure ciuili ſancitum eſt. 10
Leges pontificiæ irritationis abarticulo promulgationis robur habent, niſi contractus irritati per eas eſſent tales, quod cederent in iniuriam tertij. 11
Leges, priuilegiorum reuocatione, nulla vi pollent quo ad fuerint promulgatæ, non ſolum in prouincia, ſed etiam in diœceſi. 11. & 12
Legis effectus eſt, reddere homines ſtudioſos, & bonos. 13
Legis actus quatuor. 14
Lex nonnulla permittit mala ad obuiandum grauioribus incommodis. ead.
Legis ſpecies quatuor, & earum inter ſe diſcrepantia. 16 & 19
Lex fomitis non eſt proprie lex, ſed per metaphoram. 19
Lex tam diuina quam humana duplicē vim habet in tranſlatione dominiorum. 316
Lex poteſt & voluntatem domini cohibere, & ipſum inuitum ſuorum dominio priuare. ead.
Lex non ob quamlibet cauſſam, etiam iuſtam mutanda eſt, ſed cum fuerit tanta vt detrimentum quod ex legis mutatione ſuà pte natura accedit, abunde compenſetur. pag. 71
Lex non eſt idem quod ars boni & æqui. 193
Legi omnes ſubijciuntur, etiam princeps ipſe quantum

quantum ad vim directiuam. 65
Legi non subduntur iusti, quantum ad vim coerciuam similiter neque princeps. ead.
A lege liber non est iustus, vt Lutherus impie dogmatizauit. 67
Lex communi bono officit nullam habet obligandi vim. 68
Legem in particulari deficere, non est idonea ratio, vt quis ei possit contra venire, bene tamen si cessat in genere, sed neque tunc perdit ligandi, quo ad princeps aut consuetudo eam aboleat. ead.
Legis præuaricator est, qui seruatis in cortice eius verbis mente legis sententiam circunuenit. ead.
Lex tota absque gratiæ subsidio speciali impleri nequit vt longo tempore absque peccato viuamus. 124
Lex æterna summa ratio in Deo existens. pagin. 19
Neque cum diuina conuertitur. ead.
Lex æterna solis hominibus post angelos nota. ead.
Lex æterna ratione differt a rationib. rerum quas in Deo dicimus. 20.& 21
Lex omnis ab æterna deriuatur. ead.
Lex non dicitur præcisè æterna, quia neque habuit principium, neque habitura sit finem, sed præsertim quia est immobilis omnisque variationis expers. ead.
Lex diuina positiua, effectus ac participatio legis æternæ. ead.
Lex fomitis quid sit, & qualiter deriuetur ab æterna. 22
Leges iniquæ non sunt dicendæ leges, ac proinde neque ab æterna dimanant, nisi quatenus præ se ferunt quandam potestatis imaginem. ead.
Lex permissiua etiam ab æterna lege ortum ducit illa scilicet quæ malum impunè permittit. ead.
Legi æternæ necessaria cuncta creata præter Deum sub sunt, fol 22. non autem diuinæ personæ. 22.& 23
Legi æternæ vniuersæ actiones humanæ subijciuntur. 23
Lex æterna brutis & insensibilibus rebus promulgatur per sigillationem instinctuum, & virtutum actiuarum, qui tamen instinctus non habet proprie rationem legis pagina 23
Legi Dei æternæ, monstra & casualia & id genus reliqua, subduntur. 24
Quo sensu Paulus dixerit eos qui spiritu Dei aguntur non esse sub lege. ead.
Sub lege æterna non solum sunt viatores, sed beati & damnati. ead.
Lex naturalis in hominum animis insculpta est Quæ neque potentia est, neque habitus neque passio, neque idem quod synderesis 25. licet insit per modum habitus. 26
Lex naturalis vna est. 27
Lex naturæ quo ad, prima principia, non sic est mutabilis, vt id quod fuit iuris naturæ cesset esse talis iuris, bene tamen quantum ad conclusiones, tametsi id raro eueniat. pag. 30
Lege naturæ cuncti mortales tenebantur. pag. 89
Lex naturæ, natiuo instinctu & luce, promulgata est vnde fit de primis principijs naturalib. neminem posse ignorantiam præterxere. 11.& 12
Lex naturæ quantum ad prima principia nequit prorsus ex animis hominum extirpari secus quantum ad conclusiones. 30
Præter legem naturæ necessarium fuit humanas condere & hominis naturæ congruentissimum. 33
Lex naturæ maleficorum conscientias exulcerat, quo sensu dixit Augustinus, inordinatum appetitum pœnam esse peccati. 34
Lex naturæ dictabat Iudæis præcepta moralia, fuit tamen opus ea in tabulis legis antiquæ describi. 93
Lex diuina duplex. 79
Lex alia altior præter naturalem & humanam necessaria fuit, quæ diuina positiua nuncupatur ead.
Lex diuina positiua in duas secatur, licet specie non distincta. 81
Legis diuinæ positiuæ, & æternæ differentia pag. 80
Lex diuina non censetur promulgata, cum eã Deus alicui reuelat, sed cum ille solenniter eam euulgat. 17
Lex diuina de vniuersarum virtutum operibus ex æquo præcepta ponit. 101
Lex vetus per legem Christi cessauit 159. non modo quantum ad legalia, & ceremonialia, verum si vim eius obligatoriam spectes, tota tunc temporis antiquata fuit. eadem
Lex vetus tempore passionis cessauit, & tunc noua cœpit. 11.157.159
Lex vetus tot virtutes instituit, quod Chri-

ſtus expreſſit in lege noua. 101
Lex vetus non conferebat gratiam. 94
Legis antiquæ cuſtodes per fidem Chriſti præmia conſequebantur æterna, tranſgreſſoreſque per perpetuis afficiebantur ſupplicijs. 98
Legis veteris & nouæ ſupplicia, diſcriminantur. ead.
Lex vetus ſancta, iuſta, atque bona fuit. pagin. 82
Legis veteris auctor Deus. 84
Legis veteris & nouæ diſcrimen. 83
Lex cum dabatur Moyſi queritur num Deus, angeluſque loqueretur ei. 84
Lex vetus ſoli populo Iſrael data eſt. 86
Legis antiquæ præceptorum diſtinctio. pagina. 88
Lege veteri currente gentiles, ſine ipſa, ſicuti ante ipſam potuerunt ſalutem obtinere. pag. 90
Lex vetus eo quod ad plura obligaret, non fecit Iudæorum deteriorem conditionem, quam gentium. ead.
Lex vetus data eſt ſub initium quartæ ætatis, quæ tribus ætatibus permanſit in mundo. pag. 91
Legis antiquæ trina præcepta neceſſaria. 92. 93. 94. 95. & 96.
Legis veteris nomina omnia reducuntur ad tria. 92
Lex ſcripta ſicut nihil roboris iuri naturali præſtat, ſic neque robur eius quoquo pacto minuit. 241
Legis ſcriptæ vigor non exigit melius id eſſe quod diſcernit, quam contrarium. ead.
Lex quamuis iuſte ſit poſita, ſi tamen in euentibus particularibus eſt contra ius naturæ, licet contra illam facere. ead.
Lex noua in cordibus inſculpta eſt, & hoc à veteri quæ in tabulis ſcripta erat, differt, pag. 174
Lex Chriſti leuis ac dulcis. 183
Legem nouam ab initio mundi dari non docuit. 176
Lex Euangelica vſque ad finem mundi perſtet. 177
Legis nouæ ſtatus nihil vetat quominus mutetur perinde atque ſtatus legis veteris. pag. 178
Legis nouæ ſtatus & ſi latior potentiorque expectetur, nullus tamen futurus eſt, vbi gratia copioſior ſit quam hactenus præceſſit. 178
Lex Chriſti ante finem mundi ab omnibus eſt exoſculanda. 178
Lex Euangelica neque prorſus eſt alia à veteri, neque omnino eadem, ſed ſic ab illa diſtans, vt perfectum ab imperfecto. 179
Lex vetus lex timoris erat, noua vero amoris & charitatis. 180
Lex antiqua quare dicatur teſtamentum vetus & lex euangelica teſtamentum nouum. pag. 181. & 182
Lex vetus quare dicebatur lex factorum noſtra vero dicitur lex fidei. 180
Lex noſtra fuit antiquæ complementum, quantum ad finem, & quantum ad præcepta. 181
Lex noſtra continebatur in veteri, non quidem actu, ſed virtute. ead.
Lex repudij non præcipiebat vxorem repudiare, ſed id permittebat, idque noua correxit, vt non haberet locum niſi quo ad thorum. 181
Lex antiqua grauior erat quam noua ſi difficultas parte obiecti perpendatur. 182
Lex euangelica præter naturæ legem non niſi ſacramenta imperauit. ead.
Lex noſtra quodammodo grauior eſt veteri, ſi difficultatem ex modo agendi exiſtimes, illis tamen præcipue qui non ſunt virtutum habitibus imbuti. ead.
Lex Chriſti quo tempore cœperit obligare. pag. 12
Lex Chriſti tria tantum continet, moralia ſcilicet præcepta, ſacramenta, & conſilia. pag. 183
Lex Euangelica à veteri duodecim differentijs diſtat. ead.
Lex Euangelica in operibus exterioribus ceu fundamenta iecit ſeptem ſacramenta. 184
Legis Euangelicæ maieſtatem non decuit vt aliæ ceremoniæ per ipſam inſtituerentur, quam quæ adminiſtrandis ſacramentis erant neceſſariæ. 185
Lex Euangelica appellatur à Iacobo lex perfectæ libertatis propter trinam rationem. pag. 185
Lex Euangelica vniuerſis humanos mores in ius & in cute perfectiſſime informat. 187
Lex Euangelica miro ordine procedit ad inſtitutionem hominum circa actus interiores & exteriores. ead.
Lex Euangelica iudicialia præcepta aliqua correxit, ceremonialia vero minime, ſed ablegauit. ead.
Lex noua non modo naturalia cõſilia explicauit, verum & alia recenter adhibuit. ead.

Le-

Leges quatuor diſtinctæ apud Paulum. 6
Lex humana non ea viget certitudine, quã concluſiones ſpeculatiuæ. 33
Legem ſatius eſt quam hominem dominari, idque rationibus egregijs ſuadetur. 34
Lex omnis humanitus poſita, ſi ſit recta, a lege naturæ deriuatur. ead.
Legum multitudo vitioſa. 40
Lex plana eſſe, & obſcuritate vacare debet, ne muſcipulæ moræ captet ignorantes. 39
Lex & conſuetudo vt differant. ead
Lex quare aſſimiletur regulæ Les bię. ead.
Lex debet in communis conſtitui. 42
Lex humanę quadruplex diuiſio. 40
Lex non reſpicit ea quę raro, ſed quę frequenter eueniunt. ead.
Lex humana ea præſertim ſcelera animaduertit, quę reipublicę tranquillitati ſunt aduerſa. 41
Lex humana omnis virtutis actus pręcipit, tametſi non ſingulos. ead.
Lex non præcipit habitum, ſed actum. pag. 13
Lex humana diſſimiliter ſe habet circa præceptionem virtutum, & prohibitionem vitiorum. ead.
Lex humana ſiue ciuilis ſit, ſiue canonica, ſi modo ſit iuſta, vi pollet ligandi ſubditorum conſcientias. ead.
Legis iuſtitia ex omnibus ſuis cauſis perpendenda. ead.
Lex humana iniuſta non obligat in conſcientia. 20
Licet leges quę humano tantum bono aduerſantur, non obligent in conſcientia, aliquando tamen illis parendum eſt ratione vitandi ſcandali, ſecus ſi bono repugnant diuino. ead.
Lex humana ad ſuam cuſtodiam aſtringere valet, etiam cum proprijs capitis detrimento. 48
Legem humanam mutari quandoq; licitum eſt. 69
Leges humanę de ſolis iuſtitię actibus primaria intentione præcipiunt, de reliquis vero virtutibus non, niſi quatenus ad iuſtitiam referuntur. 102
Legis humanæ rectitudo non eſt ad modum naturalis rectitudinis in quantitatibus corporeis repertæ. 72
Legum artium q; diſcrimen quantum ad variationem. ead.
Lex ſi decerneret nullam in futurum conſuetudinem contra eam fore valituram, nulla conſuetudine abrogaretur. 74
Quandiu legis ratio durat nequit conſuetudo contra prævalere. 74
Super lege humana ille cui regimen incumbit, poteſtatem habet diſpenſandi. 75
Lex canonica & Eccleſiaſtica obligat ſub reatu mortalis noxæ, quæ aſſertio fidei contra aliquos hereſiarchas ſatis roboratur, de ciuili autem lege non eſt par fidei certitudo. 49
Lex Eccleſiaſtica pariter & ciuilis homines deuinciunt, & non tantum quatenus diuinæ interpretes, vt commentus eſt Gerſon, ſed quatenus humanæ. 49
Lex Eccleſiaſtica non obligat cum diſcrimine mortis, niſi contemptu legis aut iniuria fidei interueniente. 4
In legibus quæ Eccleſiæ quam maxime referunt. Papa nec concilium diſpenſare poſſunt, ſic vt eas protinus mutens. 71. 72
Leges ciuiles quid de filijs clericorum & religioſorum ſtatuant, 318. & de filijs nothis ſecularium. ibid.
Leges non prohibent dominij tranſlationem in ludis 321. vide, Ludus.
Legum obligatio omnis auctore Deo eſt. 338
Leges vectigalium obligant in conſcientia. pag. 367
Leges pęnales omnes ad culpam obligãt, niſi contrarium expreſſerint, ſiue miſtæ ſint, ſiue mere pęnales contra Henricum. 51
Leges pęnales veteris legis contra fures ac męchos Exo. 21 & Leuit. 20. ad culpam obligabant, ſimiliter, & nunc canonicæ. 52
Leges pœnales ob id quod dicant ipſo facto, vel ipſo iure, aut quid ſimile non obligant ad pœnam ante ſententiam a iudice latam ſic vt teneatur reus illam offerre. 55
Lex quando ipſo facto pœnam decernit non opus eſt ſententia, quæ feratur ſuper pœnam, ſed ſuper crimen. 57
Leges pœnales collegiorum obligant ante condemnationem ad pœnam, ſi eorum inſtituto ſub hac forma tales leges ſanxit. pag. 63
Leges pœnales Salmantinæ academiæ in præſentatores & ambitores latæ, non ligant ante condemnationem, niſi dum iudice interrogatus quis inique veritatem denegat. 64
Leges præſcriptionis non ſunt mere pœnales. 64

Lex eſt iniquiſſima quæ præcipit vt condemnatus ad pœnam corporalem illam ipſe exequatur. 452 455
Libertas per obligationem uoti non minuitur. 656
Libertas Chriſtiana in quo conſiſtit. 719
Litaniæ quæ in profeſtis diebus officio nocturno adhibentur nec ex conſuetudine uim habent præcepti. 489
Loth filias offerendo rem turpem fecit, ac proinde peccauit, niſi forte ignorantia excuſetur. 556
Loth non deliquit peccato inceſtus, quia ebrius erat. 420
Lucretia deliquit ſe occidendo. 407
Lucri cupiditas ſi citra dolum fraudemve ſe contineat non eſt mortalis. 322
Lucrum ceſſans quid ſit, & quomodo dicatur ceſſare. 541
Lucrum ceſſans quando mutuatore inuito ceſſat, abſque periculo vſuræ exigitur. pagina. 540. 541
Lucrum ceſſans iuſte petit qui mutuare cogitur. cad.
Lucrum ceſsans, poſt præfixum diem ſolutionis pecuniæ mutuatæ, iuſte a principio in pactum ducitur. 543
Lucrum ceſſans cur liceat exigere. 565
Lucri ceſſantis optima diſputatio, an videlicet poſſit qui non coactus mutuat illum a principio in pactum ducere 542. quod fieri poſſe non eſt omnino improbabile. pag. 544. 579
Ludus in genere rem de ſe iure naturæ licitã ſonat, immo virtus eſſe poteſt. 320
Ludus ſicut ex multis accidentibus honeſtatur, ſic & ex plurimis vitiatur. 321
Ludo acquiſita in dominium lucrantis tranſeunt. 321
Ludens abſente pecunia fide impignorata teneaturne eam ſoluere 324
Ludo perdens amplam pecuniam an poſſit latenter ab illo ſuffurari illam. cad.
Ludere ſecundum ius naturæ neque mortale eſt, neque vlla inde naſcitur reſtitutio. pag. 322
Ludere alea reliquiſque ludibus lege inhibitis, neq; contraria cõſuetudine ſubrogatio peccatum eſt. 321
Clericis præcipue ſacerdotibus ac maxime epiſcopis contra vetitum ludere, vix citra mortale contingit. 324
Lutherus vota pernicioſa eſſe aſſeuerat, 663
Lutheri dogma quod in hac vita impleri nequit dilectionis mandatum. 710
Lutherus debachatur contra obedientiam monachalem. 719

M

Magiſtratus inſtituti ſunt propter populi neceſſitatem. 271
Magi qualiter per dæmonum operationem rebus naturalibus vtantur. 795
Magi primum dicti ſapientes cur infames eſſe cœperunt. 795
Magorum uaria nomina. 798
Magorum omnia genera trino iure condemnata ſunt. 799
Mandata diuina quonam modo inſtitutiones appellentur. 103. & 104
Maioratuum inſtitutionis cauſſa redditur. pagina. 170. & 304
Male acquiſita in duplici differentia, 838
Maledicere quid ſit, & quotupliciter contingat. 517
Maledicere ſub forma enuntiationis ad contumeliam, aut ad detractionem, aut ad irriſionem pertinet. cad.
Maledicere alijs ſi nullum ſit intus malum de ſiderium, non eſt peccatum mortale. cad.
Maledicere rebus irrationalibus in ordine ad hominem contingit 520
Maledicere rebus irrationalibus & dæmonibus quatenus creaturæ Dei ſunt, blaſphemia eſt. cad.
Maledicere tempeſtates, æruginem, locuſtas, aliaque in genus portenta, quouſque liceat. cad.
Maledictio proprie, vulgo mali imprecatio eſt. 518
Maledictionis culpa ex animi propoſito iudicanda eſt. 518
Maledictio per ſe proprie in ſolam poteſt cõijci rationalem, aut intellectualem creaturam. 519
Maledictio quæ intentione mali fit, ſecũdum genus ſuum peccatum eſt mortale. 521
Maledictionis ſub forma imprecandi, & imperandi diſcrimen eſt. 518
Maledictione reliqua verborum peccata sũt grauiora 513
Malefactores occidere iuſtum eſt. 396
Malefactores occidere non expedit quando ſine proborũ periculo id effici nequit 397
Malefactores cui liceat occidere. 400

Mani-

Manichæorum extremus furor de animantibus non occidendis. 394
Manichæi asserebant nullatenus esse licitum iurare. 719
Manichæi duo principia ponebant bonum, & malum. 744
Manichæi asserebant animalium animas membra esse Dei. 394
Manichæi, cucurbitarum homicidæ appellantur ab Augustino. 496
Manichęorum hæresis repudiantium veterem legem tanquam a principe tenebrarum conditam. 84
Maritus quando vxorem occidere licite potest. 402
Mattimonium ratum non consummatum neutiquam est per Papam dispensabile neque qui contrarium sentit audiendus est. pag. 673
Pro matrimonio illicitum est pecuniam recipere. 859
Matrimonium ex diametro cum religione pugnat. 716
Matrimonium quandiu consummatum non est, licitum est inde ad meliorem frugem conscendere, consummata vero copula ne quaquam quia irrogaretur iniuria proli. 673.
Medici prudentia inutilis nisi artis adminiculo directa. 35
Membrum ex voluntate ægroti abscindi potest quod corruptioni corporis nocet. Non tamen ad id potest auctoritati reipublicæ cogi secus de prælato. 423
Membrum proprium abscindere sibiipsi potest iuste qui aliter mortem euadere nequit. ead.
Mendacium non omne in iudicio est peccatum mortale. 465
Mentiri in iudicio uiolando iustitiam etiam citra iusiurandum genere suo est mortale. pag. 487
Mendacitas in sacris literis commendatur. pagina. 711
Quamuis mendicitas omnimoda secundum se præferenda sit potest tamen ratione finis circumstantiarum conducentior esse in communi possessio. 712
Mendicantes religiosi nequeunt quidquam præscribere. 332
Mensura aliquando citra iustitiam a priuato minuitur. 577
Mercator sub vsuris mutuum recipiens, ad exercendum mercaturam mortaliter non peccat. 555
Mercatorum insignis fraudulentia in mutuo. 535
Mercatorum praxis in cambijs. 616
Mercenarius qui ex decimatis mercedem recipit nullam inde aliam decimam debet. pagina 839
Meretrici accipere licet pretium suæ turpitudinis. 371
Metus qui ab alio incutitur voti obligationem potest impedire, non idem intrinsece ortus. 655
Metus cadens in virum constantem, is est quem viri cōstantia sine viruperio secum patitur. 656
Metus cadens in uirum constantem ex triplici capite expendi potest. ead.
Minister sacramentorum sanctitate quam alijs præstat pollere debet, secus in iudice. pag. 230
Ministri usurariorum qualiter ad restitutionem teneantur. 552
In ministro ecclesiæ præter morum compositionem requiritur sacrorum scientia, prudentia, solertia, & reliquæ uirtutes ad gubernandum. 257
Ministeria ecclesiastica cuius arbitrio dispensanda sunt. 910
Minus malū quomodo liceat consulere. 468
Illud tamen facere nunquam licet. 582
In missa cur fiat sanctorum memoria. 804
Missæ ualor quantus sit. 812
Missa pro pluribus oblata non singulis tantū prodest ac si pro uno offeratur. ead.
Neque quantum ad satisfactionem 814
Pro vna missa duæ possunt pitantiæ recipi. pag. 822
Qui missæ intersunt & qui eleemosynas pro eis pendunt offerentes sunt. 820
Pro missæ sacrificio licet sit simoniacum aliquid recipere, tamen de eleemosynæ quātitate ad sustentationem pacisci licitum est. 858
Missam celebrare ante officium nocturnum non est mortale peccatum. 990
Missam celebrare ante Psalmos nocturnos, & etiam post missam alias horas non soluere legitima excusatione persoluendi officium diuinum interueniente licitum est. eadem.
Missam auroræ, uel reliquis ante primam in conuento dicturus melius faceret si post

missam interesset choro ad primam quam illam ante missam soluere. 991
Miracula faciendi facultas hodie non perinde in ecclesia est atque olim in Apostolis, pag. 900
Moderamen inculpatæ tutelæ quam diligentiam requirat. 415
Moyses videritne, vt Paulus in raptus faciem Dei, sub iudice est. 86
Moyses potuit Ægyptium, quem flagranti delicto occupauit, per modum defensionis occidere: si autem id in vindictam fecit à culpa non excusatur, nisi diuina reuelatione fecisse dicatur. 242
Monachi perfectio, est propriæ saluti studere. pag. 919
Monachis non congruit sacerdotia annecti cum animarum cura. 841
Monachorum quadrifida opera. 977
Monachi, quibus est iniuncta animarum cura ius habent decimas recipiendi, non autem illa ratione obligationem soluendi. pag. 843
Monachi non professi non tenentur ad officium diuinum contra Paludanum. pagina 984
Monachatus summam esse libertatem ostenditur. 346
Monasterium etiam si sit pingue, non est simoniacum à sanctimoniali exigere pecuniam ad sustentationem, habet tamen speciem mali. 864
Monasterijs non congruit annecti sacerdotia cum animarum cura. 841
Monopoliorum iniquitas. 569
Mons pietatis quid sit. 557. & quibus modis congerim potest, & eiusdem montis leges & capitula. ead.
Mons pietatis vsuram sapit. 558. 559. 560
Moralium præceptorum ordo triplex. pagina 127
Moralia per se præcepta, neque in lege veteri poterant, neque modo possunt in nobis efficere iustitiam. 131. Sed per gratiæ auxilium. 132
Morte nemo plecti debet, nisi ob graue peccatum mortale. 15
Moriendum potius, quam peccandum. 50
Mos trifariam accipitur. 73
Mos, vt legis auctoritate polleat longeuus esse debet. 74
Mulier non meretricia, sed maiori verecundia sui copiam faciens potest recipere pretium. 370
Mulier, nupta, sicut & virgo potest pretium suscipere. 370
Mulier maritata teneaturne pretium sui corporis viro reddere ostenditur. 370
Mulier extorquens superfluum per dolum, vel fraudem, tenetur illud restituere. pag. ead.
Mundus propter hominem creatus, homo autem, vt mundi dominus. 921
Mundus fuit sub lege scripta tribus ætatibus. pag. 91
Mutilare aliquod membrum' publica Potestas potest, quando expedierit reipublicæ. pag. 423
Mutilatio licita est propter corporalem salutem homicidium vero nunquam. 424
Mutulati & trunci pœnam vide, Irregularitas.
Mutuum in solis rebus vsu consumptibilibus locum habet. 525
Mutuum recipere sub vsuris à non parato non licet. pag. 553. 554. 555. vide Vsurarius.
In mutuo pretium rei mutuatæ non attenditur, plus minusve tempore solutionis valeat, quod mutuatur, sed eadem mensura quæ datur reddenda est. 536
In mutuo iuste pœna imponitur, si stato die non soluatur, immo & de lucro cessante post præfixum diem iuste à principio pacisci tur. 541
Mutuatarius dominium suæ pecuniæ in fœneratorem non transfert. 545. cætera vide, Vsuræ.

N

NAturalium rerum virtutes, admirabiles. 794
Natura per rectum eduliorum ac venereorum vsum sustentatur. 29
Natura in homine duplex. 30
Naturæ ius immutabile. 32
Necessarium dupliciter vsurpatur. 37
Necessitas naturalis neque laude digna est, neque præmio. 663
Necessitas voluntariæ obligationis meritum auget. ead. & 667
Necessitas coactionis meritum & laudem ac vituperium tollit, at necessitas præcepti rationem virtutis non excludit, quamuis meritum supererogationis respuas. 205
Necessitas grauis quæ sit. 490
Necessitatis alias ratio est, cui succurrere tenemur, quando illam quis patitur, propter iniuriam,

iuriam, aut caſualem eladem quam ſi propter inopiam. 482
Qui neceſſitatem euidentem & vrgentem patitur, poteſt clam ſubripere, ſiue palam, ea quibus indiget. 441
Neque illud eſt furtum. ead.
Neceſſitas extrema quæ dicatur. 452
Neceſſitas extrema non cenſetur, ſi puella in periculo verſetur amittendi pudoris, ob victus inopiam. ead.
Neceſſitate extrema laboranti ſubuenire non eſt obligatio propriæ iuſtitiæ, ſed miſericordiæ. ead.
In extrema neceſſitate cuique pari iure licet alienum rapere, vt indigenti ſuccurrat. pagina ead.
Negotiatio duplex. 564
Negotio ſimpliciter eſt neceſſaria reipub. eadem
Negotiationis cauſſa licitum eſt merces carius vendere, quam emptæ ſunt. ead.
Negotiatoria ars tum ex multis circunſtantijs fit illicita, tum in multis verſatur periculis. pag. 566
Negotiatores fallaciter in nundinis in principio carius vendunt quam in fine. 569
Negotiatores inextinguibilem ſitim habent lucrandi ſimiles enim ſunt aleatoribus. pagina 566
Negotium eſt otio contrarium: & pro quo negotium ſumatur. 564
Numiſma, ſeu numus eſt norma, ſeu vas ac fideiuſſor reipublicæ. 563
Numiſma duobus modis conſideratur. 607
Numus idem eſt, quod lex, norma & regula. 251
Numi valor non prorſus ex natura rei æſtimandus eſt, ſitne aurum vel argentum, ſed ſtatuto, aut ſigno reipublicæ aut principis. ead.
Numorum æſtimatio non debet augeri ſine magna neceſſitate. ead.
Numularia ars vnde primum ortum duxerit. 612
Nuptias ſacerdotibus licere, omnium primus docuit Iouinianus. 721
Nobiles hodierni temporis quam pernicioſe abutantur in vindicandis iniurijs. 400

O

OBedientiæ tria obſtantia impedimenta. 913
Oblationes quando cenſentur in præcepto eſſe. 821
Oblationis verbum quid comprehendat pag. 76
Oblationum diſpenſatio ad ſacerdotes pertinet. 75
Oblatio de his quæ iniuſte acquiruntur, aut poſſidentur, illicita eſt. 77
Oblatio de re quacunque iuſte poſſeſſa, iuſte fieri poteſt quantum ex natura rei. 825
Oblationes nonnunquam potius debent expendi in pauperum egeſtatem, quam eccleſijs offerri. 826. & 827
Oblatio importat vltroneam exhitionem. pagina 820
Oblationes cedunt ſub præcepto ex præcedenti conuentione, aut deputatione, aut propter eccleſiæ neceſſitatem, aut propter conſuetudinem. 821
Obligatio iuramenti vnius perſonæ non tranſit in aliam. 777
Obligatio non videtur iuramentum reſpicere aſſertorium. 751
Obligatio eſt naturalis iuramenti effectus, ita ſcilicet illi innatus vt igni natiuum eſt calefacere. 763
Occidere qui prohibeantur illo præcepto, non occides. 598
Occidere malefactores licet. 396
Occidere hominem non eſt intrinſece malum. 399
Occidere tyrannum quando licet. 400. & 401
Occidere malefactores non cuiuis committendum eſt a principe. 402
Occidere vxorem vir, quando ſine peccato poteſt. ead.
Occidere malefactores clericis quare ſit prohibitum & a quo iure. 403
Occidere ſeipſum ſcelus eſt 405
Occidere ſe, bifariam contingit. 410
Occidere innocentem, quem conſtat eſſe innocentem ſemper eſt flagitium. 411
Occidere aggreſſorem, quando eſt medium neceſſarium ad ſeruandam propriam vitam iuſtum eſt. 413. & 414
Occidere ex intentione, id eſt, præuiendo, nulli licet, præterquam reipublicæ, & principi. 414
Occidere aggreſſorem, eligendo tanquam medium eius mortem honeſtum eſt. 413
Occidere aggreſſorem tenetur inuaſus quando reipublicæ valde neceſſarius eſt. 416
Occidere aggreſſorem, atque illi parcere, poteſt inuaſus in reliquis caſibus. ead.
Occidere eum, qui fraude & arte perdere me tentat,

tentat, non licet, quia esset aggressio ex parte occidentis. 417
Occidere latronem, ob defensam bonorum temporalium, licet. ead. explicat ibi August.
Occidere aggressorem, ob honoris defensam licet hominibus alicuius auctoritate, monachis vero & clericis non licet. ead.
Occidere hominem forte, quando sit peccatum, vide Homicidium casuale.
Occidere animalia bruta licitum, secundum fidem. 394. & 395
Occisores tyrannorum laudantur. 401
Occultatio aliquando non minuit peccatum pag. 431
Officijs publicis præficiendus, moribus debet ornari probis. 271
Officia publica si nude & speculatiua considerentur vendi possunt licite. 273
Officia diuina qualiter decantabantur in primitiua ecclesia. 974
Officia publica non habent potestatem vendendi magnates & domini, qui sub ditione sunt regia. 274
Officia scribarum ab ecclesiasticis prælatis vēdi iustum est ac fœdissimum. 275
Oligarchia quid. 42
Optare licet alteri quod facere non licet. pagina. 519
Optare possumus mortem alicui, vt nostræ reipublicę mala caueantur, licet nobis constet viam perditionis illum ingressum iri. eadem
Optare quomodo liceat Turcæ & alijs hostib. etiam Christianis mala. ead.
Operam dans rei illicitæ quando debeat censeri irregularis. 421
Organorum vsus neutiquam est repudiandus in ecclesia. 981
Orandi supremus scopus. 993
Orationis definitio. ead.
Orationes Christus creditor constitutas habuisse quibus vtebatur. 92
Orationis aliquæ erant constitutæ ad orandum Deum, tempore Apostolorum, præter Pater noster, quam solam orationem admittunt hæretici. ead.
Orationis prima virtus quæ sit. 970
Oratione cessante, ac de medio sublata, bona vita existere potest. 970
Oratio duplex. ead.
Ad prolocatis operis ad orandum liceat paci sci dubium est. 861
Oratio, Pater noster, fuit nobis à Christo instituta, non ita præcisè vt alias adhibere nefas esset, sed vt exemplar ad quod ecclesia si volet alias orationes astrueret. pagi. 972
Orandi modus publicus certas personas per quas persolueretur, exigebat, vt sunt clerici. 970
Ordo ante vsum rationis susceptus characterem imprimit, atque adeo vere suscipitur. pag. 674
Ordine sacro initiatus, consensu extorto per metum cadentem in virum constantem tenetur voto castitatis. 675
Ordines minores non sunt de iure diuino. pag. 850
Ordinis nomen bifariam est in vsu. 894
Ordo Apostolorum in tribus consistit. 899
Ordo quadruplex est in republica. 170

P

Pactum nullum dici potest cōtractus stricto nomine. 561
Pactum etiam tacitum vsurari in exteriorem facere potest. 515
Papa quod habeat plenariam dispensandi potestatem quomodo intelligendum sit. pagina. 269
Papa non intendit obligare sua lege nisi à tēpore promulgationis, nisi aliter expresserit. 11
Papa alterius iudicio se subdere potest iudicandum etiam in foro exteriori, ad exemplum Christi. 447
Papa quamcunque facultatem in seipsum in foro exteriori exercere potest, valet alteri committere. 448
Papa non potest sibi superiorem, aut æqualē constituere. ead.
Papa non potest causam depositionis suæ alicui committere, etiā cum est suspectus de hæresi eadem
Papa solus dispensare potest in pœnis simoniaci. 888
Papam eligi nō posse, nisi è cardinalium gremio falsum est. 264. & 265
Papa dispensans in pluralitate beneficiorum sine causa grauiter peccat, & possidens à culpa non liberatur. 269
Papa qui Petro substitutus, est vniuersalem retinet iurisdictionem. 899
Papa ingruente necessitate, decimam decimarum à clero exigere valet. 843
Papa simoniam potest contrahere. ead.

Paroecialis sacerdos potest de licentia episcopi curæ pastorali cedere. 919
Paroecialibus sacerdotibus non residentibus in suis paroecijs tertia pars fructuum adimenda est. 821
Paroecij quotidie celebrare tenentur pro sua parœcia si competentes habent redditus in eadem ecclesia. 822
Paroecij possunt ex pitantijs sibi collatis aliquam portiunculam sibi vsurpare, imminutasque mercenario porrigere. ead.
Paruulus & adultus in quo differunt quãtum ad iustitiæ infusionem. 130
Pascere gregem quid sit, iuxta Dei sententiam. 923
Pasce oues meas, quod Petro dictum est, quomodo intelligitur. ead.
Pascentes greges in pascuis alienis, quando teneantur ad restitutionem. 362
Pastores quare receperint ab Angelo primũ Natiuitatis nuntium. 892
Pastores parœcialis etiam residere tenentur, pag. 930
Pastoribus animarum meditatio per quam salubris depingitur. 881
Pastoris nomẽ multo rectius cæteris, functionem episcopi exprimit. 892
Pastoris officium describitur & explicatur. 893. & 923
Pastoris munus pulchre quinque nominibus designat Ezechiel, iuxta quinque incommoda quibus Christianus grex periclitari solet. 924
Pastoris boni natura multis nominibus designatur. 925. & 926
Pastori ecclesiastico licitum est, pro commodo, vniuersalis ecclesiæ gregem alteri committere. 932
Pastor bonus dat animam suam, quo pacto intelligendum. 921
Paterfamilias obligare potest liberos, quin & vxorem ad mortale, reliquam vero familiam non item. 51
Paterfamilias nequit veras sancire leges. pagina. 9
Pater verberare potest filios. 9. & 426. licet eos nimium deterrere non debet. eadem.
Pater (fieri potest) vt filiæ & filius matri licitè connubio iungantur. 119
Pater iure naturæ quid possit cum filijs nothis. 318
Patri vulnerare filios non licet. 427. Eosdem tamen etiam clericos verberare potest. eadem.
Pauperes non acquirunt dominium bonorũ quæ carent domino, quoadusque sint tradita illis. 379
Pauperum sustentationi, iure naturæ debentur res quæ reipublicæ redundant. pagina. 441
Pauperibus grauiter egentibus superflua nõ debentur de iustitia, sed ex misericordia. pag. 442
Paupertas non est absolutè necessaria ad perfectionis statum, sed est necessaria ad peculiarem statum religiosorum. 946
Paupertas cur religiosi necessaria. ead.
Pauperes personari, id est, qui simulata paupertate eleemosynas extorquent, ad restitutionem non tenentur. 877
Peccato alterius vti, quomodo liceat. 554
Peccare proprie sumptum, in solum Deum contingit. 338
Peccatum nõ proinde grauius est, quod plus nocet, nisi cætera sint paria. 343
Peccata illa censentur in detrimentum reipublicæ, quibus commune bonum impugnatur. 488
Peccatum veniale, intentio finis ad mortale vsque pertrahere potest non tamen mortale vsque ad veniale extenuare. 499
peccata quæ intra verba continentur, leuiora cæteris paribus reputantur, quam quæ in facto consistunt. ead.
peccatum voluntarium debet esse. 419
peccata quę non prohibentur in decalogo expresse, maiora sunt aliquando quam quæ prohibentur. 435
peculatus acceptio rei communis est. 430
pecudes nullum ius, neque dominium habet ad pabulum, sed tantum appetitum & potestatem. 289
pecunia bifariam existimari potest. pag. 542. & 607
pecuniæ quomodo obediunt omnia. 563
pecunia quatuor de causis plus potest in vno loco, vel tempore valere, quam in alio. pagina. 614
pecuniæ restitutio obligat aliquando etiam cum famæ detrimento. 352
pensiones solus Papa constituere potest. pagina. 871
Fructus omnes propensione statuere, iniquissimum est. ead.
pensiones functionibus spiritualibus adiudicatæ neutiquam redimi pretio possunt, secus vero illæ, quæ sub seculari titulo concedun-

ceduntur. ead.
Pensiones multæ quæ non sunt in vsu inique videntur. 872
Perdenti in ludo, datur facultas repetendi intra octo dierum spatium. 323
periuriorum series & gradus. 139
periurio semper inest falsitas. 773
periurium omne ex sui ratione est peccatum mortale. 778
periuriorum species scelestissima est blasphemia, & inter blasphemias illas, quæ est idolatria. 779
periurij tria exempla ex Augustino. 776
periurium omne esse peccatum asserit Augustinus. 776
periurium nihil aliud est quam mendacium iuramento firmatum. 774
periurium dupliciter dicitur simpliciter, & secundum quid. 785
periuria multa sunt, quæ non sunt grauioris culpę quam venialis. 784
propter periurium iure incurritur infamia pag. 787
permutata commodatio quid sit. 562
permutationum forma triplex. 603
perpetuum dupliciter sumitur. 202
personæ illustri sat est si quam obtenebrauit alterius famam, pecunia, vel alia ratione compenset. 352
personæ in dignitate constitutæ non facile notandæ sunt criminibus. 329
petro singulariter dictū est, pasce oues meas, cuius ratio assignatur. 923
petrus vere fuit reprehensibilis, & peccauit in obseruatione legalium. 166. non autem peccauit, quia legalia non essent licita. eadem.
pignus in frugiferum colens, an fructus libere percipere possit. 539
pignoris fructus computandi sunt in sortem, pag. 538
In pignore vero genero pro dote tradito & in feudo contraria est ratio 539. & in vidua. ead.
plato contendebat omnia esse communia, etiam liberos & vxores. 302
plato, & Aristoteles, fuerintne ingressi solutis viam, vnde perpendendum est. 89
platonem in Dei gratiam fuisse receptum verisimile est. ead.
pollutio per mollitiem fornicatione, & furto grauior est. 434
Polliceri in genere quidquid aliter petierit, peccatum est genere suo mortale. 777
Pœna cur prauis hominibus necessaria. 17
Pœnitentia non esset virtus, nisi propter necessitatem remittendi peccata. 748
pontifex facere potest, vt collatio simoniaca teneat. 890
pontifex sumus non habet auctoritatem in leges principū, nisi quatenus pugnauerint contra spirituale bonum 830. vide papa.
populus iure naturę tenetur ministros ecclesię alere, & templum struere. 821
Possessio rerum in communi præterquam vxorum concors erat statui innocentiæ. 202. & 203.
possessor malæ fidei nunquam prascribit. pagina 334.
possessor bonæ fidei elapso legitimo tempore optime præscribit. 332
possessor bonæ fidei quatuor debet habere. ead.
potestas omnino distinctæ sunt. secularis, & spiritualis. 308
potestas ecclesiastica & ciuilis, in quo differant. 49
potestas parentum in filios qualis sit. 426
potestas imperatoria cæterorumq. principū diuina constat sanctione. 308
potestas spiritualis immediate a Christo domino est instituta. 309
potestas ciuilis constat narurali iure. eadem
potestas ciuilis non sic pendet a spirituali, vt ab illa instituatur, suamque accipiat facultatem. 309
prębendæ quæ sint spirituales, quę vero non 836. Et an sit contra ius diuinum eas commutare. 850. 851. & 852
præbenda, quas præstameras vocant. spirituales sunt & obligant ad persoluendum officium diuinum. 867
præceptionum ac prohibitionum humanarum tres gradus. 43
præceptum non est, reddere Deo quidquid pro eo facere possumus. 190
præceptum nullum impleri potest peractum nullam libertatem habentem 121
præceptum dilectionis quando liget 125
præceptum generale diuinæ dilectionis specialia cuncta continet 94
præcepta omnia ad decalogum reducuntur. pag. 104
prębepta primę & secundę tabulę quot sint,

opinio eſt triplex. 106
Præceptis omnibus, quare non ſint ſua ſingulis propoſita præmia. 112
Præceptum tertium inter cætera ſingulariter commendandum eſt. ead.
Præceptum primam decalogi licet negatiui formam præ ſe ferat, affirmationem tamẽ complectitur. 135
Præcepta decalogi omnia ſunt indiſpenſabilia, quæ vero extra agantur nihil obſtat quominus diſpenſari valeant. 114. vide Decalogi.
Præceptum non eſt lex ſed explicatio legis. 9
Præcepta cuncta decalogi explicationes ſunt naturalis iuris. 138
Præceptum tertium non ad internam dilectionem, ſed ad exteriorem cultum extenditur. 142. Duoque habet membra alterum affirmatiuum alterum negatiuum. 143. violatur autem per quodcunque peccatum quantum ad finem, non tamen quãtum ad ſubſtantiam præcepti. 143. Eſtque partim ceremoniale, ac partim morale pagina 144
Præcepta Dei nimis ſuauia. ead.
Præceptum tertium in ſenſu literali creationis beneficium, in ſenſu autem allegorico requiem Chriſti in ſepulchro ſignificabat. Sed in ſenſu tropologico ſignificabat ceſſationem à peccatorum operibus, in anagogico ſempiternam requiem præſignabat ead.
Præceptum Dei impleri poteſt quantum ad ſubſtantiam operis abſq; relatione ipſum Deum vt in finem ſpiritualem. 123
Præcepta moralia à naturalibus tripliciter deſcendunt. 101
Præcepta decalogi omnia ad iuſtitiam pertinebant. 133
Præcepta decalogi non ſunt ſimpliciter prima principia, ſed cum reſtrictione, id eſt, intrinſeca legi ead.
Preceptum primum decalogi congruenti forma traditum eſt. 134
Præceptum ſecundum decalogi optimo eſt & modo, & loco poſitum. 137
Præceptum non furaberis, eſt mere negatiuum. 342
Præceptum reſtitutionis eſt mere affirmatiuum implicans negationem ead.
Præceptum quartum decalogi de honorandis parentibus congruentiſſime traditur. 148.
Præcepta reliqua decalogi, debita ratione prohibitionis tenore poſita ſint. 149
Præcepta ceremonialia, & iudicialia in quo differunt. 95
Præceptorum decalogi ignorantia nulli mortalium excuſari vnquam potuerunt, & ſi ſua ſcelera fuco linirent. 31
Præcepta ceremonialia ad Dei cultum pertinebant. 151. vide Ceremoniæ.
Præcepta ceremonialia in quatuor membra optime diſtribuuntur. 152
Præceptum domini, non occides, explicatur elegantiſſime. 398
Præcepta primę tabulæ decalogi, non dicuntur ſimpliciter ius diuinum poſitiuum. 96 cętera. vide, Decalogus & lex.
Præcipere actus intellectus. 2
Prætium rei non ſecundum ipſius naturam æſtimandum eſt, ſed quatenus in vſus venit humanos. 567
Prætium rei, vt iuſtum ſit ex multis perpenditur. eadem
Prętium iuſtum dup'ex, naturale & legitimũ. ead.
Prętium naturale, triplex, rigidum, pium, moderatum. 568
Prætium omnium rerum ſi fieri poſſet à lege deberet taxari. ead.
Prætium non dicitur iuſtum cuiuſuis arbitrato, ſed ſecundum prudentum exiſtimationem. ead.
Prætium multoties fit iniquum ſi vendens ad expenſas rei venditæ conſiderationem in venditione habeat. ead.
Prætium gemmarum & aliarum rerum, quæ reipublicæ neceſſaria non ſunt, tantum quantum emptor, ſciens & prudens voluerit dare. 569
Prætium leſionis non debet eſtimari ad libitum læſi. 348
Prædari militibus in bello iuſto licitum eſt. 443. in bello tamen iniuſto rapina committitur ead.
Prædicatio vendi non poteſt. 859. 860. 861
Prædicare præcialibus ſacerdotibus conuenit ex officio quibus tamen ſit theologiæ ignari ſunt ad munus committere peſtilentiſſimum eſt. 899. & 900
Præſcriptionis definitio ponitur. 331
Preſcriptio, niſi quadraginal.s in rebus eccleſiæ non habet locum, neque contra eccleſiam Romanam niſi centenaria. eadem.

Præſcribere poteſt quis illam rem, quam à latrone emit. 332
Prælatus negligens famam propriam, delinquit mortaliter. 755
Prælati famam dilacerans, cui teneatur ad reſtitutionem. ead.
Prælatus pro libro, & ſine cauſſa diſpenſans, infidelitatis, aut imprudentiæ peccato delinquit. 75
Prælatus non licet pro functionibus ſuis aliquid accipere. 862
Prælatus trifariam poteſt res Eccleſiæ occupare. 377
Ob prælatorum abſentiam a ſuis eccleſijs hæreſes ſubortæ ſunt. 925
Præmium, & pœna duo maxima humanæ vitæ præſidia. 171
Præuaricatio non tantum in accuſatorem, verum in aduocatum, & in alios miniſtros, & in iudicem ſolet vſu cadere. 462
Primatum eccleſiæ cupiens quanto ſe periculo ſubijciat. 910
Primitiæ quatuor modis differunt a reliquis oblationibus. 827
Primitiæ quo iure debeantur Deo, ſuiſque miniſtris. 828
Primitiæ in quota parte, ac de quibus rebus reddenda ſunt. 830
Primogenituræ cur fuerint illo vinculo colligatæ ne poſſint diſpendi. 317 & quare maſculina ſerie transfundantur. 171. & inſtitutionis earum cauſſa redditur. 317
Princeps non poteſt alteri præcipere, vt ipſummet perimat. 226
Princeps poteſt ſuper ſe iudicem conſtituere, qui ſe iure perimat. ead.
Principatus Eccleſiæ, & ciuilis, quo pacto diſcriminantur. 312. & 313
Princeps poteſtatem habet ferendarum legum, quibus coerceat Rempublicam. pagina 309
Princeps dumtaxat in eos rectè imperat, quos commodè adminiſtrare poteſt. pagina 285
Principem non cogi ſuis legibus, iniqua potius conditio eſt, quam gratia. 66
Principem omni virtute decet eſſe ornatum, pag. 15
Princeps ſuis legibus, non ſolum ciuium probitati decet proſpicere, ſed a reliqua officia debet animum intendere. ead.
Principum pædagogi compatronos ſuos verentur inceſſere, virtutum, leges, & iuſtitia legendas porrigant, quæ inuidiam non generent, & mores inſtituant. 35
Principum ſecularium, & antiſtitum eccleſiaſticorum diſcrimen. 14
Principes ſuas leges in Deum referre debent. pag. 15
Principiorum naturalium ad intellectum practicum pertinentium numerus, & ordo. 27
Probatio ſemiplena quid ſit. 471
Profeſſum extrahens a religione, non tenetur alium ſubrogare, nec ipſe intrare. pagina 544
Promiſſio genere ſuo obligat ſub reatu mortali. 653
Promiſſionem mentalem homini factam obligatoriam eſſe, problema videtur. pagina 654
Promiſſio facta ſanctis, quonam pacto uotiorationem habeat. 666
Propoſitum ſine promiſſione non obligat. pag. 640
Propoſitum quale requiratur in votis emittendis. ead.
Propoſitum non ſatis eſt ad votum. ead.
Propoſitum, & promiſſio in quo differant. pag. ead.
Propoſitionis per ſe notæ duplex genus. pagin. 26
Prouiſor tenetur eccleſiæ dignum prouidere ex iuſtitia commutatiua. 357. vide electio.
Prudentia inter morales virtutes primas obtinet. 218
Puellam vitians, teneaturne in totam dotem. pag. 370
Puellæ quid debeant pati antequam in ſtuprum adigantur. ead.
Pupilli & minores quam poſſint ludere quantitatem. 323
Punitio in bonum publicum ordinatur. pagin. 399
Puniri debet homo nequam, etiam ſi indicijs manifeſtis appareat eum perditum iri in infernum. ead.
Pyladis & Oreſtis memorabile facinus. pagina. 410

R

Rapina nullatenus eſt licita, neque priuato, neque publicæ poteſtati. 442. & 443
Rapinæ charactere violentia non eſt denotã-

da quando ab eo infertur qui indiget. ead.
Rapina grauius peccatum est furto. 445
Ratio non est prima regula, sed ipsamet lex naturæ. 86
Ratio practica & speculatiua dissimiliter discurrunt. 82
Ratio affectibus sæpe obscuratur. 87
Recuperare rem suam priuata auctoritate, vt quis possit quæ conditiones requirantur. 417.
Rectores & Senatores non habent ius vendendi locum suum quem pecunia emerant. 275
Rectores vrbium nequeunt suffragia sua vēdere, in electione scribarum. ead.
Rectores seu Senatores isti, non possunt stipendia iuraq; scribarum per modum pensionis dispertiri, aut cogere scribam, vt aliquid certum alteri soluat. ead.
Regimen rerum naturalium, & gubernatio spiritualium discriminantur. 917
Regnum quod quidam hæreditario iure tribuunt Christo, iam ante ipsum natum cesserat. 307
Regnum Christi est prædicare & docere fidem. ead.
Religio superstitiosa Gentilium culpanda. pag. 96
Religionem esse optimam iustitiæ partem, quomodo intelligatur. 134
In religionis ingressu, quomodo liceat pecuniam accipere. 864
Religioni nullam facit iniuriam, qui bona intentione impedimento est volenti religionem ingredi. 345
Religionem expolians persona frugi, forsan tenetur de damno dato 346
Religio an sit vera religio, vnde perpendi debeat. 715
Religioni res vxoria ex diametro opponitur. pag. 716
Religiosi vera est religio, iure diuino habet annexam castitatem. 716
Religiosorum status obedientiam in primis requirit. 719
Religiones militares præter ordinem beati Ioannis nomine tenus sum religiones. 717 & 718.
Religionem militarium equitibus, expediens est dispensatio, vt copulent sibi vxores. 718
Religiosus repulsus à religione non tenetur vltra ad statuta religionis. 658 & 659
Religiosi non tenentur manuum labore victum quærere, sed iustissime mēdicare possunt. 711
Religiosus episcopus ad quas religionis obseruantias teneatur. 1002
Religiosus episcopus essentialia vota non relinquit, sed mutat 1002. & 1003. quo fit, vt Papa in voto continentiæ cum ipso dispensare non valeat. ead.
Religiosus episcopus soli Papæ manet subditus. ead.
Religiosus episcopus ex æquo tenetur ad debita, à quibus non absoluitur assumptus ex ordine prædicatorum, aut minorum. pag. 105
Repassio ex primæua significatione est contra voluntatem passio. 250
Repassio ex abusu significat spontaneas commutationes. 251
Residentia episcoporum apud antiquos monita non disputata, apud neotericos autem eo vsq; reuocata est in quęstionem vt sit iam suasu difficilis. 920
Residentiam prelatorum iure diuino, naturali, & humano esse sancitam, innumeris testimonijs comprobatur 919. & infra, ob cuius defectum innumeræ sunt hæreses in ecclesia subortæ. 925
Residere in ecclesia propria, segniter tamen & oscitanter, quandoque peius quam non residere. 929 & 930
Res spirituales quadruplices. 853
Res an sit, vel an licita sit quærere idem est in moralibus. 735
Reipublicæ quadruplex regimen. 41
Respublica ecclesiastica & ciuilis in quo differunt. 911
Respublica tota non potest expoliare principem iure regni, nisi ob tyrannidis corruptionem. 309
Respub erudita diuinitus creauit principes. 308
Respublica non eo melior quo maior. 311
Respublica quonam pacto ciues in rectis usibus contineat. 206
Respublica, uel princeps dupliciter potest dominiorum translationem impedire. pag. 326
Republica quibus titulis possidet ab inuitis ciuibus bona auferre. 330
Resurrectio patribus legis ueteris reuelata fuit. 98
Restitutio est actus iustitiæ commutatiuæ. 337

Reſtitutio non eſt vbi ratio debiti abeſt. pagina 338
Reſtitutio & ſatisfactio ſeptem differentijs diſcriminantur. 337
Reſtitutio de quibus debeat fieri 338. & 339
Reſtitutio quibus fiat. 338
Reſtitutio quæ dicatur proprie. 339
Reſtitutio, vt obliget requirit tres conditione. 530
Reſtitutionis ratio, vbi ſolum eſt, vbi res iniuſte, vel aufertur, vel retinetur. 340
Reſtitutio quo pacto ſit facienda ab eo qui rem alienam ſecreto vſurpauit. 381
Reſtitutionis vinculum obligat ſub mortali culpa. 341
Reſtitutio in his quæ ſecundum ſpeciem reparari nequeunt debet fieri ad arbitrium prudentis. 346
Reſtitutio quantum ad actum animæ interiorem quando obliget. 343. & 344
Ad reſtitutionem an teneatur qui trahit aliũ ad ludum. 313
Reſtituere an teneatur, qui abducit monachum a religione. 346
Reſtitutionis obligatio tranſeatne ad heredes. 349
Reſtitutio ſecundum morem legum non obligat cum detrimento vitæ, poteſt tamen euenire quando obliget etiam cum tali periculo. 352
Reſtitutionem famę remittere, ex genere ſuo non eſt mortale, immo aliquando laudabile. 353
Reſtitutionem eidem fieri a quo res ſublata eſt, nempe domino neceſſum eſt. pagina 366
Reſtitutionis cuiuſcunque obligatio oritur, aut ratione rei acceptionis, aut ratione rei acceptæ. 367
In reſtitutione tria obſeruanda. ead.
Reſtitutio quam primum adfuerit facultas obligat. 388
Reſtituere nolens, cum poteſt, an peccet nouo peccato. 389
Reſtitutionem an liceat differre, & quando. 388.
Reſtituere quomodo teneatur qui impedit alium a beneficij conſecutione. 358. & 359.
Reſtitutionem procraſtinantes in quanto verſentur periculo. 391
Reſtitutio quando arbitranda eſt impoſſibilis. ead.
Retrahens, ſeu extrahens quempiam vi, minis vel fraude, a religione ad quam reſtitutionem teneatur. 346
Reſtitutio cui ſit facienda, quando creditor ignotus ſit omnino. 572. & 373
Ad reſtitutionem quando teneantur qui bonis ceſſerunt. 392
Reſtitutio cui facienda quando nec dominus nec hæres comparent. 373
Reſtitutio quomodo facienda ſit quando plures ſimul ad idem damnum concurrunt. 385
Reſtitutio ſimoniæ. vide Simonia, & Simonię reſtitutio.
Reſtitutioni non ſunt aſtricti clerici ſolum ob vitæ corruptionem. 1001
Reus reſpondere iudici non tenetur quouſque illi conſtet more & lege ſe interrogari. 472
Reus non legitime interrogatus non tenetur crimen ſuum fateri. 465
Reo ſiue iure ſiue iniuria interrogetur, numquam licet mentiri 466
Reus ac ſimul actor nemo tenetur eſſe. 348
Rex propter regnum inſtituitur, non è conuerſo. 921
Rex eſt anima regni. 311
Rege ſimpliciter ſuperior in temporalibus nemo cenſetur. 312
Rex ſine prudentum conſilio leges condere non debet. 12
Regis ac tyranni differentia. 38

S

SAbbati nomine, reliquæ omnes feſtiuitates intelliguntur. 109
Sacerdotes plebani ſuarum ſunt parœcialium eccleſiarum paſtores non tamen perfecti. 899. Neque vllam habent vim coactiuam quantum ad forum iudiciale. ead.
Sacerdos poteſt locare operas antecedentes ſacramentum non tamen ſequens. pagina 855
Sacerdoti licet paciſci de mercede pro obligatione celebrandi. eadem
Sacerdotibus religioſis & antiſtitibus, citra mortale, vix vti licet ludis vetitis 321. vide Ludus.
Sacerdotes habeantne verum dominium fructuum eccleſiaſticorum 951. De quo varię ſunt opiniones. 950
Sacerdotes arctius perſtringuntur præcepto

eleemoſynarum,quam ſeculares. 959
Sacerdotibus iure permittitur propria bona ſuis hæredibus relinquere. 960
Sacerdotes teneaturne ſingulari iure præ ſecularibus ad eleemoſynarum ſubſidium. 961.
Sacerdotum negligentia diſperguntur greges. 923
Sacerdos an poſſit plures pro vna miſſa pitantias recipere. 822
Sacerdotes trifariam poſſunt his, quæ ad diuinum cultum offeruntur vti. 824
Sacerdotes antiquæ legis,quomodo a noſtri differebant 833. Et Eorum ſacerdotium a noſtro. ead.
Sacerdotes nouæ legis ſublimioris dignitatis ſunt,quam legis antiquæ. 833
Sacerdotum numerus magnus requiritur in noua lege. ead.
Sacerdotes non decere magna in paupertate vitam degere. 833
Sacerdotibus præter decimas alias poſſeſſiones habere licet. Quas Leuitæ non habebant. 841
Sacerdotes negligentes in erogandis eleemoſynis,non tenentur ad reſtitutionem de iuſtitia,ſed de miſericordia. ead.
Sacerdotalis ordo a religione in quo differat. 716
Sacerdotum votum medium eſt inter præceptum merum & votum ſollene. 717
Sacerdotum continentiam improbat & damnat Lutherus. 721
Sacerdotum continentia vſque adeo eſt neceſſaria,vt abſque illa nequeant legitimam Chriſti effigiem retinere. 712
Sacerdotum continentia multis præſignata fuit in Veteri teſtamento. 723.724
Sacerdotes ex congrugatis conſtitui permiſſum fuit, circa Apoſtolorum tempora. 727.731
Sacerdotibus poſtquam addicti eſſent ſacro miniſterio, nunquam licuit vxorio negotio ſe implicare. 727.& 733
Sacerdotum votum diſpenſabile eſt a Romana eccleſia. 730
Sacerdotes non contrahere coniugia, neque coniugatos aſſumi in ſacerdotes, eccleſiæ præcepto conſtat. 731
Sacerdotes Græci non modo repudiarunt Roman inſtitutum ſed amplexati ſunt illud, quod ex nullo Apoſtolorum aut conciliorum permiſſu elicuerunt. 732
Sacramenta ſuſcipere nemo tenetur cum periculo mortis. 51
Sacramenta veteris legis a ſolis carnis ſordibus, & quis dicunt irregularitates, corpus mundabant. 154
Sacramentum altaris adorandum & vnicum ſacrificium Chriſticolis. 807
Sacrificium quid ſit,declaratur. 802
Sacrificiorum oblatio non ſolum diuini iuris & humani eſt,verum etiam naturalis. pagina 803
Sacrificium quomodo diſtinguatur ab oblatione. ead.
Sacrificij oblatio ex Iure naturæ eſt. 803
Sacrificij duplex genus. ibid.
Sacrificium & ſacerdotium, vt lex & gubernator, ſemper in omni republica fuerunt. ibidem.
Sacrificium nemini offerendum,niſi ipſi Deo 804.
Sacrificia cur Deus nolle dicatur. 804. 805
Sacrificiorum oblatio, ſecundum ſuam propriam rationem, eſt actus ſpecialis virtutis. 806
Sacrificiorum antiquæ legis duplex erat cauſa. 154
Sacrificia antiquæ legis diuinitus fuere inſtituta. 38
Sacrificium dicitur quodlibet opus virtutis, vt refertur in diuinum homorem. 806
Sacrificium maxime id dicitur, quod nullum habet aliunde laudem,quam quod in diuinam reuerentiam exhibetur. 807
Ad ſacrificium internum vniuerſitas hominum lege naturę tenetur. 808
Ad ſacrificia, quæ ſola ſignificatione virtutē religionis induunt ſolum tenentur,qui ſub lege Dei ſcripta agunt. 807
Ad ſacrificium aliquod Deo exhibendum omnes, etiam ſolo iure naturali viuentes, quocunque ſeculo fuerit,tenebantur,ſecundum cognitionem quādo vna prima cauſa habere tenebantur. 807
Sacrificium Chriſticolis proprium eſt Euchariſtia. 809
Sacrificium per Sacerdotem Chriſti miniſtrum oblatum, non eſt infiniti valoris. 813.
Sacrificij valor non creſcit ſecundum proportionem deuotionis offerentium. 814
Sacrificium altaris, vt reliqua ſacrificia pro mor-

mortuis oblata, quibus prosint. 818
Sacrilegium quo casu committatur. 143
Salus spiritualis cuiuscunque sibi ipsi proprie commissa est. 911
Salutis propriæ curam per nullum impedimentum homo præterire debet. 919
Sanguine contaminatus, Christi sacramenta dispensare non debet. 54
Sanguinis sola effusio non est irregularitatis caussa. 403
Samson reuelatione diuina hostes peremit. pag. 119
Satisfactio extra gratiam nihil pænæ remittit. 349
Satisfactionem inficiantur Lutherani. 340
Satisfit si simplum restituatur quod ablatum est. 360,& 361
Satisfactio de quibus fieri debeat. 337
Satisfactio quibus fiat. ead.
Scientia etiam Theologia vendi potest. pag. 862
Scholares præstantes suffragia non testes sed electores sunt. 359
Scholares bifariam iniustitiam suffragando committunt. 360
Scholares non scripti albo, & ambientes possentne præstare suffragium ead.
Scholarum magister potest nouas adhibere pœnas scholaribus, vt seruent leges tam vniuersitatis, quam alias. 323
Scholarum magister non habet potestatem condendi vllam legem. eadem
Scopum attingere vno tantum modo contingit, aberrare vero infinitis. 187
Scotus quam lapsus fuerit in explanatione illis præcepti, Non occides. 397
Sensus literalis & mysticus in quo differunt. pag. 153
Sententiam ferre secundum probabiliorem opinionem semper est necessarium, etiam si altera opinio probabilis sit. 278
Sententia iniqua quæ in falsa præsumptione fundatur, non obligat in foro interiori. pag. 54
Sententia excommunicationis ipso iure ligare solet, & qua ratione cueniat. 60
Sententiam iniustam philosophi morales nullam vocant. 488
Sententia iniusta apud Iurisconsultos, quæ sit. ead.
Sententiæ iniquæ, quicunque eam iniquam esse resciuerit, parere non tenetur in foro conscientiæ, quamuis in seculari teneatur. ead.
Secretorum multiplex ordo. 472
Secretum confessionis quantum debet esse reconditum, & ab exteriori foro semotum. eadem.
Secretum ab illo qui per iniuriam extorsit, arctissimo nexu astringitur seruandi illud. eadem.
Sermo omnis fidelis pro iuramento est, secundum euangelicam veritatem. 740
Seruis quando liceat fugere. 295
Seruis quibus rebus tanquam proprijs valeãt vti, & quibus serui hoc possunt. 296
Seruitus duplex legalis, & naturalis 295
Seruitus legalis item duplex. ead.
Seruitus vendentium sese licita est. 295
Vbi de Aethiopibus Portugaliæ disputatur.
Seruitus mancipiorum licita & pia est, pagina. 296
Seruitutis species plurimæ sunt. ead.
Seruitus contra primariam naturæ intentionem est, non tamen contra secundariam, 296.
Seruitus quomodo iure gentium, quomodo imperatorum sanctione constet. ead.
Seruitus naturalis, quæ per peccatum introiuit, non incidisset in statu innocentiæ, pagina. 297
Simon Magus donum Spiritus sancti emere noluit, a quo simoniæ nomen deriuatum est. 844
Simon Magus hæreticus fuit, non ex simonia sed quia credidit mundum non fuisse creatum. 848
Simonis genere suo peccatum mortale est pagina. ibid.
Simoniæ triplex species. 880
Simoniæ materia res spirituales sunt, sed non cuiuscunque generis. 845
Simoniæ vitium quale sit ex Euangelio venit vestigandum. 849
Simoniam committit prædicator Euangelicus, si pro munere prædicationis pretium ex conuentione recipiat. Non ita est de docente scientias naturales quascunque, pag. 846
Simonia non reperitur propriæ extra Ecclesiam Catholicam. ead.
Simoniæ definitio approbatur. 847
Simonia ab alio vitio imperatur, ab alio elicitur indistincta potentia existente. ibid.
Simonia naturali diuinoque iure prohibita.

tã. 849
Simonia aliqua eſt ad ius mere poſitiuum attinens. 850
Simonia duplex,mentalis & realis. 854
Simonia non eſt, reſignare præbendam in manus prælati in fauorem alicuius,& non alias 870 Commutare vero cum pacto,niſi in pacto adducatur conſenſus Pontificis, ſimonia eſt. 871
Simoniam ſapit, in permutatione præbendæ ad honorem, & dignitatem præbendæ reſpicere, ita vt honorabilior pluris æſtimetur,ſi alias fructus ſunt æquales. ibid.
Simonia vere committitur, ſi res ſpiritualis pro obſequio temporali, vel munere tribuatur. 873
Et etiam pro munere a lingua, & pro turpi obſequio. ead.
Qui pecuniam alicui confert,vt prębendam ei procuret, etiam collatore inſcio ſimoniam fortaſſis committit. 874 & 875
Simonia non eſt ratione conſanguinitatis beneficium conferre, ratione vero dignitatis ac probitatis conſanguineo dare laudabile eſt, in hoc tamen antiſtites periclitantur maxime. 849
Simoniam non committit, qui metu alicui beneficium confert. 848
Simonia realis ſine mentali quando eſt. 881
Simoniæ pœnæ,888. vide pœna ſimoniæ.
Simonia mentalis eſt illa, quæ pro obiecto habet realem & hæc pœnis iuri non ſubditur. 880
Simoniæ mentalis optima ſtipulatio. 884
Simoniæ reſtitutio, & quod per ſimoniam acquiſitã reſtitutioni ſunt obnoxia. 879
Simoniaci pœnæ 879. vſque ad finem libri.
Simonia omnis, realis in qua pretium ſolutum eſt, ad reſtitutionem obligat 881. & ad reſignationem præbendæ quę cum tali pacto collata fuit,etſi pretium ſolutum nõ fuerit.
Simonia acquiſitorum reſtitutio facienda eſt illi,qui pretium dedit quandiu per ſententiam non fit condemnatio. 881
Simonia mentalis an ad reſtitutionem obliget pulchra diſputatio ibidem obligat vtique. ead.
Simoniacus tam ratione rei acceptæ, quam ratione iniuſtæ acceptionis, reſtituere tenetur. ead.
Simoniacus poſt condemnationem reſtituere debet eccleſię vel pauperibus,alias ei qui dedit. 881
Simoniacum eſt ob ordinum exhibitionem munus aliquod exigere. 855
Simoniacum non eſt,cum proactibus hierarchicis, vt pro iniungendis ſacerdotibus & conſecrandis epiſcopis,aliquid retribuitur 858.
Simoniacum eſt vendere ius prębendæ, & contra ius naturę. 866
An ſimoniacus fuerit Abraham emens ſepulturam. 868
Simonia cum eſt nolle conferre locum ſacrũ ad ſepeliendum mortuum, niſi pro pecunia. Et quid ſi quis honoratiorem locum affectet. 597
Societatis contractus duplex genus. 597
Societatis contractus licitus eſt ſi qui pecuniã ponit periculum eius ſubdit. ibid.
In ſocietatis contractu qualiter diſtributio lucri facienda eſt, dum vnus pecuniam ponit,alius induſtriam. 597
Societatis quidam peſſimus contractus. 597. & 598
Societatis contractus, vbi quis ſic pecuniam ponit, vt nulli ſe exponat periculo, neutiquam licitus eſt. 599
Societatis quidam implexus contractus. eadem.
Societatis contractus in quo ſocius contractũ aſſecurationis capitalis, & venditionis lucri,cum ſuo ſocio facit,ſiue a principio ſiue ſucceſſiue, vſuram ſapit. 698
Societatis quidam periculoſus contractus. eadem.
Socij qui dicantur. 597
Socius qui centum ſocietati committit, licite poteſt quinquaginta tantum periculum ſubire,dum tamen illam pręcisè partem lucri ſuſcipiat,quę illis quinquaginta reſpondet. 689
Solicitudo neceſſaria non eſt interdicta, ſed ſuperflua. 188
Solennitatum veterum numerus. 154
Solutione antiqua quomodo liceat vilius emere,vt in lanarum negotio fit. 584 vide Emere.
Solutio expectata nihil vetat,quominus contractus a principio perfectus ſit. 585. licet oppoſitum,vt Caietano placet non ſit omnino improbabile. ead.
Sors idem quod capitale ſeu principale. 526.
Spiritualia quare pecunia non ęſtimentur. pag. 826

Spirituali & illi annexum, & quod ab ſpirituali dependet, non eſt pretio vendibile. pag. 369
Spuriorum quatuor eſſe genera, & quando ſuccedant in hæreditatem, & quando non, & clericorum nothis filijs oſtenditur. pag. 318
Statuam quam vidit Daniel c. 2. quid ſignificet. 312
Stipendia vniuerſitatis non ſunt in rem perſonarum, ſed in ſtipendium miniſtrorum. pag. 560
Stipulatio an ſit contractus. 563
Studioſus quiſque debet tres habere conditiones. 120
Studioſus aut prauus non dicitur, niſi qui ex habitu operatur. 223
Subſanatio a deriſione & contumelia differt. pag. 515
Subſanator turpia dicit, vt gloriam conſcientiæ alteri adimat. 515. & 517
Subditum eſſe vnum alteri in foro iudiciali quatuor modis contingit. 447
Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui, explicatur. 285
Superbia humanæ de duobus extollitur. pagin. 90
Suſpicionis nomen tria connotat. 232
Suſpiciones triplici ex radice oriuntur. pagin. 233
Suſurratio genere ſuo grauius peccatum eſt contumelia & detractione. 315
Suſurrare ad dirimendas amicitias, quando peccatum ſit, & quando virtus. pag. 513. & 514
Suſurronis & detractoris diſcrimen. pag. 512. 513
Syndereſis quid. 25

T

TAcens, & non obſtant quando dicantur cauſſa. 486
Thelatis Mileſij hiſtoria qui docuit per philoſophiam homines poſſe fieri diuites. pag. 578
Talio vnde trahat originem, & quid ſit. 471
Taliones pœna iuſta. ead.
Talionis lex quare poſita ſit populo Iudæorum. 463. & 464
Templi vnius Iudæorum literalis & myſtica ratio. 154
Templa non placent hæreticis, cum ſint publicarum loca. 973
Templa quantum Chriſto placuerint, multis locis oſtenditur. ead.
Tentare Deum quid ſit. 744
Tergiuerſari tribus modis citra culpam accidere poteſt. 463
Teſtamentorum ſolennitas deſcribitur. pag. 326
Teſtimonium conferre tenetur quicunque a legitimo iudice, ſecundum iuris formam in teſtem adſciſcitur. 481
Teſtimonium dicere non tenetur, qui occulta crimina de quibus neque infamia, neque alia iuris cauſſa præceſſit, interrogatus fuit. ead.
Teſtimonium quando quis ſponte propria fuit ferre teneatur. 481. & 482
Teſtimonium conferrendi, & aliarum eleemoſynarum diſcrimen. 482
Teſtimonium duorum, qui ſint fide digni, ſufficiens eſt in iudicio, & ad maiorem certitudinem trium. 483
Teſtimonium duorum vel trium, non vſque adeo iure naturæ ſtabilitum eſt, vt nullam ob cauſſam exigi poſſint plures, quando mortalium fides, & iuſtitiæ deprauata eſt. eadem.
Teſtimonium hominum iure & merito, tam ob alias cauſſas, quam ob culpam repellitur. 485
Teſtimonia illæ reipublicæ neceſſaria ſunt, quæ bonum habent auctoritatis pondus. pag. 486
Teſtimonium falſum quando mortale ſit, & quando non. 486. & 487
Teſtimonium humanum duplici de cauſſa fallax. 456
Teſtimonium Dei quicunque adducit, non iuuat. 737
Teſtis extra caſum neceſſitatis liberandi innocentem aut rempublicam, potius inclinare debet ad ſeruandum ſecretum proximi, quam ad prodendum. 482
Teſtes ſingulares non faciunt in iudicio fidem. 484
Teſtium in ipſa actus ſubſtantia diſcordantium teſtimonium, aut refutatur, aut non ſatis ad ſententiam facere cenſetur. eadem.
Teſtibus actoris & rei ad inuicem diſcrepantibus, cæteris paribus ſtandum eſt à parte rei. ead.
Teſtibus vtriuſque partis inter ſe diſſentientibus, viri partium aſſentiri debet, ex multis iudex poteſt perpendere. ead.

Teſtes ſingulares de multiplicatis ab eadem perſona eiuſdem actibus, quam fidem faciant in religionibus. ead.
Teſti crimen obijcere, quando liceat, & quando non. 486
Teſtium non omnium repulſa pœna eſt, ſed quandoque cautela. ead.
Teſtis in iudicio aſſerere non debet, niſi id de qua per vigilantem conſiderationem habet certam ſcientiam. 487
Teſtis aſſerens quod poſt prudentem vigilantiam pro certo habet, & ſi falſum ſit, non eſt reus mendacij. ead.
Teſtes iureiurando ſtringuntur, vt maiori per cellantur timore. 488
Teſtis pro veritate dicenda nihil recipere poteſt bene tamen pro labore. 495
Teſtes ſimoniæ iure antiquo tenebantur ſub anathemate reuelare, nec ante poterant a b ſolui. 888
Timothæus & alij epiſcopi quare iuſſu Pauli a ſuis eccleſijs nonnunquam peregrinati fuerint. 930
Titulus quid ſit explicatur. 286
Traditio per votum non fit, niſi ille qui traditur ſolenniter recipiatur. 672
Trahens alium ad ludum, an teneatur ad reſtitutionem. 323
Tributi, ſcilicet Alcauala, ratio iuſtane ſit, & quomodo obliget in conſcientia. pag. 361
Tributorum quatuor nomina. 280
Tributorum quod apud Hiſpanos dicitur Alcauala, quod ſit. 281
Tributa debentur principibus in conſcientia. eadem
Tributorum libertatem Rex poteſt hominibus ruſticis pretio donare vrgente neceſſitate. 282
Tyrannus cenſendus eſt, qui leges in proprium commodum conſtituit. 7
Tyranni & regis diſcrimen. 40
Tyrannis quatenus reſiſtendum. 47

V

VAlor rei æſtimandus eſt, ſecundum id quod in preſenti eſt. 579
Valor rei iuſtus, vt ſit prudentium iudicio non cuiuſuis metiendus eſt, 568. vide Pretium
Vanitatis tres ſunt gradus. 139
Vectigal, cenſus & tributum in quo differunt pag. 281
Venans alienas feras, quando teneatur ad reſtitutionem. 363. & 364
Venatio hominis eſt naturalis. 395
Venatio iure gentium communis eſt. pagin. 362
Venatio triplici de cauſſa vetatur. ead.
Venationis cuſtodiendæ ſui gratia, non eſt paratio in rege & in magnate. 363
Vendere licet pretio rigido, pio, & moderato. pag. 568
Vendere vltra dimidium iuſti pretij quid ſit. pag. 572
In re venali tria ſunt conſideranda. 575
Vendens ſacerdotium tenetur diuino & naturali iure reſtituere pretium. 879
Vendere rem vitiatam pretio integræ & ſolidæ iniquitas eſt. 574
Vendens bona fide rem emptam a latrone, quid debeat facere. 379
Vendere non licet ratione crediti pretij, carius rem quam in præſenti valet, 580. & 583. Vide Venditor.
Venditio eſt rei pro pretio diſtractio. 563
Venditio cum deceptione intra dimidiam iuſti pretij, iniqua eſt, & ſi permiſſa, 572. vide Deceptio.
In venditione falſiſſima regula eſt ſi quis ſemper quanto emit pretio quantumque laboris & periculi ſubijt, tanti velit vendere, cum lucri acceſſione. 568
Venditio ab vſurario facta qualiter ſit valida. pag. 549
Venditor qui rei defectum cognoſcens eundem fraudulenter emptorem celauerit, contra iuſtitiam delinquit, & idem de emptore dicendum. 575
Venditor ſi caueat damnum dare, puta quod non pluris rem vendat, quam cum vitio valet, neque vllo emptorem obijciat periculo, & res ſit emptori pro pretij ratione vſui, nulla lege compellitur vitium pateſacere. ead.
Venditor menſuram fraudando, vel rei ſubſtantia vitians, & ſi iniuſtitiam non committat, vt puta quia ex pretio demit quod in menſura tollit, vel in ſubſtantia vitiat, iuſte tamen a publico magiſtratu punitur, licet hæc aliquando abſque crimine facere poſſit. 575. 576
Venditor non tenetur reuelare quod in futurum expectatur. 578
Venditori nullo modo licet credito pretio carius vendere rem ratione crediti pretij, quam in præſenti valeat. 579

Venditori nihil licet exigere ratione periculi ſoluendi pretium in futurum. 579. & 580
Venditori an liceat quando credito pretio vendit, de expenſis in recuperando pretio a principe paciſci. 582
Venditor qui ſuas merces venditurus non erat, neque ad tempus quo pretium actum iri conijcitur, poteſt pluris vendere quam tempore venditionis valent, deductis tamen expenſis & laboribus, etiam caſu quo rogatus vendat 583. & quod hoc locum habeat, etiam ſi non eſſet ſeruaturus merces, non eſt omnino improbabile, vt Caietano placet. 585
Venditori licitum eſt in pretium rei ducere damnum quod accipit: quare res æſtimatur, non ſolum quanti in ſe valebat, verum & quanti venditori, 571. emptore tamen admonito. ead.
Venditori non licet in pretium ducere commodum quod ementi ex venditione accreſcit. ead.
Verberare poſſunt patres, & qui curam gerunt paternam, non tamen mutilare. 425. & 426
Verberare maritus vxorem quomodo poſſit. pag 427
Verba æquiuoca in iuramento an ſint obligatoria. 765
Veritates perpetuæ qualiter ſubſint legi Dei æternæ. 22
Veritatem nullatenus abnegare licet. 449. immo eam confiteri tenetur reus cum periculo vitæ, ſi iuridice interrogetur, alias non eſt abſoluendus. 472
Vidua fructus pignoris pro dote ei traditi in ſortem ducere non tenetur. 540
Violenter reſpubl. & Princeps poſſunt citra iniuriam aliquid a ſuis ciuibus extorquere, quod ſi perſona priuata id faciat raptor eſt, & latro. 443
Vim vi repellere licet. 355
Vir qui vxorem in flagranti delicto enecat, peccat. 402
Vir poteſt accipere pretium turpitudinis a muliere. 369
Vir poteſtatem ſui corporis non habet, ſed mulieres explicatur quo pacto. 285
Vir non habet ius dominium in vxorem. eadem.
Virtus quid. 13. & 28
Virtutis duplex conſideratio. 29
Virtutes humanæ ſunt in uniuerſum de lege naturæ. ead.
Virtutes omnes quare prudentiæ connectuntur. 228
Virtutes conſentaneæ diuinæ legi, non dicuntur ſimpliciter de lege naturæ, ſed potius ſupranaturales. 13
Nulla eſt virtus cuius non aliquis actus ad commune bonum referri valeat. 46
Virtus colenda eſt. 354
Virtutum opera tenemur Deo offerre actuali aut virtuali relatione. 807
Virtuti opus e duobus eſtimatur. 826
Virtutes quæ hominem componunt in ordine ad ſeipſum, diſcriminantur ab eis quæ illum componunt in ordine ad alterum. pag. 847
Virtus non eſt in ea potentia quæ electionem facit, contra Scotum. ead.
Virtutum præcepta dignitatis ordine debent anteferri prohibitionibus vitiorum contrariorum. 111
Virtutem vnam alij imperare quid ſit. pagin. 218
Virtutes Cardinales dupliciter accipiuntur. 213
Virtutis diuiſio & ſubdiuiſio. 216
Virtutes intellectuales digniores moralibus. eadem
Virtutes morales plus habent de ratione virtutis quam intellectuales. 217
Virtutum collatio vt inter ſe fieri debeat. eadem.
Virtus eſt id cui propriè honor debetur. 278
Viſitationis ſtipendia quomodo Epiſcopus liceat recipere. 863
Viſitationes nō poſſunt caſtè ferri per alium, quam Epiſcopum. 928
Viſitandi greges per ipſoſmet epiſcopos. ead.
Vita omnium bonorum fundamentum. 406
Vitam corporalem pro quibus liceat ponere. 408
Vitam temporalem an liceat pro amico ponere. 409
Vitam ſpiritualem amittere non licet pro ſalute ſpirituali totius mundi. 409
Vitam temporalem licet aliquando exponere periculo. 410
Vitium rei venditæ qualiter venditionem illicitam reddat. 574
Vitia peculiariter dicuntur contra naturam. pag. 28

Vita bona ſine oratione exiſtere non poteſt, pag. 908
Vliſſis ſocij qualiter intelligantur conuerſi à Circe. 764
Voluntas promittendi, aut iurandi abſque propoſito adimplendi, obligationem patit. 638
Voluntas non eſt regina, ſed ancilla intellectus. 5. & 6
Voluntarium duplex. 419
Voluntarium niſi adſit, peccatum eſſe nequit eadem.
Votum eſt actus religionis elicitus. 664. & 665.
Votum rectè fit de operibus non debitis. 634 635
Voti nomen dupliciter vſurpatur. 637
Votum exteriora ſigna per accidens requirit. eadem.
Votum quibus de rebus ſuſcipi debeat. 642. 643.
Voti materia poſſunt eſſe præcepta. pagi. 645 & 646
Votum non eſt de re prorſus indifferenti. pagina. 643
Votum de obiecto alias bono, in malum finē relato, non obligat 647
Votum non peccandi venialiter ſtultum eſt, neque obligat. 644
Votum cōtra opus conſilij, peccatum eſt, nec obligat. 648
Votum ineundi coniugium ſemper eſt illicitum, contra Caiet. 648. & 649
Votum virginitatis dupliciter fieri poteſt, pagina. 660
Votum non nubendi non obligat ad caſtitatem. ead.
Votum quatenus attinet ad tempus implendi, tripliciter fieri poteſt. pag. 670. 673. & 674
Votum ſimplex & ſolenne differunt. 670
Voti ſolemnis ſubſtantia in quo conſiſtat, pagina 612
Votū ſolenne iure diuino dirimit matrimonium. 673
Voti ſolennis tranſgreſſio grauior, quam ſimplicis. ead.
Votum iuramento firmatum an in vniuerſum obliget ſub reatu mortali. 752
Voti ſolennis & ſimplicis diſtinctio ſpecifica. 674
Voto caſtitatis poteſt quiſque innodari ante legitimam rationis vſum. ead.
Votum vllum an ſuſcipere poſſit, qui ſub alterius eſt poteſtate. 675
Vouendi facultas interdicta eſt monachis de iure diuino, & naturali. ead.
Voti religioſorum irritatio, & diſpenſatio, in quibus caſibus fieri poſſit a prælato. pagin. 677
Votum a religioſis emiſſum, quo prælati obedientia impreditur, non tenentur implere, dum per prælatum mirum non habetur. eadem.
votum ſuum quod religioſus emiſit de re prohibita, tenetur patefacere prælato antequā ſit in mera. 679
votum emiſſum a religioſo cum facultate prælati poteſt nihilominus ab ipſo prælato irritari. ead.
vota vxoris vniuerſa poteſt vir irritare, ead.
votum emiſſum a viro de non petendo debitum, an teneat ſine conſenſu vxoris, ead.
votum caſtitatis emiſſum ab vtroque coniuge communi conſenſu, non poteſt rurſus per ipſos irritari. 681
votum quodcumque ſemel irritatum nullam deinde virtutem retinet, qua vllo tempore obligari poſſit, niſi iterato fiat. pagina. 682
votum emiſſum ab vxore exequutioni tunc mandatum, ſi maritum vita ſuperauerit, & idem de filio, quandiu ſub cura parentis egerit, ead.
votum continentiæ tria conſideranda requirit. 690
vota diſpenſandi, & commutandi cauſſæ. pag. 698
votone ſe poſſit conſtringere puer, aut puella ante pubertatis annos, & quid ſi parentes reclament tranſactis illis annis. 685
votum ſolenne nemo quantumcunque ſit doli capax, ante pubertatis annos poteſt ſuſcipere. 687
Inter votum perſonale & reale diſcrimen, & conuenientia. ead.
voto ſe præpedire quo minus quis accipiat epiſcopatum, nihil per ſe loquendo implicatur iniquitatis. 914
votum emiſſum a filio dum erat in poteſtate patris neque tunc a patre irritatum, poſtquam emancipatus eſt, non poteſt ab ipſo patre irritari. 688
voti diſpenſatio non tollit diuinam legem, ſed tollit obligationem. ead.
votum quod fit in ſuſceptione ordinis ſacri, diſpen-

dispensari potest per summum pontificem antequam fiat. 692
Super votum solenne religionis nulla cadit dispensatio. ead.
A duorum dispensandum necessaria est superioris auctoritas. 693
Ad voti commutationem in melius, an & quãdo exigatur superioris auctoritas. 696
Vota in seculo facta extingui censentur per solenne religionis. ead.
Votum solẽne religionis in arctiorem aliam, ac perinde altiorem commutari potest propria auctoritate. 997
Super omni voto simplici suorum parœcianorum, vnusquisque episcopus dispensare potest. Quid in Archiepiscopo: quid item in Abbatibus & religionum quibuscunque præfectis. 697
Votum ex ratione sua magis est obligatoriũ, quam iuramentum. 766
Votum dispensandi facultas, eadem vbique est ad commutandum. 698
Voti pœnalis, religionis, & peregrinationis Hierosolymitanæ dispensatio Pontifici maximo reseruatur. 697
Votum an dispensari aut commutari possit priuilegio cruciatæ bullæ. 699
Votum sacerdotum dispensabile est ab ecclesia. 717
Votum religionis in tribus consistit. 660
Vouendi modus quem statuebat Lutherus. pag. 768
Voti transgressio ex genere suo peccatum est mortale sacrilegiumque. 655
Votum religionis simplex post contractum matrimonium, non vltra quidquam obligat. 660. & 661
Voti pœnitentia potest esse peccatum, & quomodo non est peccatum. 668. & 669
Vsucapio quanto tempore fiat. 331
Vsuræ multiplex acceptio. 524. & 525. & 526
Vsura multis modis committitur. 535
Vsura à fœnore differt. 524
Vsura idem quod partus & quod morsus. pagin. 525
Vsura in quibus locum habeat. 526
Vsura est pretium vsus mutuatæ rei. ead.
Vsura interna atque externa quomodo discriminentur. 526. 533. & 534
Vsura extrema quid. 526
Vsura peccatum mortale est, iustitiæ commutatiuæ contrarium 526. & oppositum dicere est manifesta hæresis. 528
Vsuram non esse naturali iure prohibitam, periculosum est asserere. 526. 527. 528. & 529. sit vt in vsura nunquam Deus dispensauerit, immo neque factibile est. pag. ead.
Vsurarium crimen vtriusque testamenti pagina detestatur. 529
Vsura certo quodammodo fuit iudæis permissa non licita. ead.
Optima explicatio illius loci. Non fœnerabe-ris fratri tuo. 530
Vsuræ an & quo pacto a lege ciuili permittantur 531. & 532. neque vero ciuile ius vsuras permittendo, canonico aduersatur. pagin. 532
Vsuræ vsurarum olim summo rigore prohibita. 531. & 532
Vsuram committit, qui ratione mutui in pactum deducit, vt mutuatarius iuste liti cedat 533. & 534. & quid si turpes amplexus expoſcat ratione vsurarum. 535
Vsuram committit, qui ratione mutui obligat ad emendum molendum, & etiam iusto ex soluto, vel non excesso pretio, 536. & quid si ducatur in pactum id quod alias iustè debetur. ead.
An vsura sit ratione mutui obligare mutuatarium ad mutandum. 538
Vsura an committatur vendendo carius credito pretio. 579. & 586. Vide vendere, & venditor.
Vsuram committit qui fructus pignoris non computat nisi pignus sit de feudo, vel pro dote genero, vel viduæ traditum. 538. & 539
Vsura ratione lucri cessantis, vide Lucrum.
Vsuram inuoluit mons pietatis. 559
Vsuraria datio an dominium transferat. pag. 545
Vsura mentalis ab exteriori differt. 526. & 535
De vsura mentali optima disputatio. 550
Vsura mentalis vt a simonia mentali differat. 551
Vsurę mentalis restitutio quando necessaria. pag. 550
vsurarum restitutio necessario facienda etiam nullo petente. 528. & 545
Vsurarum restitutio solum necessaria, cum ratione mutui quidquam recipitur. 551
Si per vsuram res, quæ vsu consumuntur, extorqueantur, fœnerator facit satis restituendo tantum quantum accepit cum damnis & lucro, si quod alteri cesset, fructus vero qui

qui per eaſdem res ſua induſtria accumulauit, liberi ſunt a reſtitutione. 545. & 546. & 547 ſecus vero in fructibus domus, vel prædij, vel vſuram extorti. ead.
Ad vſurarum reſtitutionem non modo vſurarius, ſed iudices cogentes vſuras ſoluere, aduocati conſulentes, miniſtri aliqui, &c. etiam tenentur fœneratore non reſtituente, 552. De hoc vide Mutuum, & Lucrum ceſſans.
Vſurarius non acquirit dominium in ea, quæ per vſuras corraſit. 547. & ſi mutuatarius ſe velle in ipſum dominium transferre aſſeueret, dum tamen ratione mutui det. eadem.
Vſurarius dominus ſit poſſeſſionis quam per pecuniam vſurariam emit. 548
Vſurarij bona in triplici ſunt differentia. eadem.
Vſurarij omnes contractus ſunt validi iure naturæ, per quos non ſit minus potens ad ſoluendum vſuras. 549
Ab vſurario pecuniam vſurariam vel quidquam aliud recipiens emptione, vel alio quocunque contractu, tutus eſt in conſcientia, ſi vſurarius non fiat illa ratione impotens ad ſoluendum. 550. 551. 552
Vſurarij hæredes ad quid teneantur. ead.
Vſurarius multis modis poteſt lucrum a mutuatario recipere. 550
Vſurarij cooperatores, & miniſtri ad quid teneantur. 552
Vſurarum non paratum, ad mutuandum ſub vſuris inducere non licet, a parato vero licet ſub vſuris mutuum recipere. 551. 552. & 553
Vſurarius mutuatarium obligans ratione mutui ad contractum ſocietatis, vel aſſecurationis faciendum, vſuram committit. 584
Vſurarios ius canonicum tum multis opprobrijs proſcindit, tum & pœnis pluribus accumulat. 532
Vſus a dominio rebus vſu conſumptibilibus, an diſtinguatur controuertitur ad longum. 288
Vſus rerum conſtibilium, & vtenſilium, diſtinguitur quodam pacto a dominio. pag. ead.
Vſus rerum duplex eſt, & iuris & facti. ead.
Pro vſu vaſis, aut calicis ſacri non licet aliquid recipere licet ipſum locare & vendere poſſit eccleſia. 855
Vti quempiam iure ſuo bifariam contingit. pag. 369
Vtile quid dicatur. 38

Finis Indicis rerum & ſententiarum inſignium.

FR. DOMINICI SOTO

SEGOBIENSIS, THEOLOGI,

Ordinis Prædicatorum,

CAESAREAE MAIESTATIS à sacris confessionibus, Salmantini professoris.

Libri Decem de Iustitia & iure.

PROEMIVM.

ILLVSRISSIMA Iustitiæ virtus, fidei nostræ legitima proles, spei robur, charitatis pedissequa, cæterarumque virtutum clarissimum iubar: quam cum profana, tum cum primis Diuina oracula super æthera tollunt: vtpote quæ homines, ciuile animal, in vnum congregat, ab iniurijs vindicat, amore conciliat, in pace retinet, virtutibus ornat, ad æternam denique fœlicitatem diuino munere subuehit: hæc inquam virtus est, quam præsenti Opere elucidare, ac pro nostri ingenij tenuitate pertractare instituimus. At quoniam huius fulgentissimi syderis munus est (vt ipsa nos iura docent) ius suum iuxta legũ normas vnicuiq; tribuere, legitimum duxi titulũ Operi, de Iustitia & iure, inscribere. Fert nãq; animus augustam virtutis huius dignitatem amplificare, & elemẽta constabilire, eiusque leges, membra, species, & quotquot illi aduersatur iniquitates, fraudes, & violentias, pro eis quæ mihi diuinitus vires suppetunt, quæ latissimè patent, perlustrare, ac suis cuiusque numeris depingere. Nam etsi haud me lateat, quanta cum dignitate & copia Theologorum Iurisque prudentium plurimi argumentum hoc locupletauerint, peperit tamen humana libido per temporum iniquitatem, parturitque in dies nouas fraudulentiæ formas: quibus contra ius & fas suam quisque expleat insatiabilem auaritiam. Quapropter nihil aliud quam operæ pretium arbitrandum est, si iniqua pacta: & conuenta, & cambia, tãq; adeò multa vsuræ, simoniæque recentia genera, in animum nobis induxerint noua de re veteri volumina edere. Præterquam quòd quando plura à præcessoribus in re qua que inuenta sunt, tanto posteris, si vllo valent ingenio, vberiorẽ syluã subministrãt excogitãdi noua. Accedit quòd nemo tam fœliciter scholasticam rem, quę implexa per se est, tractauit, quin possit vigilantiori diligentia (nõ de mea loquor) firmus ex actius q. constabiliri, ordinatius disponi, atq; emunctius perpoliri. Hac igitur de causa, cũ me, qui post multos annos in hisce scholarũ cathedris insumptos, alijs publicis negotijs distractus, vale huic prouinciæ renũciaueram, ab illisque post negotijs extricatus, sacris me literis addixeram, iam nunc scholarium vota, nihil minus cogitantem, ad eandem prouinciam repetiuerint, neque Patres Conscripti omnino renitentem accersiuerint, meiq; maiores inuitum coegerint ac deinde publico suffragio hæc mihi prælectio de Iustitia obtigerit, postulare ex me instantissimè cœperũt, vt quæ in scholis dictassem, prælo cõmitterẽ, quò & præsentes scribẽdi labore leua-

Iustitiæ Encomium.

[Auctoris institutum.

A ren-

rentur, & absentes sudore fruerentur nostro, annui lubentissimè: nam iam diu hūc ipse parturiebam partum: tanta erat eorum improbitas qui me diuersis scrupulis ac nouorum in dies contractuum consultationibus frequentabāt. Neq; vero est, quod Theologis vitio detur, hanc sibi assumere prouintiam quę Iurisperitis accommodatior videri potest, quandoquidem Canonica iura ex viscerib⁹ Theologiæ prodiere: Ciuilia verò ex media morum Philosophia. Theologi ergo est iuris Canonici decreta ad normam Euāgelicam exigere. Philosophiq; Ciuilia ex principijs philosophię exa-
Cicero. minare. Vnde Cice. de leg. lib. 1. non à prætoris edicto neque à xij. tabulis, sed penitus ex intima Philosophia hauriendam censet iuris disciplinam. Immo verò litigiosa, inquit, legum ratio ignorantia potius est, quam scientia. Et Iurisc. ff. de Iust. & iur. l. Veram, inquid, Philosophiam, non simulatam affectamus. At quamuis institutum profitendi meum in scholis sit, Sententiarum Magistrū, Diuūq; Tho. Commentarijs illustrare consultius tamen duxi rationem paulum mutare scribendi non quòd diuersam ab hoc inter Diuos, diuino auctore doctrinam moliar: sanè quem tū de cunctis alijs, tum præsertim de hisce moralibus disciplinis meritissimo tanquam emicantissimum sydus Scholæ vniuersim adorant: sed quod cum eius aliorumque documentis imbutus multa fuerim alia commentatus, congruentius existimauerim
Partitio operis. nouum constare opus, in quo dispositis cuncta componerem quam si eius textui mea seorsum circumscriberem. Distribuimus autem opus in libros decem: quorum duo primi sunt de Iure, hoc est, de legibus, quæ suprema sunt Iustitiæ regula. Tertius de iure, quatenus obiectum est Iustitiæ. dequæ virtutis huius substantia & sibi annexis vsque ad Iustitiam distributiuam. Quartus de præambulis ad commutatiuam, nempe de dominio ac de restitutione. Quintus, de iustitia quæ ex iniuriosa actione nascitur: nempe de homicidio & reliquis. Sextus, de vsura, contractibus, et cambijs. Septimus, de voto. Ac denique octauus de iuramento & ad iuratione. Nonus, de decimis ac de simonia. Decimus denique de statu deque residentia Prælatorum: vt opus de iustitia, quæ decem præcipuè Decalogi mandatis comprehenditur, librorum etiam Decade absoluatur. Libros autem singulos per suas quæstiones atque articulos scholastico stylo distinctos curabimus Vt quam possimus rarissimè, & præter rerum amplificationem, minimè ab ordine S: Toh. discedamus Cuncta tamen asserta nostrā censuram subeant sacrosanctæ matris Ecclesiæ, ac subinde syncerè iudicantium limam Deus ergo maximus conatibus aspiret nostris ad suam ipsius gloriam.

Titulus operis.

Nomen Ius bifariā vsurpatur. Isido. libro 5. c. 3. Primus liber de legib.

De iustitia ergo & Iure sermonem, fauente Deo, ineuntibus nobis a Iure inchoā-dū est Bifariam uamque vsurpatur nomen hoc: vno scilicet modo, pro eo, quod est lex: quem modum Isidorus lib. 5. Etym. inter decreta dist. 1. relatus cit. Ius genera-le esse nomen: legem autem iuris spetiem: altero autem modo accipitur vt obiectū est iustitiæ: nempe pro æquitate, quam iustitia in rebus constituit. Et alterutro accipias modo, ad notitiam iustitiæ, eius notio prærequiritur. At quia virtus quæq; ad suas regulas exigienda est, condecet eas primum omnium præ foribus affigere atq; adeò duobus primis libris de legib. ante omnia dicere. In priori scilicet de lege æterna naturali & humana, & in posteriori de Diuina. Liber autem primus septem habet quæstionibus absoluetur. Et quoniam (vt sæpè in Officijs citatus Cic. auctor est) à rei substantia, quæ definitione deprehenditur, omnis est auspicanda ordinata institutio: prima quæ mouetur quæstio est de lege in communi.

QVÆ-

QVÆSTIO PRIMA.

DE LEGE IN COMMVNI.

S. Thom. 1. 2. quæſt. 90.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum aliqua definitionum legis, quæ à Doctoribus conſtituuntur, legitima ſit.

Variæ definitiones legis D. Tho. Cicero.



VM multæ variæque definitiones tã apud Oratores, quã apud Theologos ac Iure conſultos reperiãtur nullã, tamen aut vix, vllam cõperio, quæ legi quatenus in vniuerſale genus eſt, congruat, præter illam quam D. Thom. 1. 2. q. 90. art. 4 colligit ſi paululo cõponatur limatius. Nam illa Ciceronis li. 2. de leg. Lex eſt æternum quoddam, quod vniuerſum mundum regit, imperandi prohibendique ſapientia, ſempiterna Dei legi peculiaris eſt. illa verò quã propoſuerat li. 1. Lex eſt ratio ſumma, inſita in natura, quæ iubet ea quæ facienda ſunt, prohibetque contraria: extra leges naturales non extenditur: ſed illa. ff. de leg. & ſena. conſul l. 1. Lex, eſt commune præceptum, virorum prudentium conſultũ. &c. legi tantum adſcribitur humanæ Sicuti & illa Ariſt. in Rhetoricis ad Alexandrum, cap. de gen. de libr. Lex eſt communis ciuitatis conſenſus qui ſcriptis præceperit quo modo vnum quodque agendum ſit. Quò alludit illa Iſidori libr. 5. Lex, eſt conſtitutio ſcripta. Igitur ſi vaſtam eius amplitudinem quàm latè patet ſpectes, Lex eſt nihil aliud quàm quædam rationis ordinatio & præceptio in communem bonum, ab eo qui curam reipublicæ gerit, promulgata. In hac enim oratione & genus legis exprimitur, & finis, & cauſſa, & poſitionis forma. At verò eiuſdem definitionis explicationem de ſingulis quatuor particularum, quibus conſtruitur, ex ordine diſputare opus eſt. Quatuor ergo articulos quæſtio hęc deſiderat. Horum primus erit de genere definitionis. quo ſcilicet examinandum eſt, vtra in potentia exiſtat lex: nempe vtrũ intellectus ſit, an voluntatis actus. Aſſerere enim viſi ſumus eſſe opus intellectus, vbi diximus quod ſit rationis ordinatio ac præceptio. Sunt autem in contrarium argumẽta nonnulla. Primum: Cùm in intellectu non ſit niſi habitus & actus, non apparet vternam iſtorum ſit lex Secundo: Legis eſt mouere ſubditos. nam Rex per leges mouet: voluntatis autem eſt mouere quoniã animal nõ mouetur, niſi ab appetibili ſub aliqua ratione boni, vt 3. de anima l. tex. 49. auctor eſt Ari. bonũ verò obiectum eſt voluntatis, Accedit huc tertio loco & auctoritas quorundam recentium auctorum non infimæ notæ: ſic definientiũ legis ſubſtantiam: Lex eſt recta voluntas eius, qui vicẽ populi gerit. &c. Quibus nimirũ adſtipulari ſibi videtur, tum Aug. lib. 4. ciuit dicens, antiquitus arbitria Principum, pro legibus fuiſſe: & Iuriſcõſultus ff. de conſtitu. Prin. l. 1. quæ & refertur. Inſtit. de iure natur. & gen. vbi ait, quod Principi placuit legis habet vigorem. Quartò, & reclamare Pau. videtur Rom. 3. vbi inquit. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mẽtis meæ: etenim quę in membris eſt lex non modò in intellectu non extat, verùm & ratione caret. In contrarium tamen pugnat legis virtus eſt præcipere, vt ait l. legis virtus. ff. de legibus hoc namque prudentiæ munus eſt, ac ſubinde intellectus.

Ad quęſtionem iſtam duabus concluſionibus reſpondetur. Prior eſt, lex in intellectu tanquam proprium eius opus inſidet. Hic autem de nomine ſtatim adnotandũ eſt, quòd nomẽ legis ob rei varias virtutes & qualitates ab alijs aliter atque aliter deducitur. Iſidorus enim lib. 5. Etym. cap. 3. à legendo illud trahit, eo q̃ ſcripto profertur,

Argu. 1. Arg. 2.

Ariſtot.

Tertiũ argm. Auguſt.

Nomen lex, varie à ſcriptorib. deducit.

Iſidor.

Ariſtot. Iſidorus Legis definitio.

Primus q̃onis articulus.

tur, vt legatur ab omnibus. At verò cum hoc illi accidentarium ſit, congruentius
D. Tho. D. Thom. & Theologorum ſchola à ligando dici autumant: vtpote quæ vi polleat
Cicero. obligandi. Quamuis Cicer. 1. de leg à legendo ſentit deriuari: pro eo quod eſt, eligere, Ait quippe quod etſi Græci legem à tribuendo appellent (nam quod nos legem, ipſi νομον appellant à νέμειν, quod eſt tribuere: ideo quod vnicuique quod ſuum eſt tribuat) ego tamen inquit, à legendo, ideſt, de ligendo eam nomino. Et ſubdit: Nam vt illi æquitatis, ſic non nos, hoc eſt Latini, delectus vim in lege ponimus & proprium tamen vtrumque legis eſt. Hæc ille. Igitur cum iſtæ omnes virtutes legi competant, parum refert à qua illarum nomen deducas: Attamen etſi Theologorum Etymologiam minimè repudiē, perplacet tamen Ciceronis ſententia, vt lex idem ſit quod legendi, hoc eſt, eligendi regula: Nam regula dirigendo docet eligere. Vndecunque autem nomen trahatur, patentiſſimum eſt, rem eſſe intellectus. Id quod ex vtraque eius virtute commonſtratur. Habet enim & quod ſit regula, & quòd ſit obligatoria præceptio. Quapropter cum S. Thom. tantum vnum in eius definitione ponat, nos tamen ambo loco generis compoſuimus, videlicet ordinatio & præceptio Haud enim ſimpliciter ordinat aut dirigit, veluti qui tantum viā monſtrat, ſed ordinando præcipit, præcipiendoque ordinat. Ex priori ergo membro arguitur. Lex eſt æquitatis iniquitatisque regula, agendique menſura, ſic enim ferme habetur l. nam ff. de leg. vbi lex dicitur iuſtorum regula & iniuſtorum regula autem menſuraque noſtrarum actionū eſt ratio: nam regula actionum eſt quæ in finem dirigit, quod ſolius eſt oculatæ rationis munus, ad quem finem voluntatem quę cæca potentia eſt, ducit, ergo rationis functio eſt legem ponere. Adde quod ſicut in naturalibus id quod eſt primum, eſt cæterorum menſura, vt vnitas in numeris, & motus primi mobilis reſpectu motuum inferiorum ſic quia finis (vt Philoſophus 2. Phy. docet) principium eſt humanarum actionū, ſit vt rationis actio ordinantis media in finem, ſit menſura, atque adeò lex. Ex poſteriori autem membro arguitur ſecundò ſic. Legis munus eſt præcipere & prohibere habetur l. legis virtus. ff. de leg. & ſenat. conſul. & forma ipſa legis præſefert. Vnum cole Deum. Ne in res vana per eum. quin adeò hoc receptiſſimum eſt, atque omnibus in confeſſo, vt hac ratione leges, præcepta atque mandata nuncupemus, imperare autem eſt rationis, ergo lex à ratione elicitur, atque adeò in intellectu conſiſtit. Minorem huius ſyllogiſmi, ſcilicet præcipere eſſe intellectus actum per prudentiam, edocet S. Thom. 1. 2. q. 17. articul. 1. & q. 57. artic. 6. At parum conſiderantium eſt hanc opin. impugnare tanquam S. Thomæ, quippe qui non videant non eſſe eius inuentum, ſed pleniſſimam atque conſtantiſſimam ſententiam Ariſtot. 6. Ethico. cap. 10. diſtinguit enim tres virtutes intellectus practici, ſcilicet eubuliam, quæ eſt virtus benè conſultandi, hoc eſt indagandi media ad finem accommoda: nam de fine nulla conſultatio eſt, eò quòd omnes ſuapte natura fælicitatem ſuam expetunt, & ſineſym quam Latini vocant ſagacitatem, quę eſt virtus rectè iudicandi. Sunt enim qui ingenio acuti ſunt ad diſquirendum media, non tamē ita iudicio valent, vt illis inuentis rectè de ootimo ſentiant. At præter hos requiritur poſtremus prudentię actus qui eſt imperiū in quo differt ratio practica ab ſpeculatiua. Illa enim quia non ordinatur ad opus præcisè habet duos actus, qui ſunt diſcurere & iudicare, practica verò inſuper opus habet imperio, ad quod præcedentes duo actus ordinantur. Et ideo Ariſtot. ait inter omnes hunc eſſe ſummum ac perfectiſſimum, à quo potiſſimum prudentię nominatur virtus. Neque verò ſolius eſt. Ariſtoſen. ententia, immo Philoſophorum omniū quoqnot eum vel præceſſerunt, uel ſubſecuti ſunt. Quin verò rerum ipſa natura & mos humanus hanc nos plane veritatem edocet. Clarum enim eſt imperare, eſſe loqui videlicet, fac, ne facias, loqui autem, intellectus negotium eſt, quippe cuius conceptus uoce & ſcripto ſignificantur, ergo ad ipſum pertinet præcipere. Etenim cum uel Deus angelis uel alius eorum, inter ſe alijs quidquam præcipit, profecto non uoluntatis, ſed intellectus loquela id efficit. Pari ergo lege ſi in potentijs noſtris intimis præceptum eſt, quod negari non poteſt, ad intellectum pertinet, non utique ad uoluntatem. Et cōfirmatur hęc ratio. Cum quis mente orat Deum, Fiat uoluntas tua?

Magis probatur legis etymologia tradita à Cicero.

Primū argum. pro concluſione Confirmatio.

S. Thom.

Ariſtot.

Præcipere, eſt actꝰ intellectus. Suadet hoc ipſum facili ratione.

Tertiū argum. principale.

Panem

panẽ noſtrum quotidianum da nobis hodie: planum eſt non voluntate ſed intellectus loqui: ergo ſi aliqua potentia alijs imperat, illa ſanè intellectus eſt, per ſimilia verba. Tertiò ex humano vſu arguitur, legem, non volũtatis, ſed intellectus eſſe prium opus. Volitio & nolitio, qui tantum actus in voluntate ſunt, nullum ſecum affe runt imperium. Enimuerò licet ego certo ſciam prælatum meum optatiſſimè velle, vt ego prædicem, aut quidpiam aliud faciam: parere tamen non teneor quouſq; id mihi loquens præcipiat: locutiones autem ſigna ſunt conceptuum. Atque hinc ſumitur ab interna noſtra opera analogia. Quamuis enim quis poſt rationis iudiciũ eligat bonum opus: nihilominus experimur poſt talem electionem eſſe homines vecordes & ſegnes ad idem ineundum opus. Multi enim mente elegerunt vitam perſanctè inſtituere, qui tamẽ ſegnitia imperantis prudentiæ tardiſſime id aggrediũ tur Prætereà arguitur. Tenentur homines conformare ſe & obedientes eſſe ſempiternæ legi Dei, vt in 1. ſentent diſt. 45. latè diſputatur. non tamen tenemur conformari eius voluntati beneplaciti: nam etſi ego ſciam Deum velle mortẽ patris mei, licet mihi, quinetiam honeſtum eſt, de illa contriſtari. Et vice verſa, Præcepit Abrahæ filium immolate, cui legi Patriarcha ille obtemperare aſtrictus erat: & tamen Deũs nõ habebat voluntatem beneplaciti vt id exequeretur: ergo lex Dei non in eius voluntate ſed in intellectu eſt præcipientis aut prohibentis. Per hæc & commentum contrariæ opinionis retunditur, quo aiunt voluntatem non eſſe ancillam intellectus, ſed reginam: intellectũ vero ſeruum. Lõgè quippe ſecus ſe res habet. Nam regere eſt functio illuminantis ac dirigentis: lumen autem non in voluntate, quæ cœca eſt potentia ſed in intellectu exiſtit. Siquidem non voluntatis lumen ſed intellectus dicitur. De quo nimirum. Dauid Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: vnde Ariſt. 1 Poli c. 3. expreſsè ait mentem imperare appetitui: quo etiam nominè volũtatem complectitur: licet non imperio dominico, vt anima corpori, ſed politico, vt Rex ciuibus imperat. Vnde ſapienter 3. de leg. Plato: Non, inquit, precandum conandumque, vt voluntatem noſtram cuncta ſequantur, ſed vt prudentiam noſtram, voluntas. Ad hæc: Rex à regendo dicitur, qui eſt actus prudentię, cuius ideo virtutis functio eſt leges ſancire, hoc enim eſt potiſſimum eius munus, qui ad regni gubernaculum ſedet. Quocirca Cic. li. 1. de leg. poſt illam legis definitionem ſupra citatam, ſcilicet, Lex eſt ratio inſita in natura: ſubdit. Itaque arbitrantur prudẽtiam eſſe legem, cuius ea vis ſit vt rectè facere iubeat, vetet delinquere. Et Ariſt. 10. Ethic. cap. 9. Lex, inquit, vim habet cogentem: quæ quidem eſt ſermo ab aliqua prudentia atque mente profectus. Ecquis ergo nunquam ambigere quiuerit, legem eſſe prudentiæ, ac ſubinde intellectus opus, quod vniuerſi dictamen practicum appellant? Atque hic eſt legitimus ſenſus illius, Prouer. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Nam in hoc quod ait, regnant, poteſtas regum deſignatur: quoniam omnis à Domino Deo eſt, vt ad Roma. 13. refert Apoſ. In hoc autem quod ſubdit, & legum &c. intelligitur eiuſdẽ poteſtatis vſus. Vnde, Per me, inquit, id eſt, per prudentiæ virtutum, quæ de meo fonte dimandat, Reges & leges condunt rectas, & ritem illis utuntur. Secunda concluſio: Lex eſt vniuerſalis propoſito ac dictamen rationis practicæ, quæ per modum habitus ineſt. Concluſio hæc aſſertio eſt S. Tho. 1. 2. qu. 90. Hanc vero ſic expoſitam accipito. In intellectu ſunt & ſimplices apprehenſiuę propoſitiones atque aliæ iudicatiuæ: lex autem non eſt tantum apprehenſio verum præceptio, quæ iudicium ſequitur, non qualecunque, ſed quod de omnibus fertur: Illud quippe iudicium appellant practicum. Prius enim per primam prudentiæ virtutem, ſcilicet ebuliam, cõquiruntur illa quæ expediunt, mox per ſyneſim, quæ ſecunda virtus eſt, iudicio probantur: tertio voluntate eliguntur, ac ſubinde ſequitur imperium prudentiæ: quod non eſt propoſitio indicatiui modi, ſed certè imperatiui: faciẽdum eſt, aut vitandum. Hæc enim verba ſi vim numinis habeant, puta dignum eſt vt fiat, factuue indignum, ſpeculatiuæ propoſitiones ſunt, & nondum vim legis obtinent. Dum vero vim habent participij futuri, tunc cenſentur dictamina practica. Et ſi ſit in principe promulgenturque populo, tunc leges exiſtunt. Requiritur tamen præterea vt per modũ habitus inſint, hoc eſt fixæ ſint & perpetuo permanẽtes. Nam

Quarto ratio.

Secũda ratio.

Cicero.

Ariſtot. Reges regnãt.

Prou. 8.

Secũda conclu.

Detegitur error contrariæ opin.

Prima ratio.

Pſal. 4. Ariſtot.

Plato.

temporales preceptiones quæ per modum actus tranſeunt, quia vniuerſales non ſunt, ſed ſingulari perſonæ, loco, & tempori accommodatæ, facias, non habent pro legib. ſed legum ſunt applicationes, vt articulo proximo videbitur.

Soluuntur argumenta.

Per hanc ergo concluſionem ad primũ argumentum ante q. reſpondetur, quippe qua aſſertum eſt legem eſſe propoſitionẽ per modum habitus inhærentem, nam etſi lex actu feratur, manet tamẽ habitu impreſſa ſcriptaq; in mente. Atq; hinc proditur quorundam Neotericorum fallacia contẽdentium contra S. Th. nullo opus eſſe intellectus præcepto ad operandum, neque attendentium non D. Th. ſed Ariſt. ſe apertè contradicere. Arguitur. n. quidam in ſuis Moral. c. 2. de pruden. hoc pacto, Si præceptum, propoſitio intellectus eſt, tunc autaprehenſiua aut iudicatiua. Apprehenſiua quidem non ſufficit ad opus, ſi verò ſit iudicatiua, ipſa per ſe ſufficiat abſque alio imperio: nam cum primũ quis iudicat bonũ eſſe hoc, aut illud facere, ſtatim eligere poteſt in qua electione iam eſt meritum, atq; adeo ſtatim poteſt operari abſq; alia imperandi vi. Quapropter vel ipſa volũtatis electio imperiu eſt, vel nullum eſt aliud. Et addit neſcio vnde motus, hãc eſſe cõmunem opin cuius tñ auctores vllo pretio æſtimandos non memini me vidiſſe. Bino nãq. pecato oſtendi ſe Ariſtotelẽ de hac re nõ conſuluiſſe. Primũ. n. negamus imperium propoſitionem eſſe aut ſimpliciter apprehenſiuã aut iudicatiuam. Iſtę namq; propoſitionis indicatiui modi differẽtię ſunt. imperatoria verò non indicatiua eſt, ſed iudicium prærequirens. Atq; inde detegitur altera horum fallacia. Imperim. n. (vt Ariſt. plane docet) non eſt iudicium illud q̃ electioni antecedit, ſed iuſſio quæ electionem ſubſequitur. Concedimus ergo iudicium, quod eſt ſyneſis actus, ſufficere ad electionem in qua quidpiam ineſſe poteſt meriti: electio tñ non ſatis eſt ad vſum & opus, niſi ipſam ſubſequatur imperium. Sed tñ exurgit ex hoc argm̃ tertiũ ei⁹dẽ auctoris, ſi electionẽ conſequitur intellectuale imperiũ, aut ſubſequitur ex neceſſitate, aut liberè. Nõ ex neceſſitate, nã tunc nulla opus eſſe virtute prudentię ad imerandum, q̃ eſt cõtra Ariſtotelẽ & veritatẽ. Si aũt ſequitur liberè, tũc conſequi videtur ſolã electionẽ voluntatis nõ ſufficere, vt moueat intellectũ, ſed requiri præterea alium actũ, quem tñ neq; Ariſt. neq; S. Th. neq; vllus philoſophorũ vnquã poſuit. Imò oẽs fatentur q̃ electionem ſubſequatur imperiũ. Hoc arg. plus iuſto nos contriſit 1. 2. q. 17. ar. 3. Diuere tñ illud iã mihi facile videtur, reſpondens q̃ imperiũ neq; ſequitur neceſſario ex electione, neq; tñ aliũ prærequirit in uoluntate actũ præter eandẽ electionẽ. Sed eſt notandũ q̃ cũ vt aliqua potẽ ia ab altera moueatur, opus ſit, vt vtraq; ſit bene diſpoſita, conſequens ſit, vt niſi electio ſit ſatis radicata, atq; intellectus per prudentiã bene paratus, non ſequatur ex electione imperiũ. Igitur vbi electio ſolida ac valida fuerit, & intellectus p prudẽtiã ſatis obſequẽs, ſequitur protinus ad electionẽ imperiũ, ahàs vel morosè vel nũquã. Ad tertiũ arg. cõceſſo regis eſſe mouere, cõceditur quoq; voluntatẽ eſſe motri cẽ tam intellectus q̃ reliquarũ potentiarũ. Haud tñ inde colligitur, aut ipſam eſſe reginã, aut intellectũ ſeruũ. Volũtas etenim nõ mouet tanquã dirigẽs & cognoſcens, q̃ requiſitũ eſt vt eſſet regina. Hoc ſiquidem nomen ipſũ, regina, aurib. exhibet, ſed mouet impellẽdo ad mouẽdoq; potẽtias ad ſua officia. Quã quidẽ ob cãm actiones humanæ, volũtariæ dñr hoc eſt à voluntate promanãtes: Exẽpli gratia. Præfixa intẽtione finis, vt puta volo ditari, voluntas applicat intellectũ in inueſtigãdis mediis. Poſtquã aũt hęc iudicat, illa porrò eligit, ac ſubinde per electionẽ cõmouet eũ rurſus ad imperandũ in quo rõ regendi conſiſtit. Quo planè alludit verbũ legis ſecundæ, ff. de l. quã legẽ Martian. nõ erubuit à Chryſippo Stoico mutuari, vbi ait, q̃ lex eſt omniũ diuinarũ ac humanarũ rerũ regina. Exiſtimo ergo ſatis illis factũ, qui aiunt legẽ eſſe volũtatẽ eius qui vicẽ populi gerit, nã, vt ſupra oſtẽdimus, nulla Principis volũtas obligat niſi edicto p̃cepta ſit. Et hũc in modũ intelligẽdũ eſt verbũ legis ſupra citatæ de cõſtit. prin. Quod principi placuit, legis habet vigorẽ. Inſinuatur. n. hoc dũtaxat q̃ nulla exiſtit in intellectu lex, niſi in volũtate præcedat electio, attñ neq. volũtas eſt lex, ſed ſi id q̃ principi placet, mẽte prius: deinde voce p̃cipiat, illud eſt lex. Eſt ergo sẽſus hic. Q̃ principi placuit edicere, legis hẽt vigorem quo pacto eadẽ lex ſeipſam ſtatim ſub his verbis exponit. Quodcũq; igit̃ Imperator per epiſtolã vel ſubſcriptionẽ ſtatuit, vel cognoſcẽs decreuit, vel de plano interloquutus

Neotericorũ fallacia.

Soluit primũ motiuũ Neotericorũ.

Aliud argumẽtum eiuſdem auctoris.

Diuit̃ præterita ratio.

Solutio tertij argumẽti prĩcipalis.

Soluitur poſtrema obiectio cũ cõfirmationib.

Cicero. tus est,vel edicto præcepit, legem esse constat. Quare neque erat cur Cic. ex lib. 1. de leg. accerseretur ad probādū legem esse in voluntate, propterea quod secūdū ipsū dicatur ab eligendo. Haud enim cēset electionē esse legē,sed ꝙ lex electionē Principis sequitur,& eligere docet subditos inter ęqua & iniqua: vnde statim subdit,ꝙ lex est mēs ratioq; prudētis, iurisq; atq; iniuriæ regule. Quartū aūt arg. alterius est negotij. Vocat enim Paul. mēbrorū legē alio longe significatu. Distinguit inquā leges quatuor: scilicet legē peccati repugnantē legi Dei, & legē mēbrorū legi mētis aduersantem. Et quāuis quibusdā videri eadē possit lex peccati & mēbrorum, sicuti & inter se lex Dei,& lex mētis,nonnihil tamē nobis visū est in Cōmentarijs differre. Lex enim mētis est effectus legis Dei, eiusque impressio in mente nostra,sicuti vestigiū in puluere, est effectus pedis. Lex autem membrorum est naturalis inclinatio sensualitatis in sua obiecta,secundū totū naturę pondus & impetum, qui effectus est amissionis iustitiæ originis,quia eadē sensualitas in rōnis obedientia infrēnata retinebatur. Lex autē peccati,vel est effectus eiusdem inclinationis, puta facere contra Dei voluntatē vel fuit prima parētū preuaricatio,per quā dissoluta sūt mēbra,ex qua dissolutione ꝓcedunt peccata. Lex ergo mēbrorū nō est vera lex: quia nō inclinat ad bonū,sed dr̄ lex per metaphorā: quia est natura iustitia originali destituta, ac subinde obliqua regula arecta nos via deflectens. Sed arguis. Si est regula qūo est extra intellectū? Rndetur legē per se 1. tanq̄ in regulāte & mēsurāte existere in intellectu,dicit nihilominus esse per participationē in potētijs & mēbris q̄ mouet, tāquā in regulato. Sicuti Sol dicitur esse in aula propter eius effectum: & ars in statua. Pari ergo modo lex peccati est in mēbris.

Explicatur locus Pauli.

Vide autorē ſuper 7. c. Epiſ. ad Roma. in illa verba.

Video aliam legē &c.

Obiectio.

Solutio.

ARTICVLVS II.

Vtrùm lex ſemper ad bonum commune ordinem habeat.

CONsequitur art. secundus quo secūda definitionis particula exponēda venit,q̄legis finē designabat. Sunt. n. argumēta ꝙ legē nō sit necessariū in bonū cōe ordinari. Primū, vt ait Isid. lib. 4. Etym. Si rōne lex cōstat, lex erit omne ꝙ rōne constiterit: rōne aūt cōstat,nō solùm ꝙ in bonū cōe dirigitur,sed & quod in particulare refertur: nihil ergo derogat rōni legis si non in cōe bonū ordinetur. Secundò. Præcepta (quemadmodū sup. dictum est) vim habēt legis,vtpote cuius virtus est præcipere & ꝓhibere: p̄cepta āt dantur ēt de singularibus actionibus, in ꝙbus mores nr̄i constituūt: ergo satis est leges in particulare bonū ordinari. In contrariū aūt est idem Isid. co. 5. lib. vbi ait ꝙ lex est nullo priuato commodo,sed pro cōi vtilitate ciuium conscripta.

Argu. 1. Isidor.

Argu. 2.

Ad quæst. vna conclusione rndetur: Lex omnis, quò solida sit & firma, in cōe bonū debet subditos ꝓmouere. Cōclusio hæc duplici rōne affirmatur, sm̄q̄ cōe bonū aut ꝓ naturali fælicitate vsurpat̄,quā hoc seculo adipiscimur,q̄ est quietus tranquillusq; & pacificus reipublicę status: aut pro illa supernaturali, q̄ in altero seculo veluti supremus finis nr̄i nos manet, in quē & seculare omne bonū suapte natura refertur. Enim verò si rōnē primam cōis boni spectes,hoc modo demōstrat̄ cōclusio. Pars oīs ad suū totū nāli ordine dirigit̄ sicuti imperfectū ad ꝓfectū: quicūq; aūt ciuium partes sunt ciuitatis,lex ergo illis p̄scripta in bonū cōe totius ciuitatis dēt eos instituere veluti partes vnius corporis q̄ ad seruitiū totius ordinē habent. Cōcinit huic rōni Arist. Ethi. 8 vbi ait: Iusta legalia, hoc est ciuiles leges, facta esse cōseruatiua q;fœlicitatis particularumq; eius. Et Plato dialogo. 1. de legib. vbi ait: Legū latorē pacis publicę gratia debere oēs leges cōdere. Quapp Lacedemoniorū morē refellit, leges q oēs in eum scopū dirigebāt, vt bella strenuissimè gererēt. illis. n. prudentius Arist. Ethi. 10. Bellum inquit, gerimus vt in pace degamus. Et Cic. li. 2. de legi. Cōstat. inquit, ꝓfectò ad salutē ciuiū ciuitatumq; incolumitatē, vitamque oīum quietā & beatā, cōditas esse leges. Si verò sūmā beatitudinē,quę Deus est, altius speculemur,scīam possumus eādēq; optimā rōnem subnectere. Lex. n. (vt nuper docebamus) regula prima est nr̄arū actionū: regulæ verò munus,ac potissimū primę est in supremū finē & scopū regulata dirigere: reliquū ergo fit, vt in cōe bonum & legislatoris propositum, & lex ipsa debeat intendi. Sumitur & tertia rō ex alia condone legis. Ait. n. Philo. 5. Ethic. legem oēm vniuersalē esse,hoc est in vniuersum omnibus hoībus positam, ac de oī virtute. Idēq; ab illa citata lege docemur: Lex est cōmune

Conclō reſponſiua.

Argu. 1.

Aristot.

Plato.

Aristot. Cicero.

Secūda ratio.

Tertia ratio. Philoſophi. Aristot.

preceptum ff. de legi. & l. iura. eo. Iura non in singulas personas sed gñaliter constituũtur. Inde ergo fit cõsequens vt in supremũ finem qui oĩbus communis est sit dirigenda, & non ad particulares accõmodanda. Bene igitur ait eo. li. c. 1. Aris. Ipsæ leges de omnibus dictãt coniectãtes, aut cõem omniũ vtilitatẽ, aut optimorũ, aut Principum. Vbi tres insinuat respub. s. democratiam, & regnũ. Quo sit vt legalis iustitia, vniuersas complectatur virtutes. Adde si Iubet & rõ num supremã. Fons & origo legũ omniũ æterna lex & diuinæ mẽtis. Deus aũt cuncta in seipsũ ordinauit ac retulit leges ergo vniuersæ sic lege illa regulandæ sunt, vt in eundem tẽdãt scopũ. Id quod & diuũ Platonem dial. 1. de leg. minimè latuit: vbi ait, oportere vt legũ lator eũ ordinẽ sequatur, vt humana ad diuina vbiq; referatur. Ex his fit cõsequens, quod dũ legislator leges in suum particulare commodũ cõstituerit, tyrannũ se esse intelligat. Sequitur subinde ꝙ in vnaquaq; republica, vt puta in toto vno regno, leges oẽs ad finẽ totius sint referendæ. Nõ ꝙ nõ singulis ciuitatibus ꝓ earũ condõne permittendæ sint particulares, sed ꝙ dẽnt omnes ciuitates, veluti mẽbra vnius corporis sibi copulari. At verò regna diuersa ẽt si sub vno sint rege, nõ dẽnt sic gubernari, vt vnius res, diuitiæ. s. politia in vtilitatẽ alterius inæqualiter pertrahantur: sed per se quodlibet ob suũ ipsius commodũ administretur. V. g. Si non alia rõne transmarina regna acquirerentur, nisi vt omnia eorũ bona Hispanniæ obuenirent, eorũq; leges in rẽ nostram deflecteremus: videlicet, vti si nr̃a essent mancipia, nõ seruaretur æquitatis decor. secus si cõmerciorũ rõne vicarijs sibi operis inseruirẽt. Hæc de legũ fine: nã de eius effectibus qui sũt facere ciues bonos, ac de alijs quibus ipsa fælicitas nobis agitur, q. 3. dicturi sumus.

Postremaratio

Plato.

Primũ Corollarium.

Scd̃um.

Ad primum.

Ad secũdum.

Ad primũ igitur argm̃ rñdetur ꝙ etsi cõtingat legẽ, q̃ ad singulare cuispiam bonũ. ordinatur, rõne cõsistere: illa tñ cõsistentia illic cõmittitur, ꝙ illud singulare bonũ ad cõe refertur: veluti in speculatius nulla veritas particularis cõclusionis solida est, nisi quę in prima principia resoluitur. Et per idẽ soluitur argm̃ sm̃ nẽpe ꝙ præcepta circa singularia bona inde vim habent legis ꝙ singularia illa in cõe bonũ ordinantur. Haud tamen precepta hmõi leges propriè dicenda sunt, sed legũ applicationes ad particularia. Leges. n. (vt dictũ est, legibusque monstratũ) vniuersales esse dẽnt. Exempli gratia: Lex est, Vnũ cole Deum, quæ neq; tempus, neq. locũ præscribit, neq; verò singularẽ alloquitur personã. Præceptum aũt esset, si prælatus hodie cuipiã iusta rõne iuberet sacrum facere, aut vrbem preces fundere cogeret. Itẽ lex est, charos honorare parẽtes, & vt parentes filios alãt. Præceptũ aũt est, cũ iudex te iubet aut parẽti, aut filio in tali necessitate alimoniã suppeditare: ita que cum lex in genere de actionib. nostris generaliter iubeat, quæ sunt circa singularia, inde fit vt præcepta sint earum applicationes ad singula Quocirca etsi lex vna specialius alteram explicet, non illico desinit esse lex, quatenus semper manet vniuersalis; est. n. ex vt dies Dominicos atq; apostolicos ab opere feriemus, licet sit explicatio illius generalioris, Sabbatha sanctifices.

ARTICVLVS III.

Vtrum cuiuslibet ratio sit legis effectrix.

De auctorib. legum.

Primũ argum.

Secũdũ argum.

Tertiũ argum.

Aristot.

Isidor.

Soluit quæst. proposita vnica conclõ.

ARticulus tertius tertiam definitionis particulã occupabit, quæ erat de auctoribus legũ. Arguitur. n. ꝙ vnicuiq. priuatim competat leges suo ordine cõdere. Primũ ex dicto Apost. ad Rom. Gẽtes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: ipsi enim sibi sunt lex. hoc autẽ de singulis mortaliũ asseuerat, quatenus naturæ luce ducti sibi quisq; nouit bonũ & malũ discernere. Secundò arguitur. Intẽtio legislatoris est vt suos ciues ad virtutem inducat: vnusquisque autem potest alium ad virtutẽ inducere: ergo vniuscuiusque ratio legem ferre potest. Et tertio loco accedit eiusdem Arist. sentent. 10. Ethi. circa finem, vbi patrem familias in suo domo comparat Principi sua Rebuplica: vt velut hic ciuitatem, ita & ille domũ gubernet, ergo sicut Princeps ciuitati, ita & paterfamilias suis leges ponere valet. In contrarium est Isid. eo. lib. 5. Etym. & refertur dis. 5. vbi ait: Lex est constitutio populi secundum quam maiores natu simul cũ plebibus aliquid sanxerunt. Quibus verbis docere videtur non esse cuiuslibet scribere leges.

Quæstio præsẽs vnica, velut superior, cõclusione absoluit̃. Leges cõdere, nõ cuiusq. sed reipublicæ est, eiusq; vicẽ gerentis seu curã habẽtis. Conclusio hæc ex ea q̃ proximè constituta est facilè hoc modo colligit̃.

Lex

Deducitur conclusio ex antecedenti.

Lex est regula dirigens in cõe bonũ: dirigere aũt in cõe bonũ propriũ est, republicæ cuius eiusmodi bonũ proximus finis ẽ: ergo pẽes ipsam tm̃ ac penes illum, qui eius hẽt curã, ptãs est ferendarũ legũ.

Aristot.

Minorẽ per Arist. doctrinã 1. Ethic. facile intelliges. Effectrices. n. causſæ proportionẽ hẽnt ad finales: vt quo effectrix ẽ alterior, sit & eius quoque finis sublimior. Finis. n. proximus militis, est singularẽ locũ defendere, Ducis vero, victoria. Regis aũt pax: & ideo ad Regẽ pertinet inferiora cuncta in illũ supremũ finẽ ordinare. Eadẽ rõne quia frenefactiuæ artis finis ad equestrem refertur, fit vt ars ẽt equestris frænefactiuæ operationẽ dirigat. Igit̃ q̃a cõe bonũ, peculiaris est reipublicę finis, & leges illuc nos ducunt: propriũ erit reipublicæ illas

Plato.

cõdere, quibus nos eodẽ p erducat. Vñ Plato in Dialogo de regno. Regis, ait, munus

Aristot.

esse condere. Idẽq, Arist. Ethic. 10. cõstituit. & l. si Imperialis. C. de legi. & cõstit. soli Imperatori cõcessum legitur leges, tũ

Secũda ꝓbatio.

cõdere, tũ adeo interpretari Subnectitur aũt & secũda rõ: lex. n. vim hẽt coercitiuã, vt auctor est Arist. Ethic 10. & Papin in l. 1. de legib. vbi legẽ appellat coercitionem.

Pulchra considerat.

Vis aũt hæc & vigor in sola republica & Principe exrstit, sicuti totius aĩalis virtus ẽ mẽbra mouere. Est aũt cõsideratione discernendũ inter eos qui leges scisscere pñt, & illos quorũ consilio scisscuntur. Iuris. n. cõsulti leges ex viscerib. naturalis philosophiæ rõne & iudicio eliciunt: firmitatẽ tm̃ & coercendi vigorem nemo illis, nisi, qui iurisdictione pollet, valet apponere. Vñ vt

Obiect.

prudentiũ cõsulta põdus per se nõ hẽt legũ, ita neq; princeps sine eorũ maturo cõsilio eas dẽt edicere. Obuiũ tm̃ in promptu sit huic conclusioni argm̃. Deus Princeps oĩum est legũ latorũ: & tm̃ neq. respublica

Solutio.

est neq; ei⁹ vicẽ gerẽs: q̃ppe q̃ nõ à repub. auctoritatẽ mendicauit. Rñsio tm̃ est: Non eo sensu in præsentiarum asseri quem cũq; gubernatorẽ vices reipublicæ gerere, ac si vicarius eius exist̃at: sed satis est curã illius habere, seu tanquam vicarium, seu tanquã eius auctorem ad dñm cui curæ est publica gubernatio Pariformiter & de Christo etiã inquantũ hõ erat, sentiendũ est, vtpote qui ceu Redẽptor ac Rex Regni cœlorum, legũ conditor noster fuit. Ac subinde eius vicarius Pontifex maximus. Is. n. nõ gerit ecclesiæ vices quasi ab illa auctoritatẽ natus, verum quasi Christi vicarius cuius vice fungitur, a quo vtiq; solo, licet per ecclesiam eligat̃ auctoritatẽ susscepit. Idemque est de ẽpis iudicium ac prælatis ab ipsis institutis. Sæculares aũtẽ reges ac monarchæ secus hẽnt. Haud. n. à Deo proximè, & quod aiunt, immediatè creati sũt præter Saulẽ ac Dauidem eiusq; prosapiã, cui sceptrũ ipse commisit, sed vt hẽtur l. ꝙ placuit. ff. de cõstit. prin. reges ac principes a populo creati, sunt, in quas suũ trãstulit imperiũ ptãtem, vt inf. q. 6. & copiosius lib. 3. q. 4. patebit. vñ verbũ illud apud Sapientẽ ex Prou. 8. supra citat. Per me reges regnant, & c. non aliter intelligẽdum est, quã ꝙ ab ipso tanquam naturalis iuris auctore donatũ mortalib. est, vt vnaquæque respublica seipsam regendi hẽat arbitriũ, ac subinde vbi rõ q̃ spiramẽ ẽt est diuini numinis, postulauerit, in aliũ suã trãsmittat ptãtẽ, cuius legib. prouidẽtius gubernetur. De primis aũt legislatoribus varia referunt sæculates historiæ. Pli. namq. lib. 8. Naturalis historiæ, c 56, ait, Cereẽ inter oẽs primam leges dedisse: vt aũt alij putauere Rhadamantum. At vero Iosephus aduersus Appionẽ apertissimè ac disertissimè veritatem ostendit. Nempe inter mortales Moysen prius sacras promulgasse leges, vt diuinitus sibi traditas. Nã polt multo tempore illi extiterunt legislatores quos Iũdorus initio 5. li. refert. Thoroneus. n. inquit, rex Græcis primus leges constituit. Mercurius Trismegistus Aegyptiis. Athenienſibus Solon: Lycurgus Lacedæmonijs; ac deinde Romanis Numa Pompilis, qui successit Romulo.

Quid sẽ serint. scriptores de primis legislatoribus.

Plinius. Ioseph. Isidor.

Ad primũ igit̃ argm̃ rñdetur legem in homine bifariã exist̃ere, vno mõ tãquã in regulãte, quo pacto est in legislatore, atq. altero tãquã in regulato, quẽadmodũ eẽ cõtingit in singulis hoibus iuxta verbũ Psal. Signatũ est super nos lumẽ vultus tui. Vñ & illic Apostolus subdit. Qui ostendunt opus legis scriptũ in cordib. suis, scriptũ, s. a Deo ipso summo legũ cõditore. Ad ẽm vero rñdet Philosophus. 10. Ethic cap. 8. vbi ait legẽ vim hr̃e coercitiuã. põt ergo priuatorũ quisq; vnum quemlibet ciuium ad virtutis officia cõsilijs ac monitus inducere, haud tamẽ perfecte, si ipsum cogẽdo: ob idq; talia monita non habebunt legũ virtutem ac robur. Ac simili fermè modo exemplo ibidem respõdet ad tertium, fa-

Ad argumẽta partis negatiuæ.

Ad primum.

Psal. 4.

Ad secũdũ arg. Ad tertiũ arg.

tetur

tetur enim patrem familias nonnulla ſtatuere poſſe in ſua domo præcepta, eadēq; ſub aliquibus pœnis, quas exigere paterna auctoritate poterit, etiam vſque ad verbera. At vero ſicuti dominus non eſt perfecta reſpublica, ita neque eius præcepta abſolutam habent vim legis: vt puta cū neq; in carcerem conijcere poteſt ſuos, neque in exilium mittere, neque alijs id genus ſuppliciis afficere: vt lib. 5. q. 2. fuſius patebit, vbi de patria poteſtate copioſius.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum promulgatio ſit de ratione legis.

Prima ratio ad partem negatiuam.

SVpereſt demū vt quartus articulus poſtremam definitionis particulam patefaciat qua legis ponendi forma notabat. Arguitur ergo non eſſe neceſſariam promulgationem legis vt ſuā ſortiatur vim. Primum lex naturalis obligat vniuerſos, quę tamen nulla indiget promulgatione, cum neque in ſtatu innocētiæ, neque poſt naturam corruptā ante Moyſen talis fuerit lex promulgata. Secundo: Lex vetus diuina, vt 12. q. 103. art. 4. Auctor S. Thom. ceſſauit illo Chriſtianæ mortis articulo quo redemptor dixit, Conſummatum eſt, ſubinde tum nouæ obligatio cœpiſſe credendum eſt, nam ceſſatio vnius, fuit alterius inchoatio, aliàs mundus abſque lege obligante diuina per aliquam temporis moram exiſteret. Et tamen promulgatio legis nō fuit tunc facta, ſed ſub feſtum Pētecoſtes, ergo obligatio legis non pendet ex promulgatione. Et tertiò. Lex ciuilis obligat loco abſentes coram quibus non promulgatur & pariformiter tempore futuros, apud quos non eſt amplius neceſſaria promulgatio. Contrarium autem legimus, diſt. 4. c. in iſtis, vbi habetur, leges tūc inſtitui, dum promulgantur. Ad quæſtionem reſpondetur duabus concluſionibus. Prima, Nulla lex vllum habet vigorem legis ante promulgationem, ſed (vt citatum decretū aſſerit) tunc inſtituitur, dum promulgatur. Itaque nullam (vt quidam arbitrātur) exceptionē cōcluſio hæc permittit. Et probatur ex natura ipſius legis. Eſt .n. regula & menſura noſtrarū actionū: regula aūt niſi operantibus applicetur, vana eſt: applicari aūt nequit niſi per eius notiam: nā qui regula vtitur, eā intueri neceſſe hēt. Fit ergo cōſequens, vt ante promulgationem qua ſubditis innoteſcit, nō eos obligādo perſtringat, ſed tunc præcipi qū promulgatur. Vñ l. leges, C. de legibus & cōſtit. Leges ſacratiſſimæ quæ cōſtringūt hoīum vitas intelligi ab hoīb. dēnt. Et in auth. vt factæ nouæ conſt. & c tūc valere leges iubent, tunc in cōe factæ ſunt manifeſtæ. Idē hr̄ iure canon. vt ext. de poſtulat. prę l. c. ad hęc. & de cōſt. c. cognoſcētes. Dubitas aūt quid noīe promulgatio cenſendū ſit. Vtrū nondū lex velut promulgata ſit habēda quouſq. in oīum notitiā fuerit diſperſa. Apparet. n. rō mō facta id perſuadere. Enim vero ſi lex per ſui notitiā applicaī, fit vt quouſq. ſit cūctis nota, non obliget, atque adeo nec promulgata cēſeaī. Et cōfirmaī inde qp ille quē lex latet, ignorantia excuſaī, qp nō cōtingeret, ſi legis vinculo innodaretur. Huius argumenti gratia ſtatuiē. Secūda, Lex vt promulgata cenſeatur, nō exigit vt in oīum notitiā perueniat ſed tunc promulgaī dū ſolenniter in Principis curia vel in prouincia primo præconio, vel alia legitima via edicitur. Sed hr̄. c. j. citato, de poſtulat. pl. Et in alleg. Auth. Et rō eſt, quia tūc promulgatur lex, dū ſub præcepti forma conſtituitur, Tunc aūt fit præceptum, cū primū publicitus edicitur: ergo vbi primū ſolenniter fit manifeſta, cēſetur promulgata, vimq; induit præcepti. Reſtat aūt ſcrupulus, Nunquid cū primū, v. g. in curia Cæſaris promulgatur lex, tenentur illa oēs regni indigenæ? Vr̄ enim hoc rōni contrariū. nā tunc neq; remotiſſimi ad quos nondū potuit fama pertingere, excuſaretur ignorantia: qp aſſertu nefariū eſt. De hoc licet ad nomen videaī ſpectare tñ iuris vtriuſq; doctores ſecus loqui videntur quā rō docet. Panor. n. & reliqui ſuper d. c. cognoſcētes. extra de cōſt. & Ioā. And. ſuper illo verbo, data Romę. lib. ſex i poſtremo. Et Bal. ſuper l. etiam citata. Leges ſacratiſſimæ. C. de legibus licet fateantur tunc legem promulgari, quando ſolēniter dicitur: neminem tamen obligari ea putant, antequam illam audierit, niſi craſſa culpabiliq. ignorantia hominem accuſet. Et ratio eorū eſt, qp putant idem eſſe quempiam ignorantia excuſari, & non obligari lege. Contra hos autem ſtatuitur tertia concluſio. Cum primum lex ſolenniter eſt promulgata, in curia vel in regni metropoli, obligat vniuerſos, tametſi circa culpā ignorātes à culpa excuſent. Probaī

Secūda ratio.

S. Tho.

Tertia ratio.

Prima concluſ.

Parua dubitatio.

Rō dubitandi.

Confirmatio.

Secūda concluſ.

Scrupulus.

Panor.

Io. An. Baldus.

vtra-

Tertia concluſ. aduersꝰ ꝓfatos auctores.

vtraq; pars concluſionis. Nam lex in vniuerſum promulgatur. Haud quippe dicit, Præcipimus ciuib. iſtius verbis, ſed vniuerſis ſub ditione noſtra degẽtib ergo vniuerſos tunc obligat. Secũdo arguit dũ cõcionator, v.g. vel alia perſona priuata admonet me legis poſitæ, tunc iam deinceps nõ me excuſaret ignorantia, & tñ nuncius ille non me obligauit, ergo promulgatio ſolennis quæ præceſſerat me obligauerat, Et tertio arguitur. Si non ſtatim a ſolẽni promulgatione eſſent vniuerſi lege ligati, ſequeretur ꝙ neq. ignorantes proprie dicerentur excuſari; excuſatio. n. eſt ab obligatione quã quis hẽt; & ſm cõtrariã opinionẽ ignorantes nodũ obligantur; dicẽdũ ergo vtrumq. eſt, vt noſtra aſſerit concluſio; videlicet ꝙ lex ſtatim cũctos tã audiẽtes q̃ abſentes obligat, a cuius nihilominus nexu inſcij excuſanẽ. At vero preſſius qs forte percunctetur, vtrũ ſatis ſit vno loco ſolẽniter lege promulgari, vt vniuerſi illius iuriſdictionis ſtatim legi ſubdantur. Exempli gratia Si Cæſar pluriũ regnorũ dñs legem Toleti promulgaret, qua Belgas, Flãdros, atq. Italos. Indosq cõprehenderet. Atq. ſi Papa Romæ, vel vniuerſale Concilio ſolẽniter ferret legem, vtrum inde tũc protinus ſtringeret vniuerſos Et quo dubitationis neruus lucidius pandatur, proferamus exẽplũ legis irritantis inualidantiſq; materiã cõtractus. Si nunc Papa prohiberet quintũ gradũ matrimonii, vel fac nõdũ eſſe poſitam legẽ irritantẽ actiones pupilli alienantis ſua bona, ſed nunc primũ poni Vtrũ ex illo tunc irriti eſſent tales contractus, ẽt inter ignorantes celebrati. Nã quantũ ad culpã & pœnã, iã ſatis dictũ eſt, eos qui per inſcitiã poſtmodũ contraherent excuſari; ſed vtrũ valeret matrimonium, pariter & contractus populi. Ad hoc primũ rñdẽt, nõ ſatis eſſe Cæſarem in vno regno legẽ edicere, vt omnes obliget quouſq; in ſingulis, promulgent, ac ſi diuerſorum eſſent regum; qm̃ ob id quod in eiuſdẽ ditionẽ inciderint, nõ cenſenẽ, vna reſpublica Qu in vero ſi ſint diuerſæ prouinciæ lõgẽ ſeparatæ, nõ exiſtimaẽ lex promulgata, antequã in ſingulis edicaẽ Non .n. æquũ eſſet vt lex Toleti promulgata ex tunc perſtringeret Indos. Salubertima ergo eſt ſanctio Author. citatæ, vt factæ nouæ, &c Rom. Imper leges poſt duos menſes valere inciperent in repu. & tractari.

Prima ꝓbatio.

Secũda.

Tertia.

Qõ inci dens.

Solutio.

Quod ſi valere, idem ſit quod vigorẽ tunc præcepti obtinere, fit vt neq; antea ſcientes obligarentur; ſi vero intelligatur iuxta formã tertiæ noſtræ concluſionis. ſ. ꝙ licet a tpe promulgationis obligent, nihilominus vſque ad duos menſes poſſet ſe quiſq; ignorantia protegere; tunc intelligẽdum eſt quantũ ad forũ exterius, nam quãtum ad cõſcientiã, & illi qui antea reſciuiſſent, continuo excuſatione nudarenẽ, & illi qui citra culpã diutius ignoraſſent, excuſarentur. De legib. aũt eorũ qui ſunt Principib. inferiores cũ anguſtiorib. prouinciis preſideant, non eſt cẽſendũ tã longas inducias requiri vt ſint obligatoriæ. At vero de ſũmo Pontifice aſſeruit Panor. c. nouerit. de ſent. excom. ſatis eſſe, ſi eius leges Romæ publicenẽ, quẽ nonnulli ſequuntur, dicentes pontificẽ ſummũ plumbeos hr̃e pedes quib. diſcurrere nequit. Et Sylueſt. verbo, lec. q 6. dicit ſic ſeruari in practica. Verum eſt tñ eundẽ Pan. ſuper c cognoſcentes, de conſtit. ſic ſe ſm cõem opin exponere, vt aſſerat legẽ, nõ quantum ad culpã & pœnã, ſed tñ, quantum ad reciſionẽ cõtractus ab articulo ſtatim promulgationis vigorẽ hr̃e. Vt ſi in Cõcilio lata eſſet lex, de inceps illegitimè nati ſacerdotia reciperẽt; aut ꝙ talib. præbendis nõ niſi tali hominũ ſorti prouideretur, oẽs ex illo momento, contra facte collationes haberenẽ irritæ. Quod ego facile credo Attñ quia matrimonia non pñt diſſolui ſine iniuria, & ſi quæ ſunt alia id genus pacta, certè nõ debent lege interdici, niſi quæ vigere incipiat dum fuerit in prouincia promulgata, alias eſſet periculis plena. De ceteris aũtẽ quæ irritatoriæ nõ ſunt, parum refert ſi dicam⁹ ſtatim Romæ latas obligare. Hoc ſi quidẽ nõ obſtante, ignorantes excuſanẽ a culpa & pœna. Crediderim tñ, niſi papa aliter ſua lege expreſſerit, nunquã inrẽdere obligare niſi a tpe promulgationis in prouincia Etenim qñ ob culpã, vel alium defectũ vult inhabilẽ perſonã reddere, expreſſe addit ex nũc, vel ex tunc, vt e cõ ſingula. de præbẽ. lib 6. cõſtituit duas obtinẽtẽ præbendas ex tunc reddi inhabilẽ. Et ſimile hr̃ Clem nolentes, de hæret. Hoc aũt pro certiſſimo hic admonitum ſit, ꝙ leges ꝓ priuilegiorũ reuocatoriæ vim nõ hr̃ quo ad vſq. promulgatæ ſint nõ ſolũ in prouincia, uerũ in diœceſi. Exẽpli gratia dũ indulgentiæ reuocãtur aut ſuſpenduntur, quouſq.

Panor.

Syluest.

Papa ñ intẽdit obligare ſua lege niſi a tepore promulgationis, niſi aliter exꝑſſerit

in

Legestre uocatoriæ priuilegiorũ nullã vim habẽt quo ad fuerit promulgatæ nõ ſolũ in prouincia, ſed ĩ diœceſi. Epilogꝰ antedictorum. explanatur alia legis definitio.

in metropoli eccleſia fit reuocatio promulgata, quicunq; poteſt conceſſis priuilegijs citra culpam vti. Neq; hoc tñ, verum ẽt ſi quis vſq; ad illum articulum priuilegio indulgentiarũ fuerit à reſeruatis ſacramẽtaliter abſolutus, abſolutio eſt valida. Eccede finitionem legis in fronte quæſtionis pro poſitã, cunctis ex partib quæ quatuor erãt, expoſitã: ac ſubinde illam. ff. de legib. & Se natuſ. quã ſapientiſſime Papin. ex alijs qua tuor membris conſtituit. Ait. n. Lex eſt cõe præceptum. vbi eius ſubſtantia primuſq; actus exprimitur: qm̃ præceptio, actus prudentię eſt & in cõe omnib. debet ponni. Virorum prudentium conſultũ: quib. verbis declaratur quemadmodum pręceptio nulla eſt in intellectu, quam non conſilium antecedat, quare neq; Rex ſine prudentiũ cõſultatione dẽt leges condere. Delictorum, quæ ſponte, vel ignorantia contrahuntur, coerctio. Ecce virtutem eius ac vim coerciti ũ maleficiorũ, quæ vel ſcientia vel ignorantia vincibili delinquũt. Cõis reſpublicæ ſponſio, qua tandẽ particula elegãter ingenium legis exprimitur. Per leges namq; reſpublica & Princeps cõſtituitur fideiuſſor, vt ſecurè tutoq; vbiq; viuatur. Spondet. n. nullũ fore pacis perturbatorẽ, neq. vllũ qui iniuria auſurus ſit ciuẽ lædere Quod ſi vllus extiterit, ipſe Princeps pænas repoſcet.

Primũ argum. Ad ſecũdum.

Ad primũ igit̃ argm̃ de lege naturæ, rñ demus, naturali luce & inſtinctu eſſe, promulgatam: nẽpe inſcriptam mortaliũ mentib. Quapropter in ſtatu innocentiæ clareſcẽte naturæ luce nulla fuit alia opus promulgatione talis iuris. Neq; verò poſtea quouſq; caligine iam obducta hominũ mens neceſſe habuit vt per legẽ ſcriptã explicaretur ei Decalogus. Quo fit vt de primis principijs naturalib. nulli mortales per ignorantiam prætexere ſibi poterunt excuſationem. De alijs verò quæ attentiori diſcurſu indigẽt, vt de libera Venere, forſan ſe poterant excuſare Pari rõne, Si qui Barbari matrimonia vſq; adeo contra naturam fœda cõtraxiſſe inuenirentur, vt ẽt ſe parentes filiab. cõmiſcerent talia matrimonia dirimerentur: quia non poterat niſi craſſa inſcita nefaria illa turpitudo ignorari. Secus ſi cõtraxiſſent in ſecto, & alijs gradibus, qui Iudeis dũtaxat olim, Chriſtianiſq; præcisè, modò interdicũtur. Ac ſm de diuina lege reſpondetur, nõ cẽſeri promulgatam, eo q̃ Deus ſingulari perſonæ eã reuelauerit, quouſq; idẽ eius miniſter ſolemniter eam euulgẽt. Exempli gratia. Abrahæ præcepit Deus vt ſuos maſculos circunciderent, quæ lex poſterioris ſuis eſſet ſolennis. Hæc autẽ lex non omnes (præter ipſum) ſtatim obligabat vſquequo Abraham noïe Dei eam promulgauit. Idem pariformiter de lege Moſaica quantum ad ceremonias iuræ naturæ adhibitas & iudicialia, exiſtimandũ, videlicet q̃ nullus cõtraheret cũ vxore patris aut patrui, qui. n. poſtquam lex reuelata eſt Moyſi ante eius promulgationẽ contraherent in tali gradu non modo à culpa excuſarentur verum neq; ſepararentur. Secus poſt promulgationẽ, poſtmodum n ẽt ignoranter contrahentes, licet à culpa liberi eſſent, diſſociarẽtur. Rõ huius eſt, q̃ Deus hominib. ſm eorũ naturam, & ingenium per hoïes ſui generis cõſtituit leges promulgare. At verò lex Chriſti vbi primũ fuit Hieroſolymis poſt eius paſſionem ac reſurrectionem promulgata, vniuerſum obligauit orbem: qm̃ prędicatio Diſcipulorũ non obligabat de nouo, ſed oſtendebat legẽ cui Chriſtus nondum ſubiugauerat: atq; adeò tollebat ignorantiam illucuſq; excuſantem. Vt aũt ad formã argumenti tertij reſpondeamus, conceditur illo tunc articulo quo Chriſtus aïam expirauit, mortuam eſſe legẽ veterẽ, licet non fuerit ſtatim mortifera, ac ſubinde vim ſtatim habuiſſe ſacramenta noſtra. Quin vero baptiſmus iam antea baptizato Chriſto virtutem habebat: vt 3. part. q. 66. auctor eſt S. Thom. At vero de legis totius euangelicæ obligatione, etſi Sco. in 4. diſt. 3. q. 4. viſum fuerit non incæpiſſe niſi à die Pentecoſtes, quando Apoſtoli confirmati virtute ex alto eam prædicare cæperunt, tamen aliter forte eſt ſciendum. Enim vero antea iã Chriſtus Apoſtolis iuſſerat, Ite prędicate Euangeliũ omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit. Ex quo idcirco tempore ait, loco modo citato S. Thom. vim habuiſſe præcepti. Et quia ſuſceptio baptiſmi profeſſio eſt totius legis, dicendum forſan ſecundum eundem ſanctum Doctorem, ipſum tunc primo Chriſtum ſuam promulgaſſe legem. Attamen hoc conceſſo, conſequens fit, ab articulo paſſionis vſque ad illud temporis momentum manſiſſe orbẽ ſine obligatione vllius diuinæ legis, nam vetus expirante Chriſto ceſſauit. Cui autem duriuſculè hoc inſonuerit, dicere vero proximè poteſt,

Quo tẽpore lex Chriſti cæperit obligare.

S. Tho. Scotus.

quod

ipso expirante veterem cõsumauit. Nam tunc in ara crucis nouo sacerdotio, vetus antiquauit. & translato sacerdotio, ait ad Hebræos Paulus, necesse est vt legis translatio fiat. Quamuis nihil absurditatis habeat quod in triduo tantilloque tempore post resurrectionem non obligaret lex noua. At vero prior mihi respondendi modus multo probatior est, vt lib. proximo q. 5. monstraturi sumus: vbi materia hæc à cessatione legalium admussim est examinanda. Ad tertium argumentum respondetur, quod cum lex scripto debeat promulgari illa scriptura absentibus & futuris loquitur: qua ratione ait Isidor. legem esse constitutionem scriptam, & a legendo vocari, eo quod legenda proponitur. Quamuis illud de ciuili tantum intelligatur: nam lex naturæ in mente scripta est: & ius gentium eadem mente collecta.

Ad tertiũ arg.

QVÆSTIO II.

DE LEGIS EFFECTIBVS.

S. Thom. 1. 2. quæst. 92.

ARTICVLVS I.

Vtrum effectus legis sit præcipiendo ac vetando facere homines bonos.

QVæstio præsens duos habet articulos, alterum de effectu legis, atque alterũ de eius actu. Oportet enim in præsentiarum quatuor considerate discernere: finis enim legis est adeptio communis boni, in quo posita est fœlicitas: de quo in 2. artic. dictũ est: effectus autem est probitas & honestas per quam illuc tenditur: actus vero quem legis virtutem appellant, est præcipere, & vetare, sed potestas & neruus est obligare & coercere, de quo q. 6. dicendum est. Arguitur quod legis effectus non sit facere homines bonos, virtus enim est secundum Philosophum 2. Eth. quæ bonum facit habentem & eius opus bonum, virtus autem munus Dei est, vt illa celebris habet diffinitio Augustini q̃ ex 2. lib. de libero arbit. colligitur. Virtus est bona qualitas mentis, &c. quam Deus in nobis sine nobis operatur, lex ergo nõ est quæ bonos facit habentes. Secundo, lex non facit bonos nisi qui sibi sunt obedientes; illud ergo obedientiæ bonum non est a lege, sed ei præsupponitur.

Quatuor in lege aduertenda.

Prima ratio. Aristot. August.

Secũda ratio.

Tertia ratio.

Tertio, lex vt dictum est, in bonum cõmune reipublicæ refertur, ergo effectus eius solũ est facere bonos ciues, puta obedientes legibus & magistratibus in commune bonum, hoc autem non satis est ut simpliciter sit homo bonus; nam potest esse malus in his, quæ lege ciuili permittuntur. In contrarium autem est ipse idem Philosophus, qui initio 2. Ethic. ait voluntatem cuiuslibet legislatoris esse vt faciat homines bonos.

Ad quæstionem hanc respõdetur duabus conclusionibus. Prima est. Effectus legis, quem potissime aspicere debet legislator, est bonos facere homines sibi subditos, per quam bonitatem finem humanum adipiscantur, quæ est nostra fœlicitas. Conclusio hæc facilè ex decisione superioris quæstionis colligitur. Finis enim legis, est commune bonum in quo nostra consistit beatitudo, illum autem nemo nisi per virtutum exercitationem, assequitur, quæ bonum faciunt habentem eo, vel maximè quòd (vt Philosophus docuit) fœlicitas ipsa huius sæculi in virtutum vsu posita est, ergo legis effectus est homines facere studiosos & probos. At vero quoniam ratio hæc de lege tantum procedit, quæ ueram habet legis rationem, S. Tho. 1. 2. quæst. 92. aliam excogitauit rationẽ, quę legem omnem etiam metaphoricam amplexatur. Lex, inquit, cum rationis dictamen sit, quo præsidens subditos gubernat, ad hoc ordinatur vt ei subditi bene obtemperent, hoc enim est cuiusque præceptionis propositum, virtus autem eius propria qui alteri subditur, est bene superiori obtemperare (vt in calce 1. Politic. auctor est Aristot.) quemadmodum uirtus appetitus sensitiui est, vt probè & promptè rationi obediat ergo intentio legis, est subditos ad suam ipsorum propriam virtutem inducere, vtpote per quã ei obsecundent, hæc autem virtus bonum facit habentem, & eius opus bonum, ergo cuiusque legis effectus est facere homines bonos. Quod si inuento legislatoris ad id quod est vere ac simpliciter bonum feratur, tũc lex ipsa pari modo imbuet subditos vera bonitate, sin vero nõ fuerit simpliciter bonum, sed utile aut delectabile sibi.

Aristot. Prima conclus. Prima ratio.

S. Tho. Secũda ratio.

Aristot.

bi repugnans autem iuſtitiæ, tũc lex faciet ſubditos non bonos ſimpliciter, ſed in ordine ad illum finem; vt ſi ſit lex conquirendi diuitias, inſtruet illos probè ad illũ finem, & ſi fuerit lex latrocinandi. faciet illos bonos latrones, nam & in malis inuenitur obedientia legis, quæ effigiem habet boni, non honeſti, ſed vel delectabilis vel vtilis. Hæc autem ratio non ſatis videtur rem demonſtrare, concluſio enim noſtra eſt, legem efficere bonos homines ratio vero ſolum concludit ꝙ efficiat bonos ſubditos, ꝙ minus eſt. Ariſt. enim Polit 3. ca. 3. dignoſcit bonũ ciuem a viro bono. Ciuis enim inde dr̃ bonus ꝙ ſit bonus ſubditus, hoc eſt legis dicto audiens, vir autẽ bonus plus obtinet probitatis, nam cum multa ciuili lege impunè permittantur, põt quis bene auſcultare legibus & nihilominus prauus eſſe puta auarus fornicarius, &c. vt ſup. argumentabamur. Igitur non ſat eſt legem facere bonos ſubditos, vt faciat ſimpliciter bonos hoĩes. Caiet. eodem loco defendere conatur rationem S. Tho. hoc pacto, ꝙ licet qui ſubditus eſt vnicuilibet particulari legi, vt puta humanæ, non illi ſit vir bonus; tamẽ ꝙ bene paret omni in vniuerſum legi, puta naturali & diuinæ, nõ põt non eſſe ſimpliciter vir bonus; eo ꝙ tales leges de omni virtute ꝓcipiũt. Hæc aũt expoſitio, niſi ego hallucinor, nõ eſt menti S. Thom. germana. Etenim ſi hoc ipſe cogitaſſet, collectim ſimul dixiſſet, legum vniuerſitatem facere hoĩes bonos, cum tamen non hoc tm̃ aſſerat, ſed ꝙ ille ſit effectus cuiuſcunque per ſe legis. Sic enim ait; Ad hoc enim ordinatur unaquę que lex, vt obediatur a ſubditis Genuinus ergo ſenſus S. Tho. eſt, effectũ cuiuſcunq. legis eſſe, facere homines bonos ſuo ordine & gradu, ſcilicet reſpectu peculiaris finis eiuſdem legis, ut puta legis iuſtitię, facere iuſtos, legis fortitudinis, fortes, & tẽperantiæ, temperatos, &c. Et ideo optima erat collectio, ꝙ ſi facit bonum ſubditum, facit bonum hominem in tali materia. Ex quo ſit ut lex æterna & naturalis, quę omnem docent iubentque uirtutem, faciant homines unde quaque abſolutos. Hærebit hic aũt forſan de hac concluſione qui ſpiam, utrum uſq; adeo ſit uniuerſalis ut legislatorẽ ſecularẽ eiuſq; leges ſuo ambitu cõplectatur, an uidelicet principum regumque munus ſit bonos ſecũdum aĩam facere ciues. Exiſtit. n. contra apparẽs arg. ꝙ hoc differat inter eccleſiaſticos antiſtites & ſeculares princeps, ꝙ illi ſpiritualib. attendentes, curã gerere debeant aĩarum, iſti uero tm̃ pacis quieti pacatiq; ſtatus rei publicæ. Si namque uulgus arbitrari fortè poterit. Mox. arguitur ex Ariſt. 1. Polit. c. 2 ubi ait, conſtitutã eſſe ciuitatẽ uiuẽdi gratia, ſ. p. p ſufficientiã uitæ. Ex domo. n. propagatur pagus, & ex pagis coaleſcit ciuitas, ut. ſ. diuerſis artib. diuerſisq. mercimonijs ſibi ciues mutuo ſufficiant, ergo a ſecularib. legib. non eſt quidpiã altius deſiderandũ His tm̃ nihil obſtantib. proculdubio auſcultãda eſt concluſio uniuerſaliter, philoſophi. n. affirmantes ſcopũ legislatoris eſſe ciuium probitatem atque honeſtatẽ morũ, nihil de eccleſiaſtica inſtitutione cogitabant, ſed de regib. id aſſerebãt. Quã ob rẽ meminiſſe oportet diſcriminis inter alias uirtutes, & intellectuales artes & ſcientias. Ars. n. facere põt pictorẽ bonũ & bonũ ſtatuariũ, & ſcientia Theologũ bonũ, bonũq. Iurecõſultũ. bonũ aũt uirum ſola perficit moralis uirtus. Quã p. p leges oẽs ciuiles ſiue de reliquis artibus ſiue de reb. aliis edicanẽ, oẽs ad bonum aĩæ, quo nr̃a fęlicitas agitur, inſtituẽdæ ſunt, ob idque loco modo cita. Ariſt. per egregiè dixit, ꝙ ciuitas cõſtituta quidẽ eſt gratia uiuẽdi, exiſtit uero bene uiuendi gra. Enim uero nõ modo ciuiũ congregatio ad uitã corporalẽ emolumenta adfert, atq cõmoda, ſed præcipuè ad ſpũalem. Nequirẽt n. diſperſi hoĩes ac ſolitarij ignorantes docere, coercereq. malefactores, cõſiliiſq. & ſalutarib. mõtis mutuo ſe ad fęlicitatẽ iuuare ut faciũt congregati. Etenim qua rõne hõ ad fęlicitatẽ natus eſt, eadem eſt ciuile aĩal, ob idq. ſolitarius, niſi angelicã degat uitã beſtia eſt. Atq eandẽ ob cãm qualem antiqui fęlicitatẽ ſtatuebãt, tales & ferebãt leges, ut Epicurei eas q̃ uoluptati capeſſendæ deſeruirẽt, atq. alii alias, q̃b. uel diuitię uel honores accumularenẽ. Et Lacedemonij (ut 1. de legib auctor eſt Plato) qui illic fęlicitatẽ collocabat, ut oĩum eſſent uictores ac dñi, eas excogitabant leges, q̃ adbellа felicius gerẽda accõmodatiores eſſent. Igit principes qui uera fęlicitatẽ ſyncere norũt, ad eandẽ dẽnt cũctas referre leges. Ait n. Ariſt. Eth. 9. iuſta legalia factiua eẽ fęlicitatis. Haud ꝙppe externis, actionibus decorũ põt ciues ſeruare reipublicæ ſtatũ, niſi

Obiicit contra ꝓximã rõnem S. Tho.

Caieta. nititur defendere rõnẽ. S. Tho. Solutio.

Caieta. non eſt ad mentem S. Thom. Genuinus ſenſus S. Th. Dubõ.

Arg. 1.

Arg. 2.

Ariſtot. Satis ſit dubõni propoſitæ. Probatio,

Ariſtot. Secũda ratio.

Plato.

Ariſtot. poſtrema rõ.

niſi internis virtutum habitibus vigeãt. Et Poſtremò accedit quod omnis poteſtas à Domino Deo eſt: propter quod eidem admonet Paul. omnem animam eſſe ſubditã. Deus autem ad ſe cuncta ordinauit ac retulit: ergo in ipſum debent principes ſuas leges referre. Haud ergo hac parte ſæcularis poteſtas à ſpirituali differt, ſed hoc tantum, q̃. od cum ambæ eundem ſuis legib. debeant ſcopum ſupernæ ſalutis præfigere ſpiritualis ſupereminet ſæculari, nempe vt ſacrorum leges inſtituat: & ſi ſęcularis princeps leges à vera fœlicitate deflexerit eas emẽdet & corrigas, principesque ipſos cohibeat. Tunc enim locum habet illud 1. ad Paulus. Cor. Paul. animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei: ſpiritualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur.

Adde hic demum quod cauſa huius aſſertæ veritatis Ariſt. eodem loco 3. Polit. ca. 3. Ariſtot. poſtquam diſtinxit ciuem bonum & virũ bonum, ſubiunxit, Principi neceſſarium eſſe vt ſit vir bonus, hoc eſt omnibus virtutibus exornatus. Et ratio eſt, quod regere munus ac functio prudentiæ eſt, quæ niſi omnibus virtutibus aſſocietur, vera eſſe non valet: iudicat enim prudens de omnibus: & quia qualis vnuſquiſque eſt talis ſibi finis videtur, neceſſe eſt vt bene ſit affectus ad omnia de quib. iudex ſedet. Sed arguis, Obiectio. videl̃ non opus eſſe maiori virtute in principe ad operandum quam in ciue ad obediẽdum. Nam vt tota ſubditi probitas quatenus ſubditus eſt, conſiſtit in bene parendo, ita & tota principis in bene imperãdo: quę enim alter iuſſa dat, alter capeſſit: ergo cum in republica ciuili: non omnia mala prohibeantur, ſit vt ſicut neque ad bonũ ciuem, ita neq; ad bonũ principem requiratur omnis virtus. Reſpõdetur diſparem eſſe rationem, quoniam princeps debet de omni virtute leges ferre, & (vt ait 1. Polit. Philoſophus c. vlti) quomodo ſi imperans Solutio. Ariſtot. non eſt temperatus & iuſtus & fortis, huiuſmodi virtute rectè imperabit? Et quamuis non nulla impunè permittat, vt meretricia mendacia & epulationes, hoc tamen non debet libidine facere ſed iudicio. Debet enim eſſe adeo caſtus, vt ad euitandas peiores turpitudines meretricia vbi oportet permittat: & tam liberalis. vt ad euitanda latrocinia permittat quempiam vſurarum modum. In ſumma veluti medicus ſalutis eſt corporis moderator, ita & princeps qui gubernaculum reipublicæ tenet veluti animarum medicus ad illum finem debet cuncta moderari. Secunda concluſio huius articuli ſit. Licet princeps mẽtis oculos ſemper debeat habere ad bonitatem ciuium attentos, debet nihilominus & legib. artes opificiaque reipub. proſpherare, annonam & reliqua tẽporali vitæ tã ad bellũ quã ad pacẽ neceſſaria prouidere. Quin verò & ciuiũ facultates & honores augere, ea tenus tamen quatenus præſentis vitæ ornamenta futuræ ſunt fælicitatis adminicula.

Ad primum igitur argumentum conceditur omnem virtutem munus eſſe ac donũ Dei: haud tamen quod nobis ſine noſtra opera donetur, ſed nobis quippiam agentibus, licet non pariformiter. Eſt enim virtutum alia infuſa, alia verò acquiſita. Et quidem infuſam Deus nobis ſe ſolo donat non tamen adultis ſine ipſorum conſenſu & diſpoſitione. Acquiſitæ autẽ, licet Deus donator ſit tanquam auctor naturæ noſtra nihilominus conſuetudo cauſſa etiam eſt: inde. n. dicitur acquiſita, quod noſtris morib. cõficitur. At verò quia neutrius opus rẽ habet virtutis ſimpliciter dictæ, niſi Deo per gratiam ſit acceptũ, cuius quidem primæ gratiæ nos non ſumus cauſſa per meritũ, rectè ait Aug. oẽm virtutẽ dari nobis. Nihilominus quia leges opera noſtra dirigunt, per quæ fauente Dei numine morũ probitate decoramur, p̃ leges dicimur boni effici. Eo. ſ. pacto quo Ariſt. 2. Pol. ait qđ legiſlatores aſſuefacientes faciunt bonos. Ad primũ arg.

Ad ſecũdum autem reſpondetur, non sẽper qui legi obedit, id facere ex bono virtutis, ſed timore quandoque pœnæ, quam lex comminatur: per quam ſubinde adducitur vt prompto animo rationi obtemperet. Quamuis ſint etiam quædam à natura virtutis ſemina ante legẽ nobis inſita, vt quis poſſit obedire legi, per quam obedientiam perfecte cõparet virtutes. Ad Tertiũ aũt iã reſponſum eſt. Lex enim quæcunq; ciuilis facere duntaxat intendit bonos ſubditos, hoc eſt prompte obſequẽtes, quoniã reſpublica niſi ex partibus cõſtet, quæ toti obtẽperent, nõ põt cõſiſtere, ſicuti neq; corpus cui mẽbra nõ ſeruiunt. Satis ergo eſt ad firmitatẽ reipu. ſi princeps oĩ polleat virtute, & ciues bñ ſint ſubiecti. Licet nõ oẽs ſint vi Ariſtot. ri abſolutę virtutis, vt Ariſto. 3. Poli. docet. Attamẽ qui legi naturali ad diuinæ auſcultant, illi ſunt & boni ciues, & viri integerrimi. Ad ſecũdum. Ad tertium.

mí, vt iã ſupra dictũ eſt. De legib. aũt tyrãnicis, cũ verę non ſint leges, nõ eſt opus eſt argumentum inde obijcere, quod non faciũt bonos ciues. Id enim tãtum bonitatis habent quod faciunt ſubditos obedientes, vel timore pœnæ vel alia corrupta via.

ARTICVLVS II.

Vtrum legis actus congruenter aſſignentur.

Legis actꝰ quatuor.

SVbſequitur articulus ſecũdus de legis actib. Videtur. n. non eſſe quatuor. ſ. imperare, veterare, permittere & punire. Lex enim idem eſt quod præceptum & imperium, vt ſupra monſtratum eſt: non ergo opus fuit diſcernere inter imperare &

Argu. 1.

Argu. 2.

vetare. Secundo, effectus legis eſt ſubditos ad bonum inducere: cõſilium autem ad id ipſum cõducit, ac pariter præmium, ait. n. Iuriſ. l. 1. de iuſtit. & iur. ff. quod bonos nõ ſolũ metu pœnarum, verum etiam præmio rum exhortatione efficere cupit: ergo & conſulere & præmiare, nihilominus quàm præcipere & punire actus ſunt legis. Quin

Argu. 3.

verò tertiò valentius arguitur. Effectus legis eſt homines bonos facere: ille autẽ qui metu dũtaxat pœnæ legi obtemperat, nõ eſt ſimpliciter bonus: metus namque ſeruilis quamuis ſit moraliter bonus, nondum tñ lineam virtutis attingit: ergo punire nõ eſt legis actus. In contrarium autem eſt inter Iureconſultos Modeſtin. ff. de legibus & ſenat conſul. vbi ait legis virtus hæc eſt, imperare, vetare, permittere & punire.

Concló reſponſiua.

Ad qõnem iſtam concluſione hac reſpõdetur. Legis actus ac virtus quadripartius eſt, vt lege citata Iureconſu. docuit. Neque verò obſtat Iſidori ſententia lib. 5. Etymó. vbi de trib. tantum meminit. Ait quippe;

Iſidor.

Omnis lex, aut permittit aliquid, vt vir fortis præmium petat, aut vetat, vt ſacrarum virginum nuptias nulli petere liceat: aut punit, vt qui cædem fecit capite plectatur. Nam permiſſi appellatione conſul. orum more præcepta etiam cõprehenduntur. Sic enim habetur C. de legib. & conſ l. leges ſacratiſſimæ. Vniuerſi præſcripto legum vel inhibita declinent, vel permiſſa ſectentur. Haud enim eſt credibile, vt potiſſima legis functio eum præterierit. Enim vero cum tres ſunt differẽtiæ humanarum actionũ? Prima, ſ. earum quæ genere ſuo bonæ sũt: aliæ verò quæ genere ſuo ſunt malæ, ac tertiæ quæ ſunt indifferẽtes. Reſpectu primarum legis virtus eſt præcipere, vt, Vnũ cole Deum; charos venerare parentes. vnde Ariſt. 5. Ethic. Lex, inquit, de omnibus præcipit virtutum actibus Reſpectu vero aliorum ſecundi generis eſt vetare, vt, Ne iures vana per eum. Non occides. Sed reſpectu actionum tertij ordinis eſt permittere, vt cui libuerit, negotiari fas ſit lucri gratia. At vero qm̃ lex dictamen rationis eſt quo homines ad officium inducuntur, fit vt inſtar rationis ſpeculatiuæ, quæ per vnum aliud concludit, ſubditos per pœnã a vetitis arceat, atque in officio contineat, hac ergo ratione & quartus ei actus adiũgitur, qui eſt punire. Sed tamen contra ſingula huius inductionis mẽbra obijcitur. Primũ legibus non ea ſolum præcipi conſueſcunt quæ genere ſuo ſunt bona, verũ etiam ea quæ per legem conſtituũtur virtutum loco; neque ſolum vetantur ea quę genere ſuo ſunt mala, verum quædã quæ per legis prohibitionem efficiũtur mala. Hinc enim illa celebris diſtinctio orta eſt. Alia ſunt prohibita, quia mala, alia vero mala, quia prohibita. Diem. n. verbi gratia, cuipiam diuo feſtiuiter dicare, quem prius feriari indifferens erat, lege ſola fit religionis virtus. Et armatos noctu ciues obambulare, quod prius erat indifferens, prohibitione legis fit vitium. Reſpõdetur aũt q̃ vbi diximus præcipiendi actum circa ea verſari quæ ſunt genere ſuo bona, ampliãdum verbum eſt & ad illa quæ certa ratio indicat eſſe bona; nihil enim lex præcipere debet niſi quod ratio pro tẽpore & loco oſtendit eſſe bonum. Et pariformiter neque quidquam vetat, niſi quod vel genere ſuo vel circunſtantijs loci aut tẽporis ad bonum finem, ordinatur. Sed

Qõ parua. Solutio Argu.

rogas, illa quæ genere ſuo ſunt bona vel mala, quid nã alia opus habent aut præceptione aut prohibitione? Reſpõdetur, Ea quæ genere ſuo iuſta ſunt lege naturæ p̃cipiuntur, & quæ genere ſuo ſunt mala eadem lege prohibentur. Nihilominus cauſa amplioris luminis voce etiam in mandatis proferuntur, ſcriptiſque referuntur, vt Decalogus exemplum eſt. Præterea ad uerſus tertium membrum eſt argumẽtũ; quia lex humana non ea tantum permittit quæ indifferentia ſunt, vt otiari, & quatenus eutrapeliæ virtus indulget ludere & venari; verum & quæ mala ſunt, & ſcortari,

Solutio

tori,& io ci cauſſa mentiri,atq,id genus reliqua. Reſpondetur quod quantum ad legem humanam indifferentia quoq.dicuntur ea quæ non ſunt ualde mala, utpote ex quib. nulla emergit iniuria aut grauis abſurditas, q̃ quidem bona cauſſa, ut impune fiant permittit,haud tamen approbat, quaſi licita,id enim facere nequit, quoniã lex diuina & naturalis nihil tale ꝓmittit.

Altera ratio ad idem.

Item arguitur. Permittere conuenit perſonis etiam priuatis, quibus cũ incumbat filios uel ꝓximos corripere, cõtingat eis tamen conuiuere, ergo nõ eſt proprium vel

Solutio

principis uel legis. Reſpondetur, quod id permittere ꝙ cõmode vindicari non põt, hoc cõuenit legi, permittere autẽ ex ignauia aut iniqua indulgẽtia, qđ uetare ꝙs teneť,hoc priuatim accidit. Qui vero corripere nõ obligatur, is ꝓmittere nõ cẽſetur.

Ad primum argum. principale.

Ad primum igitur argumẽtum rñdetur, ꝙ & ſi largo mõ præcepti appellationi prohibitio ẽt ſupponatur. eo qđ ceſſare a malo ꝙ prohibitio curat, inchoatio eſt boni,quo ꝑceptio tendit, nihilominus clarioris explanationis gr̃a diſtinguuntur.

Ad ſecundũ.

Ad ſecũm rñdetur, ꝙ conſulere cum vim non habeat coerciuam,non habet rõnem legis, & ideo non eſt proprium principis munus, ſed cuiq; priuatæ perſonæ cõpete re põt. Quare ineptè Accurſius ſuper eandem legem, Legis virtus adnotauit conſulere eſſe quãtã virtutem legis, oculatius enim Bart. id negauit Apparentior aũt rõ ſuaſiſſet quintam virtutem legis eſſe præmiare. Nã ut Solon & Democritus aiebãt duo diuina lumina cũcta gubernant, præmium ſcilicet & pœna. Quod Iuriſconſultus l. 1. de iuſtitia & iur. conſultiſſime animaduertit. Et rõ naturalis eſt ꝙ ut auctor eſt Ariſt. Ethi. 10. duob. hoĩes maxime afficiuntur, ſ.uoluptate & dolore quare ex vna parte alliciendi ſunt hoĩes præmijs,ex altera terrendi ſupplicijs. Attamen ꝓpea punire potius legi tribuitur quam prẽmia re, ꝙ punire coactiuã uim habet, quę idcirco ſoli principi conuenit. præmiare vero non eſt cogere, & ideo priuatis ẽt perſonis cõceditur. Tametſi & alteram poſſimus cauſam ſubijcere, ꝙ virtus honeſtatis gr̃a eſt perſuadenda, ꝙ ſatis eſt ipſa ſui ipſius præmium,pœna autem prauis eo neceſſaria eſt, qđ cum ſint voluptatib. mancipati, contrarijs doloribus ſunt arcer di.

Solon. Democritus.

Prima rõ quare punitio potius legis opus quã remuneratio.

Secunda ratio.

Ad tertium argum.

Ad tertium autem argumentũ iam ſupra rñſum eſt, ꝙ etſi metus pœnæ non ſit ſimpliciter virtus, eſt tamẽ(ut ait Auguſt.)uelut ſeta quæ amoris filum iuducit & ideo expedit timore pœnę corruptos homines & a tramite deuios in viam retrahere, ut inde virtutum aſſuetudine earum officia illis dulceſcere incipiant. Præterea quando perditis illis qui ſupplicia perpetiũtur nihil ſoluta pœna proderit, cedet tamen in aliorum commodum, qui illius admonitione temperatiue viuent.

QVAESTIO III.

DE LEGE AETERNA.

S.Tho. 1. 2. quæſt. 93.

ARTICVLVS I.

Vtrum lex æterna a naturali humanaque & diuina diſtinguatur.

OStitutis legis definitione, effectu & actu,debita ſeries poſcit vt de legũ diuerſitate dicamus. Arguitur autẽ a parte negatiua, ꝙ non ſint quatuor legum ſpecies, quas doctores connumerant, ſ. æterna,naturalis,humana,& diuina. Lex idem eſt quod ius, ius aũt non diuiditur niſi in naturale & poſitiuũ,ut lib. 3.q.ſtatim 1.videbimus. Vnde cũ ius poſitiuũ diuidatur in ius gentium & ciuile,hæc tãtum tria diſtinguuntur iura. ſ.naturale, & gentium, & ciuile,vt eſt uidere Inſt.eod. tit. & ff de iuſt. & iure & in Decret diſt. 1. Non ergo quatuor ſunt legis ſpecies. Prẽterea eſt & lex fomitis q̃ Paulus (ut ſupra citauimus ad Ro.7.) appellat legẽ membrorum repugnantẽ legi mentis noſtræ, plures ergo ſunt quã quatuor. In cõtrarium eſt quod ait Sapiens, Prouer. 8. de lege æterna, quæ ſapiẽtia Dei eſt. Dominus poſſedit me ab initio uiarum ſuarũ, antequam quidquã faceret a principio,ab ęterno ordinata ſũ. Et infrà. Quando legẽ ponebat aquis, cũ eo erã cuncta componens. Et de naturali ait Paul. ad Roma. 2. Gentes, quæ legem non habent,naturaliter quæ legis ſunt faciũt. Et de humana ad Ro. 12. Omnis ani

Prima rõ ad labefactãdã partitionẽ legis.

Secunda ratio

Sapiẽs.

Paulus.

ma poteſtatibus ſublimiorib. ſubdita ſit.
Hiere. Et de diuina Hieremias 31. Dabo legem meam in uiſceribus eorum & in corde eorum ſcribam eam.

Pro quæſtionis huius intellectu recolẽdum eſt diſcrimen illud quod capite huius libri adnotauimus interius acceptum pro lege quę eſt iuſtitiæ regula, & acceptũ pro iuſto quod eſt eiuſdem virtutis obiectum. Hoc.n. ſuppoſito facile ad præſentẽ quæſtionem duabus concluſionibus reſpõdetur. Prior eſt: Quatuor ſunt legis ſpecies, quę in titulo quæſtionis proponũtur.
Prima conclu. Lex enim (vt ſupra exponẽtes dicebamus) nihil aliud eſt quam regula & præceptio prudentiæ, per quam q̃ curam gerit Reipublicę illam gubernat & adminiſtrat, gubernatorũ autem primus ſupremusq. eſt Deus, unde omnis poteſtas deriuat. Secũdus vero homo q̃ eius miniſter eſt, perq. eius auctoritatatẽ inſtitutus, ergo ſecũdũ conditiones & modus gubernandi tam in Deo, quam in homine rimãdus eſt ſumẽdusque legum numerus. Quod autem hac ratione quatuor diſtinguant legis ſpecies, ſic patet, Deus in primis vniuerſalis gubernator, ab æterno uniuerſorũ ordinem ac diſpenſationem & regimen mente concepit, cuius conceptionis inſtar leges omnes conſtituendæ ſunt, illa ergo ordinatio & p̃cep io lex æterna ſecundum naturam ſuã nuncupatur. Mox quia idem Deus auctor eſt naturæ ſingulis reb. ſuos indidit inſtinctus & ſtimulos, q̃bus in ſuos fines agerentur, ſed homini præcipue naturalem normam mente impreſſit, qua ſe ſecundũ rationem, quæ illi naturalis, eorum ſcilicet atque hęc ex lex naturalis, eorum ſcilicet principiorum q̃ abſque diſcurſu lumine naturali per ſe nota ſunt, ut id facias alijs quod tibi fieri uis, & ſimilia Deinde & eidem hominem facultatẽ tribuit, & pro tẽporum, locorũ, ac negotiorum qualitate per eandem legem naturæ quas alias expedire iudicaret, ratiocinando conſtitueret, q̃ ideo leges ab auctore ſuo humanę nuncupantur. Attamen quia nõ ad finem tantum naturalem, q̃ eſt pacificus, quietusq. reipublicæ ſtatus, conditi ſumus, ad quem ſinem prædictæ leges ſufficerent, uerum & ad ſupernaturalem fælicitatẽ creati, aliam Deus nobis inſuper poſuit, ſupernaturalẽ legem tam ueterem ſcilicet quam nouã, quæ ad illum ſupernaturalem fiñẽ nos p̃duceret. Et hæc eſt lex diuina. At quia de horum ſingulis ſeorſum p̃ſpicacius facturi ſumus ſermonem, ſatis eſt hic numerũ explicuiſſe. Adhibetur tamen ſecunda cõcluſio, quæ ſuperioris corollarium eſt Nõ eodem modo ſpecies iſtæ legum differũt, æternæ enim differt ac cęteris tribus, q̃ ipſa fons illarum eſt & origo, nõ vtique lata, ſed ferens, nõ impreſſa, ſed imprimens, non deniq. alterius participatio, ſed lux, cuius aliæ ſũt participationes. Reliquę vero inter ſe hoc diſtant, quod lex naturalis, eſt impreſſio facta in ipſa creatiõe naturę, lex vero humana, eſt regula ab homine, poſita p̃ facultatẽ ſibi diuinitus collatam, lex uero diuina, eſt lumen infuſum homini, quam ideo Hieremias vocat legem ſcriptam in cordibus. Igitur quamuis lex æterna, diuina etiam ſit, differt tamen a diuina poſitiua, quod illa in Deo ab æterno exiſtit, hæc vero in nobis ex tempore.
Secunda conclu.

Reſpõſio ergo primi argumenti ex his quę dicta sũt facile colligitur. Etenim q̃a ius pro eo quod eſt iuſtum, æqtas illa eſt, quæ in temporarijs rebus conſtituitur, nullum eſt ius hoc modo æternum, licet ſit lex æterna. Iuſtum autem hoc aut cõſtituitur a rerũ ipſa natura, in qua lex naturalis verſatur, vti mutuum aut depoſitum reddere aut conſtituitur a lege poſitiua. Et hoc appẽllat Ariſt. 5. Ethi. iuſtum legale, ſcilicet quod antea nihil referebat, ſed poſtquam poſitum eſt refert. Huc autem legitimum iuſtum aut a lege humana inſtituitur aut a diuina, de qua neq. Iſidorus initio Decretorum, neq. ius ciuile meminit. Et ideo non dignoſcunt niſi ius naturale & humanum, quod in ius gentium & ciuile ſubſecatur. Ad ſecundum reſpõdetur, legem ſomitis non eſſe proprie legem, ut quæ ſua pte natura rationi non ſubditur, neque eſt in mente ſed in membris. Dicitur autem per metaphoram lex, quia inclinat in ſenſualia obiecta, de qua articulo tertio latiꝰ.
Ad primum argumentum.
Ad ſecundum argum.

ARTICVLVS. II.

Vtrum lex æterna ſit ſumma ratio in Deo exiſtens.

Reſtat ergo ad ſingulas legis ſpecies deſcendere. Et primo in hoc ſecũdo articulo exponitur æterne ſubſtantiã
Lex æterna.

ſtātia & natura, an videlicet ſit rō ſumma in Deo exiſtēs. Arguitur ergo, primis, nullam eſſe legem æterna. Lex enim illis ponitur, quibus promulgatus, nulli autem æterni fuere homines, quibus aut ponere tur, aut promulgaretur, ergo.

Argu. 1. a parte negatiua.

Præterea lex imporrat ordinē in finem nihil āternū ordinari pōt in finē, quia referri nequit in aliud, ergo nulla eſt lex ęterna. Tertio arguitur, nō exiſtere ī Deo. Si lex ulla æterna ē in Deo, idē eſt ꝙ rerū rō, rōnes autem in ipſo nō una, ſed plures ſunt, dicenti li. 83. q Aug. ꝙ Deus ſingula feci proprius rōnib ergo lex æterna non eſt una. Vel negādū eſt idē eſſe in Deo ꝙ rō. In cōtrariū & Aug li. 1. de lib. arb. ubi ait, lex quæ sūma rō noīat, nō pōt cuipiā intelligēti nō incōmutabilis æternaq. uideri, cui ſemper obtēperandū eſt, æternū aūt & incommutabile in ſolo Deo exiſtit.

Argu. 2.

Auguſt.

Ad iſtā qōnē hac unica cōclōne rndeē, quā Aug modo citatus affirmat. Scilicet æternā legē, eſſe rōnē ſummā in Deo exiſtentem. Eandē quippe S. Th. 2. 2. q. 93. lucidē, ut pleraq oīa, hoc pacto demōſtrat. Deos ut auctorē primus omniū, ita, & uniuerſorū ſumus gubernator in artifice aūt neceſſariū eſt rōnem ordinis rerū faciēda rū præformari, quæ ars ſeu exēplar eſt, & ī gubernatore rōnē quoq. præexiſtere eorū quæ agenda ſunt, quæ ſit ueluti oīū regula & norma, ergo in Deo neceſſe ē & rerū oīum creandarū faciendarūq. ſapiētiā extare & omniū ēt gubernandarū regulam. Atqui ut ſapiētiæ rō, qua cuncta creat, rē nomenq. hēt artis & exēplaris & id earum ita & eiuſdē ſapiētiæ rō quæ cuncta ī ſuos debitos fines ordinat, diſponi promouet, rōnē legis obtinet. Igit cū lex (ut ſupra dictū eſt) nihil aliud ſit q̄ dictamē rōne practicæ ī Principe quia cūcta ſibi ſubdita gubernat, ſit ut lex æterna in Deo nihil aliud ſit, q̄ ſempiterna rō ſuæ ſapiētiæ, qua mūdi uniuerſiatē legit. Etenim uti ſua ſubſtātia & natura, ſic, & q̄cq̄d attributorū ī ipſo exiſtit ęternum eſt, ut ipſa de ſe ſapientia Prou. 8. prędicat. Ab ęterno ordinata sū, & ex antiquis antequā terrāfieret, &c. uſq. adeo hæc fuit ſemper cōclō, lumine ēt naturali reſplēdēs, vt ipſis ēt Philoſophis in notuerit vñ Cicero lib. 2. de legib. Hanc, inquit, uideo ſapiētiſſimorū eſſe ſniam, le

Concl̄o rñſiua.

Elegans ratio S. Th. ꝙ concluſione.

Cicero.

gē neq. hominū ingeniū excogitatā, neq. ſcitum eſſe aliq̄d populorum, ſed æternū quiddā, ꝙ uniuerſum mundū regeret, imperandi prohibendiq. ſapientia. Ita principe legē illā, & ultimā mentē eſſe dicebant oīa rōne aut cogentis aut uetantis Dei, ex quauilla lex (nālem adnotat) q̄ Dij humano generi dederunt, recte eſt laudata. Hęc ille. Ex hac conclōne fit cōſequēs nō conuerti legē ęternā ac diuinā, q̄ uocant poſitiuā, ut articulo proximo expoſitū reliquimus. Qualis fuit tam Moyſi q̄ Euāgelica.

Dedu. ctio.

Ad primū igitur arg. rndetur, rōnē illā, quæ lex eſt, ab æterno extitiſſe in Deo, ſola ſ. rōne ab eius ſubſtātia differentē, qua futura cuncta, ut ſibi p̄ſentia inſpectabat. Etenim ut ad Ro. 4. Apoſt auctor eſt, uocat ea quæ nō ſunt tanq̄ ea quæ ſunt. Promulgatio aūt eius & uerbo præcellenti ordine, & ſcripto fit. At qm̄ promulgatio, & loquutionē denotat promulgantis, & ſubditorū auditū nō prioris æterna fuit, nēpe diuinū uerbū expreſſa mētis cōceptione gentiū, & liber uitæ ſempiterna quoq mēte cōſcriptus. Rō uero poſterioris eſſe nequiuit niſi p talis, nā æternus nemo fuit q audiret. Cępit ergo lex illa innoteſcere in mundi primordio per legē naturalem, & antiquia patribus præſcriptā, ac deniq. nobis per Euangelicā quam Verbū ipsū, homo factū, nobis p̄mulgauit. Ex hoc fit cō ſequēs, legē ęternā ſolis poſt Angelos hominib. eiſdemq. uniuerſis eſſe notā, illis, ſ. fœlicibus cœlicolis per eſſentiā, quā facie ad faciem intuentur, nobis āt per irradiationē, ſicuti ſol uī in aula, eandemq. plus minuſue ſuſceptā. Nūlli n. mortalium exiſtunt quib. non cognitio quæpiā ueritatis effulgeat, ueritas autē oīs (ut libro de uera relig. auctor eſt Aug.) irradiatio quædam eſt & participatio legis æternæ, omnibus ergo eſt, licet gradibus inequalibus, nota. Et per hæc cōcordia cōciliatur inter illud Pauli. 1. ad Corin. 2. Quæ ſunt Dei nemo nouit niſi ſpūs Dei, atq. alterū ad Rom. 1. Inuiſibilia Dei per ea quę facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Diuinorum n cognitio in ſeipſis ſoli Deo propria eſt & beatis quibus ipſe p̄ſens refulget, nobis autem eandem donatur eternam legem per eſſectus conſpicere. Nemo autē præter ipſum pōt ea cōprehendere. Quare de iſto com-

Ad primū arg.

Corollarium.

Auguſt. Conciliantur duo. Pauli loca.

prehēsario iudicio loquebatur eodē libro de uera relig Aug. ubi aiebat, Lex æterna est de qua homines iudicare non possunt. Sunt. n. iudicia eius (vt ait Paulus) incomprehensibilis abyssus. Ad scd̄m aūt principale argm̄ rn̄detur nō esse legi necessariū in finē alium referri, sed vt per ipsam subditi referantur in finem. Lex ergo æterna non refertur, sed per ipsam Deus cuncta quæ fecit in seipsum refert, qui est A. & O principium & finis Ad tertium deniq. respondetur ꝙ sicut in Deo ars factibiliū ratione differt ab æterna lege, qua agibilia gubernantur, sic & rōnes rerum quæ sunt ideæ hoc est exēplares formæ, quas diuina mēs cōtuetur in rerum fabrica, ab eadem æterna lege rationē differunt. Est ergo lex una, rōnes uero iste de quibus Aug loquebatur, tot quot sunt rerum species. Differunt. n. rōne in ordine ad ipsarū effectus.

Ad secūdum.

Ad tertium.

ARTICVLVS III.

Vtrum leges uniuersę ab æterna promanēt.

Prima rō ad ꝑtē negatiuam.

Paulus.

Esaias.

Secūda ratio.

Satisfi. qōniagitatę unica cōclusione.

August.

Consequitur hoc tertio articulo, vt uideamus utrum leges reliquæ omnes ex hoc fonte luminum deriuetur, & arguitur a parte negatiua. Est lex formitis quā (vt supra audiuimus) ait Paul. repugnare legi Dei, suntq. & iniquæ hominum leges de quibus Esai. 10. Væ qui condunt leges, iniquas. Leges āt legi æternę aduersantes, atque ab illa deflexæ nequeunt ab illa deriuari ergo non omnis lex ab æterna deriuatur. Scd̄o arguitur. Leges humanę (vt 1 deliber. arb. auctor est Aug) multa permittunt quæ æterna lege prohibentur, vt meretricia & mendacia, ergo eiusmodi leges nō possūt ab illa emanare. In cōtrariū autē est illud Prouerb. 8. Per me Reges regnant, & legū conditores iusta arcernunt.

Ad qōnē, hac uerissima eademq. lumine naturali cōpertissima cōclusione rn̄detur. Oīs in uniuersum lex præter, æternā, qua rōne iusti quippiā cōtinet, ab illa æterna deriuatur. Assertio est Aug. eod. lib. 1. de liber. arb. ubi ait, Nihil est iustum ac legitimū qd̄ nō ex ęterna lege homines deriuatur. Atqui natiuam huius caussam partim superiori quęstione articulo de legislatoribus attigimus, & nūc emunctius exprimamus oportet. Est. n. ordo in natura caussarum ita dispositus ut inferiores non nisi superiorū uirtute admotæ moueāt. Vnde (vt 8. Phisic. auctor est Aristo.) necesse est primum motorem cōficeri a quo inferiores reliqui depēdeant Si enim primus nō moueret, reliqui neutiquam mouere valerent. Eunde ordinem & 1. Ethi. inter aries ostendit. Illam quę maxime est architectonica reliquis ueluti Princeps imperat, igit̄ in legib. quibus mundus gubernatur, idē est ordo meditandus & confitendus. Nēpe ut orum sit una suprema q̄ caput earū sit & origo. Hanc āt appellamus (ut ipsa est) æternam. Quod si scisciteris an eo præcisè dicatur æterna, ꝙ neque initium habuit, neq. habitura sit finem? Respondetur nō idcirco solum, uerū ob hoc maxime ꝙ nulla sit rōne mutabilis, nec ulli uarietati subiecta, sed sicut in naturalib. primus motor, qui immobilis est, caussa est motuum sub se lōge differentium, sic lex æterna, immota persistens, caussa est vt mortaliū leges, eorum uariabili cōditione mutata, permutentur. Ipsa, n. uniformis ac maxime una iussit vt natura integra, oīa essent communia corrupta uero, īter diuersos dominos distribuerentur Quo fit ut lex hęc a nulla sit alia deriuata, nec uero a seipsa, talis n. assertio secū pugnaret. Quod si qs arguat contra, non omnem legem ab illa deduci, nam lex diuina puta Euangelica nō apparet quomodo inde descēdat, cum non uideantur esse duæ Iā proximo articulo responsum est, diuinam positiuam, esse effectum ac participationē illius æternę. Ob id. n dicitur positiua, ꝙ posita est nobis, hoc differens a naturali, quæ eiusdem æternę est etiam participatio, qd̄ naturalis ordinat nos proxime ad finem naturalē, diuina uero ad supernaturalem, ut paulo inferius euidentius fiet.

Aristot. Rō conclusiōis.

Quæstio Rn̄o si.

Obiectio.

Soluto.

Ad primū arg.

Ad primum igitur arg de lege fomitis quam Pau. existere in membris ait, legisq. mentis repugnare, iam supra diximus existere in ipsis, nō tāquam in regulante, sed tanquā in subiectis naturali appetitus inclinationi. Quę dicit̄ lex fomitis seu fomes ex priuatione iustitiæ originalis derelictus, qui quidem nihil aliud est q̄ sensualitatis pondus Bifariā namq. inclinatio aliqua dr̄ lex. Vno modo inquantū per ipsā

directe

directe legifer promouet subditos in finē honestum, atq; altero modo inquantum in pęnam eos destituit permittitq; naturæ impetu ferri. Vnde ille sēsualitatis insultus in sua obiecta, quæ brutis animalib. esset naturalis, lex nempe naturæ suæ consonans, hominibus est obliquitas ac deflexio naturæ suæ quatenus est rōnalis, cui quidem rationi motus ille recalcitrat. Et quia per iustitiam originalem idem sensualis appetitus quasi fra no continebatur, ne a rōne exorbitaret, & eādem iustitiam homo per pctm̄ amisit, ac subinde à Deo destitutus est dr̄ inclinatio illa, fomes ac fauilla ignei peccati, atq; adeo distorta lex per quam similis bestijs factus est homo, sm̄ illud Psalmi, Hō cum in honore esset nō intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, hoc est sensuali legi subiectus, quæ illi cum bestijs cōis est. Vt ergo ad argm̄ adaptetur rn̄sio, distinguitur prior præmissa. Conceditur inquam fomitem peccati esse legē, non directe inclinantē in verum bonum, sed in id quod est sensuale bonum, hoc est, quod est delectabile, aut vtile. Et pariter distinguitur cum subsumitur, non deriuari a lege æterna, fatemur id inquam quatenus a rōne deuiat, negatur uero quatenus inclinat in bonū qđ piam. s. sensuale. Ac præcipue qua ratione est pęna peccati, nam intētio Dei fuit per illam desertionem liberi nostri arbitrij punire pctm̄ Adæ. Ad sm̄ eodem prope mō rn̄detur. Legis. n. iniquæ quatenus a ratione declinant (vt 2. de legibus, ait Cicero) non modo leges habendæ non sunt, sed nec appellandæ quidem. Quare hac ratione ab æterna non emanant. At uero quatenus nōnihil similitudinis legis retinent, videlicet inquātum potestatem imperandi designant quodammodo influxus sunt diuinæ potestatis. Nam (vt ait Paulus) Omnis potestas a Domino Deo est. Vnde, vt q. 6. & latius li. 3. q. 4. innotescet. Et potestas infidelium principum a Deo deriuat̄ iuxta verbum Christi ad Pilatum. Non haberes aduersum me potestatem vllam, nisi tibi datum esset desuper. Ad tertium deniq; respondetur, ꝙ lex humana quæ malum permitteret approbando vt bonum, vt illa quæ fornicationem pronuntiaret esse bonam, nequaquam ab æterna deflueret. Illa autem quę impune eam permisit, quia omnia non potest coercere flagitia, in hoc quod non conatur ad id quod perficere nequit, recta ac prudens est, atque ideo a lege æterna descendit, licet eam tanquam debilior perfecte non adæquet.

Ad secūdum.

Ad tertium.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum creata cuncta, tam necessaria quam contingentia æternæ subijciantur legi.

SVbsequitur ut quarto huius quęstionis articulo exploremus an tota creaturarum uniuersitas subdita sit æternæ legi. Et quidem de affirmatiua conclusione non solum sacrosancta fides, uerum, nec ratio physica ambigere sinit. Vt enim Domini est terra & plenitudo eius, quantum ad creationem, sic & quantum ad gubernationem (vt ait ipsa Sapientia) attingit a fine vsq; ad finem, & disponit oīa sua uiter Et c. 14. Tu pater gubernas oīa prouidentia. Vnde non modo Iob eos irridet, qui Deum negabant nostra curare, sed aiebant inter cardines cœli continri, verum & Cicero initio de Natura Deorum vehementer eosdem obiurgat Philosophos neque eos suo noīe dignos censet. Nam si diuinam prouidentiam de medio sustuleris nulla in nobis inesse pōt erga Deum amicitia, pietas, sanctitas, aut religio. Ad interrogata, hęc qō est, vt quorundam dubietates explanemus. Sunt aūt tria hæc de quib. dubitatur, s. necessaria, contingentia, & humana, nimirum homine superiora, eodēq; inferiora, & sua ipsius opera. Arguitur ergo quòd necessaria non subsint æternę legi. Lex omnibus imponitur, vt a malis cohibiti recta incedant, ac subinde reliquas res humilioris ordinis, ut tramitem quoq; naturæ suæ non deserant, necessaria autem, cum impossibile sit aliter se habere, nequeunt a natura sua declinare, aut deficere, atque adeo nulla indigent cohibitione, ergo legi æternæ non subijciuntur. Et secundo arguitur. Diuina non sunt subiecta eidem legi videlicet neque personæ diuinæ, nec a tributa, quia vbi est summa æqualitas, nulla esse potest subiectio, ergo nō omnia necessaria subduntur eidem legi. Tertio arguitur, quòd neque omnia contingētia mutabilia & caduca homine inferiora supponantur eidem legi Lex nō ponitur (vt supra uisum est) nisi quibus promulgatur, reb. autem rationis expertibus

Cicero. Rō per moræ q̄stionis Triplex genus rerū, quæ in pręsentē veniunt q̄stionem

Primū argum.

Secūdū argum.

tertium philosophus.

nulla valet promulgari lex quippe quã cognoſcere nequeunt, immo neq; legi parere pñt. Nã vt auctor eſt 1. Ethi. Philoſophus, ea quæ legi patent, ratione participant, ergo illa nulli ſubſternuntur legi. Quarto ad idem arguitur eiuſmodi contingentia ſæpe a ſua deficiunt regula, vt patet in monſtris naturæ, & in fortuitis caſibus, ergo nõ oĩa eadem gubernãtur lege. Quinto arguitur de humanis nr̃is actionib. Hoĩes. n. aut iuſti ſunt apud Deum aut iniqui. Iuſti aũt quia filij Dei ſunt. ſpũ Dei aguntur (vt patet ad Ro. 4.) & vt legitur ad Galatas 5. qui ſpũ Dei aguntur nõ ſunt ſub lege, iniquos vero prudentia carnis exercet, quæ (vt eodem loco ad Rom. ſubditur) cum inimica ſit Deo legi eius nõ eſt ſubiecta, nulla ergo reſtat mortalium ſors quæ ſubdita ſit æternæ legi. Sexto deniq; arguit̃ lex æternæ (vt li. 1. de lib. arb. ait Aug.) eſt illa qua mali, miſeriam, boni aũt vitã beatam merent̃, beati aũt & dãnati exẽpti ſunt ab ſtatu merẽdi ac demerendi, ergo non ſubiacent æternæ legi. Ex quo conſequens apparet, ut nullus angelorum ſubiectus eidẽ ſit, ſiquidẽ nullus eſt, niſi aut beatus, aut damnatus. In cõtrariũ aũt eſt illud Heſter 13. Dñe Rex omnipotens in ditione tua cuncta ſunt poſita & non eſt, qui poſſit tuæ reſiſtere uoluntati. Vnde Aug. 9. de ciu. Dei nullo modo aliq̃d legib. ſummi Creatoris ordinationiq; ſubtrahit̃, a quo pax uniuerſitatis adminiſtrat̃

Quarta ratio.

Quinta. Paulus.

Sexta ratio.

Auguſt.

Ad quæſtionem hanc tribus concl. ſecũdum dubitatorum numerum rñdetur. Prima eſt, cuncta neceſſaria præter Deum eiuſque attributa, ęternæ legi, ſubiecta ſunt. Cõcluſio fidei nr̃æ documentis ſatis comperta eſt, atq; eiuſdem ſapientiæ præconio Prou. 8. Qñ præparabat cęlos aderam qñ certa lege & gyro vallabat abyſſos, qñ æthera formabat ſurſũ, & librabat fontes aquarũ &c. Vbi neceſſaria, nempe elementa & cęli legis æternæ diſpoſitioni ſubiungant̃r, ſed tñ & natura magiſtra id Ariſt. 2. Metaph. 4 & li. 5. perſcrutatus eſt. Vbi ait æternorum eſſe cauſſam. Et 12. Metaph tex. 24. ubi ait primam cauſſam eſſe oĩum cauſſam. Et 8. Phyſi. ubi unum ſummumq; motorem cõſtituit ex quo oĩa pendent, non ſolũ in mouendo, & operando, uerum in eſſendo. Neceſſaria. n. non idcirco talia cenſenda ſunt, q̃ cauſſam non habeant, ſed q̃ natura ſua ſic procedunt ex neceſſaria cauſſam, ut ſint prorſus per naturã incorruptibilia, ueluti angeli & cęli. Exemplũ Ariſ. profert in ſciẽtijs. Huius. n. q̃ eſt hominem eſſe reſibilem cauſſa exiſtit, q̃ eſt animal rationale, etſi tã neceſſarius ſit effectus, q̃ cauſſa. Et ſicut ſe habet res ad eſſe (ait ibidem) ſic ad ueritatem. Hæc gratia interpretandi Ariſt. dixerim, qui cum opinatus fuerit cęlum atq; intelligentias, immo uero mundum ab æterno fuiſſe, ſunt qui intelligere nequeãt qũo quãtum ad eſſe primo motori ſubijcianť. Nam ſcđm fidem Deum cõfitentem creatorem cęli & terræ, peruium eſt, quo pacto eius gubernatui cuncta obtemperent naturalia, & cęlorum elementorumq; motus, q̃ ſic manu oĩa tenet ac diſpenſat, vt ſi dimitteret, in nihilum abirent cũcta. Sed arguis contra, ueritates perpetuæ, ut hoĩem, eſſe animal rationale, quatuor & tria eſſe ſeptẽ quæ ait Aug. antequam fieret mundus, uera fuiſſe, non ſubduntur æternæ legi, ergo conclu. non eſt uniuerſalis. Probatur antecedens, per nullam potentiam autvera eſſe cęperunt, aut deſin. re eſſe uera pñt, ergo non reguntur illa lege. Rñdetur Primum, in hoc ſunt a Deo dependentia, q̃ exiſtere in rerum natura cæperunt per diuinã creationem, & per annihilationem poſſunt eſſe hoc exiſtentię amittere. nã q̃tũ ad hmõi exiſtentium re uera creatura ſunt. Attñ q̃tũ ad perpetuã veritatẽ, quæ dicit cõnexionem indiſſolubilem prædicati ad ſubiectũ ea preciſa rõne procedũt ab æterna ueritate qua radius luminis perpetui à perpetua luce ueluti hoĩem eſſe riſibilem, germen illius eſt qđ eſt eſſe rõnalem excepimus aũt Deum ac diuina ab hac ſubiectione ęternę legis p̃p rõnem ſupra factam, qa vbi nihil excogitari põt inæqualitatis, neq; cõminiſci quid q̃ poſſumus ſubiectionis. Quare filius & ſi a patre procedat, nullatenus ei ſubditur, niſi in q̃tum hõ, quia. ſ. rõne minor eſt pfe. Vnde 1. ad Co. 1. Pau. ſubiectus erit Deo pri, cum tradiderit ei regnum. Quod ſi quis de uolũtate pariter diuina argumẽtet. Quidquid eſt rõnabile rationi ſubdit̃, uoluntas diuina eſt rõnabilis, lex ãt eius eſt ſumma rõ, ut dictũ eſt ergo uoluntas eius eidẽ rõni ſubdit̃. Perductæ S Tho. rñdit de diuina uoluntate bifariam nos loqui uno mõ ſm̃ ſuam, in qua ſubſiſtit naturã & ſic non tã proprie rõnabilis, q̃ ipſa rõ per eſſẽtiam, rõnabile. n. participationem dicit rõnis altero mõ, q̃tum ad illa quæ circa nos diſponit & in ordine ad tales effectus conceditur

Prima concl. rñſiua. Prima probatio cõcl.

Ariſt.

obiectio

Solutio.

Nihil diuinũ ſub eſt æternæ legi, cum nõ ſit ibi aliqua inæqualitas

Obiectio ſecunda.

Solutio S. Tho.

ceditur esse rōnabilis, quia cuncta ſm suā rōnem ordine dispensat & administrat. Secunda conclusio, oēs creaturę irrōnales insensibilesque & uitæ expertes, quæ continuo mutabilitatis fluxuorium & occidūt, æterna Dei lege agunt. Hanc S. Th. dilucidat per intercapidinem inter humanā diuinamq. legem, quam sic expositā accipito. Creaturæ irrationales, qa non agunt per cognitionē finis, nequaq̄ se in ipsū mouēt sed appulsæ aguntur ab alio. Quapp cum homo legē subditis non ponat nisi regulā eorum mētib. sigillando, perq̄ se moueāt, fit ut eius leges non se extendāt nisi ad homines rōnis participes. Cętera vero humanis actionib. suis mouet & gubernat, nēpe fræno & calcarib. & reliqua inanima, per alia instr̄a. Ridiculus n. esset qui iumentis legē præscribere qñ & qūo debeant comedere, dormire, arare, currere &c. At multo magis stupidus, qui herbis crescere imperaret, aut arborib. fructus ferre aut lapidi quo se pacto in ædificio collocaret. Tū etsi circures aīantes, ut canes & simiæ. soleant instar quadā tenus legis ad iocos assuefieri, Deus aūt non solum regulā tā rōnali, q̄ intellectuali creaturę mēte imprimit, qua se moueant, verum & toti rerum uniuersitati suos indidit appulsus & instinctus, qb. agantur in suos singulorū fines, ut api ad mellificium, hirundini ad struendū nidū, & terræ proferendi fruges, & reliquis suas pariter virtutes agendi. De quo rerum omnium instinctu & virtute intelligitur illud Psal. Præceptum posuit & non p̄teribit. Ex quo fit, Deum non oīa parimodo administrare ac disponere, sed actiones hoīum, & angelorum per regulas quib. se in finē moueant, reliqua uero per uirtutes & instinctus quib. mouentur. In quib. & homines cōnumerandi sunt quātum ad nāles actiones, ut sunt nutritio & augmentatio & similes. Tertia conclō. Actiones humanæ, videlicet liberæ, oēs subijciuntur legi ęternę, ac longe melius, ac perfectius sub eius ordine comprehenduntur, quam reliquo delectionis ordinis. Conclō hæc patientior est, quam præcedentes. Actiones n. humanæ sunt quæ ex cognitione finis prodeunt, in ipsumq. referuntur ex utraq; autem parte .s. tam cognitionis quam appulsus, substernunt æternæ legi, ergo p̄fectius quam aliis illi subdunt. Probat̄ scd̄a pręmissa. Veritas oīs (ut sup. dicebamus) participatio q̄dā est veritatis sēpiternæ, diuinę, ac subinde, quæcunq cognitio finis. Præterea sicuti cęteris reb. ad suos fines, sic hoī imò p̄stātius indita est a natura q opus Dei est, inclinatio q̄dā & pondus ad id q legi æternę cōsonat. Sumus. n (vt 2. Eth. Arist. docuit.) ad uirtutes nati hoc inquam natiuū est rōnali creature, ut ſm rōnem uiuat. ergo tam ſm cognitionem, quam ſm propensionem in bonū, liberis motib. necessarias, actiones humanæ substratæ sunt æternæ legi. Est tñ discrimen inter iustos atq iniquos, q in malis ac prauis vtrunq. principiū corruptū ac deprauatū est. Nā & sydus agnitionis nālis terrenis affectib. tenebresci, & nālis affectio boni corruptis habitib. obteritur ac debilitatur. Tametsi neutrū prorsus extinguatur. In bonis āt ac iustis, cū nemo hoc noīe, nisi qui in gr̄a Dei agit, dignus sit utrunq augetur ac vegetatur. Nam & nāli lumini adhibetur fidei radius, & nāli inclinationi spāle Dei auxilium. Quo fit ut quātum ad actionē longe perfectius ac excellentius iusti subiiciantur æternę legi quam iniusti. Cōsiderate hoc tñ S. Th. adnotauit. q quanto deficiētus atq imperfectius per actionē se summittunt imperatrici legi æternæ, tanto per passionē atrocius subiecti sūt eidē ultrici. Nā q̄tū facere omiserūt in meritis, tm̄ in tormētis patiūtur acerbius. Vñ Augu. libe. de catechizandis rudibus, Deus, inqt ex iusta miseria animarū se deserentium conuenientissimis legib. inferiores partes creaturæ suæ nouit ordinare.

Ad primū arg rñdet̄ q etsi necessaria aliter p naturā se hr̄e nequeāt, tñ & producta sunt & annihilari a Deo pñt. Præterea & q a sua natura neq deficere, neq. deuiare possint, cohibitio est & coerctio legis æternæ, eademq. multo uehementior q̄ cohibitio uoluntatis humanæ, quę a tali lege exorbitare solet. Secundi āt conclō cōcedi tur, nēpe in diuinis nihil esse subiectū legi, sed cūcta esse eādē per essentiā legē. Ad tertiū rñdet̄ q brutis & insensibilib. reb. q̄tū ad sua nālia opera pmulgatur lex æterna per sigillationē instinctum & virtutum ad agēdum, sicuti nobis pmulgatur lex nālis per consignationē luminis mētib nr̄is: Sed tñ quantum ad earundē rerum usus hoīb. posita est lex, qua debēt illi uti. Et per hoc respōdetur ad scd̄am partē eiusdē argumēti. Nā etsi creaturę irrōnales rōnē humanā nō participent, ut possint humanis legib.

Secūda conclō S. Th.

Aperiturratio S. Tho.

Psal. 48.

Tertia conclō.

Probō.

Altera ratio.

Aristo.

Aliter probi at q un pbi sunt subiugo legis æternæ.

S. Tho.

August.

Ad primū arg.

Ad secūdum.

Ad tertium.

obtemperare participant tamẽ rationem diuinam quæ latius patet. Vnde sicuti mẽbra dominio despotico obediunt, animæ ut auctor est in Poli. Aristo. sic res irrationales obediunt Deo. Hoc tameu uerũ est, quod quia non sunt per se rõnis cõpotes, instinctus illis impressi nõ habent propriã naturam legis uelut in nobis lex nãlis. Ad quartum respondetur, quod nec monstra neq. casualia præter ordinem diuinæ regulæ accidunt, sed dicitur mõstrum respectu causſæ particularis quærem integram intendebat, & casuale respectu hominis, cui præter intentionẽ imprudenti ac nesciẽti contingit, diuinę ãt rõni causſæ ipsæ monstrorum & casualium prospectæ sunt. Quare Deo nihil est casuale nec fortuitũ. Ad quintũ ãt iam responsum est hoĩum tam iustorũ quã iniquorum actiones diuinæ legi subditas esse. Q. f. aut adducitus Qui spiritu Dei aguntur, eos non esse sub lege, in hoc sensu legendũ est, q legis pondere nõ præmuntur, quia nõ seruil, sed filiali timore legis dicto audientes sunt, atq. adeo Spiritus sancti ductu potius quã legis coactu uiuunt, quasi a legis liberi. Vnde illud, Iusto non est lex posita, & illud 2 Cor. 3. ubi spiritus Domini, ibi libertas. Ad aliud aũt de carnis prudentia itidem concessum est iniquos, quantum ad actiones, non subiici diuinæ legi imperanti, recidere, tñ per passiones in eandem uindicantem. Ad sextũ demũ respondetur q cum eisdẽ causſis res & moueantur in fine & ipso conseruentur consequens fit ut non modo in hac militãtium vita, verum & in alia omnes sub eadem diuina lege degant, nepe dum beati seu hoĩes consideres seu angelos illos sempiterna fælicitate diuina ordinatione perfruantur, damnati vero tam dęmones quã homines in illis carceribus ordinationem diuinæ iustitiæ perpessi duerunt.

Aristot.

Adquartum.

Adquintum.

Ad postremũ argum.

QVÆSTIO IV.

DE LEGE NATVRÆ.

S. Thom. 1. 2. quæstio. 49.

ARTICVLVS I.

Vtrum lex naturalis sit habitus in nobis existens.

POst legem æternam consequitur ut de aliis quæ ab illa deriuantur dicamus. Et primum hac quæstione quarta de lege naturę Atq. hoc primo articulo de essẽ substantia, an sit habitus nobis inhærens. Arguitur ergo cõtra id q supponitur, Lex æterna f.m Aug. li. 1. de l. b. ar. b. est, qua iustum est, vt omnia sint ordinatissima, ergo per illam satis homo, abundeq. gubernatur, cum ergo natura in superfluis non redundet, non opus est nobis alia lege præter æterna, Secundo arguitur, Homo aliter in suum finem tendit q bruta, ut pote qui se in finem libere mouet per eius cognitionem rationis ductu, bruta autẽ nulla se ratione aguat, sed aguntur naturali instinctu, ergo homo non mouetur lege naturę, sed rãtum bruta. A parte autem affirmatiua quæsiti arguitur, tertio quod sit habitus. Tria (ut 2. Ethic auctor est Philosophi) sunt in anima nostra s. potentia, habitus, & passio, lex autem naturalis neq. potentia est, neque passio, ut liquido constat, quia tam potentia quam passio indifferẽs ad contraria est, s. ad bonum & malum, lex uero dictamen boni est ergo est habitus. In contrarium autem est quod ut supra quęstione prima ostendebamus, lex est rationis dictamen, quod sonat actum, videlicet hoc aut illud faciendum est.

Primũ arg. ptis negat.

Secũdũ.

Tertiũ.

Ad quæstionem hanc tribus conclusionib. respondetur. Prima, Lex naturalis in mentib. nris insculpta est, & impressa. Probatur, Lex quæ (ut dictum est) regula existit & norma actionum nostrarum, duplex (ut dicebamus) habet subiectum Inest. n. & in regulante, & in regulato, in altero tãquam mouente & in altero tanquam moto, actiones autem humanę, ut proxima quæstione definitum est, subduntur legi æternæ, ergo Deus, qui cuncta suauiter disponit, ueluti naturę auctor impressit mentib. nostris lumen, per quod legem eius ęternam participantes actiones nostras ad debitum finem quo sponte natura feruntur, dirigeremus. De quo lumine Dauid interrogantibus, quis ostendit nobis bona, ad Deum conuersus, respondet. Signatum est super nos lumen uultus tui. Dicitur. n. significantissime Dei uultus lumen sue sapientię & rationis facies, per quam sicuti homo de vultu cognoscitur. Hęc autem naturalis impressio appellatur lex naturalis, f.m illud Pauli ad Rom. 2. Gentes quæ legem non habent naturaliter quæ legis sunt faciunt Vbi glo. si non habent legem scriptam habent tamẽ legem nãlem qua

Prima conclõ. Suadetur conclusio.

Psal. 90.

qua quilibet intelligit,& conſcius eſt quid ſit bonū & quid malum. Secunda cōcluſio. Lex naturalis neq. potentia neq. paſſio eſt, neque ſecundum ſubſtantiam eſt habitus. Concluſio eſt S. Tho. 1.2.q 94. quam quia rari percipere curāt, rari credunt. Arbitrā tur.n. uulgo recentiores Philoſophi habitus intellectuales eſſe propoſitiones ac iudicia habitualia. ob id quod ex aſſenſibus frequentatis relinquantur habitualis aſſenſus,quibus poſtea efficiantur actuales. Sed reuera Philoſophia hæc non eſt ſyncera, quoniam habitus nō eſt iudicium,ſed qualitas quædam & uirtus eliciendi iudicia. Ex hac ergo ueritate probatur concluſio noſtra. Lex eſt dictamen (ut ſupra dictum eſt) quod ratio de agendis cōſtituit,ut Nō furadum,Non mæchandum &c. Veluti iudicia ſpeculatiua,ſunt etiam opus intellectus,habitus autem(vt diximus)neq. eſt iudicium neq. propoſitio, ſed virtus talia efficiendi,lex ergo non eſt habitus per eſſentiam, ſed dictamen quod formam habet præcepti. Ex quo fit legem naturæ non eſſe idem quod ſyndereſis. Hanc enim idem Doctor ſanctus. 1.par.q.79 docuit eſſe habitum, nempe uirtutem mentis quæ nos inclinat ad aſſentiendum principiis practicis, ſicuti habitus intellectus propenſio & oppulſio ad aſſentiendum principiis ſpeculatiuis. Atque hac ratione ſyndereſis dicitur inſtigare ad bonum & murmurare de malo. In ſumma,ſicuti habitus intellectus nō eſt principiorum collectio,ſed uirtus aſſentiēdi illis ſic neq ſyndereſis eſt lex naturalis,ſed eſt uirtus,aſſentiēdi illis principiis ac dictaminibus practicis, quæ ſunt lex naturalis. Vnde ubicunque legatur ſyndereſis eſſe lex intellectus noſtri, vt eſt apud Baſilium intelligendum eſt non per eſſentiam,ſed quod ſyndereſis eſt habitus continens legem naturæ,quippe cuius uirtute principia illa iudicamus. Hęc in gratiā eorum dixerim qui Phyſicæ meditationi dediti ſunt. Secunda concluſio. Lex naturalis ineſt nobis per modum habitus Probatur. Præcepta naturalia non ſolum actu a ratione conſiderant, dum actu quis præcipit,aut præceptum auſcultat, ſed per modum habitus,hoc eſt,per modum permanentis in abſentia actus. Itaq ſicuti ſcriptura ſacra dicitur fides noſtra,quia eſt collectio eorum omnium quibus per habitū fidei aſſentimus,ita collectio principiorum agendum rerum dicitur habitus,quia uirtute ſyndereſis illis aſſenſum præbemus. Quod ſi queras quidnam eſt hoc quod per modum habitus permanet præter ſyndereſim? Reſpondetur,eſſe ſpecies in memoria derelictas Contra hoc tamen Philoſophiæ ſtudioſus inſurget. Lex naturalis īdita eſt naturæ noſtrę in ipſa eius conceptione,tunc autem nullę ingenerantur ſpecies rerum, ſed illas poſtmodum ſenſuum adminiculo acquirimus Rñdetur propterea legem naturæ dici nobis a natura inditā, & impreſſam, quod apprehenſis terminis bonis & mali illico uirtute ſyndereſis intellectus efformat iudicia hęc dictamina. Bonum eſt amplectendum, & malum repudiandum, ac ſimilia, quę ſ. eiuſdem intellectus lumine innoteſcunt. Quare nulla opus fuit ſpecierum infuſione, ſed illę poſtea nullo negotio acquirantur. Emergit nihilominus argu. aliud contra hanc ſyndereſis impreſſionem. Habitus.n. (vt in lib. de bon. coniu. aucter eſt Auguſtinus eſt quo aliquid agitur cum opus eſt, ſyndereſis autem non eſt huiuſmodi,quoniam paruuli ante uſum rationę, neq. uere damnati vti poſſunt naturalibus principiis. Reſpondetur, Auguſtinum ſolum depromere habitus naturam,ubi non impeditur. Nihilominus quando ratio ligata eſt ut in dormientibus,nequit habitus ſuo fungi munere. De hac autem ſyndereſis, deq habitus intellectus erga principia ſpeculabilia per ſe nota vinci hoc ſępe argumento ſolo,quod non ſint qualitates ab intellectu diſtincte, nam habitus ab hoc adhibentur, ut cum potentiam indifferens fit ad duo contraria, determinetur per eoſdem & coarcetur ad unum Hoc.n. pacto appetitus concupiſcibilis per tēperantiam determinatur ad bonum uirturis, intellectus autem per ſe ipſe determinatus eſt ad illa quę lumina naturali ſunt nota, utpote qui ſuapte natura tales ueritates amplexatur,non ergo opus habet aliqua qualitate ueſtiri, ſed ipſę forſan inclinationes naturales dicuntur inditi habitus. Cui autem oppoſitum probatius fuerit, aliam rationem meditetur Aliā plus iuſto in Methaphyſicam mergimur.

Ad primum igitur argu.rñdetur quod etſi ęterna lege gubernemur,id tñ fit per naturalem,quę participatio illius, eſt ſicuti lux Solis per lumen nos nobis irradiatū illumi-

Secūda concló. S. Tho. Iuniorū placitū.

Probō concluſionis.

Corollarium S. Tho.

Secūda concló. Probō.

Qō inci dens.

Solutio Obie-- ctio.

Reſpon ſio.

Al era obie--- ctio. Auguſt. Solutio.

Ad primum ar gumen. princi-- pale.

illuminat, igitur cum lex naturalis non ſit ex æquo ab æterna diſtincta, ſed eius participatio, nequaquã ſuperfluit. Ad Ad ſecũdum. ſm conceſſo antecedenti, puta quo nos libere, bruta uero naturaliter moueantur, negatur tñ conſequentia, dum infertur hominem nõ moueri lege naturali, nam actionum libertas in aliquo principio naturali fundatur, nihil.n. homo appetit niſi ſub ratione boni nempe illo ſubnixo naturali principio Bonum eſt appetendum. Attamen propoſitio hinc bono ſm rationem, inde altero ſenſuali, libere poteſt quod maluerit alteri præferre. Quin uero (vt proxima quæſtione dicebamus) inde Lex naturali in nobis, præ brutorum inſtinctu legis rationem habet, quod ratione nos ipſi ducimur, illa uero per impetum forinſecus agũtur. Ad ter- Ad tertium. tium reſpondetur quod Ariſt. loco illo Ethic 2 non recenſuit omnia quę inſunt in anima, quia nihil de actu uel intellectus uel uoluntatis, ne uero deſpeciebus memini, ſed totum cõnumerauit principi, quorum uirtute intellectus operatur. Lex autẽ naturalis non eſt talis uirtus, ſed opus ipſum (rationis dictamen quæ modo expoſito per modum habitus ineſt.

ARTICVLVS II.

Vtrũ lex naturalis plura cõtineat præcepta.

COnſequenter articulo ſecundo interrogat S. Th. vtrum lex naturalis plura contineat præcepta. Quem titulum qui oculatiter audierit, ridiculam iudicabit quæſtionem, nam cum Decalogus aliaq. illi multa annexa præcepta a lege naturæ ortum ducant, quiſnam ambigere poterat plurima eſſe præcepta iuris naturalis. At uero S. Th. meditate ubiq. ſm Philoſophiã loquitur. Præcepta.n. illa abſolutè dicũtur legis naturæ quæ illius ſunt propria quatenus, ab humano diuinoq; iure diſtinguitur, nempe illa principia quę nullo indigẽt diſcurſu, ſed per ſe ſunt lumine naturalinota. Illa uidelicet de quib. modo definitum eſt, eſſe noſtræ naturæ congenita. De his Primũ arg. a pte negatiua. ergo nõ eſt uanum quærere ſint ne plura. Argui.n. non eſſe niſi unum. Lex (vt ſupra dictum eſt) in genere præcepti collocatur, ſi ergo plura ſunt præcepti naturæ, plures ſunt eiuſdem leges, cum tamen vulgo nõ ponamus niſi vnam legem naturæ. Secun- Secũdũ. do arguitur Humana natura eſt vna, vna quę humani generis ratio, ergo unicum eſt primum eius præceptum. Quod ſi dixeris præcepta multiplicari ſecundum naturarum numerum ex quibus homo cõſtat, vt aliud ſit eius naturale præceptũ inquantum eſt ens, aliud inquantum animal atq. aliud inquantum homo, tunc inde ſequeretur, ea etiam quæ ex inclinatione concupiſcibilis appetitus nobis coniungunt, ad legem naturæ pertinere, quod cum intra rationis lineam non contineantur, abſurdum videtur. Tertio arguitur contra præ- Tertiũ argum. cepti nomen. Lex nulla obligat niſi quam ratione a ſuperiore edicitur, natura autem nõ eſt nobis ſuperior nec iudex noſter, ſed Deus atq. eius miniſtri homines, ergo lex naturæ, niſi adeſſet diuinum ius aut humanum, nullam haberet uim obligãdi, vt eius tranſgreſſio eſſe peccatum. In contrarium eſt quod perinde ſe habent huiuſmodi præcepta legis naturæ circa principia agibiliũ, vt principia in ſpeculabilibus, ſed hæc ſunt plura, ergo, & illa

Ante quæſtionis huius rñſum, cum iam Duplex genus ꝓpoſitionis ꝑ ſe notæ. præmonitum ſit ſermonem hic haberi de præceptis legis naturæ, non quibuſcunque ſed propriis puta quæ nullo diſcurſu vt ius humanum, nec ſuperiori reuelatione ut diuinum indiget, ſed per ſeipſa nota ſunt ad notandum eſt dupliciter dici propoſitionem per ſe notam, uno modo, ſecundum ſe & altero, relatione ad nos. Illa.n. propoſitio & priori modo per ſe nota, cuius prædicatum eſt de intrinſeca ratione ſubiecti, vt Deus eſt, homo eſt rationalis. Etenim qui naturam ſubiecti penetraret, nullo indigeret medio ut propoſitionis ueritatem deprehenderet. Quoad nos vero tales propoſitiones non ſunt per ſe notæ, qm̃ extremorum naturã non plane percipimus. Vn de iuxta ſn̄am Boetij in lib. de Hebdom. Boetius Quædã ſunt propoſitiones ſimpliciter per ſe notę quippe quarum termini omnibus ſunt patentes, ut omne totũ eſt maius ſua parte. Aliæ vero ſunt per ſe notę ſolis ſapiẽtib qui terminos percipiunt, vt Angelus non eſt circumſcriptus loco. Intelligenti nanq. non eſſe corpus, illico pateſcit nullo circumſcribi loco. Ad propoſitum deſcendendo ſicuti Primum quod rationi ſpeculatiuę offertur, eſtens (hoc.n. de reb uniuerſis primũ percipimus) ſic primum ꝙ ratio Prima conclõ. Suadet cõcluſio ni practicæ de appetibilib. & agibilib offertur, eſt bonum, nam ſicuti primum obiectum intellectus eſt ens, ſic & primũ uoluntatis, eſt bonum. Quare ſapienter Philoſophus

phus Ethicorũ initium abhoc ſumpſit principio. Bonum eſt, ꝙ oĩa appetunt. His præiactis duabus concluſ. ad qõnem rñdetur. Prior eſt, præcepta propria naturalis iuris, hoc eſt prima, per ſe nota principia, ſunt plura. Probatur, principia naturalia (vt no men auribus intonat, ſunt illa quæ natura nobis impreſſit, natura aũt hoĩs ex plurib. partialibus conſtat. Eſt. n. ens, quæ vtiq; natura cõis illi eſt cum uniuerſis reb. Mox eſt cum viuentibus viuens, deinde inter aĩalia animal, ac demum hõ: ergo ſm̃ oẽs hos naturæ gradus peculiaria habet prima præcepta. Exempli gr̃a, quatenus eſt ens, hoc eſt generaliſſimum ei omnium præceptorum. Bonum eſt expetendũ & proſequendum malum ãt reſpuendum ac fugiendũ. Hoc. n. præceptum cunctis mundi reb. cõmune eſt idq; ideo oĩum finis appetibiliũ in quod ſuaſibilia omnia tanq̃ in primũ principium reducuntur, ſicuti in ſpeculabi lib. quodlibet eſſe aut non eſſe, ut 4. Meta. text. 9. auctor eſt Ariſt Mox quia primum naturalium bonorum eſt, eſſe, inde ſtatim cadit particularius aliud principium quod eſt, eſſe proprium cuiq; conſeruãdum eſt. Oĩa. n. appetunt ſe conſeruare ſuisq; contrarijs obſiſtere. Et ratio eſt illa generalis, quia illud eſt cuiq; bonum, hoc vero malũ. Neque alia expetenda eſt cauſa, ſiquidem hoc (vt modo dicebamus) eſt primum principium in quod oẽs appetitiones reſoluũtur. Quicquid. n. homo uel quęuis res mundi appetit, id concupiſcit ſub ratione boni, vel ueri, uel apparentis. Atque hoc utique appetitu hominem, cum ſit omnium perfectiſſimus, quę ſub cœlo ſunt, inferiorem cæteris modo quodam uideo, eo quod ex duabus conſtet diuerſis naturis. Nam res vniuerſæ id ſolum bonum appetunt, quod illis uere eſt bonum, homo uero illud etiã, quod licet ſenſui eſt bonum rationi tamẽ, quæ ſua eſt natura, exiſtit malum.

Deinde deſcendendo deriuatur aliud principium legis naturæ ac præceptum hoĩs inquantum eſt aĩal, quod ad commixtionem maſculi ac fœminæ attinet. Hic. n. exiſtit aĩal. b. peculiaris modus conſeruandi ſpeciem. Nam, etſi in arboribus, ut in Palmis & Lauris quædam deprehẽdatur imago maſculi & fœminæ, atque in herbarum quibuſpiam, tñ ueram maſculei ſeminationem in ſolis animalibus agnouit Pkiloſophia, Ex his demum trahitur aliud principium hoĩs in q̃tum eſt rationalis, qua vtique rõne inclinationem hẽt ad cognitionẽ Dei, ac uirtutis bonum. Ex quo rurſus ei conuenit appetentia ad ſocietatem, & ciuilitatem, unde illud, Id facias alijs ꝙ tibi fieri vis, idq; ne facias, quod non tibi uis fieri. In ſumma generaliſſimum illud, bonum eſt appetendum ac malum repudiandum, in hoĩe fit peculiare legis naturalis principium, ſ. honeſtum uirtutis bonum exoptandum eſt & amplectendum contrariumq; vitiorum malum refellendum, ut ad fœlicitatem perueniatur. Secunda concluſio. Lex naturalis nihilominus eſt una. Probatur, quia vnitas legis a fine deſumit̃, eſt autem horum præceptorum, ut vnum principium, quod eſt ratio, ita & finis vnus & ſcopus, qui (vt dicimus) eſt bonum in genere. Per hæc ergo iura tam Canonica, q̃ Ciuilia innoteſcunt, quæ de iure naturali loquuntur. Iſid. n. (ut hẽ d. 1. can. ius natu.) nihil de generaliſſimo memi.it, quod rebus vniuerſis cõe eſt, ſed de illo tantum ꝙ eſt commune omnium nationum, vt viri & fœminæ coniunctio. Quamuis & hoc certius expreſſit ius ciuile, inſti. de iu. nat. & ff. de iuſt. & iure. ſ. ius naturale eſt, ꝙ natura omnia animalia docuit doctrinam. n. appellat na uralem inſtinctum a natura inditum Alioquin docere proprie, diſcurſum denotat rationis, quod ad ius gẽtium proprie attinet & ad ciuile.

Ad primum igitur arg. rñdetur non eſſe idẽ prorſus præceptum quod lex. Diximus. n. legem eſſe quid uniuerſalius, quare ratione unius finis & principii, plurium præceptorum collectio & ordo pertinent ad unam legem, ſicuti tota ſcriptura ſacra ad unam fidem. Ad ſecundum autem conceditur, inclinationes oẽs ẽt ad petitus ſenſitiui ad legem naturæ pertinere, rõne tñ diuerſa, nam quatenus conſiderantur, nõ vt rationi obedientes, ſed tendentes in ſua ſenſualia obiecta dñr præcepta naturalia ea ratione qua in breuis, ſed quatenus ratione gubernantur, ſunt peculiaria præcepta hoĩs. Ex quo fit, ꝙ in hoĩe, ut duæ sũt naturæ diuerſæ, ſic & duæ leges, ſed quia ſẽſualis ſumitur a gñe animalis quę materialiter ſe habet in hoĩe reſpectu rõnis naturę quæ eſt eius forma, ſpeciẽ conſtituens inde fit ꝙ peccata omnia, quia ſunt rõni contraria, licet ſint ſm̃ ſenſualem naturã, dicãtur ſimpliciter contra naturã hoĩs, vt cap. 4. de diu.

Primũ prĩcipiũ practicũ idemq; gñaleco gruens hoĩ qua tenus eſt

Ariſt.

Scd̃m prĩcipiũ practicũ

Quid ſit cauſæ ut hõ nõ tã tum uerum bonum ſed ſpeciem boni expetat, cũ id in cæteris rebus ſecus euenire cõptum ſit

tertium hoĩs prĩcipium quatenꝰ aĩal ſit.

Poſtremũ arg. peculiare homi nis prĩcipium.

ſecunda concluſ.

Ratio concluſ.

explanãtur aliquamdiu ciuilia & canonica.

Ad primum arg.

Ad ſecũdum.

Ad tertium.

diu. nom. auctor est Dionysius. Ad tertium argu. ꝙ præcipuum est, per distinctionem rñdetur. Enimuero in prauis morib licet re vera connexa sunt ambo, duo tñ considerantur. s. rō mali, & rō culpæ. Et quidem rō naturalis mali, ēt si per impossibilis cognationem loquendo nec Deus esset neq; alius superior, solus ipse peruersus rōnis ordo esset caussa, vt homicidium & furtū & similia essent mala moralia, sicuti claudicatio est malū naturale, quia obliquitas est a gradiendi regula. Attñ ratio culpæ, quæ dicit inimicitiam & supplicij meritum, non intelligitur nisi vbi est superior cui obedire tenemur. Vnde optime definit Aug. peccatum per hoc ꝙ sit contra legem Dei. Responsio ergo argumenti est quod sola quidem natura obligaret vt transgressio esset malā, licet nō culpa ueruntamen quia natura effectus est Dei, lex quæ naturalis deriuatio diuinæ legis ęternæ, fit ut præcepta naturæ obligent, vt transgressio eorum fit non solum malā, sed vera culpa.

ARTICVLVS III.

Vtrum omnes virtutis actus sint de lege naturæ.

DVab. conclu. superioris articuli duos alteros adhibere opera pretium est, vt inspiciamus: tum qualiter ex illis principijs naturalibus virtutes oēs veluti earum conclusiones promanent: tum ēt quo pacto vna sit lex naturæ, eademq; apud oēs. Interrogatur ergo in hoc tertio articulo, Vtrum oēs virtutes sint de lege naturæ? arguitur. n. a parte negatiua. Lex æterna iam supra constituta est origo & fons omnium legum, virtutes autem lege aliqua dirigūtur oēs ergo inde virtutes ortum ducunt, sed lex naturalis alia est quam æterna, ergo actus uirtutum non sunt oēs de lege naturæ, sed de lege æterna. Scd̄o arguit̄, quæ sunt sm̄ naturam cūctis conueniant, quippe cum vna sit oīum natura, uirtutes autē non oēs omnib. congruunt, nam abstinentia & inedia quæ uni est temperantiæ moderatio, in altero qui imbecillior est, eidē aduersat̄ virtuti, ergo non oēs virtutes sunt eiusdem legis germina. Eo vel maximè, ꝙ lex oīs (vt dictum est) in cōe bonum ordinatur virtutes aūt quempiam, vt temperātia non ordinantur, nisi in particularę bonum personæ. Tertio officia quæ sm̄ leges ciuiles fiunt, sunt veræ virtutes: leges autē ciuiles non sunt eadem apud oēs, nam optima quæq; respublica suis peculiarib. legib. communitur, illæ ergo uirtutes non legis naturę, quę una est apud oēs, sed iuris humani sunt. Quarto arguitur. Lex diuina, vt Euangelica, nō descēdit a naturali quippe quæ excelsior est: ergo virtutes illi conformes, ut susceptio baptismi & sacr̄alis cōfessio, neutiquam dici pñt de lege naturæ. Quinto, si uirtutes oēs humanę riuuli essēt ac conclusiones iuris naturæ, consequens protinus fieret cuncta uitia contra naturā esse, sunt aūt quędam, quæ peculiariter censentur contra naturam, non ergo oēs fiunt secundum legem naturæ. In contrarium autem est sn̄ia Damasceni li. 2 ubi ait, uirtutes omnes esse secundum naturam, vitia vero uniuersa contra naturam.

Prima ratio.

secunda ratio.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Damascenus.

Ad eūdem modum quo supra definitū est, leges oēs ab æterna deriuari, eidemque subinde actiones humana subdi, disputamus mō an virtutes oēs humanæ ad normam naturalis legis fiant? Et seruit quęstio hęc ad explicandam radicem distinctionis virtutum de lege naturæ, & de humana, & de diuina. Et ergo hic scd̄m argumentorū exigentiam opus distinctione. Virtus n. & scd̄m eius gñalem rationem ac formā cōsiderari potest, & secundum particulare obiectus. Virtus inq̄ inde habet generalem virtutis formam & nomen opus est scd̄m rōnem. Et iuxta hāc considerationem constituitur hic prima conclusio. Oēs humanæ virtutes sunt scd̄m hominis naturam Probatur: Virtus est nihil aliud quam habitus operatiuus sm̄ rationis normam, naturalis autem hominis propensio, inquantum est animal rationale ad operādum tendit sm̄ rationem. Nam cum forma, a qua res speciem sortitur, tribuatur ei naturalem inclinationem, fit vt sicut grauis natura est sm̄ suam formam ad centrum cadere natura vero ignis, secundum suam sursum ascendere sic natura animalis, cuius anima rationalis existit, sit secundum rationem viuere. Vnde Cice. lib. 2. de Inuen. Virtus, inquit, est animæ habitus, naturæ modo (hoc est ad naturæ modum) consentaneus rationi. Et de offi. li. 3. Magis, inquit, scd̄m naturam est uirtus, puta comitas, iustitia, liberalitas, q̄ voluptas, q̄ uitia, q̄ diuitię. Deniq; que uirtus nullo significantius pacto definiri

In quo sēs disserat quā apposita

Distinctio virtutis.

Prima conclus.

Cicero.

niri pōt(ut 1 de legib. ipſe ait Cicero) q̄ q̄ ſit perfecta & ad ſummum perducta natura,&c Secūda conclō. Scd̄a cōcluſio,ſi uirtutū actus ſcd̄m earū materias & ſpecies cōtēpleris, nō oēs Prima ratio. ſunt de lege naturę Prima ſtatim huiuscō cluſionis rō eſt hęc Lex humana a natura li,uno omnium cōſenſu,diſtinguitur, uirtutes autē rōne generali ſunt oēs de lege uaturę,ut priori cōcluſione patet neceſſe ergo eſt uirtutes legis humanę, & illas q̄ ſunt legis naturę rōne pecuniarium obie Secūda ratio. ctorum diſtingui quib ſortiuntur ſpecies. Probatur aūt ſecundo, ut legitima panda tur cauſſa. Illę uirtutes dicūtur de lege naturę,ad quas ſtatim natura inclinat,nō ſolum tanquam ad prima principia,uerū tā q̄ ad concluſiones ex eiſdem principij abſ que humano diſcurſu pellulantes,illę aūt ſunt humanę,quę ſm leges pro tēporū,lo corū,ac negotiorū uarietate humana rō ne inuētas,fiunt. Peruia ſunt exēpla. Prę cepta Decalogi ſunt de iure naturę,nā ex illo principio q̄ bonum eſt diligēdum, at que ex altero q̄ una quęq. res ſuum eſſe & uitam digit,ſtatim abſque longo rationis diſcurſu prodeunt prę cepta primæ tabulę .ſ.q̄ Deum optimū Maximū,cuius bene ficio & ſeculari uita donati ſumus, & sēpi ternā expectamus,amemus,neq. eū iuran di abuſu cōtēnamus,ſed feriatis dieb. cola mus & ueneremur. Ex alio āt. Id facias a lijs quod tibi fieri uis,idq. ne facias, quod tibi nō cupis deducuntur mandata cūcta ſecundæ tabulæ, que oīa in officii iuſtitiæ poſita sūt Quare(ut infra dicemus) nulla ſuper his fieri pōt diſpēſatio,nullaq. obtēdi excuſatio p ignorātiā. Sed hæc inferius ſunt emūct us ppendēda. Præter hęc āt ſe cūdū diuerſas reiū circunſtātias humana rō diuerſas excogitauit leges. Vt poſt natu rā corruptā ius getiū fecit rerū diuiſiones, & vna q̄libet reſpublica ꝓ ſuæ gētis, ac lo ci qualitate inſtitui ſuas leges,ut putā prę ſcriptionis,uenditionis,aliorūq. humano rū cōtractuū,ad q̄ nō nuda natura primā inclinabat. Hæc duo ſcire Ariſt. dignouit Ariſtot. Ethi. 7. vbi diſtinguit iuſtū naturale ac le gitimū, puta humanū ſeu ciuile nēpe q̄ naturale ſit q̄ ubiq. uim hēt eādē nō quia vſ,vel nō vſ,i. non quia humana rō ita de circunſtātijs rōcinatur,ciuile aūt q̄ a prin cipio nihil refert ſic an aliter habeat,cum uero poſitum fuerit refert,quale eſt,mina captiuos redimi uel capram Diis,ſed non duas oues mactare. Idē de legib ecclеſiaſti cis utpote de delectu ciborū, deq, his aut illis dieb. feſtiuiter feriandis. Tamē ſi his inſtituēdis ius diuinum radices iecit. Hæc in genere dicta ſint, in quæſtione proxi ma & ſubſequentibus colligmanda.

Ad primum igitur argm̄ reſpōdeō mini me ſecū pugnare q̄ leges oēs ab ęterna di manēt,& tn̄ uirtutes humanæ ſint de iure naturæ,quatenus oīs uirtus rōni concors eſt nā lex naturalis nō eſt ab æternā diuer ſa,ſed eius participatio. Ad ſm autē reſpō deō q̄ etſi diuerſę uirtutes diuerſiſcōgruēt ꝓſonis,oēs tn̄ pēſatis circunſtantiis fiūt ſe cundum rōnē,atq. hac gn̄ali cā cenſentur de iure naturę. Neq. obſtat aliquas ordina ri in bonū ꝓſonæ. nā in indiuiduis cōſeruatur bonū uniuerſale naturæ Per rectū. n. eduliorū vsū ac uenereorū ſuſtentat̄ na tura. Et p̄ erea ꝓ particulares virtutis fit ad cōem fælicitatē ꝓgreſſus. Ad tertiū rn̄ detur, Qd̄ etſi uirtutes humanarum leg ſm ſuum genus. ſ. quia ſm rōnem fiūt di cātur de lege naturæ, ſimpliciter tn̄ appel lantur de lege humana,qa vnumquodq. à ſua atoma ſpecie denominatur. Et ad eun dē penè modū reſpōdetur ad quartū. Vir tutes. n. cōformes diuinæ legi nō dn̄r ſim pliciter de lege naturę,ſed potius ſu. p natu rales,licet quodā pacto ēt ſm genus dicā tur de iure naturali. Nō quidē licuti huma næ qa lex diuina nullatenus deriuat̄ a na turali,ſicut humana,ſed qa rō naturalis di uina luce illuſtrata quodāmō ēt inclinat ad uirtutes diuinas. Suppoſito. n. q̄ homo ſit creatus ad felicitatē ſ naturalē cōſenta neū rōni eſt,ut officiis ēt exerceatur ſupra naturalis legis Ad qntū reſpōdeō ſm ſupe riorū doctrinā Etenim cū in hoīe duplex ſit natura,altera ꝓpria,quę eſt ſm rōnē ui uere, altera uero generica,ſ. cūctis anima lib. cōis,q̄ eſt,per cōmixtionē maris & fœ minæ ſpeciē ꝓpagare,cōſequitur ut ſicuti oēs uirtutes ſm propriam naturā noſtrā hoc eſt ſm rōnem fiunt, ita & omnia uitia ſint contra naturam, hoc eſt contra rō nis præſcriptum. Artn̄ ea quæ nō ſolū con tra rōnem nobis propriā patrantur, uerū & contra genericam naturam animaliū, dn̄r ꝓantonomaſiā cōtra naturā. Itaq ſim

Ad primum.

Ad ſecūdum.

Ad tertium.

Adquartum.

Adquintum.

plex

plex fornicatio est cõtra naturã, hoc est cõtra rationem, quæ dictat parentib. cognoscendas esse proles, vt debite ab illis educẽtur, & morib. instituantur, quod homini proprium est, nefandũ uero crimen, eo in super q̃ inuehitur contra fundamentũ generationes cunctis animantibus cõmunis

ARTICVLVS IIII.

Primũ argum.

Vtrum lex naturæ cũctis sit mortalib. vna.

NOn satis est cõstituisse legem naturalem in singulis vnã esse, ut art. 2. dictum est, nisi exploremus aneadẽ sit apud oẽs. Arguitur. n. non esse in toto humano genere eãdem. Ait. n. Gratianus in capite

Gratianus.

Statim Decret. ius naturale esse d q̃ in lege & in euangelio continetur. Euangelio aũt non oẽs obediunt, (ut ait ad Rom. 10. Paulus) ergo lex naturalis nõ est eadem apud oẽs. Secundo arguitur. Lex est scẽm quum aliquid iustum esse dicitur. Aristaũt

secundũ argum. Arist.

5. Ethy. ca. 7. ait nullum esse tam naturale iustum, quin aliquo modo sit apud diuersos variabile, nã & dextra manus natura validior est leua, & tñ in quibusdã hoc deficit. Tertio quodcũque bonum, ad quod natura propendet, ad legem attinet naturæ inclinationes autem ac propẽsiones naturę uaſta inter homine varietate distãt, alij nãque ad honores nati sunt, alij ad uoluptates, atque alij ad res alias, lex ergo naturæ non est eadẽ apud omnes. In contrarium autem est Isid. lib. 5. quod quidẽ Decretũ extat dist. 1. Ius naturales est cõe omnium nationum, nam quod. ff. de iust. & iure. l. 1. scribitur. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit, nõ de iure tãtum hominibus proprio, sed de cõiunctione maris & fęminæ generaliter intelligit.

Tertiũ.

Ad huius quæst. enodationẽ recolenda est superior distinctio inter naturali prĩcipia, a q. votum cõclusiones scẽm. n. hanc distinctionem duabus conclusionibus facile rñdetur. Prior est lex naturalis quatenus ad sola principia extenditur, eodem est apud oẽs mortales, non modo quantũ ad rectitudinis veritatẽ, uerum & quantũ ad cognitionẽ. Principia nanque rationis practicæ similia hac parte sunt principijs speculabiliũ quæ ubiq; & in concussa possent ueritate, & lumine naturali perspicue

Prima conclus.

clarescũt. Nusquã. n. vllus esse potest mortalium couſq; syluestris ac barbarus, si modo compos si mentis, cui nõ sint hmõi veritates per vim. Bonum est appetẽdum ac malũ uitandum Id facias alijs, &c. ac reliquæ quas art. 2. de narrauimus. Posterior concl. Lex naturalis quantum ad eius conclus. etsi plurimum sit eadem apud oẽs, & quantum ad rectitudinem, & quãtum ad cognitionem, deficit tñ & respectu prioris propter particularia quorundam impedimenta, & respectu posterioris propter rationis nubile quibus ob cõsuetndinẽ praua excæcatur. Demonstratio huius conclu. sumitur ex discrimine inter rationem practicã & speculatiuã, nam etsi principijs vtraq; per se notis utatur, nõ tamẽ similiratiocinatione discurrunt. Etenim ratio speculatiua quia circa necessãria plurimũ iacet potissimũ negotiatur, puta circa ea q̃ nequeunt aliter se habere, absq; vllo defectu veritatem competit conclusionib. quam in principijs intuebatur. In ratione autẽ practica ex necessarijs principijs discurrit ad contingentia, in quibus actioneshumanæ cõsistunt, necesse est q̃doq; defectus cõtingere, ac tãto plures quanto inferius ad particularia descẽditur. Ex his ergo deducitur nostra concl. nẽpe quod licet in conclusionib. demonstrationum speculabiliũ eadem sit rectitudo veritatis apud oẽs, in conclusionib. vero operabilium contingit qñq. defectus. Exempla patent. Ex illo nãque per se noto principio, id facias alijs, quod tibi vis fieri, rõ practica elicit hanc legẽ. Depositũ cum primum petetur, reddendum est. Quæ quidẽ lex plurimum verum hẽt, deficit tñ deficiẽte petitionis opportunitate rectitudine, puta dum qui pecunias te arma deposuit, furore correptus, ut faciat homicidium ea repetit. Pari modo ex illo principio, in pace & tranquillitate hoĩb. viuendum est, q̃ cunctis tanq̃ per se bonum notissimum est, sequit hæc lex, abstinendum est armorum strepitu. Deficit tñ qñ hostis rempublicam inuadit. Similiter ex eodẽ principio colligit, ut quisq; ꝓmissorum fidẽ seruet, deficit tñ, dum causa emergit ob quam promissum implere turpe est. At queris forte utrum q̃tum ad cognitionẽ eorundẽ conclusionum quippiã fit descriminis inter rõnẽ practicã, & spe-

secunda conclu.

Demonstrat cõclusio.

Discrimen inter rationem practicã & speculatiuam.

Quęstio ſpeculatiuam. Nihil enim apparet quo differant, nam ſicuti cõcluſiones practicæ nõ omnibus ſunt æque notæ, ita neque ſpeculatiuæ. Tum uera inquã, eſt illa concluſio. Oĩs triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, q̃ illud principium Omnes duę lineæ, vbi concurrunt, conſtituũt

Rñſio. angulum, tñ non eſt æque nota Reſpõdetur. Hactenus nullum eſſe diſcrimen, differt tñ, q̃ ſpeculabilium neceſſariorum ignorantia accidit ob defectum doctrinæ, ſcilicet, quia nõ didiciſti, ignorantia uero in practicis contingit (vt dictum eſt) ex prauа conſuetudine rationem obtenebrante. Ex his fit conſequens poſtrema concluſionis particula, nempe q̃ quanto concluſiones practicę magis ad particularia coaptãtur, minus innoteſcunt. Paret exemplo. Ex illo principio. Id ne facias alijs, quod tibi non vis fieri proxime infertur mãdatum illud Decalogi. Non mœchaberis, nam id fieri non poteſt ſine coniugis iniuria. Si tamen rem arctius ꝓſtringas, uidelicet, Nec ſimpliciter fornicaberis, hoc licet illi pariter prohibeatur, tñ quia non habet connexam iniuriam, nõ eſt tam vniuerſaliter notum, quin inter gentes incultas licet non peſſime inſtitutas, ignorari queat. Imò nescio an apud aliquos barbaros fidei nfæ inſcios ignorãtia eſſe poſſet prorſus excuſatoria. Similiter ex eodem principio palã ſequitur. Non falſum teſtimonium dices, q̃ cum iniuriam ueret, omnibus eſt cõpertiſſimum. Si autem ſtrictius inferas. Neq; vllum proferas mẽdacium, non eſt ita notum. Immo iuuenies in plebe, qui putant iocoſum & officioſum nullam afferre culpam. Atque hęc eſt ratio ob quam omnes prohibitiones ſecundæ tabulæ, quò patentiores eſſent, illorum ſint expreſſe criminum, quibus iniuria proximis irrogatur. Tametſi vt homicidij noſce omnis kæſio prohibetur, ſic & nomine adulterij omnis turpitudo, & nomine falſi teſtimonij omne mẽdacium. Præceptorum autem decalogi ignorantia nulli mortalium excuſari vnquam poſſit, etſi ſua ſcelera ſuco ali quo linirent. Sicuti illi qui religionis gratia cõtra interdictum homicidij humana cæde cogitabant Deos ſuos placare ac uenerari. De quibus Pſal. Immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dęmonis. Et Cicero in oratione quadam cõmemorat ſua ętate Gallicas gẽtes eodem ritu pollutas, eademq; feralisimmanitas fertur & populis Noui orbi eſſe ſolennis. Dæmones enim humani generis hoſtes illa cęcitate homines dementãt, vt humano ſanguine ſuam expleant inuidiam. Et Iulius Cæſar. lib. 6. de bello Galli. narrat olim apud Germanos latrocinia nullam habuiſſe infamiam quæ extra fines cuiuſque ciuitatis erant. Sed tamen facinori obtendebant q̃ iuuenes illo exercitio deſidiam & torporem ex cuterent, bellisque ſe gerendis appararẽt. De his autem in præſentiarum ſatis.

Cicero. Cæſar.

Ad primum igitur argumentum tñ ſic tur non eſſe Gratiani uerba ſic truncare legenda, Ius naturale eſt q̃ in lege & in Euangelio continetur. Ac ſi doceat quicq̃ eſt in Euangelio ad ius naturale pertinere. Sed iunctum cum verba ſequentib. Ius naturale eſt quo quiſque iubet id facere, q̃ ſibi vult fieri, &c. id quod in Euangelio continetur, vt verba hæc parẽteſis, ſint docens ius naturale plene in euangelio cõtineri, non tamen id ſolum, ſed & ius inſuꝑ diuinum. Ad ſecundum q̃ eſt Ariſtiam reſponſum. Non quidem principia naturæ, ſed concluſiones nonnuuquam deficere. Ad tertium autem conceditur inclinationes naturæ quæ homini cõpetunt, inquantum ſenſibili animali, ad legem attinere ſomiis, hoc eſt appetitus ſenſitiui originali iuſtitia deſtitui. Si autem conſiderentur quatenus hominis ſunt proprię, tũclegi naturæ ſubduntur, puta rationi, cætera rum potentiarũ moderatrici, quæ cũctos affectus debet intra ſuas lineas continere.

Ad primũ arg.

Ad ſecũdum.

Ad tertium.

ARTICVLVS V.

Vtrum lex naturæ mutari aboleriue poſſit.

POſt hæc facile eſt hoc quinto articulo duo peſpicere quæ ſuperiorũ corollaria ſunt, nẽpe, utrum lex naturæ aut mutabilis ſit, aut ab humana mẽte ei adicabilis. Arguitur, ergo q̃ ſit mutabilis. Legitur enim Eccleſiaſt. 17. Addidit eis diciplinam, & legem uitæ vbi circunſcribitur gloſſa, legem ſcilicet literæ quãtum ad correctionem legis naturalis. Et Iſidorus lib. 5. (quod eſt diſt. 1. c. ius naturale.) ait

Primũ argu. a parte negatiua.

ait cõem omnium possessionem & libertatem esse de iure naturæ, cum tñ iam iure gentiũ, tum rerum diuisio, tum ẽt seruitus inducta in orbẽ sit, est ergo lex naturę mutabilis. Sed & q̃ a nostris cordibus auelli possit, arguit primo ex his quæ dicta sũt. Multę n. fuere gentes adeo haberes & morũ prauitate tabefactæ, ut leges naturæ cõtrarias ediderint. Vnde super illud ad Ro. 2. Cũ gentes quæ legẽ non habent, &c. ait glossa, q̃ in interiore homine per gratiã innouato lex iustitiæ inscribitur, quã deleuerat culpa. Et quarto arguit. Lex gratię, efficacior est q̃ lex naturæ, gratia vero deletur per culpã ergo multo facilius deleri potest lex naturæ. In contrariũ aũt est decretũ Gratiani distinctione quinta, capite primo ius naturale non variat tẽpore, sed immutabile semper permanet, & sentẽtia Augustini secundo libro Confess. Lex tua scripta est in cordibus hominum, quã nec vlla quidem deleri iniquitas.

Tertiũ,

Tẽtatur alterum mẽbrũ quæstionis duobus argumentis.

Glossa.

Quartũ argum.

Gratianus.

Augustꝰ, Distinc.

Ad hanc quæstionẽ facillima est per distinctionem responsio, suppositio. n. primo interuallo, quod inter principia, eorumq; conclusiones interiectum est, bifariam lex naturæ censeri potest mutabilis. Vno modo per additionem, quæ ei fiat, atque altero per distractionẽ Statuitur ergo prima conclusio. Nihil vetat legem naturæ priori modo esse mutabilem. Adiecta n. est illi lex diuina tam uetus quam noua duobus præcipue commodis. Vno. quia iam obscurata erat in mortalium mentibus & caligine obducta, vt innouaretur. Nempe vt cõstaret non solum externus actus, uerũ & internos esse ad legis normã cõponẽdos, neque solum iura naturæ amicis deberi verum & inimicis. Altero, ut ea cõsilio quæ illi deerant, supplerentur. Et hoc est quod gloss. Eccl. 17. in primo argumento citata appellat correctionem legis naturæ, quæ facta est per legem literæ. Secunda cõclusio. Lex naturæ non est quantum ad prima principia posteriori modo mutabilis, vt. s. quod prius fuit legis naturæ desinat esse talis iuris. At uero quantũ ad secunda præcepta, quæ sunt uelut proxime conclusiones, licet primũ immutabilis sit, potest nihilominus quandoq; sed raro mutari, p̃ter humana impedimenta ut articulo p̃ximo expositum est. Nam & circa necessarias conclusiones speculabilium cõtingit ob mentis lippitudinem nonnunquã hallucinari. Quocirca mutatio hæc non tam in lege fit, q̃ in rebus ipso, ueritas. n. illius generalis præcepti, Depositum reddendũ est, aut illius fides p̃missa custodiẽda, non mutatur nisi mutatis reb. ex quarũ mutatione cõtraria nascitur ueritas. Quoniam & hæc lex. Esus carnium uiniq; potus salubris est hoïb. ob id particulari mutatur, q̃ homo febri correptus est, cui talis victus nocuus fit. Vnde Arist. 5. Ethic. c. 7. Ius, inquit naturę, immutabile est, sicuti ignis vbique vrit, quod de primis principijs intelligit, de conclusionib. aũt subdit, posse mutari, non tñ apud Deos, qui immutabiles sunt, sed apud nos, qui mutari possumus. Quo fit leges triumphantium in regno cęlorum nullatenus mutari posse, q̃a neque fẽlices illi mutantur Auctoritas aũt Isidori non sic intelligenda est, ut libro 3. q. 3. dicturi sumus, ac si cõem possessionem prę cipiat, aut seruitutẽ interdicat, alias ius gẽtium non potuisset tales leges reuocare, sed dicuntur hæc negatiue de lege naturę quia illa nec diuisionẽ fecit, nec seruitutẽ iussit. Restabat hicñ tractare, an huiusmodi præcepta naturæ sint dispẽsabilia cuius nimirum inde cõiecturæ fiũt, q̃ Deus Abrahæ necem filij præcepit, & Ôseæ ut fornicaretur, & filijs Israel ut deprædarentur Aegyptios, hæc aũt dubitatio inferius. q. 1. art. 8. propriam habitura est sedẽ. Tertia cõclusio similis est huic proximæ. Lex naturæ quãtum ad prima principia & præcepta, non potest ab humana mẽte stirpitus eradicari. Potest tñ, licet non plurimũ, sed raro quantum ad conclusiones, & secunda præcepta in aliquibus hominibus deleri. Cõclusio non alio indiget testimonio quam q̃a superioribus petitur. Possunt. n. barbari tanta morũ vitiositate peruerti atque errorum peruersitatibus offuscari, ut pro peccatis non ducant, quæ lex naturæ uetat. Neque id solum in conclusionibus, quæ lõge a principijs distantur est officio sum mendacium & simplex fornicatio, verũ & in his quoq; quæ propinquiores, sub indeq; lucidiores existunt. Sunt. n. (ut a fide dignis accepimus) reperiti iter illos mortales. Noui orbis qui nefandam turpitudinem contra naturam non solum impune permit-

Prima concl.

Secũda cõclus.

Tertia cõclusio

Suadetur conclusio.

permittebant uerũ nulla culpa denotabãt. Qua utique rõne fieri poteſt vt reſpublicæ & principes leges contra naturã inſtituant ſm verbum Iſaiæ. Væ qui condunt leges iniquas. Et ſm hoc intelligenda eſt illa gloſa ad Rom. 2. quæ ait culpam deleuiſſe legem iuſtitiæ ab infideliũ cordibus. Reſtant ergo duo ſuperiorum argumenta ſoluta.

Ad tertiũ arg. pricipale. Ad tertium autem reſpondetur, quòd etſi gratia ſublimior ſit atque efficacior, quam natura, non eſt tamen nobis ingenita, & innata, atque adeo neque tam penitus infixa, & ideo facilius per culpam noſtram eradicatur, quam lex naturæ.

QVAESTIO V.

DE LEGE HVMANA in genere.

S. Thom. 1. 2. quIſt. 95.

ARTICVLVS I.

Vtrum præter legem naturæ neceſſariæ nobis fuerint humanæ.

TERTIVM legum genus eſt humanarum, de quib. maiores extant diſputandi rationes, q̃ritur ergo primo, an præter legem naturalem neceſſarię ſint etiam humanæ? Et arguitur a parte negatiua. Primo, quia (vt Augu. quẽ ex 1. de libero arb. q. proxima citauimus, ait) per legem æternam ſufficienter omnia ſunt ordinatiſſima, illa autem ſatis abundeq; nobis per naturalẽ cõicantur, ergo humanę redũdãt. Scd̃o, lex mẽſura eſt (vt ſupra diximus) nſarum actionũ, rõ aũt non eſt rerum mẽſura, ſed ipſa potius rerũ natura, quã rõ inſpicit, (vt 10. Meta. auctor eſt Ariſt.) ergo cũ leges humanæ a rõne proficiſcantur, nõ habent legitimam rõnẽ legũ. Tertio mẽſura, qualis eſt lex, debet eſſe (vt ibidẽ Ariſt. docet) certiſſima, certitudo aũt humanæ rõni de reb gerendis, quæ ſingularia ſunt ac mutabilia, cõpetere non põt, ſcd̃m illud Sap. 9. Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nſæ, ergo a rõne humana nulla proficiſcitur lex. Quarto altera via arguitur. Eſto, humana rõ certa eſſe poſſet regula nſarum actionum, multo commodius reſpublica viua hoũm uoce gubernaretur, q̃ poſitis legib. Eñ uero cũ iudex (vt 5. Ethi. c. 4. auctor eſt Ariſt.) ſit aĩatũ iuſtũ facilius congruentiusq. fieret ad illum recurſus, quam ad legem ſurdam & mutam. Nã cum actiones in ſingularium vſu conſiſtant, non poteſt humana lex (vt q ſeq. uidebimus) de oĩbus prouidere, ſingularesq. circunſtãtias, proſpicere, ut faceret ſua prudentia iudex. In contrarium autem eſt Iſidorus lib. 5. Etymol. c. 20. & refert inter decreta diſt. 4. vbi ait, factas eſſe leges vt ezũ metu humana coerceatur audacia, ut aq. ſit inter improbos innocẽtia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenẽtur audacia, & nocendi facultas.

1. Argu. partis nẽgatiuæ. Auguſt.

Secũdũ.

Tertiũ.

Quartũ argum.

Ariſtot.

Iſidorus

Quæſtionis huius ſolutio facile ex ipſa rerum natura, & humana conditione colligitur. Rñdetur ergo duabus concluſionib. Vna eſt. Neceſſarium prorſus fuit præter legem naturæ alias humanas pro rerum uarietatibus emergentibus q̃ caſibus ac negotijs, condi. Concluſio hæc ex duabus radicibus conſtat, videlicet & ex diſcurſiuo ingenio noſtro, & ex rerum indigentia. Enimuero ſicut in ſpeculabilibus, ſic & in practicis innata nobis uis eſt ex vniuerſalib. principijs & indemonſtrabilibus concluſiones deducere, eaſdemque in duplici dſia. Alias quippe neceſſarias demonſtramus, vt in Mathematicis, alias vero propter inuidentiam conſequẽtia ſub opinione colligimus pro qualitate cuiuſq. ſcientię. Pari modo in practicis ex primis principijs (vt dictũ eſt) præcepta Decalogi, quaſi neceſſarias concluſiones exprimimus, & ideo ſunt de iure naturæ. Sed tamen quia actiones noſtræ in ſingularibus verſantur, neceſſe eſt ex eiſdẽ principijs obſeruatis circunſtantijs loci & temporis ad particularia deſcendere. Qua propter illæ regulæ hunc in modum conſtitutę, quia non neceſſario ex ſolis principijs naturalibus pullulant, ſed rationis adminiculo conſtituuntur, humanę leges nũcupantur. Vti ſunt leges, quæ inuenditionibus, & ceteris rerum commutationibus poſitę ſunt. Sine quibus genus noſtrum uitam nequiret tranſigere. Sed exurgat hinc quiſpiam fortaſſe aduerſus Dei, Naturęq; prouidentiam Nunquid non prouidentius nobis fuiſſet conſultum, ſi lex ipſa naturę uſque ad ſingularia doceret nos omnia? Arguitur enim hoc fuiſſe conſultius, eo quod ratio affectibus ſępe obſcuratur cum in lex naturę ſemper ſit pſpicua. Rñdetur omnia eſſe diſpoſita ſecundum naturam noſtram

Prima concl.

Prima ratio.

Obiectio.

Solutio.

Rationis.n. ingenium ac natura, eſt diſcurrere, & ideo ſapiens Deus Naturaq ſagax ſemina in nobis tantum poſuit, quæ rationis cultura uenirent ad frugem. Idque tam in ſpeculabilibus quam in practicis, uidelicet tam in artib. quam etiam in moribus. Hinc ergo ſecundo colligitur noſtra concluſio. Etenim ut quantum ad ſcientias creatus intellectus eſt cum principiorum lumine ex quib. ad diuerſas ſcientiarum prole & opiniones diſcurreret, diuerſasq. artes in lapide, ligno, & lana aliisq. materiis, nobis conducentes meditando excogitaret, nempe quib. ueſtimur, tegimur, nutrimur & oblectamur. Pari modo (ut auctor eſt initium 2. Ethic. Ariſt.) ſemina uirtutum moralium in nobis iecit, quæ noſtra diſciplina & conſuetudine culta ad meſſem alleſcerent. Diſciplina autem morum potiſſima efficaciſſima eſt legum humanarum poſitio, ergo præter legem naturæ, quæ ſementem facit, neceſſariæ ſunt leges humanæ, quibus uberius proueniant ſegetes. Tertio eadem concluſio comprobatur. Lex naturæ licet regula ſit morum uniuerſalis, non tamen pœnas adhibet compulſorias, quæ tamen homini bus pro ſtatu naturæ lapſæ neceſſariæ ſunt ergo præter legem naturæ operæpretium eſt pœnales leges adhiberi Doctrina eſt Ariſto. 10. Ethi. c. 9. ubi ait alios natura, & alios conſuetudine, atq alios diſciplina fieri bonos. Natura quidem non eſt in noſtra poteſtate, ſed Dei dono quidam tales naſcuntur, quales uirtutum chorus genuiſſe uidetur alii uero conſuetudine ſtatim ab infantia boni fiunt. Sed tamen diſciplina nō omnes ſatis inſtitui poſſunt niſi illi tantum qui conſuetudine ſunt præmoliti. Sicuti nouale antequam excipiat ſemina, curuo opus habet erastro ergo aduerſus illos qui ad malum procliues ſunt, ad bonum uero duri ac proterui, qui.ſ. honeſti gratia adduci non poſſunt, neceſſarius eſt metus, ut ui cohibeantur a malo, & ſic aliis uitam quietā relinquant, & ſibi mens inquieta, metu cauere iubeat. Eſt.n. homo (cuius 1. Polit. c. 2. auctor eſt Ariſtot) ut perfectione ſuſcepta optimum cunctorum animalium, ita ſi alienus fiat a lege, & a iudiciis, omnium peſſimum. Sæuiſſima.n. eſt iniuſtitia tenens arma, homo uero arma tenet per innatā prudentiam, quæ ideo legibus diligenda eſt, metuque coercenda. Atq; hac de cauſſā (vt q. 1. diximus) leges condere non poteſt niſi uel reſpublica, uel qui eius fungitur auctoritate. Eademq. ratione natura hominem genuit ciuile animal, nempe ut in ſocietate legibus ſeptus uiueret.

Scđa rō pro concluſiōe.

Tertia.

Ariſtot. Probō.

Ad primum igitur argm̄ rñdetur quod etſi lex naturæ participatio ſit eternæ, haud tamen humana ratio iotam uirtutem principiorum naturalium apprehēdere poteſt, niſi, quæ ſua natura eſt, diſcurrendo. Haud.n. quæ in principijs uniuerſalib. deliteſcūt, ſimplici intuitu, ueluti intellectualis, Angelus, cernit, ſed ratiocinando aliud ex alio de ducit. Ob idque ut in ſpeculabilibus æterno lumine, & ſic & in practicis æterna lege dupliciter illuminamur. Primum ſuſpiciendo generalia principia, ſecundo, ut diſcurrendo ex eiſdem principijs alias particulares leges eliciamus, quæ cum in eadem æterna lege præminente exiſtant, non ſatis per naturalem explicantur. Et hoc quantum ad uim directiuam legum. Sed & quātum ad coerciuā eadem pene ratio eſt. Lex.n. naturæ malefactorum conſcientias exulcerat, corroditque & percellit, atq; ut ait ad Romanos Paulus, cogitationib. ſatis accuſat, ut poſſent cordati homines metu illo perculſi, & turpitudinis horrore deterriti ſatis emendari. Ait.nu 1. Confeſſio. Auguſti. Iuſſiſti Domine, & ſic eſt, ut pœna ſua ſibi ſit omnis inordinatur ànimus. At quia ſunt alii uſque adeo ſenſum uoragine ſubmerſi, ut non niſi quæ oculis obiiciuntur extimeſcant, accumulati debuerunt humanis legibus ſenſualia ſupplicia. Ob idque ait Paulus iuſto non eſſe legem poſitam, nimirum quod lex naturæ, fidei radio illuſtrata ei abundat ut a malo retrahatur, alliciatur ad bonum. Atque hinc plane colligitur ſolutio argumenti 2. Concedimus enim rationem non eſſe regulam primam, ſed naturalem legem, quæ eſt æternæ imago, nihilominus illud exemplar ratio proſpiciens leges exprimit humanas. Circa tertium autem diffiteri non poſſumus, leges humanas non ea uigere ceritudine, qua ſpeculatiuas concluſiones, eo quod non circa neceſſaria, ſed circa ſingularia contingentia, uarietati ſubiecta ſtatuuntur. Neque opus eſt omnem menſuram infallibili certitudine ſed pollere, ſed ſatis eſt unaquęq. ſecundum ingenium ſuæ materiæ fida ſit. Et hæc eſt ratio quare leges humanæ non ſunt, uti naturalis, immobilis. Quartum argumentum grauioris eſt pōderis, Quæſtio.n. eſt quam-

Ad primū arg.

Auguſt.

Paulus.

Paulus.

Solutio ſecūdiar gumēti.

Ad tertium.

Adquar tum.

Ariſto-

Aristoteles.3.Polic.c.11.tetigit. An. scilicet respublica melius ab optimo homine,quã optima lege gubernetur. Definit autem melius legem,quam hominem dominari. Id quod & 5.Ethicor ca.6.commemorauerat. Nempe quia facilius est unum aut paucos prudentes inuenire legum conditores,quam iudicum multitudinem. Etenim qui leges ferant, pauci in uno sæculo satis sunt, qui uero ius dicant, impendio quam plurimi sunt necessarij. Deinde quoniam leges longit peris consideratione feruntur, iudicia uero breuissime cogitantur,& ideo facilius hic,quam illic error contingit. Præterea maxime quod cum leges de uniuersalibus & futuris constituuntur,neq.personas singulariter tangant,non conduntur personarum respectu. senator uero & iudex quia cum singularibus personis agit, odio percelli potest & more,ac potissimum auaritia corrumpi. Quare, melius est utquam maxime fieri possit cuncta legibus explicentur,iudicib.autem non nisi minima,quæ lege determinari nequeũt,relinquantur. Vnde ait quod qui legem præesse iubent, Deũ præesse iubent & leges (utpote a quo ipsæ promanant,) qui autem hominem iubent præesse adiungit bestiam sæuam, quia libido,atq.ita obliquos agit at uiros optimos, dum sunt in potestate Iudices ergo non leges ipsi,sed(ut.5.Ethic.ait Arist.) legum debent esse fidi custodes. Et per hæc respondetur ad quoddam argu.quod sibi Arist. ibidem de artificibus opponit. Conducentius .n ait, ad corporis salutem apparet ut medicus prudentia sua, quam literarum præscriptis alligatus ægroto medeatur. Nam multo satius particulares circunstãtius morbi sic habebit per spectas,ergo eadem ratione salubrius singulari hominum prudẽtia, particularib.euentibus informata, poterit gubernari respublica quam præscriptis legibus. Responsum in quam duplex est. Primum .n negatur medici prudentiam quidquam ualere nisi par artem medicam fuerit instructa,certius.n.per artem quam sine ipsa fit curatio. Deinde medici non tam crebro accidere potest ut corruptum habeant animum ad necãdum infirmum,quam iudicibus ad sententiam ferendum uel in fauorem unius partis uel in perniciem alterius. Et ideo periculosius est iudicis arbitratui iudicia permittere quam medici. Nihilo socius cum de fide medici timeatur, nẽpe dum in suspicionem uenit quod pretio corruptus uel odio saluti infirmi insidiat, oculatius obseruãdus est ut artis prescripta ad unguem seruat. Quin uero addiderim periculosum esse maxime & temerarium ut medici suas proprias opiniones & existimationes scientiæ & arti anteferant. Sed quo ad iudices reuertamur. Accedit huc quarto quod (ut idem ait Philosophus 10. Eth.)lex dum probitatem iubet,licet hominem a uoluptatibus cohibeant,nemini molesta est aut odiosa, quemadmodum iudex, quis facile in suspicionem uenit, an odio aliove affectu fuerit infectus. Quapropter (ut hinc ego colligo) principum pedadogi & consiliarij hac uti debent cautela,ut quãdo ipsi non audent patronos suos reprehẽdere, leges uirtutum historiasq. legendas porrigant,quæ inuidiam non generant, & mores instituunt. Ad reliquam autem argumenti difficultatem respondentes fatemur minutiora illa,quæ legibus comprehẽdi non ualent,iudicis esse arbitratui relinquenda,ut ff.de legib.l.non possunt. sancitur, Eo quod dum omnia legibus complecti non possumus,quædam negligimus,ne cunctorum iacturam faciamus, eorum instar, qui ingruente tempestate quædam in aquas insanas exonerant, ut naui reliqua seruent. Quo circa iudex præter animi rectitudinem apprime scientiæ ac prudentię indiget ut legum uniuersalia dextre ualeat ad singularium euentus accommodare.

Aristot. Prima rõ quar melius lex quã hõdominatur. Secũda ratio. Tertia ratio. Aristot. Argum. Aristot. vbi sup. Solutio prima. Solutio secũda. Periculosum & temerarium est medici suas proprias opiniones, atq. existimationes arti anteferre. Quarto ratio.

ARTICVLVS II.

Vtrum omnis humana lex a naturali deriuetur.

SEcundus articulus est utrum omnis humana lex a naturali deriuetur. Arguitur.n.primo a parte negatiua, iustum ciuile(ut 5.Ethic.c.7.ait Arist.)est illud quod a principio nihil refert sic uel aliter fiat, id autem quod ex lege naturæ dimanat, etiam ante legem humanam referebat,non ergo omnis lex humana a naturali deriuatur. Secundo, ius positiuum (ut illic ait Aristot.& 5.lib. Isido)contra naturalem diuiditur,ea autem quæ a naturali lege descendunt, non diuiduntur contra ius naturale, immo sunt eius germina, ergo leges humanæ minime a naturali deriuantur. Tertio, lex naturæ (ut ibidem ait Aristot)

Primũ arg a parte negatiua. Aristot. Secũdũ Aristot. Isid.

eandem vim habet apud omnes, leges autem humanæ non item, sed unaquæq. respublica suis proprijs fulcitur, ergo non omnes a lege naturæ oriuntur. Quarto, omniũ quæ a lege naturæ fluũt naturalis ratio reddi potest, non aũt omnium quæ a maiorib. constituta sunt ut Iulia. ait ff. de legib. leg. non omnium. Non ergo omnes humanę leges a naturali deriuantur. In contrariam autem faciunt Ciceronis uerq. lib. 2. de Inuentio Res a natura profectas & a consuetudine ꝑtobatas legum meros & religio sanxit.

Tertiũ argum.

Quartũ

Cicero.

Ad qõnem quatuor conclusionib. rñdet Vna est. Oĩs lex humanitus posita, si recta est, a lege naturæ deriuatur. Quinimo tm̃ habet rectitudints rõnisq. legis, quantum a lege naturæ recipit. Lex etenim (ut arti. proximo latius patebit) nisi iusta fuerit, lex non est. Immo (vt ait. 1. de lib. arb. Aug.) in tantum habet legis uirtutem inquantum participat rationem iustitiæ. Ex hoc sic arguitur, iustum & rectum in rebus, humanis sm̃ rationis regulam existimandum est rationis autem regula (ut super dicebamus est rerum natura) quam ueluti exemplar intueri in suis cunctis actionibus, debet ergo leges humanæ (ut quæ ab ipsa rõne fabricat̃) a naturali cunctæ nascuntur. Neq. vero (vt supra diximus) uetat leges humanas duabus mensurari regulis, æterna. s. naturali, quarum hæc participatio illius est. Enimuero ut architectus ex cõcepta forma domus lineas in lapide aut ligno ducit, quæ ministro regulæ sunt, quas cudendo & seruando sequi debet, sic Deus æternam suam legem uobis impressit, quę esset sicut certum illius signum, Qua propter dum legem naturæ imitamur, æternam tenemus. Vnde Cicero lib. 2 de legib. lex inquit est iustorum, iniustorumq. distinctio ad illam antiquissimam & rerum oĩum principem expressa naturã, ad quam leges hominum diriguntur, quæ supplicio improbos afficiunt, defendunt actuentur bonos. Secunda conclusio. Bifariã quippiã a lege naturæ deriuatur. Vno modo, cũ conclusio ex principiis deducta, atque altero, ut specifica determinatio alicuius cõis generis. Ex illo, n. principio. Quod tibi non uis, id nemini facias sequuntur ille conclõnes. Non occides, non furtum facies, &c. sed ex illo ꝙ est, Oĩs uirtus præmio digna est, & uitium pœna, lex humana sanxit sicariũ latronemq. suspendi, hæreticũq. cõburi. Vbi cõe supplicii genus ad particulare trahitur. Quemadmodum artifex formam domos in cõi conceptam ad peculiares fabricas accommodat, ut hęc si illa aliter construatur. Et patet inter hos deriuationis modos latum discrimen. Prior. n. fit, per uiã syllogismi. Cuius utraq. pręmissa est naturaliter nota, s. Quod tibi non uis alteri ne facias, nolles occidi, neque tuis bonis expoliari, nec in tua uxore iniuriam pati, ergo non homicidium, non furtum, non adulterium facies. Posterior uero nõ sit hoc pactis. Ex hoc. n. quod oĩs malus est puniẽdus, recte instruit syllogismus, qđ si iste est malus, iste puniatur. Hoc tamen uniuersale id est sumptum cum distributione nõ est illud quod per legem positiuam secundo modo determinat, sed uniuersale genus, quod ad suas applicatur species. Vt si improbus pœna, quod non sequitur per similem syllogismum, sed per humanam existimationem, qua culpæ admetimur pęnam. Fit nisi collectio. Oĩs malus est puniendus, latroni autẽ congruens suplicium est suspendium, hęreticoque incendium, ergo sic sunt puniendi. Posterior uero assumpta non est naturalis cognitio, sed humanum arbitramentum. Hinc sequi conclusio tertia Deriuatio legis humanæ ex naturali quæ fit per uiam conclusionis non est constitutio noua talis operis in genere uirtutis, sed explicatio uirtutis quę in principiis naturalib. latebat. Etenim Non fornicaberis. Depositum redde, & Decalogus, ante humanam ratiocinationem erant uirtutes, latentes, tamen in principiis naturalib. sunt autem explicitur posita ne quis sibi eorum ignorantiam prætexeret. Secunda uero deriuatio est noua constitutio operis esse uirtutis. Iure. n naturæ non erat uirtus latronem occidere aut hęreticũ, nam lex naturæ tantum dicebat ut puniren tur, sed lex humana fecit eorum interfectionem esse uirtutem. Pari modo lex naturæ, ueluti generale principium est. Temperare & frugaliter uiuendũ est, quatenus corpus expeditius possit aĩo inseruire ex quo non propalam sequitur abstinendum esse a carnibus, aut semel tm̃ in die reficiendum, sed tamẽ lex humana inde id arbitrando deduxit qualis debet esse temperãtia & ideo humana lex constituit abstinentiam carnium sub uirtute tẽperãtiæ ubi añ nõ erat. Eodẽ modo, sabbata sanctifices, determinauit ad hoc uel illud festum colendum atque ad

Prima conclu.

August. Argu. ꝑ conclusione.

Cicero.

Secũda conclu.

Declaratur conclusio.

Tertia conclo.

Explanatur conclusio.

sacra

ſacra audiēda. Quo fit, vt, quemadmodum ait S. Tho. leges humanæ prioris gñis uigorem hēant ſuum in lege naturæ: illæ verò poſterioris ordinis, minimè. Quod ſi ſupremam huius rationem perſcruteris, hæc eſt, vt reor, quod concluſiones in ſuis principijs actu cōtinetur: ſpecies autem in gñe non niſi in potentia: vt patet in Prædicabus Animal enim non cōtinet omnes ſpecies actu, aliàs quodcunque animal eſſet omnium ſpecierum. Obidque leges illæ quæ per contractionem generis ad ſpeciē conſtituuntur, vigorem non hñt niſi in illa minori, quam ratio humana conſtituit, ſcilicet viuendum eſt temperatè huic autē tēpori & gēti hæc temperantia cōgruit, ergo in Quadrageſima à carnib. abſtinēdū ē.

D. Tho. Abſolutiſſima ratio cō cluſionis.

Primum igitur argumētū per hanc proximam ſnīam diſſoluit. Appellauit enim Phil. 5. Ethi. iuſtum legale id, quod eſt mere ciuile, id quod ſecundo modo deriuatur ex naturali: quod ideo antequam ſtabiliretur, non erat virtus: ac ſubinde neque refe rebat ſic vel aliter fieri. Secus de altero deriuationis modo. Vnde per hanc diſtinctionem articulo quarto diuidemus ius humanum in ius gentium, & ciuile. Parique modo reſpondetur ad ſecundum argumentū: Ius humanum, non quodcunque ſed ciuile, quod ſecundo modo deriuatur à natura li diuidi contra ius naturale. Ad tertium aūt reſpondetur, ius naturale, quod Ariſt. ait eandem habere potentiam apud omnes, cōſiſtere in principijs: nā cōcluſiones, & præſertim ſpecificas determinationes, ipſe ibidē agnouit variari apud varias nationes. Ad quartū ñdeē, ꝙ Iuriſperitus in lege citata non negat, eorum quę iure naturæ ꝑ modū cōcluſionū eliciuntur: poſſe rōnem reddit: eorum autem quæ ſecundo mō deriuātur, quia ſeniorum concluſione ꝑ experientiam & prudentiā ſtatuta sūt, veluti vniuerſaliū ſpecificæ determinationes, non eſt ſemper exigenda ratio, ſed eorum experientiæ, & prudentiæ, habenda fides, vt 6. Ethic. auctor eſt Ariſt.

Ad primū arg. Ariſtot.

Ad ſecūdū arg. Ad quartum.

ARTICVLVS III.

Vtrum legis humanæ qualitates rectè ab Iſidoro deſcribantur.

Ariſt.

CIrca alias legū ſpecies nihil opus eſt qualitates perſcrutari in quib. earū rectitudo poſita ſit. videlicet circa legē ęternam, naturalem, & diuinā. Nam illæ innata natura ſua bonæ & rectæ ſunt. At verò de humana, quia ratio noſtra hallucinari ſolet, explorare neceſſe, eſt quib. debeat lex conditionibus exornari, vt ſit bona. Eaſdē autem Iſidorus lib. 5. c. 21. hoc ordine ponit: Erit, inquit, lex honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundum naturam, ſecundum patriæ cō ſuetudinem, loco, temporique cōueniens, neceſſaria, vtilis, manifeſta quoque, ne aliquid propter obſcuritatem captatoriè contineat, nullo priuato commodo, ſed pro cōmuni ciuium vtilitate conſcripta. Et refertur diſt. 5. can. Erit autem. Arguitur autem non eſſe neceſſariam tam longam qualitatum ſeriem: nam ſupra cap. 3 compendio ſius dixerat: Lex erit omne quod ratione conſtiterit: duntaxat quod religioni congruat, quod diſciplinæ conueniat, quod ſaluti proficiat: ſuperuacanea ergo fuit prolixior oratio. Secundò, conſuetudo diſtinguitur à lege ſcripta, vt auctor eſt idem Iſidorus diſtin. 1. ergo lex non fertur ſm̄ conſuetudinem. Tertiò, neceſſarium dupliciter vſurpatur: Vno modo, pro eo quod impoſſibile eſt aliter ſed hīe, de quo nō eſt neceſſaria lex. Rediculum. n. eſſet legem ſancire, vtero habet, parum edat, neceſſarium autem ad conſequutionem finis idem eſt quod vtile: repetitio ergò eiuſdem fuit dicere, vtilis, & neceſſaria. Quartò denique arguitur. Nonnunquam inquum eſt ad legis rigorem iudicare: ſed eſt operępretium eam veluti Lesbiam regulam exæquo & bono ad rerum euentus inflectere, vt 5. Ethico. cap. 10. auctor eſt Ariſt. ergò non eſt vſque adeo legi neceſſarium, vt ſit iuſta. In cōtrariū aūt facit auctoritas Iſidori.

Iſidor.

Arg. 1.

Arg. 3.

Arg. 4.

Ad qōnem reſpondetur vnica cōcluſione. Optimè Iſidorus bonitatem legis ſuis numeris circumſcripſit: prius quidem compēdio, poſt vero explicatius: Duo nāq. eſt ī lege cōſiderare, penes q̄ condōnes bonæ legis exigēdæ ſunt, & examinādę. Eſt. n. lex & p̄ſcripta forma q̄ humanas actiones in debitū finē ducit: & ꝑ pea mēſura & regula ad exēplar æternæ naturaliſq; legis poſita. Si aūt cōſideret ut forma, ducēs in finē, neceſſe eſt vt talis ſit, qualis ad eundē conducit finē, ſm̄ Philoſophum. 2. Phiſic. ſerræ nāque talis eſt neceſſaria forma, qualis fuerit ad ſerādū aptiſſima. Si aūt cōſideret vt regula & mēſura dēt eſſe ad ęternā & naturalē exp̄ſſa. Finis āt humanæ legis ē hoīum vtilitas: vt ff. de leg. l. nulla, referē: hoc eſt

Concluſio reſpōſiua.

Ariſtot

Legis omnes qualitates reducunt ad tres.

ſalus eorum, morumque ſuorum inſtitutio ut tranquilè & fœliciter viuant. Prima ergo bonæ legis conditio ad legem ſpectat æternam, quæ fons eſt totius rectitudinis. Et hoc eſt quod ait Iſid religioni congruens nempe qua Deus colitur, qui primus ſtatuendus eſt finis noſtrarum actionum. Hoc enim ipſum & Plato 1. de legib. Secundum quod legi humanæ tribuitur eſt in ordine ad naturalem, quæ alterum eſt eius exemplar. Et hoc eſt quod illic ſubdit dicẽs. Quod diſciplinæ conueniat. Diſciplina. n. (vt Plato. 2. Dialogo de legi docet) eſt puerorũ educatio, morumque noſtrorum inſtitutio. Idem ergo eſt diſciplinæ conuenire, quod regulam eſſe moribus componendis appoſitam. Quę quidem diſciplina trahenda hominibus eſt ſecundum eorum naturam. Reſtat ergo tertium reſpectu finis vt lex ſaluti incolumitatique hominum proficiat. Vocatur enim hic ſalus, optima animi diſpoſitio, qua ab ingruentibus affectionib. & morbis, qui noſtra ſunt calamitas, preſeruarum incolumes. Sic enim ait Paul. Nunc enim proprior eſt noſtra ſalus quã cum credidimus. Ad has tres qualitates (vt auctor eſt. S. Thm.) reducitur aliarum numerus. Explicatius tamen oratorum more per illum depingitur legis figura & pulchritudo. Enimuero cum regula ſit virtutum, quarum præmium eſt honor, nihil eſt legi antiquius, quam quod ſit honeſta Et quia verus virtutis honor diuinitus expetendus eſt, optimè quod dixerat, religioni congruens, honeſtatis verbo explicuit. Tametſi & hoc quoque eadem voce doceatur, vt ne ſit turpis, videlicet, quæ oculos & aures offendat: vti erant apud miſeros illos Ethnicos ritus & leges ſuorum templorum. Videlicet lex Baccanaliorum, quæ crapula celebrabantur, & obſcæna hominum nuditate. Eſſet præterea in honaſta lex, quæ ingenuos ac illuſtres magnates, eodem infami ſupplicio, quo latrones, puniret Deinde, vt quod dixerat, diſciplinæ conueniens, declararet, quod ad legem naturæ diximus pertinere, ſubiungit: Iuſta, Poſſibilis & c. In tribus enim humana diſciplina poſita eſt Primum vt rationi ſit adæquata, eius in cũctus lineam tenens: in quo ratio inſtitię cõſiſtit. Quod ſi arguas nil eſſe honeſtum quod non ſit iuſtum, & ideo eſſe fruſtraneam repetitionem, honeſta & iuſta. Reſpondetur, ſi iuſtum vniuerſaliter accipias pro omni virtute, idem eſt quod honeſtũ. attñ iuſtitia, ſpãlis virtus, eſt pars, hoc eſt vna ex quatuor ſpecieb. honeſti, ut ſm Ariſt. Cicero. ait Cic. 1. de Off Eſt. n. honeſtũ idẽ ꝙ mora lis virtus, quæ in quatuor diuiditur Cardinales. Dicere ergo honeſta & iuſta, ſpecificatio eſt generis ꝑ ſpeciẽ. Scꝺ ò, humana diſciplina in hoc conſiſtit, ꝙ ſit in noſtra facultate, amore, & vſu legis præſcripta ſequi. Et hoc eſt quod ait, poſſibili ſecundum naturam: hoc eſt ſecundum condõnem eorum, quibus lex ponitur. Sed ais, nomine ipſo iuſtitiæ includitur poſſibilitas: Nam quod impoſſibile eſt, iuſtum eſſe nequit. Reſpondetur, quod hoc etiam conceſſo ne ceſſe fuit depromere qualis ſit poſſibilitas legis. Nempe quæ ſumi debet ex ciuium in genio & condõne: Vnde poſſibile hoc loco accipitur pro eo quod eſt non difficile. Bifariam enim Philoſophus. 1. de Cælo accipit ait impoſſibile. Vno modo ſimpliciter: & altero pro eo quod non bene & non facile factibile eſt. Deberque poſſibilitatis ratio pro perſonarum qualitate penſari, quum Iſidorus naturam vocat. Non enim pueris & ætate nondum firmis, ſenio ve cõfectis eadem imperari exercita debent, & laborum grauamina, quæ alijs firmioribus & validioribus. Neque tot ieiunia aut ſpiritualia officia ſunt lege à ſecularibus exigẽda, quot à religioſis monachis. Tertio requiritur ad debitam diſciplinam, vt lex ſit omnibus circunſtantijs veſtita. Circunſtantiæ aũt ſunt, tempus & locus. Et ideo ait ſecundum conſuetudinem patriæ, loco & tẽpori conueniens. Nam cum rerum natura muri non poſſit, quę in diuerſis regionibus diuerſa fert hominum ingenia, & mores, & morbos, debẽt leges moribus regionis adaptari. Sunt enim Germani (vt verbi gratia dixerim) minus mortis timendi, ferique magis, & truces: & ideo inter illos nõnulla ſcelerum genera atrociſſimis ſupplicis vindicantur, quæ Hiſpanis nõ ſunt præ nimio eorum horrore congruentia. Cętera verò quæ ſequuntur ad finem legis, humanam ſcilicet ſalutem ſpectant. Debet enim lex homines & à malo ſeuocare, & in bonum promouere. Propter orimum, dicitur neceſſaria, ſ. ad cauendũ in cõmoda, & nocumẽta ꝙb. peruertimur: ꝑ ꝑ ſm dr vt illis. Vtile n. idẽ eſt qꝺ medium ad finẽ accommodũ. Quare, neceſſarium in propoſito non vſurpatur ſimpliciter, ſed hoc pacto differt ab vtili,

Explicantur ſigillatim legis condõnes.

Lex honeſta.

Iuſta lex & poſſibilis.

Argm.

Solutio.

Cicero.

Alter ſcrupulus.

Rñſio.

Ariſtot.

Gemina acceptio impoſſibilis.

Lex dẽt eſſe loco & tẽpori cõgruens.

Lex neceſſaria, & ut ilis.

vtili, quod reſpectu ſunt diuerſorum effectuum. Vnde id maximè legiferi deberent conſiderare, ne legũ multitudine ſubditos obiurent: ſed illis eſſent tm̃ contenti, quæ ſunt penitus neceſſarię: nam ipſa multitudo fit ſtatim impoſſibilis: Vnde illico efficiuntur veluti aranearum telæ, quibus muſchæ arcentur, non leones. Legum inquã immodica turba hoc ſolum præſtat, vt boni & mites, qui legibus non indigent, circũſepti viuant, peruicaces autem & indomiti leges plures habeant, quas peſſundẽt ad ſuas explendas libidines. Sed ad eundem finem legis per quam maximè decens eſt, vt nulla ſit obſcuritate obuoluta, ne ad captandos ignorantes muſcipula fiat, ſed ſit vſq; adeo manifeſta, vt trangreſſorum nemo poſſit non eam intellexiſſe. Vnde eodẽ titulo de legibus, & conſtitutione, legimus. Leges ſacratiſſimæ quæ conſtringunt hominum vitas, intelligi ab hominibus dẽt, vt vniuerſi præſcripto earum manifeſtius cognito, vel inhibita declinent, vel permiſſa ſectentur. Deniq; vt eundem legum finem palam Iſidorus indicaret, quaſi omniũ compendium concluſit dicens. Nullo priuato commodo ſed pro cõmuni ciuiũ vtilitate cõſcripta. Etenim vt inter regem ac tyrannum hac ſola rõne intereſt, quod ille in cõe bonũ, hic aũt in ſuum priuatum cuncta refert, ſic & inter legẽ bonã & malã hoc idẽ eſt interſtitium. At vero cum alijs modis & reſpectibus leges poſſint pro priuato commodo conſtituit, ille eſſet omniũ peſſimus ac peſtilentiſſimus ſi lucri gratia conderentur. Videl cet, vt vel trangreſſorum mulctis, vel diſpenſationum frequentia, legislatorum ærarium diteſceret, aut auli corũ res augerentur. Optimè ergo ait Auguſt. 1. ad lib arb. Aug. quod lex iniuſta non eſt lex, & elegaater 2. de legib Cic. Cõſtat profectò ad ſalutẽ ciuiũ, ciuitatumq; incolumitatem, vitamque hominum quietã & beatam, conditas eſſe leges, eoſque qui primũ eiuſmodi ſcita ſanxerunt populis oſtendiſſe ea ſe ſcripturos atq; laturos, quibus illi ſcriptis ſuſceptiſq; honeſte beateque viuerent, quæq; ita cõpoſita, ſtataq; eſſent, eas leges videlicet nominarunt. Ex quo intelligi par eſt, eos qui pernicioſa & iniuſta populis iuſſa deſcripſerint, cũ contra fecerint quã pollitici profeſſiq; ſint, quiduis potius tuliſſe quam leges. vt perſpicuum eſſe poſſit, in ipſo nomine legis interpretando ineſſe vim & ſententiam iuſti, & iuris colendi. At quod opus eſt teſtibus? Lex, regula eſt, regula autem niſi recta ſit, ſuam non retinet naturam, lex verò iniuſta, obliqua eſt: nihil ergo minus quam lex.

Legum multitudo vitioſa.

Iſidor.

Auguſt.

Primũ igitur, tertiũq; argumentum, per ea quæ ſupra obiecimus, planè ſoluta ſunt. Ad ſecũdum autem reſpõdetur Quod cõſuetudo, antequam ſcripta ſit, vim hẽt legis vt ff de leg. l. diuturna, & l. ſed ea. ait Iuriconſ. differt tamen à lege quæ reipublicæ conſenſu ſcribitur. Dẽt aũt lex poni quæ cũ patriæ conſuetudine non pugnet: niſi conſuetudo abiectu digna ſit. Ad quartum argumentũ, reſpõdetur, quod cũ humanarũ rerũ caſus tantæ ſint varietati ſubiecti, nullatenus quæunt leges tanta conſtitui certitudine quin qñq; ſint ex æqua & bono interpretanda. Nã & lex ipſa naturalis de reddendo depoſito, deficit, dum ab eo petitur nocere parat. pari modo lex quæ capite punit homicidam, deficit, cum quis vxorem occidit in adulterio depræhenſam Quapter (vt eodẽ citato loco ait Ariſt.) defectus hmõi non ſunt in lege, ſed in rebus ipſis humani, quarũ caſus nequeunt certius comprahendi. Qua vtique de cauſa appoſitiſſime lex comparatur regulæ Lesbię, Erat. n. Inſula vbi lapides præ ſua intractabili duritiæ, nequibant cudendo quadrari, vt adaptarentur ad regulam. Et ideo vice verſa regula, quæ idcirco non ferrea ſed plũbea erat, flectebatur, vt gibboſitati lapidis adaptaretur, quod ſm̃ regulæ curuitatẽ deprahenderetur in muro ſedes, vel ſterneretur locus cui aptius inſideret. Vnde fit conſequens, vt cum lex ob neceſſitatem ex æquo & bono accommodatur rebus, illam Ariſ. obliquitatem non tribuerit vitio, ſed laudi propter inconſtantiam rerum humanarum. Sed tamen extra talem neceſſitatem meritò male audit regula Lesbia, putadum lex vel ad principum voluntatem inflectitur, vel alias ob cauſas, non mores ad legem collimantur, ſed lex ad morum corruptelam detorquetur.

Ad ſecũdum.

Adquartum.

Ariorſt.

Lexſimĩlis regulæ.

Lesbiæ.

ARTICVLVS III.

Vtrum conuenienter ſidorus & qui illum ſequuntur ciuiles leges iuſque humanum diuidant.

TAndem in hoc poſtremo qõnis articulo videndum eſt vtrũ diuiſiones

humani iuris conuenienter fiant. Et argui

Prima ratio. à parte, negatiua.

tur à parte negatiua: Ius humanum diuiduntur tam Iſidorus quam leges ciuiles, in ius gentium, & ciuile: vt patet diſt. 1. & ff. de Iuſtitia & iure. Vbi poſt ius naturale, quod contra humanum opponitur, ſubſequitur ius gentium, & ciuile. Ius autem gẽtium potius ad naturale pertinere videtur, quam ad ciuile: quandoquidem concluſio eſt naturalis iuris: quare Iſidorus ipſe qui dixerat, ius naturale eſt commune omniũ nationum, ſuddit ius gentium, inde ſic appellari, quod ipſos omnes ferè gentes vtuntur: ergo inepta eſt diuiſio. Secundo arguitur. Fit alia legum diuiſio in leges ſacerdotũ, & militum, quæ quidem, ſumitur ex diuerſis officijs igitur cũ penè innumera ſint officia, opificiaq; Reipublicæ, in infinitum producenda eſſet illa diuiſio. Tertiò arguitur: ius ciuile diuiditur in Senatuſconſulta, & plebiſcita, & alia id genus: hæc autem tãtum materialiter differre videntur videlicet, tanquam leges a pluribus vel paucioribus poſitæ: non autem formali ratione iubendi: materialis vero diuiſio non cadit ſub arte, quia procedere poteſt in infinitũ ſicut ſi dicat leges Athenienſium vel Lacedæmoniorum vel Romanorum: illa ergo nequaquam eſt artificioſa diuiſio. Et eodẽ modo impugnatur partitioſa alia qua leges diuiduntur in Corneliam, Iuliam, Sempproniã, & alias quæ à ſolis auctoribus ſortiũtur diuerſa nomina. Cũ enim abſq; numero ſint auctores, abſque arte fit talis diuiſio. In contrarium facit tum Iſidorus, tũ etiam legis prudentum auctoritas.

Secũda ratio.

Tertia ratio.

Iſidor.

Concl̃o reſponſiua.

Oſtenditur concluſio.

Queſtio preſens vnica concluſione diſſoluitur, quæ eſt hęc: Ius humanum, vt idẽ ſit quod lex humana, quadrifariam ea arte diuiditur. Vnum quodque enim genus ſecundum id quod in eius ratione continetur per ſe diuiditur, & (quod aiunt) formaliter, non autem penes id quod ſibi forinſecus accidit, ſicuti animal, quia in ſe continet animam, quæ ratione intrinſeca, vel rationalis eſt, vel irrationalis, per ſe diuiditur in rationale & irrationale, non tamen in album & nigrum, ſicut coloratum: in ratione autem legis humanæ, quatuor per ſe includuntur, ergo tot modis põt in ſpecies diuidi. Primũ namq; quod legi humanæ p ſe cõpetit, eſt deriuari (vt arti. 2. diximus) a iure diuino, idq; dupliciter cõtingit, ſcilicet & per modũ naturalis illationis, & per modũ arbitrarię determinationis, igitur penes has differentias primum omnium diſtribuitur ius humanum, in ius gẽtium, & ciuile. Dr. nius gentiũ, quidquid mortales ex principijs naturalibus per modum concluſionis ratiocinati ſunt. Exempla sũt manifeſta. Statuamus illud naturale principium. Vita humana in pace & tranquillitate ſuſtentanda eſt, & cõſoluenda. Inde ſub ſumpta altera præmiſſa, q̃ natura corrupta in cõi viuens, neq; agros coleret diligẽter, neque in pace viueret, gentes intulerunt diuidendas eſſe poſſeſſiones. Ex eodem itidem principio elicuerunt ſeruitutis legem nam aliter ſeruari nequiuerat hoſtis in bello. Rurſus ex eodẽ principio, ſubiuncta altera præmiſſa ſ. quod homines, ciuile animal, ſuſtentare ſe nequeunt, niſi vicarijs ſe operis mutuo iuuent, intulerunt leges omnes venditionis, locationis, impignorationis, aliarumque commutationum, pactorum & conuentorum, vt hĩ ff. de Iuſt & Iure. l. Ex hoc Iure, quibus humana ſocietas colligatur & ſuſtinetur. Quidquid verò per modũ determinationis generis per ſpẽm cõſtitutũ eſt, ius appellatur ciuile. Vnaquæque.n. ciuitas, aut reſpublica ſua ſanxit particularia ſcita. Vt ex illo naturali principio, Deus ſacrificijs colendus eſt, diuerſa inſtituta ſunt ſacrificia, bonũ ſaut caprorũ, & (vt ait 5. Etih. Ariſt. ca. 7.) capra dijs, ſed non duas oues mactare. Sacrificia vero antiquæ legis diuinitus inſtituta ſunt, & ſacro ſanctum noſtrũ Euchariſtiæ, ab ipſo redẽptore, qui factus eſt pro nobis hoſtia & ſacrificiũ, Leges etiam (vt dicebamus) pœnarũ q̃b diuerſis maleficiotũ gñibus diuerſa sũt ſupplicia decreta ad ius ciuile ꝓtinent. Itaq; ius naturale abſq; vlla rõcinatione ſcriptũ eſt in mentib. noſtris, ius aũt gẽtiũ naturali ratiocinatione, abſq; hominũ cõuentu, & longo conſilio inde elicitum, ius aũt ciuile arbitratu hominum in vnũ coeuntiũ cõciliũ cõſtitutũ. Vñ Iſidorus li. 5. c. 5. q̃ refertur diſt. 1. Ius, inquit, ciuile eſt, q̃ quiſq; populus vel ciuitas ſibi propriũ diuina humanaq; cauſa cõſtituit. Vnus hinc tñ oboritur ſcrupulus, rñſo dig us. Conſequens enim ex his fieri videt, præcepta Decalogi eſſe de iure Gentium, q̃ñ quidem (vt ſupra visũ eſt) ex principijs naturalib. ceu cõcluſiones eruuntur. Conſequens autem hoc falſum eſt, nam quantum ad radicem de iure naturæ cenſetur, quantum verò ad

Diſcrimen inter ius naturale, gentium, ac ciuile.

Iſidor.

Scrupulus.

explica-

explicationem & positionem, de iure Diuino, tum antiquo, tum ēt Euangelico. Ad hoc tamen respondetur, quod ratione originis oē ius gentium dr̄ de iure naturæ, licèt ratione illationis ac positionis nuncupetur ius gentium, ob idq; nihil vetat, si ante legem scriptam Decalogus censeretur posteriori mōde iure gentium Tametsi propter euidentiam proximæ illationis, forsan non sortiretur nomē nisi iuris naturæ. Nam est Decalogus adeò patēs, vt principijs naturalis iuris sit proximus At verò qm̄ caligante iam mortaliū mente, præcepta illo digito Dei in tabulis exarata sunt, nomen obtinuerūt diuini iuris. Non q̄ supra naturam sint, sed quia Deo auctore exposita. Per hęc soluitur argm̄ primū Ius n gētium, sic non negatur quodam mō esse naturale, vt tm̄ cēseatur ab illo differre p p illationem: tunc præsertim dum longius conclusio à principijs distat. Secunda cōditio humanæ legis est, ordo ad cōe bonum. Et sm̄ hunc ordinem diuiditur respectu diuersorum officiorum ac ministrorum, qui egregias operas nauāt cōi bono: vt est lex sacerdotū, qui religionis culti consecrantur. Et leges militum, qui publici sunt custodes: legesq; magistratuum, qui iustitiæ administrandę præficiuntur Haud tm̄ inde fit consequens (vt secundo loco ante qōnē arguebatur) multiplicandam esse hanc diuisionem ad opificum numerum qui sūt in republica. Nam alij nō sunt publici eius ministri cōi bono deputati, sed particulari bus necessitatibus inseruientes. Tertiò conuenit legi humanæ ab illis institui, qui publica funguntur administratione reipublicæ: generis autem reipublicæ (vt supua iā secundum Arist in Polit. diximus) multæ sunt species. Alia enim est Aristocratia, id est, optimatum principatus: quare leges q̄ ab istis eduntur, nuncupantur Senatusconsulta responsa prudentum &c. Secunda regiminis species est, Oligarchia, id est, paucorum diuitumq; & potentū principatus. Et sm̄ hoc sumitur ius prætorium, quod ēt dr̄ honorarium. Tertium regimen est Democrita, hoc est, popularis potentia: cuius leges dicuntur plebiscita. Aliud autem dicitur regimen tyrannicum, de qua specie propter eius corruptionem nullū sumitur legum nomen Sed quartum regiminis institutum, est regnum Et secundum hoc sumitur species legum, quæ dicuntur constitutionem principum. De quibus extat titulus 1 lib. Digestorum Cuius prima lex est, Quod Principi placuit, legis habet vigorē. Arist. autem ex his videtur aliud communi sci quod ei forsan optimum iudicatum est. Et ex hoc (vt auctor est Isidor.) natæ sunt leges, quas maiores natu simul cum plebeius tanxerunt. Et per hæc satisfactum est tertio argumēto. Haud enim harum differentiæ legum ob numerum tantum legumlatorum discernuntur, immò ob species regiminis diuersas. Quocirca non est eadem ratio diuisionis legū in Romanas, Athenienses, Lacędemones, &c. Hæc enim non specifica, sed prorsus numerica est. Quartum, quod lex humana sua ratione includit, est componere humanos mores, diuersosq; aī insultus cōpescere. Ex hac ergo parte sumitur diuisio legū in legē Iuliā de adulter. & Cornel. desica & Aquiliā, & alias: quæ licèt à suis autorib. noīa traxerunt, tm̄ nō solū hac ratione discrepant (quod quarto argumento impugnabatur (sed p p specificā actionum distantiam, de quibus latę sunt. Restant ergo omnia argumenta soluta. Hęe autem satis dicta sint ad exponēdum iuris diuisiones. De quibus, præter loca citata, copiosa fit mentio. ff. de orig. iuris.

Ad primū arg.

Secūda humanæ legis cōditio

Soluit 2. arg.

Tertia vn̄ iuris humani, triplex diuisio ducitur.

Prima, Aristocratia.

Secūda, Oligarchia.

Tertia, Democratia.

Quarta regiminis species.

Aristot.

Isidor.

Ad tertiū arg.

Quarta cōditio legis humanæ.

Adquartum.

QVÆSTIO VI.

DE POTESTATE LEGIS Humanæ.

S. Tho. 1. 2. quæst. 96.

ARTICVLVS I.

Vtrū lex humana in cōmuni debeat cōstitui.

POst legis humanæ necessitatem qualitatemque & diuisiones, sequitur de eius potastate, & virtute. Et initio ab eius generalitate sumpto. quæritur primò, vtrū debeat in communi constitui? Et arguitur à Parte negatiua Primū ex Philosopho 5. Ethic. ca vbi ait, de singulis etiam legeliberi, vt sacra Brasidę facere, idq. distinguit contra ea quæ publicis decretis instituuntur. Inde. n. colligitur, leges non in cōi tm̄, sed in singulari quoq; poni. Secundò, leges sunt de actionibus nostris, quæ tm̄ in singulari fiunt, ergo dēnt in singulari ferri. Tertiò lex est mēsura nr̄arum actionū, & mensura,

Argu. 1. partis negatiuæ.

Aristot.

Argu 2.

Argu. 3.

ſura, vt primo Metaphyſicor. docetur debet eſſe certiſſima: actiones aũt noſtra lubricæ incertæq; ſunt: congruentius ergo leges de ſingularibus caſibus decernerentur, quã in cõi. In cõtrariũ eſt pomponius Iuriſconſultus, ff. de legibus, vbi ait: Iura conſtitui oportet in his, quę accidunt, hoc eſt, in his quæ vſu venire ſolent: non tñ in his quæ præter opi. & inſperatò cõtingũt, idq; trib. ſubſequentibus legib. inculcat.

Pompo nius.

Reſponſione facilè per vnicam concluſionem inſtituitur: Lex debet in cõi conſtitui: hoc eſt non debet præcipere. Si talis aut talis occiderit, vel tali de cauſſa, aut cũ talis circũſtantia capite plectatur, verum in cõi. Quicũque occiderit Accidentariæ enim illæ circunſtantiæ nequeunt lege cõcludi, at per prudentiam ſunt poſtea perpendendæ. Enimuero vt in ſpeculatiuis, quemadmodum iubebat Plato quieſcendum in ſpeciebus eſt, eo q̃ de ſingularib. quæ caduca ſunt, nulla eſt ſcientia, ſed experientia; ſic, & in practicis de ſingularib. quæ forte accidunt, nulla eſſe põt lex, ſed ſola prudentia. Probatur aũt præterea cõcluſio tum ex fine legis, tum ex alijs quæ illi adhærent. Iam. n in quæſt. proxi. aſſertũ eſt legem debere pro cõi vtilitate ciuium fieri. Inde ergo fit, vt debeat talis condi, qualis cõi expediat bono: commune autẽ bonum ex multis conſtat tam perſonis, quam negotiorum varietate. Sunt inquã qui legibus parere coguntur, ſenes, & iuuenes potentes, & debiles, ſapientes & ignorantes, quibus multa poſſunt negotia contingere. Debet ergo legifer hiſce omnib⁹ proſpicere; quod fieri aliter nequit, quam ſi lex in communi ponatur. Deinde ponit (vt 1 de Ciuit. Dei. Ait Aug.) non vt paruo tempore duret, ſed vt longis ſæculis. Graue. n. reſpublica accipit detrimentum frequenti ſubmutatione legum, ſit aũt de ſingularibus caſibus poneretur, illis demutatis mutari & ipſa ſubinde deberet. Ex p̃ſenti cõcluſione elicitur illud axioma. Lex non reſpicit ea quæ rarò, ſed ea quę vt plurimum contingunt. Quod iuriſconſultus verbis citatis pronunciat. Contra hãc igitur legum naturam grauiter peccant, qui ſingulis caſibus legibus occurrere contendunt. Extat (vt exempli gratia dicam) lex de ambitu, nempe quo candidati ambire prenſareque prohibentur. Vt autem hic murus firmior ſit alia comitatur lege, videlicet, ne quis domos ipſorum adeat, ne ipſi ob ambulent, ne vllus cũ altero colloquatur. Quod ſi ſcholaris contrafecerit, iure ſuffragandi priuetur, ſi vero candidatus, ipſe ius quoque amittat petendi cathedram. Reuera hoc plus iuſto eſt irretire humanos amicos. Contra eãdem itidem doctrinam delinquunt, qui in condendis legibus non alia tempora longius proſpiciunt, quam quod præſens eſt. Sunt inquam qui exiguum numerũ perſonarũ cõſiderantes, charitate feruentiũ, graui legum onere religionum familias præmũt, quas cum poſteri ferre nequeant, ceruicibus excutiunt. Veriſſima ergo doctrina eſt, q̃ leges debent ſic in communi ferri, vt multis temporibus perſonarumq. qualitatibus & caſibus coaptari poſſint.

Conclu ſio vni ca rñſi ua q.

Probatio concluſionis.

Auguſt.

Primũ peccatũ eorũ qui ſingulis caſibus peculiarib. legibus ſubueniũt.

Secũdũ peccatũ eorũ qui in cõdẽdis legibus ad id ſolũ q̃ ad eſt proſpiciunt.

Ad primũ igitur argumentum reſpõdetur, tres gradus impræſentiarum diſtingui præceptionum ac prohibitionum humanarum. Primus eſt omnino generalis, nempe quando inſtituta non in gratiam alicuius ſingularis, ſed in bonũ totius reipublicæ fiunt, & hæc proprie dicuntur leges, vt. Qui cædem fecerit, capite plectat: Magiſtratus non pretio creentur, iudicia Iudices ne pretio vendant. Et iſtæ ſunt, p̃priè leges. Alia vero ſunt, quæ in gratiam ſingularis perſonæ conceduntur. Et iſtæ non tam leges, quam priuilegia ſeu diſpẽſationes dicuntur; vt cum Rex militi ſtrenuè ſe in bello gerenti iura nobilitatis cõfert. Et eleemoſynas in ſubſidium belli contra Turcas largientibus, ſingularia Põtifex impartitur priuilegia. Hoc autem perſpectè audiendum eſt. Poteſt enim vera lex in gratiam ſingularis perſonæ ferri, vt ſunt leges feſtorum, quæ in honorem Virginis ſacræ, aui alius cuiuſq; diui ſolẽniter feriamus; iſtæ n. in cõi omni populo indicuntur. Priuilegia autem non præferũt talem vniuerſalitatis ſpeciem; alias. n. inducerent formam legis; vt eſt illa, quæ totã nobilitatem a ſoluendis tributis eximit; & illa generalis Qui tot annis militauerit, emeritus ſit miles. In poſtremo autem gradus ſunt ſententiæ iudicum, quæ (vt ſupra dictum eſt) non leges, ſed legum ſunt applicationes ad ſingularia. Secũdi ãt argumenti reſpõſio facillima eſt. Nã cum lex menſura ſit, non debent eſſe tot leges, quot actiones, ſed ſicuti vna regula artifex plurimos diſponit lapides, & eadẽ vlna

Ad primũ arg. Primus gradus.

Secũdus gradus.

Põt vera lex ferri in gratiã ſingularis perſonæ.

Poſtremꝰ gradus.

Ad ſecũdũ arg.

na plurimas metimur quantitates; sic vna communi lege plurimas regulamus actiones. Tertio autem argumento fatemur, non posse humanas leges tãta pollere certitudine, quanta est in naturali, sed tamen neque in omnibus exigenda est eadem certitudo, vt 1. Ethic. ait Arist. Et ideò satis est, humanis legibus, si plurimum sint vsu rectæ, licet nonnunquam deficiant.

Ad tertium.

Aristot.

ARTICVLVS II.

Vtrum ad legem humanam pertineat omnia vitia cohiberi.

Prima ratio.

POstquam de generali forma legis visum est, in communi esse ferendam, sequitur vt de eiꝰ latitudine videamus, an omnia vitia debeant humanis legibus prohiberi. exístit n. statim in foribus rõ affirmatiua. Enim verò si leges, vt supra nos Isidorus docuit, in hoc humanitus posite sunt, vt earum metu coerceatur iniquorum audacia, cum aliter coerceri nequeat quam si omnia prohibeantur vitia, consequens fit, vt omnia humanis legibus veteri debeant. Secundo, cum etiam ex Aristotele iam audiuerimus, illud esse legislatoris propositum, vt bonos studiososque faciat ciues; id autem nequeat, nisi homines ab omnibus vitijs refrænando, fit, vt debeat legibus omnia compescere uitia. Tertio, lex humana (ut etiam uisum est) a naturali deriuatur, legi autem naturæ cuncta repugnant uitia, ergo legibus humanis omnia caueri debent. In contrariũ est Aug. lib. 1. de libero arbi. vbi ait humanam legem multa concedere, ac impunita relinquere, quæ per diuinam prouidentiam vindicantur.

Isidor.

Secũda ratio.

Tertia ratio.

Augustꝰ.

Respõsio huius quæstionis more & vsu patentissima est, quæ duabus conclusionibus constat. Prior est, Leges humanæ non omnia prohibẽt vitia. Fulcitur aũt hac naturali rõne. Lex (quod identidem resumimus) mensura est humanarũ actionũ, mẽsura aũt (vt 10. Metaphy. auctor est Philosophus) homogena esse debet, hoc est eiusdẽ rõnis rebus ipsis quas metimur. Enim uero quantitates cõtinuas vlna metimur, aut pede, aut palmo, quę quantitates itidẽ continuæ sunt, liquores vero & grana metimur modio, sed pondera, libra, idque in singulis generibus obseruamus. Fit ergo consequens, vt leges hominum humanæ sint conditioni adaptandæ. Id quod Isidorus illic admonuit, vbi iussit legem debere esse possibilem secundum naturam & secundum consuetudinem patriæ. Conditio autem humana id postulat, vt leges non sit summo rigore vitiorum vindices, ergo tales debent institui. Quod autem hoc nostra conditio & ingenium expostulet, sic accipito: Leges toti multitudini ponuntur: in multitudine autem longè plures sunt qui virtutum habitibus non sunt imbuti, sed cum prauis corruptisque affectibus colluctantur, quique adeo potentes non sunt præclara virtutum opera assequi, nam studiosi habitus sunt quibus facultatem nanciscimur studiosè agendi, ergo sicuti leges non eædem puerís, quæ viris, neque eędẽ sęcularibus quæ religiosis ferendæ sunt, sic neque toti multitudini illa sub pęnę interminatione prohibenda sunt, à quibus tota multitudo pro humana fragilitate abstinere non potest, sed ea prorsus quæ plurimi cauere possunt. Posterior conclusio: Ea potissimum vitia, flagitia, & scelera, debent leges humanæ prohibere, quæ rempublicam de sua pace & quiete deturbant, qualia sunt crimina, quæ iniustitiam habent annexam, puta illa, quæ sunt contra commutatiuam iustitiam, vt homicidia, furta, adulteria, fraudes, & indias, atque id genus reliqua. Enimuero, tranquillitas hæc & rei publicæ serenitas, scopus est & finis omniũ leges condunt. Quin verò alia quæ impunè permittunt, vt hæc euitentur sinunt, nempe meretricia, vt adulterijs obuietur, vsurę, vt caueantur furta. Hinc fit, crimina & scelera non quò grauiora sunt coram Deo, durius in republica vindicari sed quò paci sunt magis inimica. Periuria enim quæ peiora sunt furtis, & blasphemiæ, quę homicidia sua immanitate exuperant, non prohibentur capitali supplicio, sed Deo reseruantur castiganda. Veruntamẽ illa quę substantiam religionis concutiunt vt hæreses, & apostasiæ, atque illa quæ sua fœditate aures inficiunt, licet non sint hominibus iniuriosa, acerbius nihilominus sunt vindicanda.

Prima conclu. Suadet conclusio naturali ratione.

Posterma conclusio.

Probatio.

Corolla rium.

Ad primũ igitur argumentũ respondetur, quod Isidorus dum ait, legum metu coercendam esse hominum audaciam, seipsum exponit, quòd debeant legibus prohiberi iniuriæ, quas contra iustitiam impu-

Ad primũ arg.

nã

ri audaceſque homines reipublicæ inferũt haud tamen arbitratur neceſſarium, cunctas ſubinde culpas, in quas debilitate humanum genus dilabitur, eatundem vigore vlciſcendas.

Ad ſecũ dũ arg. Ad ſecundum autem reſpondetur homines ad virtutem allicientios eſſe ac promouendos more ſuo, vt ſcilicet gradatim eorum imperfectione ad perfectionem appulſa, promoueantur. Obidque non ſunt legibus, quæ omnibus debent eſſe communes, illa inſtituenda egregia officia, quæ ſolis integris viris, & virtute progreſſis poſſibilia ſunt: ſed illa potius quæ etiam imperfectiores adire ferreque poſſunt, vt illis facilioribus imbuti, ad alia, quæ ardua ſunt, valeant ſua ſponte conſcendere: ac non citius vſu veniat, vt dum nimia legum anguſtia ſepiuntur, in deteriora proſiliant. Nam (vt legitur Prouerb. 30.) Qui nimis emungit, Pro. 30. elicit ſanguinem. Et Matth. 9. Si vinum nouum, id eſt ardua, & calore feruentia mandata, mittatur in vtres veteres, id eſt, in homines impurus, corruptiſque affectibus laceros, vinum effunditur, hoc eſt, præcepta contemnuntur, & ex contemptu iniqui in peiora prorumpunt. Matt. 9.

Ad tertium. Ad tertium reſpondetur: quod etſi lex humana à naturali deriuetur, non tamen illam ad vnguem adæquare debet: neque ideò (vt loco citato ait Auguſt.) quod non omnia vetet, quæ vetat, & iubet, improbanda ſunt.

ARTICVLVS III.

Vtrum lex humana omnium virtutum actus præcipiat.

VT circa malorum prohibitionem ſic & circa virtutum præceptionem videndum eſt, quam latè lex humana ſe extendat, vtrum ſcilicet omnium virtutum actus debeat præciperet. Et arguitur à parte negatiua. Virtutum officia, vitiorumq; opera contraria ſunt, lex humana non omnia prohibet vitia: ergo nec omnes præcipit ſtudioſas actiones. Secundò, virtutis opus à virtute procedit. Virtus autem finis eſt legis, nam, vt diximus, finis legiſlatoris eſt, bonos ſtudioſosque facere ciues: præcepta vero legis, non finis, ſed media ſunt ad conſequendum finem: virtutum opera nõ cadunt ſub præcepto legis. In contrarium autem eſt auctoritas philoſophi 5. Ethi. c. 1. vbi ait: Leges ad communem omnium vtilitatem de omnibus dictare. Quare præcipit, inquit, lex & ea agere quæ ad virum pertinent fortem, & item ea, quę ſunt temperantiæ, & etiam ea, quæ ſunt manſueti, & in cæteris identidem virtutibus atque vitijs alia iubens, atque alia vetans.

Arg. 1. partis negatiuæ. Arg. 2.

Ad præſentem quęſtionem perinde atque ad præcedentem duabus concluſionibus reſpondetur. Prior eſt: Nulla eſt virtutis ſpecies, de cuius actibus nõ aliquos præcipiat lex humana. Concluſio eſt, non ſolum Ariſtot. loco citato, verum & Platonis Dialog. 1. de legibus, vbi ait, eos qui de diuina Republica diſſerunt, non ad particulam virtutis, & præſertim ad deiectionem, ſed ad vniuerſam virtutem reſpexiſſe putandum, & per ſingulas earum ſpecies leges quæſiſſe, Ratio autem quam nos natura docet, quamque ſanctus Tho. dilucidat hæc eſt: Virtutum ſpecies ratione obiectiorum diſtinguuntur: nullum autem eſt virtutis obiectum, quod non ad bonũ referri poſſit commune, quin vero ſępiſſimè idem etiam ad priuatum, vt ea quæ fortitudinis ſunt, & ad protectionem, ſeu propriæ perſonę, ſeu amici accõmodari contingit, & rurſus ad tutelam Reipublicæ Et quæ ſunt temperantię, ad bonam priuati hominis valetudinem, & rurſus, vt habilior ciuis ad contemplationem fiat eorum quæ bono publico conducunt. Et ſimile eſt in cęteris. Cùm igitur lex omnis humana (vt dictum eſt) ob communem mortalium vtilitatem cõſtituatur, cõſequens fit, vt nulla ſit virtutis ſpecies, de cuius actionibus lex humana nõ iubeat. Quod ſi des fortè priuatam aliquã, inſtà tibi reſpondebitur. Poſterior concluſio: Leges humanæ nõ de ſingulis actibus ſingularium virtutum præcipiunt. Itaque præcipiunt de ſingularum virtutum aliquibus actionibus: non tamen de ſingulis omnium. Vt ſi verbi gratia dixerimus, in materia fortitudinis præcipit lex humana, Rempublicã defendere etiam cũ mortis periculo: non autem ſic defendere amicum: ſed hoc relinquit naturæ. In materia temperantiæ præcipit. Eccleſia certis diebus ieiunia, non autem in reliquo temporis anno moderatè comedere, quod facit lex naturæ. In materia religionis iubet certos dies diuinis dedicare, ac ſacris intereſſe: non autem ad alias cogit orationes libe-

Prima conclu. Ariſtot. Plato. Rõ'concluſion. Secũda conclu. Explanat'concluſio.

ras.

tas. In materia iuſtitiæ & liberalitatis præcipit in graui neceſſitate & parentib. alere filios ſm ſuum ſtatum & nonnunquam filijs vice verſa parentes. Extra illos autem caſus reliqua ad legem naturę & diuinam remittit de honore parentibus deferendo. In ſumma, lex humana ea duntaxat præcipit officia, quæ ad bonum commune referũ tur, uel per ſe, & proxime, vt ad publicũ bellum arma indui, uel mediate (vt aiũt) vt illa quæ ad bonam attinet diſciplinam, per quã ciues ad bonum iuſtitiæ & pacis inſtituuntur. Quæris ergo, quid ſi aliqua eſſet virtutis ſpecies quæ nullatenus ad bonum publi cum referri poſſet? Reſpondetur nullam eſ ſe prorſus, cuius non ſaltem aliquis actus ad idem bonum quandoq. referri valeat. Neque uero generalis hæc concluſio morales tantum virtutes amplexatur, verum & intellectuales. Legibus nanque humanis, & artes iubentur in republica & ſcientiarum cõtemplationes. At uero ſi ita res habet, ut ẽt virtutes intellectuales concluſio comprehẽdat, emergit ſtatim argumentum quod nõ ſit in vniuerſum uera. Nam obiectum ſupremæ uirtutis intellectualis, in qua ſumma poſita eſt noſtra fœlicitas, cum Deus ipſe ſit per eſſentiam, in nullum aliud commune bonum eſt referibile. Reſpondetur autem quod etſi per ſe Deus in nullum alium referatur finem, eo quod ipſe ſit uniuerſalis omnium, idemq. ſumus, tamen quatenus facili uiſione a nobis attingitur & poſſidetur, refertur quidem, tum in noſtram fœlicitatem ac beatitudinem, tum etiam in ſuam ipſius gloriam quæ per eandem uiſionem fit in beatis illuſtrior.

Quæſt. Solutio. Arg. Rñſio.

Ad primum igitur argumentum reſpondetur, qnod ſicut lex humana nõ prohibet ſingulos uitioſos actus ita ueq. præcipit ſtudioſos uniuerſos Sed eſt tñ differentia qđ quantum ad virtutes nulla eſt ſpecies cuius non aliquem præcipiat actum, tamen quantum ad uitia, nihil uetat aliquam eſſe ſpeciam cuius nullũ actum prohibeat. Et propterea præcedenti articulo reſponſum eſt ad vniuerſalitatem negatiue pręſenti uero affirmatiue. Nullum.n. prohibet aut iocoſum aut officioſum mendacium, neque ullam ſimplicem fornicationem, niſi circunſtantiam habeat ſpeciem variantem in genere moris, ut adulterium, in cœſtum, &cę. Ad ſecũ dũ arg. Ad ſecundum reſpondetur, quod actus. Bifariam dicitur uirtutis, uno modo quantũ ad ſubſtantiam, quia ſcilicet ſit ſecundum rationis normam, ſiue ex habitu procedat ſiue ab eo fiat qui non eſt habitu prædituſ. Alio vero modo quia ex habitu proficiſcitur, atque adeo prompte & delectabiliter fit, lex ergo nihil de habitib. præcipit, ſed de actib. qui media ſunt ad comparandum habitum. Præcipit inquam pro republica pugnare, nihil curans exhabitu id fiat agere, autem ex habitu, non eſt preceptum legis, ſed finis, nam iubendo nobis operari intendit legifer habitus in nobis ingenerare, quibus ſtudioſi efficiamur.

Ad primum ar gumen.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum lex humana imponat ſubditis neceſſitatem in foro conſcientiæ.

POſtquam viſum eſt de poteſtate legis humanæ quantum ad extenſionem videre reſtat quantum ad eius vim, an vſque ad conſcientias attingat, quas ligare poſſit. Eſt enim ſtatim in propatulo argumentum à parte negatiue. Poteſtas inferioris non attingit vſque ad ſuperioris forum, ut in eius iudicio obligare poſſit, poteſtas leges ferendi humana eſt inferior diuina, ergo non poteſt conſcientias ligare quantum ad diuinum forum. Secundo arguitur, quod inde ſequeretur & patrefamilias ſuis liberis poſſe itidem leges ſciſcere, quæ conſcientias obligarent in foro Dei. Nam ſicut præceptum eſt obedire ſuperioribus, ita & honorare parentes ubi & obedientia comprehenditur, conſequens autem uidetur eſſe contra id quod ſupra dictum eſt, nempe citra uim coerciuam, quæ in patrefamilias non exiſtit, leges non poſſe condi. Tertio, iudicium conſcientiæ ex diuinis pendet mandatis, quæ indicia ſunt & documenta diuinæ uoluntatis, contingit autem leges humanas cum diuinis pugnare, ſecundum illud Matth. 15. Irritum feciſtis mãdatum Dei, propter traditiones veſtras, ergo non omnis lex humana obligat in foro conſcientiæ. Quin uero quarto arguitur: Sententia iudicis (vt ſupra diximus) eſt quædam legis appl catio, eiuſmodi autem ſententia non ſemper obligat, etiam ſi in foro exteriori iuſta ſit, ut puta dum iudex ſecundum allegata & probata contra veritatem innocentem condemnat Im-

Argũ. 1. Argu. 2. Argu 3. Argu. 4.

mo

mo quandoque condemnatus nullatenus poteſt ſententiæ parere, ut ſi clam quis duxit uxorem unam, & palam alteram, tunc. n. iuſte & iuridice debitum iubetur reddere ſecundæ, & tamen potius mori debet quam obtemperare eſſet nanq. fornicatio, ergo neq. lex iuſta obligat in conſcientia.

Arg. 5. Quinto leges humanæ frequenter ſolent calumniam, ac ſubinde iniuriam hominib. irrogare, ſecundum illud Iſaiæ. 10 Væ qui

Iſaias. condunt leges iniquas, & ſcribentes, iniuſtitias ſcripſerunt, ut opprimerent in iuditio pauperes, & uim facerent cauſſæ humiliũ populi mei, oppreſſionem autem ac tyrannidem reppellere, cuique fas eſt. In contra-

Petrus. rium eſt Apoſt. Petrus in ſua prima Cano. cap. 2. ubi poſtquam omnes Chriſtianæ familiæ admonuit, ut ſubditi eſſent dominis, non tantum bonis, ſed etiam diſcolis, quia ſic erat uoluntas Dei ſubdit. Hæc eſt. n. gratia, ſi propter Dei conſcientiã ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſte, dicens autem propter conſcientiam Dei, inſinuat conſcientiam ciuilibus legibus ligari.

Quæſtio eſt, in qua alquanto plus dubietatis, ac difficultatis quam in ſuperioribus ineſt. Ad cuius utique intellectum, diſtinguendum eſt inter leges iuſtas atque iniuſtas. Tribus ergo concluſionibus ad queſtionem reſpondetur. Prima, lex humana tam

Prima conclu. ciuilis quam canonica, ſi iuſta ſit, auctoritate uiget, uiq. pollet obligandi ſubditorum conſcientias. Probatur. Lex omnis humana (ut dictum eſt) ab æterna per naturalem deriuatur, ſecundum illud Prou 8. Per me reges regnat, & legum conditores iuſta decernunt ubi (ut ſupra diſcernendo notauimus) priori membro degnaſitur regnãdi poteſtas diuinitus principibus collata, iuxta illud Pauli. Omni, poteſtas a domino Deo eſt, poſteriori uero prudentia, per quam leges condunt & executioni mandant, ergo ex eadem æterna lege uirtus ad eaſdem ſubinde leges deriuatur, qua ſint in conſcientia apud Deum ipſum obligatoriæ. Exiſtimatur autem legis iuſtitia ex omnibus eius cauſis ſcilicet finali, efficiente, materiali, atque formali. Finali iniqua,

Ad legis iuſtitiã omnes eius cauſſæ accedant neceſſe eſt. vt pro communi bono ſit condita, eadem enim differentia, ut diximus, quæ inter tyrannum & regem, inter leges, quoq digno ſcitur, nempe ut quæ præ communi utilitate ſit lata, iuſta habeatur, quæ uero pro particulari, tirannica. Secundo, ex parte agentis, ut pote quod qui illam tulerit, ſuam nõ fuerit facultatem tranſgreſſus. Tertio, ex parte materiæ. Quoniam, vt quæ pro tempore & loco bona ſunt, prohiberi non debent, ita neque opera mala materia præceptionis ſunt. Quarto ex parte formæ Nam cum lex, regula ſit, ex debet rectitudine & æquitate ſplendere, vt talem ſeruet tamin honoribus quam in oneribus proportionem ad ciues, qualem ipſi habent ad corpus reipublicæ, ſunt quippe ceu partes in toto, ob idque ſicut partibus diuiſa ſunt a naturã munera, ſic & onera ſecundum proportionem facultatem ciuium imperanda ſingulis ſunt, atq. honores ſecundum proportionem dignitatum impartiendi. Igitur quæ lex his fuerit numeris abſoluta, obligatoria erit. Secunda concluſio. Lex humana iniuſta non obligat in foro conſcientiæ. Concluſio ex ſuperioribus fit notiſſima Nam lex iniuſta, cum recta non ſit, regula eſſe neqait, atque adeo neque lex, quę autem non eſt lex, obligat neminem. Legis autem iniuſtitia duobus penſatur modis. Primo, ſi bono aduerſetur humano, ut puta tatione aliqua cuipiam prædictarum quatuor contraria, videlicet ex defectu aut debiti finis, aut agentis, aut materię, aut formæ. Altero modo, ſi contraria ſit bono diuino. Et quamuis nequeant Deo eſſe contrariæ niſi ratione materiæ, uel alium prædictarum cauſſarum, notatur tamen diſtinctio hæc, ut ad tertiam concluſionem ſternatur aditus, quæ talis eſt: Leges illæ, quæ humano tantum bono aduerſantur, licet in conſcientia de ſe non obligent, ligant tamen quandoque ratione ſcandali, quæ uero diuino bono impie repugnant, nullatenus ſed aperte eſt illis obtiandum. Prius membrum patet. Nam in his quæ præſe non fuerunt manifeſtariam tyrannidem, reſiſtere potentibus non eſt citra ſcandalum poſſibile, & ideo ferendi interim ſunt quouſque leniori uia in mente ſaniorem aducantur. Huc enim pertinet Chriſtianum conſilium, Matth. 5 Qui angariauerit te mille paſſus, uade cum eo & alia duo, & qui abſtulerit tibi tunicam, da ei & pallium. At uero ſi tyranni uel ad idolatriam nos ſuis legibus inducerent, uel a noſtris arcerent ſacramentis, uel ad alios mores aut ritus fidei contrarios propellerent, nullum eſſet formidandum ſcandalum, ſed illud eſſet grauiſſimum, ſi illis non ſtatim

Secũda concluſionis. Probõ.

Legisin iuſtitia, unde ſit pẽſanda

Tertia conclu.

Matth.

poſt

post habita vita obsisteremus. Hic enim est
Act. 5. legitimus sensus illius Act. 5 Obedire oportet Deo magis, quam hominibus Sic nanque respondit Petrus principi sacerdotum præcipienti, ne in nomine Christi prædicarent. Hisce iniustitiæ formulis ex arte dispositis uniuersæ comprehenduntur, quas iuris interpretes ad duodecim, vel plures cogestim multiplicant, ut est tum apud a-
Syluest. lios Summistas videret, tum apud Syluest. verbo, lex. §. 9. Vt autem hæc accuratius collimentur, speculandum primum de prima conclusione est, quo sic gradu tenenda. Ad quod respondetur, non esse tam sublimi, tamq; firmo certitudinis gradu constabilitam de ciuilibus legibus, quæ de ecclesiasticis, ob idque de ecclesiasticis, Papę
Quæstio Solutio. potissimum, ac consiliorum, adhibet quarta conclusio. Tanquam fides catholica confitendum est ecclesiasticas, sanctasque leges obligare in foro conscientiæ genere
Quarta conclu. suo sub reatu mortalis maculę. Irrepsit. n. olim Vvaldensium error, postq; Ioannis
Vvualdensis. Vvicleff, eorundemque tandem legitimi
Io. Vvicleff, Lutherus. hæredis Lutheri, qp neque in Pontifice Maximo, neque in tota ecclesia potestas ulla est condendi aut articulos fidei, aut morũ leges. Sic enim habet vigesimus septimus eius articulus inter exhibitos ad Leonem. Quare (vt aiunt) sola illa mandata obligãt in conscientia, quæ in Euangelio explicata sunt. Extant autem apertissima testimonia, quibus isti confutantur, Vt est illud
Refutãtur hæreticisacrarum literarũ oraculis. Luc. 10. Mat. 18. Ioã. 20. Luc. 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit me spernit. Et Matth. 18. Si peccauerit, &c. dic ecclesiæ, si ecclesiam non audierit tibi sicut ethnicus & publicanus, vbi compertissimum est iurisdictionem ecclesiæ designari. Item quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cęlis. Et Ioann. 20. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, sicut misit me uiuens pater, & ego mitto vos. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remissa erunt, & quorum retinueritis, retenta, erunt. Quid euidentius, quam illic (vt ait
Chryso. Chrysostom.) collatam fuisse a Christo Apostolis, ac subinde ecclesiæ potestatem, quam ipse attulerit a Patre? Eo præcipue, quòd retinere peccata, functio est haben-
Deu. 17 tis potestatem obligandi. Et Deut. 17. lex extat, quòd qui non obediret sacerdoti, morte moreretur, morte autem nemo plectitur, nisi ob graue peccatum mortale, ergo fortiori ratione lege noua quam & Christus instituit, & Spiritus sanctus gubernat, eadem est auctoritas constituendæ. Idque verba illa palam ostendunt. Actus 15. Visum Act. 15.
est Spiritui sancto & nobis nihil vltra imponere vobis, quam hæc necessaria, &cet. Re uera cum ecclesia suis legitimus obligare Rõi hæ
nos intelligat sub reatu mortalis culpæ, reticos. & Christus suam sit curam pollicitus, & Spiritus sancti regimen quem ad hoc se missurum promisit a patre, ne in rebus tam arduis falli possit certissima colligitur fides in hoc eandem ecclesiam non deseri, sed certa pollere auctoritate obligandi. Iam id demum de ratione finis conuincitur. Enimuero cum mortalium status nunquam sit fixus, sed pro temporum locorumque diuersitate lubrice uarietur, non satis Christus legibus a se positis ecclesiæ in perpetuum consuluisset, nisi potestatem reliquisset in ecclesia nouas pro tempore condendi, quę in suo ipsius diuino foro obligarent. Hæresis autem hæc iam in concilio Viennensi, ut habetur Clemen ad nostram, de hæret. & in Constantiensi, ac de- Concil. Viennẽse
inceps a Leone X. merito suo condemnata est. At vero de potestate ciuili non est Concil. Constã.
tanto robore conclusio firma, quin sint in Leo X.
contrarium argumenta nõnulla. Primum Arg. 1.
obligare ad culpam in foro conscientiæ, cum animas vulneret, videtur spiritualis potestas, qualis in ecclesia est, non autem in potestate ciuili. Secundo potestate ciui- Arg. 2.
lis non illicuisq; protenditur, ut possit peccata remittere, consequens ergo apparet, vt neque possit in peccata conijcere. Iniquum enim censere quis posset ut qui religare nequit ligare valeat, ecclesia nam- Arg. 3.
que utrunque potest. Tertio, finis proximus ciuilis potestatis est temporarius reipublicæ status, ergo ad ęterna supplicia Arg. 4.
non se dilatat. Quarto, potestas quę in conscientia reum culpę punire nequit ætena pœna non potest sub reatu talis culpæ obligare potestas autem ciuilis in foro conscientiæ nullam potest imponere pœnam, sicuti spiritualis, quæ illos in sacramento decernit pœnas, quas si hic non persolueris Postre-
patieris in altero seculo. Postremo arguitur mũarg.
ne articulus neruusque materiæ detegatur. Aut obligatio ad culpam est in arbitrio principis ferentis legem, aut preter suam voluntatem sequitur ex natura legis. Si prius dederis fit, vt nunquam lex ciuilis

obliget

obliget, ſub reatu culpæ, quia nulla eſt lex, quæ talem circunſtantiam exprimat. Si autem poſterius conceſſeris, ſcilicet, vt obligatio ſequatur ex natura legis conſequitur, vt princeps nullam poſſit condere legem, quæ non obliget ſub reatu culpæ, qđ tamen creditu durum eſt: quandoquidem in religionibus præcipue in noſtra, multæ ſunt leges nullo nos ligantes culpæ reatu. Veruntamen his nihil obſtantibus concluſio, quæ ſecundum mentem Diuus Thomas, primo loco aſſerta eſt, ſuam etiam incuſſam retinet ueritatem in ciuilibus legibus quippe quæ ad culpam obligant, & de genere ſuo ad mortalem. Enim uero ſicut reipublicæ eccleſiaſticæ ſic & ciuili neceſſaria fuit ratione finis poteſtas ſeipſum gubernandi, atque adeo leges pro temporum regionumque varietate inſtituendi, licet hæc poteſtas (vt libro quarto ſub titu. de dominius, fuſius diſſerendum eſt) aliter quam eccleſiaſtica a Deo defluxerit. Illum enim Chriſtus per ſe contulit eccleſiæ diuina lege: hæc autem per legem naturæ deſcendit, qua quælibet reſpublica ſeipſam adminiſtrandi auctoritatem habet, quam & regibus conferre potuit. Itaque quia reſpublica ciuilis familia quoque Dei eſt, fit vt ſicuti qui contra ſuas leges proximum offenderit ante eius tribunal reus habeatur, qui vero ſecundum eaſdem fuerit erga eoldem proximos beneficus dignus habeatur præmio: ſic prorſus & qui leges humanas per poteſtatem, ab ipſo collatam conditas, vel violauerit, vel cuſtodierit. Et hoc eſt obligare in conſcientia. Sed confirmatur etiamnum eadem concluſio Facere contra legem Principis, eſt malum mortale, ergo peccatum apud Deum. Antecedens eſt notum, quoniam ſi lex iuſta eſt, regula rationis exiſtit, prætergredi autem rationis lineam, obliquitas eſt, ac ſubinde peccatum. Conſequens nihilominus inde claret, quòd quidquid mali in moribus eſt, peccatum exiſtit, vt egregie Sanctus Thomas 1.2. quæſt. 21. diſſeruit. Deinde lex humana a naturali (vt dictum eſt) deriuatur, quæ conſtituit id quòd generale eſt in particulari ſpecie virtutis, vt genus pacis ad hoc quòd eſt armis non vti nocturnis, ergo leges humanæ obligant in foro conſcientiæ. Ac demum poſtremum adhibetur argumentum peculiariter de lege ciuili, Principis finis, licet proximus ſit, quietus ſtatus reipublicæ, ſupremus tamen eſt ſempiterna felicitas, ad quam ille tempotalis finis tendit, ergo poteſt ſuis legibus per uirtutem ſibi cœlitus donatam in illo ſupremo foro obligare. Colligamus ergo quod licet non ſit manifeſtaria hæreſis, hanc auctoritatem & vigorem ciuilibus legibus veluti eccleſiaſticis denegare, eſſet tamen profecto temerarium & contra doctorum conſenſum, qui præcipuum habent nomẽ. At vero vnus Ioannes Gerſon, vir alias egregiæ notæ reuocare nos huc cogit in diſputationem, vtrum huiuſmodi humanę leges per ſeipſæ obligent inquantum humanæ ſunt, id eſt inquantum poteſtate hominibus conceſſa conditæ, an vero eatenus prorſus quatenus diuina lege ſtabiliuntur. Suſtinet enim tract. de vit. ſpe. lect. 4. opinionem de hac re ſingularem, nempe quòd nulla lex neque ciuilis, neque eccleſiaſtica, immo neque naturalis vim habet obligandi in conſcientia ad culpam, ſed ſola lex diuina eſt, quæ obligat, humana uero inquantum eſt illius interpres. Quæ quidem opinio non tantum nomine (ut quidam putant) a communi differt, ſed re certe latiſſime. Non inquam hoc tantum ait quòd leges humanæ idcirco obligent, quòd tales poteſtates diuinitus ſunt hominibus collatæ, hoc enim nos fatemur, ſed ait nullam eſſe poteſtatem creatam a Deo conceſſam obligandi ſub reatu culpæ, ſed tantum exponendi, & declarandi diuinum ius. Itaque Papa, ſecundum ipſum annalẽ præcipiens confeſſionem non obligat poteſtate ſua, ſed ius duntaxat declarat diuinum quoniam, inquit, ante eius ſanctionem lex Dei erat, annuatim confiteri, ſed quia nobis erat ignota, excuſabat ignorantia. Pari modo niſi ius, inquit fuiſſet diuinum. Quadrageſimam iciunare, præceptum Papæ non obligaret ad culpam, at quia tale ius etat, illud per Papam declaratum nos ligat. Et multo (ut cenſet) uehementiori ratione leges principum, niſi declarationes ſint diuini iuris antea ignorari, nullatenus ad culpam obligant. Sicuti præceptum medici, qui decumbentem iubet a nocuo cibo abſtinere, non eſt obligatorium ad culpam, ſed propterea a grotus illam incurrit, quòd tranſgreditur diuinam prohibitionem homicidij, quòd Medicus declarat eſu talis cibi perpetrari. Atque iſto ordine infert uſque ad quatuordeci-

Legis ciuiles ligant in conſciẽtia.

Probõ.

Confirmatiõ eiuſdem concluſ.

S. Tho.

Altera ratio ad idem.

Poſtremũ arg.

Gerſonis placitum.

tuordecim mirabilia corollaria. In ſumma vult, quod ſicut eccleſia articulos fidei con dere nequit, niſi illos explicando qui in ſacra ſcriptura latitabant, ita neq. poteſt con dere leges. Quin vero ait, neq. legem naturalem vllo pacto obligare, niſi ius explican do diuinum. Ecce opinionem Gerſonis a quam pauciſſimis intellectam, & ideo ab aliquibus creditam. Ratio illius eſt, quia ſicut nemo niſi ſolus Deus poteſt conferre gratiam, ita neq. illam auferre, atq. adeo neq. obligare ad culpam per quã tollitur. Item ſicut eccleſia legem actib. internis fer re nequit, quia neq. illos pnnire valet, ſic quia æternã pænam infligere non poteſt, quæ culpæ dẽtur, ſit vt neq. valeat ad culpã obligare, atq. hac inquit de cauſſa Aug. definiuit pctm, quod ſit dictum, vel factũ, &c. cõtra legem Dei, quia. ſ. contra nullam aliam peccare contingit. At tamen ſi fas eſt ſic de doctore catholico loqui, perparũ differt ab hæreſi Lutherana mõ impugnata, quæ omnem aufert ab eccleſia põtatem condendi leges Immo Gerſonem ſibi Lutherani contra Catholicos patronum obtendũt, licet hoc mitius dicat, quod poteſt Papa diuinas leges declarare, Præterea, dicere quod ante ſanctiones eccleſiaſticas annua confeſſio, quadrageſimaliſq. abſtinentia, eſſet de iure diuino, gratis ſane dictum eſt, quin vero temerarie, quia nullo eſt pacto ſuaſibile. Erat quidem præceptum confeſſionis, ſed tamen tpis præſcriptio, eccleſiæ prudentię erat commiſſa Ad hæc, cum eccleſia hoc aut illud ſub pæna excõicationis præcipit, vt puta cõparere in iudicio, & ſimilia, quis dicere auſit illud fuiſſe ius diuinũ, niſi quia a Deo data erat Pontifici talis cogẽdi põtas, Itẽ Ioã. 20. Propterea præmiſit Chriſtus. Data eſt mihi oĩe ptãs. vt ſubdens Accipite Spiritũ ſãctũ, intelligeretur eãdẽ eccleſiæ cõferre. Ac poſtremo quo Papa eſſet vicarius Chriſti, niſi leges eius familę & vrgẽtia pręcepta ponere poſſet? Eſt ergo certo certius in Eccleſia exiſtere põtatũ non ſolũ declarãdi diuinũ ius verũ condẽdi humanũ qpiõ ſic nuncupatur, qpa põtate humana proficiſcitur, licet diunitus recepta. Etenim ſicuti licet arbores & alia a Deo receperint, virtutes gñandi, nihilominus creaturæ ipſe ꝑ ꝓpriã virtutẽ gñãt & operãtur, pariter hoĩes ꝑ ſuã põtatẽ cõdũt leges, quæ antea non obligabant, ſed ꝑ ea obligãt, quia poſitæ ſunt ab hoĩb. ut

Motiuũ Gerſon.

Alia rõ eiuſdẽ.

Gerſonis poſitio parũ differt ab hæreſi Lutherana.

Prima rõ i Gerſonem.

Secũda ratio.

Tertia ratio.

Poſtrema rõ.

5. Eth. cap. 7. ait Ariſt. Iam uero ius naturæ ecquis neget per ſe obligare. Almain. q. de pote. Eccleſiaſt. c. 12. concedit põtatẽ Eccleſiaſticã obligare poſſe ad culpam mortalẽ, quia Papa eſt uicarius Chriſti, negat id tamen de ciuili, niſi Gerſonico mõ. Nihilominus ueriſſimum etiam eſt de ciuili, ut ſupra expoſitum eſt ac demonſtratum. Vnde ad argumenta Gerſonis & ad ea quæ nos adiecimus, facile eſt rñdere. Etenim licet Deus ſolus gratiam conferat, non ipſe aufert, ſed nos per ſcelera noſtra, & ideo nihil obſtat quo minus homines ex ſua ipſius inſtõne leges conſtituant, quarum tranſgreſſores de gratia, eius decidant eo quod ſuis miniſtris non obtemperarunt, ob. idq. quã hoĩes nequeunt æternam pęnam infligere, ipſe, ueluti ſummus oĩum iudex, infligat. Neq. obſtat quod ptãs ciuilis non ſe extendat ad remittenda peccata, quia diuerſa ſunt miniſteria, Dei, ut ait Pau. ubi autẽ Aug. dixit peccatum eſſe cõtra legem Dei, legem æternã inſinuauit, a quo omnes deriuantur, etiam humanæ quo ideo uno latiſſimo noĩe omnes comprehendit. Ad intellectum autem alius argumẽti uidelicet quo leges principum obligent ad culpam, uirum. ſ. pro arbitrio ſuo, an uero ex natura legis. Notandum eſt diſcrimen inter Eccleſiaſticã ptãtem & ciuile. Eccleſi n. Præla ti, quia ſpiritualium iudices ſunt, poſſunt leges cõdere, non modo conſtituendo opera in ſpecie certa uirtutis aut uitij, uerum etiã diſcernendo inter ueniale & mortale, atq. adeo decernendo tranſgreſſionem ſuę legis eſſe mortale crimen, ſeculares autem principes id nequeunt definire. Sut leges ſuæ ſub culpa ueniali, aut mortali ſeruẽtur, ſed duntaxat cõſtituunt opa in ſpẽ uirtutis, aut uitij. An uero trãſgreſſio, uel omiſſio mortalẽ labẽ trãſgreſſori impingat, ex rerũ natura examinandũ eſt. Dicamus exẽpli gratia præcipit Rex tpe famis frumentum nõ aſportari a regno, ut tpe inſtantis belli arma indui. Conſtituit ergo illa opera in ſpecie obediẽtiæ, & ſcdm ſpeciatim in uirtute fortitudinis. Et quia magni reſeruntur, mortale eſt tunc nõ obtẽperare. Præcipit autẽ aut nõ equitate mulas, aut ſericis nõ indui, qpidẽ ĩcipit eſſe tẽperãtiæ uirtus, aut nõ ferre arma, qpiã ĩde eſt uirtus pacis, ſi parui referũt, erit inobediẽtia nõ grauior q̃ uenialis. Sed ſoluẽda tunc reſtat alia ſupior obiectio, nẽpe qp tũc princeps nõ poſ

Ariſtot. Almain

Ad primũ arg. Gerſon.

Ad ſecũdũ arg.

Ad poſtremũ argum.

Diſcrimen inter Eccleſiaſticã poteſtatem, & ciuilem.

set leges ferre quæ non obligarent ad culpam, quod est falsum cum in religionibus tales sint leges in vsu. Negatur autem consequentia. Sed scisciteris iã signum quo dignoscendum est quæ nã lex obliget ad culpam quæ vero mi iumè. Sũt inter iuris interpretes, qui aiunt leges quibus subnectitur pœne, non obligare ad culpam, hoc autem statim art. proximo repudiabitur Caiet. autem in materia de ieiunio, ait non satis constare legem ieiunij obligare ad mortale, quia non est lata cum illo additamento sub mortali reatu, vbi insinuat legẽ quæ id non explicat, non obligare ad culpam, porro autem (nisi ergo fallor) grauissime de hoc ipse falsus est. Leges enim nunquã ferri consueuerũt cum tali accessione. Præcipimus sub reatu culpę mortalis, vel venialis sed ex operis natura, & grauitate illud est perpendendum. Quocirca fidissima regula est: Omnis lex quæ absolute fertur, hoc est quæ contrarium non explicat, obligat ad culpam, *vel* venialem, vel mortalẽ sed m ptium operis. Et ratio est aliquida, qm̃ lex secũ affert obedientiæ præceptum: obedientia autem per se est virtus, & inobedientia, peccatum. Quo fit, vt quicun. legem ferre voluerint, siue seculares Principes, siuè Ecclesiastici præpositi, quæ nõ obliget ad culpam, illud debent explanare. Neq. aliud potest constitui signum. Documento sunt constitutiones nostræ, in quarum capite sic hr̃ regula nr̃a, & constitutiones non obligant nos ad culpam, sed ad pœnam nisi propter præceptum vel contemptum Quod quidem documentum est, qd̃ nisi illa fieret adiectio non posse non obligare ad culpam. Supremum autem dubiũ in calce quæst. superest: Vtrum eatenus leges humanas sub reatu lethalis maculæ obligare valeant, vt mors etiam sit etiam antea subeunda, quam vel omissione vel trãsgressione violetur? Apparet enim non tm̃ inesse virium in legislatorib humanis, cũ non sint dñi vitæ & mortis. Caiet. 1.2. qu. 96. art 4. constitui regulam qd̃ oĩs lex humana quæ obligat ad mortale obligat sub inde pro sui obseruatione mortem perpeti, nisi casus aliquis benignitate legem excipiatur. Rõ eius est, quod mors animæ fugienda est prorsus anrequam corporis, ob idq. cum lex humana obligat ad mortale, citius succumbendum est gladio quam legi obuiãdum. Imo inquit, per inde est dicere, legẽ humanam non posse obligare ad mortem pro sui obseruatione, ac non posse constituere actum in culpa mortali. Appendet deinde aliqua exempla. Potius. ndebet homo interire, quam cum cõsanguinea matrimonium contrahere. Et in c. Sacris. de his, quę vi met vel cau. fi. ait Innoc. quod cum pro nullo metu debeat quis peccatum mortale incurrere, nullo obstante metu licet cum excommunicatis cõicare. Arbitror tm̃ sic verum esse, humanam legẽ valere tanto cum rigore obligare, vt tm̃ Caiet. rñsio censura indigeat. Igitur primum oĩus certum est, tanti referre posse reipublicæ id quod præcipitur, vt lex pro sui obseruatione ad mortẽ vsq. obliget. Etenim cum princeps in bello militi præcipit locũ seruare, vnde præsentaneum periculũ reipublicæ existit, vitam potius quam locum deserere debet. Immo quoties quidpiã sub pœna capitis iubet, periculum subeũdũ est capitis pro legis custodia. Nã etsi Princeps non sit absolute dñs vitæ. vti Deus, tm̃ accidente caussa põt subditos exponere morti, sicut totũ partes. Nihilominus non est vsq. adeo vniuersalis regula Caiet. Neq idẽ est obligare ad mortale, & obligare non obstãte periculo mortis, nam lex ieiunij proculdubio sub reatu mortali obligat, & nihilominus si tyrãnus mortẽ alicui minaretur, nisi ieiunium frangeret, nulla porro esset culpa illud frangere nisi dum tyrannus in contẽptũ legis ad id cogerel, tunc enim teneretur Chr̃ianus potius mori. Enimuero quamuis potius sit moriendum, quam peccãdum nihilominus nõ præsumitur lex tã rigide ſp cogere, & ideo an lex obliget ad mortem oppetendam, necne examinãdũ est ex operis grauitate Quin vero neq. lex diuina cum illa acrimonia nos vbiq. obligat. Nemo n. tenetur vel se vel filiũ cũ piculo mortis baptizare, aut alia suscipere sacra. Quin vero crediderim Ecal. leges nunquã obligare, tãta cogẽdi vehementia, nisi qñ vel cõẽptus eiusdẽ legis interueniret, vel iniuria fidei. Et iõ est, qa q metu mortis cõtra legẽ facit, non delinquit ex inobediẽtia, sed metu, sicut qui fame frãgit ieiuniũ, nõ formaliter peccat cõtra obediẽtiã, sed cõtra temperantiã. Qd̃ aũt nullo metu possit qs cõtrahere cũ cõsãguinea, hoc est qa nõ est materia mr̃imonij, nec fieri põt ꝓ metũ, sed tales cõcubinꝰ esset fornicatio. Illud aũt caput, Sacris, citatũ oẽs intelligũt de

Quæst. Iurisconsultorũ sñia.

Caieta. Eror Caietani.

Pulcra regula.

Ratio regulæ.

Postremum dubium.

Rõdubitandi. Caieta. Fundamẽtum Caieta. Quo sensu Caie. opin. verum habeat.

Regulæ Caieta. non est vniuersalis.

soluitur rõ Caietani.

Leges ecclesiasticæ nõ obligãt cũ discrimine mortis. Ratio dicti. Satis fit alijs argumen. Caieta.

de cõmunicatione in ſacris,& interuenien te ſcandalo. Si. n. dum ſacerdos, coram notorijs excõicatis celebrat, plebs acciperet ſcandalum, ſuſpicans, leges eccleſiaſticas nullius eſſe ualoris, aut illum eſſe manifeſtarium in obedientem, in tali caſu potius deberet mori, quam id facere. Alias cõicare cum excõicatis ad fugiendum periculũ mortis, non eſſet lethale crimen.

Reſtat ergo rñdere, ad arg. in capite qõ nis propoſita. Primum autẽ iam ſolutũ eſt ſic. ſ. ꝙ licet hõ per ſe ptãtem non habeat in foro Dei, tñ tanquam eius miniſterio fungens præcipere id põt, cui qui ſi reſtiterit eiusordinationi, & ipſe ſibi damnationẽ acquirit, ſm Paul. ad Rom. 13. Secundo autem argumẽto conceditur patremfamilias obligare poſſe ſuos liberos ad mortale. Vt ſi remillis eximii ponderis æquiſſime & ſeueriſſime præciperet Nam & eorum poteſtas Dño Deo eſt, nimirum præcipiente liberis honorare parentes. Vnde Aug. ſuper Pſ. 70 vbi iubet pater, ꝙ contra Dñm non ſit, ſic audiendus eſt qũo Deus, & Salom. Prouer. 6. Cõſerua fili mi præcepta piis tui. Et Apoſt. ad Rom. 1. aliis criminib. annumera non obedire parentib. Super quibus verbis Ambroſius. Quanta, inquit, inſolentia arrepti ſunt, vt neq; parentes ſuos quos auctores in natiuitate habent, agnoſcerent hoc n eſſe ſine intellectu ſine charitate. ſ. Dei, peccatum autem charitari Dei ad verſum, mortale eſt. Et Deut. 21. Pæna mortis decernebatur filio qui contumax eſſet & proteruus, neque audiret patris aut matris imperium, & coercitus obedire contemneret. Verba ſunt legis Quin uero & interoẽs naturales obedientias (vt 1. Pol. Ari. docet) hæc eſt prima quæ parentib. debetur. Ad & vxor quãdoque teneretur ſub tali reatu obedire marito, tamerſi eius præcepta, quia vi coerciua carent, uim nõ hñt legum. An uero in famulos & reliquã familiam eadẽ fungatur auctoritate, non facile eredidetim. Ad tertium rñſum eſt in tertia concluſione, ꝙ leges diuinis aduerſantes, non hñt legum robur, ſed ſunt potius conculcandę. Et ad eundem prope modum rñdetur ad quartum, quod ſnĩę, quę ideo penitus iuſtę ſunt, quod ſm tantum exterũ forum in falſa præſumptione fundatur, non obligãt in conſcientiam, quia cum ſint ueritati cõtrariæ, lex naturalis ac diuina aliud continet. Diuerſimodè tñ conſiderantur. Nam dum

Ad primũ arg.

Paulus.

Ad ſecũ dũ arg.

Auguſt.

Salomõ

Paulus.

Ambro.

Ariſtot.

Ad tertiũ arg.

Adquartum.

ſnĩa diuinæ legi non eſt oĩno contraria, tũc condemnatus, licet poſſit qũocunque ſcandalum & uim iudici illatam, iudicio ſe eximere, ꝑt nihilominus & eidem auſculta re. Vt contingit qñ innocens condẽnatur. Qñ vero diuina lex omnino eſt contraria, vt dum quis cogitur illam cognoſcere quę vere non eſt ſua, citius debet mori quam obedire. Et pari modo reſpõdetur ad quintum. Quãdo. n. leges humanæ iniquæ ſunt in ſubditos, ſi citra ſcandalum fieri poteſt, non eſt in conſcientia eis obediendum, ſecus ſi tale ſit ſcandalum oriretur.

Adquintum.

ARTICVLVS V.

Vtrum omnis penalis lex obligat ad culpam.

DVos hic articulos adhibere eſt operæ pretium de lege pęnali, in qua non nihil ſubeſt ſingularis ambiguitatis. Et primo quæritur vtrum humana lex quæ obligat ad penam, pariter obliget & ad culpã? Et arguitur a parte negatiua. In primis leges pænam irregularitatis continentes nõ omnes obligãt ad culpam, nam iudex qui iuſte eſt cauſa ſanguinis, irregularis, fit vt patet in titulo de homic. uolũtario. & Can. aliquantos diſt. 51. Et bigamus fit ſimiliter irregularis, ut patet 34. diſt. c. ſit cuius & tamen nulla illic ineſt culpa. Nam hæc vna forte ex cauſſa, ob quam regula iuris exceptionem fecit, ſine culpa (niſi ſubſit cauſſa non eſt aliquis puniendus.) vnde illud collectum eſt axioma. Etſi ſine cauſa non poteſt inſtigi pæna poteſt tamen ſiue culpa. Secundo in religionibus (vt de natura iam ſupra dictum eſt) extant leges obligantes ad pœnam ſine culpa, ergo quotieſcunque princeps pænam adnectit legi, non poteſt cenſendus obligare ad culpam, ſed pæna eſſe contentus, ne oraculo illi aduerſetur. Naum Prophetæ c. 1. Non conſurget duplex tribulatio. Tertio, innumeræ ſunt leges tam diuinæ, quam humanæ quæ nullam induunt præcepti formam, ſed tantum pænæ, ut illa Exo. 22. Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem &c. quinque boues pro uno boue & quatuor oues, ꝑ una oue reſtituet. Et 2. q. 3. Qui non probauerit quod obiecerit, pœnam quam ipſe intulerit, patiatur. Et l. capitali. ff. de pœn. Sic habent leges, Incendiarii capite puniuntur. Fęnerari capite puniẽdi sũt, & multæ sũt ſimiles quibus nihil

Prima ratio.

Secũda ratio.

Naum.

Tertia ratio.

prorſus præcipitur, aut ꝓhibetur, ſed pœna tãtum ſtatuitur, ille ergo non obligant ad culpam, ſed prorſus pœnam in contrarium eſt Cano. ius Cano. Satis peruerſum. 56. diſtin. vbi habetur, ſatis eſſe peruerſum, vt quis ſuis officijs priuetur, quẽ ſua culpa, vel facinus a ſuo gradu nõ deijcit. Et idẽ notatur. l. ſi putator. ff. ad l. Aq.

Quæſtio hæc, ſi natura pœnæ ſatis perpenderetur, non erat cur reuocaretur in dubium, adeo res per ſeipſa liquet. Sed qa vulgus neſcio quo colore ait legem quæ obligat ad pœnam, non obligare ad culpam, neceſſe eſt, errorem hunc elidere Reſpondetur ergo vnica generali concluſione. Nulla prorſus eſt, lex pẽnalis, ſi legitime ſit pœnalis nominanda, quæ non obliget ad culpam, niſi contraria intentionem expreſſerit, dicendo, Non intendimus obligare ad culpam, aut quid ſimile, vt ſuperiorique expoſitum eſt. Concluſio eſt Sanctus Thom. 1. 2. q. 108. art. 4. vbi eam, vt pleriq; omnia, luculenter dilucidat, & eſt lumine naturali notiſſima. Pœna enim vel ipſo attestante nomine tam cognatam habet cõnexionem ad culpam, vt pœnæ neque reuocabeat, neque iuſtum nomen, niſi ſit pro culpa poſita. Loquimur enim hic de pœna iuridica, pro eo quod eſt vltio, & vindicta. Nam accipitur pœnam quoque phyſice pro cruciatu quem quis patitur vel a febre, vel ab alio quouis morbo afferente dolorem. Neque opus porro eſt alia probatione præter nominis ſignificationem. Vindicare enim & viciſci, & ſupplicium poſcere, atque adeo pœnam infligere, neutiquã niſi pro culpa fas eſt Quocirca niſi culpa adſit improprie, & præter verborum ſignificatum vſurpatur, ſit. n. ꝓ pœnã iuſta repenſio culpæ, nẽpe vt qui ſuę obſeques voluntati deliquit (nam ſecundum Aug. vbi non eſt voluntarium, non eſt peccatum) contra eandem ſuam voluntatem patiatur. Secundo id probatur. Leges humanæ (vt proximo artic. conſtitutum eſt) ſi abſq; pœnæ comminatione obſolute ponantur, ad culpam obligant, at comminatio pœnę legi appoſita non eſt contrarij ſignũ, ergo tunc ẽt eadem manet obligatio ad culpã. Probatur minor, quia cõminatio pœnæ natura ſua illuc ſpectat, vt obſeruantius lex cuſtodiatur. Ea nam rõne in illo art. de legis actib. dictum eſt vnum legis finẽ eſſe punire, qđ ſicut in ſpeculabilib. per principia inducũtur concluſiones, ita & in practicis per comminationem pẽnæ inducitur obſeruantia præcepti, ergo non ſolum pœna non eſt iudicium oblatæ culpæ, verum cõtra, apertũ eſt teſtimonium grauitatis ipſius, quæ de tranſgreſſione omiſſioneq. legis conſurgit. Tertio arguitur. Huius cauſſa ꝙ maior minorve aut maxima aſſuatur legi pœna, non alia afferri põt, quã proportio culpæ iuxta illud. Deut. 25. iuxta menſurã delicti erit & plagarũ modus. cuius ſimile eſt. c. Exiuit, extra, de his, quæ fi. a ma. par. ca. & c. Felicis de pœ. lib. 6. ergo quæcunq. pœna teſtimoniũ eſt culpæ. Accedit, quarto & diuinũ exemplũ. Illa. n. lege quã Deus primã poſuit parentibus noſtris in ſtatu innocentiæ, quia eius prævaricatio tam longe grauiſſima erat, & enormiſſima, truculentiſſimam pœnam cõminatus eſt, dicẽs, in qua cunque hora comederis ex eo, morte morieris. Quo factum eſt, vt mors morbiq. aĉ cęteræ calamitates & ærumnæ, quę ſi in puris eſſemus naturalib. conditi, nõ pœnæ ſed natura nobis eſſent iã nunc ob culpã Adæ expoliantis non originalis iuſtitia, quę nos ab his ſeruaſſet incolumes, pœnæ & dñæ & ſunt, propterea, ꝙ mõ quodam eius nos parentis voluntate peccauimus. Punit ergo nemo niſi ob culpam, ſiue ſuã propriã, ſiue ſuorum parentum, quorũ pars quodãmodo exiſtit. Vñ illud Exo. 20. Ego ſum Deus zelotes viſitãs iniquitatem partiũ in filios. in tertiã & quartã gñationem. Fateor nos quidẽ qñq. a Deo flagellari, non ſolum ob delicta præterita, verũ vt in futurũ cautiores viuamus, illa vero flagella non tã pœna, ſunt, ſ̃ præſeruatoriæ medicinæ. Præterea & in originis culpam cuncta reſoluuntur. Deinde & alijs Dei exemplis eadem cõcluſio confirmatur. Etenim Exod. 21. & Leuit. 20. iuxta gtauitates ſcelerũ pœnas ſtatuit. Qui maledixerit patri ſuo vel mſi, morte moriatur. Si mœchatus fuerit quis cum vxore alterius morte moriaſ, &c. Qua ꝓp eiſi in euangelio ꝑceptis Decalogi nulla ſit adiuncta pœna, iñ per humanas leges adhibitæ ſunt, vt. ſ. homicidia, & fur, & reliqui nequam impunique hoĩes mortis metu ab illorum violatione cohibeantur. Et eſt profecto cauilloſum diuerticulũ dicere, aliud eſſe in legib. diuinis, quã in humanis cũ potius leges humanæ diuinarũ eſſe debeant imitatrices Equis ꝑterea dubitet, ꝙ cum Rex pœnam capitis cõminatus militi iubet

Concluſio rñſiua.

S. Tho.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Probatur concluſio exemplis ſacrarũ literarũ. Exo. 21. Leu. 20.

iubet ne locum deſerat, mortalis ſit culpa inde referre pede? Quin vero infallibilis regula eſt q̄ in neminem poteſt princeps pœnam capitis, aut mutilationis, aut exilij, aut oīum bonorum publicationis decernere, niſi pro tranſgreſſione vel omiſſione legis, quæ ſit lethalis culpa. Profecto non video vnde hęc pluſquam vulgaris opinio prodire potuit, q̄ leges obligantes ad pœnam nō obligen ad culpam: cum pœna ſuapte natura, tum genuimus effectus, tum & apertum iudicium ſit culpæ. Sed tamen qui eam inuexerunt, non ſunt illiqui de natura rerū philoſophantur. At vero alij doctores hac parte doctiores, licet concluſionem nr̄am non prorſus denegent moderantur tn̄ hac diſtinctione, quam ex Henrico Gandenſi quoli. 3. q. 22 deſumunt. Illa nanq; fortaſſe fuit qui vulgari opin. quam modo impugnabamus, anſam porrexit, tametſi ipſe moderatius opinatus eſt. Diſtinctio eiuseſt hæc: Legum pœnalium aliæ ſunt quæ præceptum explicant, vel prohibitione, cui pœnæ comminationem adiungunt, & has qui illam defendunt, appellant pœnales miſtas, hoc eſt obligantes ad culpam pariter & pœnam, ſed aliæ ſunt quæ nullam exprimunt nec præceptionem, nec prohioitionē ſed tantum pœnam ſub conditione, quarū figuram in tertio argumēto propoſuimus Atque has appellant pure pœnales, Aiunt ergo illas miſtas obligare ad culpam, has vero puras, minimam. Veruntamen (vt ſalua id auctorum exiſtimatione dixerim, qui digni ſunt pretio) callere mihi non videor uim huius diſtinctionis, immo inconcuſſam arbitror vniuerſalem veritatem nominæ concluſionis, nempe q̄ nihil habere poteſt rationem pœnæ, niſi ubi ſubeſt culpa, propter rationes factas. Sed abſente culpa, id quod fert imaginē pœnæ potius erit pretium, vel pactū, vel quid aliud, vt ſtatim in ſolutione ad tertium patebit.

Aliorū opinio. Hēricus

Explodi turp̄teri ta opin.

Ad primum igitur argumentum reſpō detur, q̄ irregularitas, quæ ponitur pro nō delicto (nam de illis ſecus res habet) neutiquam rationem induit pœnæ, ſed indecentiæ cuiuſdam, quę hoīem ad ſacros ordines ſacrorumq; functiones reddit inhabilem. Ecquis. n. dicat, ſi iudex iuſtiſſime addixit hoīem ſupplicio, veluti pœnā illi ſtatui, ne poſſit ad ſacros ordines promoueri. Ecquis inquam egregiæ virtuti pœnam unquā oppoſuit? Sed eſt indecorum atq indecens, vt

Ad primū arg.

li. 5. q. 1. dicturi ſumus, vt qui ſanguine cōtaminatur, ſacramēta innocentiſſimi agni diſpenſet. pari nanq. ratione bigamus non in pœnam, ſed p̄p ſignificationem, quia Chriſtus vnicam ſibi eccleſiam deſponſauit, fit irregularis. Quemadmodum, & conſanguinei contrahendo matrimonio inhabiles ſunt & inidonei, non certam in pœnam, ſed propter rei abſurditatē. Qua p̄p regula iuris vniuerſalem continet veritatē quodſine culpa non eſt aliquis puniendus. Nam interiecta parentheſi, niſi ſubſit cauſſa, ſi gloſſam auſcultes, ſolum docet, vbi interuenerit citra culpam cauſſa, contingere poſſe vt homo propter indecentiam, quā irregularitatem uocant, ab aliqua dignitate repellatur, quam uis eadem parentheſis aliter a diuo Th. loco citato, quam a gloſſatores, intelligatur, uidelicet de flagellis iam memoratis diuinis quæ non tam in pœnā commiſſorum criminum, quam ceu medicinæ in futurum infliguntur. Ad ām reſpō ſum ſatis eſt, quod vbi lex ſuam expreſſerit intentionem non obligandi ad culpam, ſalua res erit. Inde tamen non ſequitur, vt vbi abſq; talis expreſſione ſubiungitur, pœna, tollatur ſubinde culpa, Nam verbum prophetiæ Naum nihil ad rem attinet, haud .n. duplex, illic tribulatio, idem eſt quod culpa & pœna. Sed illa ſententia miſericordiā Dei deſignat, qui pœna ſemel ad iuſtū perſoluta, nunquam alteram repoſcit. Circa tertium arg illi qui diſtinctionem Henrici defenſant, contendunt leges illas commemoratas non obligare ad culpam. Neq; illarum ullam quæ extant Leuit. 20. Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, mœchus & adultera morte moriantur, &c. biuiter, nullam ſeu Canonicam ſeu ciuilem quæ ponitur ſub hac cōditionis figura, obligare putant ad culpā ſed illas præcisè quæ iubendo explicant quidpiam fieri, aut non fieri ſub pœnæ comminatione, vt eſt illa, Oīs vtriuſq; ſexus, de pœnit. & remiſſ. Qua præcipitur, ut oīs ſemel in anno peccata ſua cōfiteatur, & ſaltē in die Paſchæ Euchariſtiæ ſacr̄m ſuſcipiat, alioquin & uiuens ab eccleſiæ ingreſſu arceatur, & moriens eccleſiaſtica careat ſepultura. Hic autem duo adnotauerim. Vnū, quod & vera ſit hæc opinio, nihil ueritati concluſionis nr̄æ detrahitur, q̄m illæ pœnæ non ſtatuūtur niſi pro culpis, quæ uel illis, uel aliis legib. vetantur. Alterum eſt, quod illas ego leges pœnales, ſiue

Ad ſecūdū arg.

Ad tertium.

Duo ad uertenda.

Primū.

Secm. Diſtinctio.

diuinas, siue canonicas, siue ciuiles quę delictis pœnas decernunt, negare non auderē, quin obligent ad culpam. Nam quamuis illa delicta alijs mādatis non essent prohibita in illis certe satis exprimitur, pœnas illas & maximè capitales ad cohibendas culpas illic insinuatas institui, quæ ideo culpæ illic virtualiter prohibentur. Vtendum ergo arbitror hac distinctione: Quando pœna applicatur culpæ vti in dictis legibus, obligatio fit sub reatu culpæ, quando vero lex formam habet potius concessionis aut dispensationis, tunc talis lex non obligat ad culpam, sed tñ neq. id quod sub imagine pœnæ subiungitur, habet veram rationem pœnæ sed pretij aut cōuentionis. Subdamus exempla Hæc lex, Qui frumentum è regno euexerit, illud perdat, aut talē luat pœnam, re vera obligat ad culpam. Attamen si intentio Regis non esset distractionem frumenti prohibere, sed illa ratione pecuniam colligere, lex tunc non obligaret ad culpam, sed tñ conditio subiuncta non esset pœna, sed concessionis pretium, vt qui vellet euehere, tantum contribueret. Sicut & respublica potest & vetando legem hāc ferre. Qui ligna in nemore cæciderit, tali plectatur pœna, & rursum sinendo pro pretio, Qui cæciderit, tantum soluat. Eodē modo Si qs mulam equitauerit, illam perdat, profecto (vt reos) ad culpam obligat, sed si post latam legem ciues dispēsationem procurarent, uellentq. eā pretio redimere tunc lex hæc, Qui mulam equitauerit, tatum soluat, non est pœnalis, quia neque prohibitoria, sed potius concessoria. Quod si contra nobis obijciantur institutiones nostræ, aliarumque, religionum in quibus sic habetur. Nolumus obligare ad culpam, sed ad pœnam, vbi pœna sine culpa nominatur. Respondetur tales non esse propriè ac legitime, pœnas, sed sunt quasi conuentiones & pacta, quia monach⁹ tali se uolunt voto astringere, vt si hæc fecerint, illa patiantur. Dicuntur autem nō ineptè pœnæ, quia propter res veritas exiguntur, ac rependuntur. Cuius instar in nostro libello de Abusu iuramentorum cauendo, dicebamus quod citra obligationem ad nouam culpam pōt quisq. se astringere, vt quotiescunque iuramento fuerit abusus, tantum pendat. Alleget hiç quispiā contra nos forsan leges aliquas ciuiles statuentes pœnas, vbi non apparet subesse culpa, quales sunt illæ de effractoribus carcerū vt fugiant. ff. de effract. l. de ijs, & ff. de cust. & exhib. reo, l. in eos cū tamen liceat citra culpam cuicunq. uincto id facere. Sed de his lib. 5. q. 6. respondebimus, q̄p vel est illis, uel præsumitur culpa.

Obiectio.

Responsio.

Altera obiectio.

Solutio.

ARTICVLVS VI.

Vtrum lex pœnalis in foro conscientiæ ante iudicis condemnationem obliges ad pœnam.

ARticulus proximus, quo definitiū est legem pœnalem & ad culpam simul & ad pœnam obligare, in hanc nos disputationem mittit eidem agnatam, vtrum sicuti ad culpam, ita & ad pœnam ante iudicis condemnationem obliget? Et arguitur a parte affirmatiua: Leges huiusmodi (vt dictum est) non habent minorem vim obligandi ad pœnam, quam ad culpam, & ideo legis virtus, tam est punire (vt supra dictū est) quā imperare, ad culpā aūt absq. iudicis sententia obligant, ergo & ad pœnam pariter modo obligare possunt. Primū arg. affirmatiuæ partis.

Secūdū. Secūdo arguitur, Iudex vigore legis per suam sententiā obligat ad pœnam, ergo maiori rōne lex per se ipsa. Aliter minoris esset vigoris lex, qui iudex, cum tñ contra tota sententiæ virtus a lege dimanet. Quin vero quisq. ēt potest se ad pœnam obligare, quam absq. vlla sentētia tenetur exoluere, vt dum quis vouit, si certum admiserit crimen, tali se pœna vltūire, cur ergo lex id nō possit? Tertio arguitur, Leges diuinæ ante iudicis sententiam obligant ad pœnam: possunt ergo & similes humanitas condi postquam auctoritas humana a diuina deriuatur. Extabat. n. antiquitus l. cui. 15. lex, vt qui mulierem tetigisset fluxu sanguinis pollutam, immūdus esset vsq ad uesperam, quæ quidem immūdities absq. vlla sententia contrahebatur. Et similes fere extabant leges de leprosis aliisq. infectis hominibus, qui ipso facto tenebantur ab aliorū se arcere conubernio. Item & sacrificia quæ ad expianda piacula ubebantur offerri tenebātur delictores in cōscientia sacerdotibus exhibere. Et modo eadē rōne ecclesia, pōt pro aliquib. peccatis statuere pœnas, sicuti quadragesimale ieiuniū indixit, quas nos merito pœnitentias tenemur perpeti ergo lex obligat in cōscientia. His accedit & lex Christi Matt. 16. Quid dimiserit vxorē suam, excepta fornica-

Tertiū.

nicationis cauſſa, facit cã mæchari, quia in ſinuatur licere dimittere adulterã, quantũ ad toti ſeparationem in conſcientia ante-
Quartũ argum. quam cauſa in iudicium deferatur, quam quidem pænam ipſe tenetur pati. Quarto & de legibus multis humanis arguitur. In primis põt defunctus vſumfructum prædij legare vxori ea lege ſi publice vixerit, aut ſi ad ſecundas non tranſierit nuptias, quam idcirco conditione cum primum fuegerit, tenetur legatum hæredi remittere. Et põt pari rõne qui collegiũ aliquod de ſua ſubſtantia inſtituit, leges condere, vt quicunq. collegarum hoc aut illud admiſerit crimẽ priuatus ſit collegij iuribus, aut quod a collegio receperat reſtituat, quæ quidẽ leges abſq. alia iudicis ſententia in conſcientia obligant. Et põt Rex tali lege iudices mini ſtroſq iuſtitiæ ad munera reipublicæ aſſumere, vt quicunq. iudicium vendiderit, aut munuſcula ſuſceperit, eo ipſo nulla alia ſpectata ſententia tali aut tali pænæ ſubiaceat Quales ſane leges in Hiſpania alijsque bene inſtitutis prouinciis extãt, quæ quidem profecto conſcientiam perſtringunt. Et in noſtra Vniuerſitate ſtatutum eſt, vt ſchola ris qui in petitione cathedræ prenſauerit
Quintũ argum. ſeu ambierit (quod ſubornare vocant) ipſo facto ſit ſuffragatoria voce priuatus. Præterea quinto cum Rex lege pretium ſtatuit frumenti vel quarum cunq. aliarum mercium, adiicens tranſgreſſori, pænam obligat ad eandem pænam in conſcientia. Et inter omnes extãt leges preſcriptionis, quarum virtute poſſeſſor bonæ fidei abſq. vlla iudicis ſententia in conſcientia acquirit in decennio rerum mobilium dominium, & numero quadraginta annorum rerum ẽt immobilium, vt late patet vtraq. iure, ſub eiſdem ti. de præſcript. hæc autem lex eſt pænalis, ob negligentiam quippe illius qui tanto temporis interuallo rem ſuam neglexerit, priua eius dominio, ergo lex pænalis ante iudicis ſententiam obligat in conſciẽtia. Sexto arguitur ex c. ſi quidẽ præſcr. li.
Sextum argum. 6. vbi duo diſtinguuntur modi quibus põt quiſpiam rebus poſſeſſis priuari. ſ. aut per ſententiam, aut ipſo iure. Etenim niſi lex p ſe ante iudicis ſententiam reum multaret, inanis eſſet illa diſtinctio, quia non ſuper eſſet niſi vnus puniendi modus ſ. per ſentẽ
Septimũ arg. tiam Septimo leges iure ſub diuerſa forma ſtatuuntur pænales. Aliæ quippe ſunt quæ explicant ſententiam ferendam, illæ. ſ. quæ tantum ſunt monitoriæ, vt habetur in glo. ſuper c. vnico. de ſagitta. videlicet quoties dicitur, præcipimus ſub pæna ſeu ſub interminatione, vel excommunicationis, vel anathemis, vel ſuſpenſionis. Vnde illud verbum capituli, Dolentis de celeb. Miſ. ſub pæna ſuſpenſionis penitus inhibemus. ſic gloſſatores legunt, vt ipſum intelligant ſolum illic ferendam ſententiam comminari. Et expreſſius c. relatũ de iure patro. poſt verbum, ſub anathematis interminatione prohibere curetis continuo ſubnectitur Si quis autem prohibitionis veſtræ contemptor extiterit, excommunicationis ſubdatis. Aliæ vero extat vrgentiores leges, puta quæ pænas non admonendo comminantur, ſed caſtigando infligũt. Quarum vtiquatuor habentur c. cum ſecundum leges, de hære. lib. 6. Prima, vt contrahentes inceſtas nuptias, naturæ ne farias, hoc eſt, turpitudine ſe contra naturam polluentes, ipſo facto ſuarum rerum dominium perdunt. Secunda, vt rapta mulier quæ contra votũ tatem parentum raptori nupſerit, omnia bona ipſo iure amittat. Tertio vt illi etiam qui arma vel ſpecies ad hoſtes fidei tranſuexerint, earundẽ ſpecierum & rerum proprietate hoc ipſo priuentur Ac præ omnibus. Quarto, vt hæretici ipſo facto priuẽtur bonis ſuis, quæ fiſco adiudicent, quæ quidẽ priuationes ipſo facto (vt illic refertur) fiũt ſecundum ciuiles leges. His inſuper quintus adhibetur caſus in crimine læſæ maie. vt habetur. l. fin. C. ad le. Iu. maie. Et ſextus iure Can aduerſos eos, qui vel Romanæ eccleſiæ cardinalem percuſſerint, vel cæperint, vt patet in cap. Felicis de pæna. Nam hi reputantur eccleſię maieſtatem læſiſſe. Et ſeptima eſt lex ſimilis in eos, qui mutilãt, vulnera &c. Romipetas, vel peregrinos in Hieruſalem, vt patet ex more Romano, quo in cæna Domini omnes illi declarãtur excommunicati atq. ſuis priuati bonis. Vniuerſos inquam hoc genus criminoſos legib. ſancitum eſt ipſo facto rebus ſuis multari. Vnde fit conſequẽs, leges obligare ad pænam in foro cõſciẽtiæ, nã alias nullũ ſupereſſet interſtitium inter hmõi leges atq. alias monitorias. Et cõfirmatur rõ, qa pœna excõicationis, ſuſpenſionis & irregularitatis ipſo facto anteiudicis ſnĩam incurritur.
Octauo lõge vrgẽtius arguit ex c. ꝑ huma ni. de ho. volũ li. 6. illic. n. in eos qui ꝑ aſſaſ ſinos quẽpiã occiderint, illa ꝑferit ſnĩa, vt
Octauũ argum.

excommunicati, omni honore & ordine & officio & beneficio ipso facto priuentur, eadem q. libere alijs conferantur. Itaq. post quam scelus probabilibus argumentis constiterit, nullatenus alia sententia requiratur.

Paulus secūdus

Verba legis sunt. Accedit & vehementiori renore Pauli II. Decretalis Extrauagans, Ambitiosæ. in qua aduersus illos qui eccle siastica bona alienauerint. truculētior denunciatur censura, nēpe vt ipso facto, absq. declaratione aliqua, sint suis beneficijs & dignitatib. priuati. In contrarium autem facit, quod in eod. c. cum secundum leges. post illud verbum, Bona hæreticorum ipso iure decernimus cōfiscata subiungitur, Cōfiscationis tamen hmōi executio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non dēt per principes, aut alios dominos temporales (vt iuxta Gregorii Papæ prædecessoris nisi declarationem) antequam per Epm loci vel aliam personā ecclesiast. quæ super hoc habet potestatem sententia super eodem crimine fuerit promulgata.

Quæstionem præsentem pluribus quam forte pare etiam, dissertam curabo, eo qđ

Fit planus qōnis titulus.

viri egregie docti illam cōtrouertūt. Quorū est Alfons. Castro Franciscanus, de iris, certe, & religione benemeritus, ac mihi p̄ inde obseruādus. Nā quamuis tū in aliis, tū etiam forsam & in hoc certius me, tem cōiectauerit videor mihi tamen paulo aliter sētire. Rndebo ergo more nostro ad qōnē quinq. conclōnibus, ac perinde rationib. ac testimoniis quæ cōtra obijciuntur, p̄ meo captusatagam respōdere. Neq. vero tāti disputationē feciſſem, nisi tanti familiæ Christianæ referret conscientia de hac re informari. Quo autem perspicua sit lucidaq oratio, ex multis quæ de leges pænali disputātur, hoc solum ad rē potissimum scire pertinet. Vtrum eo ipso quod quis trasgreditur legem, quæ in ipso facto trasgressorē suis bonis priuat, teneatur in conscientia fisco eadem bona mancipare, an vero citra culpam possit ea retinere, vsq. ad iudicis snīā,

Prima conclu.

vel ob id quod illuc vsq. dnium retinet, vel quia possessionis seu cōcessionis iure potitur? Hęc nanq. quę causſam interrogat, nua est quæstio Prima ergo est cōclusio: Lex pænalis ob id quod dicat ipso facto, vel ipso iure, aut quid simile, nō obligat ad pænā ante sententiam a iudice latam, sic vt reus teneatur in conscīa bona sua statim cōmissa culpa a se ab alienare. Sed si quæ lex taliter obligat, aliūde arbitrandum est. Hāc ergo cōclusionem Abb. Panor. salua eius auctoritate, e regione cōtrapoimus. Cuius regula est super c. Canonum de cōst. &c. dilecti. de arbi. quod ille cuius bona sunt ipso facto cōfiscata nō potest illa cum bona cōscientia retinere, quia statim sunt, inquit, acquista fisco. Verba eius sunt in d. c. Canonum. Et quoniam testimonia naturalibus rōnibus eluceſcūt, ab eiusmodi rōnibus exordia eo præsertim quod patroni cōtraria sententiæ illi principio nituntur quod nullum (vt aiunt) ius vel humanū, vel diuinū, vel naturale sententiam nostram adstruit, cum tamen licet lex nulla, humana aut diuina, expresse hoc asserat. naturales rōnes legis naturalis sint interpretes. Quare prudenter idem religiosus auctor Theologos curauit admonitos, ne citationib. Doct. essent contenti. Ratio ergo prima est hæc. Pęna (vt nomen ipsum sonat) inde dicitur, q̄ passio est, natura aūt abhorret idē sit agēs & patiens ergo lex quę ministrū me ipsum faceret executorem meę pænæ, nō esset naturæ conformis, atq. iō cum (vt supra dictū est) humanæ leges a naturali deriuētur, nulla sic est obligatoria. At quoniam patronis cōtrariæ opinionis per quam debilis appa ret hæc rō perpēdamus quanti sit pōderis. Lex, regula est inanimis nostrarū actionū, quę p̄ iustitię ministros applicāda subditis est, ergo ad ministro pertinet suos subditos ad legis obseruantiā cogere, coactio aūt fit per pænæ inflictionē, ergo talis aīaduersio ad iudicem pertinet, & contra naturam in seipsum cōmitteretur. Ob id namq. Arist. 1. Ethic. appellauit iudicē iustū aīatū qui dēt ex lege agere in reum. Qua p̄ p̄ si eo bene conijcio, lex pænalis duob. membris ad diuersos loquitur, cū. n. iubet ne quis qđ faciat subditos alloquitur cū vero addit, contra faciens eo ipso dnium rerū perdat, aut ipso iure bona amittat. aūt bona eius sint cōfiscata, nō tā cū subditis loquitur, q̄ cum iudicibus, iustitia executoribus, quibus talē imperat animaduersionem. Secūdo (quod

Secūdū argum.

mihi vrgens argum. est) quātumuis lex pænam comminetur, æquissimum tamen naturæ ius illæsū seruat, q̄ est delinquens audiatur. Hic namque illa emanauit cōstitutissima firmissimaq. sententia Greg. de caus. pos. & propr. c. suceptis. Nos contra inauditam partem nihil possumus definite. Nō ait solū, nō volumus, sed nō possumus. Natura

Panormitan⁹

Præfatę cōclōnales rōnes astipulātur

Prima rō p̄ cōclusiōe.

Explicatur p̄terita rō.

Gregor.

tura ſcilicet id vetante . Enimuero cum lex ut ſupra monſtratum eſt, comuni feratur, neque ſingulares contingentium circunſtantias potuerit proſpicere , munus hoc delegatum eſt iudici, vt eiidem perſpectis ſententiam ferrat. Poteſt ſi quidem reus allegare vel ignorantiam, vel infirmitatem vel vehementiſſimam occaſionem vel fortaſſe quod non tam grauiter in l. impegerit , vt dignus ſit totius pœnæ acerbitate. Quapropter etiam in crimine hæreſeos , quod omnium eſt impientiſſimum , & exe crabiliſſimum , auditur hæreticus quouis modo voluerit ſuum factum excuſare . Et contingit ſepiſſime tam tenue eſſe delictũ, ut non agatur in ipſum toto rigore iuris , atq. adeo neq. expolietur omnibus ſuis bonis. Et pari ratione, immo æqori in crimine læſæ maieſtatis atq; in alijs quibuſcunq. perpendenda eſt cauſſa in particularis ,& ſecundum grauita em aut leuitatem iudicandum, et ſi lex millies dicat ipſo facto , & eo ipſo facto eteo ipſo : quoniam ἐπιείκεια nulla pōt lege a iudicijs ablegari. Quapropter quod lex ait , ipſo facto, idem eſt quod ex natura , & genere facti. cui non obſtat quo minus de quantitate & modo facti ſit rurſus. expendenda pœna, quemadmodum ab ipſo legislatore ſi præſens eſſet. fieret Et inde quoq. alia ſanctiſſima lex dimanauit, vt nemo niſi vel confeſſus condemnetur, vel conuictus, ut habet Can. Nos in quemquam , & Can. Iudex 1. q. 7. Quod ſi rō hæc ſuſcipitur, uide in quas anguſtias miſerum delictorē cōijcias , ſi ante ſniam iudicis teneatur bona ipſe ſua (ut habet contraria opinio) fiſco tradere. Profecto non ſolũ eũ cogis vt executor ſit legis aduerſum ſeipſum, quod natura nō fert, verũ, & iudicem conſtitutis, nempe, vt ipſe perpendat an delictum ſuum tantam mereatur pœnam. Fac exempli gratia, hominem ſcientem ac prudentem leuem hæreſim ſecutum mente concepiſſe, tum etiam proruliſſe ore in qua die tantũ vel precipſam horam priuatim dubauit. Vtrum ſtatim eum in conſcientia cogere debes , ut ampliſſimā ſuam ſubſtantiam , etiam dum ditiſſimus eſt, fiſco offerat, quamuis in mentem redactus firmus ſit iam in fide. Re uera atrociſſima eſſet cenſura, neq. vllus, nec ſecularis nec eccleſiaſticus iudex talē pronunciaſſet ſniam , tantũ abeſt ut eſſet priuatim in cōſcientia cogēdus. Et tñ ſi vera eſſet cōtraria opinio maxime eorum quam tenent etiam pro occulto crimine quod nullatenus probari poteſt, incuiri in pœnam iuris. cogendus eſſet, quoniam qui nullam ſibi poteſt ignorantiam p̄texere , uere hæreticus eſt Imō ut ex vſu aliud capiamus argumentum q̄s vaq̄ ſacerdotum in illas anguſtias pœnitente adegit, vt ante condemnatione ſua publica ret bona? Accedit præterea tertio , q̄ leges humanæ (vt ſupra ab Iſidoro docti ſumus) debent eſſe tolerabiles atq. ad hominum imbellitatem accōmodatæ , quas ēt illi qui non ſunt adeo virtute progreſſi, ferre poſſint , ſi tñ lex noīes ſic diſtringeret, vt ſua ſubſtantia quantūuis locupleti , ſua ſe ſponte nudarent , intolerabilis eſſet, & ſuaui leuiq. iugo Chriſti longe diſſimilis. Neq. ad uexſatiorū iō concludit , qua aiūt hoc modo cautius oſeruari leges , nam talis debet adhiberi cautela cuſtodiēda legis , vt tamē non fiat obſeruatu impoſſibilis, At quoniā de occulto hęretico tetigimus cuius nullus eſt teſtis, inde ſumamus arg quartū, quod ſit hoc Dilēma: Aut uis occcultum hæreticum. ſ. qui abſq. vllo teſte protulit exterius hæreſim incorrere ciuiles pœnas iuris (nam de excōicatione a nemine dubitatur) vel ſecus , prius duriſſimum ſane eſt opinatu , ſi tamen non in currit niſi q̄do protulit coram teſtibus indeſumitur manifeſtum arg. quod ante condemnationem non tenetur pœnas luere, nā cum teſtes nullatenus sūt neceſſarii, niſi proter iudicium qui negatiuam iudicis eſſe neceſſariam ad priuationem bonorum, gratis dat teſtes eſſe neceſſarios, vt hæreticus ſit reus pœnæ iuris. Hoc arg. licet non fecerit prenominatus auctor, occulte tñ proſpexit, dum q. 15. 2. libri con eſſit cū ſuo Panor. occultum hæreticum in currere pœnā iuris nā ſcd m ſuā opinionē ad hūc effectū ſufficiunt ſunt teſtes , Fūdamētū aūt q̄ huic aſſertioni ſuæ ſubiecit, nō ſolū nō vt ſolidum verū cōtrariæ potius ſententiæ ſuffragatur fundamētū ſumitur ex c. accuſatus de hęre. l. 6. vbi Papa p̄cipit confiſcationē fieri bonorum hæretici defuncti cuius hęreſis, ipſo uiuēte, nō dū i notuerat. Attñ ex illo apertius colligitur hæreſim illā non fuiſſe occultā , ſiq̄dē poſt mortē patuerūt teſtes . Et re uera cōdēnare hominē deliquētē ſimpliciter occultū, contrariū tē vt nō ſolū c. Scd m leges cōfiſcationē uetāti añ ſniā iudicis, verū et toti ordini iur. quo ſācitū eſt vt nemo niſi uia uel inq̄ſitio , uel denun-

Alterū argum.

Tertia ratio.

Rō aduerſarioꝝ debilis.

Qurtū argum.

Prefatæ aſſertionis fundamētū parū ſolidum.

denuntiationis, vel accuſationis puniatur, quia ſemper iura id quod probari nequit, non eſſe ſui fori reputa runt, excepta excommunicationis, cenſura, quæ natura ſua cognitionem cauſſe non requirit, ſed ſolam iuris præmonitionem. Sed quintum hic peculiariter argumentum adhibeam. vt dicta præfati doctoris intelligam. In ſecundo ſuorum lib. quibus egregie de Iuſta hæreticorum punitione diſputauit. capit. 6. dixit quod non omnis proferens hæreſim incurrit pœnam iuris, ſed tantum hæreticus, vt habetur in d. cap. ſecundum leges: Puta ille qui hæreſis pertinax eſt. Aut ergo appellat pertinacem eum qui contra ſolam legem rebbellis eſt puta qui conſulto negat id quod ſcit eſſe contra ſcripturam, vel contra ſanctam eccleſiam, aut nondum reputat pertinacem quo aduſque in iudicio admonitus modicus hæreſim, retineat. Si prius dicat, non intelligo cur adhibuit in diſtinct. c. 6. quod illi qui admoniti ſtatim reuocant & damnant errorem ſuum, non pœna iuris, ſed arbitranda puniendi ſunt. Nam illic propalam loquitur de admonitione, non iuris, ſed iudicis, Si autem illic intellexit, vt planè videtur intellexiſſe, non incurrere hæreticum pœnam iuris niſi in illo articulo quo in iudicio admonitus non reſipiſcit, tunc tota eius machina ruit. Primum enim falſum eſt occultum hęreticum cuius nulla haberi poteſt probatio, priuatum eſſe ſuis bonis. Quin vero palam ſequitur neminem ipſo iure & facto priuari quouſque in iudicium trahatur, vbi non ſolum de hæreſi, ſed de pertinacia condemnetur. Præterea tota practica inquiſitorum negantur. Nam quicunq. manifeſtatiam hæreſim ſecum abſq. arbitris affirmauit, niſi ignorantia ex uſetur, cenſetur hæreticus. ſ. excommunicatus tanquam pertinax contra admonitionem legis. Et ideo licet nunquam fuerit admonitus ab homine, ſi in iudicio poſt conuinceretur, iure poſſent eius omnia bona confiſcari, & confiſcantur, niſi ob hæreſis leuitatem aliqua ei remittantur. Tamerſi dum veniam petit non relaxatur, ſed reconciliatur. Secus de illo qui tantum eſt ſuſpectus de hæreſi in quem non habet pœna iuris locum, ſed arbitraria. Hæc dixerim non ad reuincendum

Quinta ratio.

Altera ratio.

actorem, ſed ad hoc per eius dicta confirmandum, quod occultus hæreticus non tenetur tradere bona ſua quoaduſque ſit in iudicio de crimine conuictus. Id quod præterea ſexto inde maxime confirmatur, quod ſi quis nemine ſciente, hæreſim conſulto ſecum ore aſſeruit, & abſque vlla denunciatione, ſua ſponte ſe patribus ſancti tribunalis offeret, licet excommunicatus ipſo facto fit, multari non ſolet omnibus ſuis bonis nec diffamari. Re uera ad hoc neſcio quomodo reſponderi poſſet. Accedit ſeptimo loco, & famigorata illi ſententia Chryſoſtomi ſuper Epiſtolam ad Hebr. quæ refertur de pæn. diſt. 1. Can. Quis aliquando, Non dico vt te prodas, ex qua fit conſequens quod nemo tenetur ſe prodere, niſi quem infamia, uel indicia, vel accuſatio iudicis auctoritate compulſum prodiderit, ſi tamen occultus reus teneretur bona ſua fiſco offerre, congeretur ſubinde ſe prodere, nam ſi eſſet inſignis perſona, qui aliter fieri poſſet vt illa traderet; Sed trifariam contendunt aduerſarij hanc rationem debilitare. Primo, illam in nos ipſos recutientes. Nam pariter inquiunt, ſequeretur quod neque fur qui clam fiſcum compilaſſet, teneretur reſtituere ne ſe proderet. Secundo, aiunt quod debent tunc reſtituere ſecrete per tertiam perſonam. Et tertio, quod ſi non poteſt citra infamiam, ceſſat neceſſitas reſtitutionis. Prima autem reſponſio, fuga eſt potius quam ſolutio. Lata eſt enim differentia inter pœnam & reſtitutionem, quod enim. Ait Chryſo. toto cõcordante iure, eſt quod nullus reus ea cauſſa vt puniatur, tenetur ſe prodere, illa nimirum ratione quod nemo eſſe tenetur agens & patiens. Quod autem tu alteri ſurripuiſti, non in pœnam, ſed ratione iuſtitiæ commutatiuæ perſtringeris reſtituere, etiam ſi neceſſe fuerit teipſum cum aliqua infamia prodere, ſi ſecreto non potes, Illa quippe regula, vt nemo cum detrimento ſuę famæ debeat reſtituere pecuniam, lib. 4 ſub tit. de reſti. patebit quam ſit fallax, quamq. intollerabilis, & perniciosa. ſic vniuerſaliter, vt iacet, abſque temperamentis exceptionibus intelligatur. Nam certe qui expilaſſet fiſcum aut magnam pecuniam cum detrimento etiã famæ, deberet reſtituere. Secus de pericu-

Sextum argum.

Septimũ arg. Chryſo.

Triplex euaſio p̃ teritæ rationis.

Refellũtur aduerſario rum rationes.

lo

lo vitæ. Ad rem ergo, profecto ſi nemo tenetur vt pœnam ſubeat, ſe prodere conſequitur, vt neque illam in conſcientia debeat. Huic accedit argumentum ex l. aut facta, ff. de pœn. §. nonnunquam, vbi habetur, quod ſupplicia exacerbantur quoties opus ſit exemplo eſſe multis. Debent ergo pœnæ exemplares eſſe & non occultæ. Octauo denique arguitur. Les(vt in cap. Secundum leges perſiſtamus) permittit reo ſua bona poſſidere vſque ad condemnationem, quin vero vetatur illa ſurripi, ergo idem reus bona fide poſſidet. Scio fautores contrariæ opinionis, & hoc argumentum imbecille exiſtimare. Cogerunt enim fallentias complures conſequentiæ huius, Fiſcalis iudex non poteſt exigere rei bona, ergo reus ipſe non tenetur ſua ſponte conferre. Vt enim habetur ff. de alea. l. 1. qui furatur in domo, vbi alea publicitus luditur, reſtituere quidem tenetur domino, ſed tamen domino in pœnam, quia recepta luſores, non datur actio in iudicio. Atque inde inferunt, quod permittitur reo ipſo iure damnato ſua poſſidere, non illa permiſſione quæ culpam tollit, ſed illa quæ pœnam non exigit, ſicut meretrices permittuntur. Attamen fallentiæ in primis quas adducunt, fallere nequeunt argumenti uim. Debet enim natura permiſſionis ex ſubiecta materia perpendi. Etenim cum quiſque antequam crimen admittat, dominus ſit legitimuſque ſuorum bonorum poſſeſſor, & lex ſtatim poſt poſitionem pœnæ priuationis ſubiungat, ne confiſcatio ante ſententiam iudicis executioni mandetur, aperte uidet reo concedere ſuorum bonorum uſum. Secus, ſi furaris. Neque opus eſt aliam adducere legem aut rationem huiuſmodi conceſſionis, vt reus bona fide poſſideat. Qua vtique ratione, vt habet de præſcri. libr. 9. cap. vlt hæredes defuncti bona ipſorum præſcribunt. Quamuis hoc bene videam perparum vrgere. Nam etſi hæretici bona fide non poſſiderent, poſſent tamen illa habere hæredes ad præſcribendum propter ignorantiam criminis, ſicuti & latronis hæredibus uſu uenire poteſt. Profecto licet non ſim uſque adeo mei amator iudicij, tamen rationes iſtæ, vbi uel ſcriptura ſacra, uel expreſſus textus iuris mihi non obſtaret uti res uera non obſtat, efficatius mihi rem perſuaderent, quam longa Doctorum phalanx, qui ſimplices aliorum aſſertiones abſque vlla perſpicientia perluſtrant. quamuis neque probatiſſimorum teſtimonia nobis deſunt. Eſt enim in primis San. Thom. 2. 2. quæſt. 62. artic. 3. qui expreſſe ait, nominem ante condemnationem per iudicem ad pœnam teneri. Cui & Contad. tracta. 1. de contract. quæſtione ſettima ſubſcribit. Et Adria. quoli. 6. arti. primo. Neque vero, vt quidam putant, oppoſitum cenſuit in 4. vbi de his quæ ludo acquiruntur quæſt. diſputat. Illic enim hoc ait duntaxat, quod quis ea quæ ludo iure prohibito perdidit, ſoluitque poteſt ante ſententiam iudicis recuperare, ſi poteſt, cuius quidem rationo longe diuerſa eſt, quia lex ludorum non eſt pœnalis, ſed putat Adrianus impedire dominij translationem. Caietan. item & eodem loco 2. 2. & in ſua ſumma, verſio, pœna, & Syluеſter in uerbo, hæreſis. 1. §. 8. ſed latius in verb. Aſſaſſinus. & inter Iuriſconſ. Archid. ſuper eodem cap. cum ſecundum leges. libro ſexto eandem probat ſententiam. Cui Ancha. & Phil. Franc. & alij adhæreſcunt. Quin vero & Ioan. And. cap. pro humani. de homi lib. 5. & Bartol. l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſcal. Et Gloſſ. capitulo. Fraternitas. 12. quæſt. 2. At parum ad rem refert, quam ſit numeroſa citatio. ubi ratio non adhibetur noua. Hoc tamen unum admonere non negligam, quod licet quantum ad alia puncta, an uidelicet, quando lex dicit ipſo facto, ſtatim reus priuetur rerum vel dominio vel poſſeſſione, alia ſit plurium opinio, alia uero pauciorum, tamen quod teneatur prorinus ea reddere, non ſolum non eſt opinio communis Iuriſtarum, uerum neque eſt cur inter eos habere debeat auctoritatem. Primum, quia ad ipſos non attinet de foro conſcientiæ cenſere. Secundo quod inter antiquos unius tantum fuit Panormitani opinatio. Nam Fel & alij non alia ratione eam amplectuntur quam quod ille dixit. Quare non opus plures citare. quia uno nominato omnes connumeraſti. Et tertio, Syluеſt. ſolertiſſimus Docto. iuri explorator, in uerbo Aſſaſſinus, ait Abbatem in hoc non teneri. Secunda concluſio, Sententia excommunicationis, ut pote quæ ſpiritualis eſt & eccleſiaſtica, ligare

Aduerſariorũ ſolutio.

Impugnatio.

S. Tho.

Cõtrad. Adrian.

Caieta.

Syluеſt

Archid.

Ancha. Philip. Frãcus. Ioãnes. Andr. Bartol. Gloſſa

Felin.

Syluеſt. Secũda concl̃o. Probõ concluſionis.

gare ipſo iure poteſt & ſolet. Concluſio hæc ſolemni eccleſiæ vſu propatula eſt. Excommunicantur enim ipſo iure clerici corum percuſſores, vt patet decimaſeptima quæſtione quarta & Aſſaſſinorum receptores, vt capitulo proxime citato. de homicid volunt. libro ſexto. Et cum primis hæretici, vt capitulo ad abolendam. de hætetic. ſed non opus eſt in re non nubia teſtibus vti non neceſſarijs. Trahiturque concluſio ex forma euangelica. Si eccleſiam non audierit, ſit tibi, ſicut ethnicus & publicanus. Quare qui vel a iudice vel a iure præmonitus inobediens eſt, ipſo iure ab Eccleſiæ ſuffragijs excluditur. Sunt autem (vt Caietan. loco citato) qui inter hanc atque alias ciuiles pœnas hoc tantum diſcriminis conſtituant, vt hæc liget, illæ vero non. Item quod hæc eſt mera priuatio & paſſio, ad quam reus ipſe non debet veluti agens concurrere, aliæ vero vt pœna corporalis, aut pecuniaria requirunt actionem, ac ſubinde executorem. Haud tamen arbitror hanc diſcriminis rationem ſatis eſſe, quoniam ſequeretur inde condemnari reum poſſe, ne de carcere aufugeret, & paratum cibum non guſtaret, quouſque fame ſtrangularetur, quia non fugere & comedere, non eſt agere. Quod ſi dicas eodem reduci, non comedere, & ſe hominem occidere vt ait Sanct. Thom. ſequeretur ſaltem, quod poſſet delinquens ipſo facto priuari ante ſententiam iudicis priuilegio aliquo aut iure, quod habet eligendi, vtendi, vel fruendi reliqua, quoniam non eligere, & non vti, non eſt agere, quod tamen ſi noſtra vera eſt opinio, falſum eſt. Ratio ergo quare Eccleſia excommunicare poteſt ipſo facto, abſque cauſſæ cognitione & iudicis ſententia eſt, quia dum priuat hominem ſuis ſuffragijs aut ſuſceptione ſacramentorum, non priuat eum bonis ſuis proprijs, quæ iure peculiari poſſidet ut tradere per actionem teneatur, ſed communibus, quorum ipſa eſt diſpenſatrix. Ac ſi dixiſſet, Qui talem admiſerit culpam, non ſit noſtrorum ſacrificiorum, ac ſacramentorum, ac conſortij particeps, Veluti, ſi paterfamilias ſuos admoneret, dicens, Quicunque me odio proſequitur, no lo illum meo ueſci pane. Et ex hoc capite multa, quæ contra nos facere videntur argumenta, paulo poſt diluentur.

Mat. 18. Caieta. Explodi tur diſcrimen Caiet.

Rō quare excōicatio ligat ipſo facto, abſque prę uia cauſa cognitione.

Atque hanc ob cauſſam diximus in prima concluſione legem quæ ipſo facto obligat in conſcientia, non inde habere illam virtutem, quia dicit, ipſo facto, ſed aliunde. Tertia concluſio, Quando ipſo facto pœnam decernit, tunc ſententia iudicis non eſt neceſſaria, vt feratur ſuper pœnam, ſed ſuper crimen, ſatis in quam erit, vt hæreticus condemnetur de crimine, puta quod ſciens & prudens id aſſeruerit, quod nouerat ſcripturæ, aut Eccleſiæ determinationi aduerſari. Nam tunc (vt modo dicebam) iam condemnatur tanquam trangreſſor legis per quam fuerat admonitus. Et ideo ex tali condemnatione ſine alia noua expreſſione pœnæ oritur ex natura rei condemnatio ad pœnam iuris. Concluſio hæc expreſſa iacet in vltimis verbis dicti capitu. Secundum leges ſcilicet quod confiſcationis executio fieri non debet antequam ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata, quaſi dicat, inde enim ſequitur condemnatio pœnæ taxatæ a iure, niſi criminis leuitas (vt diximus) ſupremo iudici miſericordiæ aditum pendat. Et hic mihi eſt legitimus ſenſus verbi ipſo facto ſcilicet ipſo facto per ſententiam prodito. Nam quantum ad pœnam, quandiu latet, non habetur pro facto, ex damnatione autem facti incurritur pœna huiuſmodi legem. Qua propter non mihi diſplicet eorum loquendi modus, qui aiunt ſententiam huiuſmodi facti eſſe tantum declaratoriam criminis, ſed tamen minime ſubinde conceſerim cum Panormitanus in capitulo cum non ab homine, de iudic. quod vbi crimen eſt notorium, non opus eſt expectare iudicis ſententiam, quoniam non alia manifeſtatio criminis ſufficit, quam iuridica per ſententiam, vt præcipitur eodem capit. & rationes an nobis factæ oſtendunt. Et per hoc etiam proditur imbecillitas argumenti, quod contra nos fit, videlicet quod ſi tantum requiritur ſententia tanquam criminis declaratoria, quid opus eſt reo, cui compertiſſimum eſt, ſententia expectare, vt teneatur bona ſua reddere? Hærent enim ſemper iſti in eadem latebra, quibus ideo reſpondemus non requiri ſententiam ſolum propter declarationem,

Tertia conclu.

Probō concluſionis.

Panor.

ſed

ſed propter talem declarationem, ſcilicet condemnatoriam. Aliorum lex ipſa illam feciſſet exceptionem. Quarta concluſio. Condemnatio illa retro agitur vſque ad articulum, quo hæreticus omni ignorantia nudatus, hæreſim ſtudio aſſerunt, quoniam nulla alia admonitio ab homine (vt dictum eſt) requiritur vt cenſeatur hæreticus. Nam quantum ad veritatem articuli ſatis erat admonitos vel per notam ſibi ſcripturam, vel per determinationem Eccleſiæ. Aſſertio eſt Ioann. Andr. in dicto cap. cum ſecundum leges, ſed nulla opus eſt auctorum citatione, nam lex eſt expreſſa. Poſt diui Marci. C. ad leg. Iul maieſt. contra illiuſmodi impios. Et vniuerſalis vſus & practica ſancti ſenatus Inquiſitionis ſic habet, nempe ſecundum normam directorij libro tertio tit nono. Habetque couſque vim talis ſententia, vt omnes contractus, nempe donationis, venditionis, atque alij, etiam cauſſa dotis, quos hæreticus abillo articulo fecerit, habeantur pro infectis. Et ſi apud hæreticum non inueniantur pretia, nihilominus fiſcus nullo emptoribus reſtituto pretio ſibi adiudicat dicta bona. Dixerim, ſi hæreticus vendiderit, donauerit, &c. nam ſi cibum veſtitumque citra fraudem emerit, talia pretia a vēditoribus non appetuntur, quia iure naturæ ſibi licebat vitam ſuam ſuſtentare. Hęc autem non ſint ſuper præſentes loci preſſius tractare Ex hac autem quarta concluſione, ſuſtinentes alteram opinionem, ineluctabile, ut putant, informant argumentum aduerſus noſtram primam. Supponunt enim cum Ariſt. 6. Ethicor. cap. 2. ad præteritum non eſſe potentiam, quoniam neque in Dei poteſtate eſt ingenita facere, quæ facta ſunt. Dilemma ergo ſuum eſt hoc. Aut hæreticus ab articulo patrati criminis priuatus eſt bonorum ſuorum dominio, aut ſecus Prius ſi dederis, iam ipſo facto ante iudicis ſententiam priuatus eſt. Si autem vſque ad ſentētiam erat vere dominus non potuit per ſententiam efficitur dominus non fuerit, quia nulla eſt ad præteritum potentia. Si autem ſententia id facere nequit, fit vt neque potuerit contractus illos libera hæretici voluntate celebratos, infectos reddere, vtpote qui veri domini voluntate bona fide firmati ſunt. Et quò vrgentius argumentum appareat, ſimile fieri poteſt de poſſeſſione. Si. n. reſponderimus, ab illo hæreticorum articulo caruiſſe dominio, retinuiſſe tamen legitimam poſſeſſionem, arguitur ſimiliter. Sententia facere nequit, vt vſque ad illum articulum nō habuerit legitimam poſſeſſionem, ergo neque poteſt contractus reſcindere, vt emptores fraudentur ſuo pretio. Nam quia legitimo poſſeſſore emerit, non eſt cur pretium perdat. Argumentum autem certe non eſt tanti momenti, quanti a ſuis auctoribus æſtimatur. Do. n. in primis hæreticum vere fuiſſe dominiū vſque ad condemnationem ac ſubinde ſententiam non poſſe facere, ut non fuerit dominus, negatur tamen cum infers. Ergo non poteſt præteritos contractus reſcindere, ac pro infectis pronunciare, quoniam ab arti commiſſi criminis impediebatur bona ſua alienare. Veluti poſſeſſor primo genituræ, & pupillus ante legitimam ætatem, & collegium ac monachorum conuētus, licet domini ſint ſuorum bonorū, ſunt tamen lege ligati, ne poſſint illa alienare, quod ſi fecerint, contractus non valent, caſſique habetur. Secundo præterea nihil repugnabo, ſi quis dicat ab illo articulo amiſſum eſſe dominium, dūmodo hoc non negetur quin iure fuerit hæretico permiſſa poſſeſſio, ab alienatione tamen cohibita. Sed iuſtas. Poſtquam dominium perditum eſt, ex cuius natura ſequitur in reo obligatio reſtituendi, qua lege fingitur cōceſſa poſſeſſio? Reſpondetur, ipſa eadem, quæ executionem vſque ad prolatam ſententiam vetat, dicens. Confiſcationis autē executio non fiat, &c. Neque opus eſt aliā diſquirere, nam ſi lex vōluiſſet ſic ipſo facto reos punire, vt ex tunc teneretur tradere ſua bona id profecto expreſſiſſet. Etenim cap. Cum ſingula. de præb. lib. 6. quia retinentem duas præbendas vult Papa inhabilem eſſe, vt eligatur, ait. Ex tunc eo ipſo efficiātur ineligibilis. Nam inhabilitas (vt infra dicemus) ipſo facto contrahitur. Attamen licet habens vnam præbendam cum cura animarum, & alteram recipiens ipſo facto priuetur priori, nihilominus priuatio non eſt facienda niſi reus audiatur, vt ibidem cauetur capit. Licet Epiſcopus. Vnde non debile a nobis ſtat argumentum. Rurſus autem ſciſcitatis. Vnde colligitur impeditum eſſe hæreticum ab alienando ſi vel dominium habet, vel legitimam poſſeſſionem? Reſpondetur

Quarta conclu.

Io. And. Probō.

Arg. ad uerſarium.

Solutio argumēti.

Sol. 2.

Inſtātia.

Rñſio.

Quæſt.

ex

ex commiſſione ipſa peccati, cui lege decreta eſt pœna. Quod ſi inde inferas. Iam nos ergo concedere aliquo modo puniri reum ipſo facto ante ſententiæ prolationem, id nos ingenue faremur. Id enim tantum hactenus negauimus, quod ſic punitur ipſo facto vt teneatur ipſe in conſcientia executor eſſe, & idem ſimpliciter non punitur. Si tamen cum temperamento dicas, punitur quodammodo, verum ais. Et hanc arbitror eſſe mentem legis vltimæ. C. ad leg. Iul. Maie. vbi habetur quod Maieſtatis læſor et am defunctus condemnetur, ſucceſſorique eius eripiantur bona. Cuius cauſſa his verbis exprimitur. Nam ex quo ſceleratiſſimum quis conſilium cæpit, exinde quodammodo ſua mente punitus eſt. Quæ autem ſit illa quædam punitio, declaratur ſecundum diuos Seuerum, & Antonium, ne alienare neque ſeruos manumittere poſſit, neque debitores ei ſoluere teneantur. Vnum hic autem adnotato opus eſt & admonito, quod vbi malefactorem quempiam vel infamia denotatum, vel inſinuatum indiciis, uel ſemiplena probatione præuia iudex interrogaret, ille uero negaret quia iam tunc fateri tenebatur, & ideo iudicium per iniuſtitiam impediuit inde fieret reus pœnæ cuius iuſte condemnandus eſſet. At tamen ſi fiſcalis, dum ſolus ipſe crimen nouiſſet, quod probare non poſſet neque vero infamia notatum eſſet, bona hæretici clanculum accipere (quod aliud eſt aduerſariæ partis argumentum) certe contra ius faceret, & ad reſtitutionem teneretur. At ne hoc impræſentiarum deſideretur, quintam adhibeamus concluſionem eandemque generalem de ſententia iudicis. Quotieſcunque iudex iuſta iuridicaque ſententia reum condemnat ad pœnam quæ non eſt mortis, corporaliſve læſionis inflictiua, tenetur reus parere, etiam ſi aliquid debeat agere, vt puta uel pecuniam ſoluere, vel in exilium ſecedere, uel in carcere etiam perpetuo permanere. Secus autem, ſi corporali ſupplicio addicatur, tunc enim tantum tenetur pati, agere uero minime. Prior pars inde patet, quod vnuſquiſque debe poteſtatibus obedientiam, niſi iure aliquo diuino aut naturali excuſetur, illic autem nulla eſt excuſatio. Quare non alius requiritur legis executor, quam iudex ipſe ſententiam pronuntians, illam nanque, vbi non eſt de corporali ſupplicio, legitima eſt executio. Poſterior autem ratione contraria comprobatur. Nam ius naturæ nobis conceſſum tuendi vitam propriam, excuſatos nos habet ne ulla nos obedientia cogere poſſit, vt in nos ipſos vltrices manus coiiciamus. Neque hic Caiet. protegere diſſimulabo, cui falſo imponitur negaſſe in artic. 3. 2. 2. quæſt. 60. poſtquam quis a iudice pecuniariam mulcta condemnatus eſt, teneri eam ſoluere. Id quippe nunquam negauit ſed quod a lege ipſo facto nemo poteſt ad hoc condemnari neque ad id prorſum ad quod requiritur eius actio. Quare nullatenus ſibi contradicit, dum quæſt. 69. art. 4. ait quod condemnatus, vt vel in exilium abeat, vel mulctam ſoluat, ſyncere obtemperare tenetur. Neque vero hoc prætereundum hic ſilentio arbitror, quod cauſſa quare nullus damnari poteſt vt ſeipſum uel interimat, vel alio ſupplicio afficiat, non eſt, quia nemo eſt dominus propriæ vitæ, Ridiculum. n. eſſet, ſi hanc cauſam iudici tunc obiiceres dum tibi id iuberet. In proptu enim ipſe hoc hic reſponſum. Neque ego idcirco tibi iubeo, vt te ipſe interficias, quod tu ſis dominus uitæ tuæ, ſed quia ego poteſtatem, eius habeo, & arbitrium. Es. n. carnifex plus habet dominij in reum, quam ipſe in ſeipſum, & tamen iudicis auctoritate illum interficit. Ratio ergo vt nemo ſic poſſit obligari eſt, quod non poteſt illo beneficio naturali priuari, quod homo habet protegendi uitam ſuam. Id circo n. licetui nemo poſſit tali caſu reſiſtere, non tamen poteſt cohiberi ne aut fugiendo aut alia uia mortem, ſibi caueat. Ob idq. quando ſupplicum ex eorum eſſet numeros quæ homines religionis ac pœnitentiæ gratia ſumere ipſi ſolent, nulli aduerſaretur iuri, quamquam præfectus in religionibus monacho, uel Epiſcopus ſacerdoti præciperet, vt idem ipſe ſuis manibus ſuſciperet, puta ut a ſeipſo flagello uapularet.

Supereſt ergo ad argumentorum ſeriē, quæ tunc longa eſt, tunc etiam nobis difficilibus implexa, reſpondere. Primum autem iam ſolutum eſt. Nam etſi lex tam ad pœnā obliget quam ad culpam, diuerſimode tñ. Qm̄ cum ſit regula, eo ipſo quod quis ab ipſa deflectit, peccat culpa. n. non eſt aliud qui deflectio a lege, quæ ab æterna diuina q. deriuatur. Ad pœnam autem obligat, illam ſtatuendo,

Solutio.

Quinta conclu.

Probō prioris partis.

Probō alterius partis.

Protegitur. Caietan.

Falſa cā prēterite conclu.

Vera rō eiuſdem conclu.

Ad primū arg.

statuendo, & in hoc sensu legis uirtus dicitur punire. Applicare tamen pœnã, pertinet ad iudicem. Ad secundum respondetur, quod, etsi obligatio ad pœnam ante iudicis sententiam non emergat, non inde fit maioris esse uirtutis iudicem, quam legem. tum quod iudex operatur tanquam minister legis per eius uirtutem tum potissimum quod lex per se obligat culpam. Sed id solum sequitur, quod uirtus punitiua legis non pertingit ad reum, nisi ministerio eius ministri, Qua ratione ab Aris. appellatur iustum animatum. Quod autem de cuiusq. uoluntate, in calce argumẽti subditur. per quam põt homo transferre suorum bonorum dominium, nihil ad rẽ. Habet. n qui sq. suarum rerum liberam facultatem, ut possit seipsum sua sponte obligare, respublica tamen non nisi præscriptis formis, & modis, uidelicet, ut dum legi rebellis extiteris, possis a iudice cogi. Ex legibus autem diuinis. tertio argumento allatis nullum aduersum nos extruitur ualidum arg Etenim mulier, quæ fluxum patebatur, iure naturæ tenebatur abstinere a uiro ne illum, morbo inficeret, licet fluxus non esset culpa, immundities autem legalis eius qui illam cognoscebat, per culpam ipsam contrahebatur. Quare sicut modo ille qui peccat, eo ipso coinquinatur, teneturq. pœnitentię frustibus satisfacere, sic ille qui antiquitus inquinabatur. Nam illa corporalia, figura nostrorum erant spiritualium Et per hæc patet respõsio ad leges diuinas, quib. pro diuersis peccatis diuersę statuebantur sacrificiorum ac purificationum ceremoniæ. Deus n. in quem offensa committitur, reposcere potest quam uoluerit satisfactionem, quam absq. alio iudicio tenetur peccator exoluere. Parique ratione tunc Ecclesia potest ieiunia, eleemosynas, & orationes instituere, quibus quisque tenetur sua expiare piacula. Quod autem additur de leprosis, nihil ad rem, nam iure naturæ tenentur mordiferi homines ab aliorum cetu sese abstrahere, ne illos contagione inficiant licet morbus culpa non sit, neque talis abstractio pena, Neque permissio euangelica, quæ fit uiro separandi totum ab adultera, rem contra nos urget, nam separatio illa non tantum existimanda est, ut pœna, sed tanquam cõuentionalis licentia, quæ ex fracta coniugis fide nascitur, est enim pactum inter coniuges, data utrinq. acceptaq. fide, ut uterque alterius totum immaculatum seruet. Et ideo dum unus suam fidem fregit, libet fit alter a uinculo soluendi ei debitum. Sicut si ego tibi ea lege meas operas polliceret, ut tu mihi tuas obstringeres, cadente te a fide tua, non teneor ego amplius stare meę. Et pari ferme modo respõdetur ad membra omnia quarti argumenti. Primum enim de illo, qui uxori quidpiam legauit sub conditione, longe a nostro proposito distat, neq. opus fuerat Caiet. in sua Sum. uerb. pæna, talem exceptionem facere, quoniam eiusmodi conditio neutiquam est lex pænalis. De fructus. n si persona erat priuata non poterat legem condere, sed est conditionale pactum, Do ut facias, Ob idque si tu conditionem non implex, teneris mihi meum restituere. Similis est ad secundum membrum responsio. Enimuero qui collegium suis bonis instituit, statuta facere potuit, ut si collegarum quisq. aut foris pernoctaret, aut matrimonium duceret, aut aliqua quiduis faceret, ipso facto in conscientia iura collegii perdet, quæ quidem lex uim haberet in conscientia, quia institutor potuit, si libuit, sub illa conditione bona sua largiri. Tametsi profacto nemini consulerem tales condere leges, sunt. n. conscientiarum illaqueatrices, hoc est. n. nimium emungendo sanguinem elicere. Satis namque familiæ consulitur, si huiusmodi leges particulares instar communium constituantur, ut scilicet delinquentes uia regia comperti puniantur. At quoniam præsumitur præfectorum negligentia, huiusmodi rigor permittitur. Atque huic præterea affine responsum est tertij membri de legibus quibus Reges solent manus ministrorum iustitiæ uincire, ne munera captenet. Enimuero cum illos sua libera uoluntate, & tanquam suos ministros eligant ac de suo ærario stipendia illis decernant, suoque mandato illis iura soluantur, possunt tali conditione illos eligere, ut in conscientia obligentur pœnas suorum delictorum pendere. Et ideo si conditionem uoluerint accipere, tenetur implere. Atque eam ob caussam iureiurando stringuntur, quod alias lex per se illos non posset cogere ad

Ad secũdum.

Ad tertiũ arg.

Ad confirmationes eiusdem argumẽti.

Adquartũ argu. cum suis mẽbris. Caieta.

Collegiorum fundatores.

Ad tertium mẽbrum.

pœnam

pænam ante condemnationem Quamuis verbum illud: In conſcientia teneantur ſoluere, fateor me approbare non poſſe, quia nullum in iure communi reperitur eius exemplum. Nam principes ſeculares non debent de conſcientia iudicare. Neq. vero in illo aureo autentico, Vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant, quo accerrime inhibetur iudicum auaritia, vlla fit de conſcientia mentio. Tametſi vbi eorum corruptio adeo eſſet inuerecunda, non omnino huiuſmodi rigorem legem reprobaſſem, De legibus autem pænalibus noſtræ Vniuerſitatis, quibus penſatores & ambitores ſeu ſubornatores ipſo facto priuantur eligendi voce ſemper arbitratus ſum nõ obligare in conſcientia ad pœnam illam ante condemnationem, niſi illum qui de ea re infamia laborans, dum iuridice interrogatur, veritatem negat. Nam de hoc perinde hac parte cenſerem, ac ſi eſſet condemnatus, vt ſupra de hæretico dictum eſt. Atq. idem cenſeo de alijs electoribus in Eccleſijs & collegijs. Et prẽter rõnes ſupra declaratas, eſt hic alia particularis, quod alloqui vix vlla eſſet tuta electio, quod pernicioſiſſimum eſſet reipublicæ. Et ideo ſi eiuſmodi leges contenderent in conſcientia ante cõdemnationem ligare, tanquam periculoſę non eſſent ferendæ. Ad quintum reſpondetur oculate perſpiciendum eſſe in lege, quidnam habeat proprie rationem pœnę, quid vero pretij, alius ve rei. Enimuero cum lege pretium ſtatuitur vel ſtumenti, vel alius mercis, adiecta pœna, ſi quis carius vendat, ad reſtitutionem exceſſus ipſo facto tenetur in conſcientia, quo legitimum pretium exceſſit, non tamen ad pœnam antequam condemnetur, vt ait S. Thom. loco citato, qu. 62. Ad alterum vero membrum de legibus præſcriptionis, reſponde tur, eiuſmodi leges non eſſe mere pœnales, licet pœna diu negligentis bonam ſua, ſit, vt eorum ius perdat, ſed præcipua in bonum pacis conditæ ſunt & vt via litibus occludantur. Hac enim de cauſſa princeps poteſtatem habet transferendi dominia. Quocirca lapſus ipſe legalis tẽporis abſq. vlla ſententia poſſeſſorem bonæ fidei donum rei facit. Quare nulla fit inde conſequentiam, vt lex mere pœnalis velit vt reus ſuis ſe rebus ante cauſſæ cognitionem exoneret. Ad ſextum reſpondetur differentiam illius citati capituli inter pœnam ab iure, & illam quæ eſt ab homini, liquidam eſſe. Pœna enim iuris eſt illa, quam ius ponit, quamq. iudex tenetur infligere niſi patentiſſima adſit ratio miſericordiæ arbitrandi ex æquo & bono. Pœna aut ab homine poſita eſt, quam iudex arbitratu ſuo, vel ſuis adhibet mandatis, vel poſt patratu delictum rei infligit. Ad ſeptimum reſpondetur hanc eſſe differentiam inter leges monitorias atq. alias, quæ dicunt, ipſo facto quod qui contra priores inobediens eſt non ſolum declarandus eſt facto deliquiſſe, verum & ad pœnam condemnandus, cum autem quis in alteras ſecundi ordinis impegerit ſatis eſt, ſi condemnetur illas fuiſſe tranſgreſſum. Tunc enim abſq. vlla alius ſententiæ explicatione pœnæ cenſetur addictus. De excommunicatione autem iam dictum eſt cur ipſo facto obliget. Suſpenſio vero & irregularitas, quia non eſt niſi contaminatio quædam & commaculatio, ac ſubinde indignitas (vt ſuperiori ait. dicebamus) ad tractandum ſacra, actu ipſo culpæ contrahitur. Quin vero aliquando citra culpam, vt patet in iudice qui ſpontanea cauſſa eſt mortis. Quare nulla indigent ſententia iudicis. Sed leges quæ octauo argumento citatæ ſunt, fateor vehementiorem aculeum adhibere, nihilominus reſpondetur, quod neque in c. citato. de homici. libro 6. ſimpliciter habetur, quod qui Aſſaſſinorum crimen incurrit, teneatur ante ſententiam pœnam ſoluere, præter excommunicationem, quam ipſo facto patitur, ſed ait, quod poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis, nullatenus alia excommunicationis vel depoſitionis etiam ſententia requiratur. Non ergo negatur, quin ſententia requiratur ſuper crimine. Quin vero propterea præmittitur, Poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis, id eſt, quibus res probari in iudicio poſſit. Nam nulla priuata perſona iudicare poteſt, an ſint probabilia argumenta, niſi ſolus iudex. Quapropter ſiniſtra eſt eorum glo. qui aiunt propterea dici, probabilibus argumentis, quod nulla alia exigitur ſententia. Immo dexterius cenſet Archiadiaco. (vt ait Syluester) quod etiam tunc requiritur declaratoria ſententia facti. Textus autem ſolum dicit quod non requiritur ſententia ſuper pœna. Et quod hæc ſit eius mens, egomet mihi ſic lucide perſuadeo.

Legib. pænalibus Salmãtinæ vniuerſitatis.

Ad qntũ arg.

Ad alterũ membrũ eiuſdẽ argumenti.

Ad ſextũ arg.

Ad ſeptimum.

Ad octauum.

Siniſtra quorundã interpretatio. Archid. Syluest.

perſuadeo. Extat & Aſſaſſinorum cœna, vt quiſque poſſit eos liberè interficere; at vero ſi cui priuatim id liceret, antequam cõdennati eſſent de crimine, occaſio daretur cuicunque fingendi hunc aut illum eſſe Aſſaſſinum, vt quem vellet interimeret; exiti oſa ergo eſſet talis licentia ideoque certo certius eſt, ante iudicis ſententiam neminiid liberum eſſe; ego neque expoliare ſuis bonis eos fas eſt, aut alios qui eorũ miniſterio vtuntur, ante eandem ſententiam. Reſtat igitur poſtremus ſcrupulus ex Extrauag. Ambitioſè. Pauli II. vbi habetur quod clericus qui bona eccleſiæ alie nauerit duntaxat, ipſo facto priuatus exiſtat beneficijs eccleſiaſticis illaque abſque declaratione aliqua vocare cenſentur. At vero ex his verbis ſolidiſſimum in primis a nobis ſtat argumentum. Etenim exprimens ſummus Pontifex declarationem in hoc caſu non eſſe neceſſariam, palam docet, quod ſi hoc verbum non adieciſſet, non ſatis illi fuiſſet dicere, ipſo facto, vt teneretur reus in conſcientia relinquere ante ſententiam ſua beneficia. Quod nos hactenus conſtituere contendimus.

Poſtremᵘˢ ſcrupulus.

Diſſolutio prima.

Secũda,

Secundo reſpondetur illo modo, quo de principe diximus, poſſe illum priuare quem eligit, ſi fecerit contra cõditionem, quam cum ipſo pepigit. Videlicet ſi acceperit munera. Enimuero cum ſummus Põtifex collator diſpenſatorque ſit beneficiorum, declarat per illam Extrauaga. illa lege, & tacita conditione quemcumque ſacerdotum ſacerdotia eccleſiæ recipere, vt dum eius bona alienauerit, eiſdem ſacerdotijs priuatus cenſeatur. Tameſi porro noſcio an ſupercrimine requirenda ſit etiam tunc aliqua declaratio ad pacandas conſcientia. Attamen de hoc ad vſum me refero eccleſiaſticum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum omnes ſubijciantur legi.

IN auctoritate & virtute legis etiam nũ perſiſtentibus ſcire præterea reſtat hoc ſeptimo loco, vtrum omnes ſubijciantur legi. Et arguitur à parte negatiua ex Apoſto. 1. ad Timoth. 1. Iuſto non eſt lex poſita quod Vrbanus Papa confirmat. decima quæſtione ſecunda Canone, Duæ ſunt vbi ait, qui a lege priuata ducitur ſcilicet, Spiritus ſancti, nulla ratio exigit, vt lege publica, puta humana, quæ vniuerſis poſita eſt, conſtringatur; non ego omnes lege tenentur. Secundo ad idem facit leg. princeps, ff. de leg. vbi ait Vlpian. Iuriſconſult. quod princeps legibus ſolutus eſt. In contrarium eſt, quod Apoſt. ad Roma. 13. ait. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, nemo autem poteſtati ſubiicitur, niſi eius ſit legibus ſubiectus.

Primũ argu. a parte negatiua. Paulus. Vrban.

Secũdũ argum.

Præſenti quæſtioni ſecundum duas legis virtutes tribus cõcluſionibus fiet ſatis. Monſtratum. n. iam ſupra eſt, legem tum regulam eſſe actionum directricem, tum etiam vi pollere coercitiua. Et vtroq; modo contingit quempiam legi ſubmitti. Sit ergo prima concluſio. Vniuerſi qui ſubditi ſunt poteſtati, legibus ſubinde ipſius, quo vero & princeps quantum ad vim directiuam ſubijcitur. Res eſt clara; nam alteri ſubdi, idem eſt, quod parere eius mandatis, ac ſubinde legibus. De principe autem confeſtim dicemus. Dixerim vniuerſi ſubditi, quoniam nullius lege illi comprehenduntur, qui ab eo extranei ſunt. Lex quippe Gallorum nihil ad Hiſpanos. Et præterea ſi qui ſuperioris priuilegio ab inferiori exempti ſunt, non ſubmittuntur inferioris mandato, quo ſe priuilegium extendit. Hac in ratione clerici ſæcularium legibus ſubditi non ſunt, tunc præcipuè, dũ lex de rebus Eccleſiaſticis decernit, quæ principibus non ſubduntur, vt patet ca. eccleſia de conſt. Aut ſi in odiũ clericorũ poſita ſit, aut ſi non pari iure pertineat ad clericos; vt prohibitio vtendi ſericis, non obſtat quo minus in ſacris poſſint illis indui. Et prohibitio equitandi mulas ciues, belligeri vt ſiant, nihil ad ſacerdotes. Cæterum leges de rerum pretijs, & ne merces diſtrahant a regno, atq; aliæ id genus, ex æquo clericos cũ ſæcularibus obligant. De hoc aũt Summiſtas, conſule in verbo, Lex, & verbo, Clericus. Secũda concluſio. Quantum ad vim coercitiuam iuſti, qui virtutum habitibus ducuntur, legi non ſubduntur; quia nihil coactè q̃ ad virtutẽ attinet, ſed omnia ſua ſponte perficiunt. Enimuero ut 2. Ethi. auctor eſt Ariſt. Virtus facit vt ſtudioſus prõptè & cum delectatione operetur. Huic autem ſubijcimus ſimilem ei tertiam; Principes quantum ad vim coercitiuam nõ ſubditor legi. Concluſio eſt aperta, quoniam coactio eiuſdem ad ſeipſum eſſe non poteſt:

Prima concluſ.

Probat concluſ.

Secũda concluſ.

Proba. tio. Ariſtot. Tertia concluſ.

Proba-tio.

test: non enim est intellectu possibile, vt vim quispiam sibi ipsi inferat, atque adeo se sua lege cogat. Quapropter vnus idemque non Pœnitendus est sensus illius regij verbi: Tibi soli peccaui; vt Deum illic solum agnouerit superiorem. Quasi dixisset, in terris nullum habeo, cui ratione erratorum meorum debeam: & ideo tibi soli peccaui. Quamuis & alter genuinus etiam sit quod nullum malum esset peccatum, nisi quia cõtra legem Dei. Est ergo similium conclusionum ratio dissimilis. Quod enim iustus non sit legi subditus, ab ipso eodem sumitur ratio, qui scilicet coactione non indiget. Intelligitur enim conclusio non de quibuslibet iustis, sed de illis qui sunt iam absolutæ virtutis. Nam quandiu collactatio, quæ nobis cum affectibus est, perstat, pariter durat pœnarum metus, ac perinde nonnulla coactionis ratio. Et est Secunda hæc conclusio sic Pauli testimonio fulcita, vt Philosophos, non latuerit. Ait. n. Aristo. 10. Ethi. c. 9. ob id legibus in omni vita oĩno opus esse, qđ multitudo necessitati potius, & pœnis, quã honestatis paret. Et ideo legislatores & honestatis gratia ad virtutẽ prouocare debet. Nam ij, qui probi sũt, ob consuetudinũ præcipue obtẽperabunt. Ad uersus aũt inobedientes & hebetiores ingenio castigationes penasq; decet instituere. Et 5. Poli. c. 9. Excellentes, inquit, virtute & potentia non sunt legibus astringendi, qđ tam ad secundam quam ad tertiam conclusionem referri potest: nempe vt virtus ad moralem probitatem, potentia verò ad principatum referatur: sed sunt, inquit, ipsi lex: ob idque inter homines vt dij æstimandi. Quod autem sua principem lex nõ cogat, nõ inde venit quod ipse non egeat, sed quod lex natura sua nequeat. At vero hanc principes exemptionem non inter priuilegia ducere debent, immò est illis ini qua conditio. Subdit enim qui non solum legis luce, ducuntur, verum etiam eius pœnis stimulantur, duob. subsidijs ad virtutẽ vtuntur: princeps autẽ altero destitutus est dum nullus est, qui illum cogere possit, aut reprehendere audeat: imò vix vllus qui veritatem doceat. Quocirca illius Prou. 21. Sicuti diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini dexter sensus est, quod cũ priuatorum corda sic in manu Dei sint, vt p suos iustitię ministros ea gubernet & cogat: cor tamen Regis in solis diuinis manibus positum est. Vt sicut ipse solus posset in gentẽ amnem & rapidum supra naturam aliorsum diuertere, quam alueus ducit: sic solus ipse Regem qui suæ mãcipatus est voluntati, põt vel remorari, vel in aliam vertere mentem. Quapropter Rex, quo eum Deus liberiorẽ fecit, legũque coactioni longios exemptiũ, eo debet ipse rationi vigilãtius, diuinoque nutui audiens esse, ac subin de legibus quas alijs ponit, ipse auscultare: ne in illum Christi improperium impingat. Qui dicunt, & non faciunt: & qui alijs onera grauia imponunt, ipsi neque digito volunt ea mouere, Matth 23. Vnde extra, de constit. c. cum omnes, quod quisque iuris in alterum statuit, ipse debet vti eo: vbi & citatur Sapientis auctoritas: Patere legẽ quam tu ipse tuleris. Et C. de log. & consti. libr. 4. aiunt. Imperatores ipsi: Digna vox est maiestatis regnantis, legibus alligatum se principem profiteri. At nõdum tota rei difficultas exhausta est: Statuimus namq; sic in vniuersam conclusionem primam, vt vna & iustos quoque & principem ipsum comprehendat, qui veluti reliqui vidi rectiua legum obligantur. Enimuero licèt princeps sibi subditus non sit, nil tamẽ vetat, quo minus suæ subdatur legi: dum alios illuminat, & sibi ipsum quoque lumen præbet. Haud tamen hoc dubitatione caret ad intelligendum. Videtur enim secum pugnare, vt princeps legi sit subditus absque eo quod lege cogatur. Ponit Papa leges de ieiunijs, de audiendis sacris, de annali confessione, easdemque sub pœna excommunicationis. Et Cæsar pariter, nequis sub certa pœna peieret. Arguitur ergo sic: Si princeps subditus est legi quantum ad vim directiuam, fit vt dum ipsam transgreditur, peccet, ergo ipsum obligat, obligatio autem vis est coerciua. Secundò, si vim coerciuam a lege excluseris, rationem legis sustulisti. Nam (vt supra definitum est) proterea leges à solo fungente reipublicæ vicibus condi possunt, quod sine vi coerciua non sunt leges igitur si princeps nõ subditur coercioni legis, nec subditur legi. Sed potest ipsam sequi, ac si esset sententia alicuius sapientis, puta aut Platonis aut Senecæ quæ non obligant ad culpam: & sicut sua lex obligaret extraneos qui suæ non sunt iurisdictionis, & nos possumus Gallorum scita auscultare. Tertio quæritur à quo princeps obligatur cum legem con-

Rõ dissimilis secũdę, ac tertię cõclusiõis.

Aristot.

Rõ tertię conclusionis.

Pulchra interpretatio loci sacri.

Apposita similitudo.

Salutiferum cõsilium.

Prima rõ dubitandi.

Secũda.

Tertia ratio.

condit? Non enim à Deo: quia lex illa non est diuina, neque à seipso quia lex ipsa non est votum, quod homines obligare se solent. Et quo argumento roborescat demus illum nole sua lege illigari. Hęc autem conclusionem licet oppugnent, non tamen expugnant. Considerandum enim primum est, quod Princeps non est extra rempublicam, sed membrum eius, puta caput. Secundò id ex superioribus recolēdum est, quod lex humana obligat in consciētia, eo quod ab æterna per naturalem deriuatur. Ex his potest statim deduci vis obligatoria. Ex illo scilicet naturali principio: Ius quod tibi nō vis alteri ne statuas. Contrarium enim repræhendit Christns, dicens, Quod imponunt alteris onera, quę ipsi non tangunt. Eo ergo quod princeps statuit legem, iure naturæ illi submittitur. Sed fortè clarius id sic deducitur. Legislator (vt dictum est) lege condens, opus tale constituit in certa virtuti specie, vt ferens Papa legem ieiunij, constituit illud virtutem obligatoriam abstinentię. Et præcipiens, seruare aliquod festum, illud collocat in virtute religionis. Constituto autem virtutis opere, tota respublica, atque adeo ipsum caput tenetur secundum illam agere.

Diluit proxima Dubitatio.

Primū documētum.

Secūdū Probat rursus prima conclu. principalis.

Quod si scisciteris, cur non subinde & pæna cogat Principem, perspice latum discrimen. Lex enim eo quod regula est facit vt deflexus ab ipsa sit culpa absque alia executione vel legis applicatione, pœna autem adhibetur legi obseruationis caussa, quę id circo executione & applicatione indiget. executor autem est Princeps ipse, cui repugnat vt seipsum cogat, licet possit pænam, si voluerit soluere. Quando autem statuimus, Principem legibus subdit suis, inteligimus de legibus, quæ ex ęquo ad ipsum perinde atque ad subditos spectant. Præcipit, Rex neminem gladio succincto incedere, aut sericis indutum, nō est par ratio cur ipse eisdem abstineat. Indicit autem Papa ieiunium aut festi solennitatem, eadem est æquitas ipso, nisi iusta de caussa secum, veluti cum alijs dispensauerit. At vero vt ad secundum reuertamur conclusionem absit, vt quis inde Lutheranum inbibat sensum. Fuit enim ille hęresiarcha eo vsque vesanię collapsus, in suo libro de Libert. Christiana, vt iustum hominem cum primum Deo fidem præbet, cui soli ipse iustificationem tribuit, docere contenderet ab omni esse lege liberum: quia per fidem, inquit totam impleuit legem. Itaque nullo amplius aliga ur legis vinculo: sed omnia deinceps examore per fecit. Hanc autem erroris ab surditatem libro 3. de Natur. & gra. cap. 1. suis de pictam coloribus abunde expugnauimus. Nemo enim in hac vita etiam sisit vt Apostoli confirmatus, liber est à lege. Quin verò si per impossibile ipsi Apostoli contra legem fecissent, peccassent: licet confirmati essent vt non fafacerent. Nam & iustis illis dictum est: si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Immo vtait ipse veritatis Magister, seruus qui cognouit voluntatem domini sui & non fecit, vapulabitur multis. Præterea sic hominem à lege eximere est ipsum impeccabilem facere: quæ absurdissima est hæresis Paulus enim qui alibi putabat nullam esse potestatem, quæ illum posset à charitate Dei separare, alibi nihilominus fatebatur se corpus castigare suum, & in seruitutem redigere: ne cum alijs prædicabat. ipse reprobus efficerentur. Et ne magnitudo reuelationum eum in superbiam extolleret, angelum Satanæ, qui eum collaphizabat, substinebat. Non enim sic Paulus intelligit iusto non esse legem positam: quin si illam transgrederetur, eadem iustitiam amitteret, sed ingeniū gratiæ fauorisque Dei duntaxat explicuit: nempe quod vbi charitas foras mittit timorem, hominem quem possidet, obsequentissimum legi facit. Atque hic est sensus verborum Pontificis in dicta dist. 19. q. 2. Appelat. n. legem priuatam singularem ductum Spiritus sācti, contra quem nemo tenetur obedire legibus communibus. Ille tamen est etiam Spiritus sancti ductus, vt subditorum quisque suis præfectis obtemperet, neque omni spiritui credat contra prælatorum obedientiam intus obloquenti: ne sit forte Angelus Satanæ, quem lucis esse putat.

Quæst. Solutio.

Lutheri error.

Auctor libro de Natura & gratia.

Primę rō in Lutherū.

Secūdę.

Mens Pauli.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum subdito liceat præter verba legis agere.

POstremus articulus virtutis legis est, utrū omnis ἐπιείκεια sit subditis in

terdicta, an vero liceat ſubdito contra verba legis agere? Et arguitur quod nemini ſubditorum id liceat. Ait enim Aug. libro de vera relig. In temporalibus legibus quãuis homines iudicent de eis cum eas inſtituunt, tamen q̃n ſunt inſtitutæ & firmatæ, non licebat de ipſis iudicare, ſe ſecundum ipſas: qui autem legis verba prætermittit arbitratus intentionem legiſlatoris ſeruare, de lege iudicare vi: ergo ſubditis id non licet. Secundò: Ei prorſus competit legum eſſe interpretem, qui eſt eorum conditor: ſolus autem Princeps poteſt leges cõdere: nemini ergo aliorum liberum eſt illa interpretari ſed ſecundũ eas agere. Tertiò. Qui leges condiderunt, ſapientiæ lumine illuſtrati cenſendi ſunt: Quæ ait Prouer. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. ergo de intentione legiſlatoris nõ aliter iudicare licet, quam per legis verba. In contrarium autem eſt Hilarius. 3. de Trini. intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi: quia non ſermonis res, ſed rei debet eſſe ſermo ſubiectus. Ex quibus verbis colligitur prudẽtius eſſe ad cauſſam attendere, quæ legiſlatores induxit quam ad legis verba.

Primũ argumẽtum Auguſtini.

Secũdũ

Tertiũ

Hilar⁹.

Quæſtio præſens materiã ἐπιείκειαν in diſputatione producit: an videlicet aliquo caſu ſubditis ea ſit licita? Nam quod principi cõpetat, ambigit nemo, iuxta doctrinã Ariſt. 5. Ethic. ca. 10. Ad quam id circo qõnem tribus concluſionibus rñdendum eſt. prima eſt generalis. Lex quæ à communi bono deficit, nullam habet obligãdi vim. Hæc iam ſupra ex eo demõſtrata eſt, quod lex omnis debet eſſe pro cõi ſalute ciuium inſtituta. Vñ ff. de legib. l. Nulla iuris actio aut benignitas patitur, vt quæ ſalubriter ꝓ hominũ vtilitate introducũtur, eas nos duriore interpretatione contra ipſorum cõmodum producamus ad ſeueritatẽ. Secunda concluſio. Quamuis lex in cõi lata caſibus plurimum contingentib. vtilis ſit: nihilominus quo caſu noſcitur aduerſari cõi ſalute nõ eſt obſeruãda. Exemplum D. Tho. eſt: In ciuitatis obſidione ſaluti ferum eſt lege caueri ne portæ apperiantur: nihilo ſecius ſi tunc ciues, quorum vita ſaluti reipublicæ conducit, honeſtes fugientes in vrbẽ ſe volunt recipere, contra legis verba aperiendæ ſunt illis valuæ: quoniam illa eſt legis mens, quippe quam ſi adeſſet legiſlator, haberet: Concluſio hęc protinus ad primam conſequitur. Enimuerò lex (vt ſupra dictum eſt) ideo ponitur in communi, quòd caſibus particularibus proſpicere ſatis nequit: vt habetur l. Neque leges. & l. Non poſſunt, ff. de legibus. fit ergo inde conſequens, vt quoties caſus occurrerit, quem ſi legiſlator proſpexiſſet, excepturn iudicaret, non ſit obſeruanda. Tertia concluſio his duabus aſſertionibus nihil obſtantibus huiſmodi legis ἐπιεικεια more & ordine ad ſolum principem ſpectat, niſi illis duntaxat caſibus, quibus adeò inſtat ſubitum periculum, vt ſi ad principem vel ad eius vicem gerentem recurrendum eſſet, damnum interim timeretur. Tunc enim licitum eſt ſubdito contra verba legis agere. Illa quippe neceſſitas ipſa eſt, quæ legem non habet. Atqui in concluſione prima nihil dubitationis latet, in ſecunda verò nonnihil. Videtur. n. ſanctus Thomas nimium illam ſtringere, dum ait, illo præciſo caſu, qua legis obſeruatio in exitium vergeret communis ſalutis non eſſe ſeruandam, cum tamen neque in priuatam internicieꝫ ſit ſeruanda. Et enim ille cui palam eſſet, obſeruationem legis eſſe ſibi letalem, conſtaretque ex natura legis non eſſe eius mentem in tantum periculum adigere ſubditos, neutiquam tenetur legem cuſtodire. Vt ſi mihi conſtaret, hoſtes mihi inuia inſidias parare, non tenetur die feſto ire ad ſacrum. Reſpondetur neque hoc negare Sanctum Thomas, ſed loqui in reipublicæ periculo. Obſeſſa enim ciuitas non tenetur vnicuilibet ciui fugienti portas pandere cum ſuo periculo: & ideo neque ianitori aperire fas eſt. Imo licet eſſent perſonæ quam plurimum tuendæ vtbi vtiles, ſi certum eſſet, quòd hoſtium turam ſimul cum illis intrò irrueret, quæ ciuitatem caperet, non tenentur. Secus vbi non eſſet tantum periculum: nam tunc imminent periculo clauiger ipſe poſſet aperire. Tertia verò concluſio non eſt vſque adeo clara. Dum enim aſſerit, ſubito imminente periculo licere ſubdito agere contra legem inconſulto magiſtratu, alioqui verò ad ipſum recurrendum: aut intelligit quando ſubditus de legis mente ambiguus eſt: aut quando procul dubio certiſſimus eſt: non quando hæret indubio, nam tunc (vt ais in

Ariſto.

Prima concluſio generalis.

Probatio.

Secũda concluſio.

S. Tho.

Deducitur concluſio ex priori.

Tertia concluſio.

Dubitatio circa ſecundã cõcluſionem.

Ratio hæſitandi explicatur.

Solutio

Obiectio in tertia cõcluſiõe.

in ſolutione ſecundi) debet abſque ulla in-
Solutio. terpretatione verba legis ſeruare. Quando vero omnino eſt certus, etiam ſi nullū eſt in mora periculum, non tenetur Prelatum conſulere. Cui.n.in die ieiunij nullus alius ſuppetit cibus, quam carnium, abſq; vlla ſuperioris conſulatione poteſt, ne fame pereat, illas comedere, etiam ſi citra periculum poſſet ipſum adire ad rei huius in
Caieta. tellectum, etſi Caietanus quatuor hic mem
Partitio bra dignoſcat, perſpicacior tamen hęc fue-
trimem rit trimembris diuiſio. Aut.n ſubdito (de
bris. hoc n.loquimur) palam liquet occurrenti
Primū caſu non eſſe legis mentem vt ſeruetur, &
mēbrū. tunc nulla opus eſt ſubdiuiſione, ſed ſiue
Secūdū. ſubitum ſit periculum, ſiue tempus ſupperat adeundi prefecti abſque illius prorſus conſilio, licet facere contra legem, vt caſibus proximis a nobis explicitis patet Aut per aliud extremum eiuſmodi ſubditus in dubio heret vtrinque æquali. Itaque neutrius partis aſſenſum habet, lice ante facere contra legem necne. Ex tunc ſi uacat ad ſuperiorem recurrere, recurrendum eſt, ſi
Tertium vero repentinum periculum id non per-
mēbrū. mittit, ad literam ſeruanda eſt lex. Atque hic eſt caſus S. Thomę in ſolutione ſecundi, quoniam ſubdito in tali caſu legem interpretari non licet. Si vero medio modo ſe habeat, ita ut neque certus omnino ſit, neque prorſus ambiguus, ſed in illa partem propendeat, quod poſt facere contra legem, itaque illius partis opinionem habet cum formidine alterius, tunc ſi mora datur qua poſſit magiſtratum conſulere, id facere tenetur, ſin vero per ſubitaneum periculum id non licet, tuto facere poteſt cō-
Qō inci tra legem. Atque hic eſt caſus tertiæ con-
dens. cluſionis. Quod ſi ſciſciteris vtrum illa ſit ſufficiēs ratio ἐπιείκειας vt ſubditus faciat contra legem, quod ratio legis in particula-
Rñſio. ri perſona & caſu deficiat? Reſpondetur quod ſi tantum deficit in particulari, non ſufficit, ſi autem in toto genere cauſſa ceſſauerit tum & lex quoque ceſſare debet. Veruntamen antequam princeps vel conſuetudo illam abroget, uim ſuam non amittit Lege (vt exemplum proferamus) cautum eſt ne quis arma noctu deferat, quantum uis ergo pacificus ſis neque ullum a te timeatur digladiationis periculū, non potes contra legem facere. Attamen quoniā de ἐπιείκεια alibi Doctor ſanctus diſputat, nempe 2.2.q.102.extra chorum hic ſaltaremus, ſi longior nos diſputatio remoraretur. Hæc autem ſunt hic adnotatu propria. Primum, etſi liceat nonnūquam propter ἐπιείκειαν contra uerba legis ſecundum eius mentem agere, tamen uice uerſa extra tales caſus ſeruare in cortice uerba corrupta legis mente, prenaricatio legis eſt. Sic.n.habet lex contra.ff.de legibus. In fraudem legis facit, qui ſaluis uerbis legis ſententiam eius circunuenit. Et ſequenti, Fraus lege fit, vbi fit quod fieri noluit, fieri autem non vetuit. Prohibet lex, ne adulter filium ſpurium heredem inſtituat, concedere ergo alteri heredi ratem qui de filio, eſt verba legis, non autem mentem ſeruare. Prohibet & altera lex, ne ſacerdos ſacerdotium in fauorem filij renuntiet, alteri autem confert alterius filio, vt ille ſuo vices rependat, iniquitas eſt ἀπιείκεια e regione aduerſa.

S. Tho. Primū aduertēdum. Exēplū.

Et per hęc argumentorum patent ſolutiones. Ad primum.n.reſponetur, quod qui in illo poſtremo neceſſitatis caſu agit contra uerba legis, non iudicat de lege ipſa, ſed ſingulari caſu, in quo cernit non eſſe ſeruandam. Et pari modo reſpondetur ad ſecundum Hic.n.idem ſubditus non interpretatur legem ſimpliciter, ſed in caſu quo manifeſtum eſt legislatorem aliud intendiſſe, ſecus ſi anceps hęſitet, vt dictum eſt in ſecundo caſu. Ad tertium autem reſpondetur quod quantacunque legislatores ſapiētia uigeant, nulla tamen ſufficit, vt caſus omnes occurrentes proſpiciant.

Ad primū arg. Ad ſecūdū arg. Ad tertiū arg.

QVÆSTIO VII.

DE MVTATIONE ET VArieta legis humanę.

S.Tho.1.2.quæſt.97.

ARTICVLVS I.

Vtrum lex humana debeat quoquo pacto mutari.

Prima ratio ad partem negatiuam.

POſtrema demum queſtione legis humanę eſt vt exploretur quam debeat eſſe firma, & fixa Et iō primo queritur, an debeat aliquo pacto mutari. Apparet.n.id minime licet, lex.n.humana (ut ſ diximus) a

Secũda ratio. Ariſtot. naturali deriuatur, hæc autẽ immutabilis eſt, ergo & illa. Id etiam ſecundo colligitur ex naturaregulæ qualis eſt lex quæ ſm Ari. 5. Ethic. ca. 5, ſolida eſſe debet & perſtans: lex autem regula eſt, ergo immobilis, Item

Tertia ratio. Confir-matio. Nicolaꝰ Papa. terrio, Lex iuſta & recta eſſe debet, quod autem iuſtum ſemel eſt, ſemper tale exiſtit: Accedit & teſtimonium Nicolai Papæ, diſtinctio 12. Ridiculũ eſt & ſatis abominabile dedecus, ut tradiones quas antiquitus a patribus ſuſcepimus infringi patiamur. In

Primũ argu. negatiuũ. contrarium uero ſunt argumenta nihilo pauciora. Ratio enim expoſcere uidetur, vt quoties melius quidpiam occurrit, toties lex humana mutetur. Leges quippe humanæ, veluti & cæteræ artes humana ratione excogitatæ ſunt & inuente, reliquę vero artes occurrente eo, quod melius eſt, ſubmutantur, ergo idem eſt in legibus obſeruandum. Secundo, de præteritis ſumenda

Arg. 2. eſt ratio & cautio futurorum: contingit autem leges antiquas rudiores eſſe minuſque politas, quam ſuccedentibus moribus conueniant, ergo niſi quotieſcunque meliores inuentiones occurrerent, legibus priſtinis antiquatis aliæ innouarentur, incommodum eſſet. Tertio, leges humanę, quia circa lubricum ſingulariũ fluxum uerſantur

Arg. 3. nequeunt niſi temporis experientia exacte inſtitui. Experientia n. (vt 2. Eth. auctor eſt Ariſt.) tempore indiget, ergo quoties temporis curriculum melius quid attulerit, expediens eſt leges ſubmutari. Accedit de-

Auguſt. mum & Auguſt. 1. de libero arbit. ubi ait, Lex temporalis quamuis iuſta ſit, commutari tamen per tempora iuſte poteſt.

Poſtremũ arg. Argumenta præſentis queſtionis rem in duo diuerſa extrema diſtrahunt. Nam illa prioris ordinis contendunt humanam legem prorſus eſſe immutabilem. Reliqua uero per alterum extremum, quod ubiuis melius aliud occurrerit, ſint mutandę, & ideo duobus concluſionibus reſpondendum eſt, quibus ambo extrema moderemur. Prior eſt, Licitum quandoque eſt, de-

Prima conclu cens & ſanctum legem humanam mutari. Veritas concluſionis huius ex duabus

Suadet cõcluſio duplici uia. naſcitur radicibus, videlicet, tam ex natura rationis humanę, qua leges conduntur, quam ex natura noſtrarum actionum de quibus ſtatuũtur. Et enim cum natura noſtra rationalis ſit, hoc eſt diſcurſiua & ſucceſſu quodam ueritatis indagatrix, non poteſt, ceu intellectualis angelus, qui naturalia omnia ſimul nouit, ſubito intima ueritatis penetrare. Vnde quemadmodum in ſcientiarum ſpeculatione defluxu quodam temporis Philoſophi ex imperfecto ad perfectum ſcientias promouerunt, vt 1. Phyſic. Primoque de Anima, alijſque libri Ariſto. teſtimonium extat, ſic in morum compoſitione ratio practica negotiatur. Quapropter ſicut Thales ille Mileſius alijque illius ætatis ſex ſapientes ſcientias illucuſque rudes & incomptas contemplatione polire cœperunt, quas poſt Plato & Ariſt. expoliuere, ſic & Lycurgus, & Solõ, & apud Romanos Numa Pompil ſuas reſpublicas antea barbaras & agreſtas politioribus legibus inſtituerunt, quæ deinceps temporum incrementis exactius ſunt accuratiuſque & emunctius cultæ. Accedit

Secũda ratio. ratio ſecunda ex noſtrarum actionum cõditione, quæ & regionum diuerſitati & tẽporum ſic ſubiecta eſt, vt nunquam in eodem ſtatu permaneat. Exemplum eſt Au-

Auguſt. guſt. lib. 1. de libero arbit. vbi ait quod ſi populus bene ſit moderatus & grauis cõmuniſque utilitatis diligentiſſimus cuſtos, recte lex fertur, qua tali populo liceat creare ſibi magiſtratus, qui quos reſpublica adminiſtret, porro ſi paulatim ille populus depraua-

Secũda concln. D. Tho. tus habeat vænale ſuffragium, & regimen flagitioſis ſceleratiſque committat recte adimitur populo talis poteſtas dandi honores, & ad paucorum bonorum redi arbitrium. Secunda concluſio quam D. Th. ſanctiſſime conſtituit, quæq. legislatorib. perſpectiſſima eſſe debet, eſt: Non ob quemcunque cauſſam melius quidpiam afferentem mutanda eſt lex ſed tunc penitus quando vſque adeo excedit, vt damna detrimentaq; compenſet, quæ legis mutatio ſuapte natura affert. Ratio concluſio-

Ratio concluſionis. nis ſic habet, Cum leges humanæ propter communi vtilitate & ſalute (vt dictum eſt) ſint inſtitutæ eadem prorſus ratione mutãdę ſunt, nempe quando mutatio in augmẽtum eſt communis boni. Mutatio autem ſuapte ingenio per ſeipſam detrimentum affert, quia cum conſuetudo ſeruandę legis fuerit quodam pacto in naturam verſa (nam conſuetudo, altera natura eſt) mutatio ipſa legis quædam eſt mutatio naturę. Quo fit vt quæ contra conſuetudinem fiunt etiam dum leuia ſunt, grauia exiſtimentur. Atque eandem ob cauſſam veneranda legis canicies amore retinet humanos

manos animos, quia ideo extincta nouitas alterius nescio quid inuidiæ secum trahit. Dum igitur de legis mutatione agitur, hęc debent in statera pendi. ne. s. mutetur nisi tanta ab ea parte propendeat caussa, quæ hæc valeat mala compensare. Quod quidem tunc prorsus continget, quando vel maxima euidētissimaque vtilitas ex noua lege prouenerit, aut ingens necessitas consuetam legem ob manifestam eius iniquitatem antiquate compulerit. vt. ff. de constitut. princ. l. 2. ait Vlpianus. In rebus nobis constituendis euidens esse vtilitas debet, vt accedatur ab eo iure quod diu æquum visum est. Hæc ergo regula tum in seculari republica, tum maxime in ecclesiastica, ac potissimum in his quæ ad sacra pertinent obseruantissima esse debet, ne scilicet ratio persoluendi officium, qua clerus assuetus est, pro quacunque ratione demutetur, etiam si egregia videatur. Et multo minus sacrorum ratio quæ ad cultum diuinum attinent, quibus videlicet populus oculos habet immersos & affectos animos. Haud enim id absque detrimento & scandalo fieri posset. Nihil aduersus nouitatem Breuiarii obmurmurandum est, postquam sanctissimus Papa id permittit, tamen finis ille ob quem mutatio facta est, videlicet vt statas soluentes horas memoriter. Psalterium discant, non est ille quem sancti patres horis dicendis canonicis præfixere. Cantus enim Ecclesiastici non studii gratia, sed tantum diuinæ laudis instituti sunt, vt melodia militantis Ecclesiæ instar triumphantis institueretur. Vbi non cessatur clamari quotidie Sanctus, Sanctus, &c. Atque huic scopo admittebantur patres antiphonas, responsoriaque & psalmodiam. Imo (vt est in priscorum historiis) angelos eas etiam de cœlo adtulisse fertur. Præterquam quod sacerdotibus permittere, vt aliter officium domi pendant, quam in ecclesia, est illis manifestam porrigere occasionem, ne in Ecclesia cum aliis concinant, sed velut muti stipendia sua faciant. Adde quod periculum inde imminet, vt eandem horarum ratio in Ecclesiam publicitus inducatur, quod grauiter populi aures offenderet. Hæc mihi impræsentiarum in mentem venere, quia pro mei captu ingenioli ardenter desidero, vt vnica esset ratio Breuiarii in toto Christianismo. Nam varietas Ecclesiæ, qua tanquā regina circunamicta a dextris sponsi sedet, in varietate religionum aliarumque cęremoniarum Christianæ familiæ satis splendet. Quod autem ad horas canonicas in Lingua latina tanta diuersitas obtinuerit, nullam forsan, si fas est dicere, decus est. Cæterum non abre huc dubitatio occurrit, vtrum legislator pro suo libito absque vlla intercedente caussa, leges valeat commutare? Et apparet a parte negatiua argumentum, quod non aliter licet leges mutare, quam condere, si autem non pro communi vtilitate conderentur, non essent leges, ergo neque si alia ratione mutentur, valida erit mutatio. In responsione autem multa sunt membra. Primum, si legislator, penes quem summa est potestas, legem sine caussa tolleret factum teneret, hoc est nullam haberet deinde vim legis nisi qua tenus vim retineret iuris, seu naturalis, seu diuini, tametsi dum lex reipublicæ conduceret, graue crimen committeret, videlicet, si Papa tolliter annuam confessionem maneret ius tantum diuinum cōfessionis, & si Cæsar abrogaret legem suspendendi, fures, maneret duntaxat naturale ius, vt punirentur saltem. Res est clara, quia lex nisi vim habeat coercium, non est lex, hanc aut vim habet a Principe vel a republica. Quapropter sicuti etiam dum respublica legibus indigeret, tamen nisi eas poneret, nulla esset, ita si qua tolleret, non esset amplius lex Secundum membrum est, Lex quam nouam conderet, vel in quam alteram mutaret, si non esset pro communi bono, vel esset intolerabilis, nō haberet vim legis. Enimuero licet quam ipse abrogaret re vera esset abrogata, non tamen tantum potest in legumlatione, vt quam ipse tulerit, statim sit firma & valida, nisi (vt dictum est) iusta fuerit. Hæc autem de omni potestate tam seculari quam ecclesiastica dicta sunt, quibus tamen de ecclesiastica tertium peculiare adhibemus membrum. Nempe quod neque Papa neque Concilium in his legum positione & mutatione, quæ familiæ Christianæ necessariæ sunt, vt pote quod Spiritus Sancto reguntur, errare non poterunt, nunquam scilicet permittetur diuinitus. Papa aut cunctas leges ieiuniorum tollere aut legem confessionis in decennium prolatare, quia impendio quam maxime huiusmodi leges reipubli-

Regula ꝓximatū in secularitū in Ecclesiastica repu. obseruāda est.

Cantus Ecclesiastici nō stadij grā, sed tantū diuinę laudis instituti sūt.

Auctoris cēsura đ Breuiarij pluralitate.

Dubō.

arg. partis neg.

Prima assertio, qua partim satisfit dubitationi. ꝓpositę

Probō p̄fatæ assertiōis.

Secūda assertio.

Ratio.

Tertia assertio de ptāte Ecclesiastica.

cæ referunt. Neque rursus præcipere permittetur, vt cum primum quisque cõscius sibi fuerit mortalis culpæ, ad aures sacerdotis confessurus ad volet, quia lex esset intolerabilis.

Ad primũ arg, eorumq̃ priorior dine iactatasũt

Respondere autem restat ad vtranque argumentorum seriem. Ad primum ergo prioris ordinis respondetur quod lex naturalis, quæ participium quoddam æternæ legis est, immobilis perseuerat, quia deriuatur ab illa per diuinam rationem, illam instituentem quæ quidem diuina ratio etiam est immobilis. Leo autem humana deriuatur a naturali, per rationem humanam trahentem genus ad speciem. Et quia ratio humana nam omnia futura satis prospicit, ex hac parte fit lex ipsa mutabilis. Accedit præterea, quod lex naturalis

Ad 2. continet principia vniuersalia, quę abstrahunt a singularibus, leges autem humanæ fundamentis niuntur particularibus, quæ in actionibus contingentibus & caducis sita sunt. Et per hoc respondetur ad

Ad 3. secundum quod mensura debet esse immutabilis quatenus fert natura materiæ, mensura autem mutabilium rerum soliorem non suffert perpetuitatem. Ad tertium eodem fere modo respondetur, quod rectitudo in quantitatibus corporeis non dicitur respectiue in ordine ad aliam, sed est in se absolute recta, quia eius extrema non exeunt a medio, rectitudo autem humanæ legis non est absoluta, sed sumitur in ordine ad commune bonum, cui non

Ad postremũ argũ. semper res eandem habẽt proportionem. Quocirca illis mutatis mutatur rectitudo & iustitia legis. Auctoritas autem iuris 12. dist. solum admonet in fauorem secundæ conclusionis, ridiculum esse citra causam vigentissimam patrum sanctiones infringere, secus dum causa adest legitima. Nihilominus & reliqua in contrarium argumenta temperanda sunt & eneruanda, quatenus cum secunda conclusione pugnant. Ad primum ideo considerati ssime

Ad arg. posterioris ordinis. S. Tho. respondet S. Thom. aliud esse artium ingenium, aliud vero legum. Artes enim ex sola ratione vigorem habent & efficaciam, & ideo quotiesque melius quidpiam intellectui occurrerit, mutari debent, nam nulli est periculum, quin mutentur in melius, eo quod totum negotium in intellectu contineantur. Leges autem vim maximam obtinent ex consuetudine, vt Phi-

losophus 2. Pol. ait, adeo vt diuturna consuetudo (vt ff. de legibus. Vlpianus ait) pro iure sit habenda. Ob idque non tantum perpendendum est in mutatione legis illud bonum, quod noua adfert, verum & detrimẽtum quod vetus consuetudo patitur. Reliqua vero duo cum Augustini sententia id tantum comprobant, quod leges mutare liceat, non id tamen quod quacunque de causa, etiam si aliquo pacto congruentius quidpiam suadeat. Aristot. Facilius solutio cæterorũ arg.

ARTICVLVS II.

Vtrum consuetudo vim legis obtinere valeat.

NON est impertinens sermoni de mutatione legum articulum intexere de consuetudine, per quã & mutari solent. Quæritur ergo vtrum consuetudo vim queat obtinere legis? Existunt enim a parte negatiua argumenta. Primum, Lex humana abæterna per naturalem deriuatur, contra illas autẽ nulla præualere potest consuetudo, ergo neque vlla valet humanas mutare. Secundo, egregie argui. D. Tho. Ex multiplicatis malis nullum conflari potest bonum, imo malum, quo multiplicatius, eo peius, qui autem primo contra legem agere incipit, malefacit, ergo similibus aceruatis actibus nihil boni confici potest, lex autem cum regula sit nostrarum actionum, egregium bonum est, nulla ergo consuetudo migrare in legis naturam potest. Tertio, Leges condere munus est solius publicæ potestatis, consuetudo autem priuatis ciuium actibus inualescit, nulla ergo consuetudo auctoritatem legis abrogare potest. In contrarium autem est Aug. in epist. ad Gasulanum, vbi ait. Mos populi Dei & instituta maiorum pro lege sunt tenẽda, & sicut præuaricatores legum diuinarum, ita & contemptores consuetudinem ecclesiasticarũ coercendi sunt. Arg. 1. a pte negatiua. Arg. 2. D. Tho. Arg. 3. Augusti.

Quæstioni præsenti vnica, sed tñ trimẽbri conclusione fit satis Conclusio autem est: Consuetudo trina virtute pollet, videlicet, vt & antiquam legem tum interpretetur, tum etiam immutet, ac subinde vim

Satis fit qõnivnica cõclusione trimẽbri. Probõ.

vim obtineat nouæ. Probatur : Ratio voluntaſq legislatoris promulgata non ſolum interpres legis eſt , verum & veteris abrogatio, & nouæ conſtitutio , eiuſmodi aut rationis voluntatiſq. promulgatio , non ſolum verbo,verum & facto fieri conſueuit, nam quod quis opere foris præſtat, intus mente probrare cenſetur, quando autem princeps quos ſubditos cohibere poteſt,identidem longoq. temporis interuallo operari ſinit, permiſſu illo rationem ſuã & uoluntatem aperit , ergo ſicuti verbali promulgatione edictum ponit , ſic & eiuſmodi premiſſione ciuium conſuetudinem pro lege ducit,quæ ſubinde aut vetuſtæ interpres ſit, vel certe abolitio . Ad pleniorem autem rei intellectum noſſe operæ pretium erit quid nomini conſuetudinis ſupponatur. Subobſcurus. n. apparet Iſidorus lib. v Etymol. qui referetur in Decretis diſt. 1. vbi ait. Mos eſt longa conſuetudo de moribus tantum tracta. Videtur quippe in definitione repetitionis vitium committere, Mos de moribus . Notato ergo vocem,Mos, trifariam vſurpari . Accipitur enim primo pro ſingulari humano actu , puta libero , actiones. n. brutorum , niſi per metaphoram, mores non dicuntur . Et ab hac acceptione dicitur philoſophia moralis , id eſt humanorum actuum. Secundo accipitur pro habitu , ex frequentia ſimilium actuum genito , quemadmodum dicimus hominem bene aut male, morigeratum . Et iſtæ acceptiones ad rem non faciunt . Tertio ergo accipitur , vt idem ſit quod conſuetudo , & hoc modo nihil aliud eſt quam frequentia longi temporis ſimilium actuum in aliqua republica puta vel in regno, vel in vrbe aut in collegio . Nihil ergo inepte dixit Iſidorus . Dicens.n. morem eſſe conſuetudinem de moribus tractam , priori loco accepit tertio modo poſteriori uero primo . Conſuetudo ergo , rationi , conſona atque a principe conceſſa,uim habet legis. Quin vero eotantum a lege differt , quod lex ſcripto traditur,conſuetudo vero vſu . Sic. n. ait Iſidorus . Lex eſt conſtitutio ſcripta,mos autem longa cõſuetudo. Et ſubdit. Cõſuetudo aũt eſt ius quoddam moribus inſtitutũ, quod pro lege accipitur , vbi deficit lex Et l. diuturna.ff.de legi. conſuetudo pro iure & lege , in his quæ non ex ſcripto deſcendunt , ol ſeruari ſolet. Atq. inferius Paulus Iuriconſul. Imo magnæ auctoritatis inquit,hoc ius habetur , quod in tantum probatum eſt, vt non fuerit opus ſcripto comprehendere . Hoc ergo memoriæ commendum eſt quod conſuetudo de ſeipſa vim legis nõ habet ſed quatenus a principis conſenſu dimanat. Itaq. vt Ariſt. Platonis ve aut alius Philoſophi , quin vero omnium Iuriſconſultorum ſaluberrimæ etiam ſententiæ , nunquam uim legis haberent niſi conſenſu principis ſtabilirentur, ſic neq. conſuetudo eandem aliter obtineret virtutem. Exempli gratia. Nunquã Baldi opinioniquod pro triplici furto ſuſpenderetur fur , obtinere potuit uim legis, niſi princeps illam ſcripto ſanciret, vel per conſuetudinem approbaret. Qua ꝓp vbi lex exprimeret, nullam conſuetudinem contra legem valituram , decretum hoc conſuetudinem irritat , vt per illam lex nunquam abrogetur , quia tunc conſuetudo nihil operatur , eo quod nunquam iudicium eſt talis voluntatis principis . Tametſi tam longa potes eſſe in contrarium,maxime in ſeculo aliorum principium , ut decretum etiam illud irritans euincat . Sed eſt præterea animaduertendum,quod conſuetudo non ſolum obligat tanquam ſignum promulgationis legis nouæ,verum aliquando eſt ſignum ac teſtimonium quod olim talis extiterit lex, licet non reperiatur ſcripta . Quam vero longum tempus in conſuetudine ſpectandum ſit antequam vim obtineat legis, non eſt iure certum. In aliquibus.(vt aiunt)duo actus ſufficiunt , in aliquibus tres , in aliquibus decem. Sed res ea nulla eſſe poteſt cor datior regula quam quæ c. cum tanto. de conſue. ſtatuta eſt, vbi habetur ꝙ nunquã conſuetudo poſitiuo iuri præiudicium generare debet , niſi fuerit rationabilis & legitime præſcripta. Vbi in verbo, rationabilis anima aduertẽdum eſt, ꝙ ad hoc vt robur nanciſcatur legis , habere debet conditiones bonę legis, ſupra conſtitutas. Et ſecundo, in verbo, præſcripta, conſiderandum ꝙ tunc conſuetudo vim adipiſcitur legis, quando cõi hominum iudicio & arbitratu peccatum eſſet facere contra illam . Quapropter admonere hic non præteribo quãtum creetur periculi dum in aliqua republica ſemel , autbis quidpiam permittitur Enimuero ad id perſuadẽdum , quod nouũ petitui , in cauſſam adducitur , quod

Quid ve natnoĩe cõſuetudinis.

Iſidorus

Moris nomen trifariã vſurpat.

Prima acceptio

Secũda.

Tertia.

Iſidorus

Quid inter ſit morem & cõſuetudinẽ.

Doctrina memoriæ commẽdanda.

Regula.

Sana ad mõitio.

vnus actus nihil nocere poteſt, poſtea vero ſimilitudine illius alter perſuadetur, ac ſub inde conſuetudo vires nam ciſcitur. Idem exiſtit periculum inter viros potentes. Vt ſi ſemel vaſalli vrbanitatis ac beneuolentię gratia domino ac patrono ſuo munuſcula obtulerint, ſtatim vrbanitas in conſuetudinem rapitur, & gratia in ius debitum. Sed nunquid quæcunque inueterata conſuetudo legem abrogat. Ratio enim id videtur perſuadere. Nam dum princeps diſſimulat, ſuam exiſtimatur interpretati voluntatem. Reſpondetur nihilominus minime ſic eſſe. Imo quandiu vſus contra legem, non aliunde quam ex negligentia principis oritur, aut ex eo quod potēs non eſt adſumendam de malefactoribus vindictam, nunquam contra legem præſcribit, ſed tunc penitus quando & potens eſt abuſum cohibere, & non ex vecordia, ſed oculata diſſimulatione illum permittit. Neque vero antequam longęuus mos auctoritatem nam ciſcatur, nam cum lex prudentia & iudicio, condi debeat, iudicium autem tempus requirat, fit vt conſuetudo breui tēpore non vſque ad vigorem les irroboreſcat. Hac. n. fortaſſe ratione inoleuit mos in Gallis veſcendi carnibus in Sabbatis inter natale Domini & purificationem Virginis, & in Hiſpaniis animaliū inteſtinis. Quando autem dicimus diſſimulationem Prælati in cauſſa eſſe vt conſuetudo lex fiat, intelligitur de illo Prælato, qui eſt legislator, nam etſi Prætor in vrbe, vel Prælatus conuentus, aut prouinciæ diſſimulēt legum tranſgreſſiones, eiuſmodi conſuetudo nunquam vires legis conſequitur, quia non eſt ſignum voluntatis ſupremi Prælati, qui eſt legislator. Vtrum autem quicunque vſus in conſuetudinem verſus, obligatoriam legem conſtituat, ambigere quiſq. poſſet. Solet enim vſu venire, vt homines pietatis gratia incipiant, vel diem feſtum colere, vel ieiunium ſeruare, non quidem tanquam de præcepto, ſed ex animi pietate, & (vt aiunt) ex deuotione, vt ſi modo in aliqua prouincia inciperent feria quarta a carnibus abſtinere, vtrum præterea poſtea præceptum eſſet: Reſpondetur, perpendendum eſſe quomodo talis religio fuerit ſeruata. Si enim tantum ex deuotione libera, nunquam illud vertitur in præceptum, niſi poſtea religio crebreſcere incipiat tanquam præceptum. Suſpicio enim me ſemper tenuit, morem ſoluēdi ſtatis horis officium Dominicę noſtræ, in initio non habuiſſe vim præcepti, neque illam vim obtinuiſſe ante quadringentos hic annos. Alioqui in ordine noſtro non eſſet, nobis iuſſum ſurgentes in dormitorio illud ſoluere. Veruntamen poſtea adeo religio in valuit, vt vix iam ſit qui audeat negare præceptum.

Quæſt. Ratio. Solutio. Gallorū mos. Alia q̄ō. Solutio.

Ad primum igitur argumentorum frō tis quæſtionis reſpondetur, longe eſſe aliā rationem legum naturalium ac diuinarū, quam ſit humanarum. Illæ enim a voluntate diuina ſtatutæ, ſunt cui uulla humana voluntas neq. conſuetudo obſiſtere valet. Imo vero quanto conſuetudo contra diuinam legem & naturalem fuerit inueteratior, tanto grauioris eſt cauſſa peccati, tantum abeſt, vt conſuetudo quippiam vigoris detrahat illis legibus. Ad ſecundum autem reſpondetur, quod cum (vt ſæpe dictum eſt) leges humanæ in aliquibus caſibus deficiant, poteſt conſuetudo contra legem per actus licitos inchoari, qui quidē frequentati actus vim obtinebunt legis, eo quod per illos oſtenditur legem antiquam fuiſſe inutilem. Quandiu vero ratio legis durauerit, nequibit eam vlla conſuetudo ſuperare, quia conſuetudo tunc non erit rationabilis, ſed lex potius erit ſemper victrix, niſi forſan conſuetudo offenderit legem, licet non inutilem, tamen non conformem naturæ patriæ, hoc enim etiam ſufficiet ad ipſam obolendam. At vero S. Thom. videtur curte reſpondiſſe. Docuit enim quemadmodum conſuetudo poſſit per actus licitos inhoari, non tamen reſpōdit, quid ſi inchoetur per illicitos. Caietanus reſpondet quod etiam dum per illicitos incipit, poteſt tēporis lapſu auctoritatem obtinere. Arbitror autem operæpretium diſtinguere. Nam quantum ad hunc effectum, vt lex priſtina antiquetur, conſuetudo etiam illa quæ illicitum habuit ortum, poteſt, licet non apud eoſdem homines, tamen apud poſteros vim obtinere. Cæperunt inquam (vt exempli gratia dixerim) anteceſſores noſtri prauе agere cōtra aliquam legem, nos autem in noſtro ſeculo inuenimus conſuetudine abrogatam, non tenemur ſcrutari de conſuetudine illa, qualia habuerit initia, ſed liberi ſumus ab eadem lege. At vero quantum

Ad primū arg. Ad ſecū dū arg. D. Tho. Caieta. Cēſura auctoris

Diſtinctio

Ad tertium.

tum ad alterum effectum, qui eſt obligare, conſuetudo non ſortietur uim legis quandiu per actus illicitos increbuerit, ob rationem iam ſupra dictam, quia lex debet eſſe æqua & iuſta. Ad tertium reſpondetur, quod multitudo priuatorum hominum introducentium conſuetudinem, duplici conditionis eſſe poteſt. Aut. n. liberam conſtituunt rempublicam, quæ ſeipſam ſine Principe gubernat, & tunc mos populi erit conſtitutio legis. Si tamen ſub Rege aut alio Principe degat. tunc (vt dictum eſt) conſuetudo non per ſe eſt lex, ſed quatenus interpretatio eſt voluntatis Principis.

ARTICVLVS III.

Vtrum teſtores multitudinis in legibus diſpenſare poſſint.

POſtquã in calce ſuperioris quæſt. diffinitum eſt, nõ licere ſubditis niſi in repentino periculo ἐπιείκεια uti, uidere nunc reſtat utrum ſaltem gubernatores multitudinis diſpenſare poſſint in lege, illis caſibus, quibus iudicauerint expedire? Et arguitur a parte negatiua, Lex (ut ſupra ex Iſidoro mõſtratum eſt) fertur pro bono communi, bonum aũt commune nõ eſt pro priuato intermittendũ, ſiquidẽ (ut Philoſophus 1. Ethic. auctor eſt) bonum gentis diuinius eſt quam bonũ vnius hominis ergo non licet cum aliquo diſpenſare vt contra legem faciat. Secundo, Deut. 1 præfectis hoc ponitur documentum: Ita paruum audietis vt magnum, neque accipiatis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt. Alicui autem id indulgere quod toti reipublicæ denegatur acceptio eſt perſonarum: ergo id minime licet. Tertio, in legem diuinam & naturalem nulla cadit diſpenſatio lex autem humana debet illis eſſe conformis, utpote quæ ab illis deriuatur, ergo neque in ipſa cadit. In contrarium ait Apoſt. 2. ad Corinth. 9. Diſpenſatio mihi credita eſt.

Primũ arg. partis negatiuę.

Ariſtot.

Arg. 2.

Arg. 3.

Paulus.

Ad queſt. intelligentiam notandum cum S. Thoma quod diſpenſatio proprie importat cõmenſurationem alicuius cõis ad ſingula, hac. n. ratione paterfamilias diſpenſator dicitur, quod unicuique pondere quodam & mẽſuratum operis imperat, tũ & neceſſaria ex communi pena diſtribuit. Pari ergo modo ille in republica dicitur diſpenſator, cui incumbit ordine & ratione diſponere qualiter cõis lex ſit a ſingulis obſeruando. Duabus ergo concluſionibus ad quæſtionẽ reſpondetur. Prior eſt, Illis, cui regimen incumbit multitudinis, poteſtatem habet diſpenſandi ſuper lege humana in caſibus certis & cum certis perſonis. Concluſio ex illo principio ſæpe antea reſumpto colligitur. lex. n humana quia in communi poſita eſt, comprehẽdere non poteſt cauſas omnes ſingulares, ob idq. vſu venire poteſt, vt quæ incommuni ac plurimum congruens eſt, in perſona certa & cauſa deficiat quippe quod eius obſeruantia vel obſtaculum ſit meliori bono vel alicuius mali occaſio. Quamobrem cum ille qui curam reipublicæ gerit, vniuſcuiuſque ſaluti debeat conſulere, efficax ratio præcipit, vt facultatem tunc faciat tali perſonæ faciendi contra legem, Secunda concluſio, Quando cauſſa non occurrerit rationi conſentanea atq. in bonum commune relata, tunc Prælatum pro ſuo libito diſpenſare, peccatum eſt, aut infidelitatis aut imprudentiæ. Infidelitatis inquam, dum bono communi non proſpicit, ſed ſuo aut alterius priuatæ perſonę. imprudentiæ autem, ſi zelum quo affectus eſt boni publici prudentia non exornat, ne quam exploratam habeat perſpectamq. cauſſam contra legem diſpenſet. Quamobrem Chriſtus redemptor noſter, Lucæ 12 ſcriptum eſt, difficile arbitrabatur, ut ambæ uirtutes in diſpenſatore coniungerẽtur. Aiebat. n. Qui putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam? Quo hæc autem lucidiora fiant nounulla hic ſunt conſideranda. Inſinuat ſe enim hic primum omnium fallacia, quæ nonnullos deuincit nempe idem eſſe diſputationem quod eſt ἐπιείκεια eo quod diſpenſator nihil eis aliud videtur efficere, quam legem in tali caſu ex æquo & bono interpretari. At uero ſecus res habet. Differunt. n. ſignificato quatuor hæc reſpectu legis. Irrita re, abrogare, ἐπιείκεια interpretari, & diſpenſare, Iritare. ſn. eſt legem & uotũ impedire aut caſſare, ne robur obtineat obligandi. Vt ſi legem a ciuibus conſtituram. Rex nõ ptobaret, neq. cõfirmaret, ſed caſſaret. Quemadmodum & pater poſt uctum

Prima concluſio.

Suadet conclu.

Secũ da conclu.

Quorũdã fallacia confundentiũ ἐπιείκειαν cũ diſpẽſatione.

Quid irritatio.

Quid abrogatio

tum filij irritare ſupra quo ſi ſolium eſſet
Quid legis interpretatio. diſpenſare non poſſet. Legem uero abrogare, eſt poſt quam in habet in totum tollere, quam vis ſi uſq. ad præfinitum dunta-
xat tempus poſita erat, tunc non tam proprie dicitur tolli quam impleri, Quo utiq. inter alios ſenſu ait Chriſtus, Non ueni legem ſoluere, ſed adimplere. Interpretari autē per ἐπιείκειαν eſt ipſam declaQuid dispēſatio rare in tali caſu locum non habere. At uero diſpenſare eſt quempiam ſubditorum a
Obiectio. lege excipere, conceſſa illi licentia & facultate ſine qua legi eſſet obnoxius. Patet ergo diſcrimen quod ἐπιείκεια non eſt ſubditum per licentiam eximere caſu quo teneretur ſed explicare quod in illo caſu non tenebatur, diſpenſatio autem eſt licentiam concedere. Quare ἐπιείκεια non ſolum Prælatis, uerum ſubditis (vt dictum eſt) competit, diſpenſatio uero tantum Prælatis. Sed arguis contra, ſi Prælatus non poteſt ſine cauſſa diſpenſare, fit, vt diſpenſatio nihil aliud ſit quam declaratio cauſſę ob quam ratio legis in tali caſu deficit, Negatur conſequentia. Nam etſi ratio legis in hac perſona deficiat, non ideo protinus a vinculo legis enodatur. Aliud. n. eſt quod obſeruatio humanæ legis rationi ſit contraria, ubi ἐπιείκεια locum habet, aliud vero quod ratio legis in hac perſona deficiat, vbi nihil ominus neceſſaria eſt diſpenſatio. Exempla ſunt, Sic
Solutio. carnes die uetita non comedere cauſſa mihi eſſe vt fame perirem, poſſem ἐπιείκεια uſus comedere, tamen licet ego caſtigatione carnis non indigerem, ob quam ieiunium indictum eſt, immo abſtinentia & inedia aliquo mihi eſſet impedimentum ſtudij, non ideo liber a lege fio, ſed eſt cauſſa vt mecum Prælatus diſpenſet non quidem interpretando, quod tunc me lex non comprehendit, ſed etiam ſi me comprehendat præbendo mihi gratia maioris commodi licentiam, vt non ſit mihi culpa non ieiunare. Item dum vetaret lex ignobiles homines & infames equos aſcendere ſi occurreret eorum cuipiam caſus, vt niſi ſe e quo eriperet ī manus hoſtium incideret, tunc ἐπιείκεια eum docet lege ſe illo caſu non obligari. At uero etſi contingeret quempiam illius claſſis hominem vtilem eſſe bello, non ſubinde equo liceret vti, ſed tamen ratio diſpenſationis emergeret. Et pari mō loquendum eſt de uoto. Ex quo fit quod diſpenſare non ſolum eſt mutare vnam obligationem in aliam, ſed poteſt Corollarium. etiam fieri per remiſſionem ac relaxationem ſaltem imparte. Alioqui non eſſet diſpenſatio, ſed mera commutatio. Vouiſti difficilem peregrinationem Hieroſolymitanam, occurit autem cauſſa publica Eccleſiæ, in cuius ſubſidium eleemoſynis opus eſt, poteſt illud uotum Papa in aliquam pecuniam commutare etiam minorem quā eſſent itineris expenſę. At vero ſciſcitaris forte vtrum penes ſolum Principē & Legislatorem ſitum ſit diſpenſandi munus? Eſt Quæſt. .n. hoc argumentum a parte affirmatiua, Argm. quod diſpenſatio legis eſt quædam particularis eius abrogatio, abrogare autem legem eiuſdem eſt functio cuius eſt condere. Reſpondetur nihilominus eiuſmodi Rñſio. poteſtatem in legis, licet plenaria ad ſolum Legislatorem pertineat, nihilominus, vt prędata ratio perſuadet in caſibus nonnullis penes inferiores quoq. gubernatores ſitam eſſe. Primum, poteſtate a ſuperiore delegata, quam vel iura inferioribus concedunt, vel conſuetudo interpretatur: Vt diſpenſare in voto ſimplici, trib. exceptis. Mox facultate ordinaria, tam in ſuis proprijs legibus quam etiam in ſuperioris. Poteſt in quam, Epiſcopus In legibus Papæ diſpenſare, vel iuris conceſſione, vel conſuetudine. Præterea, in triplici rerum ordine, nempe ſi vel materia leuis eſt vel frequens caſus, vel lex proprium bonum ſuæ ciuitatis, vel diœceſis reſpicit. Sententia eſt Caietani 1.2. quæſt. 97. art. 4. quā Caieta. ſuo ſale conditam credo eſſe veram. Nam hac de cauſſa Diuus Thomas, non interD. Tho rogauit ſtricte, an Principes & Legislator, ſed latius, an rectores moltitudinis poſſint in legibus humanis diſpenſare? Rectores enim non ſolum Principes ſunt verum, & qui ad gubernaculum cuiuſq; multitudinis ſedent. Leuia autem cenſentur illa, quæ non præcepto proprie dicto obligante ad mortale, ſed ſtatuto poſita ſunt. Qua ratione Prælati noſtri etiam Priores conuentuales diſpenſare poſſunt in eſu cernium, in induendis lines, & in id genus cæteris. Frequentia deinde caſuum Tēperā- cauſſa eſt, vt poſſit Epiſcopus diſpenſare. tio ſupe Vt in ieiunijs, licet ſit lex ſuperioris, quo- rioris af niam grauiſſimum eſſet onus, quotiens ſertiōis. quis diſpenſatione ieiunij egeret, adite Papam Hoc autem ſic temperarem, quod

poſſit

possit episcopus in diem aut in breue tempus cum assistente caussa, super eiusmodi legibus dispensare: tamen in pro vita tota nescio. Et eadem ratione, si alter coniugũ per incestum cum alterius consanguinea perpetratum inhabilis ad exigendum cõiugale debitum fiat. Atque tunc præsertim dum vel ob personæ pauperiem, vel alia de caussa nõ pateret ad vrbem accessus. Secus si impedimentum antecederet matrimonium quod subinde contrahendum impediret in quo solus Papa dispensare potest. Præterea si peculiaris lex vrbis extat, ne vel vinum, vel frumentum extrinsecus aduehatur, vt proprij Vrbis fructus dispendantur, posset credo Prætor dispensare, secus tamen Episcopus in matrimonijs & ordinibus ad bonũ publicũ pertinẽtib. Caussas verò quibus dispẽsator adduci ad dispensandum debet, explicant sancta Decret. 1. q. 7. per totum scilicet tempus, vtilitas, persona, qualitas. In summa quo cunctas complectaris, dispensatio fieri nõ debet, nisi in commune bonum cedat, pro quo lex omnis constituitur. Nam quantum periculi Reipublicæ inde conflatur, vnde legum dispensatio, alijs priuatis respectibus & silendis caussis fieri cæperit, locus in quo Ecclesia Dei iacet, apertissimo documento est. Nam si leges nihil aliud emolumenti in Rempublicam conferunt, quàm quod sint principi fructuosæ, pernicies sunt potius & labefactatio boni publici. Fit enim inde, vt soli pauperes legibus coerceantur, sed qui illis indigent, subijciantur nulli. Absit ergo (quod antea diximus) leges in hoc condi, vt sint legislatori peculium. Sed cum primum ratio ob quam latæ sunt, cessauerit, abrogandæ sunt, ne a ciuibus sit pretio dispensatio redimenda. Atsi percuncteris vtrum caussa sit dispensandi satis idonea, quod qui votum fecit, nequit illud sine graui difficultate & molestia implere (hæc enim est quæ frequentius obtendi consueuit) respõdetur, quòd si difficultas in re ipsa fit, quia scilicet quis inconsulta prudentia, nec re satis perpensa, longum ieiciunium in pane, & aqua vouit, aut pedes tem peregrinationem, suis cruribus imparem, temeritas illa caussa est dispensandi. At vero dũ difficultas non ex rei natura, sed ex prauo habitu vouentis proficiscitur, cum difficultas ipsa abstinendi ab inniqua consuetudine caussa fuerit vouendi, non est eadem in causam dispensationis reuocanda. Si verò post quam votum (exempli caussa dicamus) vt Hierosolymitanæ peregrinationis, aut etiam religionis, emisisti, perpetuꝰ tibi accidit morbus aut debilitas quæ tibi impedimento fit absolutus à voto es. At vero de voti dispensatione, peculiaris nobis institutus est octauus liber. Postremũ ergo dubium restat, vtrum ille cum quo si ne caussa dispensatum, tutus in conscientia maneat? Respondent Iurisconsulti, vt ex Innocentio colligitur in ca. Cum ad monasterium, de statu mona. & ex Panorm. in c non est voti, de voto, ꝙ si cum Pontifice summo inferior sine caussa dispensat, dispensatio non tenet, quia sub hoc limite illis concessa est dispensandi facultas. Si verò Papa dispenset tunc distinguẽdum est. Nam in his quæ de iure diuino pendent, quale est uotum, & iuramentum si absque caussa dispenser, dispensatio non tenet. Secus in his quę sunt meri iuris positiui, quia a suo prorsus arbitrio pendent. Et quidem prior distinctio forsan non tanta veritate pollet, nam in leges quæ a suą mere pendent ordinaria potestate, non est cur Episcopus non fungatur facultate qua Papa in suas. Posterior vero distinctio impẽdio quam maximè probabilis est. Et ideo in his quæ pendent de iure diuino, non solũ dispensans peccat, verum, & formidanda dispẽsatio est, veluti cassa, & nullius apud Deum valoris. Quapropter dum in pluralitate beneficiorum dispensat, & dum infans aut puer curã permittitur gerere animarum, & laicus monachis in Abbatem præficitur, & solenniter professus, vti Panorm. infert, ad laxiorem ordinem, illum præsertim qui tm̃ habet ordinis nomen, reuocatur, verendum est ratum nõ esse & validum apud Deum Quocirca tam qui eiusmodi dispensationes alijs procurant, quã ipsi qui petunt, grauiter delinquunt. Imò etiã si dispẽsatio sine caussa teneret, non solum dispensare, & petere & procurare, peccatum est graue. In his autẽ quæ meri sunt positiui iuris, dispensatio sine cã a peccato nõ excusat, verumtamẽ dispensatio tenet. Tametsi Caiet. an. loco citato & in sua Sũma, in verbo, dispensatio, neque in his peccatas censet eorum conscientias, cum quibus

Caussa dispẽsationis legitime.

Dubitatio.

Dissolutio.

Postremũ dubium. Solutio Iurisconsultorum Innoc. Panor.

Refellũtur præfati auctores.

Probat posterior distinctio Iurisconsul. Caiet.

bus ſine cauſſa diſpentur. Et ratio eius eſt, quòd licet tollatur ius poſitiuum, ſupereſt nihilominus legis naturalis vis, quæ eſt, ut quis abſque cauſſa Reipublicæ ſe oneribus ſubducat. Hoc autem nondum equidem mecum conſtitui, quantum valeat. Enimuerò ſi exoneratio mea, oneratio eſſet aliorum, vt cum quis priuilegium procurat quo ſe tributis ſoluendis abſque cauſſa ſubtrahat, vnde aliorum vergit aggrauatio, peccatum eſſet mortale. In ieiunijs autem non eſt tã planum: niſi vbi exemptus ſcandalum daret. Illo autem ceſſante forſan culpa nõ eſſet peior quam venialis.

Non ſatis certa Caieta. ſententia.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur argumetum iam reſponſum eſt, quod nihil diſpenſatio cum priuata perſona legi obſtat, e iãſi pro bono communi ſit lata: quia talis diſpenſatio fieri non debet. vt bono communi noceat, imò vt eius auugmentum cedat. Ad ſecundum vero reſpondetur quod nulla eſt acceptio perſonarum, licet non ſemper æqualia perſonis inæqualibus imperentur. Imò verò nihil iniquius æqualitate, vbi perſonæ non ſunt æquales. Ad tertium iã ſupra reſponſum eſt de legum mutatione. Lex enim naturalis quantum ad præcepta communia & generalia nullam poteſt habere fallentiam: & ideo indiſpenſabilia ſunt: in concluſiones autem naturales ἐπεικεια vim habet: cuius vtique virtute qui in depoſito arma cuſtodit, furibundo domino non confert. Diſpenſare autem in eiſdem ſoli Deo competit, qui antiquitus diſpenſauit, vt plures vnus matrimonioſi bi coniungeret. In legibus autem diuinis poſitiuis quæ non ſunt de iure naturæ, ipſe quoque diſpenſare poteſt, uel cui ipſe ſpecialiter commiſerit. Specialiter inquam, quia Papa, licet ſit Chriſti vicarius, poteſtate ordinaria non poteſt ſuper iure diuino diſpenſare. Apoſtoli vero ſpeciali ipſius commiſſione diſpenſarunt forma baptiſmi, vt fieret in nomine eius. Et Act. 15. tolerarunt, vt Chriſtiani abſtinerent à ſuffocato & ſanguine: cum ritus illo iure diuino Chriſtus abrogaſſet: qui ſalus eſt & redemptio noſtra benedictus in ſæcula.

Ad ſecũdũ arg.

Ad tertiũ arg.

Finis libri primi de Iuſtitia & Iure.

FR. DOMINICI SOTO,

SEGOBIENSIS, THEOLOGI,

Ordinis Prædicatorum,

Liber Secundus de Iuſtitia & iure.

PROEMIVM.

ARgumentum hoc quod de legibus inſtituimus, non modo quod non poteſt non eſſe prolixum, verum quòd hac ratione erit diſtinctius, in duos libros diſtribuendum duximus Igitur cum in Primo de lege naturali & humana, ab æterna deriuatis, per quas homo ad finem naturalem ordinatur, ſatis diſputatũ pro captu noſtro à nobis fuerit, ſequitur vt in hoc Secundo de lege diuina diſſeramus, per quam ad ſupernam fælicitatem promouemur. Nam quamuis materiam hanc, potiſſimum legis veteris, Diuus Thomas peregregiè, vt pleraque ſolet omnia, locupletauerit, non tamen erit omnino ſuperuacanea, ſi Deus dederit opera noſtra.

Materia ſecundi libri.

QVÆSTIO PRIMA, DE LEGE VETERI.

S. Thom. 1. 2. quæſt. 98.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum præter naturalem & humanam, quę ab æterna deriuantur fuerit diuina hominibus neceſſaria.

PRimo ergo quęritur in genere, vtrũ neceſſaria fuerit hominibus lex aliqua diuina ſupernaturalis? hãc enim quęſtionem D. Tho. q. 91. diſputauit. nos tamen in hunc locum, vbi de lege diuina initium dicendi facimus, repoſuimus Arguitur ergo à parte negatiua: Lex naturalis eſt quædam vt dictum eſt, æternæ participatio, lex autem æterna eſt diuina, ergo, præter naturalem non opus erat alia diuina. Secundò, Deus, vt Eccle. 15. legitur, dimiſit hominem in manu conſilij ſui quod eſt rationis actus: ergo non opus habuit lege, quę ratione ſua eſſet ſuperior, ſed ſatis humanis gubernari poterat, quę per rationem conſtituuntur: eò præſertim quod humana natura, cum ſit irrationabilibus præſtantior, ſufficientior ſibi eſt quã brutis ſua: irrationales autem creaturę præter naturalẽ ſibi inditam non indigent altiori lege: ergo neque homines. Tertiò arguitur: eſto, diuina lege opus nobis fuerit abũdabat tamen vna, tum quod regnum cælorum vnum eſt, ac regis vnius, ſecundum illud Pſal. Rex omnis terræ Deus, & intentio legis vna vult enim per eã Deus (vt ait 1. ad Tim. 2. Apoſtolus) omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Atque ob id maximè, quod lex naturalis ab æterna deſcedens, vna eſt, ac perinde diuina quo propinquior eſt æterna deberet eſſe magis. In contrarium

S. Tho.

Argu. 1. partis negatiuæ.

Argu. 2. Confirmatio.

Argu. 3. Paulus.

Pſ. 118.

eſt

est postulatio illa Dauidica. Legem pone mihi Domine, viam iustificationum tuarum. Vbi indignitatem humanam designauit: quæ cum naturali lege sibi non sufficiat, altiorem exoptat. Sed & quod fuerit bipartita, ait ad Heb. 7. Paul. Translato sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat.

Paulus.

Partitio diuinæ legis.

Ad intelligentiam quæstionis ex superioribus recolendum est, quemadmodum diuina lex, duplex dignoscatur, videlicet æterna, & positiua. Aeterna enim est sua ipsius essentia, quæ fons est abyssusque luminū, vnde omnis scientia lexque promanāt, diuina verò positiua est, illius participatio nobis porrò data inque nostris cordibus, vti ait ad Corint. Paul. scripta. Et de hac instituitur præsens quæstio. Ad quam duab. respondetur conclusionibus. Prior est. Præter naturalem legem & humanam necessarium fuit vt altior alia nobis poneretur (vt ait Dauid) quę ideo dicit positiua, & significantius diceretur posita. Hanc conclusionē quatuor rationibus fundauit S. Tho. quas ex illo Dauidico oraculo luculenter elicuit in Psal. 18. Lex Domini immaculata, conuertens animas Testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Prima enim ratio sumitur ab hominis fine. Enim uero si nostra natura altius non fuisset sublimata, quam ad finē naturalem, qui eius nō exuperat vires, neque sublimiori alia indigeret speculatiua cognitione, neque lege attamen cum eo quòd nos Deus ad suam imaginem creauit atq; adeò capaces sui ipsius per eius visionem fecit, quem scopum nostris viribus cōtingere nequimus, necessaria nobis fuit, primū in intellectu speculatiuo fidei cognitio, quæ scopum nobis illum, sperandaque bona (vt ait Paulus) ostēderet, quò nostra est dirigēda vita, sicuti sagittario necesse est signum intueri, qđ ferire parat, mox & in intellectu practico lex quoq; naturali excelsior, quæ nobis esset officiorū regula quibus eandem fœlicitatem adipisceremur. Ac perinde in volūtate specialius singulariusque auxiliū, quàm quorū natura gubernatur, per quod affectus nostros illuc valeremus referre ac promouere. Atque hanc intentionem tetigit Ps. membro illo postremo, Sapientiam præstans paruulis. Homo si quidem in sua existimatus natura pusillus est, atque imbecillior qui vt possit metam illam pertingere, nisi supernè suffecta nobis esset, supernaturalis sapientia. Secunda conclusionis ratio sumitur ex necessitate informandi humana iudicia. Enimuerò, cum actiones nostrę circa singularia contingentia versentur, quæ lubrica fallentiaque sunt, ac subinde diuersis ingenijs varia iudicia progignunt inde nascitur legum humanarum diuersitas apud diuersas nationes, vt aliud fuerit Athenienſium ius, aliud Romanorum, atque aliud Hispanorū sit, & Galiorū aliud. Igitur necesse fuit, vt diuinitus nobis illuceret lex, quæ fidissima esset, certissimaque norma ad quam omnes humanæ exigerētur & collimarentur, & per quam scire homo certò posset quid sibi congruens esset, quid verò nocēs. Talis enim est decalogus, in tabulis à Deo insculptus, ac Euangeliū in nostris impressum mētibus. Atque hac de caussa Dauid appellauit legem, testimonium fidele. Etenim humana lex nulla existit vlque adeò certa & stabilis.

Prima conclu.

S. Tho.

Prima ratio.

Secūda ratio.

Tertiò, eadem lex fuit nobis necessaria propter absolutam nostram iustitiam. Hęc enim nō tamē in externis officijs posita est quam in us in animo. Nam ex corde, vt ait Christus, exeunt cogitationes prauæ, atq; inde opera, puta, adulteria, homicidia, &c. homines autem, quia alienorum cordium latebras nequeunt inspectas habere, nō valent suis legibus internos actus repurgare. Necessaria ergo fuit lex Dei, quæ non solū manum, verùm & animum prohiberet, vtpote quæ non furtum tantum atque adulteriū, verùm & istorum concupiscentiam compesceret. Et hoc significatur illo secundo membro Dauidicæ sententiæ, Conuertens animas, nimirum quòd diuina lex, nō modò operum prauitatem cohibet, verum & penetralia cordium perpurgat.

Tertia ratio.

Mat. 15.

Quarta demū causa diuinæ legis fuit, qđ vt auctor est 1. libro de libero arbit. Augu. leges, humanæ nequeunt vitia cuncta, quamuis extra, cohibere, imò neque debēt. Nam si cūcta supplicijs coercere satagerēt, tum multa impedirent bona, tum & ciues in peiora truderent flagitia. Videlicet, si omnia mendacia acri supplicio vindicarent, non esset qui loqui auderet, & si mere trices abigerent, ansam porrigerent ad peiora. Necessaria ergo fuit lex quæ ante Dei tribunal vniuersa vetaret, quippe quem vniuersa punire nullum est periculum, sed æquissima iustitia. Atqui hoc sonat primū eiusdem Psalmi verbum: Lex Domini immaculata:

Quarta ratio. Auguſt.

maculata, id est, neque minimas turpitudinis sordes admittens, sed cunctas detergens. Posterior conclusio. Hanc diuinam legem in duas esse diuisam, quæ non prorsus duæ essent species, sed veluti imperfectum ac perfectum eiusdem speciei distarent, conuenientissimum fuit ac diuina sapientia dignissimum. Ratio autem conclusionis, licet sanctus Thomas eam missam fecerit, tamen & ex legis celsitudine, & ex hebetudine uaturę nostrę planè colligitur. Enimuero cum lex diuina tam longe pusillitatem ingenij nostri exuperet, genusq; nostrum veluti per omnes ætates adoleuerit non debuerunt tam alta mysteria humano generi pueritiam agenti concredi, nam illa tunc non caperet, sed operæpretium fuit Prophetarum oraculis futurorũ que figuris ac demum ceremoniarum significationib quasi sub pædagogo imbui, donec illis assuetum ad iustam peruenire ætatem, quę Deum factum hominem tam longa expectatione optatum agnoscere, ac de Trinitatis arcanis prædicantem idonee audiret, ac demum tanquam olim sibi promissum susciperet. Expediens ergo fuit vt umbratilis illa lex veritatem nouæ ante cederet. Atque hæc est Apostoli doctrina ad Galat. 3. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo. At vbi venit fides, iam non sumus subpędagogo, omnes enim filij Dei estis per fidem. Et ca 4. Cum essemus paruuli sub elementis huius mundi eramus seruientes: at vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, &c. Hic autem ab imperfecto progressus ad perfectum ex triplici capite perpenditur, nempe ex fine quo lex ducit, ex iustitiæ ordine quem cõstituit, & ex modo quo subditos cogit. Ex fine inquam, quod illa bonum sensibile ac terrenum pro brauio proponebat. Sed de hoc discrimine luculentius quæstione proxima, artic. 3 Secunda distantia, qua lex illa veluti puerorum ac seruorum pædagoga, a nostra, Euangelio fruentium, elongaba ur, est quod illa non sicut nostra internam cordium iustitiam explicabat. non quod malas cupiditates non refrænasset, erat enim in decalogo. Non concupisces rem proximi tui, non vxorem, &cęt. verum quod Euangelium cogitationum prauitatem explicatius retundit: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est. Et qui iratus fuerit fratri suo, reus erit iudicio. Ob idque ait, Nisi abundauerit iustitia uestra plus quàm Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Tertium interuallum est in modo cogendi. Illa enim pœnarum potissimè metu veluti pueros ac seruos urgebat, nostra verò amore quo pectora nostra Christus infundit, nos allicit. At vero de hoc pariter articulo citato q. seque. commodior dabitur dicendi locus.

Vltima conclu.

Rõ conclusiõis.

Paulus.

Ad primum ergo argumentum responsum est, quomodo hæc positiua Dei lex differat ab æterna, & qua ratione sit præter naturalem nobis necessaria, nempe quod naturalis quæ naturæ nostræ capacitatem non excedit, ordinet nos in finem naturalem, sed diuina, per quam æterna altiori modo nobis participatur, euehit nos ad supernaturalem. Et pariter respondetur ad secũdum, quod licet consilium, opus sit rationis, necesse tamen est supernaturali lege informati. Atque in hoc præclarius nobiscum & excellentius factum est, quam cum irrationabilibus animantibur. Nam illa ad naturalem duntaxat finem, qui humilis est ordinem habent, quem etsi suis uiribus adipiscantur, nihil egregium est. Nos uero ad supernaturalem fœlicitatem creati sumus, quod quidem ineffabile beneficium præcunctis corporeis creaturis Deo debemus quo ideo per se natura nostra pertingere nequit. Sed tamen, cum Aristotele auctore, id est quod per amicos possumus, per nos ipsos quodammodo possumus: hoc quoque hominis excellentia patefcit, qđ sic est Deus paratissimus nobis suppetias ferre, vt nunquam nisi ob nostram culpam nobis desit. Tertium autem argumentum id pręcise probat, quod incongruens fuisset duas ab uno dimanare Deo leges, sic prorsus distinctas, ut sunt leges diuersarum gẽtium, fuit nihilominus expediens ac decorum, vt unus Deus ad eundem finem alia præcepta poneret imperfectis hominibus, quibus pueritiam quasi sub pedagogo conueniebat degere, alia uero ad ætatẽ iustam proiectis, eo potissimum quod salus nostra, quæ finis est legis, per Christum nobis erat obuenitura, cui perinde competebat perfectam legem ponere. At nihilominus oportebat & per alterã mundum ad eius susceptionem (vt dictum est) præparari. Lex autem naturalis, quia uni-

Ad primũ arg.

Ad secũdũ arg.

Ad tertiũ arg.

uersalia continet præcepta, eademq; adeo cunctis mortalibus cuiuscunque sint condi tionis communia, nequit nisi vna esse.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex uetus fuerit bona.

QVoniam eousq; solet humana natura habefactari, vt non defuerit Manichęo rum caterua, qui contra veterem lege ceu malam, a maloq; Deo conditam oblatrasset, quæritur an fuerit bona? Et arguitur a parte negatiua: Multa scripta sunt in veteri lege, nouæ repugnantia, vt primum ipsum verbum: In principio creauit Deus cælum, & terram. Cuius contratium asseritur Io. 1. Mundus per ipsum, s. uerbum, factus est, & sine ipso factum est nihil Mox & illic legitur requieuisse die septima Deum abom ni opere quod patrauerat, & tamen Io. 5. ait Christus, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Secundo, Deus ipse fatetur Eze. 20. dicens, dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non uiuent, lex autem de præceptorum qualitate existimatur, ergo lex illa non fuit bona. Tertio, Ad bonitatem legis duo sunt potissimum requisita, vt supra nos Isidorus docuit. Primum, vt communi animarum saluti consulat, mox vt fit obseruatu non difficilis, humanæque consuetudini accommoda, neutrum autem istorum erat in illa lege, Ait. .n. quantum ad primum Paul. ad Rom. 5. Lex subintrauit vt abundaret delictum, & cap. 7. Sine lege peccatum mortuum erat, ego autem viuebam sine lege aliquando, sed cum venisset mandatum peccatum re uixit, ergo autem mortuus sum. Et de secũ da qualitate ait Petrus actuum 15. Quid tentatis ponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus? Lex ergo illa nõ erat bona. Quarto, Si lex illa bona fuisset, eo maxime quod Dei sanctio fuit, Deus autem non apparet fuisse eius conditor, primum, quia vt habetur Deut. 32. Dei perfecta sunt opera, lex autem nihil ad perfectum adduxit. ut ad Heb. 7. auctor est Paulus: Mox quod deberet esse perpetua. Lex autem illa cessauit, vt ibidem Paulus docet propter eius infirmitatem. Imò, quia (vt dictum est) occasio erat peccati, ergo non fuit a Deo lata atque adeo neque inde potest probitas colligi. Quinto, Si Deo latore bona esset, condecens fuisset, vt per angelos, qui (vt est in Psalm.) sunt Dei ministri, fuisset lata, at vero non per angelos, sed ore Dei prolata fuit. Legitur. n. Exod. 20. Loquutus est Dominus sermones hos. Et statim, Ego sum Dominus Deus tuus. Quod vllius ministerio vsus est, ille fuit Moyses, secundum illud Ioan. 1. Lex per Moysen data est. Et illud Exo. 33. Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem. Nil ergo restat vnde probitas illius legis elici possit. In contrarium autem est Paulinum oraculum ad Roma. 7. itaque lex quidem sancta est (loquebat autem de veteri) & mandatum sanctum & iustum & bonum.

Ad quæstionem hanc tribus conclusionibus respondeo Prima, Lex vetus (vt ait Paul.) fuit sancta & iusta & bona, atque omnibus suis causis congruentissima, tametsi non vndequaque absoluta & perfecta. Cõclusio hæc per omne causarum genus asseritur & confirmatur Primum, ex ratione vtriusque obiecti, scilicet tam materia, de qua præcipiebat, quam formæ & figuræ præcipiendi. Fuit enim tum morum compositrix, tum & futurorum vmbra, & vtrinque bona. Enimuero cum duplex sit in nobis ratio, sicuti veritas, speculatricum scientiarum inde perpenditur, quod sit rationi speculatiuæ consona ita & legis bonitas eo quod si concors rationi practicæ lex autem vetus, qua parte erat morum regula, egregie propellabat tum operum prauitatem, tum & cupidines cum ratione colluctantes. Decalogus n. ille, quem Deus Moysi in tabulis exarauit, compendium fuit substantiaq; & flos totius naturalis legis, quippe qui (vt quæstione 3. latius patebit) hominem & ad Deum referebat & cum hominibus conglutinabat, neq; solam manum, verum & corrent illo mandato compescebat. Non concupisces rem proximi tui, nonvxorem, &c. Vnde Paulus ad Romanos 7. Consentio, inquit legi quoniam bona est, Et rursum, Condelegor legi Dei secundum interiorem hominem. Quo sane verbo ostendit legis virtutem eam fuisse, vt sensualibus cupiditatibus obsisteret, quæ exteriorem, hoc est sensualem hominem deuexant. At vero quoniam legis sanctitas per ordinem ad finem expenditur, finis autem diuinæ legis non est sicuti humanæ, temporalis tranquilitas & quies reipublicæ,

Prima rõ a parte negatiua.

Secũda ratio.

Tertia ratio.

Paulus.

Petrus.

Quarta ratio.

Paulus.

Quinta ratio.

Paulus.

Prima conclu.

Proba- tio.

Paulus.

sed

ſed ſempiterna fœlicitas, quæ in eius conſpectu poſita eſt, illa cenſetur perfecta lex, quæ vſque ad illum perducit finem, illa autem bona quidem, non tamen ſimpliciter abſoluta, quæ licet illuc dirigendo ducat, non tamen perducit, hoc autem diſcrimine vetus illa a noſtra differebat. Enimuero cum finis ille vires excedat naturæ, nullius legis opera niſi gratia ſuperne iuuante ſufficiunt illuc quequam perferre, ſecundum illud ad Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. Et quoniam gratia per Chriſti redemptionem, quæ fuit euangelicus legislator, collata fuit vniuerſo mundo, lex vetus quæ per ſe gratiam hanc nõ continebat, eatenus bona erat nimirum præcipiens virtutum officia, vt tamen non eſſet perfecta, ſicut noſtra, quæ per eandem legiferi noſtri gratiam ad ſuum finẽ nos perducit. Vnde Paul. ad Tit. 3. Cum benignitas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti., quem effudit in nos abunde, &c. Ioan. 1. Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Chriſtum facta eſt. Et eodem attinet quod ait ad Heb. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex. Hanc differentiam iam diximus repetendam nobis. q. 7. Tantiſper tamen, ne pendulus lector hæreat, rem aperiamus eſt enim intellectu non facilis. In contrarium quippe eſt arg. hoc: In circunciſione antiquæ legis conferebatur gratia virtute fidei Chriſti illic poteſtate, qua gratia remittebatur originale, ſicuti in noſtra per baptiſmum virtute eiuſdem Chriſti. Rurſus, qui opera legis per eandem gratiam tunc impleban, eondigne mereban tur æternam vitam, ſicuti nos. Et ſicuti illi extra gratiam implentes legem ſolum præſtabant opera mortaliter bona, nõ tamen quæ eſſent beatitudinis merita ita & nobis accidit. Quid ergo diſeriminis teſtat'in ter illam & noſtr m? Reſponderur nõ hoc eſſe, ſed aliud. Nempe quod cauſſa illius gratiæ, qua illi in amicitiam Dei recipebãtur, non fuit adhibita niſi per Chriſtum latorem legis noſtre, nam cauſſa illa, vna eius fuit paſſio ſecundum illum Pauli ad Coloſſen. 1. Nunc per mortem & ſanguinem ſuum reconcihauit vos cum aliquando alienati, & inimici. &c. Itaque vt de contricto inter Theologos fertur, quod licet ante confeſſionem a ſuis ſit per gratiam Chriſti abſolutus delictis, nihilominus quia virtutes propoſitæ confeſſionis, quæ ſacramentum eſt paſſionis eius, contritio illa operatur, fit, vt quando ad pedes confeſſarij accedit, tunc vere abſoluatur. Sic de iuſtorum vniuerſitate, Chriſti paſſionem præcedentium, cenſendum eſt, videlicet quod erant veluti in depoſito quoadusque Chriſtus veniret, qui pretium redemptionis ſoluens, cuncta expiaret piacula, & ideo occluſæ illis erant cœlorum valuæ, quaſi non eſſent digni qui admitterentur in poſſeſſionem filiorum Dei atque hoc eſt quod ait Paulus ad Roma. 3. Deus propoſuit Chriſtum propitiatorum in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ propter remiſſionem præcedentium delictorum, in ſuſtentatione Dei ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore. Ecce quomodo fons totius gratiæ fuit Chriſti paſſio etiam reſpectu precedentium. Eſt ergo differentia, quod illi non per legis opera ſaluti fiebant, ſed per fide Ieſu Chriſti futuri, cuius paſſione niteban tur iuſtorum merita. Nos vero per dem eiuſdem Chriſti præſentis in noſtra lege, nempe qui gratiam nobis eo temporis articulo meruit, qua idonee digneque impleremus legem, quo articulo lex nos eius obligare cæpit. Et hęc eſt perfectio, qua lex noſtra veteri præſtat, quantum ad moralia precepta. Mox bonitas eiuſdem legis ratione cauſſę finalis oſtenditur. Fuit enim cõdita variam interris venturo Meſſię prępararet & communiter. Hęc autem prępararatio in duobus conſiſtebat. Primũ, vteſſet futurorum preconium & pręſagium, mox & Euangelicę quaſi inchoatio preconium ſcilicet per Prophetarum oracula vnde Chriſtus Luc. vltimo. Oportet impleri omnia quę ſcripta ſunt in lege, & in pſalmis, & propheris de me. Et Ioan. 5. Si crederitis Moyſi crederitis & mihi. Prędſagium vero per ceremonialia quę vmbra erant futurorum, ſecũdum illud 1. ad Cor. 10. Omnes patres noſtri in Moyſe baptizati ſunt, & in nube & in mari, & omnes eandam eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. Hęc enim omnia in figura facta ſunt, noſtri. Fuit deinde quaſi inchoatio Euangelicę, quatenus ſub illa lege ſemotus

Diſcrimẽ inter ueterẽ & nouã legem. — Paulus. — Paulus. — Obiectio aduerſus tra ditũ diſcrimen. — Solutio. — Paulus. — Paul us. — Quo sẽſu, ꝓpoſita dſia ſaluet. — Oñdit bonitas legis diuinę ex ratione cauſſę finalis. — Ioan. 5. — Paulus.

eſt peculiaris ille populus a reliquo orbe, & ab idolorum cultura coercitus, atque cultui vnius Dei addictas. Vnde Paulus ad
Paulus. Galat. 3. Priuſquam veniret fides ſub eadem lege cuſtodiebamur, concluſi in eam fidem, quæ reuelanda erat. Et hæc de prima concluſione. Sed vt ratione quoque efficientis cauſſæ bonitas eiuſdem legis corroboretur, adponitur ſecunda: Deus fuit auctor eiuſdem legis, vt patet. Matth. 15. irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones veſtras. Erat quippe Chriſto
Secũda concl. tunc ſermo de illo mandato: Honora patrem tuum & matrem tuam, quod ereptũ erat in lege Et ratio colligitur ex ſuperioribus, ſic. Lex illa, vt dictum eſt, præparamẽ
Rõ quæ omnis. tum erat Euangelicæ, cuius porro neque. Manichæi negare poterant Deum fuiſſe auctorem igitur cum eiuſdem ſit, & finem proponere, & diſponere media, idẽ Deus per ſe ſuoſque miniſtros legem illam tulit. Diabolus enim nunquam, vt diabolico ore Manicheus blaſphemauit, legem illam conſtituiſſe, per quam Chriſtus præſignabatur colebaturque a quo erat ipſe victus expellendus. Atque hunc ſenſum exhibeat ipſe Redemptor Matth 12. Si Satanas Satanam eijcit, diuiſum eſt regnum eius. Animaduertenda tamen eſt aſſertio huius concluſionis. quippe quæ non tantum Manichæorum blaſphemiam retundit, deliramentium ac mentientium fuiſſe opus principis tenebrarum, verum & docet non fuiſſe legem alicuius Angeli vel hominis, ſicuti ſunt leges humanæ, ſed ſicuti noua, ita illã a Deo latam eſſe ac ſubia de diuinum cenſeri. Ita enim vbique habet, Loquutus eſt dominus ad Moyſen dicens. Et Exod. 24. Poſtquam Moyſes retulit ad populum legem reſponderunt. Omnia quę loquutus eſt nobis Deus, faciemus. Et infra dum ſanguinis aſperſione eandem legem, ceu teſtamentum ſtabiliret in figuram Chriſti, qui ſuo ſanguine confirmaturus erat nouum, ait. Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit vobiſcum Deus. Id quod & Pau. ad Hebr. 9. retulit. Quando ergo ait Ioannes. Lex per Moyſen data eſt, non intelligit fuiſſe ſuam, ſed eius miniſterio promulgatam, ſicut lex Euangelica non fuit Apoſtolorum, ſed Chriſti ipſorum diuulgata prę-
Tertia concló. dicatione. At vero, quo nihil legis illius defenſionem prætermittatur, tertia adhibetur concluſio. Lex illa a Deo per angelos poſita eſt, ſecundum verbum Pauli ad Galat. 3. Lex data eſt per angelos in manu Mediatoris. Huius teſtimonium perhibet Stephanus Act. 7. dicens. Accepiſtis legem in diſpoſitione angelorum. Et Dion. 4. ca. Cæleſtis Hierarchiæ, congruere docet, vti diuinorum arcana ad homines angelorum miniſterio deferantur. Hæc autem ratio non peculiariter de antiqua, ſed & de lege noſtra curret, quæ tamen per non angelos, ſed per Chriſtum lata eſt. Et ideo S. Thomas peculiarem adhibet eiuſdem prouidentiæ analogiam, quam ad architectis mutuatur. Architectus enim nauis non per ſe, ſed per ſuos miniſtros ligna dolat ac præparat, ipſe tamen compingi nauis fabricam. Idem videre eſt in architecto domus. Condecens ergo fuit, vt Deus legem illam quę ad Euangelij perfectionem ſternebant vim, per cæleſtes ſuos miniſtros permitteret. Euangelicam vero ipſe factus homo conderet, ſuo que ſanguine conſecraret. Atque hoc inter vallum dignouit Apoſt. ad Hebr. 1. vbi excellentia Euangelij inde commenda, quod per illud loquutus Deus eſt nobis filio, qui melior eſt angelis, quos fecit ſpiritus miniſtrosque ſuos in miniſterium miſſos propter eos qui hæreditatem capient ſalutis.

Paulus. Diony. S. Tho. Paulus

Argumenta in contrarium obiecta, Manichæorum arma erant, quorum inter alias hæreſes hæc quoque fuit, vt legem veterem conuitiis proſcinderent, & tanquam a principe tenebrarum conditam repudiarent. De qua quidem hæreſi meminit. Auguſtin. libro de hæreſ. cap. 46. & in eius repulſam ſcripſit præter alios, contra Fauſtum libros viginti tres. Quamuis hæreſis huius Cerdo feratur primus auctor Marcienis magiſter, cui poſt centum annos ſucceſſit Manicheus Iſti enim non intelligentes malum per ſe nullam habere cauſſam, ſed eſſe boni priuationem, neque vero bonum Deum effectorem eſſe malorum in illam ſunt primum veſaniam colapſi, vt duo ex equo rerum principia adſtruerent principem ſcilicet lucis, bonorum auctorem. principem autem tenebrarum, inuentorem malorum. Atque inde rurſum cum legem veterem in malorum prædicamento collocarent, inuentum eſſe dixerunt, illius principis tenebrarum. Argumentorum vero capita, quæ contra legem molieban-

Manic. Argumenta.

tur,

tur, hæc ferme sunt: Primum, ratione finis, qui omnium est caussarum prima, improbabant illam quod non nisi terrena promitteret. Vnde Faust. li. 4. ait se eo testamẽtum uetus non accipere, quod in eo nõ est hæreditas sicuti in nouo, ob idq; negabat, esse ambas eiusdem Dei leges. Ad hoc tamen iam superius responsum est, Deum illis tanquam pueris terrena fuisse pollicitum, tum vt in illis futura delinearet, tum vt palam faceret quam esset fidus suorum promissorum seruator. Secundum caput argumentorum suorum erat, quod dictis multis lex illa cum Euangelio pugnabat, vt primo nos argumento tetigimus. Ad quod tamen Aug. latissime in libro contra Adimantum respondet, ea nimirum conciliando, quæ pugnantia uideri poterant. Haud enim repugnat, cuncta esse a Deo facta, quare ait Moyses, Creauit Deus, & tamen illa condidisse per verbum, ceu per suam artem, quare ait Ioan. Peripsum facta sunt. Neque obstat, vt factus fuerit homo ad imaginem Dei secundum naturã, vt illic habetur, & tamen secundum morũ malignitatem dixerit Christus Iudæis Ioan. 8. Vos ex parte diabolo estis. Neque aduersantur, vt quieuerit die Sabbatho de opere creationis mundi, & tamen semper operetur, ipsum conseruando & gubernãdo. Tertio inculpabant legem, vt in secundo argumento insinuabamus, quod contineret præcepta mala, & in primis crudelia, vt est illud Oculum pro oculo, dentem pro dente, quod id circo Christus Matt. 5. ceu iniquum respuit, dicens. Ego autem dico uobis. Diligite inimicos vestros. Mox & charitati aduersantia: qualis erat libellus repudij & vsurarum permissio: Nam Deuter. 23. permittebatur fœnerari alienigenis Et illud quod refertur Matth. 5. Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Quę quidem testimonia sunt non esse legem vtranque eodem Deo latam. Ad hæc vero eodem ferme modo respondetur, nempe quod cum populus ille tam iniuriam esset tenax, tamq; diuitiarum sitiẽs, atque ad charitatem durus, permisit illis Deus illam talionis uindictam, & uxorum repudiationem, atq; vsurarum modum, vt ab immaniorib. illos arceret. Adueniente autem lege gratiæ superstruxit Christus celsiores charitatis gradus. Tametsi illud verbum, Odio habebis inimicum tuũ, non extabat in lege, vt patet Leui. 19. sed erat Phariseorum interpretatio. Quapropter Fabri Stapulensis adnotatio super eundem locum Euangelij minime tuta est Ait enim quod illud ex ueteribus scriptis aperte cognoscebatur, quæ passim mala imprecantur inimicis, vt in Psal. 53. Aduerte mala inimicis meis. Et 82. Erubescant & conturbentur in seculum seculi, est enim impius error hanc notam legi inurere, quod præciperet inimicorum odium. Nam quod iuberentur illi Chananæos & Iebusęos perdere, non erat odij iussio, sed executio iustitiæ. Imò Prou. 25. præcipiebatur: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Illæ autem Psalmorum phrases, expositore vbique Augustino, non sunt malorum imprecationes, quasi Dauid optasset malo inimicis suis, sed futurorum propheticæ, ac si dixisset, Auertes mala inimicis meis. Igitur ad secundum arg. respondetur, quod quando Deus fatetur dedisse eis præcepta non bona, ceremonias denotat, quæ non appellauit mala, sed non bona. i. non perfecta, neque ad vitam per sufficientia, quia non conferebant gratiã peccatorem lotricem, quæ quidem peccata eisdem ceremonijs illi contebantur, nam gratia in circuncisione a sola permanebat fide. Et ideo subiunxit, & iudicia in quibus non uiuent scilicet uita gratiæ. Ac postea, Et pollui eos in muneribus suis, hoc est, Per illa munera quæ pro peccatis offerebant, ostendi eos esse pollutos. Quarto deniq. hoc super omnia ijdem Manichæi improperabant legi, quod tum obseruatu erat difficilis, tum & peccatorum existeret caussa quo tertium nostrum argumẽtum tendebat. Veruntamen super eisdem locis Pauli ad Roma. 5. & 7. citatis satis a nobis expositum est, legem non fuisse caussam, vt peccatum viueret & gratia emoreretur veluti effectricem & positiuam, quin vero hanc maculam abstergit eidem legi idem Paulus dicens quod esset sancta. Et 1. ad Timo. 1. Scimus autem quod bona est lex, si quis ea legitime vtatur. At quia malum uetabat, docebatque adeo quid esset peccatum, ex hac parte, primum tollebat excusationem, secundo quia vt ait Lyricus, nitimur in vetita, inde homines occasionẽ captabant, vt maiori impetu ferrentur in malum, & quia gratiam non conferebat, ex hac parte negatiue erat caussa pecca-

Manichæorũ cõtra legẽ ueterem.

Arg. 1. Faustus.

Solutio.

August. Ad primũ arg. principale.

Adcõsirmationem.

Ad secũdũ arg.

Adnotatio Fabrimini metuta.

In Fabrum testimonia sacra

Solutio argumẽti.

Ad secũdũ arg.

Ad tertiũ arg.

Auctor in Commẽt. super Epi. ad Ro. Paulus.

Adquartũ argu.

Ad qntũ argu.

Duplex dubõ.

ti.1. non satis iuuanes ad cauendum. Vnde non ait, Occasione data, sed occasione accepta i. quam non lex dedit, sed homines inde acceperunt, peccatum. s. originale, cuius fomes carnis nobis relictus est, per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Quare in capite quinto vbi dixerat peccatum intrasse, vt abundaret delictum, particula, vt non dicit caussam. Haud enim illa fuit voluntas Dei ferentis legem ut per eam concitaret homines ad malum, sed tamen dicit consequutionem. Ex hominum nanque infirmitate consequutum est, vt data lege, peccata cumularent. Ad quartum satis respõsum est, vbi rationem exposuimus tam imperfetionis legis, quam etiam cessationis. Cũ. n. esse figura legis gratie, nihil vetat, quin a Deo fuisset lata, & nihilominus nõ absolutã obtinuisset ꝓfectionẽ. Erat. n. præparamẽtũ Messiæ auctoris gratię, q̃ est legis, perfectio, quapropter consequens erat, tum vt vsq ad ipsum non adipisceretur suam perfectionem, tum vt per eiusdem Dei præsentiam illa antiquaretur. In quinto autem argumento non vnam tm̃ dubitatio dissoluenda petitur. Vna est de locutionib. illis antiquis, qua Deus dicebatur loqui Moysi, vtrum. s. per seipse loqueretur, an uero Angelus nomine ipsius? Aug. namq. 2. de Trinit. c. 12. & 13. super Genes. ad literam cap. 27. huc propendet, quod vnus Angelorum per dispẽsationẽ personam domini sui gerebat. Quemadmodũ scriba dũ nomine iudicis sententiã refert, Nos, &c. mãdamus. Et quo pacto sacerdos ait loco Christi, Hoc est corpus meum. Et astipulatur eius assertioni modus loquendi scripturę. Enimuero Exo. 3. vbi nos legimus quod apparuit de rubo Dominus Moysi in flamma ignis. Septuaginta habent, apparuisse Angelum Domini. Et sic legit Aug. Nihilominus tamen qui apparuit, dixit, Ego sũ Deus p̃ris tui, &c. Et Gen. 32. Ille qui luctabatur cum Iacob, ait ad illum, Cur quæris nomen meũ, q̃d est mirabile? Angelus ergo loquebat̃ in persona Dei. Et caussa est hmõi, Cum voces illæ sensibiles essent, liquidum est fuisse factas in aere verberato, quo hoĩes audiunt, atq. adeo Angelorum ministerio, quo Deus vtitur, intonuisse. Et ideo censetur Angelus loqui in psona Dei. Tametsi nos super illo paterno uerbo Ioan. 3 Hic est filius meus dilectus, non sumus veriti dicere vocem fuisse Dei propriam patriq. atributam, nempe quod vel Deus se solo verberasset aerem, vel quod angelico fuerit functus obsequio, quasi instr̃o, ceu nos utimur lingua. Hac ergo rõne dicit̃ lex data per Angelos seu in dispositionẽ Angelorum, qnod dum Deus Moysi in monte loquebatur, vox illa Angelorum opera aurib. eius insonabat. Sed tamen hinc secunda emergit questione, quod Exo. 33. asseritur, Dominus facie ad faciem Moysi loquutus. Respondetur tamen secundum Aug. locis citatis, hoc esse ĩtelligẽdũ scd̃m opin. vulgi. Nam paulo post optatissime cum Deo expostulabat, dicens, Ostende mihi gloriam tuam, nempe quam nõdum viderat. Igitur utrum post viderit Dei faciem, vt Paulus in raptu, an solũ posteriora, hoc est, aliquid in quo ei gloria illius illuxit, sub iudice est. Verumtñ qñ in monte legẽ suscepit, uoce per Angelos fabricata loquebatur ei Deus Qui ergo est quod ait Ioannes Lex per Moysen data est, qua sane de caussa dicitur Mosaica? Rñdet̃ ꝙ sicut Christus per seipsum reuelauit Apostolis legem quam ipsi orbi promulgarent, sic Deus per Angelos ipse tradit Moysi vt ipse denũtiaret populo. Et ideo dicitur Moysis tanquam promulgatoris.

Prima. August. Roboratur sententia. August. Rõ assertionis p̃teritæ.

Secũda questio. Solutio.

Alia obiectio. Dissolutio.

ARTICVLVS III.

Vtrum lex ista soli debuerit populo Israel poni, illumq. duntaxat obligare.

Postquam de bonitate causisq. vetustæ legis satis a nobis dictum est, subsequitur vt de eius subditis sermonem adhibeamus. Quæritur ergo an fuerit expediẽs populo Israel peculiariter poni, eumque duntaxat obligare? Et arguitur a parte negatiua. Lex illa, vt dictum est, figura fuit præparatioq; euangelicæ figura autem & via debet suo fini similitudine respondere, sed lex euangelica non Iudæis tantum, verum & gentibus vniuersis futura erat in salutem secundum oraculum illud Isa. 46. de Christo præcantatum: Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & faces Israel conuertendas, dedi te in lucem gentibus, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ, ergo & lex vetus debuit vniuerso mundo promulgari,

Primũ argu. a parte negatiua.

gari,eo vel maxime quod vt legitur Act. 10.nõ eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente qui timet eum & operatur
Secũdũ. iuſtitiam, acceptus eſt. Secundo, ſi lex illa in Iudæos tm̃ obligaret,deterrima fuiſſet grauiſſimaque eorum conditio inter omnes mortales. Illi enim non poterant ſine legis obſeruantia pertinere obtinere ſalutem. Extat enim Deut.27. Maledictus omnis quis non permanſit in ſermonibus legis huius,neq eos opere perficit. Reliqua vero gentium vniuerſitas extra illam legẽ ſolo iure naturæ ſeruari poterat. Amplior ergo ſaluris via patebat gentibus quam Iudæis. In cõtrarium autem eſt ſentẽtia Pau
Paulus. li ad Rom. 3. Quid ergo amplius Iudæo? multum per omnem modum. Primum quidẽ,quia credita ſunt illis eloquia Dei. Et Dauid. Non fecit taliter omnia nationi & iudicia ſua non manifeſtauit eis.

Quæſtione,vt inter arguẽdum inſinuatum eſt,duo perit. Primum, an ſingulari illi populo congruens fuerit legem illam edici? Alterũ, an ſolum illum obligabat? Nã poſſet quis cogitare, quod licet iudeis fuerit promulgata, nihilo ſecius cum lex Dei eſſet, qui Rex eſt vniuerſi orbis, ad quoſcunque fama illius penetraret, tenerentur illam ſuſcipere. Quinque ergo con
Gemina qõ. clauſu. cluſionibus cõſtabit reſponſio. Prima. Cõ
qõne ꝓ poſita. ueniens fuit lege illi tantum populo dare.
Prima. Concluſio hæc ex ſuperioribus colligitur.
Secũda, Nam cum opus Dei fuerit, cuius ſumma
Prima ſapientia attingit a fine vſque ad finem,&
concl̃o. diſponit omnia ſuauiter, dubium nullum
quãſatiſ relinquitur, quo minus fuerit conſultiſſi-
fit prime mum ac decentiſſimum. Attamen quia ra
qõni. tio hæc nimis generalis eſt, ex ipſo rerum
Prima ꝓbatio concluſionis. fine exploranda eſt alia, cui aius acquieſcat,puta quæ rationem diuinę ſapientiæ refere. Eſt autem aliud quærere, ſicut ſelectus eſt aliquis populus cui daretur,& non potius toti mundo inuulgaretur,aliud vero cur ſelectus eſt aliquis populus cui daretur,& non potius toti mundo inuulgaretur, aliud vero cur ille Hebræorum. Sit
Secũda conclu. ergo ſecund cõcluſio. Ratio cur delectus
Duplex rõ cõclu ſionis. alicuius populi ex cunctis mortalibus factus eſt,ſumitur a fine eiuſdem legis, qui fuit aduentus Meſſiæ, Inde enim duplex accipitur ratio Vna,quod cum ſublimitatem tam excelſi miſterij totus mundus capere non poſſet quippe in quo quampluri ma eſſent hominum ingenia, tum natura li hebetudine,tum morum, peruerſitate caliginantia, condecens fuit, vt puſillus quidam populus peculiariter ſeligeretur, cui tam alta tamq. recondita myſteria initio concrederentur. Nam ſi ſpaſim fuiſſent ſtatim per orbem euulgata,ludibrio citius haberẽtur quam eis adhiberetur fides. Sic enim ſolent cordari homines & prudẽtes arcana ſua non temere publicare,ſed illos deligere,quorum fidei committant, iuxta illud Eccl. 6 Multi pacifici ſint tibi, conſiliarius vnus de mille. Quin vero nuncium rei grauiſſimæ non audes in initio in vulgus propalare,ne ridiculus videaris,ſed in quorundam aures primum ſuſurras,quouſque fama vires accipiat. Poterat quidẽ Deus talia facere hominũ ingenia,vt omnes ſtatim caperent,ſed tamen more naturæ cuncta ſuauiter diſponit. Docet enim nos experientia mille quingentorum annorum non dicam quam ſint myſteria noſtrę fidei captu difficilia,ſed quã ſit humanum ingenium tardum, quamq. ad optima capeſſenda in docile,cum minimus orbis angulus fidem retineat,eandemq.tam multis ex partibus laceratã. Altera ratio eſt ex eodẽ itidem fine ſumpta, quod decuit ſelectam eſſe ſtirpem, ex qua Chriſtus genus duceret. Quemadmodũ enim Romanorum gens & Atheniẽſium,vt verbi gratia dicamus,ſua celebrarunt noĩa,ita condecuit Chriſti proſapiam ac genealogiam illuſtrem in mundo fuiſſe. Atqui vtraque ratione circunciſionis charactere inſignitus ille populus fuit,vt a reliquo dignoſceretur orbe. Fuitque inſigne illud in membro illo iuſſum,vt illius genitura ſignificaretur, qui vna cum reliquis delictis labem generatione contractam erat abſterſurus. Et quemadmodum inter Romanos illuſtriores familiæ, vt Cæſares, Camili, Scipiones &c.ſic etiam ex illo populo ſelectus eſt Dauidicus truncus exquo diuinus flos germinaret. Quapropter vt ſuper primum ca.ad Rom.tecolimus, nuncupatus eſt Chriſtus filius Dauid. De alio vero propoſito membro,ſcilicet cur ille potius Hebræorum populus fuerit electus, ſtatuitur tertia concluſio. Ratio hmõi electionis neque poteſt neq. debet ex aliqua cauſſa vel merito illius populi captari,ſed in meram Dei miſericordiam eſt referenda. Duas quippe cauſſas comminiſci poſſes populo illi congruentes. Quarum vna eſſet. quod

Secũda ratio.

Tertia conclu. Duplex rõ nõ ſatis apta.

cum reliquis orbis gentibus in idololatriæ impietatem immerſit ſoboles illa Abrahę in vero cultu vnius Dei perſtiterit, iuſtum erat illam particulariter in peculium Dei eligi. Sed tamen ratio hæc non eſt conuincens. Nam poſt ſuſceptam legem in eandem idololatriam irruerunt, quod multo illis iniquius abſurdiusque fuit, quam gentibus. Vnde Exod 33. & Amos 5. Nũquid hoſtias & ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis domus Iſrael? Et portaſtis tabernacula Moloch deo veſtro imaginem idolorum veſtrorum ſydus dei veſtri, quæ feciſtis vobis? Secundum ergo rationem effingere quis ſorte poſſet, quod licet fuiſſent poſtea idololatriæ tamen ali quibus iuſtitiæ officiis vel ante vel poſt legem floruerunt, quorum merito data eſt illis lex Veruntamẽ plane legitur Leui. 6. Scito quod non propter iuſtitias tuas dominus tuus dedit tibi terram hanc in poſſeſſionem, cum duriſſimę ceruicis ſis populus. Ratio ergo proxima fuit promiſſio facta Abrahæ, Iſaac & Iacob, vt eodem cap. legitur vbi annotãdum eſt Abrahã enim anteceſſiſſe legi & Moyſi quingẽtis annis. Cui vt legitur Ge. 12. & 22. promiſſa eſt Chananæorum terra, ſimul & futurus Meſſias. Et quoniam lex præſagium erat, vt diximus, præparatioq. eiuſdem Meſſiæ, in eadem promiſſione inſculpebatur lex eius ſoboli promulgãda. Ob id q. loco citato Deut. Nõ propter iuſtitias tuas & æquitatem cordis tui ingredieris vt poſſideas terras earum, ſ. gẽtium ſed quia illæ egerunt iniquè introeunte te deletæ ſunt, & vt compleret verbũ ſuum dominus quod ſub iuramento pollicitus eſt patribus tuis Abraham, Iſaac & Iacob Itaq. expulſio gentiũ fuit propter eorum peccata, ſed tamen introductio Iudæorum atque adeo collatio legis fuit propter promiſſiones Dei idque Apoſt. ad Gal. 3. docens ait. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius, Et non dicit ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno. Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus, ergo lex data eſt illi populo propter promiſſiones Ille autem ob id factæ ſunt, vt populus ille ex quo Chriſtus carnem indutus erat reliquo orbi ſanctitate præſtaret, ſecundũ illud Leuit. 19 Sancti eritis, quia ego ſanctus ſum Veruntamen licet hæc fuerit proxima cauſſa non tamen in illa animus requieſcit. Nam reſpondendum reſtat, cur ſelectionem Deus habuit Abraham ac ſuam progeniem, cui myſteria Chriſti reuelaret. atque ex ſuo ſanguine gignendum polliceretur, quàm vnum quemlibet alium moralium, vtrum meritis eius fuerint in cauſſa? Re vera minime, ſed vt cõcluſio aſſerit, Dei miſericordia, Hoc nanque in primis aſtruit oraculum illud Iſaię 41. Qui ſuſcitauit ab oriente iuſtum, vocauit eum vt ſequeretur ſe. Nam de terra Chaldæorum vocatus fuerit, vt Gen. 11. legitur, quæ quidem regio terræ promiſſæ orientalis erat. Mox & ratio idem demõſtrat. Nam cum gratia, qua grati Deo reddimur, non cadat ſub meritum, fit vt neque eius initium & caput promereri vl la poſſit creatura, initium autem fuit Chriſtus, ergo eius aduentum neque intemerata Virgo mereri valuit, quantominus priſcorum quiſpiam? cum lex fuerit Chriſti figura, neque illam vel Abraham, vel eius progenitores, aut poſteri meruerunt. Quo circa mera fuit Dei clementia, quod ipſe eiuſque proſapia interomnes mortales eligeretur. Neq. vlla poteſt humana deſigna ri cauſſa, ſed in radicem prędeſtinationis, quæ nullam præter Dei voluntatem habet, referenda eſt tallis electio, iuxta illud celebre Auguſt. axioma ſuper Ioan. Quare hunc trahat, illum non trahat, nolli uelle iudicare, ſi non vis errare. Veruntamen quod de Deipera Virgine cõſitemur, & de Abraham quoq ſuo gradu cenſendũ eſt. Etenim et ſi Virgo non meruit Chriſtum incarnati, tamen fixo illo diuino propoſito, fecit eam Deus dignam quæ ipſum conciperet ſecundum illud quod eccleſia canit. Quæ dominum omnium meruiſti portare. Et ſimili modo in ſuo inferiori gradu fecit Abraham inter mortales dignum cuius sãguinem naſcituro filio ſuo deligeret. Hæc autem electio primum in ſacro canone deſignatur. Gen. 10. Vbi cum peruentum eſt ad enarrãdum progeniem Sem filij Noe. ait ſcriptura. Sem quoque nati ſunt patre omnium filiorum Heber &c. Quod utiq. verbum cõſideratiſſime meditatus eſt 16. de ciuit. Dei Auguſt. Filij enim Heber dicti ſunt Hebræi. Ob idque quamuis non fuerit progenitus eiuſdem Sem, tamen ob hãc dignitatẽ primus noũatus. Non ergo ab Abraham quaſi Abrahæi, ut quidam Iudæorum aumat, ſed ab Heber nomẽ tra-

Reſellit prima. Explodi tur ſecũda cã.

Rõ vera concluſionis. Explanatur poſita ratio.

Paulus. Obiectio. Merita Abrahæ minime incauſſa fuere vt præ cęteris illius populus eligeret

vñ Chriſt originẽ duceret, ſed hoc ipſũ in mamdiuinã referendũ eſt.

Rõ pfatæ aſſertionis.

Auguſt. Electio.

Abrahæ in ſacro Canone deſignatur.

Auguſt. Diſtinctio præceptorũ legis anuquæ.

Quarta conclu. bimembris.

traxerunt. Vixit nanque pater ille ſub ætatem Nemrod, quando facta eſt linguarum diuiſio, ob id q. appellauit nomen filij ſui Phaleg, ut ibidē legitur, quod eſt diuiſio, eo ꝙ in diebus eius diuiſa ſit terra. Inde ergo diuinitus ſeparatus eſt Heber a reliquis, qui cum Nemrod aduerſus Deum ipſum coniurauerunt. A quo Heber ſextus fuit Abraham, quem Deus (ut legitur Geneſ. 12.) præcepit exire de terra ſua, & de cognatione ſua. Et hæc de priori cōnis membro. De poſteriori vero, puta de legis obligatione, an extenderetur ad gentes, ſubiunguntur duæ aliæ concluſiones, hac diſtinctione præmiſſa: In lege quædam erant præcepta de lege naturæ. vt Decalogus & moralia reliqua, quædam vero eidem naturali iuri adiecta, vt ceremonialia & quedā legalia. Sit ergo concluſio ordine quarta. Cuncti mortales tenebantur ſeruare illa quæ ſunt legis naturæ, non quidem ob uinculum Moſaicæ, ſed id eadem iubente natura. Reliquorum uero obſeruantia nemini extra illum populum neceſſaria erant ad ſalutem, Prior pars, notiſſima eſt, quoniam & ante aduentum legis totum humanum genus lumine diuini vultus illuſtratum ſeruare ſtringebatur cuncta, quæ natura docebat, tum ad cultum diuinum, tum & ad humana ſotietatem referre, lex autem ſcripta neminē ab huiuſmodi iugo exemit. De his ergo naturæ præceptis in lege concluſio ait ad Rom. 2. Pau. Gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis ſunt, faciūt. Poſterior autem pars ex dictis plane colligitur. Etenim qui ad ſublimiorē religionis ordinē aſſumuntur, pluribus relegantur q̄ reliqui laxioris uitæ, ut in clericis & monachis videre, eſt populus autē ille ſelectus fuit ad excelſiorem ſanctitatis gradū, qualis dicebat populum, ex quo erat Chriſtus naſciturus, & qui figuram eiuſdem Chriſti gerebat, ergo ad peculiaria illa inſtituta, legi naturæ ſuperaddita, ſolus ille populus erat obligatus. Vnde Deut. 18. Perfectus eris & abſq; macula coram domino Deo tuo. Quamobrem ueluti arctioris religionis cultoribus quædam profeſſionis imago illius legis erat iuncta, ſecundum illud eiuſdem lib. cap. 26. Profiteor hodie coram domino Deo tuo, &c. Hinc demum colligitur quinta concluſio. Tam currente illa lege, quam ante ipſam potuerunt ſub lege naturæ homines ſalutem obtinere. In lege inquam naturæ, non tamen per eiudem naturæ vires. Nam Dei gratia res eſt ſuper naturalis, quā id circo ſine intellectus aliqua fide, ac ſubinde diuina ope uoluntatis motrice adipiſci nemo unquam ualuit. Et in hoc ſenſu intelligitur Diony. 9. cap. cæleſt. Hierarch. vbi ait multos Gentiles per Angelum ſuiſſe in Deum reductos & Ecc. 17. In vnamquamq. gentem propoſuit Deus rectorem, ac perinde ea quæ ad ſalutem ſufficiebant. Nam in omni lege voluit omnem hominem ſaluum fieri vſq ad euangelicam, omnibus eſt neceſſaria. Igitur ſi de Socrate Platone. Ariſtotele, Catone, Seneca & id genus ethnicis pręcipui noīs explorare cupis, fuerintne ingreſſi ſalutis uiam, perpendendū tibi primum eſt, an aliqua vitia admiſerint tā aperte cum naturali rōne pugnātia, vt nullum ſibi poſſent ignorantiæ clypeum obtendere. Nam quos tale, inueneris, impietas eſſet ſuſpicari fuiſſe ſeruatos. Quare nullus idololatrarū excuſari potuit. Neq. eorum qui adulteria & furta ac peiora flagitia ignorarūt. Secus de fornicatione ſimplici, cuius ignorantia probabile eſt Ethnicorum aliquos ante ſcriptam legē potuiſſe excuſari Sicuti & Socratem, & ſi uenenum epotauit, quod te vera non eſt licitum potuit tamen ignorantia excuſari, nimirum credens legem illam qua cō demnatus, eſt, fuiſſe bonam. Et ſimile dicendū de Seneca, cui data a tyrano fuit mortis optio. At neq. Catonem, neq. aliorum quē piam qui mortem ſibi conſciuerunt, legitima a ignorantia excuſat, lumen. n. naturæ plane docet nemini licere ſibi mortem conſciſcere. Platonem autem Auguſt. in lib de vera relig. ualde commendat, quod perpetuam ſeruauit continentiam. Et certe eſt per quam ueriſimile in Dei gratiam fuiſſe receptum. Hæc autem quæ in cōiecturis poſita ſunt, non eſt, quod nos remorentur.

Ad primum igitur argm̄ capitis qōnis reſpondetur, ꝙ nō oportuit legē, quę ſi figura erat noſtræ, tanta ſimilitudine ei rīdere, vt eſſet tā vniuerſalis. Imo decuit rō ne iā dicta peculiari populo præſcribi, ex quo Chriſtus naſceretur, ſecundum illud ad Rom. 9. Quorum. ſ. Iudæorum, eſt adoptio filiorum Dei, & teſtamentū, & legislatio, quorū patres ex quib. Chriſtus & ſecūdum

Probatio prioris membri.

Paulus.

Probatio poſterioris mēbri.

Quinta conclu.

Dionyſius.

Quid sē tiēdū de exitu. Socratis, Platonis atque Ariſt.

Auguſt. Veriſimile eſt Plat. in Dei gratia fuiſſe.

Ad primū arg.

dum carnem Neq ſubinde Deus fuit,perſonarum,reſpector.Nam cum nemini debitor ſit,cui vult miſeretur,& quem vult
Auguſt. indurrat.Vnde Augu li.de prædeſt.ſanct. Omnes, inquit, quos Deus docet miſericordia docet,quos autem non docet iudicio non docet,hoc enim venit ex damnatione humani generis pro peccato primi parentis.Suppoſitis autem noſtris meritis quæ ex eius gratia pullulant,citra perſonarum acceptionem reddit vnicuiq. (vt ait Paulus)ſecundum opera ſua,Ad ſecundū,
Paulus, negatur deteriorem fuiſſe.Iudęorum con
Ad ſecū ditionem,quam Gentilium, imò tāto fuit
dū arg. præſtantior populus ille, quanto Dei legi & cultui diſtrictius mancipatus Quemadmodum, & inter Chriſtianos quo arctius ſe homines religionum votis perſtringūt, fælicius veniunt Vnde Deut. 4. Quæ eſt alia gēs ſic inolyta vt habeat ceremonias
Hæſitatio. iuſtaque iudicia ? Quocirca ut Exod. 12. ſcriptum eſt,quicunq.Gentilium voluiſſet
Suadet pars affirmatiua. in Iudæorum familiam commigrare,ac nomen ſuum in legem illam adſcribere, circunciſus admittebatur, vt in vſum illis nunc eſt qui religiones profitentur.Quod ſi quis hic hæreat, vtrum poterant Gentilium quiq.particulam legis recipere abſque totius profeſſione,& præcipue an poterāt circuncidi extra legem viuentes? Videtur namq. ratio partem affirmatiuam perſuadere. Nam inter Abraham & Moyſen durauit quingētis annis abſq.lege circunciſio. Reſpondetur quod nihil Gētiles vetabat quo minus poſſent ceremonias aliquas quæ ſibi placerēr,a Iudæis mutuari.Sicuti Romani nōnullas leges ab externis gentibus receperunt. Attamē niſi profiterentur legem,non eſſet illis proprie diuina. Quin vero arbitror poſt datam legē circunciſionem nemini ad ſalutem cōduxiſſe,niſi totā profiteretur.Erat enim ſicut nobis baptiſmus profeſſio legis.Quo aper
Paulus. te ad Gal.5. docet.Paulus ſub illis verbis, Teſtificor oī homini circuncidēti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum lex vetus congruenter data fuit tempore Moyſi.

Primū argum. REſtat poſtremo, temporis datę legis rationem reddere.Et ideo quęritur vtrum tempus illud quo data fuit Moyſi, negotio conueniret ? Et arguitur a parte negatiua, primo ex his quæ dicta ſunt. Erat enim ſalutis præparamentum, quæ erat per Chriſtum conferenda ſtatim autem homo lapſus remedio indignit ſalutis, ergo illico debuit in mundi primordiis ferri.Secundo: Data fuit in ſanctificationem eorum ex quibus Chriſtus progignendus erat,illa autem ſanctificatio cæpit in Abraham, vt legitur Geneſis duodecimo ante Moyſen quingentis annis, cui facta fuit promiſſio,quinque(vt ait ad Rom. Pau.)credidit Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ergo illi,vt circunciſio iuſta eſt,ita & lex poni debuit.Tertio. Quemadmodū nuper dicebamus,ſicuti Abraham ex vniuerſo orbe ſelectus fuit, vnde Chriſtus originem traheret,ſic poſtea ex illo populo Dauid:Vnde peculiare gēs duceret, quare nuncupatus eſt filius Dauid, ergo ſub Dauide qui poſt Moyſen annis pluribus quam quadringentis natus eſt, congruentius fuiſſet lata.Contrarium aūt colligitur ex Paulo ad Galat.3.vbi ait,Legem fuiſſe ordinatam per Angelos in manu mediatoris, ordo nanque Dei temporis quoque opportunitatem denotat.

Secūdū. Tertiū. Paulus. Paulus.

Quæſtio perfacili negotio expeditur, ſi ex ſola Dei voluntate ratio petatur Nam cum illa non habeat priorem cauſſam neque quidquam humano generi debeat, legem dedit, quando per ſuam ſapientiam decere cognouit. Attamen exploranda reſtat cauſſa ex parte hominum, ob quorum ſalutem data eſt. Et ideo ſtatuitur concluſio affirmatiua.Illo temporis articulo data eſt, quod in rem erat maxime humano generi.Etenim tanquam iniquorum medela condita eſt ad emolliendam eorum duritia eorumque edomandam ſuperbiam,& tanquam bonorum iuuamen, ad promouendam eorum ſalutem atq.ex his duabus radicibus duæ concluſionis rationes ducūtur.Enimuero ſi priorem ſpectes, humana ſuperbia de duobus extollitur,naturali.ſapiētia,& potentia,idquod verſatus ſerpens in ſua poſuit ſuggeſtione dum Euā adortu eſt.Eritis enim inquit, ſicut dij, ſcientes bonum & malum. Edem enim procella eum celo depulerat.Et re ergo humani generis fuit,vt Deus illud longis ſeculis ſuo fauore deſereret, porro vt longo experimento cognoſceret quā eſſet ſuapte

Conclu ſio reſpōſiua.

Prima rō ꝑ cō cluſiōis.

ſuapte natura & ad cognoſcendum, quod ſibi expediret, ignarum atq. ignauum ad agendum. Hac ergo de cauſſa mortales deſtituit duabus integris ętatib. vna. ſ. annis mille quingentis, & eo amplius ante diluuium, quo modum ſcelerum flagitiorumq. fætore peſtiferum ſubmerſit. At vero non ſic prorſus deſtituit, quo minus in linea, quæ Chriſti genealogiam ducebat, non nullos egregia ſanctitate inſigniret, vt Abel : Enoh & tandem Noe, in cuius ſuo tumq. iuſtitia ſeruatum eſt mundi ſemen. Atque inde quaſi nouas ei inducias indulgens, expectauit hominem ſecunda ætate fere annorum quingentorũ vſque ad Abraham, quem peſſimus Nemrod, contra Deum repellans centũ quinquaginta annis antecelſit. Ninus autem Babylonicus, per quem idolatria in orbẽ irrepſit, quinquaginta. Et quia peccatũ cõtra naturã idololatriæ atq. infidelitatis pœna eſt, vt ad Ro. 1. diſerte Paulus docuit, paulo poſt nefanda Sodomorũ turpitudo aerem infecit, ſub quod utiq. tẽpus delegauit Deus Angelos ad Abraham, vt Geneſ. 18. refert hiſtoria qui Chriſtũ in ſalutẽ humani generis ſuo illi noĩe pollicerẽtur. Vbi non eſt myſterium illud prætereundũ, nempe quod Angeli ipſi, qui veluti inferno igni urbes illas incenſum venerunt, nuntium ſimul attulerunt futuræ ſalutis Itaq. clamor & fumus Sodomorũ cœlum aſcendens, Deũ & ad iuſtitiã irrita uit, vt de nefandis illis ultionem ſumeret, & una ad miſericordiã commouit, vt hominibus in futurum proſpiceret. Vnde & ijdem Dei legati mundo patefacerent q̃ ſit dominus ad miſericordiam quam ad iuſtitiam propenſior, propter decem quos inuenirent iuſtos, veniam corruptiſſimis urbibus promittebant. Nam ob octo animas quas tempore diluuij iuſtas inuenit, nõ prorſus uniuerſum deleuerat orbẽ. In de tñ charactere circunciſionis obſignatã, Abrahę familiã, tertiã aliã ætatẽ aliorum q̃ngentorũ annorũ aſſuefecit, vt ad ſuſcipiendã legẽ eſſet paratior, Tanti erat periculi ſtatim diuina illa p̃cepta orbi concredere. Enimuero cum ei tm ſuæq. ſoboli facta fuerit promiſſio, lex aũt q̃ nõ vni familiæ, ſed iuſto hoĩum numero, q̃ populũ faceret, tradi debuit, expectauit quouſq. ea dẽ progenies augeretur in populũ. Et prę tercanę de repente ſuſceptam legem ue-

Prima mundi ætas.

Secũda ætas.

Paulus.

Myſtærium.

Tertia ætas.

Sub ini tiũ quar

luti rem nouã facilè ſuſciperent. Ecce moras quibus Deus tardauit legem ferre vſq. ad initium quartæ ætatis ſub Moyſe, anno ab orbe condito bis milleſimo quadringẽteſimo quinquageſimooctauo. Tunc ergo data eſt lex ad retundendã humanã ſuperbiã, qua parte ex naturali ſapiẽti naſcitur. Erat. n. iã tunc naturale lumen vſq. adeo obtenebratũ, vt vix hoĩes dignoſcere poſſent inter bonum & malum ſed dicerẽt (vt ait propheta) malum bonũ, & bonum malum, Officium igitur legis fuit, hoc docere, explicando naturæ principia. Vnde Pau. ad Ro. 5. Per legem eſt cognitio peccati. At vero reſtabat eoſdem docere homines, quod neq. cognitio peccati eidem ſuperando & euincendo ſufficiebat, niſi diuinitus vires ei ſuppeditarentur ad agendum. Obidque reliquit Deus mundum ſub lege ſcripta tribus alijs ætatibus nempe mille quingentis annis vſq. ad Chriſm, ut longo rerum vſu eãdem ſuã infirmitatem atq. imbecillitatem diſcerẽt, vt eum optatius ſuſciperent.

Per hæc ſoluũtur argumenta incontrariũ, q̃nquidem reddita eſt tõ cui nõ decuit ſtatim in mundi primo dijs legem ferri, neque eandem dari Abrahæ. Quod autem non debuit differri uſq. ad Dauid, inde conſtat, q uod non ſolum familiæ ex qua Chriſtus naſciturus erat, ſed totti circunciſo populi deſcendenti ab Abraham fuerat promiſſa Quamuis illis qui præciſi fuerant a trunco & recta liena, vt Iſmaelitis & Idumæis deſcendentibus ab Eſau, lata non fuerit. At vero cõtra hæc quæ dicta ſunt, reſtat argumentum ſimile illi, quod fit de aduentu Chriſti. Ait enim ipſe Mat. 11. Quod ſi in Tyro & Sydone factę eſſent virtutes quas ipſe faciebat inter iudæos, pænitentiam egiſſent, Et ideo remiſſius futurnm eſſet illis gentibus in die iudicij. Simile in quam quis cogitare poſſet de lege ueteri uidelicet quod ſi vel alium populum Deus elegiſſet. vel alio tempore ſcripſiſſet eis legem obſeruantior ei fuiſſet præſtita obedientia, quam tunc ab illo populo, qui ſtatim ad idololatriam peruerſus fuit. Reſpondetur autem quod illas nos rationes ignoramus ſicuti myſterij illius quod refert Paulus ad Roma. 11. nempe cecitatem contigiſſe in Iſrael donec plenitudo gentium intrare, Ob idque cauſſas reddimus, quas

tæætatis uetus lex lata eſt.

Paulus.

Mũdus fuit ſub lege ſcripta trib. ætatib.

Soluuntur argumenta.

Arg. cõtrahacte nusaſſerta.

con-

congruere coniectamus, Et non eſt dubium, quin licet alij fortaſſe fuiſſent tunc obedientiores, tamen ad finem vniuerſalis redemptionis ex alia parte concurrerint congruentiores cauſſæ, cur Deus illam gentem & tempus elegerit. Tametſi demum cauſſę omnes ad fontem prædeſtinationis referendæ ſint. Ex quo primum argumentum præcedentis articuli diſſoluimus.

Paulus.

Solutio.

QVÆSTIO II.

DE PRÆCEPTIS LEGIS ueteris in genere.

S. Tho. 1. 2. quæſt. 99.

ARTICVLVS I.

Vtrum lex vetus vnicum tantum continuerit præceptum.

Primũ argu.

Paulus.

SEquitur quæſtio ſecunda de legis antiquæ præceptis in genere. Et arguitur, quod nõ fuerint plura, ſed vnum tantum, tum ex illo ad Rom. 13. Si quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum, quod vnicum eſt tum ex illo Mat. 17. Omnia quæcunq; vultis vt faciant uobis homines, hæc & uos facite illis, hæc eſt enim lex & Prophetę. Lex nanque uetus non erat amplior quam quæ lege & Prophetis cõcludebatur, ergo tota lex uetus vnicum erat præceptum. In contrarium eſt Apoſtolus, qui ad Epheſ. 2. appellat illam legẽ mandatorum, quam Chriſtus decretis Euangelicis euacuauit.

Paulus.

In ingreſſu ſtatim præceptorum legis generaliſſimus articulus eſt, an fuerit plura. Similem nanque ſupra de lege naturæ, quæſiuimus, ſimilique hic modo concluſione diſſoluetur, quæ eſt hæc. Præcepta uetęris legis unum quodammodo ſunt ratione ordinis ad eundem finem, ſimpliciter tamen plura, ſecũdum peculiares obiectorum rationes quæ eiuſdem finis aſſequendi media exiſtũt. Et ratio eſt per ſe lucida. Cũ enim p̃cepta de actionib. humanis ſint earum rerum quæ fieri debent, neceſſitas autem cuiuſq; operis & officii a fine ſumatur, finis vero legis (vt ſupra moſtrauimus) ſit bonos facere ciues, fit vt per ordinẽ ad hunc finem cuncta præcepta quodammodo dicantur unum, ſicuti lex vna. At vero quoniam ad hunc eundem finem multa ſint officio neceſſaria, de quorum ſingulis ſpeciebus operæpretium eſt edici ſingula præcepta ſit, vt ſimpliciter ſint plura. Sed porrigit nihilominus nobis vtrunque mẽbrum dubitãdi anſam. Prius in quã, quod legis ueteris non unus tantum, ſi præcedẽtium memineris, conſtitutus eſt finis, ſed vnus præceptorum moralium, qui erat ſubditorum probitas, atq; alter ceremonialiũ pura Chriſtus, qui illis prę ſignabatur. Qua re neq; ratione finis unum erat præceptũ. Reſpondetur tamen quod finis diuinæ legis vt articulo proximo patebit, non eſt ſicuti humanę, amicitiam tantum & charitas inter homines, ſed illa quæ nobiſcũ eſt cum eodem ipſo Deo, de qua vtiq; legitima charitate illud 1. Thi. 1. intelligitur. Finis præcepti charitas. Hanc autem amicitiam nulla legis opera (vt dictum eſt) conciliare abſq; Dei gratia poſſunt. Concedimus ergo duos fuiſſe particulares fines legis, ad vnum tamen relatos. Finis. n. morałium, erat mores componere, finis autẽ ceremonialiũ, venturus Chriſtus, auctor gratiæ: quorum vtrunq ad ueram ſalutem animę exigitur, qui vnicus eſt legis finis. nam per Chriſti gratiam eius efficimur mẽbra, in ipſo autẽ compaginati per legis officia progredimur ad vitam ęternam. Alterum vero dubium eſt huic contrarium. Apparent. n. omnia prę ceptа, non ſolũ (vt a unt) ſecundum quid per ordinem ad vnum finem, ſed ſimpliciter eſſe hoc unum: diliges dominum Deum tuum. Enimuero dilectio Dei nihil aliud eſt, quam eius ſeruare mandata. iuxta illud Io 14. Si quis diligit mę ſermonem meũ ſeruabit, & pater meus diligit eũ. Eti. Io. 2. Qui dicit ſe noſſe Deũ & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Qui autẽ ſeruat uerbum eius, uere in hoc charitas Dei perfecta eſt. Et confirmatio ſententiæ huius eſt, quod per cuiuſcque præcepti, quod uere eſt præceptum, tranſgreſſionem, amittitur Dei charitas Quod certe non contingeret, niſi cuiuſque tranſgreſſio in tranſgreſſionem dilectionis Dei incurreret, omnia ergo præcepta ſimpliciter

Conclu. riſiua.

Rõ concluſiõis.

Prima dubitatio.

Solutio.

Secũda dubitatio.

Confirmatio.

Alia cõfirmatio

citer vnum ſunt. Namque ſi hoc neges, cum negare nequeas, quin cuiuslibet præuaricatio ſi ſit etiam uiolatio huius præcepti diuinæ dilectionis, conſequens tibi fit, nullum ſit ſimplex peccatum, ſed cuncta ſint dupla, vt cum hominem occideret, unum eſſet contra charitatem proximi, puta occidere, & alterum contra charitatem Dei. Et cum furtum vel adulterium faceres, ſimiliter. Reſpondetur ergo non unum, ſed plura eſſe quorum diſtinctio à diſtinctis rationibus obiectorum ſummitur, vt qnæſt. ſuq. patebit. Sed tamen omnia ſunt quædam explicationes illius generalis quod eſt diligere Deũ, In hoc capit. conſtituit noſtrum erga ipſum amorem, ipſum in primis coleremus, mox nos diligeremus inuicem. Quocirca conceditur, hominem occidere, eſſe quandam tranſgreſſionem diuinæ dilictionis, ſed tamen non ſunt duo peccata, ſed unum quod a proximo obiecto nuncupatur homicidium, ſi Itaque ratio illud generalis diligendi Deum contrahitur per diuerſas ſpecies, ſicuti ratio animalis. Vnde ſicut homo & animal non ſunt duo ſed unum quod eſt homo, ſi occidere ac dilectionem Dei violare, An uero præter hoc generale ſit ſpeciale dilectionis mandatum quod ſuum habeat peculiare obiectum, S. Th. docet 2.2.q.44 & quæſt. ſequenti recolendum nobis ſupereſt.

Riſio.

S. Tho.

Ad primum igitur membrum argumẽti in contrarium reſpondetur, quod ſicut modo dicebamus, generale diuinæ dilectionis mandatum ſpecialibus cunctis preceptis participari, ita & hoc. Diligens proximum. quũ ſicut teipſum, finis eſt omniũ quæ erga proximum implẽtur, quia vero genus per reliqua ſpeciatim expoſitũ. Nihil n. aliud eſt diligere proximum, quam illum non lædere, puta non occidere, non furari, & c. quod uerbum Paulinũ, inſtaurati, deſignat. Inter alios namque ſignificatus, quos nos illi agnouimus, tunc precipuæ probauimus, quod ẽ, recapitulari, ac repeti. Qui enim iubet proximum diligere, in uirtute præcipuit non mœchari, non furari, &c. In dilectione autem proximi includitur dilectio Dei, eo quod cum vniuerſos mortales pro filiis ducat, in hoc uult amorem nos ſibi exhibere, ut nobis inuicem exhibeamus Vnde Ioã. 4 Hoc mãdatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratem ſuum. Atque hac ratione hoc ſolo mandato, Diliges proximum tuum ſicut teiſpſum, complexus eſt Paulus ambo illa quæ Chriſtus Matth. 22. diſtinguit de dilectione Dei & proximi, in quibus duobus pendere docuit omnem legem & prophetas. Et eodem relabitur ſolutio ſecundi membri Cum enim. 9. Ethic. capit. 8. auctore Ariſt. ab ipſo eodem homine ea omnia quæ ad amicitiam attinent, ad ceteros perueniant, quod eſt, ex eo quod ſequiſque deamat, alios ſubinde amare, cuncta amicitiæ iura ac perinde præcepta, quæ inter amicos ac proximos ſeruantur, hoc alios concluduntur, vt ita ſe quiſque ad alios habeat quemadmodum ad ſeipſum idque comprehenditur illo generalis præcepto. Omnia quæcunque vultis ut faciant uobis homines, hæc & uos facite illis.

Act primũ arg.

Auctor in c. 13. Epiſtolę ad Ro.

Adſecũdũ arg. Ariſtot.

ARTICVLVS II.

Virum præceptorum legis ueteris trina ſit differentia, nidelicet moralium ceremonialium, atque iudicialium.

CVm monſtratum nobis fuerit præcepta moralia eſſe plura ordo poſcit vt exploremus utrum eiuſdẽ, ſint ſpeciei an uero trina differentia diſtinguantur, vt alia ſint moralia, ceremonialia, alia uero indicialia. Et arguitur contra hanc trimembrem diuiſionem. Præcepta moralia, vt in ſubſequentibus uiſuri ſumus omnia ſunt de iure naturæ, ergo non opus fuit in tabulis legis veteris ſcribi. Probatur conſequentia, quoniam lex diuina illic debet nobis ſuppetias ferre, vbi natura ſeccumbit. Si ergo ratio naturalis decalogum mortales docebat, quidnam opus erat lege diuina explicari? eo potiſſime, quod lex vetus dicitur literam occidens, vt patet 2. ad Cor. 3. morum autem præcepta non occidunt, ſed uiuificant, ſecundum illud Pſalmi. In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas, quia in ipſis viuificaſti me. Secundo arguitur, ſi præcepta moralia ſcriptu neceſſaria erant nihil opus erat ceremonialia adijcere. Moralibus enim ut

Arg. 1.

Paulus.

Arg. 2.

nomen

nomen ſonat humani mores informãtur. inter quos præcipua pars eſt diuinus cultus, ut gentes vniuerſæ ſub lege naturæ agentes more & viu vbiſque docuerunt,
Cicero. ceremonialia autem ad diuinum cultum pertinent. Vnde Cicero in ſua Rhetor. Relig o, inquit, diuinæ naturæ cultum ceremoniamque affert Concludũ tur ergo
Solutio religionis ceremoniæ ſub moralibus præceptionibus. Quod ſi dicas gratia, præmõ-
Repub. ſtrandi Chriſti fuiſſe inſtituta, id iane po-
Auguſt. tius verbis demandari deberet, quam re-
Arg. 3. bus quippe cum verba, vt 2 de doct. Chriſt. auctor eſt Argu. principem teneant ſignificandi locum. Tertio ex eodem fonte arguitur. Iudicialia præcepta ad iuſtitiã prorſus pertinet, nam iudicium actus iuſtitiæ eſt quod & Dauid in Pſalmo ſignificat vbi ait. Quoaduſq. iuſtitia conuertatur in iudiciũ, officia autem iuſtitiæ, perinde atq aliarum virtutum ſub moralib. præceptionibus comprehenduntur, nulla ergo neceſſitas poſtulabat, iudicialia mandata mora-
Arg. 4. libus adhiberi. Quarto argui, ſi oportuit tres iſtos præceptionum ordines diſtinguere, neceſſarium quoq. fuerat plura adiicere, nempe teſtimonia. Nam Deu. 16. legitur, Cuſtodi præcepta domini Dei tui, & teſtimonia & ceremonia. Deinde mandata quoniam eodem lib. cap. 21 quatuor diſtinguitur, vbi legitur, Obſerua præcepta, & ceremonias, & iudicia, & mandata. Ad hæc & iuſtificationes iuxta illud Pſa. In æternum nõ obliuiſcar iuſtificationes tuas. Item quia præcepta moralia, vt infra decalogo uidebitur, omnia pertinẽt ad virtu-
Deut. 6. tem iuſtitiæ, debuerunt ſubinde alia adhiberi de virtute & temperantia & aliis virtutib. In contrarium eſt illud Deut. 6. Hæc ſunt præcepta, nẽpe moralia, per Antonomoſiam, ceremonię, atq. iudicia. Et c. 14. Decem verba ſcripſi in duabus tabulis lapideis, & mihi iniunxit in illo tempore, vt docerem vos ceremonias & iudicia que facere debeatis quibus locis tria hęc præceptorum genera deſignantur.

Quoniam de ſingulis præceptorum generibus ſingulæ inferẽdæ ſunt quæſtiones ad præſentem, quæ generalis eſt, quatuor concluſionibus breui compendio reſpondetur. Prima eſt. Neceſſarium fuit præcepta moralia lege illa ueteri explicari, vt Exo. 20. vbi decalogus ſcriptus habetur aliis locis, quibus alia ſcribuntur, comprobatur. Enimuero vt præcipua humanę legis intentio eſt homines mutua inter ſe beneuolentia deuincere, ita & Dei propoſitum eſt, per ſuas leges eoſdem ſecum arctiſſima amicitia copulare. Quare non eſt eius intentio, vtcunq. bonos nos efficere humano more, ſed ſibi gratos cum autem ſimilitudo ſit mutui amoris fons, ſecundum illud Eccl. 13. Omne animal diligit ſibi ſimile, fit ut optimo Deo nemo gratus acceptusq. eſſe poſſit, niſi ei ſuo gradu ſit bonitate ſimilis. Et cum auctore Ariſt. 2. Ethi. virtus ſit quę bonum facit habentem, & eius opus bonum, intentio diuinæ legis eſt, homines uirtutibus ſibi gratis imbuere, morum que ornamento decorare. hoc autem non fit niſi per morum præcepta, nam inde dicuntur moralia, ergo illa fuerunt in lege neceſſaria. At quę hic fit lucidus eatum monitionum ſenſus, quibus amantiſſimus noſtri Deus ad virtutes nos diuinarum imitatrices allicit. Vt Le 19 Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum Et in Euangelio Chriſtus. Eſtote miſericordes, ſicut Pater ueſter, miſericors eſt. Luc. 6. & Mat. 5. Eſtote ergo uos perfecti, ſicut & Pater ueſter cæleſtis perfectus eſt. Ac ſi dicat, Aliter ei chari eſſe non ualetis, niſi ſitis imitatrice uirtute aſſimiles. Quod ſi contra præceptorum iſtorum numerum arguas, quod non fuerit ſufficiens, propterea, quod vt paret in Decalogo, præciſe ſunt præcepta iuſtitiæ, quæ eſt ad alterum cum tamen ſinit & alię homines virtutes in ordine ad ſeipſum, vt fortitudo, & temperantia, atque id genus plures. In ſubſequenti quæſt. tibi Affulgebit reſponſio, vbi patebunt præcepta alia, quæ tamen omnia in Decalogum reducuntur. Secunda concluſio: præter moralia concedens fuit ac neceſſarium, vt lex vetus ceremoniam cum præceptiones explicaret. Nomen. n. ceremonia, ſiue a Cere
Cicero. redicatur quam frugum deam colebant quod Cicero 1. in Verrẽ his verbis annuere videtur. Sacra Cereris, ſumma maiores
Valerius noſtris religione confici ceremoniis que uoluerunt Siue (quo Valerius libentius recipit) a Cere oppido, vbi Roma a Gallis direpta, religionis ſacra recondita ſint tamen eos ſignificat ritus, qui ad diuinum attinent cultum. Veruntamen diuinus cultus, vt D. Tho. hoc loco ſcienter docuit, diffe-

Prima concl̃o

Probõ.

Ariſtot.

Lucidus sẽſusmo nitionũ diuinarum.

qb, mor tales ad uirtutes diuinarũ imitatrices allicit.

Secũda concl̃o.

S. Tho

rentes

renter altiuſque diuinis legibus inſtituitur quam humanis. Etenim cum lex humana, vt nuperrime dicebamus, rebus duntaxat humanis conſulat (nil de Eccleſiaſticis in præſentia definimus) non altiorem cultum Dei inſtituit, quam quem ad commune temporarium bonum conducere iudicat, Deus autem hominem ad ſeipſum pertrahens, eum ſui cultum ſuis legibus edocet, quo homines, terrenis poſthabitis, ad ipſum animis ſubleuentur. Et cum non ſolum per internos actus credendi ſperandi, & amandi, verum & per exteras proteſtationes profiteamur nos eius famulos, neceſſarium fuit cæremonias illas diuina lege inſtitui. Emergunt autem ex hac concluſione dubia duo. Primum, quod negare videmur ceremonialia ad morum informationem pertinere, quãdo quidem a moralibus huiuſmodi præcepta ſecernimus. cum tamen in morum compoſitione pars illa præcipuum habeat momentum, quæ diuino cultui dedicatur. Quapropter ſicuti nos orantes, pſallentes, turificantes, atque hoc genus cultus offerentes, ſic & patres illis ſuis, ceremonijs, ceu per alios mores, bene de Deo merebantur: Secundum dubium eſt, quod quaſi iuſtum approbamus morem humanarum legum, diuinum cultum ad ſuum ciuilem finem referentium, cum tamen peruerſitas appareat, qua fruendi vtimur. Dubii autem prioris reſponſio eſt ceremonialia præcepta non ſic eſſe a moralibus diuerſa, vt ſpecies ex æquo diſtincta, ſed differunt vt generis determinatio ad ſpeciem. Id quod facile perſpicias, ſi diſcrimen memoria repetas, quod libro primo quæſtione quinta conſtituimus inter ea, quæ ſunt iuris merè poſitiui, & ea quæ ſunt iuris naturæ. Nam licet omnis lex & præceptum a naturalibus principijs deriuetur: alias, vt illic monſtrauimus, neque legis vigorem haberet, neque præcepti, eſt tamen deriuatio diuerſa. Nam ex eiſdem vniuerſalibus principijs, quædam deriuantur per modum concluſionum, perinde atque in ſcientiis ſpeculatiuis: quædam vero per modum determinationis formæ vniuerſalis ad ſpecialem. Ad hunc ergo modum moralia ceremonialique mandata differunt, nempe, vt illa deriuentur priori modo, hæc vero poſteriori. Exempli gratia: Id ne facias aliis, quod tibi fieri non vis, principium eſt per ſe notum. Mox quod occidi ab altero nolis, aut tua diſpoliari ſubſtantia, aut torum tuum commaculari, eodem etiam lumine naturali clareſcit. Ex quibus naturali itidem conſequentia colliguntur moralia præcepta: Non occides, Non furtum facies, Non adulterabis. Et ad hunc ferme modum dicemus infra de aliis quæ ſunt extra Decalogum, nam ſunt plures gradus. Lex autem humana & omnis poſitiua, non naturali collectione ſed humano arbitramento determinat genus ad ſpeciem. Exemplum: Deum eſſe colendum, principium eſt naturale. Quod autem hoc vel illo modo, natura non docet, ſed ab eccleſia Euangelica per humanas leges, puta canonicas, ab apoſtolis deriuatas ſancitur, puta, quòd talia feriemur feſta, hiſque aut illis ritibus religionem profiteamur. Quod autem negotium eccleſiæ iam ſanctitate proiectæ Chriſtus commiſit, hoc Deus rudi illi populo, quem ex toto orbe nolebat eſſe illuſtrem, per ſe exhibuit. cuncta inquam neluti pueris delineauit. Quare idem naturale cultus principium ſpeciatim expoſuit per illa animalium ſacrificia, alioſque ritus quos natura non clarè docebat. Et hæc ſunt ceremonialia præcepta, tametſi hoc fuit legi illi peculiare, quod cum eſſet vmbra futuri Meſſiæ, qui futurus erat verus Deus, talia decuit iubere ſacrificia & ceremonias, quibus ſub nube & figura eundem Meſſiam cultores eius profiterentur. Ad ſecundum vero dubium reſpondetur bifariam contingere diuinum cultum ad ciuilem finem & humanum referri. Vno modo, vt humanus tanquam ſupremus exiſtimetur. Et hæc eſſet peruerſitas utendi fruendis, fruendique utendis. Attamen diuinum cultum referre ad temporalem finem non tanquam ad ſupremum ſed tanquam ad illum qui rurſus refertur in Deum, nulla eſt peruerſitas. Quin uero per hoc profitemur cuncta nobis diuinitus obuenit. Qua ratione eccleſia preces fundit, ſacrificiaque & miſſarum ſolennia offert pro temporibus bonis, lex ergo humana hoc modo refert. diuinum cultum ad ſuum finem, quamuis Canonicæ Eccleſiaſticæ, diuinarum ſequaces ciuilibus debent hoc

pre-

Prima dubitatio.

Secũda dubitatio. Moraliũ ceremonialium ac iudicialium diſcrimen.

Ad ſecũdum dubium.

præſtare, vt animos hominum a terrenis diuulſos, ad Deum promouerent. Gentilium autem ſuperſtitioſa religio eatenus eſt culpanda, quod ritus in primis ſuos dijs falſis dicabant. Mox quod demoniacis illuſionibus ſeducti extorum inſpectione animalium, aliorumque ſuperſtitione auguriorum contendebant futura præ-noſſæ. Tertio, quod ſpurcis ceremonijs vtebantur. Ac demum quod quaſi fœlicitatem in terrena proſperitate collocantes, non alia ratione deos videbantur colere, quam quod eorum ope indigebant. Quare aliam colebant frugum deam, alium vini, atq; alium bellorum, qui cum ipſis agebant, tunc præcipue placare curabant. Tertia concluſio. Præter hæc duo præceptorũ genera, neceſſarium rurſus fuit iudicialiũ tertium. Huius enim ratio ſimilis eſt, quã de proximis ceremonialibus informauimus. Cum enim lex diuina homines primum in ordine ad Deum, mox ad ſuam in uicem amicitiam pacemq; inſtituat quorum vtrunque naturalis lex in genere precipit, conſequens fuit, vt ambo in ſpecie Deus explicaret. Atque adeo ſicuti ceremonialia præcepta peculiariter de diuino cultu inſtituit, ſic etiam debuit & iudicia conſtituere, quibus benevolentia & pax inter homines conſtaret. Collige ergo differentiam horum trium generum præceptionum, reliqua. n. duo à moralibus deriuantur, quæ dictamina ſunt iuris naturæ, nempe ceremonialia reſpectu diuini cultus, iudicialia uero reſpectu tranquillitatis humanæ. Quo circa vt in ſolutione primi auctor eſt. S. Tho lex vetus aliquid addebat ſupra ius naturæ. nimirum eo modo, quo leges humanæ adiectiones ſunt ad idem ius. Habemus etenim & ſub noua lege ceremonialia, vt dictum eſt, vt pſalmodiam, proceſſiones, thuriſicationes, & alia huiuſmodi. Et iudicialia, vt excommunicationes, ſuſpenſiones, atque irregularitates, &cæt. Et antiquas Canonum pœnitentias. Sicuti & iure ciuili iudicialia ſupplicia, malefactoribus decreta. Niſi quod ratione ſupra dicta Chriſtus hæc in Euangelio non expreſſit, ſed eccleſiæ & reipublicæ ciuili commiſit. Deus autem in lege ueteri cuncta explicuit. Hinc ſubſequitur alterum diſcrimen, nempe quod præcepta moralia ſunt ſimpliciter de iure naturæ, puta præcepta, quia bona, aut prohibita, quia mala. Reliqua vero de iure poſitiuo diuino, ſicut ceremoniæ & iudicia noſtra, de poſitiuo humano, nempe bona, quia præcepta, vel mala, quia prohibita.

Tertia conclu.

Primũ diſcrimẽ inter tria genera preceptionum moraliũ. ſ. ceremonialium & iudicialium.

S. Tho.

Scũm diſcrimen.

Quemadmodum Ariſtot. 5. Ethic. capitulo ſeptimo diſtinguit iuſtum naturale, hoc eſt natura ſua tale, & legitimum, quod antequam poſitum eſſet, nihil referebat, ſed poſtquam poſitum eſt. Atqui ad hæc tria genera forte alluſit Paulus ad Rom. 7. dicens, quod lex eſt ſancta, quantum ad ceremonialia, eo qnod illud eſt ſanctum quod Deo dicatum eſt. Et mandatum iuſtum, quantum ad iudicialia, & bonum, hoc eſt honeſtum quantum ad moralia. His demum adiungitur quarta concluſio. Quamuis alia inueniantur in ueteri lege nomina, ſcilicet mandata, teſtimonia, & iuſtificationes, cuncta tamen ad hæc tria genera reducuntur Ratio concluſionis ſic habet, quædam in lege exiſtunt quæ ceu agendorum præcepta edicuntur. Alia vero adhibentur quaſi robur ad eorum cuſtodiam. Illorum ergo ſunt tria genera iam poſita horum autem altera tria. Nam quod ad legis obſeruantiam conducit, primum eſt legislatoris auctoritas ſecundum vero legis utilitas, quæ eſt vel conſequutio præmii, vel ſupplicii cautio. Illa ergo quibus auctoritas maieſtaſque legislatoris commendatur, dicuntur teſtimonia, vt Deuter. 17. Audi Iſrael, Dominus Deus tuus unus eſt Et legis caput, quo pronunciatur creator cæli & terræ. Et in Pſalm. Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? Et Omnipotens nomen eius, & ſimilia. Illa vero quibus vel præmia, vel ſupplicia proferuntur, dicuntur iuſtificationes, vt Deuter 18. Si audieris uocem Domini Dei tui faciet te celſiorem cunctis gentibus. Et Iſaia 1. Si audierit bona terræ comedetis, quod ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit uos. Nam per hæc diuina iuſtitia commendatur. Mandatum autem forſan idem eſt quod præceptum. Sed quoniam loco citato videntur ab inuicem ſecerni, fortaſſæ præcepta referuntur ad ea, quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria, mandatum uero ad illa, quæ per charitatem ſupererogantur, cuius generis ſunt & Euangelica conſilia. Atque illud Exodo. 2. Si pignus acceperis ueſtimentum a proximo tuo, ante ſolis occaſum reddas ei.

Ariſtot.

Paulus.

Quarta conclu.

Rõ concluſiõis.

Vel

Vel fortè præcepta ſunt, quæ Deus in tabulis ſcripſit vt Decalogus, mandata vero quæ Moyſi reuelauit, vt populo promulgaret Tametſi & ipſæ iuſtificationes, teſtimonia etiam ſunt diuinæ iuſtitiæ. Vniuerſa autem reducuntur ad tria priora genera lia quandoquidem alia (vt dictum eſt) nõ tam præcepta ſunt, quam ad eorum cuſtodiam pertinentia.

Ad primũ. arg. His hoc pacto conſtitutis, ad primum argumentum in contrium reſpondetur, quod etſi præcepta moralia nihil aliud ſint quam quod lex naturæ dictat, & ſerena ratio docere poteſt, operæprætium nihilominus fuit, vt Deus non tantum in ſupernaturalibus, verum & in naturalibus tali prudentia illis opem ferret. Nam etſi nunquam rationi ſyndereſis eo uſque extingui valeat, quin prima principia naturalis iuris ei refulgeant, tamen ea poteſt caligine obduci, vt circa eorum concluſiones hallucinetur oberretque. Idque non ſolum in ſpeculabilibus, verum & in moribus. Mirabile enim eſt dictu, quanta ſpeculabilibus ſapientum vetuſtorum deliramenta memoriæ prodita ſunt. Et in moribus non ſolum fornicatio ſimplex, verum & grauiora pro licitis ducebant.

Atque illo maximè tempore, quo lex data eſt, hanc mentium nebulam credibile eſt mortales obtenebraſſe. Eadem enim de cauſa & ſupernaturalis fides non ſolum de ſupernaturalibus articulis nos erudit, verum & de alijs quos natura docet, quod Deus eſt unus, atque omnium cauſa, quodque anima ſit immortalis, & de ſimilibus. Id autem quod in eodem argumento adiectum eſt, nempe id quod eſt literam legi occidere, moralibus præceptis non competere, negatur. Immo, vt Aug. libro de Spiritu & liter capit. 14. auctor eſt, noſque ab ipſo inſtructi ſuper tertium caput ad Rom. fusè tractauimus, præcepta ipſa Decalogi ſunt, de quibus Paulus ait literam occidere, atque iram operari. Non quidem quod id directa intentione (vt iam dictum eſt) facerent, ſed quia oſtendẽdo peccatorum opera nudabant ſubditos omni excuſatione: & tamen lex illa gratiam non conferebat. Attamen qui ex fide venturi Chriſti iuſtificati illa præſtabant iuſtitiam ſuam augebant apud Deum. Et ideo appellabat eadem opera Dauid iuſtificationes. Secundum etiam argumentum ſolutum eſt, vbi declarauimus quemadmodũ ceremonialia ad mores quoque & merita pertinent: ſed tamen quia naturali lumine non eliciuntur ex dictamine naturę, ſed humano arbitramento vel diuino, à moralibus ſecernuntur. Itaque Deum colere, præceptum morale eſt: hoc autem vel illo ritu, ceremoniale.

Ad ſecũ dũ arg.

Ad aliud autem quod illic ſubijcitur, reſpondetur, quod etiam ſi verba commodiora ad ſignificandum nihilominus vt Dionyſ. primo capit. Cæleſtis Hierarch. auctor eſt, natiuum eſt hominibus rerum ſimilitudinibus ſenſibilibus ſpiritualia intelligere. Obidque decuit tales illi populo ceremonias iuberi, quibus venturum Chriſtum profiterentur Ad tertium pariter, vt de ceremonialibus, reſpondetur, quod etſi actus iuſtitiæ in genere ad moralia præcepta pertineant, tamen hæc vel illa in particulari iudiciorum præcepta dicuntur iudicialia. Quemadmodum quod omnis malefactor puniendus ſit, præceptum eſt morale, quod autem furſit ſuſpendendus, & hereticus comburendus, iudicialia ſunt. Vnde cum iudicialia partim cum moribus conueniant, ſcilicet qđ à ratione deriuantur, ad moreſque pertinent, & partim cum ceremonialibus, in hoc ſcilicet quod vtraque ſpeciales ſunt determinationes generalium præceptorum, conſequens factum eſt, vt nonnunquam connumerentur inter moralia, vti Deut. 5. Audi Iſrael ceremonias atque iudicia: quãdoque vero inter ceremonialia, vt Leuit. 18. Facietis iudicia mea, & præcepta mea ſeruabitis. In priori enim loco iudiciorum nomine comprehenduntur moralia: & in poſteriori ceremonialia. Quartum verò ſupra ſolutum eſt præter illam particulam de virtutibus moralibus diſtinctis à iuſtitia: quarum vtique præcepta ſtatim quæſtio. proximà conſtabit, quomodo ad iuſtitiam reducantur: eò quod præceptum dicit ſemper rationem debitis.

Ad confirmatiõ. Diony.

Ad tertiũ arg.

Ad confirmatiõ eiuſdẽ arg. Aug.

Auctor in c. 3. Epheſ. ad Ro.

Adquartũ arg.

ARTICVLVS III.

Vtrum lex vetus ad ſui obſeruantiam per temporalium promiſſiones & comminationes debuit ſubditos inducere.

POſt veteris legis præcepta, ſequitur in tertio articulo vt dicamus de eius præmijs & pœnis, quibus eius cultores & alliciebantur ad eius obedientiam, & à tranſgreſſione deterrebantur. Quæritur, inquam, vtrum docuerit promiſſiones illas
Argu. 1. & comminationes eſſe temporales? & arguitur à parte negatiua. Intentio diuinæ legis eſt, homines Deo amore, & timore ſubijcere: ſecundum illud Deut. 10. Et tunc Iſrael quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eũ temporalis autem cupiditas à Deo animo
Auguſt. longem abducit: ſecundum illud Auguſt. lib. 83. quæſtionum q. 36. Venenum charitatis eſt cupiditas: ergo illectamenta illa ac territamenta minimè diuinam legem de-
Argu. 2. cebant. Secundo; Leges humanæ inde apparent deiectiores, quòd per hæc lubrica, pereuntiaque temporalia ad bonum ciues promouent: lex ergo diuina quæ ad immortalem fælicitatem mortales ducit, non deberet ſimilibus munuſculis ac deterriculis vti, atque eo minimè, quod temporalium proſperitas communis eſt iniuſtis cum iuſtis, atque aduerſitas iuſtis etiam cũ iniuſtis, ſecundum illud Eccl. 9. Vniuerſa temporalia hæc eueniunt iuſto & impio: bono & malo: mundo & immundo: immolanti victimas, & ſacrificia contemnenti, ergo temporalia bona vel mala incongruenter ſtatuuntur vt præmia vel pœna mandatorum legis diuinæ. In contrarium autem eſt illud nuperrimè citatum Iſaiæ. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terrę comedetis: quod ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos.

Adnotandus eſt in primis quæſtionis titulus. Haud. n. in dubium reuocatur, quin cuſtodes illius legis per fidem & gratiam Ieſu Chriſti præmia conſequerentur æterna, tranſgreſſoreſq; afficerentur perpetuas ſupplicijs, ſicut Euangelicis profeſſoribus contingit. Effulſerat namque antiquis illis alterius, vitæ lumen: vt patet Geneſ. 37. Deſcendam ad filium meum lugens in infernum. Sic enim appellabant deceſſum vitæ præſentis: propterea quod illis nondum cœleſtes fores patebant: quare etiam iuſti deſcendebant ad limbum. Et Ezech. 37. aperta extat futuriæ reſurrectionis prophetia in campo illo, quem prophetice cernebat plenum oſſib. Nam dictum eſt ei, Puta ne viuent oſſa iſta? Et ſequitur. Ecce ego mittam in vos ſpiritum & viuetis: Iob. 19. Credo quod redemptor meus viuit. Et. act. 23. mentio fit opinionis Sadducæorum negantium reſurrectionẽ mortuorum contra fidem quam reliquus populus ſuſtinebat. Et Dauid in Pſalm. 101. In memoria æterna erunt iuſti. Et Sap. quinta. Tunc ſtabunt iuſti. in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerũt. Et de miſeris ſupplicia luentibus ſubditur. Videntes turbabuntur terrore horribili, & c Igitur quod in quæſtionem producitur non eſt cur non fuerint illi patres aut præmiati, aut puniti niſi temporaliter: ſed cur, cum eadem illos ſicuti nos, præmia, & ſupplicia manerent ſempiterna, non fuerint in lege ſcripta niſi temporalia. Reſpondetur ergo vnica concluſione. Condecens fuit & illi populo congruentiſſimum, vt illis pollicitationibus, & cominationibus temporalium adduceretur. iam enim ſuperiori libro monſtratum eſt leges ad ſui obſeruantiam ſuplicio rum metu prẽmiorumq; ſpe hoĩes attrahere: inſtar ſcientiarum ſpeculatiuarum, quæ per principiorum cognitinem ad cõcluſionũ aſſenſus permouent. Quapropter ea eſſe debet legislatoris prudentia, Vt ſecũdũ ingenia ciuium præmia ſtatuat quã ſupplicia, popolum aut illum Paul. ad Galat. vt q. præcedenti meminimus, puero cõ fert dum ſub pedagogo eruditur: ſed naturale puerorum ingenium eſt, ſolis illis munuſculis allici, quæ ſunt ante oculos: nam ea quę abſunt, mente percipere nequeunt. Et eadem rõne pũtium timore deterrentur. Expediẽtiſſimũ ergo fuit, vt lex illa quę, vt dictum eſt, tãquam imperfectio quędã ad perfectionem Euangelij gentem illam prẽparabat, infimo illo præmiorum pœnarumq; genere vtetur. Quapp Paulus ad Phi-

&

Senſus propoſitæ quæſtionis.

Cõclu. reſponſiua.

Probatio primæ concluſionis.

Paulus.

Paulus.

Philip. 3. Euangelicam familiam veluti filios iam Dei charitate prouectos, atque in hæreditatem miſſos exemplo ſuo commune facit, dicens: Quæ quidem retrò ſunt, obliuiſcens, ad ea quæ priora ſunt, extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſuperna vocationis in Chriſto Ieſu. Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus, &c. Ecce ergo cur Exod. 30. vbi Deus apparuit Moyſi, quem ad ſeniores populi in Aegyptum delegaret, quibus daturus erat legem, hoc tantum eis polliceretur, quòd adducet eos in regnũ Chananæorum, terram, ſcilicet fluentem lacte & mele. Chriſtus autem Matth. 5. lator legis nouæ, non inferius regnum, quã cælorum, nobis proponit. Illic bona terræ promittuntur: in Euangelio vero vita æterna. Et Deut. 28. Si audieris, inquis, vocem Domini Dei tui, &c. faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis gentibus quæ verſantur in terra: venientque ſuper te vniuerſæ benedictiones iſtæ. Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro, &c. Matth. autem 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorũ. Beati mites quoniam ipſi poſſidebunt terram. Non vtique infernam Chananæorũ, lacte & melle fluente, ſed ſupernam Angelorum, diuino nectare exuberantem. At verò huic quæ canonica ratio eſt, alteram eidem proximam ſubiungamus ex eadem pullulantem radice. Cum illa inquam quæ Chriſtus mundo promiſſurus erat, vix præ ſua celſitudine ab hominibus credi poterant, quia neque in cor hominibus aſcenderant, conſulto Deus voluit fidelitatem ſuam in illis temporalibus declarare, vt certiorem arrogaret apud nos fidem, dum poſtmodum inuiſibilia promitteret. Hac enim de cauſſa populum illum in exilium Aegyptiacum ire ſinit, vt inde eum poſtea in terram promiſſam optima fide cum tam ingentibus ſignis & portentis reuocaret, nẽpe vt in illis, tum cæleſtium futuras promiſſiones depingeret, tum etiam, vt quam eſſet in ſuis pollicitationibus fidelis, humano generi perſuaderet. Atque hac, vt reor, de cauſſa Auguſt. Auguſt. 4. libr. contra Fauſtum, illud appellat teſtamentum vetus, hoc verò nouum, ſcilicet non ob id tantum quòd illud huic præfuit, verum & quod illius promiſſiones rerum erant cum tempore ſeneſcentum: in noſtro verò illa promittuntur, quæ ſunt in æternum permanentia. Simile eſt & inter ſupplicia illius, noſtræque legis diſcrimen. Patet enim tum alibi ſæpe, tum luculenter Leuit. 26. vbi poſt temporalia præmia, videlicet, Si in preceptis meis ambulaueritis, &c. dabo vobis pluuias in temporibus ſuis, vt terra germinet ſemen ſuum, & id genus plurima: ſubdit, Quòd ſi non audieritis me, viſitabo vos velociter in egeſtate & ardore, qui conficiat oculos veſtros, & conſumat animas veſtras. Fruſtra ſeretis ſemen, ab hoſtibus deuorabitur.

Altera rõ concluſiõis.

At verò non ſic de hoc interuallo hallucinandum eſt, vt quis credat neminem illic opera feciſſe, niſi metu pænę. Sancti enim illi patres, vt Moyſes & Abraham, & prophetæ, timore filiali Deum reuerebantur. Et vice verſa in Euangelio multi timore ſeruili pertrahuntur. Quin verò vt Apoſtolus ad Roman. 1. non admonet, longè apertius nobis Chriſtus in Euangelio comminatus eſt Dei iram de cælo reuelatam nempe infernorum tormenta. Sed diſcrimen eſt, quòd illic non comminabatur Deus niſi temporalia ſupplitia, nobis autem comminatur æterna. Ait enim Deus per Iſaiam, ſi audieritis, bona terræ comedetis, quod ſi nolueritis, gladius deuorabit vos. Ait verò Chriſtus. Ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti autem in vitam æternam. Præterea, Lex illa plena erat timere, quare data eſt in monte cum tonitruis & coruſcationibus: quod Exod. 20. exponens Moyſes ait: Vt probaret vos venit Deus, & vt terror illius eſſet in vobis: Noſtra verò lex in igne amoris effulſit in die Pentecoſtes. Quod quidem diſcrimen edidiſſerit ad Hebr. 12. Paul. Quare in illam legem peccantes, ſtatim in ſupplicium rapiebantur: vt patet in conflatione vituli. vel tradebantur Philiſthæis, aut Babylonijs, aut alijs hoſtibus quibus vindicibus iratus Deus vtebatur. Vnde Dauid Pſal. 77. Cum occideret eos quærebant eum, & reuertebantur. Nobis autem (quod notatu dignum eſt) nullum in Euangelio comminatus eſt Chriſtus temporale ſuppliciũ, ſed cuncta nos manent in altero ſæculo. Qua de cauſſa multo quam illi deberemus acerbiora expaueſcere. Sed de diſcrimine inter ambas leges accuratiorem habebimus quæſtione 7. luculentioremque ſermonem,

Paulus.

monem, vbi de lege Euangelica dicẽdum nobis reſtat.

Ad primũ arg. Ad primum igitur argumentum reſpõdetur, tres eſſe hominum ordines quantum ad temporalium cupiditatem diſtinctos. Vnus enim eſt perfectorum, qui neutrum oculum ad huiuſmodi fluxibilia bona communicijunt, ſed illis prorſus abiectis Deo infixi ſunt. In quo ordine non erat ille populus: licet quidam rariſſimi hunc gradum pertingerent: quorum ait Paulus. ad Hebr. Paul. dignum non fuiſſe mundum. Alius eſt extremus ordo peruerſorum, qui finem ſuum in huiuſmodi lubricis bonis ſtatuunt. Atque horum cupiditatem aſſerit Auguſt. Augu. eſſe charitatis venenum. quibus ideò periculoſa eſſet lex, quæ temporalia promitteret. Sed tertius eſt medius imperfectorum gradus: qui ſcilicet bona temporalia ſic cupiunt, vt viam indicent ad æternorum fruitionem, quare iſtis ſalutare eſt per hæc temporalia ad amorem Dei pellicere. Nam vt eſt in Pſalmo: Confitebitur tibi eum benefeceris illi.

Ad ſecũdũ arg. Ad ſecundum reſpondetur, quod præſtantia diuinæ legis præ humana inde depræhenditur, quod humana proponit præmia ab hominibus conferenda. Deos autem, illa quæ ipſe eſt collaturus. Ob idque optimo iudicio illa largitur iuſtis & ſubtrahit iniuſtis: niſi quandoque ratio contrarium popoſcerit. Vnde ſi hiſtorias veteris inſtrumenti perluſtres, ſemper ille populus quamdiu Deo legique parebat, temporaliom proſperitate affluebat. & contra dum ab eius gratia decidebat, tunc cœli atque hoſtium aduerſitatem experiebatur. Quod ſi iuſtos aliquos, quos ait ab Hebr. Paulus. Paulus anguſtiatos, & afflictos, mala fuiſſe perpeſſos, eiuſmodi aduerſis exercebat, hoc faciebat, vt eis ad maiorem coronam cederet, quamuis, & nõnullos qui exterius legem colentes internum cor in temporalibus ſentiebat infixum, ſecundum illud Eſa. 9 Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me, Si nebat quidem in accumulationem ipſorum condemnationem illis fiui.

QVÆSTIO III.

DE MORTALIBVS Præceptis.

S. Tho. 1. 2. quæſt. 100.

ARTICVLVS I.

Vtrum omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ

HActenus de legis præceptis in gñe: Deſcẽdẽdũ ergo iã eſt ad ſpẽs ſingulas. Inter hæc aũt primũ ac principẽ locũ moralia obtinent. De quibus duas adornamus quæſtiones: nempe hãc, de omnib. in gñe, atq; alterã ſpecialiter de ſingulis. De his ergo primũ interrogatur, vtrũ oĩa pertineant ad legẽ naturæ. Et arguitur à parte negatiua. Primò, Eccl. 17. Præcepta moralia dicuntur diſciplina: de illis. n. dr̃ addidit illis diſciplinã: & legẽ vitæ hæreditauit illos. Diſciplina autem, cũ per doctrinam acquiratur, contra legem naturæ diuiditur quæ vtpote non addiſcitur, ſed naturali inſtinctu percipitur, nõ ergo omnia præcepta moralia sũt de lege naturæ. Argu. 1.

Secundo: Lex diuina perfectior eſt q̃ humana: Lex ãt humana legi naturali multa accumulat bonorũ operũ documẽta, vnde fit, vt cum ius naturæ idem ſit apud omnes: humana tamen morum inſtituta ſint apud diuerſos, diuerſa: ergo multò fuit æquius vt diuina lex aliqua naturali inſuper adderet. Argu. 2.

Terriò: Non ſolum naturalis rõ, verum & fides ad morum inſtitutum conducit. Vnde Paul. ad Galat. 5. Fidem ait per dilectionem operari. fides autem ſub naturæ lege non comprehenditur, quippe quæ ſuper naturalẽ rationẽ extollitur, ergo non omnia præcepta moralia legis diuinæ ad legem naturæ ſpectant. In contrarium eſt illud Apoſt. ad Rom. 2. Gentes quæ legẽ nõ habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt, vbi moralia præcepta deſignabat. Paul us. Paulus.

Quæſtio præſens non tantum mouetur de præceptis Decalogi, verum vniuerſim de cunctis quæ per ſe ad mores pertinent. Ad quam duabus concluſionibus reſpõdetur, Prior eſt, Vniuerſa moralia præcepta nõ ſolũ quæ ueteri teſtamento ſcripta sũt, immo ſi quæ ſint alia, ſunt de lege naturæ, Prima conclu.

Pro

Proba. tio. Proba ur concluſio, Præcepta moralia, ſic definitum eſt, à ceremonialibus iudicialibuſque diſtare quod per ſe, hoc eſt natura ſua, quacunque ſecluſa poſitiua lege ad mores pertinent, nam ceremonialia atque iudicialia non per ſe, ſed quia per arbitrariam legem poſita ſunt, ad mores attinent. Probitas autem morum per ordinem ad rationem naturalem, quæ humanarum actionum proprium principium eſt, exiſtimari debet: Sicuti lapidis aut ligni rectitudo per hoc, quod normæ commeſurantur, nempe vt illi mores dicantur, ſintque probi, qui rationi concordant: reprobi autem, qui ab eadem diſcrepant, rationis autem iudicium, tam practicum, quam ſpeculatiuum ex principijs ad cõcluſiones procedit, hoc enim ipſum eſt ratiocinari. Fit ergo conſequens, vt omnia præcepta moralia, ſiue principia ſint ſiue concluſiones, ſint de iure naturæ, ius enim nihil aliud eſt, quam regula. Secunda concluſio. Præcepta id genus moralia in triplici gradu ſunt de iure naturæ, ſecundum tres diuerſos modos, quibus ab eiſdem primis naturæ principijs deſcendunt. Quædam enim ſunt concluſiones, quæ protinus nullo ferè negotio, ſed qualicunque conſideratione quiſque per eadẽ uniuerſalia principia approbat aut reprobat. Et hæc ſunt in primo gradu. Sicuti. Honora patrem tuum & matrem tuam: Non occides, non furtum facies: & huiuſmodi. Ex illo namque principio, Id facias alijs q̃ tibi fieri uis ſubſumpta hæc, naturaliter quoque per ſe nota, quòd uelles à filijs tuis honorari, ſequitur quòd & tu debes honorare parentes. Niſi maius ex illo id deducere, quòd qui beneficium recipit, beneficium det et; ſummum quippe temporalium beneficiũ eſt, quod a parentibus recipimus. Rurſus ex illo, Id ne facias alij quod tibi fieri non vis, ſubſumendo ſtatim quòd nolles ab alio lædi uel in perſona, vel in bonis colligitur; Non occides, Non furtum facies, Non adulterabis. Alia uerò ſunt quæ non ſtatim cuiuſque ratio ex eiuſdem principijs colligit, niſi ſubſidio adiuta ſapiẽtum, quorum eſt penitus res meditari. Veluti illud Leui. 19. Coram cano capite conſurge & honora perſonam ſenis. Hoc enim non eſt adeo notum, quam debitum honorandi parentes. Et illud Euangelij; Ne dicas fratri tuo, Racha: quod non tam manifeſtum eſt, quam prohibitio non occidendi. Sed alia ſunt, quę licèt ſint rationi naturali conſentanea: tamen non poteſt per ſeipſa ratio niſi diuinitus illuſtrata attingere. Cuius ordinis multa ſunt quæ ad diuinũ cultum pertinent. Non facies ſculptile: Non aſſumes nomen Dei tui in uanum. Hæc enim & ſimilia eadem ratio naturalis niſi diuino fulgore irradiata, non medullitus callet. Quo autem hæc pluſculum lucis accipiant, arguitur contra, & primo, Præcepta moralia atque iudicialia, ut quæſtione proxima dictum eſt, deriuantur quoque à iure naturæ: nam ſunt etiam rationi congruentia; alias non haberent rationem legis, vt ſuperiori libro monſtrauimus, deberent ergo collocari in aliquo gradu iuris naturæ. Mox, præcepta. Decalogi, vel cenſentur principia uniuerſalia iuris naturæ, vel cunclusiones. Primum dici non poteſt, quoniam, vt S. Thom docet non ſunt niſi concluſiones inde proximè pollulantes, ſi ergo ſunt concluſiones, quomodo collocãtur in primo gradu? Item illa, quę ſupra naturam Deus nos docet, non ſunt de lege naturæ, cur ergo illic cõſtituimus tertium gradum? Ad primum ex ſuperioribus colligitur reſponſio. Etenim etſi ceremonialia ac iudicialia à iure naturæ deſcendant, non tamen per conſequentiam, & illationem naturalem. ſicut concluſiones ex principijs, ſed per determinationem generis ad ſpecie, legiſlatoris arbitratu. Et ideo potius ponuntur in altero ordine à lege naturæ ſemoto, quam collocentur in eius recta linea. Ob idque hęc non permanſerunt ſub lege Euangelica, ſicuti moralia, ſed abolita ſunt. De materia uero ſecundi argumẽti, variè a doctoribus opinatur. Nam in 3. ſenten. diſtin. 37. Scotus & Scholaſticorum nonnulli uniuerſalia principia naturæ conſtituunt in primo gradu, concluſiones autem tam ſecundæ tabulæ Decalogi quam alias in ſecundo. De iſtorum autem opinione infra articu 8. preſſius diſputandum eſt. Interim tamen profectò animaduertenda eſt ſententia S. Thom. ne quis fallatur, arbitratus Decalogum conſtituere inter vniuerſalia principia, pro eo quod ipſum ſtatuit in primo gradu. Enimuero prima per ſe nota principia non faciunt gradum, ſed ſunt radix & fons; gradus enim idẽ eſt, quod greſſus, vnde ſicut in linea conſanguinitatis ſtirps, & radix

Secũda conclu. Triplex modus a quo moralia p̃cepta a naturalibus deſcendũt.

Primus

Secũdus

Tertius.

Obijcit aduerſus p̃fatã uerita tem.

Prima ratio.

Secũda ratio.

Tertia ratio.

Ad primã obiectionem

Ad ſecũdam. Scotus.

non eſt gradus, ſed fratres inde proximè cadentes ſunt in primo: ſic in iure naturæ principia non ſunt gradus, ſed quæ inde conſequentia deſcendunt. Et per elongationem ab eiſdem principij cæteri gradus diſcernũtur. Itaque cum in Decalogo ſint duæ tabulæ, ſeptem poſteriora, quæ ſunt in ſecunda, collocantur in primo gradu: in ſecundo uero illa quæ ſunt extra Decalogũ. Qualia ſunt præcepta honorandi ſeniores, & alia quæ non pertinent ad iuſtitiam. Sed in tertio conſiſtunt præcepta primæ tabulæ. Igitur non ſtatuuntur in tertio ordine, propterea quòd non ſint omnium digniſſima, immo propterea iudicantur à principijs naturæ elongatoria, quòd ob ſuã ſublimitatem ratio noſtra illa non plenè inde elicit, niſi diuinitus adiuta. Sicuti & in illis ſecundi gradus ſapientum indiget diſciplina. Alter igitur dignoſcitur inter hæc dignitatis ordo, alter verò cognitionis. Quid enim naturæ amicius conſentiens, quidve dignius quã præcepta primæ tabulæ, quippe quæ ad cultum unius Dei ſpectant: Et tamen quia ab humana cognitione ſunt remotiora, nullum inter Ethnicos ſcelus tã late percrebuit, quã idololatriæ impietas. Nam circa alia præcepta ſecundæ tabulæ minime erratum eſt: Et circa illa, quæ sũt in ſecundo gradu minus quam circa primam tabulam. Atque hic ordo cognitionis eſt, quem ſcientiſſime S. Tho. per gradus diſtribuit. Quæret autem hic fortaſſe Lector, vtrum omnes gradus illi prohibiti Leui. 18 eſſent de iure naturæ? Reſpondetur verò, quòd illi qui per lineam rectam aſcendebant, iure naturæ erant prohibiti: vt, Turpitudinem matris tuæ non reuelabis. Et cum filia & cum nepte: præterea cum nouerca & cum ſorore. Alia verò ad latus poſita, ut cum ſorore matris, aut patris, aut cum vxore fratris, non erant prohibita, quia mala, ſed mala, quia prohibita iure diuino poſitiuo. Quocirca illa quidem erant moralia: hæc uerò iudicialia. Ac proinde iſti poſteriores gradus nõ ſunt in Euangelio prohibiti: eſſentque iure naturę liciti, niſi Eccleſia humano iure illos interdixiſſet propter deformitatem, quam præ ſe ferunt: ſed de his latius articulo octauo inter agendum de iſtorum diſpenſatione.

Ad tertiam.

Quæſt.

Solutio.

Ad primã arg.

Et per hæc patent argumentorum ſolutiones. Dicuntur enim præcepta moralia, diſciplina: propterea quòd nõ ſunt prima uniuerſalia principia per ſe nota, ſed quæ dilucidatione nonnulla indigent. Et ad ſecundum reſpondetur, quòd ſicuti leges humanæ aliqua adijciunt iuri naturæ, ſic & diuina adiecit ceremonialia & iudicialia. Atque ad tertium reſpondetur, quòd etſi fides ſit lumen ſupernaturale, nihilominus neceſſaria eſt ad dilucidandum nonnulla naturalia præcepta: quæ licet colligantur ex iure naturæ, tamen propter ſuam celſitudinem indigent ſupernaturali radio, ut uniuerſis moralibus clareſcant. Qua ratione fides articulum unius Dei inter alios cõ numerat, qui tamen naturali lumine ſapiẽtibus innotuerat. Ex quo fit, in illo ſuperius aſſerto, nempe præcepta moralia eſſe, quæ per ſe ad bonos mores attinent, uocem, per ſe ſupernaturale lumen non excludere: ſed duntaxat poſitiuam aliam legem: ut expoſitum eſt. Itaque etſi nulla eſſet lex poſitiua, naturale tamen ius præciperet unum coli Deum, & reliqua primæ tabulæ, tamen niſi lumen fidei mortalibus irradiaſſet, non omnes ea planè perſpexiſſent.

Ad ſecũdũ arg.

Ad tertiũ arg.

ARTICVLVS II.

Vtrum præcepta moralia legis ſint de omnibus actibus virtutum.

SEquitur in ſecundo articulo ut ſufficiẽtiam eorundem præceptorum perpendamus. Et arguitur quod non ſint de omnium uirtutum actibus. Obſeruatio illorũ dicitur iuſtificatio, ſecundum illud Pſalmi, Iuſtificationes tuas cuſtodiam iuſtificatio autem eſt actus iuſtitiæ, ergo in ſola hac uirtute uerſantur cuncta.

Arg. 1.

Secundò ad idem arguitur ex nomine ipſo precepti, quod rationem debiti ſignificat, debitum namque ad nullam aliam uirtutem attinet, quam ad iuſtitiam, per quam unicuique ius ſuum redditur. Et accedit huc tertio, quod lex (ut ſupra dictum eſt) ob bonum commune ponitur, quod ut 5. Ethicor. auctor eſt Ariſto obiectum eſt iuſtitiæ. In contrarium eſt, quod Auguſtinus ait, peccatum nihil aliud eſſe quam dictum uel factum uel concupitum contra legem Dei. Et Ambroſius tranſgreſſionem eſſe legis diuinę, & cœleſtium inobedientiam mandatorũ: peccata verò cũctis uirtutibus

Arg. 2.

Arg. 3.

Ariſt.

Aug.

Ambro.

aduer-

aduerſantur ergo & moralia præcepta legis ad vniuerſas protenduntur.

Prima conclu. Articulus præſens nõ ſolũ ob id in quæſtionem prolatus eſt, vt conſtet quam latè virtus diuinæ legis protendatur, quæ de vniuerſis virtutibus iubet: verum vt humanarum collatione eius præſtantia innoteſcat. Tribus igitur concluſionibus diſſoluitur, Prima: Leges humanæ de ſolis iuſtitiæ actibus primaria intentione præcipiunt de reliquis vero virtutibus non niſi quatenus ad iuſtitiam referuntur. Concluſio hæc ſuperiori libro, q. 6. ſua fuit genuina ratione demonſtrata, quę hic tamen in gratiam diuinæ legis recolenda eſt. Legis inquam cuiuſque præcepta (vt ſupra oſtenſum eſt) ad commune bonum ordinem habent. Quapropter (vt 3. Polit. Ariſt. docet) ſecundum aduerſas politias diuerſæ ſtatuuntur leges: aliæ ſcilicet in Democratia, aliæ in Ariſtocratia, atq; aliæ in Regno, quoniam diuerſimodè ſibi proponunt commune bonum; lex autẽ diuina & humana, iam ſupra monſtratæ ſunt fine differre. Nam humana ſolum proponit humanum bonum, quod ad pacem amicitiamque inter homines ſpectat, homines autem amicitiæ fœdera per ſola extera illa officia retinent, quæ sũt virtutis iuſtitiæ: per quam ſcilicet vnicuiq; qđ ſuũ eſt, tribuitur: lex ergo humana primaria propoſito ad iuſtitię virtutem attendit. Et ſi quæ alia de fortitudine, deq; temperãtia iubet, non niſi quatenus ad ſuum commune bonum referũtur. Præcipit inquam fortitudinem, non quæ cibi neceſſaria eſt ad tuas propulſandas iniurias, ſed quæ rei bellicæ neceſſaria eſt, puta, ne locũ in acie deſeras. Iubet idem temperantiæ modera men, non tamen quo non ſis aut te cum, aut cum tua vxore intemperans, ſed quò adulterium non committas. Sententia eſt Ariſt. 5. Ethic. c. 1. vbi ais leges de omnibus dictare, conſectantes aut communem omnium vtilitatem, aut optimum, aut principum, vbi tria genera politiæ diſtinguit.

Suadẽt concluſ.

Secũda conclu. Secunda concluſio: Lex diuina non de iuſtitiæ tantum actibus ſed de vniuerſarum virtutum operibus. ex æquo præcepta ponit: Probatur ratione contraria: Finis diuinarum legum non eſt illa, quæ inter homines eſt benevolentia, ſed ipſorum cũ Deo amicitia, aç ſubinde familiaritas, tum in præſenti ſæculo, tum demum in futura æternitate, homo autem non ſolum per officia iuſtitiæ & ſpecialis virtutis fit Deo charus, verum & per vniuerſas ſtudioſas actiones, quibus homo ſecum rectè viuit, non modo extere, verum etiam interna mente, in qua Deus ſuam impreſſit imaginem. Præcipit ergo lex diuina actus fortitudinis temperantiæ, manſuetudinis, &c. non ſolũ in ordine ad iuſtitiam inter homines, ſed inſuper, quatenus in homine ipſo diuinam imaginem exornant. Quare ex æquo primariaque intentione tam intellectuales virtutes, quæ ſunt rationis lumina, quam morales, quæ appetitum eidem rationi ſubijciunt, iubet. Nempe tres in primis Theologicas, fidem, ſpẽ, & charitatem: mox & quatuor morales, ſecundum illud Sapien. 8. de eadem diuina lege & ſapientia aſſertum: Sobrietatem & ſapientiam docet, & iuſtitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus. Tertia con cluſio: Nam omnia virtutum opera eodẽ cogendi rigore proponit, ſed illa quæ ad neceſſarium rationis ordinem ſpectant, ſub reatu culpæ iubet: reliqua verò, quæ ad cumulatiorem virtutum perfectionem, ornatumque attinent, ſub forma conſilij admonet. Qualia ſunt illa, quæ pertinent ad inimicorum dilectionem, vt Prou. 25. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum. Et reliqua præcepta miſericordiæ, vt c. 3. de primitijs omnium frugum tuarum da paupe ribus. Duplex autem licet exigua, dubitatio ex his fit reliqua Vna ſcilicet differentia inter humanam legem, ac diuinam cõſtituta. Apparet enim in contrarium, quod diuina perinde atque humana principem intentionem dirigat ad iuſtitiam. Nam præcipue exigit obedientiam, quæ eſt generalis iuſtitia. Præterea quidquid iubet, eo refert, vt vel particularem iuſtitiam, quæ eſt inter homines cõfoueat, vel illam qua appetitus rationi ſubditur, ergo nun quam exit iuſtitiæ tramites. Ad hoc autẽ facile reſponde ur, in hoc diſcrimen conſiſtere, quod humana lex habet profine iuſtitiam ſpecialem virtutem, quæ humana ſocietas fideſque conſtat, lex autem diuina ſimpliciter cuiuſque perfectionem. Nam obedientia, quæ pertinet ad legalem iuſtitiam, non eſt finis legis, ſed eſt virtus, quæ ſubijcit ciues principi, finis enim legis eſt per obedientiam facere bonos ciues. Illa autem ſubiectio appetitus ad rationem, etſi ad finem legis pertineat, eò quod in il-

Tertia conclu.

Gemina dubitatio.

Prima rõ dubitandi.

Secũda ratio.

Ad primã dubitationẽ.

la conſiſtit humana perfectio, tamen cum non ordinet hominẽ ad alium, ſed ad ſeipſum, non habet proprie rationem iuſtitiæ,
Ariſtot. ſed (vt ait Ethic. Philoſophus) metaphoricam, pro quanto appetitus, & ratio eiuſdẽ ſuppoſiti conſiderantur vt duo. Altera vero dubitatio eſt, quod non videtur lex vetus vniuerſas 6.) Chriſtus collationes facta
Secũda. Dubitatio. inter ambas leges, ait, Audiſtis quia dictũ eſt antiquis. Non occides. Ego autem dico vobis: Qui iraſcitur fratri ſuo, &c. Et ideo præmiſit: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra, plus quam Scribarum & Phariſæorum, nõ
Solutio. intrabitis in regnum cœlorum. Reſponde tur quod quidquid Chriſtus expreſſit, quod veram habeat rationem præcepti, cõcludebatur in lege veteri, ſed Phariſæi erãt qui eam obnubilauerant. Nam ſi Chriſtus prohibuit inimicorum odium, idem etiã prohibebatur Leui 19. vbi legitur: Non oderis fratrem tuum in corde tuo Etſi Chriſtus concupiſcentiam cordis compeſcuit, idem ſcriptum erat Exo. 28. Non concupiſces vxorem proximi tui.

Ad primũ arg. Ad primum igitur argumentorum reſpondetur, quod vbi diuina mãdata appellantur iuſtificationes, non trahitur nomen a iuſtitia ſpeciali virtute, quæ eſt inter homines: ſed à iuſtitia qualis eſſe debuit inter hominem & Deum, quæ eſt legalis generaliſque virtus; inde ſcilicet quod debemus proprias voluntates rationi ſemper ac per inde diuinis eius iuſſis habere conformes, qua ratione in eius amicitia perſiſtimus.

Ad ſecũdũ arg. Et pari modo reſpondetur ad ſecundum. Nam etſi omne præceptum rationem debiti præſeferat, non tamen debiti ſpecialis iuſtitiæ, ſed debiti, quod eſt voluntatis ad rationem, atq; hominis ad Deum, quidquid enim obediẽtiæ rõni debitum eſt, deberur & Deo, qui rationi eſt auctor. Et hæc eſt obedientia generalis. Tertium denique iam
Ad tertiũ arg. ſolutũ eſt. Nã etſi omnis lex in bonum cõe referatur, commune tamen bonum aliter lex humana proſpicit, aliter verò diuina.

ARTICVLVS III.

Vtrum omnia præcepta moralia veteris legis ad decem Decalogi reducantur.

CVm definitum ſit legem veterem de omnium præcepiſſe virtutũ actibus & tamen in decalogo non extent niſi decem præcepta iuſtitiæ, quærendum ſupererat, vtrum reliqua aliarum virtutum ad hæc decem reducantur? Et arguitur à parte negatiua. Prima omnium capit. vt Matth. 22. legimus, ſunt: Diliges dominum Deum tuum, & Dileges proximum tuum, hæc autem nec ſunt in Decalogo poſita, nec videntur ad ipſum poſſe reduci, ergo non omnia reducuntur ad ipſum. Secundo arguitur: Tertium præceptum, Memento vt diem Sabbathi Sanctifices, appareret ceremoniale, moralia vero non reducuntur ad ceremonialia, ſed potius econuerſo, cum moralia ſint concluſiones naturalis iuris, ceremonialia vero, minimè, ergo non omnia reducuntur ad Decalogum. Tertiò. Præcepta moralia non ſolum ſunt de actibus iuſtitiæ, ſed patent præterea ad reliquas virtutes, quæ ad mores pertinent: in Decalogo autem non extant niſi iuſtitiæ præcepta: ergo non omnia illuc reducuntur. In contrarium autem eſt gloſſa ſuper illud Matth. 5. Beati eſtis cum vobis maledixerint homines, dicens, quod Moyſes decem præcepta proponens, poſtea per partes explicuit.

Argu. 1. Argu. 2. Argu. 3. Gloſſa.

Quæſtio hæc inferius art. 11. vbi in particulari aliorum numerus præceptorum refertur, lucidius patebit, nunc ergo tantum in genere duabus concluſionibus abſoluetur. Prior eſt diſcrimen inter decalogum ac reliqua præcepta, hoc eſt potiſſimum, quod decem illa Deus Angelorum miniſterio, (vt dictum eſt) in tabulis Moyſi inſculpſit: alia, verò dedit per Moyſen. Eſt ergo mediatè ſpeculanda differentia, quod ſolum Decalogum homo à ſolo doctus eſt Deo, reliqua vero ab hominibus. Rationi autem conſonantiſſimum erat, vt Deus tanquam naturæ auctor illa ex ſe duntaxat doceret, quæ vel naturalis ratio perexigua adhibita conſideratione ex primis naturæ principijs elicit, vel ex infuſa fide protinus innoteſcunt, quorum hæc ſunt in prima tabula, illa vero in ſecunda, vt inferius patebit. Et quoniam inter omnes virtutes patẽtiſſima eſt iuſtitia, in hac explicanda virtute Decalogus verſatur. Quapropter duo præceptorum genera prætermiſit, illa. ſ. quæ tanquam per ſe nota principia in mentibus noſtris conſignauerat, hæc enim nulla præterea editione indigebant: vt, Id ne facias

Prima concluſ. Rõ concluſion.

alijs,

alijs, &c. Mox & illa quæ vigilantiorem exigunt ſapientum indagationem, quæ ſcilicet Moyſi & alijs deinde ſapientibus docenda reliquit. Hinc ergo colligitur poſterior concluſio. Nempe quod omnia ad Decalogum reducantur. Nam ille generalia principia continetur in Decalogo, ſicut principia in proximis cõcluſionibus, quoniã. Non occides. Non furtum facies, &c. nihil aliud eſt, quam. Id ne facias alijs, quod tibi fieri non vis. Reliqua vero continentur in eodem Decalogo, ſicuti concluſiones in ſuis principijs. Vt illud Leuit. 19. Coram cano. capite conſurge; virtute continetur in illo quod eſt Honorare parentes; &, Non fornicaberis, ad id quod eſt. Non mœchaberis; & illud; Non fœnori dabis; ad id quod eſt. Non furaberis. Attamen quia copioſius ac luculentius artic. 11. explicanda hęc ſunt, illuc vſq; reliqua ſunt expectanda.

Secũda concluſ.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur argumentum reſpõdetur, ideo illa principia de dilectione Dei & proximi non eſſe in Decalogo expreſſim poſita, quòd nulla editione opus habebant, eo quod ſint per ſe nota, ſed Decalogus fuit illorum explicatio. Prius enim ſtatim per fidem fit notum; vt articulo proximo patentius ſit. Quicunque enim fatetur eſſe Deum, eadem ipſa confeſſione compertiſſimum habet eundem a ſe eſſe diligendum. Neque quidquam eſſe poteſt rationi naturali apertius conſentiens.

Attamen quia diligens modus, cum res ſit ſupernaturalis, non ſit cunctis mortalibus in comperto, eundem expreſſit in pręceptis primę tabulę, ad quę ideo precepta reducitur, tanquam principium in ſuis concluſionibus contentum. Ac pari modo ſecundum de dilectione proximi reducitur ad præcepta ſecundæ tabula.

Ad ſecũdũ arg.

Ad ſecundum argumentum iam ſupra dictum eſt; pręceptum ſanctificandi feſti in genere, puta vt tempus aliquod diuinis meditationibus offeramus, non eſſe ceremoniale, ſed morale; in particulari autem eſſe ceremoniale.

Ad tertiũ arg.

Tertijquoque reſponſio itidem explicata eſt. Enimuero cum Decalogus illa tantum cõtineat pręcepta, quę Deus per ſe tulit, ipſum autem non niſi manifeſtas naturę concluſiones exprimere decuerit, & pręceptum omne pręſcferat rationem debiti, quę quidem ratio in virtute iuſtitię patentior ſit, in reliquis vero latentior, conſequens eſt, vt decalogus ea tantum pręcepta complectatur, quę pertinent ad iuſtitiam; Reliqua vero de fortitudine, deque temperantia, ac de ceteris, qua parte includunt rationem debiti, ad eundem Decalogum reducuntur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum præcepta Decalogi conuenienter diſtinguantur.

POſt tres ſuperiores articulos de pręceptis moralibus in genere diſputatos, deſcendendum eſt peculiariter ad Decalogum. De cuius diſpoſitione adhibentur alij quatuor, nempe de diſtinctione eorũ, deque numero, ordine, & traditionis figura. Quæritur ergo vtrum pręcepta Decalogi vt iacent Exod. 26. ſint conuenienter diſtincta in tria primę tabulæ, & ſeptem ſecundæ? Et arguitur a parte negatiua. Fides quæ intellectualis eſt habitus, & latria, quæ eſt religionis adoratio, duæ ſunt virtutes diſtinctæ, ergo diſtincta ſunt præcepta fidei, & latriæ, vt illud. Non habebis deos alienos coram me, pertineat ad fidẽ, quod autem ſubditur. Non facias ſculptile, ſpectet ad latriam. Ex quo fieret conſequens eſſe quatuor primę tabulæ.

Primũ argum. a parte negatiua.

Secundò. Illud primum verbum, Ego ſum Dominus Deus tuus, eſt affirmatiuũ, quod autem ſequitur. Non habebis deos alienos coram me, eſt negatiuum; præcepta autem affirmatiua diſtinguuntur a negatiuis; ergo ſunt duo, ac perinde reſultabunt quinque primę tabulæ, nempe adiunctis duobus alijs; Ne iures vana per eum, &, Sabbatha ſanctifices. Tertiò, Concupiſcentiam non niſi vnam ponit Apoſtolus ad Rom. 7. vbi ait, Concupiſcentiam neſciebam niſi lex diceret. Non concupiſces, ergo vnica eſt concupiſcentiæ prohibitio. atque adeo diſtingui non debet in vnam concupiſcentiæ vxoris alienę, & alteram aliarum rerum. In contrarium eſt auctoritas Auguſtini ſuper eodem loco Exodi, diſtinguentis tria precepta primę tabulę, & ſeptem ſecundæ.

Argu. 2.

Argu. 3. Paulus.

Auguſt.

De præceptis Decalogi, nemo negare poteſt eſſe decem, nomine id planè pręclamante. Quare de hoc vna eſt omnium cõcors ſententia. Item eodem conſenſu affirmant.

Geminat aſſertio de qua interroẽs conſtat

firmant in prima tabula fuiſſe ſcripta præcepta pertinentia ad dilectionem cultum que Dei, in ſecunda vero illa, quæ dilectionem proximi explicatè continent. At verò quot ſint tam hæc, quam illa, non inter omnes vnanimiter cõſtat. Sunt enim tres opiniones. Prima Iſychij ſuper illud Leuit. cap. 26. Ita vt decem mulieres in vno clybano coquant panes, qui ponit quatuor in prima tabula, & ſex in ſecunda, vt primum ſit illud affirmatiuum. Ego ſum Dominus Deus tuus.

Tripltx opinio. Prima Iſychij.

Secundum. Non habebis deos alienos coram me. Atqui Hieronym. Oſeæ 10. ſuper illud, Cum corripientur propter duas iniquitates ſuas eodem modo duo hæc ſecreuit. Tertium ponit Iſychius. Non facies tibi ſculptibile: & quarum. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum: Illud autẽ de obſeruatione Sabbathi, illic inſertum, non cenſet connumerari inter præcepta, neque intelligendum eſſe ſecundum literam, eo quod cum mutatum fuerit apud Chriſtianos in Diem dominica, non illud connumerat inter præcepta moralia. Illa namque immota permanſerunt. Sed ait intelligi ſecundum Spiritum, vt nullum mundi huius opus vnquam faciamus. In præceptis autem ſecundæ tabulæ nonum ac decimum compingit in vnum. Quare non facit, niſi ſex. Secunda opinio eſt. Origenis eodem loco, itidem, diſtinguentis quatuor primæ tabulæ, paulò tamen differentius ab Iſychio. Illud enim, Ego ſum Dominus Deus tuus, non facit diſtinctum præceptum, ſed pro eodem illud exiſtimat atque ſubſequens. Non habebis deos alienos, ſecundum vero arbitratur, Non facies ſculptile, ac tertium. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, ac denique quartum Memento vt diem Sabbathi ſanctifices. Reliqua vero ſex cogitur veluti Iſychius conummerare. His tamen non obſtantibus ſtatuitur certa concluſio, quæ eſt Auguſtini eodem loco, Præcepta Decalogi diſtinguuntur in tria primæ tabulæ, & ſeptem ſecundæ. Ad horum autem perſpicuam intelligentiam notandum eſt duarum tabularum primam haberi mentionem Exodi 31. vbi poſtquam enarrantur præcepta, quæ Deus dedit Moyſi in monte, ſubditur, Dedit quoque Dominus Moyſi completis huiuſcemodi ſermonibus in monte Sinai duas tabulas lapideas, ſcriptas digito Dei. Vbi neque nominantur prima & ſecunda, neque memoratur quid in alterutra fuerit ſcriptum, Hæbreorum autem confeſſio eſt, in vtraque fuiſſe ſculpta quinta præcepta: Eſt quippe ſententia Ioſephi legis peritiſſimi libro tertio antiquitatum, capite ſexto. Illic in quam ait in vtraque quinta verba fuiſſe ſcripta, in vna ſcilicet quatuor de dilectione Dei: ſeiungit enim in duo. Ego ſum Dominus Deus tuus, &, Non facies ſculptile, ex quo Origenes & poſteà Hieronymus illam opinionem ebiberunt. Et in eadem priori tabula quintum collocat mandatum de honore parentibus deferendo, eam fortè ob rem, quod cum Deus ſit ex quo omnis paternitas deriuatur, voluit, vt ſui inſtar parentes noſtros honore coleremus. Atqui eſt vero quam ſimillimum, ſic fuiſſe diſtributa pariter præcepta, quoniam tabulæ æquales erant. Et eſt nata ex illis coniectura, in ſecunda tabula nõ extitiſſe niſi quinque negatiua. Non adulterabis. Non occides. Non furaberis. Non falſum teſtimonium dices Non concupiſces. Nam præciſe hæc conſulto cõnumerat Paulus ad Roman. 13. vbi ait. Hæc omnia inſtaurari illo verbo Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Nam quod addit. Etſi quod eſt aliud mandatum, non adhibuit niſi propter illa quæ extra Decalogum vagantur. At vero quoniam duo iſti ordines in duo capita de dilectione Dei & proximi reſoluuntur, nõ tam ad numerũ, quam ad myſterium alij patres attendentes, illa quæ dilectionem Dei referunt, appellant primam tabulam, illa vero quæ dilectionem proximi, ſecundam. Mox & hoc re colendum, quod primum præceptũ trina habet in Exodo mẽbra, ſcilicet, Ego ſum dominus Deus tuus. Non habebis deos alienos coram me. Nõ facies tibi ſculptibile. Atque hoc anſam prębuit varia de ipſo opinandi. His ergo præhabitis, quia aſſerta concluſio duo habet membra, probatur qꝫ in prima tabula tria ſint tantum præcepta. In primis Iſychius violenter nimis à Decalogi numero præceptum detruncauit obſeruandi Sabbathi. Primum, quod cum reliqua in ſenſu literali, ceu ad mores pertinentia, fuerint illic conſcripta, abſurdũ eſt dicere illud ſolum in ſenſu ſpirituali fuiſſe permiſſum: cum tñ eadem ferie ſint oĩa diſpoſita. Deinde, qꝫ cum in illa tabula de diuino cultu homi-

Hieron.

Paulus.

Secũda opinio Origen.

Alterũ documẽtum.

Concluſio Tertia opin. Auguſt.

Primũ documẽtum,

Probatio prioris mẽbri poſitæ cõcl.

Iſychi⁹.

Prima ratio in Iſychiũ.

Secũda ratio.

homines erudirentur, curta fuisset nisi tempus aliquod eidem diuino culti dicasset: quem cultum præceptum illud explicat.

Tertia ratio. Præterea, quod cum illa fuerit explicatio naturalis iuris, & nulli essent mortalium quàm dijs suis non statos dies feriassent, necessarium erat, vt Deus suæ familiæ & festem, & eius rationem explicaret. Ad

Quarta ratio. hæc, quod sensus spiritualis abstinendi à peccatis, parum illic ad rem attinebat: de quo latius quæstione sequenti. Argumentum autem in contrarium supra in simili

Soluitur fundamétum prædicti auctoris Argum. Augusti. in Origenem. solutum est. Enimuero cum præceptum diuini cultus morale sit, ritus verò in particulari, ceremonialis, sit, vt vnum seruare festum sit morale, quod autem hic aut ille dies, pertineat ad ius Ecclesiasticum. Contra opinionem verò Origenis arguit Augustinus, quod idem sit, vnum colendum esse Deum, & non habere Deos alienos. Nam cum nemo possit duobus dominis seruire, vnum cole Deum, accipitur exclusiuè: Quod autem adijcitur, Non facies tibi sculptile, perfectius id explicat quod dixerat Non habebis Deos alienos. Facere nāque sculptile, non est interdictum, nisi quatenus idololatriæ impietas est. Nam Exodi 25. cap. Imagines Seraphin præcipiebātur in templo collocari. Igitur cum totum illud vnum sit, & secundum, Non assumes nomen Dei tui in vanum, ac tertium, Memento diei Sabbathi, sit vt secundum Trinitatem personarum, tria quoque sint præcepta illius tabulæ: Rursus merito arguit

Alia eiusdem ratio. quod prohibitio concupiscendæ vxoris alienæ diuersa sit ab alia, concupiscendi res alienas. Nam secundum Peripateticum principium, actus distinguuntur per obiecta: & clarum est muliebrem vsum diuersum esse obiectum à rerum possessione: quare alterum ad luxuriam pertinet: alterum verò ad auaritiam.

His nihilominus constitutis, dubium ingerunt argumenta initio quæstionis obiecta. Est enim primum in fauorem dicentium duo esse præcepta: Non habebis Deos

Ad primū arg. alienos: &, Non facies sculptile. Nam prius

S. Tho. apparte fidei: posterius verò latriæ. Ad q̄ non ita multum perspicuè Sanctus Thom. respondet. Ait quippe non fuisse necessarium, vt præceptum fidei exprimeretur in Decalogo: nam illud præsupponitur tanquam principium. Sicuti art. precedenti dictum est de generali præcepto dilectionis. Vnde Paul. ad Hebr. 2. Accedentem, inquit, ad Deum oportet credere, quia est. Quare non indigebat noua promulgatione: sed tamen oportuit addere præceptum latrię, quæ est protestatio fidei. At verò non explicat vtrum illorum duorum sit habendum pro præcepto primæ tabulæ. Neque verò explicat sit ne illud præceptū negatiuum an affirmatiuum. Et ideò certe Solutio. solutio eius videtur mutila. Nam inferius articulo septimo ad primum, in præceptis S. Tho. videtur mutila. primæ tabulæ solum vnum agnoscit affirmatiuum, de sanctificatione Sabbathi: insinuans duo priora esse negatiua: & tamen in forma communi ecclesiæ primum præceptum est. Vnum cole Deum. Sic ergo ac- Mens S. Thom. cipito mentem eiusmodi sancti Doctoris, quam arbitror esse verissimam. Ex illis in quam tribus membris primi præcepti illud quod est in capite, Dominus tuus vnus est non est morale præceptum: sed fidei veritas, quam confiteri tenetur quicūque ad eum accedit. Qua propter cum illi qui legem Dei accipiunt, iam tunc se profiteantur eius subditos, præsupponere debent cōfessionem fidei, vt ait Paul. Atque hoc est quod S. Thom. dicit fidem præsupponi ante Decalogum. Secundum autem, scilicet, Non habebit Deos alienos, licet sit expressio eiusdem fidei, pertinet nihilominus ad latriam, & cultum. Igitur licèt S. Thom. in argumento duo illa proposuerit, Non habebis Deos alienos, Non facies tibi sculptile: quasi prius ad fidem pertineret: posterius verò ad latriam: responsio tamen eius S. Tho est, eiusmodi distinctionem negare. Immò prius censent esse primum mandatorum Decalogi ad latriam pertinens: posterius, nihil aliud quam eius explanationem. Sed arguis: Ergo secundum eum nullum est preceptum fidei: quando quidem a Decalogo illud excludit. Negatur consequentia: immo expresè 2. 2. quæst. 1. art. 8. illud affirmat. Quin etiam hic: sed ait quod tale præceptum non est intra Decalogum; sed eius præambulum, sicut præceptum dilectionis. Quo quidem præcepto & antiqui etiam tenebantur: quin verò & omnes in lege naturę quantum ad illam fidem qua ait Paul Quia Deus, est, & quia remunerator est Quo fit, vt primum Decalogi præceptum, sit in forma negatiuum: sed tamen affirmationem comprehendēs, vt ait statim in solutione secundi. Quare

Primū Decalogi præceptū licet negatiuū formā p̄se ferat, affirmationem tamen includit. Paru-

nom

non fuit operępretium duo ſeparari, ſicuti: Honora patrem, & matrem: &, Non occides. Quocirca non repugnat ut affirmatiuè quoque proponatur. Vnum cole Deũ.

Ad tertium argumentum. Tameſi huius peculiaris cõſideratio quęſtione ſequẽti redibit. Ad tertiũ iam nũc dictum eſt, ubi deſignata eſt diſcriminis ratio inter concupiſcẽtiam mulieris, & auaritiam aliarum rerum. Attamen quoniam ambę in vnam generalẽ rationẽ appetendi coeunt, ſub eodem nomine Paulus vtramque complexus eſt.

ARTICVLVS V.

Vtrum præceptorum Decalogi numerus congruat.

IN articulo præcedenti de diſtinctione tantummodo præceptorum primę & ſecundę tabulę definitum eſt: ita quòd illico ſubſequitur de numero diſputare, videlicet, an denarius congruerit? Et arguitur a parte negatiua: Peccatum, ut ſupra ex definitione quam Ambroſ. quam Aug. patuit, eſt tranſgreſſio diuinę legis: peccata autem triformia ſunt: nempe, quibus quis peccat aut in Deum, aut in proximum, aut in ſeipſum. cum ergo in Decalogo nullum præceptum tertij generis exiſtat, puta quo homo in ſeipſum componatur, diminutus eſt. Secundo: & in præcepto tertio primæ tabulæ apparet cultus: cum ex tam multis ſolennitatibus ac ſacrificijs, quibus Deus colebatur, de uno tantum Sabbatho mentionem fecerit. Atque idem fit argumentum contra ſecundum: vbi tantum cautum eſt, ne nomen Dei aſſumatur in vanum: cum tamen præter periurium paſſim oboriantur blaſphemiæ, falſæque doctrinæ, quibus Deus ab hominibus dehoneſtatur. Atque adeo ſimile obijcitur contra quartum præceptum. Nam vnuſquiſque naturali fœdere non ſolum parentibus dilectionem debet, verum & filijs, ac cæteris, ſeu ſanguine, ſeu quauis alia neceſſitudine coniunctis: ergo cum auctore Paul. 1 ad Timoth. 1. finis præcepti ſit charitas, de horum ſingulis debuerunt ſingula ſcribi præcepta. Tertiò arguitur: Quandoque peccati genus prius corde, quàm opere committitur. Nam vt ait Chriſtus, ex corde exunt cogitationes prauæ, adulteria, &c. ſed in mœchia, & furto, ſeorſum, poſt operum prohibitiones Non mœchaberis, Non furtum facies: explicantur peccata cordis: Non concupiſces rem proximi tui, &, Non concupiſces vxorem proximi tui: ergo eadem regula debuit & in reliquis obſeruari. Et quartò poſtremoque arguitur: Appetitus ſenſitiuus in iraſcibilem & concupiſcibilem diuiditur, quarum vtraque pars ſedes eſt corrupti affectus: ergo ſicut concupiſcibilis ſingularibus præceptis infrænata eſt, ita debuit & iraſcibilis compeſcit. In contrarium eſt illud Deut. 4. Oſtendit vobis pactum ſuum quod præcepit vt faceretis. Et ecce verba quæ ſcripſi in duabus tabulis lapideis. Quę quidem ſunt prorſus.

Poſtremũ arg.

Quæſtio facillima eſt nempe ad hoc tãtum mota, vt argumentorum dubia diluci dentur. Eſt ergo concluſio competentiſſimum eſſe numerum Decalogi, quæ non ſolum generali illa ratione patet, quod Dei perfecta ſunt opera, verum & peculiaribus, à fine legis oblatis. Dictum enim eſt finem diuinæ legis eſſe hominem, tum in ordine ad Deum inſtituere, tum deinde in ordine ad proximos: Deo autem cum primis fidelitatem debemus, quæ in hoc conſiſtit, vt eius honorem nemini præter quam ipſi deferamus: hoc ergo primo præcepto cauetur, Non habebis Deos alienos. Mox debemus eidem reuerentiam quæ in hoc poſita, eſt, vt nihil in eum iniuriæ iacia mus: quod cauetur præcepto ſecundo: Non aſſomes nomẽ Dei tui in vnum. Præterea; ob beneficia quę in nos tam ampliter collocauit, debemus ei obſequium famulatum, nempe vt tempora quædam ſuccidamus, quę eius meditationi donemus: de qua re tertio præcepto commonemur. Et quoniam inter beneficia hæc primum fuit creationis opus, deſignatus dies Sabbathi, quo illo opere abſoluto, requieuit Deus. Ordo autem hominis ad hominem vel peculiaris eſt. vel generalis. Peculiare autẽ debitum, atque omnium illuſtriſſimum eſt, quo filij tenentur parentibus obſequi, à quibus, ſecundum Deum, vitam quę bonorum omnium baſis eſt, ſuſceperunt. Et ideo ſtatim poſt tertium de famulatu quo Deo dentur, ſubſequitur quartum de honore parentibus deferendo: adeo, vt ſicut paulo anteà dicebamus, non ſit verò diſſimile in priori tabula fuiſſe conſcripum. Generalẽ aũt homo ordinẽ hẽt ad reliquam mortalium

Concluſio reſpõſiua.

Prima ratio ꝓ conclu.

Arg. 1. Ambro. Augu.

Arg. 2.

Secũda ratio.

Argu. 3.

lium vniuerſitatem, quibus iure naturæ ſocius eſt, quibuſque perinde id debet, vt nemini, neque opere, neque ore, neque corde ſit nocuus. Opere autem primo nocumentum infert quis alteri, in propriam perſonam, adimendo ei vitam, quæ omnium eſt temporalium bonorum maximum. Idque adeo prohibetur præceptó quinto. Non occides, vbi læſio omnis corporea interdicitur. Secundò, in perſonam ſibi conjunctam: quod prohibetur ſexto. Non mœchaberis. Tertiò in bona exteriora, quod inhibetur ſeptimo: Non furtum facies. Ore autem nocet, qui cuius famam lædi: quod vbique vetatur præcepto octauo. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium Sed corde iniurius quiſque eſt in quemlibet, per concupiſcentiam, ſiue quæ ad luxuriam pertinet, quæ nono præcepto, ſexto reſpõdenti infrænatur. Non concupiſces vxorem proximi tui. Aut ſecundum auaritiam: quæ decimo tandem præcepto compeſcitur. Non concupiſces rem proximi tui. Nam tales cupidines iniurioſæ exiſtunt, vtpotè quæ radices externorum operum ſunt ſecundum verbum Chriſti: De corda exeunt cogitationes prauæ, adulteria, &c. Atque vt ſcitè S. Thom. adnotauit, tres iſti ordines in præceptis primæ tabulæ dignoſcuntur. Nam primum. Non facies tibi ſculptile, opus exterius inhibet. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, oris impudentiam: ſed, Memento diei Sabbathi, pro fine habet internam mentis contemplationem. Et quoniam ſtatim artic 11. videndum eſt, quemadmodum alia præcepta ad hæc decem reuocentur, & quæſtione ſequenti de ſingulis eſt reſumendus explicantior ſermo, ſatis in præſentiarum fuerit ſummatim cũcta veris fermè S. Thom. retuliſſe.

S. Tho.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur argumentum, quo dubitabatur, cur in Decalogo, nullum fuerit præceptum adhibitum de virtutibus q̃ hominem in ſeipſo peculiariter componunt, ſed tantum illa quę ad iuſtitiam, qua humana ſocietas retinetur fuerint illic expreſſa. Prior reſponſio D. Thom eadem, que biformis eſt quod cum præcepta cuncta ſint ad dilectionem relata, illa opus fuerit prorſus exprimere, quæ caligans ratio non clarè perſpiciebat: proprius autem amor nemini vnquam mortalium nõ innotuit: adeo eſt naturæ inditum, vt res omnis ſeipſam deligat, ſeque omnino conſeruet. Vel fortè, quod cum in Decalogo iubeatur homo Deum, & proximum diligere, illic ſatis planè præcipitur ſua cuiq; dilectio. Nam rectus hominis ſuiipſius amor, eſt debitum ordinem ad Deum tenere, & ad proximum. Qui enim Deum diligit, cunctas in ſe paſſiones extinguit ſiue concupiſcibilis, ſiue iraſcibilis appetitus, quib. ratio perturbatur, quæ nos Deo ſubiectos continet. At vero poſterior reſponſio plauſibilior eſt: nempe quod Decalogus, vt ſupra diximus, hoc a reliquis præceptis diſtat, quod ipſum Deus per ſe nos docuit: iuxta illud Deut. 10. ſcripſit in tabulis, iuxta id quod prius ſcripſerat, verba decem, quæ locutus eſt ad vos Dominus. Deum autem ceu naturę auctorem illa nobis decuit per ſe prorſus iubere, quę ſtatim naturali lumine humanæ menti promicant, vbi idem lumen non eſt caligine obductum: Vnde cum præceptum omne rationem habeat debiti: ratio autem debiti ad iuſtitiam ſpectet, quæ eſt hominis vel ad Deum, vel ad alium hominem, (nam iuſtitia eſt ad alterum) congruentiſſimum fuit, vt præcepta tantum iuſtitię quę primę ſunt naturę concluſiones, Deus nobis in Decalogo exprimeret. Ratio namque debiti hominis ad ſeipſum, non ita naturali luce clareſcit. Primo enim aſpectu apparere cuique poteſt, in his quæ ad ſeipſum pertinent, liberam habere poteſtatem: ob idque virtutes fortitudinis, ac temperantiæ, quę hominem reſpectu ſuiipſius moribus inſtruunt, Moyſi & reliquis ſapientibus commiſit, quas mortales docerent. De his nimirum eos erudientes, quę ſibi quiſque propriè debet.

Prior ſolutio.

S. Tho.

Altera ſolutiõ.

Ad ſecũdũ arg.

Ad ſecundum eadem ratione reſponde tur, quod non fuit condecens, vt uniuerſa Deus, particulatim exprimeret, ſed per capita: ad ſanctificationem autẽ Sabbathi relique omnes ſolennitatum obſeruationes referuntur. Omnes enim erant inſtitutæ, tum in memoriam alicuius præteriti beneficij, tum in figuram alicuius futuri. Præteritorum autem caput fuit, creatio mundi, quę per Sabbatha in memoriam reuocabatur: & inter futura præcipuum eſt mẽtis quies in Deo, quę in præſenti ſæculo fit per gratiam, atque in futuro per gloriam: ſecundum illud Iſa. 58. Si auerteris a Sabbatho

batho pedum tuum, vocaberis Sabbathū Domini delicatum, & ſanctū domini glorioſum: hæc autem quiete Sabbathi præſignabantur. Reliqua vero vt celebratio Phaſe, quæ commemoratio erat beneficij liberationis populi de Aegypto, & vmbra futuræ paſſionis Chriſti: atque id genus cuncta ad hunc ordinem referebantur. Et pariter ad aliud membrum reſpondetur, quod phibitione aſſumptionis diuini nominis in vanum reliqua omnia vitia, ſeu falſæ doctrinæ, ſeu blaſphemiæ comprehēduntur. Ac ſimili ſubinde modo reſpondetur ad tertium membrum eiuſdem argumenti, quod omnia alia amoris debita in quarto præcepto quodammodo continentur. Explicatum enim eſt cur in Decalogo ea tantum cōtinentur præcepta, quæ manifeſtam repræſentant rationem debiti. Quòd autem homo neminē lædat, manifeſtum debitum eſt: & ideo vniuerſaliter nocumenta ſex p̄ceptis prohibita ſunt, videlicet, vt nemini nemo illa inferat. Attamen quod quis quidpiam alteri, ceu debitum conferat, non ſic eſt lumine naturali notum, ſed id tantum quod parentibus liberi genituræ lege debent rationeq. educationis & diſciplinæ. Quapropter Deus illud in Decalogo expreſſit. Reliqua vero vero beneficia, quæ ob alias neceſſitudines & naturæ coniunctiones debentē, Moyſi & prudentibus cæteris, vt ſupra dictum eſt, explicanda demandauit, vt quod parētes debent filijs, quæ quidem debiti ratio non eſt quaſi aliquid ab illis ſuſceperint, ſed quod ſunt aliquid ipſorum, & amando ſeipſos ſuas amant proles, vt 8. Ethico. auctor eſt Ariſtot. Sed de his reductionibus aliorum præceptorum in Decalogum articul. 11. Ad tertium verò reſpondetur, quod etſi quacunque prohibitione condē natur opus, una interdicatur & eius affectus, nihilo minus differentia eſt quod in his, quæ natura pſa exhorreſcit, vt homicidium, & falſitas, quia eorum cupido non eſt per ſe allectiua, ſed propter alias paſſiones, puta propter vindictam, vel auaritiam, ſatis fuit opus ipſum inhiberi. In illis verò, quæ ſunt ſenſui letæ, vt ſunt venerea, & rerum affluentia, quoniā eorum appetitus per ſe ipſe delectat, decuit non ſolum opera prohiberi, verum ſeorſum appetitus, vtpote in quo vincendo peculiaris eſt difficultas, ſed de hoc ite-

Ad tertū arg.

rum quæſtione proxima. Ad quartum denique reſpondetur, quod cum ex paſſionibus concupiſcibilis appetitus, illæ reſultent quæ ſunt in iraſcibili, nā ex amore illius, quod obiectat, naſcitur contrariorum repulſio, ſedato concupiſcibili nulla præterea opus fuit prohibitione iraſcibilis. Ad quartū argu.

ARTICVLVS VI.

Vtrum præcepta Decalogi debito ſint ordine diſpoſita.

POſt diſtinctionem & numerum præceptorum, ſequitur de eorum ordine meditari, an fuerit lucidius. Arguitur ergo a parte negatiua. Primum quod cum cognitio noſtra a ſenſu incipiat, & dilectio proximi expoſitior ſit ſenſui quàm dilectio Dei, ſecundum illud 1. Ioann. 3. Qui fratrem ſuum quem videt non diligit, Deum quem non videt, quomodo poteſt diligere? poſterior tabula quæ ad dilectionem proximi ſpectat, debuit loco præeſſe priori, quæ pertinet ad dilectionem Dei. Mox, quòd cum præceptis negatiuis prohibeantur mala, affirmatiuis verò inſtituantur bona, & via naturæ (vt Comm. prædicam auctor eſt Boet.) prius ſint extirpanda vitia, quàm inſerantur virtutes; ſecundum illud Pſalmi. Declina a malo, & fac bonum. Et illud Iſaiæ, Quieſcite agere peruersè, diſcite bene facere. vnde & Lyricus. Primiarg. partis negatiuæ. Argu. 2. Boetius.

Virtus eſt vitium fugere, & ſapiētia prima Stultitia caruiſſe.

Conſequitur vt præcepta negatiua deberent affirmatiuis anteire. Ac perinde præcepta cordium cogitationes inhibentia, illis quæ manus ab operibus arcent, quando quidem radix operum cor eſt. In contrarium eſt quod Decalogi ordo diſpoſitio Dei fuit, cuius, vti ad Roman. 13. ait Apoſtolus ordinata ſunt opera. Argu. 3. Paulus.

Facillima eſt quæſtio, ſed tamen ſcitu digna, ad quam quatuor concluſionibus reſpondetur. Prima eſt: Præceptorum ordo exigebat, ut prius homines reſpectu Dei inſtituerent, quam ipſos inter ſe inuicem. Probatur ex illo præiacto fundamento; nempe quòd Decalogus ea prorſum debuit continere mandata, quæ naturali Prima concluſ.

turali lumine illuſceſcunt. Inde enim protinus colligitur, vt quo ordine ſunt quæq; rationi propinquiora, eorumq; contrario eidem magis diſſona, eadē deberent in ſerie eſſe priora: finis autem ſupremus noſtrarum actionum primum ſe omnium rationi offert: & peccatum in ipſum grauius eſt quàm circa media, fit ergo conſequens, vt præcepta quibus Deo, qui finis eſt noſter, proximè ſubdimur, primæ ſedi congruunt. Qualia vtique ſunt tria prioris tabulæ. Et confirmatur analogia ab exercitu ſumpta. Prius enim debēt milites in ordine ad principem inſtitui quam interſe: nam & grauius peccatur in ipſum, quam ſimiles in militem delinquant. Secunda cōcluſio. Inter præcepta prioris tabulæ illo debuit eſſe primum, quod ad latriā, id eſt, ad cultum vnus Dei attinet: ſecundū quo ei reuerentia exhibetur, ac perinde tertium quo eidem impenditur famulatus. Primum enim fundamentum & baſiis militiæ eſt, vt fide à milite data, ſacramētoq; firmata ſoli principi militet, pactum omne & conuentum cum inimicis abiurans. Quare hoc eſt grauiſſimum omnium ſcelus, ſit talis fracta fide ad hoſtes deſciſcat. Quo circa primum præceptum eſt, ne habemus Deos alienos. Huic autem proximum de reuerētia, quæ ſoli Deo debetur: ac tertium de famulatu eidem præſtando. Grauius enim in honorem principis peccat qui eum dehonorat, quàm qui ei non obſequitur. Quapropter ſecundum præceptum eſt, ne nomen Dei vanè vſurpetur ac demum tertium, vt eius Sabbatha celebremus. Tertia concluſio: Et præceptis, quibus inter ſe homines amicitia conglutinantur, illud debuit eſſe primum, quo iubentur parentibus honorem exhibere. Ratio iam ſupra facta eſt, nempe quod licet nemini ullus debeat nocere, tamen beneficium conferre non omnis omnibus debet, ſed ſolis parentibus. Quapropter ratio debiti, quæ in omni præcepto, ideſt, apertior eſt reſpectu parentum, atque adeo præceptum illud debuit cæteris negatiuis præponi. Quarta concluſio: In negatiuorum ſerie ille ſeruari debuit ordo, qui eſt inter malorum grauitates, quæ eiſdem prohibentur: grauius autem homo læditur, opere, quàm verbo, & verbo, quàm corde. Atque opere tunc maximè, cum vita priuatur quæ omnium eſt bonorum temporalium ſummū. Mox ſi lædatur in perſona coniuncta, vn de prolis certitudo perit, ac tertiò ſi diſpendium bonorum patiatur. Ob idquequintò prohibetur homicidium, ſextoque adulterium ac ſeptimo furtum, atque octauo falſum teſtimonium: nonò vero concupiſcētia alieni thori, ſed decimo auditas aliarū rerum De quibus ſigillatim quæſtione ꝓxima dicendum eſt.

Rō ꝓ conclu.

Confirmatio.

Secūda conclu.

Probatio.

Tertia conclu.

Ratio conclu.

Quarta conclu.

Series præcedentium negatiuorum.

Ad primum igitur argumētorum quæſtionis reſpondetur, quod et ſi ad ſenſum notior nobis ſit dilectio proximi quā Dei. tamen viceuerſa hæc eſt illius ratio & cauſſa, & præceptorū ſerie, debuit ſequi dignitatis ordinem. Et eodem modo reſpondetur ad ſecundum, quod etſi circa eandem materia quantum ad executionem prius ſit à vitijs ceſſandum, qui ſtudioſè agendum, neque poſſit ſtudioſus habitus generari, niſi vitioſo depulſo: tamen intentiōe legiſlatoris prior occurit virtus propter quam expelluntur vitia: atque adeò dignitatis ordine etiam in eadem materia debuerunt præcepta virtutum anteferri prohibitionib. contrarium ditiorum. Sed præterea quando præcepta in diuerſis materijs inſtituuntur, excellentior debet præferri: præcepti autem de honorādis parentibus diuerſa materia eſt ab illis, quæ præceptis negatiuis ſubijciuntur, eademque præſtantior, atque adeò ſuo merito eſt prælata. Sed ad tertium reſpondetur, quod etſi peccata cordium cauſſa ſint operum. atq; adeò priora in executione: tamen quoniā opera grauius offendunt, eorum prohibitio citius occurit ratioui.

Ad primū arg.

Ad ſecūdū arg.

Ad tertiū arg.

ARTICVLVS VII.

Vtrum præcepta Decalogi congruenti modo tradantur.

INhoc deniq; articulo ſeptimo adhibetur ſermo de forma & figura præceptorum vtrum. ſ. perſpicuus fuerit ac debitus tradendi modus? Et arguit à parte negatiua. Affirmatiuis p̄ceptis inſtituimur ad colendas virtutes. negatiuis verò ad vitia cauenda: in quacunque autē materia opponitur virtuti vitium: in quacunque ergo debuerunt cōgeminari præcepta affirmatiua & negatiua: videlicet vt non ſolum iube-

Primū arg. à parte negatiua.

iuberemur non occidere, uerum & uitæ proximi conſulere, atque in alijs pari modo. Secundo: Cum lex omnis ratione conſtet, non erat cur tantum primo atque tertio præceptis ſubderetur præceptionis ratio, ſed debuit omnibus pariter ſubſcribi. Tertio, Cum præceptorum obſeruatio, ſit præmiorum meritum, nulla apparet ratio quare ſolis primo & quarto poſitum fuerit præmium. Quartò: Poſtquam pœna, ut dictum eſt cauſſa eſt obſeruandæ legis, præſertim apud priſcos, cum teſtamentum illud lex eſſet timoris: debuit ergo omnibus ſupplicij commemoratio adhiberi: quæ tamen non niſi primo & ſecundo adhibita eſt. Ac deinde quinto arguitur: Cuncta diuina præcepta ſunt altiſſima memoria retinenda, ſecundum illud Prouerb. 3. Deſcribe ea in tabulis cordis tui. Reſpondendum ergo eſt, cur non niſi tertium præceptum ſempiternæ memoriæ fuerit inter cætera ſingulariter commendatum. In contrarium autem eſt quòd Deus, vt Sapien. 2 legimus, omnia fecit in numero, pondere, & menſura: id ergo præcipue de eius præceptis etendendum eſt.

Argu. 2. Argu. 3. Argu. 4. Argu. 5.

Præſens quæſtio nihil obſcurior eſt præcedenti, ad quam ideo indubitata concluſione hac reſpondetur. Decalogum, ut eſt congruentiſſima diſtinctione, numeroque & ordine digeſtus, ita eſſe & luculentiſſima forma traditum. Splendet nanque in præceptis diuinæ legis ſapiẽtia maxima, ſecundum illud Deutero. 4. Hæc eſt ueſtra ſapientia, & intellectus coram populis: ſapientis autem eſt cuncta & ordinis luce diſponere, & cõgruẽti forma adaptare. Quæ (ut ex præcedentibus liquet) in Decalogo ſunt luculenter obſeruata. At uerò commota eſt quæſtio ut ad argumentorũ queſita, quæ quinque ſunt numero, reſpõdeẽ.

Conclu. reſponſiua.

In primo igitur argumento quæritur cum ſuum vnicuique virtuti opponatur uitium, cur non in una qualibet materia combinatum eſt negatiuum præceptum cum ſuo affirmatiuo? Reſponſio autem eſt quod omnis affirmatio negationem includit: ſequitur namque ſi eſt album, non eſt nigrum eo quod contraria non ſunt compoſſibilia. Econuerſo uerò non omnis negatio infert affirmationem. Haud enim quod non eſt nigrum ſtatim eſt albũ: eo quod inter contraria interſtant media. Pari ergo ratione & modo non omnibus quibus tenemur nõ nocere, ſubinde obligamur lege iuſtitiæ benefacere: Nam latius pater malorum prohibitio, quã bonorum præceptio. Atque hac de cauſſa nulli ſex prohibitionum ſecundæ tabulæ apponitur affirmatiuum præceptum. Tenemur inquam nemiuem occidere neminemque ſuis bonis expoliare, non tamen alienam uitam aut bona omnibus conſeruare: niſi urgens ingruat neceſſitas: quæ non comprehenditur lege iuſtitiæ, ſed miſericordiæ. Hæc ergo præcepta, quia non ſunt naturæ luce adeo peruia, ſapientibus docenda commiſſa ſunt. Quibus autem obedientiam obſequiamque debemus, & honorem, ſunt Deus, & parentes, à quibus ſuo utriuſq; gradu eſſe recepimus. Et ideo ſuppoſitis duobus negatiuis præceptis reſpectu Dei, quibus cauetur ne fidem, quã illi ſoli debemus in falſos Deos traducamus, & ne reuerentiam illi debitam vanis iurationibus obſcuremus, adhibetur tertiũ affirmatiuum de die ſeruando Sabbathi, quo famulatum Deo exhibeamus, & quantum de honorationem parentum. Quibus non opus fuit negationes contrarias adiũgere: eo quod affirmatio obſequendi & honorandi, negationem infert dehoneſtandi ac rebellandi. Hic autem multas nos dubia occuparent, niſi quæſtione proxima accõmodatiorem nanciſceretur locum, quibus diſcutentur. Enim uerò dum S. Thom. in priori tabula unum tantum agnoſcit affirmatium præceptum, docet duo priora eſſe negatiua. Attamen iam ſupra tetigemus, & poſteà perſpectius uidebimus quemadmodum primũ ſcilicet, Non habebis Deos alienos affirmationem includat vnius colendi. Item dubitatio hinc emergit de tertio præcepto, quod adſtruitur eſſe affirmatiuum cum tamen ſi Eccleſiaſtica ſanctionem de ſacro audiendo excluſeris quantum ad ius diuinum attinet, non uideatur eſſe niſi negatiuum, quo ſcilicet opere ſeruile interdicimur: ſed de his, & ſimilibus quæſtione ſequenti. In ſecundo argumento percontabamur, cur non ſua ſingulis præceptis annexa fuerit ratio. Ad quod reſpondetur quòd moralia patientiores ſecum afferunt rationes. quàm ut eas oportuerit explicare. Sed tamen ubi uel aliquid

Difficultas primo arg. prætacta. Solutio.

Prima dubitatio. Solutio.

Ad ſecũdũ arg.

quid ceremoniale commiscetur, vel commune præceptum morale ad aliquid peculiare speciarim applicatur, tunc operæpretium fuit rationem illius subnectere, Obid que cũ primo præcepto eliminauerit Deus alienos deos omnemque proscripserit idolorum sculpturam & ceremoniam, condecens fuit, vt rationem subiungeret, dicens, Ego n. sum Dominus Deus tuus Et pariter in tertio, vbi morale præceptum sibi seruiẽdi ad requiem Sabbathi contraxerit, necessarium fuit rationem subdere, quod tali.s. die a mundi structura requieuerit. Tertium argumentum adiectum est ad explorandũ, cur non omnibus præceptis sua proposita sint premia, quando quidem sua singulis debentur? Ad quod pari modo respondetur, quod in quibus res ipsa per se lucescit, non opus erat premia adhibere, sed vbi res latet. In præceptis autem negatiuis secundæ tabulæ manifestum est, quod qui ab iniurijs inferendis se cohibet, supplicia cauet, quæ in propatulo est malefactoribus decerni. At vero dum nõ solum cauere mala iubemur, sed bona etiam facere (quia nariuum nobis est nihil nisi intuitu præmii & commodi agere) opus fuit, vt ibi nulla vtilitas apparebat, vel commodum impediri videbatur, id Deus nobis exprimeret. honorandis autem parentibus nullum videbatur nobis emolumentum agi propterea quod cũ in recessu sint vitæ. potius videntur nobis impedimento esse suis fruẽdi nobis. Hac ergo de causa precipiens nobis honorare parentes, non satis duxit in memoriam nobis reuocare suscepta generationis & educationis beneficia, sed nouum quoq. seculare præmiũ pollicitus est Vt sis, inquit, lõgeuus super terram. Et habet premium hoc energiæ plurimum. Nam cum vitam aparentib. recipiamus, debemus eis suam sustentare & prolatare. Quare qui obedientiam eisdem non rependit, eiusdem punitur breuitate vitæ, quam parentib. vel imprecatur, vel molestijs fatigat. Pari modo quia primo præcepto quo homines a cultu deorum arcentur, videri poterant beneficijs orbari, que falsi dij apparent hominib imperiri, subiungit præmium, dicens se facere misericordiam in milla, his qui ipsum diligunt, & custodiunt præcepta eius Similiter ad quartum respõdetur de pœna, quod cum non sit eius comminatio necessaria, vt Ethic. 10. auctor est Arist. nisi vbi procliuior est ad malum pronitas, in illis peculiariter apponi debuit pœna, in quibus patentior est præcipitatio in culpã. Et quia tum ob consuetudinem cum gentilibus proni erant Hebræi ad idololatriã, tum etiam propter effrænatã iurandi consuetudinem erant quoq; ad periuria proni, primo tertioq. præceptis annexa fuit supplicij comminatio. Ac denique ad quintum respondetur, quod cũ præceptum Sabbathi in memoriam statutum sit celeberrimi beneficij creationis peculiariter sub illa forma positum est, Memento vt diem Sabbathi sanctifices. Vel forte, quod illa determinatio singularis diei non erat de iure naturæ, sed cæremonia eidem iuri superaddita, atq adeo metus erat ne facilius quam moralia, memoria decideret.

Ad tertiũ arg.

Adquartũ argu.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum præcepta Decalogi sint dispensabilia.

Primũ arg a parte affirmatiua. Aristot.

POst hæc examinare superest Decalogi ius, vtrum.s. super aliquo eius præcepto sit possibilis dispensatio? Et arguitur a parte affirmatiua: Si non essent mandata Decalogi dispensabilia, maxime quia sunt de iure naturæ, attamen (vt 5. Ethic cap. 7 auctor est Arist.) nonnulla sunt de iure naturæ quæ variari possunt, ac perinde sunt dispẽsabilia. Secundo: Sicut legis lator humanus se habet ad suas leges, sic & Deus: humanus aũt princeps super suis dispensare potest, ergo & in suis Deus, eo præsertim cũ Apostolus 2. Corinth 2. tanquam Dei dispensator ait: Nam & ego si quid donaui, propter vos donaui in persona Christi Vnde fit non solum Deum, verum & eius prælatos posse in diuinis legibus dispensare. Tertio. In Decalogo vetitũ est homicidium, sed in hoc præcepto dispensat iudex malefactorum vindex: Dispensauitque Deus cum Abraham vt charissimum filium immolaret. Et cum Samsone Iudic. 16. vt sese cũ Philistæis occideret. Et cum Eleazaro. 1. Machab 6. qui ab Elephante quem occidit, oppressus occubuit. Subinde eruuntur argumenta de fornicatione & de furto Permisit enim, quim vero præcepit Oseæ vt vxorem fornicariam

Arg 2.

Paulus.

Arg. 3.

catiam acciperat, & filijs Iſrael vt Aegyptiorum vaſa ſurriperent: ergo huiuſmodi precepta diſpenſabilia ſunt. Quarto arguitur Connubium inter fratres iuræ naturæ prohibitum eſt, ſuper quo nihilominus inſtrumento veteri legimus diſpenſatum, vt inter Adæ filios vſus veniſſe certum eſt, & inter Abraham & Saram perquam probabile. Denique quinto arguitur: Obſeruatio Sabbathi eſt vnum præceptorum Decalogi, idemq; Iudeis ſanctiſſimũ, ſed in hoc fuit cum Machabæis olim diſpenſatum, Sic.n. legitur lib. 1. cap. 2. Et cogitauerunt in die illa dicentes. Omnis quicunque venerit ad nos in bellos in die Sabbathorum, pugnemus aduerſus eum ergo precepta Decalogi, ſunt diſpenſabilia. Contrarium perhibetur apud Iſaiam teſtimoniũ, ca. 24. vbi quidam id o reprehenduntur quod mutauerunt ius & diſſipauerunt fœdus ſempiternum, quod de illo potiſſimum iure intelligitur, quod in Decalogo continetur.

Argu. 4.

Argu. 5.

Iſaias.

Quæſtio eſt inter eas, quæ de Decalogo diſputantur, ſcitu digna, vtpote per quam conſtat quanta ſit eius auctoritas. Et enim ſenſus eius non eſt hic tantum, vtrum homo aliquis auctoritatem habeat ſuper huiuſmodi præceptis diſpenſandi, ſenſus.n. hic nemini in dubium cadere poteſt, quippe cum publica confeſſio ſit, neque penes ſummum Pontificem talem eſſe ordinariam poteſtatem, quia inferior ſuperioris leges mutare nequit, ac multo minime naturales, quæ in noſtris ſunt pectoribus impreſſæ. At dubium eſt, vtrum ſimpliciter eo ſint vſq. indiſpenſabilia, vt neque ab ipſo Deo per eius abſolutam poteſtatem fieri talis poſſit diſpenſatio? Vbi eſt poſtremo artic. ſuperioris libri recolendum diſcrimen eſt inter tria hæc, legem interpretari, & in lege diſpenſare quod nihil aliud eſt, quam manente in genere eius rationc, & vigore, eamdem in particulari caſu, certiſq. perſonis relaxare. De hoc ergo queſtionis intellectu tres, vt plerunque ſolet verſantur opiniones, duæ ſcilicet extremæ, & vna media. Prima per vnum extremum opinio eſt Occham. 2. ſent. diſt. 19. vbi ait non modo omnia præcepta Decalogi eſſe diſpenſabilia, verum & Deum poſſe contraria præcipere. Quod ideo contra præcipiente. laudabile, inquit, eſſet ac meritorium, contra illa operari. Quin vero ait Deum ex ſe ſolo poſſe in noſtra voluntate ſui ipſius odium ingignere, & nobis quoque, vt odio eum proſequamur, præcipere. Et vtroque modo fatetur idem odium eſſe laudabile: Neque vero tam inſignia dogmata aliter quam ex ſuo familiari Achille ſibi habet perſuaſe, videlicet. Quidquid non implicat contradictionem, Deus poteſt facere, ſecundum illud Angeli, Lucæ primo, Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum, hæc autem, innuit, nullam implicant. Ad vero opinio hæc adeo ſe aperte rationi aduerſam obiicit ac ſubinde abſurdam, vt ſi repulſu facillima. In primis articulus Pariſienſis eos condemnat, qui affirmarunt poſſe quemquam per odium Dei mereri. Neque eiuſmodi articulus illam gloſſam admittit, vt intelligantur de potentia Dei ordinaria. Nam de illa nulla vnquam potuit eſſe controuerſia, articulus autem non eſt definitus niſi ad aliquam dirimendam. Sed præter articulum arguitur. Illud in primis Nominaliũ axioma, Quidquid non implicat contradictionem, Deus poteſt facere, perperam a nonnullis illorum defenditur, Nam ſi intelligatur quod quidquid non apertè duas cõtradictorias intulerit Deus facere poſſit, falſum eſt. Negant. n. idem ipſi duas inde colligi contractorias, quod ſit homo equus, & tamen id Deus non poteſt facere. Neque vero Angelicus ſenſus alius fuit quam quod quidquid Deus pollicetur, ſeu quod quidquid factibile ſit, Deus poteſt perficere. Hoc nanque dicitur Dei verbum, vtpote qui dicendo operatur. Secundo arguitur. Id re vera dicitur implicare contradictionem, quod ſuppoſita natura vnius partis contradictionis, ex conceſſis infert alteram, Et quia immutabilis natura rationalis animalis eſt, non eſſe hinnibilem, ſi concederetur Deum facere poſſe hominem eſſe equum, eſſet hinnibilis. Ad propoſitum ergo, Deum odio haberi, tam intrinſeca ratione eſt malum, puta ſempiternæ eius legi abſonum, quam eſt intrinſecum hominem eſſe rõnalem, ergo tam repugnat, id eſſe licitum, q̃ hominẽ eſſe, eundemq; irrationalẽ. Atque adeo repugnat, Deum odiũ ſui vel efficere vel precipere. At quo res perſpectius deprehendat, fac, verbi gratia vitũ iuſtũ iuſſu Dei eũ ipſũ odio habere, ſequereẽ tunc ſimul eſſe in eius gratia

Quæſtionis ſenſus.

Triplex opinione de q̃ſtione.

Prima opinio Occhã.

Rõ vulgaris Occham.

Articulus Pariſienſis.

Primæ rõaduerſus priorẽ opinionem.

Secũdæ ratio.

a que

atque in eiusdem inimitia, qua nulla esse potest apertior contradictio. Nam quod permaneat in eius amicitia, palam est, postquam nihil aliud facit, quam eius obsequi voluntati. Quod autem sit pariter inimicus docet eius odium, quo Deum prosequitur. Nam hoc negare naturam ipsius actus

Tertia ratio.

cum amicitia ab amore dicatur. Itē Deus seipsum odisse non potest. Quis nanque intellectus contrarium capere posset? Et tamen tota ratio repugnantiæ est quod odium Dei adeo habet innatam malitiam, vt nulla recte voluntate possit illud optari: ergo similis repugnantia est, vt Deus idem alteri præcipiat. esset enim præcipere vt alter faciat secundum suam regulam & voluntatem, & simul faciat contra. Nam quid aduersantius esse potest diuinæ regulæ, quam summam bonitatem odio haberi?

Secūda opi. Scoti.

Negatur ergo hoc non implicare contradictionem Est igitur secunda opinio Scoti 3. Sententiarum, dist. 17. non quidem tam extrema, sed medio incedens modo, Ait quippe Bisariam quippiam esse iuris naturæ. Vno modo tanquam principium practicum ex terminis notum, vel conclusionem quæ inde fit, necessario consequens. Alij eius scholares in duos distinguunt hos gradus, sed tamen eorum præceptor pro eodē ducit ambos quantum ad rationem dispensationis. Et in talibus inquit, quæ strictissima sunt de lege naturę, nulla esse potest dispensatio. Alia vero sunt quæ neque principia existunt necessaria, neque conclusiones inde necessario illatæ, atque adeo neq. necessariam habent connexionem ad consecutionem vltimi finis. Secundum eius assertum est: Præcepta secundæ tabulæ sunt istius secundi ordinis, ob idque sunt per diuinam auctoritatem dispensabilia, præcepta vero primæ tabulæ sunt prioris ordinis quæ ideo dispensari neque a Deo ipso valet. Tertia nihilominus opinio est S. Tho. loco præsenti, eademque fuit Altissiod. libr. 3. tra. 7. q. 5. & antiquorum, secundum quā statuuntur duæ conclusiones quibus soluitur q. Prior est: Vniuersa præcepta Decalogi tam secundæ quam primę tabulæ sunt prorsus indispensabilia, vsque adeo, vt neq. Deus possit super illa dispensare. Hæc enim plana mens est S. Tho. vt tum toto articulo, tū clare in solutione secundi patet Alias quæstio non esset digna tanta disputatione. Posterior conclusio. Alia præcepta quæ

Tertia opin. S. Tho. Altissio.

Prima conclu.

Secūda conclu.

extra Decalogum vagantur, neq. in ipso implicite continentur, etiam si sint iuris naturæ, nihil vetat quominus sint dispensabilia. De niq neq. vlla principia, neq. vero conclusiones primi, secundi, aut tertij gradus, qui supra artic. 1. sunt designati, vllam dispensationem admittūt. Illa vero præcepta quę intrinsece non continent rationem ipsam iustitię, sed speciales modos ipsum seruandi, dispensari possunt, puta illa quæ in Decalogo neq. expliciter sunt neque implicite, vt infra luculentius liquebit. Quarta, si vis, opinio est Durandi in 1. Sent dist. 47. q. 4 qui tenet quartum duntaxat & quintum præceptum esse dispensabilia. Cuius hallucinationem infra reprobabimus. Probantur ergo ambæ conclusiones S. Thom. ista bimembri ratione. In illis præceptis, vt art. vlt. primi libri monstrauimus, fieri potest dispensatio, per quæ si tali casu ad literam seruarentur, obuiaretur intentioni legislatoris, sed per nullum præceptorum Decalogi vllo vnquam casu & ratione potest intentioni Dei obuiari, quin vero quotiescunque contra præceptum fieret, contradiceretur eidem intentioni, ergo nullatenus eorum dispensatio est licita. Maior vsque adeo nota est, vt neq. aduersariis ipsis sit dubia, sed probatur minor, de qua est controuersia. Intentio legislatoris præcipue, tanquam in finem, fertur in bonum commune, hoc enim est ab eius intentione inseparabile. Deinde respicit ordinem iustitiæ & virtutis, quæ media sunt assequendi tenendi q. eundem finem. Igitur quando præcepta per se intrinsece continent eandem ipsam rationem & conseruationem bonis cō munis, vel ordinem ipsum iustitiæ ad idem bonum, eadem subinde præcepta per se intrinseca ratione sic continent legislatoris intentionem, vt non sit ab ipsis se mouibilis, atq. adeo nec sint dispensabilia, quia nunquam contingere potest vt facere contra illa non aduersetur intentioni legislatoris. Exempla rem ipsam patefaciunt, si iussio legis reipublicæ esset hæc. Nemo destructor sit labefactorque Reipublicæ vel hæc. Nullus iniuste agat, profecto rationi intrinsecæ & natiuæ talium legum repugnaret dispensatio, implicatio nim est contradictionis, licere cuipiam iniuste agere, aut bonum cōmune impugnare. ad cuius custodiam omnes leges referuntur. Si autem lex diceret. Nemo fores vibis (dum obsessa est) pādat,

Prima probō vtriusq. conclusionis.

quia hoc non eſt ſalus ipſa reipublicæ ſed modus ipſam ſeruandi nulla eſſet, repugnantia vt aliqua de cauſſa fieret diſpenſatio, puta dum fugiens dux ſe illuc vellet recipere. Præcepta autem Decalogi ſunt prioris ordinis. Nam præcepta prioris tabulæ inatum ordinem habent ad bonum commune, quod eſt Deus, præcepta vero ſecundæ, ad bonum commune hominum, vt ſcilicet nemini iniuria fiat, ſed cuique ius ſeruetur ſuum, quod licet non ſit tam perfectum, & nihilominus tam intrinſece bonum, quam quod debetur Deo, immo cum rationem ipſam iuſtitiæ expreſſe contineat in Deum ipſum intime refert. Qui enim dicit, Non furtum facies, idem dicit quod, Non iniuſte, aut illicite, aut male facies. Sic enim vti ait S. Thom. intelligenda ſunt præcepta Decalogi. Atque in hoc allucinatus eſt ſalua eius exiſtimationem, Doctor ſubtilis diſcriminans quantum ad hoc inter præcepta primæ ac ſecundæ tabulæ

Secũda ratio.

Secundo quo rationis vis luculentius pandatur, arguitur ſic. Hoc quod eſt adulteriũ facere, quod eſt in Decalogo, & mentiri aut fornicari, quæ implicite illic latitant (nam de ambobus intelligitur prior concluſio) tam intrinſece mala ſunt (vt de odio Dei proxime arguebamus) quam eſt homini eſſe rationalem, ergo naturæ ſuæ iuſtitia repugnat ac probitas. Deus autem diſpenſare nequit niſi vbi aliqua eſt ratio æqui & boni, ergo in his diſpenſare non poteſt, aut (quo temperantius loquamur) diſpenſabilia non ſunt, perinde atque homo non eſt factibilis irrationalis. Et hoc eſt quod

Probõ peculiaris ſecũdæ concluſiõis.

Santus Tomas, cogitabat, dum dixit huiuſmodi præcepta per ſe continere rationem communis boni atque adeo intentionem legislatoris. Nam naturale eſt Deo, nihil niſi bonum velle, & naturale eſt huic, quod eſt furari aut mentiri, eſſe malum. Atqui vt oppoſita iuxta ſe poſita fulgentius eluceſcant, probatur ſecunda concluſio. Illa præcepta quæ non per ſe continent bonum, commune, quod eſt legis finis, ſed medium aliquod, puta ordinem iuſtitiæ ad ipſius conſequutionem, poſſunt, quandoq. deficere ab intentione eiuſdem boni communis, ergo tunc eorum diſpenſatio nihil eidem finiofficeret, eſſentq. ſubinde diſpenſabilia. Exempli gratia. Lex ad ſeruandum fidelitatis bonum, eſt, vt reddatur depoſitum, nihilominus dum Veſano, domino ſuum gladium denegas, non vtiq. eidem fini aduerſaris, ſicut in exemplo nuperrime poſito patet de aperienda obſeſſa vrbe contra legis verba. Et pariter ſi lex ſit, vt ciues per vices excubias ſuſtineant, diſpenſare iuſta de cauſſa cum aliquo, non eſt contra commune bonum. Præterea, ad eandem concluſionem arguitur argumento eiuſdem Scoti, quod re vera minime ſoluit. Præcepta ſecundæ tabulæ omnia ſecundum Paulum

Altera ratio ad eidem. Paulus.

ad Ro 5 includuntur in illo præcepto Diliges proximum tuum ſicut teipſum, dilecto autem proximi ſequi ex præcepto dilectionis Dei. Nã vt ait Ioãnes Si hominem quẽ vides, non diligis, Deum quem non vides, quomodo potes diligere? Præceptum autẽ dilectionis Dei vt Scotus fatef, eſt indiſpẽſabile, ergo & p̃ceptũ dilectionis proximi, atq. adeo præcepta ſecundæ tabulę. Ad hoc arg. prætermiſſis aliis ſolutionib reſpondet

Solutio Scoti.

Scotus diſtinguẽdo de dilectione proximi. enim dilectio, qua tenemur, inquit, velle proximo, vt Deum diligat, ſequitur ex dilectione Dei. Nam qui vere diligit Deũ, omnes velle debet vt eundem ipſum diligant, ac perinde dilectio hæc proximi indiſpenſabilis eſt. Attamen dilectio, inquit, qua proximo volo temporalem vitam & honorem, temporaliaq. bona & immaculatum thorũ & ſimilia, non ſequi neceſſario ex dilectione Dei, neq hęc connexionem neceſſariam ad conſequutionem ipſius vltimi finis Qua propter diſpenſare Deus mecum poteſt vt occidẽdo, furãdo, inhoranda parentes, &c. nõ peccẽ, imo aſſequar vltimum ipſũ finẽ. Contra ſolutionem aũt eſt argm̃, ex cõtrariis principiis ortum. Dilectio. n. proximi,

Cõtraſo lõnem.

quæ eſt de iure naturæ, eſt illa, quæ ex dilectione Dei ſequitur, qui eſt auctor inſtitutorq. naturæ, hæc autem non ſolum eſt illa qua ei volumus vt Deum diligat, nam hæc plus habet dilectionis ipſius Dei, Sed illa quoque qua illi cupimus bona naturalia, quæ ad mutuum vicariumque amoris, pertinent. Ecquis enim dicat non aliud nobis præcepiſſe naturam, ac Deum ipſum, quam vt ipſum diligeremus? Imò vero cum omnes ſimus factura Dei, ſic nos conglutinauit, vt inter nos ipſos cuſtodire mus iuſtitiam ac fidem, vnde Ioannes. Qui viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua quomodo charitas Dei manet in illo. Reſpondetur ergo Scoto quod hæc dilectio proximi neceſſariam

Rñſi o ad Scot.

habet

habet inſperabilemq; iuſtitiam, ac proinde tanquam ex dilectione Dei neceſſario conſequens neceſſariam habet connexionem ad conſequutionem vltimi finis. Quare perinde eſſet Deum diſpenſare in homicidio, aut furto, atque ſi diſpenſaret, vt iuſtitia ipſa iuſte perturbaretur, quod eſt contradictionis implicatio Ac per idē ſoluitur aliud Scoticum argumentum, nempe quod ſi præcepta ſecundæ tabulæ non eſſent diſpēſabilia, ſequeretur, quod Deus neceſſario aliquid extra ſe vellet, ſic vt non poſſet velle contrarium, vt puta honorare parentes, & nequis bona aliena furaretur, &c. Reſpondetur inquam per diſtinctionē quod Deum extra ſe quidpiam velle, ſtat dupliciter, Vno modo vt velit exiſtentiam illius rei, & hoc modo nihil neceſſario extra ſe vult, quia vniuerſa liberetum condidit tum etiam ſuſtinet ac ſeruat. Alio modo vt velit connexionem extremorum. Atque hoc pacto neceſſario ſatendum Phlloſophis eſt, aliqua neceſſario velle, puta cuncta illa, quæ ſunt perpetuæ veritatis, vt hominem eſſe animal rationale, & vti, ait Auguſt quatuor & tria, eſſe ſeptem, quæ quidem, etiam, ſi mundus non fuiſſet nec res exiſterent, vera eſſent. Hoc ergo pacto, nō eſt occidendum, non eſt furandum, nō eſt mœchandum, &c neceſſaria ſunt diuinæ uoluntatis obiecta, quia perpetuæ ueritatis. Horum ergo contraria neq. præcipere poteſt, neq. pmittere, ut iuſte fiant. Quod Scotus ipſe neceſſitate compulſus concedere habet de primis principijs naturæ qui ipſe agnouit eſſe indiſpenſabilia, vt, Id aliis faciendum, quod ſibi homo uult fieri, & de dilectione, qua homines Deum diligunt quæ res creata eſt, ex quam ſequuntur præcepta primæ tabulæ, quæ ipſe indiſpenſabilia fatetur.

Solutio ad aliud arg. Scoticum.

Deū vel le aliqd extra ſe ſtat dupliciter.

Deus aliqua neceſſario vult.

Et per hæc ſoluuntur argumenta in contrarium. Ad primum n. reſpōdetur, quod Ariſto loco citato loquitur de iuſto naturali, quod non includit finem ipſum ordinemq. iuſtitiæ, ſed determinatum modum ipſam ſeruandi Exempli gratia, quod fides ciuibus ſeruanda ſit adeo eſt intrinſece bonum vt in ipſum nulla cadat diſpenſatio Quod vero hoc uel illo modo ſeruetur uariari poteſt ac ſnper ipſo diſpenſari. Qua ratione furioſo non eſt reddendus ſuus gladius, quoniam per hoc non perueritus humana fides. Ad ſecundum reſpondetur, latam eſſe dicitur iam inter humanum legislatorem & Deum, nam leges humanæ non habent intrinſecam natiuāque a natura iuſtitiam, ſed ſunt bona, quia per legem poſita, & mala quia verita, ob id que etiam ſi in aliquo caſu relaxentur nō peruertitur finis, Vtſi die per Eccleſiam vetita non ieiunes, aut ſi fur iuſta de cauſſa non ſuſpendatur. Et pariter Deus poteſt diſpenſare in ſuis legibus poſitiuis. Poteſt n. quemlibet a præcepto baptiſmi abſoluere & a preceptis aliorum ſacramentorū. Ac per inde potuit ſuper omnibus ceremonialib. & iudicialibus antiquis diſpenſare, ſed tamen præceptis naturalibus, quę innatam habēt iuſtitiam, repugnat ex parte rei diſpenſatio. Et ideo quia ipſe eſt ipſiſſima iuſtitia, ſi ſuper ipſis diſpenſaret, ſeipſum negaret, eo quod ordinem iuſtitiæ ſubuertere, & tamen, vt 2. Tim 2. ait Paulus, Deus fidelis eſt, qui ſe ipſum negare non poteſt Tertium autem argumentum eſt, q̄ rem preſſius vrget, videtur. n. Deum homicidium Abrahæ, & filij Iſrael vt Aegyptios deprædarentur, & Oſeæ fornicationem præcepiſſe. Et iudex præcipit malefactorem occidere. Ad hæc ergo Caiet. diſtinguens reſpondet, nempe quod præcepta Decalogi ſecundum ordinem iuſtitiæ, quem continent, ſunt indiſpenſabilia. At vero ſecundum applicationem ad aliquem ſingularem actum ſunt per Deū diſpenſabilia. Illa tñ, inquit, diſpenſatio non eſt præcepti relaxatio, ſed eſt facere, quod iſte actus non ſit homicidium. uidelicet dū præcipit Abrahæ, vt filium immolaret, nō relaxauit naturæ ius, veluti cum Papa diſpenſat in ieiunio, ſuam relaxat legem in tali caſu, ſed fecit vt ille actus non eſſet homicidium, propterea quod a ſuprema auctoritate iubebatur, ſine quam fuiſſet homicidium. Nam homicidium non quamcunque occaſionem ſignificat, ſed iniuſtā. Rñſio autem hæc obſcura eſt & lubrica, & quæ unde videtur principium petere. Primum. n. dicere, quod preceptum non eſt diſpenſabile in quantum includit ordinem iuſtitiæ, nihil aliud ſonat quā ſi dicas, Non eſt diſpenſabile permanens cōtra iuſtitiam, ſed q̄ ait loco citato Duran. coniū ctim, id eſt non poteſt Deus precipere aut permittere, vt iuſte fiant mala dum mala ſunt in ſenſu compoſito. Quod quidem cum nullatenus ſi dubitabile, nihil ad

Ad ſecū dū arg.

Ad tertiū arg.

Caietani ſolutio.

Ad primū arg.

Solutio Caietani obſcura.

rẽ attinet. Dubitatio autem ſolum eſt vtrũ hoc quod eſt accipere alienum inuito Domino, aut hominem occidere, qualiter id natura negat, poſſit permiſſione Dei fieri licitum? Et rñdere quod eſt diſpenſabile per applicationem ad ſingularem actum, eſt principium petere, niſi lucidus explanetur. Ne ergo rem offuſcatius obnubilemus hæc vna diſtinctio mediate audienda eſt, quam nemo ut arbitror, qui perſpexiſſet, potuiſſet, neque Scotus ipſe ſententiam noſtram inficiari. Deus inquam, duas habet poteſtates in vniuerſum orbem, vnam, qꝫ iure creationis eſt Dominus, non ſolũ bonorum omnium exterorum, uerum & corporum & ipſius etiam humanę vitæ, & Angelorum quos tanquam ſua opificia in nihilũ redigere poteſt, Altera uero eſt, quod eſt legislator atq; adeo uniuerſalis oĩum iudex. Et charitatis cauſſa opus eſt alteram ab altera ſeorſum conſiderare. Hoc ſuppoſito dicimus, quod ſi non eſſet rerum Dominus ſed tantum legislator & iudex neutiquam poſſet diſpenſare, vt quis rem alienam inuito Domino, ſi innocens eſſet licite uſurparet, quia hoc adeo eſt intime iniquum, vt fieri iuſte nequeat. At vero quia eſt Dominus, poteſt cuiuſcunq; rem alteri tradere ipſo inuito. Quod quidem nullam habet diſpenſationis rationem Cum n. tuam rem tuam alteri tradis, non diſpenſas in furto, quia capiens non furatur. Et ſi pater ueſtem paruuli filij eo inuito traderet amico, non diſpenſat in furto, licet inuitus filiolus expolietur, quia pater eſt verus Dominus, ſicut neque prælatus meus diſpenſaret in furto, ſi me uel inſcio vel inuito facultatem alteri faceret capiendi meos libros. Pari ergo modo licet Deus uaſa Aegyptiorum tanquam Dñs tradidiſſet Hebræis, eiſdemq. poſtea terram promiſſam, neutiquam diſpẽſaſſet in furto neq; illud eſſet furtum, nam licet peculiare Domini inuiti fuiſſent priuati, a ſupremo tamẽ Domino fuiſſet facta donatio Idq; inde confirmatur, qꝫ licet per impoſſibile Deus nõ fuiſſet legislator neque ulla in leges poteſtate fungeretur, legitima fuiſſet uſurpatio illa, quod teſtimonium eſt nihil illic diſpenſationis interueniſſe. Locutus tamen ſum hic ſub conditione, quoniam Deus in traditionibus illis non abſoluta poteſtate domini vſus eſt, ſed legitima iudicis auctoritate. Nam quoniam de laborib. quos Aegyptiis Hebræi impenderat nullam recipiſſent mercedem, iuſto iudicio illam eis Deus perſoluit. Et, vt legitur Deute. 9. propter execranda Chananeorum ſcelera, pepulit eos ſuis ſedibus, in quas Iſraelitas induxit. Et quando iudex criminoſum licet inuitum ſuis bonis priuat, neutiquam in furto diſpenſat, prohibitione enim illa furandi ſolum interdicitur id, quod ius naturę vetat, nempe innocentem inuitum auctoritate priuata ſuis bonis nudare, vt q. 3. li. 5. Patebit. Pari modo Deus tanquã corporum Dominus nõ tanquam legislator potuit meretricis facultatem facere Oſeę, vt illa vteretur etiam inuita. Nam licet cõſenſus particularis iure ordinario requiratur ad matrimoniũ, tamen vbi Deus duos renuentes coniungeret, tam legitima eſſet coitio, immo multo magis, quam ſi ipſi conſentirent. Tametſi, neque illic Deus credendus eſt abſoluta poteſtate vſus ſed eũ omnia diſponat ſuauiter, forſan conciliauit amborum animos, vt in matrimoniũ conſentirent. Sed in hoc ſenſu iuſſus eſt Oſeas facere filios fornicationis quod illius iuſſus eſt ſuſcipere prolem, quæ tunc fornicaria erat Nam etiamſi nullum aliud fuiſſet per particulares conſenſus matrimonium, conceſſio Dei, quia Dominus eſt corporum, ſat eſſet ut copula illa non fuiſſet fornicaria. Similiter ergo dicendum eſt de hiſtoria Abrahæ, iubens nanque ei Deus immolandum filium, neutiquam in homicidio diſpenſauit, quia ſi non eſſet niſi legislator, id neutiquam potuiſſet facere ſed quia eſt Dominus uitæ, potuit illam tradere in poteſtatem Abrahæ ſicuti pecoris Dominus poteſt eius vitam cui voluerit, concedere. Atque hac ratione illic non fuit homicidium, quia, vt dictum eſt de prohibitione furti, interdicto homicidii ſolum prohibetur id quod lex naturalis abhorret. Quare cum iudex tradit reum carnifici, non diſpenſat in homicidio? quia prohibitio non extenditur ad occaſionem illam, immo illam præcipit Sicuti neque eſt diſpenſatio quod quiſque inculpata tutela inuaſorem interficiat, qnia id natura non vetat. Vnde ſi homo eſſet Dominus uitæ ſuæ ſicut ſuæ pecudis citra diſpenſationem poſſet alteri facere facultatem, vt ſe occideret. Et quia iſto modo Deus eſt Dominus, citra diſpenſationẽ potuit filium patri tradere iugulãdum.

Deus duas habet poteſtates.

Aegyptii.

Deus legitima iudicis auctoritate vſus eſt vaſa Aegyptorum

Hebręis tradẽ o

Oſeas.

Cedit Auctor Deũ cõciliaſſe animos Oſeæ & mulieris fornicariç, vt in matrimoniũ conſentirent.

Abrahã

S. Tho. ꝓ acuta ſnīa.

dum. Quin uero vt peracute diuus Th. rē tetigit, non ſolum tanquam Dominus, ſed tanquam iudex pōt innocentem a culpa actuali occidere. Nam rōne preuaricatiōnis. Adæ omnes currimus penam mortis quam ide rco morbis,& fortuitis caſibus a nobis in dies poſcit. Verum tamen & de hoc quoq. diuina laudatur miſericordia, quod noluit vt Abraham trucem illam in

Diſcrimē inter S. Tho. & Scot.

nocentis necem executione mandaret. Diſcrimen ergo inter diuum Th. & Scotum hoc eſt.quod Scotus putat furtum permanes ſub rōne furti poſſe diſpenſatione diuina licite fieri,ſicut fractionē ieiunij, ſed S.Th.id negat, concedit tamen quod ceu Dñs facere pōt acceptionem rei,q̄ antea non erat tua,non eſſe furtum. Per hęc plane proditur deceptio Durandi negantis

Duran. deceptio.

diſpenſationem furti factum fuiſſe a Deo cum Hebr. in expolliatione Aegyptiorū, aut cū Olea in fornicatione,& tñ concedētis quod cū Abraham diſpenſauerit in homicidio filii deceptus inquam inde fuit quod non perſpexerit, quemadmodum ſi cuti bona Aegyptiorū potuit tanquā Dñs tradere Hebræis, ita & patri tradere uitā filii,atq.adeo ſicut illud non erat furtū,ita neq.hoc homicidium,a natura uetitū,qđ in malū ſonat. Neque uero minori mētis lippitudine captus eſt dū cōceſſit in quartū præceptū cadere poſſe diſpēſationē, arbitratus nō ineſſe in illo mādato tā intrinſecā iuſtitiæ rōne q̄ in cæteris, cum tñ contra ſtet ueritates. Eſt.n.naturę,intimum,ut a quib eſſe receptis, eiſdē honorē debeas, cuius ideo contrarium non magis fieri iuſte pō ,q̄ furtum. At uero de Samſone,vel dicēdū eſt, ꝓ tanquam uiri fortis abſque ulla ſeu reu latione ſeu diſpēſatione potuit ut hoſtes perimeret, periculo ſeſe obiicere extremo, vel quod libentius cum Auguſti.adſtruxerim, id reuelatione Dei fecit,quippe cuius fortitudo naturalis nō eſſet, ſed ſupernaturalis in coma latitans, quā quidem fortitudinem,vt eius hiſtoria refert,in illo aggreſſu a Deo repetiit. De

Duran. falſe arbitratur in quartū pceptū poſſe cadere diſpēſationē. De Sāſone.

De Eleazaro.

Eleazaro autem facile id fatebor,quod ve luti ſtrenuus miles elephārem poſthabita propria ſalute impetiuit. Quartum argumentum nihil mirū,ſi maiores apud quoſpiā habeatur momēti. In primis de Abrahā & Sara nihil cum Caietano & quibuſdā aliis lōge fit probabilius fuiſſe fratres,

Probabilius ē Abrahā & Sarā fuiſſe fratres,quā fratrueles,primū ꝓ non ſolū Gen.12. verum & c. 20. maritus appellauit coniugē ſororem,cum ad cauendum periculum ſatis fuiſſet ei perſuadere,vt dicere ſe ſuam eſſe fratruelem. Quin vero ſecundo loco litera Hebræa habet, vere ſoror mea eſt. Et quanuis fratrueles dicerentur etiam fratres,vt Iacob frater domini, tamen, verè ſoror maiorem habet emphaſim. Illud autem potiſſimum eſt argumentum ꝓ ſi tantum ſignificare voluiſſet eſſe fratris filiam, non tanta verborum explicatione, vt eretur, decens. Filia patris mei,& non filia matris meæ. Filia n. patris dicitur eſt, pro eo vſurpare quod eſt, Neptis aui mei, maxime, cum tam ſignificantur ſubiungatur,Et non filia matris meæ. Hoc. n. totum poſitum eſſe videtur ad explicandum rationem,qua eſſet ſoror. Nam ſorte quādo ſoror erat,non vterina,ſed tantum paterna, non erat interdictum coniugium.

Fratrueles.

Ioſephi

Attamen Ioſephus, quia hoc forſan non intellexerat, primus fuit,qui li. 2. Antiquit.c.15.dixit Saram fuiſſe filiam Aram, ſororemq Loth, ac ſubinde fratuelem Abrahæ. Quem auctorem diuus Aug. ſuper Geneſ.ſequutus eſt, ac deinceps alii. At vero non eſt hic locus hoc vel preſſius diſcutiendi, vel certius definiendi. Nam quantum ad rem attinet præſentem, ſatis eſt filios adæ inter ſe fratres matrimonia contraxiſſe, quod certo certius atq. adeo in hoc naturiæ interdicto fuiſſe diſpenſatum. Rñdetur ergo, quod S. Tho. ſolum negat poſſe fieri diſpēſationem, aut ſuper Decalogo, aut ſuper aliquo præceptorum quæ illic implicantur, continentium in ſe rationem ipſam iuſtitiæ vel iniuſtitiæ, qualia ſunt. Honorare maiores, fornicatio, &c Prohibitio autem connubii inter fratres,non eſt propter iuſti iam aut iniuriam, quam alter eorum pateretur, ſed propter naturalem indecētiā. In qua quidem ratione finis etiam naturalis, puta propagandi humani generis, qualis fuit in filis Ade,aut,propter alium poterit abſq. vlla abſurditate diſpenſari. Nam etiam ſecundus gradus conſanguinitatis quoddā præ ſe fert indecorum naturale ad matrimoninm contrahendum, ſi quidem ꝓp hoc eſt ab eccleſia vetitus, & tñ diſpēſationem admittit. Patrem aūt filiæ aut filium matri matrimonio cōmiſceri,vſq.adeo fædū eſt,vt nō ſit diſpēſabile, quāuis ſi cōtingere poſſet, vt totū humanū genus in pſe

Auguſt.

Fleri pt vt & pater filiæ, & filius

matri li cite poſſent cõ nubio Adquin tũ arg.

& filia fieret ſuperſtes, non prorſus probabilitate caret, quin poſſent connubio iũgi: Deniq. ad quintum S. Tho. nihil aliud rñdet, quam quod illa Machabæorum cogitatio in Sabbatho pugnãdi non fuit diſpeſatio, ſed ἐπιείκεια de qua ſupra loquuti ſumus, non enim tenemur feſtum ſeruare cum morti periculo, vt Matth. 12. Chriſtus non docuit nempe quod opera charitatis diem feſtum non uiolant. Haud tamẽ rei ſatis uidentur facere. Quidquid. n. hoc præcepto continetur, nempe ceſſare a ſeruili opere, & adire ſacra diſpenſationem recipit, non ſolum quæ a Deo fiat, uerum quãpõt etiam facere Eccleſia. Qua ratione, ut ſuperius vidimus. Iſychius non adnumerat hoc in Decalogo, tanquam ius naturæ. De hoc autem quæſtione proxima, art. 3.

ARTICVLVS IX.

Primũ arg. a pte affirmatiua.

Vtrũ modus charitatis cadat ſub præcepto.

POſt hęc quæ de præceptorum firmitate dicta ſunt, conſequitur, vt videamus de eorum ui obligandi, an. ſ. virtutis modus cadat ſub præcepto legis: Et arguitur a parte affirmatiua, Modus virtutis eſt iuſte quę iuſta ſunt operati, iuxta illud Deut. 16. Iuſte quę iuſta ſunt, exequeris, atque eadem ratione ſtrenue ac fortiter, quæ ſunt fortitudinis & temperate, quæ ſunt temperantię. Iuſte autem, & ſtrenue facere, non contingit ſine virtutis habitu, ergo talis modus cadit ſub præcepto. Secundo. Nihil magis ad vim attinet præcepti, quam quo fertur legislatoris intentio, hic autem. vt. 2. Ethic. ait Ariſtot. in tendit ſtudioſos efficere ciues, ſed ſtudioſus nemo eſt, quouſq habitum genuerit, ergo agere ex habitu cadit ſub præcepto. Tertio; Modus uirtutis eſt prompto lęto que animo uirtutis officia præſtare, hoc autem in Pſal. 69. iubemur. Seruire Domino in lætitia. Et 2. Corint. 9. Non ex triſtitia, hilarem enim datorẽ diligit Deus. ergo omnes iſti modi cadunt ſub præcepto. In contrarium eſt argumentum, q̃ ſtudioſus (vt modo dicebamus) nequit niſi habitu imbutus virtutum munera digne perficere. Quapropter ſi hic modus virtutis caderet in præceptum, quicunque abſque tali habitu legem impleret, cẽſeretur eius tranſgreſſor, ac perinde reus eſſet pęne legis. conſequens tamen inde conſtat eſſe falſum, quod ob id lex comminatur pęnam, vt eius metu cuſtodiatur, & ſic ciues conſuetudine habitum generent.

Arg. 2.

Ariſtot.

Arg. 3.

Senſus qõnis explicat.

Ad intelligentiam huius quæſtionis diſcernendus primũ eſt modis uirtutis, de quo hic agitur a modo charitatis, de quo in ſubſequenti articulo. Charitas enim eſt habitus infuſus gratiæ gratum facientis in diuiduus comes, habitus autẽ uirtutis eſſe poteſt acquiſitus ac informis, nõ ergo hic quæritur utrum ad ſatisfaciendũ præcepto requiratur habitus gratiæ, ſed vtrũ requiratur vt operetur homo ex habitu ſaltem informi? Secũdo meminiſſe oportet trium conditionum quas Ariſt. 2. Ethic. c. 4. in ſtudioſo requirit, quæ ſunt. Vt ſciens facias. Deinde eligens propter hoc, puta ex electione in ordine ad finem. Et tertio, vt firmo ac immutabili animo id eligat. In docte. n. quidã in duo diſſecant. Eligẽs, & Propter hoc. Nã ſine coniunctione unica eſt conditio eligere propter uirtutis finem. Atque hæc ſimul tria, non ſunt tres, ſed vnus virtutis modus, una. n. deficiẽte deficit modus. His ergo prę habitis perfecte notandum eſt, quod modus iſte virtutis, vt tres habet partes, ita trina differentia conſideratur a diuina lege & humana. Nam partim ab vtraque pertenditur. partim uero a ſola diuina non autem ab humana, ſed partim ab vtraque illarum. Ea propter tribus cõcluſionibus ad quæſtionem reſpondetur. Prima eſt, Scientiam, quæ prima pars eſt modi virtutis, tam humana lex, quam diuina reſpicit ac iudicat. Quod enim quis ignorans facit, id nõ ſimpliciter uolens facit. Quocirca ignorantia vtroque iudicio tam diuino quam humano culpam, vel in totum. vel in partem excuſat. Secunda concluſio. Illa conditio ſecunda vt opus fiat ex electione propter finem; non quidẽ ab humana lege, ſed tamẽ a diuina conſideratur. Radix autẽ huius diſcriminis eſt diſtãtia cognitionis humanæ a diuina. Enimuero lex quælibet. vt ſupra dictũ eſt. & 10. Ethic. c. 9. Ariſtot. meminit, pœna metu ad cuſtodiam vrget, pœnã autem legislator a nemine exigere poteſt, niſi de illa re, quæ in ſuam poteſt uenire notitiam. Nam de alijs iudicare non valet, homines aũt g, ut 1. Reg. 16. legi-

Tres cõditiones requiſitæ in ſtudioſo, ex Ariſtot.

Prima conclu.

Secũda conclu.

Rõ concłõnis.

legitur, ea duntaxat, quæ patent, vident, de intimis cordium cẽſere nequeunt, ſed vt eſt in Pſalm. ſolus Deus cordia ſcrutatur & renes. Hinc ergo palam fit, quod neque de homines intentione, neque de eius voluntate lex humana iudicium ferre poteſt, atque adeo neque obligare, vt opera tali intentione aut voluntate fiant, lex autem diuina non ſolum illam, verum eam potiſſimum ſuis bilancibus pendit, ac pro illis præmia ſuppliciaq. decernit, Lex inquam humana internã iram etiã ſi firmum pariat nocendi propoſitum, punire nequit ſecus autem diuina. Ait duippe Chriſtus Matth. 5. Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio, & Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Pari ratione qui creditori debitam pecuniam vel gradium corrupta intentione reddit, nẽpe vt vel vſuram exerceat, vel homicidiũ faciat, legi humanæ non eſt aduerſus, per ſoluet tamen Deo ſupplicium. Tertia concluſio: Tertium illud, quod ad virtutis modum requiritur, puta firmo ſtabilique animo operari, quod proprie ad habitum pertinet, & de quo præſens præcipuè quæſtio inſtituta eſt ſub præcepto non comprehenditur, neq. humanæ legis, neq. vero diuinæ. Qui inquam parentibus honorem debitum impendit, etſi habitum nõ habeat pietatis, legi nihilominus ſatisfacit humanæ, & niſi alia circunſtantia vitietur actus, ſimiliter ſatisfacit diuinæ, vt peccatum effugit. Emergũt autem ex his nonnullæ dubia explicatu digna. Et primum circa primam concluſionem, qua aſſeritur ſciam & ignorantiam vtraq. lege ad culpæ pondus atq. ad leuamen exiſtimari. Et dubium, an idem ſit prorſus quã tũ ad rõnem virtutis, vtrũ, ſ qui ignorans facit opus legis, eidẽ ſatisfaciat. Vt ſi quis exempli gratia, inebrietate audiret ſacra, neſciens prorſus quid faceret, vtrum præceptum expleret: Videtur nãque ratio id ſuadere. Nam poſtmodum rationis luce potius, non cenſeretur reus culpæ, quamuis iternũ non audiret. Et cõfirmatur rõ. Nam qui obnixe reluctans inuitus pertra heretur in eccleſiam, cogereturque intereſſe ſacris videtur preceptum implere. Si cuti & ille qui in die ieiunij per vim arceretur a cæna. Et fecit probabiliorem, q̃ ſi pæna vlla, ſeu excõmunicationis ſeu alius generis decreta eſſet in huiuſmodi præceptorum tranſgreſſores, iſtos non ligaret. Reſpondetur nihilominus, nullum præceptum vt reos, impleri per actum qui nullam habet libertatis rationem. Nam alias & puerum ante rationis vſum cẽſeres implere præcepta, cum tamen hac ratione nulla eos lex comprehendat, quod cum non ſunt arbitrij ſui compotes, nondum capaces ſunt legalis vinculi, lex nanq. hominibus ponitur, & ideo humano more non brutorum implenda eſt. Et hoc arbitror S. Th punctim deſignaſſe, vbi ait ſciẽtiam ab vtraq. lege cõſiderari. Nam ignorantia, ſicut ob id quod voluntarium tollit, excuſat a culpa, eadem rõne tollit impletionem præcepti. Sed arguis cõtra, vel diſputationem eſſe tantum de nomine, vel ſic ignorãtem implere legem. Nã qui præcepti tempore vel ſomno vel mero captus eſt, vel alia rõne mentis inops, illo tẽporis articulo non tranſgreditur præceptum ergo perinde eſt, ac ſi impleret. Negatur conſequentia, neque eſt diſputatio de ſolo nomine. Nam & ſi illo tempore per ignorãtiam excuſetur, tenetur nihilominus ſi antequam tempus præcepti labatur, in mentẽ redeat, ipſum implere, alias reus eſſet pænæ iuris. Et idẽ eſt de illo, qui inuitus facit, quamuis iſte, quia vſum hẽt rõnis, liber eſſet a pæna iuris. Ille autẽ qui metu implet legi ſatisfacit, i. nouam euitat culpam, quoniam talis impletio, actus humanus eſt, ac liber. Quod ſi rurſus inſurgas. Si cui in pœnitentiam iniunctus eſſet dies ieiunij & vi, vt pœnitentiam impleret, priuaretur cibo, vere debitũ ſolueret. Nam ſi pecuniam alia ratione deberet & creditor vi ab illo eriperet, ſatis reſtitueret, ergo eadem eſt ratio de aliorum præceptorum debito fortaſſe ſunt, qui primũ antecedens cõcedit, ego vero id minime faciam quoniam impletio præcepti pœnitentiæ, deberet eſſe humanus actus. Quare ſi flagella eſſent mihi iniuncta, & ab alio inuitus vapularem, non facerem ſatis quia illa non eſt actio, ſed ſolum paſſio, præcepta vero affirmatiua per actionem implenda ſunt. Neq. eſt ſimile de illo qui tantum debet pecuniam, quoniam quomodocũq. illa in manus creditoris veniat, liberatur debitor. Cõtra ſecundã concluſionẽ, qua diximus intẽtionẽ nõ pẽſari, neq. exiſtimari a lege humana, binum exiſtit argu-

Tertia conclu.

Primũ dubium circa primã conclu.

Nullum p̃ceptũ impleẽ, per actũ

nullã libertatẽ habẽtẽ.

S. Tho.

Argu.

Solutio arg. replica. Qui in virtuſua pulatnõ ſatisfacit ſi illi ĩ pœniten tiã flagella ſint iuncta.

Primũ arg. contra ſecũdum cõcluſiõis. argumentum. Primum quod exemplum S. Tho. quod adduximus, non apparet ad propoſitum pertinere, uidelicet, qui quod mente proponit nocere, ſed re non nocet, non punitur lege. Nam hoc eſt conſiderare actum interiorem per ſe abſolute, & tamen queſtione eſt de ipſo quatenus cauſſa eſt externi operis, quod re uera fit. Ad cuius claritatem ſecundum arguitur: Si quis hominem occidat nonplene deliberata intentione, ſed ſubitaneo motu, uel ſi metu ceſſet eccleſiam adiret, uel aliud præceptum implere iſti actus interioris uoluntatis perpenduntur humano iudicio ad remittendam uel augendam pœnam, ergo concluſio ſecunda non eſt omnino vera. Ad prius iſtorum reſpondetur, quod exemplum S. Tho. optimum fuit ad explicandum, qũo peccatum interius lex humana non affert in ſuum tribunal. Nã inde colligitur, q̃ qñ re uera eſt cauſſa operis, non punitur niſi rõne eiuſdem operis. Et qñ externum opus eſt iuſtum, nihil de actu interiori curat, ut dicebamus de illo, qui mala intentione debitum ſoluit. Et idem eſt de iudice, ſi ex odio latronem ſuſpendat, ſolus n. Deus illius cor iudicabit. Ad aliud uero reſpondetur, q̃ ſi ille qui ex metu uel ſubita ira peccat, aliquatenus humana lege excuſatur, non eſt, quia non intendit facere, ſed quia quodammodo facit ignorans, uel quia cauſſa faciendi libertatem minuit.

Arg. 2. Ad primũ arg. Ad ſecũdũ arg.

Ad primũ arg. Ad primum igitur capitalium argumentum reſpondetur, quod modus uirtutis qui præcepto iubetur eſt, vt officium ſecundum ordinem iuris præſtes. Hoc. n. eſt iuſte quod iuſtum eſt, exequi, nẽpe ut de latrone, aut homicidia, nemo, niſi iudex publicus uindictam ſumat, idemq; legitime cognita cauſſa. Ad ſecundum ſuperioris libro, cum legis actibus ageremus, reſpondebamus quod intentio legislatoris primum fertur in finem, qui eſt bonos facere ciues, id q̃ nemo niſi firmato habitu aſſequitur, medium uero & uia ad eundem finem conſiſtit in actuũ exercitio, nã ex actibus gignitur habitus, finis aũt legis nõ cadit ſub præcepto, ſed, mediũ, quo ad eundẽ peruenitur. Quæ quidem regula inter can. moralis philoſophiæ egregia eſt. Quæ p̃cepta non de habitibus, ſed de actibus inſtituuntur, in quibus rõ peccati & meriti conſiſtit. Negatur ergo primum antecedens, ſi id cadere ſub præcepto quo prę cipuæ intentio legislatoris fertur. Ad tertium ñdet S. Tho. quod uirtutis officium, abſq triſtitia fieri ſub præcepto cõtinet, eo quod agens ex triſtitia, non agit ſimpliciter uolens. Item, læto hilariq animo operari, ſi lætitiam denotat, quæ ex dilectione dimanat, ad uim etiam præcepti pertinet, ſicuti, & dilectio ipſa, ſi uero illam quæ procedit ex habitu non ad præceptũ, ſed ad finem eius uirtutisq. ſpectat. Et ne cui obſcura appareat reſponſio, prius membrũ de ſola lege diuina intelligendum eſt, quæ internorum etiam actuum rectitudinem expoſcit. Qui. n. ex triſtitia operatur, intus remurmurat aduerſus legem, quod porro Deo ingratum eſt, lex autem humana nõ ſe item cordibus ſcrutandi immergit, & ideo licet extriſtitia illa impleas, eidem ſatisfacis. Et eodem mõ intelligitur ſecundum uidelicet, ſub præcepto comprendi lætitiam, quæ ex delectione manat. Nam quo diuinæ legis ſatisfacias, requiritur, vt ex electione in ordine ad finẽ operis. ſ. p̃p honeſtatem virtutis que quidem electio hilaritatem quandam hẽt annexam, eo q̃ non ſi coacte. Hilaritas aũt quæ ex habitu enaſcitur, alius eſt generis, nempe quod cum habitus reluctantes paſſiones compeſcant, triſtitiam pellit, promptumq. reddit animum, atq. adeo lætum quod iam dictũ eſt, non præcepto iuberi, ſed finem illius eſſe & ad genitam pertinere uirtutem.

Ad tertiũ arg.

ARTICVLVS X.

Vtrum modis charitatis cadat ſub præcepto diuinæ legis.

QVoniam negatũ eſt, modũ uirtutis cadere ſub p̃cepto, inueſtigare ſubinde reſtat, an p̃cepta diuinæ legis charitatis modus cõprehẽdat? Et arguitur aparte affirmatiua, Ait n. Chriſtus Matt. 18. Si uis ad uitam ingredi, ſerua mãdata. Vbi aſtruere vł mandatorum cuſtodiã per ſe ſufficere ad obtinend. m æternam vitam, uirtutũ aũt officia minime ad ſufficiunt, niſi ex charitate oriãtur, ſed m illud 1. Corint. 13. Si diſtribuere in cibos p uperum oẽs facultates mea, & ſi tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem aũt non habuero

S. Tho. Primũ arg. partis affirmatiuæ.

habuero, nihil mihi prodeſt, ergo modus charitatis cadi ſub precepto. Secundo, Pre-
Arg. 2. ceprum eſt omnia noſtra opera in Deum referre, iuxta illud 1. ad Corinth. 10 Omnia in gloriam Dei facite. hæc autem relatio pertinet ad charitatis modum, quippe cuius proprium obiectum eſt Deus, quo cuncta referr, ergo talem modum vis extē ditur præcepti. Tertio. Si modus charitatis ſub præceptum nō veniret, poſſet quiſque præcepta extra charitatem implere, a q; adeo extra gratiam, quæ eius eſt indi-
Auguſt. uiduus comes, hoc autem in Pelagianorū errorem impingit vt Aug lib. de hæreſ. c. 88. docet, ergo abſque tali charitatis modo nullum impletur diuinum preceptum. In contrarium autem eſt, quod ſi modus charitatis neceſſarius eſſet ad implendum præceptum, quicunque eadem eſſet orbatus, eſſet orbatus charitate, quæcunque opera, etiam genere ſuo bona exerceret tranſgrederetur præceptum, ac perinde mortaliter peccaret, quod eſt conceſſu ab ſurdiſſimum.

Senſus qōnis, & poſitæ.

Quæſtio preſens non ſicuti præcedens, de omni virtute tam humana quam diuina, ſed peculiariter de diuina mouetur, quoniam de humana nulla eſt controuerſia Nam cum (vt modo definitum eſt) ad intrinſecos voluntatis motus, que ſedes eſt charitatis, non pertingat, non obligat ad talem charitatis modum, qui nos Dei facit amicos, ſed illum habet proximum ſcopum, vt pax inter homines extrinſecus cōſtet At vero cum proximus finis diuinæ legis ſit amicitia Dei, quæ in actibus interioribus conſiſtit, & ipſe paratiſſimus ſit tali charitate, niſi per nos ſteterit, nos ſuffundere, merito quæritur, an ſuarum obligatio legum eo pertingat, vt teneamur illa ex charitate implere. Modus nanque charitatis, eſt, Dei iuſſa ceu eius filij facere, vel per actum quo conſtituamur eius filii.

D. Tho. Diſtinctio.

Et S. Thom. recitatis duobus opinionibus contrarijs, eaſdem reconcilians, reſpōdet duabus concluſionibus, quæ hac diſtinctione clareſcunt Actus charitatis bifariam conſideratur Vno modo, vt eſt quidam ſingularis actus peculiaris virtutis amandi. ſicuti eſt alius actus ſperandi atque alius credendi, nempe cuius contrarium eſt formaliter odiſſe. Et iuxta hunc modum ſtatuitur prior concluſio. Actus charitatis cadit ſub ſingulari præcepto, nē-

Prima conclu.

pe ſub hoc, Diliges Dominum Deum tuum, & proximum ſicut teipſum. Altera vero ratione conſideratur, nō vt eſt ſingularis obiecti, ſed vt eſt vniuerſalis conditio & modus omnium virtutum. Paulo. n. ante explicuimus, Non habere deos alienos, Non peierare, Sabbatha ſanctificare, nil aliud eſſe, quam Deum diligere, ſicuti honorare parentes, non furari, non occidere &c. nihil aliud quam diligere proximum, non quidem formaliter, vt aiunt, ſed materialiter. Exemplum eſt in virtute iuſtitię. nam alia eſt ſingularis commutatiua, atque alia generalis, quæ eſt modus vniuerſalis obedientię, omni virtute communis, ac proinde dicitur legalis, quoniā per omnem virtutem obedimus legi De hac ergo charitatis ratione ſtatuitur poſterior concluſio. Modus talis charitatis non cadit ſub præcepto, quod eſt dicere, In hoc præcepto, Honorā patrem & matrem, nō includitur vt ſint parentes ex Dei charitate honorandi, ſed quod habeatur eis exterior reuerentia. Quare licet eam præſtes in peccato mortali, non ideo ſis præcepti tranſgreſſor. Probatur concluſio, Charitas Dei ideo eſt generalis modus omnium virtutum, quod eſt finis ad quem lex diuina ordinat, iuxta illud ſupra citatum. 1. ad Timot. 5. Finis præcepti, charitas. Et ad Roma. 15. Plenitudo legis eſt dilectio, finē autem iam definitum eſt non cadere ſub præcepta legis, ſed actiones, quibus illuc tenditur. quare bene ait S. Tho. intentionē finis eſſe modum formalem ſuperioris ordinis. Quod eſt dicere, non includi in præceptorum ſubſtantia Et hoc pacto conciliat dictas opiniones, nempe vt quæ affirmat modum charitatis cadere ſub præcepto, intelligenda ſit de ſingulari dilectionis præcepta, negans vero, interpretanda ſit de alijs. At vero quoniam iſta quæſtione plurimis ſcatet ambiguitatibus, accuratorem poſtulat, ac perinde paulo ampliorem diſputationem. Et quo faciliora prius expediamus præter opiniones duas, quas hic D. Thom. recitat, exiſtit tertia, quæ in iſtarum concordiam pertrahi non valet. Sunt enim qui ſecundam concluſionem S. Tho. aduerſentur dicentes ſingula præcepta Decalogi atque omnia diuina includere modum charitatis. Itaque legis officia niſi in gratia fiant, non ſolum non ſunt meritoria, verū ſunt peccata, vt-

Secūda conclu.

Rō concluſiōis.

Paulus.

S. Tho.

pote

pote eorundem præceptorum trãſgreſſiones. Hæc inquam opinio nõ modo eſt Lutheranorum, vt lib. 3 de natura & gratia, adnotauimus, & infra hic lib. 8. repetituri ſumus, verum & fuit olim opinio doctoris alias celebris Dioniſij Ciſtercien. in ſuo 2. Sententiarum, diſt. 17. Is nanq; hallucinatus ex fallaci illa conſequentia eſt: Quibuſcunque nos Deus præceptionibus ſuis intendit ad ſui ipſius amorem pertrahere, ergo ex eodem amore tenemur cuncta perficere. Et adducit pro ſe illud Petri Apoſtoli, Omnia opera veſtra in charitate fiant, atq; aliud Ber. Omne quod præcipitur, in ſola charitate ſolidatur, atq; Augu. ſimilia. Hæc autem opinio non ſolum falſa, verum & errori quam proxima eſt, Trident. Synodo, canon. 7. aduerſus Lutheranos damnato, nempe, cũcta opera, quæ extra gratiam Dei fiunt, eſſe peccata. Contra quem nos errorem lib. de nat. & grat. c 19. & quatuor ſubſequẽtibus depugnauimus. Nam vt illa mittamus opera quæ ex ſubiecto & circunſtantijs ſunt mala, cętera aut ſunt præcepta, aut conſilia, aut indifferentia, puta comedere & ambulare, quę bene maleque fieri poſſunt. Si ergo præceptorũ obſequia cuncta extra gratiã peccata ſint, illa quoq; erunt peccata quæ ſub conſilio militant. Nam ſi præcepta Deus nos obligat ex charitate implere, videtur id pariter & de conciliis iuſſiſſe atque adeo de aliis naturalibus operibus, quę iure nobis ad vitam viuendam licent. Nam oĩa ſunt a Deo veluti a naturę parente inſtituta. Atque adeo omnia opera, quę in peccato fiunt, peccata eſſent. Deinde arguitur, ſi vniuerſa mandatorum officia tenemur ex charitate exhibere, vel hoc eſſet ob cõem illorum obligationem, vel ob ſingularem charitatis præceptionem. Non quidem ob generalem omnium, nam per illa non imperantur nobis, aut prohibentur niſi opera, vt paternus honor, & ab iniurijs abſtinere quibus amicitia violatur. Quod ſi in honore parentum charitas aliqua includatur, certè illa ſatis erit, quę naturaliter inter homines initur. Singulare aurẽ charitatis Dei mandatum, cum affirmatiuum ſit, non obligat (vt aiunt) pro ſemper ſed certis opportuniſq. temporibus. Extra quę ideo tempora non eſt cur obligemur cętera ex charitate preſtare. Inſuper arguitur. Si illud ſingulare præceptum in cunctis aliis eſſet obſeruatu neceſſarium, ſequeretur, quod cuiuſque tranſgreſſio duplicatum eſſet delictum (ſcilicet & contra peculiare obiectum, verbi gratia furari, & contra diuinam charitatem. Præterea, ſequeretur quod vbiuis in materiam cuiuscunque præcepti incideremus, teneremur cõſcientiam diſcutere, vt in Dei gratiam reciperemus. Quin age, ſequeretur inſuper quod nemo ad ſacramentum confeſſionis digne accedere poſſet, niſi qui gratia iam poſſideretur. Nam illud etiam confeſſionis præceptum deberemus implere in gratia. Immo neque ad baptiſmum poſſet digne accedere adultus, niſi iam factus membrum Chriſti. Quare neutiquam ſacramenta poſſent primam conferre gratiam. At non opus eſt pluribus contra huiuſmodi opinionem dimicare, quippe cõtra quam loco citato de natura & gratia, plurima coniecimus. Sed concludamus cum Theologis diſtinguentes bifariam poſſe Dei præcepto ſatisfieri. Vno modo, quantum ad ſubſtantiam operis, quod eſt ſic ipſum implere, vt tranſgreſſionis peccatum aut omiſſionis caueatur, altero vero modo quantum ad intentionem præcipientis, ideſt eum finem & metam attingendo, quo præcipientis intentio dirigitur, quæ eſt vita ęterna. Illuc nanque nos Deus per ſuas leges perducere propoſuit, ſecundum illud, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Vnde vt legi priori modo ſatisfaciamus, non eſt neceſſaria charitas, ſed vt eam poſteriori ratione impleamus. Quo fit, vt ad illum priorem implendi modum nulla ſit opus relatione operis in Deum per ſpecialem eius ſuccurſum, ceu in finem ſupernaturalem, quod Gregorij Ariminenſis in 1. Senten. diſt. 26 & ſequentibus placitum fuit, ſed ſatis eſt in ipſum referri tanquam in finem naturalem, in quem ſane quodcunq; per ſe opus, quod nulla praua circunſtantia vitiatur, naturam habet relationem. Deus nanq. naturæ conditor ad ſe cuncta dũ cõdidit, retulit. Quocirca eiuſmodi mandati impletio naturali Dei influxu fieri poteſt, iuxta illud Pauli ad Rom. 2. Gentes, quę leges non habẽt, naturaliter quę legis ſunt, faciunt. Tamẽſi tota lex abſq; ſpeciali gratię ſubſidio impleri nequeat, vt longo tempe abſq. peccato viuamus. Hæc autem li. 2. de nat. & grat. cap. 20. ſatis diſcuſſimus.

Diony. Ciſtercien. Ratio Dion.

Auct. li. de natu. & gra.

primarõ in Dionyſ.

Secũda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Diſtinctio.

Gregorius Ariminẽſis.

Paulus.

De

Discutit prior cõclusio.

De prior autem conclusione S. Thom. nempe de singulari præcepto charitatis acriora sunt dubia scilicet tam de eius necessitate quam de eius materia & modo Dictum est

Prima ratio.

enim finem legis non cadere sub præcepto cum ergo charitas & Dei amicitia, finis sit diuinæ legis, non oportebat singulare de illa præceptum instituí. Est enim brauium quod per aliorum præceptorum obseruantiam obtinetur. Mox arguitur. Charitas est donum supra naturale Dei præceptum ergo illius, assequendę nequit a nobis naturali facultate impleri, quia neque ipsam valemus naturaliter assequi. Cum ergo fidelis Deus nihil nobis impossibile præcipiat, nõ debuit nobis tale mandatum iniungere, atque ideo minime, quod cum nemo sciat an

Secũda ratio.

odio vel amore dignus sit, nullus posset

Tertia ratio.

certior fieri an illud impleuerit. Quare neque vlius posset conscientiam de hac suam pacare Præterea, cum sit affirmatiuum, dignoscenda tempora restant, quibus obligat, hæc aut non sunt deprehensu facilia. Nam si dixeris satis esse semel in vita, idq. in articulo mortis implere, profecto lõge a natura eiusdem præcepti aberras. Cũ enim præceptum hoc cæterorum omnium sit

Paulus.

præambulum, & vt ait Pau. finis (nam finis

Confirmatio prima.

præcepti charitas) ridiculum esset dicere, quod liceat tranfigere totam viam antequam nos obliget. Præterea, si ab humanis exemplum petamus, miles dum nomẽ suũ in militiam dat, tunc se in amicitiam principis addicit, præceptum ergo, si vllum est

Solutio Refutatio.

charitatis, ab initio statim vitæ obligat. Quod si dicas statim elucere rationis lumine obligare, certe hoc non est omnibus, sed pauciſſimis notum, Immo neque vllus vnquam huiusmodi omiſſicne sacerdoti cõfessus est. Ad hęc S. Th. loco præsentis alia

Confirmatio secunda.

tempora huic præcepto consignat, vt potequi in fine articuli docet transgressionem eiusdem præcepti contingere posse, vbi alia

Scotus.

violatur Quid si cum Scoto in 3. dist. 27. respondeas tẽpora eius præcepti esse omnes dies festos, sane quibus homo tenetur se Deo commendare & gratias agere, in contrarium est argumentum, quod hoc non exprimitur in præcepto sanctificandi festũ, quippe quo duntaxat iubemur a seruili opere cessare. Et quamuis finis eius sit vacare Deo tamen finem iam dictum est non cadere sub præcepto, quod in talem ordinatur finem, de qua re quęstione sequẽti, ait latius.

In summa, hoc in præsentiarũ desideratur, quidnam tali præcepto nobis iubeatur, vtrũ videlicet interna sola dilectio, an vero externum ẽt opus? Responsio horum argumentorum à posteriore aut spicanda est. Præceptum inquam dilectioni non præcise ad internum affectum obligat, sed certe ad extremum opus affectus enim bonus propter bonum opus est. Obligat enim primũ omnium charitatis lex, si D. Tho. fidem tribuas vt dum quis primum rationis lineam ingreditur, se & sua in Deum referat. Cũ primum, inquam non eodẽ temporis momento, sed cum incipit hõ plene deliberare, & vnum esse primum rerum parẽte noscit. Et certe nõ absq. rõne hoc astruxit. Nam cum ad hoc nos Deus creatos duxerit, ratioq. naturalis cum nobis, vnam fuisse omniũ primam causſam ostendat, quam maxime sit rationi consentaneum, vt tunc homo ipsius amore a malo recedere debeat proponere, atq. agere bonum, hoc enim est Deum pro tunc super omnia diligere. Quare præsente tũc eius speciali auxilio fidem homo & gratiam reciperet, qua ab originali mandaretur. Quidquid autem de hoc sit, arbitror, vt cum homo rationis compos baptiſmo intingitur, vitam in Deum suam referre debeat, sicuti enim tunc præcepto fidei tenetur credere ita & quę credit sperare, & a quo illa sperat, diligere, vt libro. 2. de nat. & grat. ca. 12. & subsequuti monstrauimus instar illius, qui in militiam nomen suum dat principis. Ac subinde crediderim, quod qui tũc non se ad gratiam disponeret, peculiariter contra charitatem delinqueret veluti contra fidem si non crederet. Neque in his tãtummodo casibus, verum fortes quoties opus aliquod egregium inceptamus vel causſa subeundi martirii nobis offertur, vel illustre aliquod beneficium a Deo suſcipimus, vt dum nos a præsentiſſimo mortis periculo eripuit, non esse temerarium asseuerare, sed certe prudentia. vt eodem quoque præceptio teneamur Deum diligere, etiam quantum ad modum, hoc est præparare nos quantum in nobis est ad ineundam cum Deo gratiam. Hoc tamen hic adnotato opus est, quod vt reliqua, sic & singulare quoque præceptum charitatis potest quantum ad substantiam operis impleri absque eius modo. Exempli gratia, Arbitror præceptum hoc hominem perstringere, vt quoties nomen Dei blaſphemari viderit,

Ad postremũ argum.

Opinio. S. Tho.

Ratio.

S. Tho.

Qñ p̃ceptũ dilectionis Dei liget.

Documentũ.

viderit, eiusque honorem pessundari ac lacerari, a parte ipsius stet, eiusq. tueatur inaccessam maiestatem. Quo tamen articulo non subinde crediderim teneri suorum criminum pænitere, vt Dei sibi amicitiam cōciliet. Quare neque hoc præceptum vniuersum obligat ad suum ipsius modum, sed quando occurrit articulus interne diligendi, nam in hoc commemorato casu solum est necessitas exterioris protectionis. Et per hæc soluta restant penultimum vltimumque argumenta. Ad primum autem respondet S. Thom. 2.2.q 44. quod etsi charitas finis sit aliorum præceptorum, atque adeo non cadat sub ipsorum vinculo, nihilominus decuit singulare eius præceptum cunctis alijs præmittitanquam eorum præambulum. Et ideo illud, sicut neque alterum dilectionis proximi, non est in Decalogum inclusum, sed extra in radice præfixum, in quod reducuntur præcepta primæ tabulæ sicuti in alterum, præcepta secundæ. Ad secundum autem facile rñdetur, per illud Aristoteli cū axioma. Quæper amicos facimus, per nos ipsos facere videmur. Nam quamuis per nos ipsos præceptum & modum charitatis nequeamus implere, tamen Deus paratissimus est, nisi per nos steterit, opem nobis ad id perficiendum ferre. Veruntamen minime prætereunda est vltima clausula S. Tho. in respōsione quæstionis. Ait enim quod qui parentes ex Dei charitate non honorat, non est transgressor præcepti de honorandis parentibus, licet sit transgressor præcepti, quod est de actu charitatis, propter quam transgressionem meretur pœnam. Ex his enim verbis nonnulli ex nostris hanc inferunt mentem S. Tho quod vbicunque occurrit materia aliorum præceptorum, concurrit pariter charitatis mādatum, contra quod subinde peccatur, si cætera non impleantur ex charitate. Intellectus autem iste contrarius est D. Thom. quippe qui definiens modum charitatis non includit in aliis præceptis, docet neq. semper cum eis concurrere, sed cum sit affirmatiuum, habere sua definita tempora, vt in solutione secundi euidentius edocet. Mens ergo eius est, quod si illo tēpore, quo præceptum charitatis, eiusq. modis obligat, concurrere accidat aliorum quodlibet, tunc illud aliud implendum sit ex charitate, non propter illius obligationem, sed propter huius vinculum. Superest autem, vt argumētum in capite quæstionis obiectorum, responsa subiiciamus. Respondetur ergo ad primum, quod cum vnum præceptorum sit ipsum charitatis, & modi eius, quicunq. vniuersa seruat, est in gratia. Sed argois contra. Stat homini existenti in peccato, nūquam afferri tempus præcepti dilectionis, tunc ergo cuncta ille poterit seruare quantum ad substantiam operis, & tamen non ingredietur vitam. Propter hoc argumentum sunt qui affirment existenti in peccato præceptum esse cōuerti in Deum, quod quia peccator non implet, non ingreditur vitam. Attamē licet hoc problema sit, nunquam mihi tamen persuasum est pluribus præceptis ob id præcise hominē teneri & lapus est, quā obligatur, dum exigit in gratia. Sed est ei necessarium conuerti necessitate finis, si vult homine vitam æternam. Quidquid autem de hac re teneas, argumentum præsens non vincit. Respondetur ergo, quod verbum Christi intelligitur de illo, qui est in gratia. Ille enim si seruat cuncta mandata, saluus erit. Qui autem per vnius transgressionem a gratia decidit, illa non seruauit mandata. Et ideo non satis habet deinde seruare cæ era quousque violari pœniteat. Ad tertium respondetur, quod hoc quod est omn a in Deum referre, ad præceptum peculiare charitatis pertinent. Ob idque quoties tempus eiusdem ptæcepti occurrit, tenemur cuncta, quæ tunc facimus, in Deum tanquam in finem supernaturalem referre Quare illos temporis articulo, qui parentibus extra charitatem obsequeretur, licet non cesset violator quarti pręcepti, esset tamen transgressor præcepti charitatis. Subdit autem D. Thom. quod cum hæc sint duo præcepta affirmatiua non obligantia ad semper, possunt pro diuersis tēporibus obligare, & ita potest contingere, quod aliquis implens præceptum dilectionis non tunc transgrediatur præceptum modi charitatis. Vbi plenissime dilucidat, quod super proximis verbis in calce quæstionis nuperrime adnotauimus. Tūc ergo secūdū ipsum non est peccatū non referre illud opus in gloriam Dei tanquam supernaturalis finis Igitur verbum Pauli duplicē exhibere potest sensum, videlicet, & præcepti & concilij. Si sit preceptum, non obligat pro sp, si autem consilium; sensus est vt procuremus nos sp in Dei gratia p impletionem

Casus alter quo idē præceptum obligat.

Ad primū arg.

Ad secūdū arg.

S. Tho.

Ad primū arg. prīcipale.

Obiectio.

Solutio.

Ad tertiū arg.

S. Tho.

tionem omnium mandatorũ asserere. Tametsi & qui in peccato opera exequitur moraliter bona eadem in gloriam Dei facit naturali modo. Quare tertius sensus eorundem verborum est vt nulli operi alium finem quam Deum præstituamus sed cuncta eo fine exequamur ad quem creata sũt, quod vtique præceptum quantum ad substantiam operis etiam extra gratiam imple

Ad tertium. tur, Ad tertium respondetur quod cum nemo valeat complere precepta, nisi & ipsum quoque charitatis, quando occurrerit, expleat, & hoc absque gratia perfici nequeat, fit vt neque sine illa possimus implere omnia. At vero quamuis hic, vbi de modo charitatis sanctus Thomas tractabat, hac fuerit contentus solutione, nihilominus neq; alia vniuersa mandata potest homo post lapsum naturæ per peccatum Adæ absque speciali Dei munere implere. Sumus enim sicuti infirmi qui possunt aliquot passus gradi, non tamen plurimos progredi Et ideo licet possimus vnum aut alterum nostrapte natura morale bonum præstare diu tamẽ stare non valemus, quin decidamus. Hoc autem lib. 1. de natu & gratia, ca. 22. latissime ex dictis Augustini Conciliorumq; Mileuitani & Arausicani constabiliuimus, per que doctrinam eiusdem sancti doctoris i. 2. q 109. explicauimus.

Solutio S. Tho. extenditur.

Auctor libr. de natu. & gratia. Concil. Mileui. August.

ARTICVLVS III.

Vtrum alia præcepta moralia quæ extra Decalogum vagantur, congruenter tum distinguantur, tum etiam ad eundem reducantur Decalogum.

HIc articulus superioribus sæpe desideratus est ac insinuatus, quo explicitur numeri sufficiẽtia Decalogi eiq. annexarũ moralium præceptionem. Arguitur ergo, quod non fuerint alia moralia præcepta præter decem illa necessaria. Omnis n. lex & prophetę, vt Mat. 22. asseruit Christus ex duobus illis pendent, charitatis Dei & proximi, Prius autem illorum abunde priori tabula explicatur, posterius uero posteriori, ergo nulla sunt insuper necessaria. Secũdo arguitur, Si alijs opus fuisset præceptis, hoc esset uel tanquam generalibus, uel tanquam specialium ipsorum determinationibus, non quidem tanquam generalibus, quia maxima illa duo non erant explicitũ necessaria, sed sunt, vt dicebamus, decalogi præuia principia conclusionis autem generales, omnes sunt in Decalogo Neque vero opus erat moralibus alijs tanquam generalium determinationibus, nam vt antea ostensum est, determinationes moralium præceptorum ad ceremonialia pertinent, atque ad iudicialia. Tertio arguitur contra sufficientiam eorundem præceptorum. Tertiũ.

Primũ argu. ad partem negati.

Precepta moralia (vt supra constitutum est) debent institui de vniuersis virtutum actibus, ergo sicut in lege extant preter Decalogum precepta pertinentia ad liberalitatem, misericordiam, castitatem & latriam: ita etiam deberent adhiberi præcepta de fortitudine, de temperantia, & de huiusmodi virtutibus quæ sunt hominis ad se ipsum, & tamen non inueniuntur, ergo non satis lege veteri de omnibus cautum est. In contrarium facit Dauidicum illud testimonium: Lex Domini immaculata cõuertẽs animas. Quo docetur, vniuersa prohibuisse mala, quibus anima maculatur vniuersaque precepisse bona quibus conuertitur, ergo cum non sint cuncta in Decalogo, fit vt sparsim alijs in locis habeãtur, quę in ipsum reducun ur. Psal. 18.

Initium huius soluendæ quæstionis ex superioribus sumendum est. In primis supponenda est distinctio ceremonialium, iudicialium quà moralibus, nempè quod ceremonialia & iudicialia ex sola diuina institutione vim habent, sicut in republica leges humanæ. Non enim sunt de illis, quæ sunt iussa, quia bona, aut prohibita, quia mala, sed de his quæ antequam iubeantur, aut prohibeantur, nihil referebant. Sed (ut ait 5 Ethi. Aristot.) quia constituta sunt, referunt, ideſt eo sunt bona, quia iussa, & mala, quia prohibita. De quibus ideo impræsentiarum nullus habetur sermo. Moral a uerò non ex institutione solum, sed dictamine naturalis rationis, secluſa alia lege, vim habent & energiam ligandi. Sunt autem in triplici ordine. Quædam. n. existũt coniſſima ac perinde patentiſſima principia, quæ ideo nullius indigent editionis, sicuti mandata de dilectione Dei & proximi, atq. illud, Id facias alijs, quod tibi fieri vis & similia. Quæ ideo non sunt in Decalogo, sed sunt sicuti eius finis. Alia verò Aristot. Triplex ordo moralũ

sunt

ſunt non vſque adeo uniuerſalia, ſed eorundem principiorum concluſiones quæ quiſque per ſe etiam plebeius facile poteſt perſpicere. Veruntamen quia ob morum peruerſitatem & rationis nebulam poteſt nonnunquam eorum iudicum peruerti, editione indigent Atque huius ſecundi ordinis ſunt cuncta præcepta Decalogi, quanuis illa ſecundæ tabulæ, quia nullo indigent fidei lumine conſtituta ſupra ſunt in primo concluſionũ gradu, præcepta vero primæ, quia illo indigent, in tertio. Sed tertius ordo eſt eorum, quæ non ita quiſque facile rationis luce perſpicere poteſt, at ſapientum indiget adminiculo. Quæ ideo artic. 1. in ſecundo concluſionum gradu collocauimus. Et hæc ſunt extra Decalogum per Moyſen & Aaron ſuggeſtione diuina ſuperaddita. At quantum ea quæ minus cognoſcuntur, per illa quæ parentiſſima ſunt innoteſcunt præcepta huiuſmodi tertii ordinis ad Decalogum, quo implicita ſunt reducuntur, ſingulis ſcilicet ad ſingula reſpondentibus. Exempla patent. Cum enim primo Decalogi præcepto alienorum deorum cultus proſcriptus condemnatuſque ſit, cuncta quæ ad idololatricam ſuperſtitionem ſpectant, ad ipſum referuntur, quale eſt illud Deut. 18. Non inueniatur in te, qui luſtret filium ſuum aut filiam ſuam, ducens per ignem, nec ſit maleficus atque incantator, neque qui Phytones conſulat neque diuinos, & quærat a mortuis veritatem. Rurſus quia ſecundo mandato periurium cauetur, eodem reducitur prohibitio blaſphemiæ, quæ Leuit. 24. extat, vbi blaſphemus iubebat lapidibus obrui. Et prohibitio falſæ doctrinæ, cuius Deuteron. 18. fit mentio, vbi falſi prophetæ refelli iubentur. Ad tertium autem præceptum de ſabbathi ſanctificatione cuncta reducuntur ceremoniarum inſtituta. Sicuti & ad quartum de honore parentibus deferendo applicantur omnia, quibus iubemur ſeniores & magiſtros honeſtare. Quale eſt illud Leuit. 19. Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis Pari iure quintum præceptum, quo homicidium condemnatur, iura omnia comprehendit, quibus corporea quæuis proximi læſio inhibetur, quin vero & internum odium. Quæ illa ſunt eiuſdem capitis. Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui. Et rurſus, Ne oderis fratrem tuum in corde tuo. Ad eundem modum ſexto præcepto, quæ prohibitio eſt adulterij, implicatur genus omne luxuriæ. In primis ſimplex ſcortatio, & nefandum crimen, atque beſtialitas, ſecundum illud Deuteron. 24. Non erit meretrix de filiabus Iſrael neque fornicator de filijs Iſrael. & Leuit. 18. Cum maſculo non commiſceberis, cum omni pecore non coibis. Atque eodem tenore ſeptimo præcepto quo furtum vituperatur, affine eſt aliud Deuteron 28. quo prohibetur vſura, Non fœneraberis fratri tuo ad vſuram. Et prohibitio fraudis, ſecundum illud Deuteron. 25. Non habebis in ſacculo diuerſa pondera. Ac perinde vniuerſa technarum & calumniarum genera. Denique eodem pacto ad octauum præceptum, quod prohibitio eſt falſi teſtimonij adiungitur & prohibitio falſi iudicij, atque omnes mendacij ſpecies ac detractionis. Legitur enim Exod. 23. Neque in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt a verita e deuies. Et infra, Mendacium fugies, & Leuiti 19. Non eris criminator & ſuſurio in populis. Poſtremis autem duobus, vtpote quibus omnis cohibetur ſiniſtra cupido, nullum aliud ſupereſt quod adhibeatur. Circa hæc non niſi vnicum ſimplex dubiolum reſtat. Etenim in hac reductionum ſerie multa recenſita ſunt grauiora, quæ ad leuiora reducuntur vt blaſphemia, ad periurium & ad adulterium infanda, beſtialiaque flagitia, ac denique rapina ad furtum, cum tamen ratio ſuadere videatur, vt quæ leuiora ſunt, ad acerbiora reducantur. Huius autem rationem Caietanus hanc ſubiungit, quod cum illa leuiora, communiora vt inquit ſint & frequentius in vſu, ad illa referuntur alia quæ rarius contingunt. At vero ratio hæc non plene videtur dubium diluere. Nam illa ratione, fornicatio ſimplex, quæ latius inter homines ſerpit, deberet in Decalogo prohiberi ad quam reduceretur adulterium. Ratio ergo non eſt, niſi quam ſupra ſæpenumero adnotauimus, nempe quod cum Decalogo illa deberent penitus conſcribi, quæ ſunt patentiſſima & inter viros omnis iuſtitia atque adeo inter iniquitates iniuria ſic cunctis notiſſima, in prima tabula poſita ſunt illa, quæ palam eſt nos Deo debere. In ſecunda vero niſi illa quæ iniuriam in proximum annexam habent,

quale

Primus ordo.

Secũdus ordo.

Tertius ordo.

Præcepta tertij ordinis ad decalogum reducũtur omnia.

Primũ præceptum.

Sed'm.

Tertiũ.

Quartũ.

Quintũ.

Sext um

septimũ

Octauũ.

Nonum & decimum.

Dbio·u lum vni cum.

RõCaie tani.

quale eſt mœchia. Nefandum enim crimen & beſtialitas, etſi ſint fœdiſſima ac ſubinde grauiora, tamen non ſunt peccata contra iuſtitiam ſed in corpus proprium. Tametſi in furto & rapina verum ſit, quod per minoris cautelam prohibeatur maius.

Ad primū arg. Per hæc igitur argumenta facile ſoluuntur. Ad primum enim reſpondentur, quod etſi tota lex pendeat ex illis duobus mandatis nihilominus alia euidentius ex illis inferuntur, & hæc in Decalogo copulata ſunt. Alia vero minus euidēter, & hæc commiſſa ſunt ſapientum doctrinæ. Ad ſecundum autem reſpondetur, quod ceremonialia, & iudicialia, vt dictum eſt, ſunt generalium determinationes non per viam illationis, ſed per uiā arbitramenti quo generalia ſpeciatim determinantur, quare illa non reducuntur ad Decalogum, ſed illa prorſus, quæ vt naturalis inſtinctus inde ſapientes ratiocinando eliciunt. Ad tertium autem per id, quod ſæpe dictum eſt, reſpondetur, videlicet quod in Decalogo illa tantum ſunt prohibita quæ manifeſtariam inferunt iniuriam: ſeu in perſonam præſentem, vt homicidium ſeu in futuram prolē, vt adulterium. Reliqua vero quę hominem in ordine ad ſeipſum componunt, vt fortitudo, & temperantia quia eorum contraria non ſunt adeo manifeſta crimina, commiſſa ſunt alijs edocenda, vt ducibus in bello, qui doceant non eſſet fugiendum: Deuter. 20. Nolite metuere nolite cedere. Et patribus familias, qui ſuos inſtruant temperate viuere, vt eodem libr. ca 21. Monita noſtra audire cōtemnit, commeſſationibus uacat & luxuriæ, atque conuiuiis, eſt enim hęc reprehenſio atque correptio, qua parentes in filios vti debent.

Ad ſecū dum.

Ad tertiū arg.

ARTICVLVS XII.

Vtrum præcepta moralia ueteris legis iuſtificarent.

Primū argu. ad partē affirmatiuam.

Paulus.

Secūdū.

CVm quæſtio præſens in præceptis moralibus legis veteris dilucidandis verſetur, queritur poſtremo articulo de eorum vigore, vtrum videlicet eorum obſeruantia iuſtificaret? Videtur enim Paul. ad Roman. 2. id affirmare, vbi ait. Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum ſed factores legis hoc eſt, legis mandata complentes, iuſtificabuntur. Secundo, & id ipſum aſſertum eſſe videtur verbis illis Leuitic. 18. Cuſtodite leges meas, atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis, vita ſcilicet ſpirituali, in qua iuſtitia apud Deum conſiſtit. Et ratio id tertio perſuadere videtur. Lex enim uerus, vtpote diuinitus lata, excelſioris erat virtutis quam humana, lex autem humana iuſtos facit homines. Nam, vt ſupra dictum eſt, propoſitum legislatori eſt bonos facere ciues boni autem non ſunt niſi per virtutes, quarum vniuerſitatem. Ariſtoteles appellat legalem iuſtitiam: ergo lex vetus iuſtificabat. In contrarium eſt illud Pauli 2. ad Corinth. 3. Litera occidit. Quod ſecundum Auguſtinum in lib. de ſpiritu & litera. cap. 4. & proximis de præceptis moralibus ad literam intelligitur.

Tertiū.

Auguſt.

Quæſtio hæc tempore S. Tho. licet contra Pelagianos, ſatis fuiſſet, tam ab aliis, tū præcipue ab Auguſtino diſcuſſa, tamē poſt quam Lutherani eatenus fidei iuſtificationem adſcribere moliti ſunt, vt operib. omnem denegauerint iuſtitiæ vim, celebrior facta eſt. De quo pene argumento tripertitum nos opus de natura, & gratia ad ſanctum Concilium Tridentinum, edidimus. Hic ergo nimis operoſum eſſet tam uaſtam diſputationem ingredi: ſed ſatis erit præſenti loco inſeruire. Et quidem diffiteri non poſſumus, quin articulus hic apud San. Thom. preſſior ſit atque implicatior, quam ſuam eſſe ſoleat lux ingenij, quia cum illo tunc temporis res erat conſtitutiſſima, non duxit neceſſarium præſenti loco eam euoluere. Accedit quod vniuerſa eius exemplaria expoſiturum chalcographorumque ſubinde negligentia mendoſa hoc loco ſunt. Igitur vt tum S. Tho. tum res ipſa aperiatur, notandum eſt, quod ſicuti iuſtitia duplex eſt, ſcilicet infuſa & acquiſita, ſic & iuſtificatio altera ſit apud Deum atque altera apud homines. Quare dicendum prius de illa, quę eſt apud Deum, quę ſimpliciter eſt iuſtitia, ac deinde de altera, quę tantum dicitur iuſtitia humana. Iuſtificatio ergo (vt 2 libra citato cap. 6. dicebamus) ſi propriè & per ſe primo nomen accipias, idem eſt quod iuſtitię factio puta opus quo quis ex iniuſto fit iuſtus. Sicuti calefactio eſt actio qua frigidū fit calidum. Nā huiuſmodi nomina mutationem

S. Tho.

Aucto. libro de natura, & grā.

tionem inter duo extrema ſignificant. Accipitur nihilominus paulo extenſius pro augmento & quod Phyſici dicunt, intentione eiuſdem iuſtitiæ. Nam in formis, quæ latitudinem habent, non ſolum inceptio, verum & progreſſio idem ſortitur nomen. Dicitur enim aqua calefieri quanto tempore fit calidior. De priori ſignificatione ait Paulus ad Roman. 4 Credenti in eum qui iuſtificat impium, hoc eſt, ex iniuſto iuſtum efficit. Et capitulo ſexto. Qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt a peccato. Eſt ergo iuſtificatio priori modo nihil aliud, quam peccatorum remiſſio per gratiam Spiritus ſancti, ſecundum illud ad Corin. Iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritus Dei noſtri. Quapropter iuſtificatio in propoſito non deriuatur a iuſtitia particulari virtute, qua vnuſquiſque alterius ſuum tribuit, ſed vt importat totius hominis rectitudinem reſpectu Dei. Enimuero ſicuti in rebus corporeis illud dicitur alteri iuſtificari quod eidem adęquatur, vt lapis normæ, ſic ille apud Deum iuſtificatur, qui eius voluntati ſubiectus ad eius legem, & regulam ſua opera admittitur. De ſecundo autem iuſtificationis modo ait Ioã. Apoc. 22. Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc. Et Eccleſiaſti. 18. Non verearis vſque ad mortem iuſtificari. Et Iac. 2. Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum. Quibus verbis aduerſatus fuiſſet Paulo dicenti: Arbitramur hominem iuſtificari per fidem, & non ex operibus. niſi Paulus de infuſione diuinæ gratiæ loqueretur. Iacobus autem de eius incremento. Quo fit vt vtroque prædictorum modo iuſtificatio cum opus ſit ſupernaturale non niſi per gratiam Dei perque infuſam iuſtitiam fiat. Sed eſt differentia quod prima iuſtitię infuſio in paruulis quidem per ſolum ſacramentum, in adultis vero per proprias diſpoſitiones, puta vel per voluntariem ſuceptionem baptiſmi, vel per contritionem quæ licet non ſit meritum gratię, alias, vt ait Paulus non eſſet gratia, eſt tamen præparamentum abſque quo nemini eam Deus confert. Quare ad conuerſionem prima diſpoſitio requiritur fidei nam accedentem ad Deum, ait Paulus, oportet credere quia eſt. Deinde requiritur ſpes, iuxta illud ad Roma. octauo. Spe ſalui facti ſumus. Denique motus charitatis, ſecundum illud Ioannis. Translati ſumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Et ſecundum illud Saluatoris. Qui diligit me, diligetur a patre meo. At vero poſtquam diuinitus iuſti facti ſumus ac Dei filii conſtituti, per infuſas ab ipſo cum gratia virtutis, ac per diuinum eius fauorem operamur opera, hoc eſt merita vitę, audendo iuſtitiam. Prior ergo iuſtificatio eſt acquiſitio ſeu aſſequutio iuſtitię, poſterior vero eſt eiuſdem exercitio. Iuſtitia autem acquiſita, quę eſt apud homines, vna eſt ſecundum rei veritatem quando ſcilicet homo re uera facit legis opera, quam appellat Paul. ad Roma. 3. legem factorum. Et dicitur iuſtitia operum, vt illic nos adnotauimus, quia eſt humana rectitudo, quę per naturalem facultatem in moribus conſtituitur ſecundum legum normam. Ac differt a iuſtitia fidei, quod talis rectitudo, licet ſubſtantiam operum faciat moraliter bonam, non tamen perſonam iuſtificat per remiſſionem præteritorum peccaminum, iuſtitia vero quę fundatur in fide, ideoque nuncupatur iuſtitia fidei, per gratiam iuſtificat prius perſonam a delictis præteritis, vt deinde iuſta exequatur opera, quæ ſi vt Deo grata. Sed eſt præterea humana iuſtificatio in foro exteriori, quando ſecundum allegata & probata iudex reum abſoluit. Quo ſenſu ait Sapiens Prouerb. 17. Qui iuſtificat impium, & condemnat iuſtum. abominabilis eſt vterque apud Deum. De hac autem acceptatione nihil ad præſens. Quapropter, & reſpectu etiam acquiſitæ iuſtitię apud homines, uno modo vſurpatur iuſtificatio pro acquiſitione & aſſecutione habitus iuſtitię, puta cuiuſcunque virtutis, nam generali etiam nomine accipitur hic iuſtitia, atque altero modo pro executione & exercitio ſtudioſorum operum. Hæc igitur pręmediati ad literam S. Tho. deſcendentes, quinque concluſionibus ad queſtionem reſpondeamus. Mouet enim peculiariter quæſtionē de præceptis moralibus legis veteris, propterea quod de illis peculiariter tractatur in hac quæſtione: videlicet, vtrum iuſtificarent, hoc eſt hominem facerent iuſtum apud Deum ac dignum vitę eternę? Pro cuius deciſione ſupponit quod ſicuti ſanum propria accipitur pro animali quod ſanitate formaliter

Paulus.

Differẽtia inter paruulos & adultos, quãtum ad iuſtitię infuſionem.

Iuſtitia acquiſita apud hoies.

Suppoſitum pro deciſione quæſtionis.

Prima concluſ. Auguſt.

liter est sanum secundario vero pro signo vel causa sanitatis, quemadmodum vtinã dicimus sanam, ac medicinam, sic iustificatio proprie & formaliter accipitur pro receptione & custodia iustitiæ, quę est peccatorum remissio, secundario vero pro dispositione atq. adeo pro significatione eiusdẽ iustitiæ. Quo supposito statuitur prima conclusio. Præcepta legis secundo improprioq. mõ iustificabant, tum inquantum disponebant homine ad gratiam Christi iustificantem, tum etiam inquantum eandẽ futuriã Christi misericordiam significabant, nam ut ait contra Faustum. Aug. vita illius populi prophetica erat, & Christi figuratiua, secundum illud 1. ad Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis. Percontaris autem vtrum hoc peculiare erat præceptis illius legis, ac moralibus singulare? Nam & opera nostra, præparamenta etiam sunt ad gratiã. Respõdetur in hoc nihil interesse discriminis inter opera illius legis & nostra quod pertinet ad cuiusq. personę iustificationem. Immo sicuti opera nostra extra gratiã possunt esse moraliter bona atq. adeo cum auxilio speciali dispositio ad gratiam, sic opera illorum tam cerimonialia & iudicialia, quam moralia. De hoc autem est differentia, quod cum gratia & misericordia per solum Christum nobis obueniat, per opera illius legis disponebatur populus ad suscipiẽdum eundem Messiam, eiusq. legem euangelicam, quam & cerimonię etiam significabant, ob id quę conclusio cuncta legis opera comprehendit. Opera vero nostrę legis non disponunt ad suscipiendum significandumve Christum, sed quem iam suscepimus, per ea colimus. Si autem loquamur de iustificatione proprie dicta, puta de receptione & cultu iustitiæ, tunc vt paulo antea admonebamus distinguendum est. Nam iustificatio vel vsurpatur pro acquisitione & assequutione iustitiæ, vel pro executione eiusdem acquisitę, puta pro exercitio operũ viri iusti. At vero virtutum aliæ sunt acquisitę, aliæ infusæ, quarum priores nostrorum operum vsu & consuetudine, secũdum Aristo. 2. Ethic. ingenerantur, posteriores vero diuinitus cum gratia infunduntur. In quibus simpliciter vera iustitia cõsistit, quę est apud Deum, puta remissio peccatorum, secundum illud Pau ad Rom. 4. Si Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam scilicet apud homines, sed non apud Deum. Atquid hac vera iustificatione quę ritur impræsentiarum. De qua idcirco statuitur secunda conclusio negatiua, eademque generalis Præcepta moralia, quibus humani actus instituuntur, ne quaquam efficere tunc poterant, neq. vero in nobis modo possunt eiusmodi iustitiam. Haud enim cõclusio peculiariter intelligenda est de præceptis illius legis, sed de omnibus generaliter etiam nostrę, quæ ad mores pertinent. Atqui hoc est argumentum, quod Paulus tum in alijs epistolis, tum præsertim ad Romanos atq. ad Galatas demonstrandum curauit aduersus Iudæos, qui suam salutem suis legis operibus adscribebant. Constituit inquam nemini vnquam salutem nisi perfidem Iesu Christi, obtigisset. Et ratione m se pe assignauimus, nempe quod cum iustificatio opus sit supernaturale, vigore nostrorum operum excedit, vt ab ecclesia contra Pelagium iampridem, sancitum est. Quare altera, vt diximus, nuncupatur iustitia operum, quæ personam a piaculis emundat. At vero diuus Tho. conclusionem ad præcepta moralia eo coercuit, quod de ceremonialibus sacramentis dubium restabat, an sicut nostra gratia efficeret. Ab hac statim cõclusione litera S. Tho. non solum implexa est, verum & mendosa. Subdonatur nanq. duo membra eorundem verborum, hęc scilicet. Si vero accipiatur iustificatio pro executione iustitiæ. Quę rursus verba statim repetũtur. Quare necesse est, vt in priori legamus, pro acquisitione, vel assecutione. Nã illud fuerat prius mẽbrum superioris distinctionis. At vero non subinde patefit litera. Nã cum negasset opera moralia iustitiã apud Deum efficere, consequens fit, vt neque eisdem, eandem acquiramus aut assequamur iustitiam, & tamen protinus subungit, qđ præcepta moralia iustificabant inquantum continebant, id quod est secundum se iustum. Dicendum ergo est Sanctus Th. tria membra insinuare scilicet efficere iustitiã, assequi iustitiam, & exequi iustitiam. Et de primo statuit secundam conclusionem negatiuam. De secundo autem subiicitur tertia. Præcepta moralia iustificant si iustificatio accipiatur pro assecutione, & acquisitione, hoc est per eorum opera omnes assequebatur iustitiam, tum naturalem, quę generatur assuetudine operum bonorum moraliter, tum etiam illam, quę est apud Deum. Non quidem in ratione meritorum, hoc

Secũda conclu.

Rõ con clõnis.

S. Tho.

Tertia conclu.

Aristot.

Paulus.

enim eſt Pelagianum, & ſecunda concluſio ne, negatum, ſed tamen in ratione diſpoſi-
tionis perſpeciale auxiliū. In quo (vt nuper
Quarta conclu. dicebamus) opera noſtra ab illis non diffe-
S. Tho. rebant. Sunt enim vtraq. moraliter bona ex obiecto. Et hoc eſt, quod ait D. Tho. Inquan tum continebant id, quod eſt ſe iuſtū. Quar ta concluſio. Ceremonialia legis opera, nem pe priſcorum ſacramenta non conferebant gratiam, ſicuti noſtra. Cōcluſio hæc non eſt propria præſentis loci, ſed doctrinæ com-plementum inſerta. Conſtituit eam tamen D. Tho. 3. parte, qu. 62. art. 6 iuxta verbum
Paulus. Pauli ad Galat. 4. Conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, hoc eſt, ſecundū gloſſam, ad legem. Quæ quidem dicebatur infirma, eo quod perfecte non iuſtificabat. Vbi non negatur in circunciſione conferri fuiſſe tunc ſolitam gratiam attamen non conferrebatur vi ſacramenti, ſed per fidem, quum per illam ceremoniam populus ille proteſtabatur. Et ratio diſcriminis eſt, quod tunc cum nondum fuiſſet exhibita paſſio ſo la intentione per modum finis applicaba-tur per fidem. Quare ceremonię illæ non e-rant paſſionis inſtrumentum, ſed præciſe te ſtimonium. At vero eum per euangelium exhibitam iam paſſionem profiteamur, no-ſtra ſacramenta non tantum eiuſdem teſti-monia, verum, & inſtrumenta cenſentur, in quorum perinde applicatione virtus latet, effectrix gratiæ. Igitur vt ad rem redeamus, ſi iuſtificatio pro exercitio, & executione iu ſtitiæ vſurpetur, adiungitur quinta concluſio: Omnia præcepta legis iuſtificabant. Nā
Quinta conclu. extra gratiam erant mortaliter bona iuſtifi-cantia apud homines. In his autem qui per gratiam Dei iuſtitiam fuerunt apud ipſum adepti, vera erant merita digna fœlicitati æternæ Neq. in hoc vllum erat interuallum inter noſtra & illorum opera. Agnoſcit au-tem S. Tho. nonnihil diſcriminis inter cere-monialia præcepta, & reliqua, ſeu moralia, ſeu iudicialia, quod ceremonialia, inquit, ideo iuſtificabant, hoc eſt erant meritoria, quod conferebant iuſtitiam ſecundum ſe in generali, ob id, ſcilicet quod per ea exhibe-batur Deo cultus, ſicuti nos modo per thuri ficationem, & alias eccleſiaſticas ceremo-nias Deum colimus. At vero in ſpāli, ideſt, propria ratione obiecti, non continebant ſe cundum ſe iuſtitiam, niſi ex ſola determina tione legis diuinę. Quod eſt dicere, litere cer ta animalia, nempe vitulos, aut capros, aut agniculos, aut paſſeres deſtinato numero, linireq. altaris cornua ſanguine, & ad ge-nus alia, ſecundum eorum natura nihil iu-ſtitię continebant, magis quam occidere ca nes aut certe mures. Continebant tamen iu ſtitiam ex determinatione diuinæ legis, por ro quia diuintus erant inſtituta. Et ideo in-quit de huiuſmodi præceptis dicitur quod non iuſtificabant in ſi ex deuotione & obe-dientia facientium. Attamen præcepta mo lia generaliter continebant id, quod erat ſe cundum ſe iuſtum, nempe Dei proximiq. amorem, quæ eſt generalis iuſtitia, omnem virtutem ſecundum Ariſt. 5. Ethic. compre-hendens. Præcepta vero iudicialia contine-
Ariſtot. bant ſpecialem iuſtitiam, hoc eſt, determi-nationē generalis rationis præceptorum mortaliam ad aliquam ſpeciem modo ſu-pra depoſito. Eſt enim genus moralis præ-cepti, vt malefactor in ſuppliciū adigatur, iudiciali autem in particulari decernebatur vt qui ſuraretur ouem quatuor ſolueret, & fur nocturnus occideretur, & adultera lapi-dibus obrueretur.

Per hæc ergo clareſcunt argumentorum
Ad pri-mū arg. ſolutiones. Verbum enim Pauli ad Rom. 2. qu od factores legis iuſtificabuntur, in elli-gitur ſecundum ſententiam quintæ conclu ſionis de executione iuſtitiæ nempe quod implentes legem extra gratiam exequeban tur opera moraliter bona, in gratia vero o-pera de condigno meritoria. Aliud autem Leu. 18. nempe quod faciens humo iudicia
Ad ſecū dum. legis viueret in vis nō intelligitur, quod per ſe ipſa opera vita donarent ſpiritualem, ſed quod qui legem cuſtodiret, non incurreret mortis pœnam, quam ſemper lex commina batur, quamuis & in eis ob id viueret ſpiri-tualiter, quod iuſtus ſeruando legem conſer uaret. Dei amicitiam. Tertium autem argu mentum ſolum probat, quod opera huma-
Tertiū. narum legum iuſtificant iuſtitia acquiſita, quæ eſt apud homines. Concluſio vero ſe-cunda, eſt principalis huius articuli ne-gat vlla per ſe opera iuſtificare apud Deum.

QVÆ

QVÆSTIO IIII.

DE PRÆCEPTIS DECALOGI in singulari.

San. Thom. 2.2. quæst. 1.

ARTICVLVS I.

Vtrũ præcepta decalogi sint præcepta iustitiæ.

QVæstioni præcedenti, qua de mandatis Decalogi in genere dissertum est hanc quartã subnectendã duximus de singulis præceptorũ in particulari;vt de eorũ cognitione nihil amplius desideretur. Nam species,& indiuidua suo generi suppositia lucidiora fiunt. Quamobrẽ eandem cõnem ex S. Tho. 2.2. q. 122. nẽpe postrema de iustitia, huc accersiuimus. Decalogus etenim quatenus pars est veteris legis, ad legum tractatum in cõi attinet; quem diuus Thom. 1.2. collocauit. Quatenus vero ad iustitiam spectat, in 2.2. in particulari tractatur. Nos vero propter innatam affinitatem, quam species habent & genus, simul ambas coniunximus. Igitur quamuis superiori cõne satis hoc fuerit inculcatũ, nihilominus quia hic proprius est locus, quæritur primò, vtrũ cuncta præcepta decalogi partes sint speciesque iustitiæ; Et arguitur a parte negatiua. Propositum legislatoris (vt Arist. 2. & 5. Ethic. auctor est) huc fertur, vt ciues faciam bonos, hoc autem perficere nequit, nisi omnium illos uirtutum officijs imbuat, ob id enim dictum est de vniuersis virtutibus præcipere. Decalogus ergo qui totam legem complectitur non solius iustitiæ præceptiones debuit continere. Secundo. Lex etiam præcepta iudicialia tradidit, & ceremonialia, ac demum alia de actibus iustitiæ pertinẽtibus ad commune bonum, puta de publicis magistratibus, vt quomodo essent creãdi sacerdotes tẽpli,& iudices populi. Hæc ergo debuerunt quoque in numerum redigi,& non illa solum decem, quę virtutes instituunt priuitas. Tertio, Duæ decalogi tabulæ in dilectionem Dei & proximi, vt supra dictum est, resoluuntur, ergo sub caritate potius quam sub iustitia continentur. In contrarium est, quod sola iustitia virtus est, aut illi annexa, per quam vnus alterum ordinatur, præcepta autem decalogi, si illa inspexeris, cuncta respectum habent vnius ad alterum, ergo omnia pertinent ad iustitiam.

Primũ argu. a parte negatiua.

Secũdũ.

Tertiũ.

Quæstio facilima est, ac satis superque soluta. Respondetur ergo vnica conclusione. Omnia præcepta Decalogi ad iustitiam oportuit pertinere. Probatur, Decalogus continere debuit non nisi prima legis principia, nam conclusionum multitudo vsque adeo est numerosa, vt nequeat certo numero comprehendi principia autem decet sic habere manifestam rationẽ debiti (nam preceptum, debiti rationem dicit) vt quam facillimo negotio vnusquisque id videat, ratio autem debiti in sola ratione iustitiæ luculentissimè apparet, debitum enim respectum ad alterum palam affert. Nam cum unusquisque sui sit, suorumque dominus, non ita compertum est hominem sibiipsi aliquid, debere, fit ergo consequens, vt cuncta decuerit ad iustitiã pertinere. Quocirca præcepta primæ tabulæ, ad religionem Dei attinent, quæ potissima est pars iustitiæ, quartũ vero ad pietatem, quæ illi est proxima, sed tamen subsequentia ad iustitiam, quæ est inter æquales. Hic nihil adnotandum supereſt, quòd superiori quæstione non fuerit definitum, nisi si quis hoc forte ambigeret, quod videtur S. Thom. sibiipsi contrarius. Etenim superiori quęstione artic. 1. præcepta Decalogi non dixit esse prima principia, sed proximas conclusiones, quare præcepta secundæ tabulæ eo posuit in primo gradu, quòd modica considerationem approbantur per illa communia, & prima principia, nempe, id facias aliis quod tibi fieri uis, &c. hic autem ait esse prima principia. At vero nulla est contradictio. Non enim hic ait præcepta Decalogi esse simpliciter prima principia, sed cum restrictione, prima principia, legis, hoc est intrinseca legi. Lex enim est præceptorum numerus, quæ edita sunt & posita, præcepta autem, quæ ponuntur ex primis eliciuntur principijs naturæ, per uiam cõclusionis, ob idque nihil repugnat, vt Decalogi mandata cõclusiones sint primorum principiorum naturę quæ sunt legi extrinseca, quasi fons eius & origio, & tamen eadem præcepta sint primo per legem lata, ex quibus alia deducuntur, quæ sunt extra Decalogum. Quo fit ut sicut in specula-

Vnica concluſ. Rõ conclus.

Dubiũ subortũ ex S. T. doctrin.

Concordantur, loca S. Thom.

tiuis primorum principiorum cognitio dicitur intellectus, concluſionum autem ſciẽtia, quæ ad diſcurſum rationis pertinent, ſic & vniuerſalia morum principia nullo rationis diſcurſu egeant, ſed in ſimplici ſint intellectu conſcripta ſimplicique actu viſa: Decalogus vero nonnullo opus habeat ratiõnis negotio. Ob idque S. Thom. nõ ait, quod Decalogi præceptis ſtatim intellectus aſſentit, ſed ratio, quæ illa ex primis principijs colligit. Rurſus vbi ait religionem, potiſſimam eſſe iuſtitiæ partem, id intelligito propter excellentem obiecti dignitatem tametſi hoc deficiat à iuſtitia, quod per ipſam æquale non reddimus. Hic enim defectus potius excellentia eſt. Nam propter eminentiſſimam Dei excellentiam & beneficiorum exuberantiam, quæ ab ipſo ſuſcipimus, æquale ei debitum reddere nequimus.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur argumentum reſpondetur, quod etſi intentio Dei fuerit, homines bonos facere, id tamen ordine quodam executus eſt. Dedit quippe nobis per ſe Decalogi mandata, ceu legis capita. ſapiẽtibus autem commiſit, vt de alijs nos erudirent. Ad ſecundum quantum ad iudicialia & ceremonialia, iam artic. 1. ſuperioris quæſtionis dictum, eſt, cur non ad Decalogum pertineant, quia ſcilicet non eliciuntur ceu concluſiones ex primis principijs naturæ, immo neque ex ipſo Decalogo. Quare ad ipſum non reducuntur, ſed ſunt determinationes generalium ad ius poſitiuum pertinentes, ceremonialia ſcilicet quantum ad diuinum cultum, & iudicialia, quantum ad ciuiles mores. Alia vero de publicis magiſtratibus ob id non erat opus in Decalogo explicari, quod cum non ad omnes pertinerent, ſed ad quoſdã hominũ ſtatus, aptios iudicialium albo ad ſcribuntur. Tertiũ autẽ argumentum id tãtum conuincit, quod præcepta Decalogi ad charitatem quaſi ad finem referantur, ſunt tamen propriè de operibus iuſtitiæ.

Ad ſecũdũ arg.

Ad tertium.

ARTICVLVS II.

Vtrum primum præceptum Decalogi congruẽti ſit modo traditum.

COnſtituto ergo Decalogo ſub virtute iuſtitiæ, ſeriatim ſingula eius præcepta exploranda ſunt ac perpendenda. Quæritur ergo de primo, an ſit congruenter traditum? Et arguitur à parte negatiua: Homo arctiori vinculo tenetur Deo, quam patri ſecundum carnem, iuxta ad Heb 12. Quantò magis obtemperabimus patri ſpirituum & viuemus; ſed præceptũ paternæ pietatis conſtituitur affirmatiuè videlicet, Honora patrem tuum, & matrẽ tuam, ergo & primum religionis præceptum qua Deum colimus, debuit affirmatiuè poni, eò præſertim quod affirmatio eſt prior negatione. Secundò, Primum præceptum Decalogi ad religionem ſpectat, quæ cum vna ſit virtus, vnum habet actum, vnico ergo debuit & non trino illo verbo deſignari. Non habebis Deos alienos coram me, Non facies tibi ſculptile, Non adoraberis ea, neque coles. Tertiò, Per hoc præceptum vt Augu. in lib de decem chord. auctor eſt, excluditur ſuperſtitionis vitium, multo autem plures ſunt ſuperſtitionum peruerſitates præter idololatriam, ergo trunca fuit forma illa eiuſdem præcepti. In contrarium eſt ſcripturæ auctoritas, Exod. 20.

Primũ argum. a parte negatiua.

Secundum.

Ad quæſtionem vnica concluſione reſpondetur: Forma primi præcepti per trinam negationem congruentiſſime fuit expreſſa ſcilicet. Non habebis Deos alienos: Non facies tibi ſculptibile, Non adorabis ea, neque coles. Probatur cõcluſio: Si illud prius ſubſternamus ſæpiſſimè aſſertum, videlicet, legislatoris finem eſſe, bonos facere ciues. Hic namque bonitatis progreſſus naturalem generationis ordinem imitari debuit, in ordine autem generationis duo ſunt attendenda. Primum, vt pars illa, quæ eſt initium vitæ, primò conſtituatur. Nam ſi naturam cõſulas, prima pars quæ in anima viuit, eſt cor, ſi verò artem, primum ſtruendæ domui iacitur fundamentum, in morum autem decurſu fundamentum primum eſt recta voluntatis intentio circa finem, inde enim omnes actiones circa media ſuam ſortiũtur bonitatem. Cũ ergo finis noſter ſupremus, Deus ſit, primũ in noſtra inſtitutione fundamẽtũ iaci debuit religionis, qua Deum coleremus. Secundum autem in ordine generationis animaduertendum eſt, quod naturaliter prius impedimenta tollenda ſunt, quam virtutum ſemina iacienda: agricolarum porro more, qui prius agrum expurgant, quam ſerant, ſecũdum illud. Hiere. quarto, Nouate vobis nouallẽ,

Vnica concluſ.

Rõ com cluſiõis.

nonalle, & nolite ſerere ſuper ſpinas & tribulos. Fit ergo ex his duobus conſequens, primum omnium præceptum legis illud eſſe debuiſſe, quo religionis impedimentum amoueretur, quod cum potiſſimum ſit dijs falſis addici, congruentiſſima ratione primum illud præceptum fuit poſitum ſub forma trinæ negationis. Hic igitur primum omnium error vulgi repellendus etſi. Exiſtimant enim plebei primum mandatum eſſe illud maximum dilectionis, vt ſcilicet vnus diligatur Deus, cum tamen, vt ſupra dictum eſt, non ſit Decalogo incluſum: ſed ante illlud ſuppoſitum tanquam finis fundamentumque omnium primæ tabulæ, quæ certe non ſunt niſi quędam illius explicationes, ſicut ſex ſecundæ tabulæ explicationes alterius de dilectione proximi: Rurſus neque eſt præceptum fidei. Nam hoc præmiſſum eſt toti legi ſecundum Verbum Pauli, Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & quia remunerator eſt. Quocirca, vt ſupra articul. 4. ad notauimus, Exod. 20. in capite Decalogi habetur: Ego ſum Dominus Deus tuus. Non habebis Deos alienos, &c. Cuius primum verbum non habet formam præcepti, ſed admonitionis. Ac ſi dixiſſet, Accedens ad legem meam admonitus ſit me eſſe Dominum Deum ſuum. Qua præfixa fidei confeſſione, inde exorditur legem ſubdens, Non habebis Deos alienos, &c. igitur vt articulo quarto ſuperioris quæſtionis docuit S. Thom. primum Decalogi præceptum eſt latriæ hoc eſt diuini cultus, qui non modo religionis Chriſtianę, verum & naturalis iuris primum eſt caput. Quare nulla fuit vnquam inter ethnicos tam barbara nătio, quæ non primum ſuarum legum fundamentū & baſſim in Dei cultu poſuerit. Cultus hic autem in hoc conſiſtit, vt vnicos tantum credatur, habeatur, adoretur, venereturque Deus. Huic igitur primo præcepto e regione opponitur impietas idololatriæ. Ob idque ſub forma negatiua ponitur. Non habebis Deos alienos. Cum enim meridie ſit cunctis mortalibus perſpectius. Deum eſſe, nō opus erat affirmatiuè illud ponere, ſed negatiue, puta non eſſe vno plures. Ex quo ſit, formam huius præcepti eſſe negatiuam, vt ſuperiori quæſtione articul. 4. & 7. ſecundum ſanctum Thomam adnotauimus, & hic expreſsè docet. Huic autem Doctrinæ contrairæ cuipiam apparebit Eccleſiaſticus Cathechiſmus quippe cum in nonnullis eccleſijs affirmatiue exponatur, Vnum cole Deum: Ne iures vana per eum &c. Ad hoc autem eodem artic. 4. citato reſpondit S. Thom. negatiuum hoc præceptum includere affirmationem vnius Dei. Vnde diuus Bonauen. in 3. d. 37. ait quod licèt ſecundum formam ſit negatiuum: tamen ſecundum rem eſt affirmatiuum. Id quod illo à nobis modo conſtituto ſylllogiſmo fit notum. Suppoſito namque ex naturali lumine Deum eſſe, negatio plurium deorum eſt vnius affirmatio: vt tantum valeat, Non habebis Deos alienos, ac ſi dixiſſet: Vnum Deum tantum proprium domeſticumque habebis.

Dubiū ortū ex Catechiſmo Eccleſiaſtico. Solutio. dubij ex S. Tho. Bonauē tura.

Ad primum igitur argumentum reſpōdetur, quod ſicut in ſecunda tabula vnum eſt præceptum affirmatiuum, ſic & in prima circa religionem Dei, ordine tamen in uerſo. Nam in ſecunda ſecundum ordinem dignitatis, quo affirmatio prior eſt negatione, affirmmatiuum reliquis præpoſitum eſt: in primis autem ſeruatus eſt ordo executionis, quo negatio affirmationem antecedit. Quocirca prioribus duobus præceptis expurgatur animus, ſcilicet ab infidelitate, ne plures agnoſcat Deos, atque ab irreuerentia ne nomen eius indignè vſurpet. Demum tertio loco adiectum eſt affirmatiuum præceptum Sabbathi, quo famulatus Deo debitus inſtituitur. Et ſunt, qui ordinem trium horum mandatorum ſecundum diuinarum perſonarum attributa meditentur, nempe vt primum reſpondeat Patri, cui attribuitur vnitatis maieſtas. Eſt enim principium ſine principio, cui ideo maieſtati hæc fides debetur, vt nullus cum ipſo admittatur Deus. Secundum autem reſpondeat filio, cui tribuitur veritas, atque adeò debetur, ne teſtis falſi producatur.

Ad primum.

Ad ſecū dum.

Tertium verò Spiritu ſancto, cui tribuitur bonitas & ſanctitas, debeturque adeo per famulatum ſanctificatio. Quòd ſi ad tria noſtra officia ſpectare lubet, primum reſpondet fidelitati cordis, ſecundum veritati oris, ac tertium operis probitati. Ad ſecundum reſpondetur, quod etſi verè religionis actus vnus ſit, eius tamen violatio non vno ſed pluribus fit modis

dis fuere namque inter gentes qui abſque vlla imaginis effigie creaturas pro dijs mẽ te colebant. Varro. Refert enim M. Varro Romanos abſque ſimulachris aliquandiu deos coluiſſe. De quibus Paul. ad Roma. 1. ait, Diuinos honores ad volucres, ſerpentes, & lapides deuoluiſſe. Et contra hos dicitur, Non habebis Deos alienos. Alij verò ſuis de lubris imagines ponebant quas adorabant, contra quos ſubditur, Non facias tibi ſculptile, neque coles ea. Ad tertium. Denique reſpõdetur, quod cuncta ſuperſtitionum figmenta eodem præcepto abacta intelliguntur & exploſa. Circa ſecundum autem membrum huius præcepti, Non facias tibi ſcruptile dubium tractari aſſolet de imaginibus, ſintne religione germane? Videntur enim hic veluti idololatriæ materia prohiberi. Et Deuter. 4. explicatiſſime, vbi ait Moyſes. Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua loquutus eſt vobis Dominus in Oreb de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem aut imaginem maſculi vel fœminæ, &c. vbi ſanctiſſime illi populo vetitum fuit ſimilitudinem aliquam aſtrorum retumve aliarum cœli aut terræ adorandam efformare. Dubiũ de imaginibus. Horum igitur ſimiliumque occaſione oraculorum ſacræ ſcripturæ non defuerunt hæretici, qui imaginum religionem a Chriſtiana familia relegandam, proſcribendamque contenderint. Quæ quidem hæreſis adeo fuit antiqua, vt non ſatis conſtet quiſnam Platina. eius fuerit primis parens. Quod enim Platina in vita Adriani primam hanc hæreſim Felicinam appellat intelligi nõ poteſt ac ſi Felix illius temporis fuerit primus eius auctor: nam antea præceſſerat Leo tertius Imperator imaginum deſtructor, & multò prius Damaſcenus eiuſdem hæreſis confutator. Primus ergo quem de hac re legerim, eſt ante Hiero. ætatem antiquiſſimus Epiphanius. Is enim tom. 2. lib. 3. in hæreſi Collyridianorum ſtatuas & imagines humanas eorumque adorationem acriter flagellat: Quas & in epiſtola ad Ioanne Hieroſolymitanum iterum vellicat. Hic autem forſan, quod ignorantia excuſatur, eo quod contra idololatras id ſcriberet, non adnumeratur hæreticis. At verò Damaſcenus. Damaſcenus illi ætati propinquiuus, lib. 4. c. 17. hunc errorem, ceu hæreticum expugnat. Poſt illam autem ætatem annis ferme trecẽtis, quippe anno. 720. Leo tertius Imperator Romanus eandem hæreſim ſuſcitauit ingenti nimirum edictorum rigore omnes imagines à templis excludens. Quem tunc errorem, Gregorius tertius in concilio Romano nonaginta trium Epiſcopum, vt Sigisbertus refert condemnauit. Gregor. tertius. Ac poſtmodum de eadem re indictum fuit ſecundum concilium ſub Hirene Auguſta, vbi à trecentis Epiſcopis eadem fuit hæreſis anathematis mucrone perempta: poſteaq; ab Adriano, vt refert Platina, in concilio Franconiæ contra Felicem exploſa, ac deinde in ſexta ſynodo Conſtantinopolitana, vt refertur de conſecratio. d. 3. c. Venerabiles, ſancitum eſt, venerabiles imagines eſſe colẽdas, quam Synodum Adrianus ſuſcepit, vt ibidem patet, Can. Sextam Synodum. Poſt multa verò ſæcula peſtilentiſſimus ille Ioan Vvicleſ, in concilio Conſtan. condemnatus, eandem hæreſim inducere molitus eſt. Vvicleff. Contra quem ſolennis auctor Vvalden. to. 5. de ſacram. c. 105. multa congeſſit teſtimonia: Deniq; temporis, noſtris Lutherani templa ſua quod non ſine ingenti animi anguſtia & mœrore vidimus, cunctis imaginibus expoliarunt. Luther. rus. Igitur de imaginibus adorandis triplex habẽda eſt cõſideratio. Triplex de imaginibus cõſideratio. Prima ſi adorentur adoratione latriæ, hoc eſt cultu Deo debito, ac ſi numen in ipſis diuinum inſit. Et hæc eſt idololatriæ impietas, quæ hic & loco citato Deut. prohibetur tanquam infandum crimen, primo præcepto contrarium. Obidq; ſimul componitur, non facies tibi ſculptile, neq; adorabis ea ideſt non facias vt tanquam Deum adores. Et hoc pacto intelligendus eſt tex. Gregor. ad Serenũ Maſſilienſem epiſcopum, qui refertur de conſecr. diſt. 2. can. Perlatum. vbi laudat Serenum, quod imagines adorare vetuerit, inſi mulat autem quod illas infregerit. Tex. Greg. interpretatur. Adorabantur enim tãquam dij, ideoque munus erat epiſcopi docere non ſic eſſe adorandas, frangere autem nequaquam. Secũdo hmõi adoratio conſideratur tanquã periculo expoſita idololatriæ. Et hac ratione Deus antiquũ populum ab hmõi imaginibus vehemẽtiſſimè abſterrendũ duxit, quippe quẽ nouerat ad id vitium propẽſiſſimũ non ob id ſolum quod leuis erat ac ſenſius deditus atq; adeò ſenſualibus ſimulachris, verum

verum quod tum in Aegypto fuiſſet nutrius, vbi aſtra cœli & infirma terræ animalia adorabatur, tum & inter Cananæos & Iebuſæos alioſque idololatras vitam ageret. Item, quia illo tunc temporis cũ Deũ non ſicut nobis in forma humana apparuiſſet, nulla tunc vt Damaſc. ſ. lib, 4. ca. 17. adnotauit, exprimi poterat ſenſuali effigie. Et ideo neque ſacrorum ſimulacrum vllũ tũc permittebatur, ſed tm̃ illa, quibus diuina maieſtas cum terrore conſpectui illius ſenſualis populi obijceretur. In hoc. n. munus illa Cherubin Exod. 25. præcipiebãtur ex vtraque parte oraculi effingi; nõ inquã vt ſicuti a nobis mõ angelorum imagines tanquã aduocati noſtri adorantur, ſuſcipe rent, ſed vt tremenda diuina maieſtas fieret illis venerabilior. Tertia denique imaginum conſideratio eſt quatenus in illis Deus ipſe & ſancti repræſentantur. Sũt nãque veluti quædam vulgariũ ſcripturæ, diuos ipſos in memoriam nobis reuocantes. tũ vt ipſos de ſuis claris geſtis veneremur, tum etiã vt nos ipſos eorum exẽplis informemus. Atq. hac rõne nihil aliud eſt quã officiũ, bonaque religionis pars imagines adorare: nobis præcipuè, qui Deum ipſum hoiem factũ colimus & profitemur]. Et. n. poſtquã nobis ſenſuali forma apparuit, fas eſt, & diuos ipſos ſenſualibus imaginibus exprimere: Neque vllus eſt metus vt tanq̃ dij à nobis adorentur: quemadmodum in ſupra citato c. Venerabiles ſancta Synodus ait. At vero hoc impræſentiarum ſilendũ non eſt, q̃ nõ tantum nobis ſeruiunt quaſi ſcripturæ, in memoriã vobis diuos ipſos reducẽtes. Nã ſcripturas & ſanctorum nomina non adoramus, ſed Deum & ſanctos q̃ per illa repræſentantur. De imaginibus autem longè aliter ſentiendum. Nõ enim nos tantum eleuant, vt diuos adoremus: in hunc. n. vſum nullus hæreticorum imagines abnegauit: ſed eaſdem ipſas debem⁹ adorare. Haud quippe tantum ait Eccleſ. Te Chriſtum adoramus: ſed, tuam crucẽ: Eidemque cruci ait, O crux aue, ſpes vnica. Nõ autem adorantur inquantum lapides ſunt aut ligna aut quæuis alia materiæ: ſed inquantum Dei ſanctorum vè formæ in illis exiſtunt. Quo fit, vt vna quæque imago eodem ſit cultu adoranda quo res ipſa. Vt imago Dei & Chriſti, adoratione latriæ, imago vero Virginis aliuſue cuiuſque Diuini adoratione duliæ.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſecundum præceptum conuenienti ſit forma poſitum.

SEcundum locum obtinet præceptum, quo prohibetur aſſumptio diuini nominis vana. Et arguitur quod non ſit congruenti modo poſitum. Illud præceptum aliter exponit glo. Exod. 22. ſcilicet nõ exiſtimes creaturam eſſe filium Dei: qua vtique gloſſa error prohibetur circa fidem. Aliter vero Deut. 5. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, hoc eſt nomen Dei ligno & lapidi tribuendo, quo prohibetur falſa confeſſio, quæ eſt infidelitatis actus: fides aut præſtantior eſt religione, cum ſit eius fundamentum: & infidelitas prior ſuperſtitione ergo ſecundum illas expoſitiones non ſecundo, ſed primo loco debuit conſtitui. Secundò arguitur: Eodem loco Exod. 20. exponitur idem verbũ. Non aſſumes nomen Dei in vanum: hoc eſt pro nihilo: vbi ideò tantum videtur vana iuratio caueri, hoc eſt illa, quæ abſque iudicio fit, & prudentia: ſed multo grauius eſt periurium, hoc eſt falſa iuratio quæ ueritate caret: & iniquũ iuſm, quod iuſtitia vacat: ergo curta fuit forma illa prohibendi. Tertio: Blaſphemia ſceleſtior eſt impietas & enormior, quã vana iuratio ergo illa expreſſius prohiberi debuit quã vanũ iuramentum. In contrarium aũt eſt ſcriptura.

Primũ argu. ad partem negatiuam.

Argu. 2.

Argu. 3.

Ad quæſtionem vnica concluſione reſpondetur: Præceptum hoc optimo eſt modo, & loco poſitum. Concluſionem autem pulchra ratione explicat D. Tho. Enimuero cum vt iam prælocuti ſumus, prius decuerit obſtacula veræ religionis excludi, quam affirmatiuum eius præceptũ ederetur, ſecundum numerum eorum quæ religioni obſtant, ponenda erant negatiua p̃cepta. Eiuſmodi autem impedimẽta, duo ſunt. Alterum ſcilicet per exceſſum: vt ſi religionem ſoli Deo vero debitam, falſis communices. Alterum verò quaſi per defectum: vt ii Deo quem ſolum adorare, nõ pro eius dignitate reuerearis. Primo ergo præcepto excluſum eſt vitium prius, ſcilicet ne plures colamus Deos: qui enim cum verò falſum Deum colit, non vere eũ colit qui verus eſt. Vnde Iſa. 28. Coangustatum ſit ſtratũ. ſ. Deorum, ita vt alter decidat, videlicet de corde hominis, nẽpe aut verus

Vnica concluſ.

Ratio concluſ.

aut

aut falſus & pallium breue, hoc eſt iuſta religio, vtrumque operiri non poteſt. Reſtabat ergo vt ſecundo præcepta irreuerentia caueretur, quia agnitus verus Deus quantum in nobis eſt, dehonoratur. Prius enim eſt, vnum Deum colendum ſuſcipere, quam eum non deho neſtare. De iure iurandi autē vſu & abuſu præter Commē taria ſuper illud Matth. Nolite iurare omnino, libellum edidimus, quo pleraque ferè omnia diſputauimus, quæ ad rem hanc pertinebant. Nihilominus neceſſarium eſt expoſitioni præſentis loci ſatisfacere. Animaduertendum hic ergo primum omniū ſecundum hoc præceptū non eſſe ſic prorſus negatiuum, vt nullatenus diuinum nomen in teſtimonium veritatis liceat vſurpare, ſed ne id aſſumamus in vanum. Imò vero ſicuti primum præceptum duo in ſe contraria amplexatur mēbra, expreſſam, ſcilicet negationem idololatriæ, quæ affirmationem veri cultus, vti expoſitum eſt, ī. cludit: ita & hoc ſic excludit iurandi abusū vt ſimul implicet iurandi religionē. Quo circa ſicuti deierans, hanc tranſgreditur, prohibitionem: ſic legitimè iurans virtutē exercet, quę ad hoc reducitur præceptū. Quòd enim legitimè iurare religio ſit, patet Deut. 6. Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomen illius iurabis. Et Hier. 5. non conqueritur Deus q̄ filij Iſrael iuraſſent ſed, q̄ iuraſſent in his qui non erant Dij. Colligimus ergo iurare ſi legitimè fiat, virtutem eſſe, non vnāquamlibet, ſed re vera religionis: quippe qua Deum profitemur ſupremum veritatis fontem, cuius vtique teſtimonio omne verum conſtat: Obijcies tamen nobis verbum Chriſti Matt. 5. vbi citans antiquam legem, videtur eam omnino aut reprobaſſe, aut emendaſſe, dicens: Audiſtis, quia dictu eſt antiquis. Non periurabis (nam ſic erat ſcriptum Lꝯuit. 16.) reddes autem Altiſſimo vota tua: hic quippe erat ſenſus illius Deute. 6 Et per nomen illius iurabis. Ego autem dico vobis. Nolite iurare omnino: vbi omne prorſus, iuramentum videtur condemnare. Hieron. reſpondet, nō prohibuiſſe omnino iurare: ſed iurare per creaturas, idololatrarum more, qui in ipſius diuinum nomen ineſſe putabant. Sed re uera, vt in libello illo cap. 3. ſatis diſcuſſimus, ſenſus non eſt niſi ſimplex ut iacet, vt neqne per Deum, neque per creaturas iuremus niſi vbi ratio naturalis religioque expoſcerit, vt patet ex verbo Iaco. 5. Ante oīa fratres mei nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud qd̄cunq. iuramentū, hoc eſt, neque per Deū, neque per creaturam. Ad intelligentiam ergo mandati Chriſti id quod ſupra tetigimus, recolendum eſt; nempe præcepta omnia Decalogi cunctaque moralia quæ in illis ſunt implicita, nihil aliud eē quam explicationes naturalis iuris. Quapropter naturæ luce veniunt illuſtrandę, præcepit, v.g. Non occides, illic autem non prohibetur niſi homicidium, quod natura vetat. Vnde dum vel iudex rerum patibulo affigit, vel ſe quiſq; legitimo tutamine defendens agreſſorem occidit, quoniam lex naturæ alterum iubet alterumque permittit, nulla pro tunc fit mandati exceptio, quia neque iſtos caſus vetabat. Pari modo dicēs Chriſtus, Nolite iurare omnino, neutiquā nobis interdixit niſi iuramentorum abuſum. Nam vbi ratio iuſiurandum exigit, natura eſt mandati interpres. Adiecit aūt, Omnino, ad abſtergendum ignorantiam, ne quis falſo crederet iurare per creaturas etiam vanè, non eſſe periurium. Itaque vocula. Omnino, non excludit caſuā omnes iurandi, ſed formas vniuerſas vanè iurādi. Id quod per ſubiunctam expoſitionē Chriſtus ipſe explanauit, neque per cœlum neque per terram &c. Eſt autem deinde animaduertendum iurandi officium non per ſeipſum virtutem eſſe veluti eſt charitas, & iuſtitia, ſed neceſſitas illud intra lineam virtutis conſtituit. Illud enim S. Th. 2.2, q. 39. iuramentum ſecundum ſe licitum eſt, & honeſtum, intelligendum eſt ſecundum ſuos indiuiduos comites, ſ. veritatem, iuſtitiam, & neceſſitatem. Enimuero ſi ſtatus ille innocentiæ, de quo nos parens noſter eiecit, perduraſſet, quia nulla illic potuiſſet eſſe fraus, ſed ſancta eſſet inter homines fides, nulla fuiſſet virtus iurare, ſed tamen quia inde deiectus, factus eſt omnis homo mendax, fideſque ſubtnde humana adeò, eſt debilitata, ut non per ſe ſatis ſit ad animum creditoris confirmandum, beneficio Dei conceſſum nobis eſt iuramentum quod eidem fidei noſtræ roborandæ neceſſarium erat. Vnde quod ait Chriſtus. Sic ſermo veſter. Eſt, Eſt, Non, Non, ideſt quod verū eſt, ſimpliciter affirmare, & quod falſum, ſimpliciter, negare, ſyncerita-

De iuramenti vſu & abuſu.

Secūdū p̄ceptū non eſt prorſus negatiuum. Hieron.

Iurandi officium nō eſt p ſeipſum virtus. S. Tho.

ritatem in qua Deus naturam noſtrã creauit, & quam nos ſemper deberemus imitari, deſignat. Quod autem ſubiecit: Quod ampliꝰ eſt, à malo eſt; Aug. interprete, non ſonat malum culpæ quaſi citra delictum nunquam iurare liceat ſed malum pœnæ. i. iuramentum ab illa originis labe deſcendere, per quam homines auctoritatem ſuam perdiderunt, ut non illis habeatur citrà iuramẽtum integra fides Quocirca iuramentum, vt ait Auguſ. à iure dicitur. Nã qui iurat, ius, inquit, veritatis Deo reddit, Vel quod forſan nomine germanius aludit, iuſiurandi nomen inde deriuatur, q̃ id quod iuratur pro lege habendum eſt, ac uelut ius, ſic ſanctè ſeruandum, eo quòd Deum ipſum pro teſte veritatis conſtituis. Quo fit vt Deo ipſi iniuria fiat, ſi poſt iuramentum teſtimonium aliud exquiras. Vn de Pau. ad Hebr. 6. Iuramentum, inquit eſt omnis controuerſiæ finis ad confirmationem. Quare Iuriſc. in prin. tituli, de iureiu. ff. Maximum inquit, remedium expediendarum latinum in vſum venit iuriſiurandi religio. Et in libr de Offic. Cic. Nullum vinculum adſtringendum fidem iureiurando maiores arctius eſſe uoluerunt. Habemus ergo ſenſum huius præcepti ſic eſſe negatiuum, ut legitimam iurandi religionem permittat. Supereſt ergo explicare comites, qui iuramentum intra lineam virtutis atq; honeſtatis cuſtodiunt. Hi nanque tres ſunt numero, quos Hiere. c. 4. diuinitus afflatus deprompſit: ubi ait, Iurabis, Viuit Dominus in ueritate & in iuditio, & in iuſtitia. Vbi Hier. animaduertendum inquit, quod iuſiurandum hos habet comites, veritatem, iudicium, atque iuſtitiam. Ob idque vbicunque iſtorum aliquod abfuerit, periurium eſt, tametſi diuerſa ratione. Enimuerò iuſiurandum, cui deeſt veritas, maximè propriè eſt periurium cui autem abeſt, iuſtitia id licet verum ſit, nihilominus eſt iniquum: ideoque ſubinde periurium, quod qui rem iniuſtitiam ſub iuramento pollicetur, id iurat quod non debet implere: eademque fit ratione periurus, ſiue poſteà adimpleat, ſiue ſecus. Attamen iuramento quod abſque diſcretione & iudicio fit, quamuis ſit verum ac de re iuſta, eſt nihilominus temerarium: quod ob peierandi periculum nomen etiã meretur periurij. Ad rem ergo vt proximè accedamus, vbi ſumptio diuini nominis uana prohibetur, tres vanitatis gradus certo ordine ſubnotantur. Vanum enim eſt quod ſit fruſtra, hoc eſt quod ſuo caret fine: iuramentum ergo falſum in primo eſt gradu vanitatis: caret enim veritate, quæ medulla, eſt & ſubſtantia iuramenti: atque adeò ſic vanum eſt, vt auellanæ teſta, nucleo vacua. Iuramentum autem iniquum, nempe cum res iuras te facturum iniuſtas, vt homicidium aut furtum ex eò vanum eſt, quòd ornamento iuſtitiæ vacat. Quocirca non ſolum non obligat, imò peccatum eſt illud implere. Ob idque tota eius iniquitas de qualitate iuſtitiæ quæ eſt in obiecto penſanda eſt. Et ſi iuraſti peccatum mortale patrare, iuramentum eſt mortale ſiue id perpetres ſiue non perpetres. Si autem iocosè mentiri iuraſti, iuramentum eſt veniale, eò quod illud implere, non peius quàm veniale eſt Quòd ſi arguas: Si quis non impleat, falſum iurauit: iurare autem falſum in quocunque indiuiduo eſt mortale: ergo iuramentum de re ueniali erit mortale: Negatur Minor nam iuramẽtum pro miſſorium non implere, tunc prorſus eſt peccutum quando eſt obligatorium: quando verò non obligat licèt non implens, tunc oſtendat & efficiat iuramentum fuiſſe falſum, tamen quia tunc nullatenus peccat: non inde penſanda eſt malitia iuramenti, ſed ex ipſo actu iurandi: qui, ſi eius obiectum peccatum eſt veniale, non erit peior, quã veniale. At verò iuramentum, ſcilicet quod verum eſt, & de re iuſta, ſed iudicio prudentiaque vacat, ea ratione vanum eſt, quòd neceſſitate caret, quæ iuramentum facit eſſe uirtutem. Sed ob hoc ſolum dicitur periurium, quod qui uanè iurat, in periculo verſatur iurandi falſum. Per hoc grauitatem culpæ trium horum peierandi graduum rimari quiſque facile poteſt. In primis periurium primi generis, hoc eſt aſſertorium iuramentum falſi, non modo genere ſuo & obiecti ratione lethale crimen eſt, uerum in quocunque indiuiduo. Quòd enim genere ſuo ſit mortale, commune illi eſt cum reliquis Decalogi mandatis. Nam cum omnia ad iuſtitiam pertineant, reipublicæ neceſſariam, fit vt omnium obſeruantia ſit de neceſſitate ſalutis. At verò quòd in quocunque indiuiduo ſit etiam mortale, ſingulare illi eſt inter omnia. Etenim licet furtum in genere ſuo ſit mortale, tamen leui.

Iuramẽtũ a iure tragiẽ.

Paulus.

Cicero.

Tres comites iuramẽti.

Hiero.

Tres gradus uanitatis.

Obiect.

Solutio.

Series & ordo grauitatis inter uaria peiuria.

leuitate materiæ, vt ſi obolum fueris, ſit veniale. Attamen falſum iurare, etiam in re minima, ut ſi peieres te non tangere calamum quem manu tenes & pro quacùque neceſſitate id facias, vtpote pro ſalute totius mundi, peccatum nihilominus mortale eſt: nam tum falſum eſt, te nō tangere calamum, quàm ſi iuraſſes rem aliam grauiſſimam falſam. Adducere autem Deum in teſtem falſi, mortalis irreuerentia eſt. Iuramenti autem promiſſorij grauitatem iam nuper diximus ex obiecto eſſe perpendendam. Iuramentum autem temerariū, id eſt, quòd nullam habeat aliam uanitatem, quam quòd citra neceſſitatem & circunſpectionem fit, non eſt genere ſuo mortale, ſed tantum ueniale. ut ſi dum in conſpectu omnium pluit cum iuramēto id affirmes: aut cum res eſt leuiſſima, quam credere, aut nū credere nihil refert: aut de qua alius citra iuramentum tibi adhiberet fidem. In iuramentorum autem frequentia præſentiſſimum ineſt periculum peierandi. Ob idque omni cura & vigilantia cauenda eſt immanis hęc beſtia. At uerò per falſos iurare Deos, quantumcunque ueritas, & humana iuſtitia inſit peccatum eſt idolatriæ. Vti autem infidelium iuramento, ut ait Publi. Auguſt. in caſu neceſſitatis licitum eſt.

Auguſt.

Ad primū arg.

Ad primum igitur argumentum reſpōdetur, expoſitiones illas interlineales non eſſe literales, ſed myſticas. Vnde in odium Arrianorum expoſitum eſt, nomen Dei in vanum vſurpari, cum uerbum incarnatum quod per ſubſtātiam eſt nomen Dei aſſeritur eſſe creatura. Altera verò expoſitio Deuteron. 5. ad infideles refertur, quorum impietas illa retunditur quòd per ſaxa & ligna iurant, ac ſi ſint Dij.

Ad ſecūdum.

Ad ſecundum iam reſponſum eſt, nomen Dei non tunc ſolum pro nihilo vſurpari, quando temerariè citra iudicium, & prudentiam iuratur, verum & tunc peius, dum falsè aut iniuſtè deieratur.

Ad tertium.

Ad tertium denique reſpondet S. Thom. quòd ſicut ei qui ſcientia aliqua primum eruditur, communia triuialiaque documenta primum exhibentur, ſic & ordo requirebat, vt communia ſtatim & quæ in vſu frequētiora ſunt prohibentur, per quæ homines ſeſe intelligerent grauioribus interdictos. Imò vero arbitror Deum idcirco ex horrendas blaſphemiarum formas non expreſſiſſe, quod illas tacendo apertius expreſſit eò vſque eſſe abominabiles. vt neque in lege eſſent nominandæ. Etenim qui Deum verum non cognoſcit, nihil mirum ſi ad falſos peruertatur, quod tamen qui verum adorat, blaſphemijs illum dehoneſtet, citrà vllam legis poſitionem patet, quam ſit nefandum. Quin adde & hoc in verbis huius præcepti meditandum, quod exaggerandum maieſtatem diuini nominis non ſolum prohibetur ut per ipſum non peieretur, verum ne vanè ore aſſumatur. Qua re non ſolum ſub forma iurandi, uerùm neq; intriuialibus colloquijs obloquendum de Deo eſt vanè, eiusve nomen ſine cauſſa depromendum. Et quamuis multa ſint diuina nomina: tamen quia omnia ſunt eiuſdem virtutis, ſingulari numero dictum eſt, Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. Tametſi Hebræi alium ſenſum ex hoc præcepto eruant, nempe quod illud nomen longè celeberrimum, Adonia, adorandum eſſet, non tamen proferendum. Qua de cauſſa illud nuncupabant Græce τετραγράμματων. ideſt nomen quatuor literum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm tertium præceptum de ſanctificatione Sabbathi ſit rectè poſitum.

Primū arg. a parte negatiua:

COnſequēter de tertio præcepto, quod eſt vltimum primæ tabulæ, pari modo quæritur, anſit congruenter poſitum? Et arguitur à parte negatiua: Aut intelligitur ſecundū ſpiritualem ſenſum, aut ſecundum literalem. Secundum ſpiritualem non eſt ſpeciale ſed generalis omnium ratio. Ait enim Ambroſ. Lucæ 13. de Archiſynagogo qui indignabatur Chriſtum curare Sabbatho; Lex in Sabbatho non prohibet hominem curare, ſed ſeruilia opera, id eſt peccatis grauari; quod omni præcepto prohibetur. Secundum autem literalē ſenſum eſt ceremoniale. Legitur n. Exodo. 31. Videte vt Sabbathum meum cuſtodiatis: quia ſignum eſt inter me & vos, in generationibus veſtris: hoc eſt rememoratiuum conditi à me mundi Præcepta autem Decalogi non ſunt generalia aut ceremonialia, ſed ſpecialia, & moralia, ergo hoc præceptum minimè Decalogo congruit.

Ambro.

Secun-

Secundo. Pręcepta Decalogi omnia tanquam iuris naturæ lege etiam Euangelica obseruantur: Euangelici autem neq. Sabbathum seruamus, neq. vero Domincum dei Iudaico more quippe qui & cibos paramus, & alia huiusmodi exercemus, que illis non licebant, ergo non proprie preceptum hoc ad Decalogum pertinet. Tertio. Cuiuscunq. precepti Decalogi transgressio est genere suo mortale piaculum in veteri autem lege licebat citra Dei offensam Sabbathum uiolare, circuncidebantur enim die octaua, etiam si incidisset Sabbathum. Et Helias dum iter quadraginta dierum perfecit, nõ cessauit Sabbathis. aliaq. id genus fiebant licite, ergo non est præceptum Decalogi. Contra vero stat scripturæ sacræ testimonium.

Arg. 2.

Arg. 3.

Adq. tribus conclusionibus respondetur. Prima est. Præceptum sanctificationis Sabbathi congruenter tertio loco positum est, idq. affirmatiuum est. Probatur. In institutione religionis, vt dictum est, prius debuerunt negatiuis præceptis impedimenta veræ religionis radicitus conuelli quæ quidem impedimenta sunt, idolatria atq. irreuerentia, illis autem conuulsis consequens erat, vt pręceptum religiosi famulatus adhiberetur, hoc autem est præceptum sanctificandi Sabbathi: ergo cõgruẽti loco collocatum est Secunda conclusio. Eodem tertio mãdato præcipitur exterior Dei cultus, puta corporalis requies ad famulandum Deo. Probatur. Diuinus cultus, tam interior est, vt meditatio & mentalis oratio, quam etiam exteriori, vt sacrificiorum oblatio, interior autem sub exterarum rerum similitudinib. nobis qui sensibiles sumus proponitur, vt per ceremoniam thurificandi instruimur quemadmodum orantis mens sit in Deum eleuanda. secundum illud Psal. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, ergo & exterior cultus decuit pari modo per aliquod signum nobis significari. Tertia conclusio: Præceptum idem tertium appositissimè propositum nobis est sub signo creationis mundi commemoratiuo, vt. s. quemadmodum tunc die septima requieuit Dominus ab opere quod patrauerat, sic nos septima quaq. die ab operibus seruilibus cessantes, tempus feriemus quod recolendis diuinis beneficiis sit dedicatum. Probatur. Nam cum bonorum omnium fundamentum sit esse, fit vt beneficiorum primum, vnde reliqua omnia nobis prouenere fuerit nostri plasmatio, mundique fabricatio, nostri gratia conditi. Quapropter eiusdem memoria beneficij viam nobis pandit ad reliqua commemoranda. Vnde Exod. 26. præmisso præcepto de sanctificatione Sabbathi, pro caussa subditur, quia sex diebus fecit Deus cœlum & terram, & septima die requieuit. Veruntamen haud desunt circa harum singulas conclusiones dubitandi argumenta. Etenim contra primam, quatenus asserit præceptum hoc esse affirmatiuum, offertur forma ipsa præcepti, quæ videtur non affirmatiua, sed negatiua, sicuti duorum præcedentium. Iubemur nanq. per illud in sensu literali nihil aliud quam cessare ab opere seruili, cessare autem est abstinere ab opere, i. non operari, sicuti ieunare, est abstinere a cibo, quod est non comedere. Sed ad hoc respondetur præceptum esse affirmatiuum. s. diem sanctificare idest sancto famulatui dedicare. Vnde Exod. 20. affirmatiue ponitur, Memento vt diem Sabbathi sanctifices. Sed forma sanctificandi subditur. Non facies omne opus in eo scilicet seruile, vt diuinis vacere queas Idque Ecclesię instituto confirmatur, quæ generalem illum sanctificandi modum speciatim expressit iubens vt festis dieb. audiremus sacra difficiliores autem ambigendi occasiones nobis offert secunda conclõ Est enim prima omnium dubitatio, vtrum hoc præceptum exteriorem nobis tantum cultum iubeat, an vero simul internum opus? Est. n. Scotus qui lib. 3. dist. 37. sentire videtur hoc nos præcepto iuberi dieb. festis bonum habere mentis actuum circa Deũ, nempe eius dilectionem Id quod explicatius asseruerat eod. lib. dist. 27 dicens, singulare tempus implendi præceptum dilectionis Dei contineri isto præcepto, vt. s. tali tempore manere vnusquisq. debeat apud se, recolligendo se & ascendendo ad Deum suum. Vnde fit consequens vt teneatur tũc quisq. con erit, vt modum etiam charitatis seruet. Consequiturq. subinde secundum hanc opinionem, vt nomine seruilis operis a quo requiescendum est, non solum intelligantur mœchanica opera, idq. genus alias quib. humo homini seruit, verum potissime peccata, quibus homo mancipium fit dæmonis. Nam qui facit peccatum seruus

Prima conclõ. Probõ.

2. Cõcl. Rõ pro conclusione.

3. Cõcl.

Ostẽdit conclõ.

Rõ contra primã conclusionẽ Solutio.

Prima dubitõ. Scotus.

uus eſt peccati Opinio fuit Iſychij, quam ſuperiori articulo impugnabamus quod hoc præceptum ſolum faciat ſpiritualem ſenſum de ceſſatione a peccatis. Iſti autem etſi non illum tantum, tamen illum putant eſſe præcipuum. Itaque qui in die feſto peccat, præter culpam quam in alio pro feſto die contraheret, peccat rurſus feſtum contaminando. Quare duplici peccati macula inficitur, ac perinde vtramque confiteri tenetur perinde ac ille qui in eccleſia homicidium facit, atq. ille qui monialem vitiat.

Alexan. Alen.

Sententia eſt Alexan. Alen. 3. parte, q. 42. membro 5. articu. 2. vbi expreſſe in ſolutione ad quartum, ait fornicationem in die feſto duplicem habere malitiam. At qui ab illo egregio doctore hanc opin. diſcipuli eius docti ſunt. Imo eadem apparet ſententia D. Tho. in hoc articulo, inter ſoluendum tertium argumentum, vbi diſtinguit triplex ſeruile opus. ſ. quo homo ſeruit peccato, & quo ſecundū corpus ſeruit homini, & quo ſeruit Deo. Et ſubdit, quod opera ſeruilia primo & ſecundo modo contrariantur obſeruantiæ Sabbathi, inquantum impediunt applicationem hominis ad diuina. Et ſubinfert, quod quia magis homo impeditur a rebus diuinis per opus peccati, quam per opus corporale alias licitum, magis contra hoc præceptum agit, qui peccat in die feſto quam qui aliud corporale opus licitum facit. Cui præterea ſnīæ patrocinari aperte videtur Ambro loco citato in 1. arg. ſuper Luc. & Aug. in lib. de decem chordis, vbi ait, Melius faceret Iudæus in agro ſuo aliquid utile, q iam ſi in theatro ſeditioſus exiſteret, & melius fœminæ eorum dei Sabbathi lanam facerent, quam quod tota die in neomenijs ſuis impudice ſaltarent. Et, quod rem uehementius urget ſubdit, Tibi autem, i. Chriſtiano, dicitur vt obſeruies ſpiritualiter Sabbathum in ſpe futuræ quietis, quam ibi promittit Dominus, ſpes autem hæc non ſit niſi per internam dilectionem. Et certè ratio eidem opinioni non tenuiter apparet fauere. Primum. quod cum ſit affirmatiuum, vt dictum eſt, ad famulatum pertinens, famulatus autem Deo gratior ſit ille, qui intus in mente exhibitur, ad hunc potiſſimum non obligare videtur. Adde quod cum iure diuino aliquam ſanctificationem, vt nomen ſonat iubeat, neceſſe eſt illam etiam ſecluſa Eccleſiæ ſanctione deſignare, quæ tamen alia deſignari commodius nequit, quam diuina dilectio perquam iuſtus ſanctificatur. His veruntamen nihil obſtantibus reſponſio dubitationis huius legitima eſt, vim iſtius præcepti non ad internam dilectionem aut contritionem, ſed ad exteriorem cultum extendi, vt concluſione 2. quæ San. Thom. aſtruximus. Probatur: Reliqua cuncta Decalogi præcepta, præter octauum & nonum in quibus concupiſcentiæ nomen expreſſum eſt, externa tantum opera iubent & prohibent, ergo & hoc pariter, Nulla enim eſt ratio cur iſtud a generali regula excipias, quandoquidem hic nulla fit mentio interni motus. Secundo id aperte monſtrat eccleſiaſticum inſtitutum, quo cultus hoc præcepto iuſſus per hoc determinatur, quod eſt miſſas audire, vt patet de conſe. diſt. 1. can. Miſſas. Quæ quidem præceptio traditione vſq. & Canone Apoſtolorum originem duxit, vt ibidem patet. can. Omnes fideles. Cum ergo ecc eſia cultum hoc præcepto incluſum perinde ſuo ſtatuto exprimeret, atq. diuini præcepti confeſſionis tempus vt ſemel in anno fieret determinabat, & hæc ſui præceptio ad cultum nos tantum externum arctet, palam eſt iure diuino non eſſe illic alium contentum, quoniam alias niſi illum explicaret, nō fuiſſet fida diuini iuris interpres. Dixerim: Ad cultum tantum externum, vt illum tamen interiorem actum non excludam, a quo exterior proficiſcitur ſcilicet velle audire Miſſam cum decenti reuerentia & attentione, vt ſit actus humanus non tamen nos cogit ad aliam ſeu dilectionem, ſeu contritionē. Et confirmatur hæc ratio, quia vt receptiſſimus Eccleſiæ uſus habet, præter ceſſationem ab opere ſeruili, nullus cultus eſt in præcepto diebus feſtis præter illum quē Eccleſia exprimit, temerarium ergo eſt ligamen aliud ſuperaddere. Tertio arguitur: Præceptum dilectionis Dei, vt ſupra dictum eſt, non eſt in Decalogo incluſum, ſed extra in fronte præfixum tanquam omnium finis: ergo præcepta Decalogi diſtincta ſunt prorſus a præcepto dilectionis. Quarto arguitur: Finis præcepti, vt ſupra monſtratum, eſt non cadit ſub præcepto, quia præcepta non dantur niſi de mediis, ſicuti præceptum, ieiunij non obligat ad carnis maceratione, ſed ad abſtinentię modum ab Eccleſia præſcri-

Ambr. Auguſt.

1. Ratio

2. Ratio

Solutio prioris dubij.

Probat aſſertio præfata.

Altera rō eiusdē aſſertionis.

Confirmatio.

Arg. 3.

Arg. 4.

præscriptum, licet maceratio illa sit finis. Cum ergo finis præceptorum Decalogi sit
Arg.5. diuina dilectio, sit, vt, illa sub nullo illorum comprehendatur. Et quinto eadem confirmatur conclusio, quia eiusmodi præcepta non obligant ad charitatis modum, sed possunt quantum ad substantiam operis extra charitatem impleri, ita vt euitetur peccatum. Absque ulla ergo ratione, imò contra rationem singulare hoc adscribitur huic præcepto, quod obseruari non possit
Arg.6. sine modo charitatis, & tamen contraria opinio id contendit, asseuerans quod in die festo tenetur se homo ad gratiam disponere. Sexto arguitur quod hoc præceptū non obliget ad contritionem. Est enim citra controuersiam religionis mandatum, contritio autem non est actus religionis, sed
Arg.7. pœnitentiæ, quæ singularis est virtus, iustitiæ annexa. Præterea, septimo occurit sane mihi ingentissimum argumentum contra hanc opinionem, quod si hoc nos præceptum ad contritionem obligaret atque ad veram dilectionem Dei impendio quā periculosum esset quot tot Ecclesia multiplicaret festa, esset enim hoc Christianorum animos irretire & in arctissimas angustias conijcere, nempe quod tam crebro
Arg.8. ad rem tam arduam teneremur. Deinde octauo arguitur, quod hoc præceptum non obliget ad non peccandum in die festo, obligatione alijs mādatis adiecta. Præcepta omnia moralia non in sensu spirituali & metaphorico, sed secundum planam literam intelligenda sunt, vt cunctis est confessissimum, quia stylus mores instituendi nō debet esse translatitius, sed planus, peccata vero non dicuntur seruilia opera in sensu literali, sed per metaphora. Cum ergo iubemur cessare ab opere seruili, non cohibemur nisi ab operibus quæ communi vulgo seruillia nuncupantur, puta quibus homi-
Confirmatio. nes hominibus seruiunt. Et hoc inde confirmatur, quod quantum ad ius diuinum
Euasio. attinet, eadem est substantia præcepti huius nobis modo quæ olim Hebræis, illi autem ad nullum actum interiorem obligabantur, sed ad illos externos cultus ergo neque nos nisi ad nostros. Sed ais propterea quod dies festus tempus est sacrum, quocunque peccato contaminatur, sicuti & locus sacer. At contra hoc est manifestum argumētum, quod sacrilegium non committitur nisi vel in personam ratione voti, vt si monachus vel sacerdos fornicarius fuerit, vel ratione ecclesiastici statuti, vt si in loco sacro vel sanguis vel semen effundatur. De tempore autem nulla extat lex. Accedit præterea, quod neque locus sacer quolibet peccato contaminatur, nisi duobus his modis nominatis. Nam etsi in ecclesia blasphemes vel peieres, non committis sacrilegiū, cur ergo si id perpetres in die festo? Colligamus ergo peccatum in festo commissum non esse sacrilegium, atque adeo circunstantium festi non esse confessu necessariā, licet accidentarie aggrauet, & ideo consilium sit eam confiteri. Neque tale præceptum obligat ad alium actum interiorem, quam ad illum qui propter exteriorem est necessarius scilicet uere audire Missam ea attentione, vt sit actus humanus, Tametsi cum internus amor & diuinorum meditatio, finis huius præcepti sit, ad hoc maxime sunt Christiani festis diebus animandi & alliciendi, & vt a peccatis caueant. Sunt hic autem qui claritatis (vt cēsent) gratia duos fines præcepti huius dignoscant, nempe alterum immediatū, qui est audire Missam, ad quem tenemur, alterum vero mediatū, qui est mentis eleuatio per charitatem, ad quem minime obligamur. Ego vero, licet disceptatio in nomine videatur uersari, illum priorem, non finem appellauerim, sed substantiam præcepti. Habet enim duo mēbra, alterum negatiuum, quod est cessare a seruili opere, alterum vero affirmatiuum, quod est cultus ab ecclesia præscritus. Et hoc secundum est finis, non tam præcepti, quam prioris eius membri. Igitur ad auctoritatem S. Th. respondetur, quod cum ait S. Tho. peccata aduersari obseruantiæ Sabbathi, non intelligit quantum ad substātiam præcepti, sed quantum ad eius finem, refertur n. præceptum hoc ad vacandum Deo & diuinis, cui quidem fini pugnantius obsistit peccatum quam opus seruile, ob idque peius est fornicari in die festo, quam cauare, non quod per fornicationem violetur festum, sed quod peius per se peccatum sit & intentioni Dei repugnātius. Et hoc ipsum est quod ait Aug. Quod autem ibidem subdit scilicet Christianis obseruandum esse Sabbathum spiritualiter, non dicit, quasi illa sit substantia præcepti, vt qui sit non seruauerit, transgressor eius sit: sed quòd ille sit modus, si seruandum est ad intentionem præcipientis, vt seruetur in

spe

ſpe futuræ quietis, quam nobis promittit Dominus, & quod iſte ſit ſenſus, patet manifeſtè quoniam confert Chriſtianum illic cum Iudæo, dicens, quòd Iudæus ſeruabat illud in figura, nos autem ſeruare debemus in ſpiritu. Et tamen quantum ad ſubſtantiam præcepti, eodem modo tenebantur illi ſicut nos. Fit ergo, vt ille ſenſus ſpiritualis, non ſit de ſubſtantia præcepti. Ad verbum autem Ambroſij patebit ſuo loco reſponſio, vbi & mens D. Thom. apertior fiet. Ratio autem prior, quam contrariæ opinioni ſubiecimus, id tantum euincit quod internus famulatus per charitatem ſit finis præcepti inde tamen conſequitur, vt cadat ſub præcepto. Ad poſteriorem autem negatur, talium ſub hoc præcepto contineri cultum, quam quem eccleſia determinauit. Circa tertiam concluſionem id tantum animaduertẽdum eſt, quod hoc præceptum partim morale, partim vero ceremoniale. Iam enim ſupra dictum eſt morale præceptum elici, vt concluſionem de iure naturæ. Vnde cum eodem iure teneantur quicunque moralium Deum colere, conſequens inde fit, vt tempus aliquod debeant de alijs negotijs ſuccidere, eidemque muneri dedicare. Nam ſecundum ſapientem cuicunque rei naturæ iure, ſuum debetur tempus, vt refectioni, ſomno, & alijs officijs. Quin age, ſuauitatem perpende & lenitatem præceptorum Dei & ſi nulla nos lex colendi Deum requirem indixiſſet aliquorum dierum, ratio ipſa naturæ, quæ lucem, ad laborem retulit, & tenebras ad quietem, depoſcebat, vt dies aliquot ferariemur, quibus labores interpellando recrearemus animos. Cui ergo dies illos negotio mancipare melius valuiſſemus, quam Deo noſtro colendo? Et ideo ſuper hoc nulla poteſt eſſe eccleſiæ diſpenſatio. Poteſt inquam eccleſia, quæ iure poſitiuo dies feſtos ſtabiliuit omnes, vt ſupra diximus, vel tollere, vel mutare, ſaltem factum teneret, licet Spiritus ſanctus id non permitteret, quia pernicies eſſet. Haud tamen ulla fieri vnquam poteſt diſpenſatio, quin homo tempus aliquod ſeu dies, ſeu horas teneatur diuino cultui deputatas impendere. Quod autem dies iſti aut alij feſti fiant, ceremonialis eſt: in quod ſubinde eccleſia ius habet. Ceremonia autem omnis figura eſt, aut commemoratiua, aut præfiguratiua, Significabat ergo præceptum hoc in ſenſu literali creationis beneficium, tanquam illius memoriale. In ſenſu autem allegorico prefignabat requiem Chriſti in ſepulchro, quæ dies etiam fuit Sabbathi, quaſi tunc ab opere redemptionis requieuerit. Sed & in ſenſu tropologico, qui ad mores per metaphoram pertinet, ſignificat ceſſationem a peccatorum operibus. Quare ſecundum illum ſenſum non erat ſpeciale præceptum, ſed referebat generalem rationem omnium, quibus ab hac ſeruitute peccati arcemur. Ac demum in ſenſu anagogico ſignificabat ſempiternam requiem, quæ nos manet in cœlo. Conſtituitur ergo in Decalogo ſecundum literalem morale que ſenſum. Vnde ob tam multi iugã Sabbathi ſignificationem, cum aliæ complures eſſent in lege feſtorum ſolennitates, de hac ſola in Decalogo mentio habita eſt, qua reliquæ comprehenduntur. Nam cæterarum ſingulæ ob particulare beneficium fuerunt inſtitutæ, illud autem creationis fuit vniuerſale. De feſtis autem illius legis, & quemadmodum illorum ſingulis ſingula noſtra reſpondeant, videbimus quæſtione proxima. Atqui per hæc ratio liquet, cui fuerit eccleſia catholica a ſeculo vſque Apoſtolorum in diem Dominicam mutatum. Nam ratio illa literalis commemorandi beneficium creationis, altius mutata eſt beneficium recreationis, quæ facta eſt à Chriſto per gratiam, hoc enim beneficium Dominica die reſurgendo abſoluit, quę fuit in ſtatu gratię lux prima, infinitum præſtantior illa, de qua tunc dixit Deus, Fiat lux. Præterquam quod & dies illa prima creationis mundi, Dominica etiam fuit, quandoquidem ſeptima fuit Sabbathum. Figura autem allegorica Chriſti quieſcentis in ſepulchro, præſente veritate ceſſauit. Senſus autem anagogicus perpetuæ quietis cęleſtis multo aptius congruit Dominicę diei. Volubilitas enim huius mundi curriculo hebdomadę ſignificatur, immutabilis autem fœlicitatis æternitas ſignificantius exprimitur Dominica die.

Ad primum igitur argumentum quod auctoritate Ambroſij precedebat, reſpondetur, patrem illum myſticorum ſenſuum amatorem, intellectum eiuſmodi Iudeis obiecisſe, propterea quod opera miſericor

Tertiũ Decalogi præceptũ partim eſt morale, partim ceremoniale.

Rõ abolitionis Sabbathi & mutationis ī diẽ Dñicã.

Altera ratio.

Ad primũ arg.

dię

diæ in Sabbatho fieri non ferebant, & ideo cum dixit illo præcepto peccatorum opera prohiberi non id intellexit in sensu literali, in quo sita est specialis præcepti substantia, sed in sensu tropologico, qui generalis est, omnium præceptorum virtus. Ad secundum respondetur, quod Sabbathi observatio apud Iudæos erat figuralis, & ideo strictiores religione illud seruabat, adeo vt neque cibos igne possent parare, vt patet Exod. 16 & 35. nempe, vt illam cessationē Dei a mundi fabrica ad viuum exprimerent. Nam figura, cum sit rei signum, debet veritatem vsque ad minima fidelissime referre. Nos autem non ob illum figuralem ritum sed institutionem Ecclesiæ tum dies Dominicos tum festos alios feriamur. Qua propter congruentius naturali iuri eiusmodi festa colimus, nempe, vt & victui necessaria naturali more paremus. Et nobiscum super reliquis quæ necessitati naturæ seruiunt, facilius dispensetur. In tertio igitur argumento vastissimus aperitur campus eo tum, quæ nobis diebus festis, tum licitè per mittuntur, tum dispensatione indulgētur. Sunt enim vsque adeo multa, vt uix queant sub numero comprehendi, ideoque tantūmodo eorum capita teneri memoria possunt. Et primum cum in hoc præcepto aliquid sit negatiuum, vt dictum est, id est cessare a seruili opere, atque alterum affirmatiuum, quod est sacrum audire circa vtrunque perpendenda illa sunt, quibus citra iniuriam violatur præceptum. Vnde primum omnium supponenda est illa supra tacta distinctio S. Th. quod operum seruilium alia sunt peccata, quibus demoni seruitur. Et hæc sunt per omnia mandata vetita, significata vero hoc singulari in sensu morali metaphorico. Alia vero sunt, quibus secundum corpus homo homini seruit, vt mechanica. Et hæc sunt isto præcepto ad literam interdicta Sed alia præterea sunt quib. seruimus Deo, nempe quæ ad eius cultum attinent. Et hæc adeo nō respuuntur isto præcepto, vt sint ad eius finem impendio conducentia. In hoc enim ab alijs seruilibus abstinemus, ut inseruiamus Deo Sex ergo capita sunt per quæ illa iudicare possumus quæ Sabbathis licēt. Primum est hoc quod modo diximus scilicet si sit ad Dei cultum pertinens. Inter hæc autem sunt gradus. Primum obtinent spiritualia, quæ ab spiritu increato supernaturaliter nobis donantur, ut est sacramentorum administratio, quibus gratia confertur in qua uita spiritualis consistit. Quapropter & antiqui circuncisionem ministrabant, in Sabbatho, si octaua tunc incidisset dies. Vnde Christus Io. 7. Circuncisionem homo accipit in Sabbatho, ut non soluatur lex Moysi. Et nos quoque omnia administramus sacramenta. Atq. illa insuper quæ ad altaris ministeriam attinent, exercemus scilicet prædicamus, oramus, & ea legimus quæ ad meditationem & animi refectionem cōferunt. In secundo gradu sunt illa corporalia in quibus cultus etiam per se cōsistit ut erat antiquis arcam testamenti deferre, & nobis baiulare sanctorum statuas, crucem & huiusmodi in processionibus. Ad hæc organis canere, & aliis instrumentis, de quibus operibus illud intelligitur Matth. 12. Sacerdotes in templo Sabbathum violant, id est corpore labores exercent, & sine crimine sunt. In tertio gradu locantur illa quæ sacrorum sunt præparatoria. Sed hæc tripertita. Nam quædam a deo sunt propinqua cultui, vt sine illis fieri nequeat, vt antiquitus sacerdos animalia, quę Deo litabantur, mactabant, & torrebant, & nunc campanæ pulsantur. Alia vero sunt quæ possunt precedenti die fieri, & hęc non sunt, sine caussa in festo facienda, sed antea præparanda, vt hostias coquere, & monumentorum apparatus extruere, nisi forsan continuatio festorum exigat, vt in festo fiant Sed tamen alia sunt, non quidem per se, sed accidentariè ad diuinum cultum spectantia, vt colere agros paupercule ecclesię vel hospitalis, aut ad eius structuram vectare lapides. Et hęc neque sine necessitate fieri in festo debent, neque sine Prelati facultate quandoquidem opera sunt vere seruilia, ideoque licet lex misericordię in caussa sit dispensandi fieri tamen non debent absque episcopi dispensatione, vel saltem Parœciani, ubi sic habet vsus. Secundum autem genus operum, quę in festo licent, est spiritualium actionum, quę ab spiritu nostro proficiscuntur, vt docere consulere & id genus alia: Seruile enim opus idem est quod corporale. Nam corpus est quod animę seruit: quare quæ ad animam attinent, non connumerantur seruilibus. Attamen non inde infertur, mechanicarum artium exercitium in festo esse permissum, etsi artes ille intellectuales quoque sint. Quoniam non de

Ad secūdū.

Ad tertiū arg.

Distin. Sexc apita vnde possis inter nos cere

q̄ liceāt dieb. festis.

Primū.

Secūdū genus o peramq̄ in festo licet.

ſuo tantũ principio, verum & de fine penſanda eſt ſpiritualium ratio. Scientiæ ergò quarum finis eſt intellectum illuminare ſpirituales ſunt, illæ vero quarum finis in fabricato opere poſitus eſt, quod manibus conficitur, ob idque mechanicæ dicuntur, ſeruiles habentur. At vero ſunt nonnulla ſpiritualia quę eccleſia bona cauſa in feſtis interdixit, vt ius dicere, & cauſſas agere & iuſtitiarum ſolenniter in iudicio, niſi cauſa paucis præſtare, vt patet extra, de ferijs, ca. omnes dies. & c. conqueſtus. Tametſi hæc inguenti attroci extraque ordinario crimine diſpenſationem quoque admittant. Vt ſi publicus latro, aut maieſtatis læſor caperetur in feſto, liceret eum ſubitatio in ſupplicium rapere. Et religionis gratia hęretici in ſolemni feſto ſolent igni admoueri. Tertium genus & caput eiuſmodi licitorum operum eſt, quæ quamquam ſint corporalia, non tamẽ ſunt proprie ſeruilia. Nam inter corporalia quędam extant genere ſuo ſeruilia, quorum exemplum in mechanicis poſitum eſt: quædam vero genere ſuo libera, vt artium liberalium opera, qualis eſt muſica, & figuras geometricas in abacho ducere, quæ certum eſt licere in feſtis. Quędam autem ſunt & liberis, & ſeruis communia, de quibus dubium eſt, an liceant vt ſunt ſcribere, itinerari, uænari, &c. Et quidem ſi ſcribere ad id duntaxat reducatur, quod eſt cum abſentibus loqui, vt ſcribere epiſtolas, aut orationes habendas ad populum, aut prælegendas lectiones, liquet eſſe licitum, ſi autem ad opus ſeruile vergat vt ſtata mercede tranſcribere, aut alia ratione calamo mereri, id minime fas eſt, itinerari autem audita Miſſa, maxime illis qui in itinere ſunt, mos quarundam prouinciarum admittit. Sed animi gratia uænarum ire, claret non eſſe ſeruile opus. Quarta cauſſa ob quam nefas non eſt operari in feſto, ſubiungitur neceſſitas. Primum illorum, quæ ad diurnum victum pertinent, hoc eſt ad condiendos cibos igneque parandos: qualis eſt coquorum opera, & eorum qui paſtillos faciunt, & laniorum ac macellariorum. Piſtores autem non excuſantur, neque furnarij, nam panis poteſt pridie feſti confici, niſi tantus eſſet feſtorum concurſus, qui id exigeret. Secundo ex neceſſitate ſalutis corporeæ excuſantur medici, pharmacopolæ, & ſanguinis miſſores. Et qui fugiunt propria pericula, exemplo Heliæ, qui fugit in Sabbatho a facie Iezabel. Vnde Chriſtus Ioan. ſeptimo Mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in Sabbatho? At vero pharmacopolæ non excuſantur niſi ſecundum neceſſitatem diei præſentis. Eſt enim ſeruilis ars, quam ſola neceſſitas facit in die feſto licitum. Tertio & neceſſitas communis ſalutis reipublicæ excuſat milites, in bello, & qui illis aggeres & vallum ducunt, & qui quoſuis alios labores perferunt. Qua ratione, vt legitur 1. Machab. 2. Machabæi hoſtile prælium Sabbathis propulſare prudenter decreuerunt. Deinde & propter particulares neceſſitates licita ſunt opera in feſto. Vnde Deuteron. 22. Non videbis ouem fratris tui aut ouem errantem, & pręteribis, ſed reduces fratri tuo. Cui alluſit Chriſtus Matth. 12. Quis erit ex vobis homo, qui habet vnam ouem, & ſi ceciderit in Sabbatho in foueam, nonne tenebit & leuabit eam? Et per id excuſantur, dum conflagrationibus occurrimus, & inundationibus. Quin etiam tempore meſſis flante aura iuſte perpurgantur grana. Imò vero vbi aeris inclementia timetur, poſſunt & aræ teri, atque etiam, licet hoc non tam facile ſit permittendum, & ſegeres meti. Quamuis in his caſibus vbi ambigitur an neceſſitas vrgeat, conſultius eſt antiſtitem adire, vel ſaltem parœcianum, per quem hæc liceant. Atqui ex hoc capite excuſantur etiam illi, qui munia reipublicę neceſſaria exercent, quę non poſſunt ſine graui iactura feſtis omnibus interpellari, qualia exercent naturæ, curſores, muliones, & qui iſtis ſeruiunt, vt mareſchali veterinarij, qui ſoleis ferreis beſtias calceant, & qui furnos conflandi nitri accendunt. Sunt qui & eandem facultatem illis faciunt, qui lateres coquunt, & calcem. Sed in his non tantum video neceſſitatis. Adde quod & propter reipublicę ornatum licet opificibus in feſtis operari, vt in torneamentis, tametſi ſalubrias ſemper ſit diſpenſationem procurare. Atqui ſicut neceſſitas immunes facit a tranſgreſſione legis communis, ſic & a tranſgreſſione particularis. Licet enim aduocatis in feſto iudices informare, & inſtante neceſſitate etiam ſcribis aliquos actus agere. Quinta cauſſa quę a tranſgreſſione feſti operarios excipit, eſt Eccleſiæ conceſſio. Indulget. n. Alexan-

Tertiũ arg.

Quarta cauſſa.

Quinta cauſſa.

Alexand. 3.c licet de feriis, vt possint in festis piscatores haleces piscari. Et idē est de thinnis atq. aliis piscibus, qui solo vno anni tempore eodemq. breui capiūtur. Sextum deniq excusationis caput est consuetudo. Prohibetur in dicto c. omnes, de feriis mercatur fieri in festo. Sed iam creberrima consuetudo est nundinas in festo celebrari. Cō suetudines autem tunc a culpa liberant, quando sunt rationi congruentes, & prælatorum consensu introductę, & antiquitate receptæ. Ecce de membro negatiuo huius præcepti, quod est cessare ab opere seruili.

Quib. & caussis possit qs citra noxam die festo nō ītereſſe sacris.

Affirmatiuum autem, quod est audire sacrum, venerātius obseruandum est, neque quacunque de caussa omittendum, nisi sit valde vrgens, vt si caussa sit fugiendi periculum mortis, aut seruiendi infirmis, qui citra periculum relinqui soli nequeunt, aut si timeretur puellę raptus & similia, quam uis & in hoc inualescere possit consuetudo. Vbi enim in more est nubiles puellas non exire in publicum, nullam contrahunt culpam non prodeuntes in templum. Quin vero si mater aduersum quidpiam filię timeret, posset domi manere eius custos. Et præterea si maritus zelotypia æstuans vxorem cohibeat ne in sacrum progediatur parere ipsa tenetur. Et pariter serui & famuli dum herus vel iter eis imperat, vel aliud negotium, licet sacrum non audiant. In ipsum autem herum refundetur noxa si absq. causa seruum impediat, quo minus Missam audiat. Id autem quod impræsentiarum occasionem quibusdam hesitandi offert, est, vtrum illa omnia quæ dicta sunt in die festo licere, illicita ob id fiant quod pro mercede exhibentur? Inuenis enim nonnullos hac opinione captos, quod qui præcipua intentione ob mercedem operantur in festo, ipsius sunt transgressores, si autem officium suum propter necessitatem potissime præstent, licet eis accessorium stipēdium recipere. Imo alij censent, quod qui dies est, tenetur in festo gratis opera misericordiæ facere. Istorum autē scrupulus hoc habet, si vllum habent fundamentum, quod opus seruile est illud quod sit in obsequium alterius, qui autem mercede operatur, alteri ceu seruus obsequitur, fit ergo illud opus seruile. Nam quando necessitas in caussa est, vt opera in festo sint licita, eo est, quod illa tunc opera liberis cum seruis communia sunt. Si ergo pacta mercede efficiuntur

Quorūdā scrupulus.

seruilia, fient subinde illicita. At vero citra vllum scrupulum, quod articulo præsenti etiam. Caietanus agnouit, quoduis opus quod vel propter necessitate, vel propter consuetudinem, vel propter quacunque caussarum, quę modo a nobis recensitæ sunt licitum in festo est, manet perinde iustum quamuis, non fiat nisi præcipuo mercedis intuitu. Spes enim lucri non facit opus seruile, si quidem & liberorum opera, qualis est negotiatio, & musica, & venatio, & militatio, & similia, proposītam sibi habent mercedem. Et vice versa seruile opus gratis etiam impendi consueuit, vt opus mechanicum. Neque hoc quod est alteri obsequi constituit seruile opus. Nam & liberorum opera fieri solent in obsequium alterius, & conuerso seruilia in obsequium ipsius artificis. Præterea arguitur. Famuli stipendia recipiunt pro famulatu etiam in festo impenso, quin vero musici præcipue seruiunt in festis atq. in Ecclesiis pro mercede. Post hæc arguitur. Quamuis opera in die festo sint necessaria, non tamen opifices & artifices tenentur illa gratis præstare, quia non sunt necessaria propter inopiam personarum, sed ex natura rei, vt in superioribus exemplis patet, ergo illa licite possunt solum propter mercedem exequi, aliter non facturi, possuntque perinde de pretio pacisci. Nullatenus ergo ratione mercedis aut præmij perpendendum est quodnam sit seruile opus quod vero minime, sed per capitales caussas paulo ante cōmemoratas. Itaque si docere scientiam licitum precium exigere, & pariter aduocatus si consilium respondeat in festo. Idemque censeto de medicis & & de alijs infirmorum administris. Ex quo fit, neq. studere in die festo lucri caussa, illicitum esse. Nam alias etiam scholares ius violarent si in festo literis vacarent, nam pleriq. id faciūt spe lucri. Et nihil refert lucrumne post longum tempus exspectes, an in præsenti recipias. Neque refert doctorne & aduocatus dies sit, an pauper. Tametsi diuitibus consilium sit, dies festos aut diuinis dicare, aut causis pauperum largiri.

Rōdubi tandi. Caiet.

1. Ratio

2 Ratio

ARTICVLVS V.

Vtrum quartum præceptum de honorandis parentibus, congrue tradatur.

Arg. 1. DIutius nos præcedentes quæſtiones remoratæ ſunt. Hæc autem de quarto præcepto facillimę expeditionis eſt. Arguitur nihilominus de more, quod non fuerit congrue poſitum Præceptum, quantum ad pietatem attinet, quæ eſt pars iuſtitię, non quidem directa eius ſpecies eſt, ſed potentialis. Sunt autem multæ aliæ ſimiles D. Tho. iuſtitiæ partes, vt habes apud S. Thom. 2. 2. q. 80. vt obſeruantia, gratia, veritas, &c. non ergo hoc tantum debuit poni affirmatiuũ præceptum ſed ſimilium virtutum inſuper alia. Secundo, Non ſolum parentibus ve-
Arg. 2. rum & patriæ, & ſanguine coniunctis debetur ex pietate cultus, ergo mancum fuit pręceptum, quod ſolos parentes colere iubet. Tertio, Neque parentibus ſolas de-
Arg. 3. betur honor, verum & ſuſtentatio, ergo & in hoc fuit etiam mutilum, quod ſolum honorem expreſſit. Quarto, neque cauſſa
Arg. 4. illi ſubiuncta, videlicet quod parentibus morigeri erunt longæui ſuper terra, vt legitur Exod. 20. in vniuerſum verum haber, inuenias enim parentibus, obedientes, eoſdemque tenera ætate luce ſublatos, videaſque contra multos rebelles qui longo fruunt ſenio, non ergo congruenter poſitum eſt. In contrarium facit ſcripturæ auctoritas.

Concl. rñſiua. Quæſtioni vna ſatis eſt concluſio breuiſſima. Congruentisſime tribus præceptis dilectionis Dei, proxime quartum de reuerendis parentibus, ſubiunctum eſt. Probatur, Probō. pæcepta primæ tabulæ dilectionem Dei, vt dictum eſt commendant, & præcepta ſecundæ, dilectionem proximi, inter proximos autem maxime proximi ſunt parentes quippe quibus id, quod ſumus ſecũdum Deum debemus Sunt enim particulare principium noſtri, ſicuti Deus vniuerſale omnium, ergo locus huic præcepto debitus, proximus loco eſt diligendi Deum. Eſt enim pietas in parentes illi, quæ Deo debetur, adeo affinis, vt 8. Eth. Ariſt. compoſite Ariſtot. dixerit, Dijs & parentibus neminem poſſet æqualia rependere. Et Cicero in Oratio Cicero. ne poſt reditum. Parentes inquit, chariſſimos habere debemus, quod ab his nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita eſt, in primis autem Deum, cuius beneficio hæc omnia tenemus.

Circa materiam ergo primi argumenti id animaduertendum eſt quod in capite libri octaui luculentius expoſuimus, videlicet partes iuſtitiæ alias eſſe ſpecificas, vt diſtributiuam, & commutatiuam, alias vero potentiales, hoc eſt illi annexas, vtputa quę cum non integram habeant rationem iuſtitię, non directe ei ſubduntur, ſed tamen propter aliquid vtique commune reducuntur ad illam. Ratio nanque iuſtitiæ eſt, eſſe ad alterum, cui æquale debito red- Ad pri-
ditur, religio ergo conuenit cum iuſtitia, mũ arg.
quia eſt ad alterum, puta ad Deum, cui tamen nequimus æquale reddere, atque in hoc deficit a iuſtitia. Ad religionem autem ſpectant præcepta primæ tabulæ, quę eſt virtus annexa iuſtitiæ. Pari ratione pietas, quę eſt ad parentes, quibus æquale reddere non poſſumus, eſt pars potentialis iuſtitiæ. Et ſimiliter obſeruantia, quæ eſt reuerentia hominibus ad virtutem exhibita. Nam neque virtuti æquale præmium reddi ab hominibus valet, vt 2. Ethic. eſt apud Ariſt. Quare hæc virtus ad quartum præceptum reducitur, ſicut ſupra in illo verbo adnotauimus, Lcuit. 19 Coram cano capite conſurge. Liberalitas autem alio poplite claudicat, ne ſit prorſus iuſtitia, nępe, quod in beneficijs conferendis verſatur, quæ non ſunt debita, ſicuti & gſa quæ non ratione debiti, ſed ratione honeſtatis beneficia repenſat. Hæc ergo omnia reducuntur ad hoc præceptum. Iam enim ſuperiori quæſtione dictum eſt in Decalogo, illa præcisò debuiſſe locari, quæ abſque vllo ſapientum officio, elicere ex naturæ principijs ratio poſſet, niſi vbi nubila eſſet, hæc autem nonnullo ſapientum adminiculo opus habent, quo plene percipiantur, præterquam quod filiorum debitum ad parentes, cunctis eſt mortalibus commune, reliqua vero, ſpãlia, ſub gñali vero ſpãlia militant. Ad ſecundũ ad eundem prope modũ Ad ſecũ-
reſpondetur, quod ratio quare patriæ, & dum
ſanguine agnatis, atq. aliis neceſſariis no- Ad ter-
ſtris debitores ſumus, parentes fuere, qui tiũ arg.
nos tali loco & ſanguine genuerũt, & ideo cum præcepta Decalogi, vt dictum eſt, ſint prima legis principia, abunde parẽtes pro eunctis nominati ſunt Et eodem reducitur ſolutio tertij argumenti, nempe q̃ honor

pa-

parentibus ac cunctis filijs per se debetur, siue locupletes sint, siue egeni. Sustentatio vero accidit, vt debeatur, dum parentes egent, ad ea autem quæ sunt per se, ea reducuntur quę accidunt. Ad quartum demum respondetur, cōgruentissimum, vt superiorique exposuimus, propositum fuisse huic mandata præmium longæuæ vitæ trāsgressorique supplicium breuis. Vnde Pau 1. ad Tim 4. Pietas ad omnia vtilis est promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. Nam cum vitam a parentibus secundum Deum susceperimus, qui gratus illis est, meretur non solum æterna potiri, verum & tēporalem sibi augeri: qui vero ingratus, illa orbari. Ob idq; adeo Solon, vt Cic. pro Sex. Amerino refert, nullum parricidijs supplicium constituit, cuius caussam interrogatus respondit, se id neminem facturū putasse. Romani autem intelligentes, nihil esse tam sanctum, quod aliquando nō violaret audacia, supplicium in parricidas quā maxime conguens excogitarunt, nempe vt in culeum insuti in flumen deijcerētur, vt his rebus omnibus de repente carerent, nempe elemētis ac bestijs, ex quibus omnia nata esse feruntur, videlicet ne cęlum viderēt, nec solem, neque vero aquam tangerent, neque aerem ad respirandum, neque terrę eius cadauera mādarentur, neq; adeo obijcerentur feris, aut bestijs, ne videlicet tactu suo, aut elemētum aliquod ob bestiam polluerēt, qui sese immanissimo scelere polluissent At vero quoniam neq; præsentia hæc labentiaque bona sub merito cadūt neque aduersa mala satis sunt ad expianda piacula, fit, vt Deus occulto iudicio quandoque sinat, vt boni exiguo hoc præmio careant, & mali supplicio, quippe quos auctiora in altero manent seculo.

Adquartū arg.

ARTICVLVS VI.

Vtrum sex reliqua pręcepta conuenienti ordine, & modo tradantur.

Primū arg.

DE reliquis sex præceptis satis supra dictum est, se ne ab ordine illo excludamus arguitur, quod non sint sufficiēter tradita. Primum sic. Alia sunt pręter homicidium adulterium, furtū, & falsum testimonium nocumenta, quæ ciuibus inferuntur, diminutus ergo fuit numerus. Secundo Cōcupiscentia in nono & decimo pręcepti aut accipitur pro sensualitatis motu, secundum illud Iacobi 4. Vnde bella & lites in uobis? Nonne de cōcupiscentijs, quæ militant in membris vestris? Aut pro voluntatis cōsensu, vbi peccati ratio consummatur, & pariter virtutis ac meriti, secūdum illud Sap. 6. Concupiscentia sapientiæ perducit ad regnum perpetuum, sed prior quidem prohiberi non potuit, quia naturę corruptę naturale est cum ratione pugnare, secundum illud Pauli, Video aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meę, alias sensualitatis cōmotiones essent mortalia peccamina, quod est falsum. Secūda vero vno quolibet pręcepto prohibetur: Qui enim prohibet homicidiū, vna prohibet & eius voluntatem, nihil ergo opus habuit peculiari mandato. Tertio denique Homicidiū adulterio & furto grauitate antecellit, non autem seorsum prohibita est eius cupiditas, non erat cur aliorum concupiscentiæ seorsum inhiberentur. A parte contraria pugnat auctoritas ipsa legis.

Arg. 2.

Arg. 3.

Ad quęstionem postea, quę superius explicata sunt, perfacilis est responsio, quæ vnica conclusione continetur, Sex præcepta debita ratione prohibitionis tenore posita sunt. Probatur. Duę sunt partes iustitię, facere bonum, a maloque recedere. Primum autem non cunctis promiscue per se debetur, sed personis certis cui autem potissimum debetur, est Deus. & secundum illum, parentes sed tamen iniurijs & vi minime lędere, omnibus debitum est, ob idque post primam tabulam quartumque mandatum, quibus ea pręcipiuntur quę Deo parentibusque debentur, optimè nocumenta respectu omnium in vniuersum prohibentur. De distinctione autem, numero, ordine, & traditione eorū, deque singulorum grauitate, satis superq; quęstione superiori dissertum est. Quod si de numero adhuc hęreas, eo quod cum alia multa pręterquam parentibus & cōsanguineis, alijs ēt debeantur, secundum verbum Pauli, Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, &c. debuerint & alia adhiberi affirmatiua pręcepta, respōdetur, quod cum Decalogus primordia solummodo cōtineat legis, non dicebat in ipso nobis tradi nisi ea quę vniuersis mortalibus communi ratione debita sunt, & talis est honor, quē

Conclō rñsiua.

Probō.

Scrupulus.

debemus parentibus. Ad reliquos vero nõ vna, ſed diuerſis rationibus contrahuntur debita, & ideo non erat illis opes ſpeciali præcepto, ſed ſatis erat generalis iuſtitia, quæ præcipit vnicuique ius tribui ſuum. Atque per hoc documentum liquet id quod quæſtione tertia contra Burgenſem ſuper Leu. 19. adnotauimus, qui contra ſanctum Thomam, imò contra planam veritatem præceptum dilectionis proximi negat eſſe omnibus commune atque notiſſimum, propterea ſcilicet quod auaritia non fuit Philoſophis comperta reſpectu omnium, ſed tantum reſpectu ſtudioſorum. Eſt enim mens diui Thomæ & rei veritas, quod cũ præceptum dilectionis proximi, includat & benefacere, & non malefacere, prius eſt notiſſimum, non quidem reſpectu omniũ proximorum, ſed reſpectu certi genere ſcilicet parentum, poſterius vero reſpectu omnium, & ideo ex eodem principio ſolum elicitur quartum præceptum affirmatiuum, & reliqua negatiua.

Ad primum igitur argumentum reſpõdetur, quod cum nocumenta, atque iniurię quibus alter in alterum nocuus & iniurius eſt, non potuerint certo numero colligi, cõſultum fuit, ac perinde decorum, capita tantum poni, quibus alia cohærent membra. Quidquid enim detrimenti alteri inferas, aut perſonę illud impingis, & id rerum genus, ad homicidium reducitur, aut perſonę coniunctæ per modum libidinis, & hæc referuntur ad adulterium. Damna autem in rebus data, ſiue per vſuram, ſiue per aliam fallaciam, omnia ad furtum propendent. Si cuti & iniuriæ omnes quibus infià verba peccatur, vt ſunt mendacia, & detractiones & verbales contumeliæ, ad falſum teſtimonium Ad ſecundum reſpondetur, nomine concupiſcentię non prohiberi ſenſualitatis inſultus atque illecebras, ſed voluntatis cõſenſus, vbi ſubeſt peccatum, ſecundum verbum Chriſti Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Et quamuis vno quolibet præcepto vna & res & eius cupido prohibeatur, exposcebat tamen ſingularis neceſſitas, vt ſpeciatim concupeſcentia alienę vxoris, atque alienarum rerum exprimeretur propter rationem, quam ſuperiori quæſtione. art. 5. declarauimus, nempe quod aliorum peccatorum obiecta non per ſe ad concupiſcentiam illectant, ſed ob alias affectiones cupiuntur, vt homicidium propter vindictam, quæ ex odio naſcitur, & propter iram. Quare in illis ſufficit res ipſas prohiberi, ea vero quæ ad concupiſcentiam carnis, & oculorum ſpectant, per ſe animum pelliciunt, atque adeo non ſolum in abſtinendo ab illis difficultas eſt, verum & noua in refrænanda concupeſcentia, ob idque præter opus, conſultum fuit & cupidines ſingularibus prohibitionibus interdici.

Ad primũ arg.

Ad ſecũdum.

QVÆSTIO V.

DE PRÆCEPTIS ceremonialibus.

S. Tho. 1. 2. quæſt. 101. & 2. & 3.

ARTICVLVS I.

Vtrum ceremonialia præcepta quadrifida fuerint, ſcilicet ſacrificia, ſacramenta, ſacra, & obſeruantia.

ET ſi functio noſtra fuerit, D. Th. explicãdo amplificare, tamẽ in his ceremonialium ac iudicialium quæſtionibus diuerſa erit. Adeo. n copioſe & diſerte cuncta ipſe explanauit, vt nequeat doctrina eius vel extendi amplius vel elucidari Igitur vt ſummatim compendium faciamus, primo quę ritur, an ceremonialia quadrifica partitione diuidantur. ſ. in ſacrificia, ſacramenta, ſacra, & obſeruantias? Et arguitur a parte negatiua, Si hac ratione diſtribuerẽtur, id maxime eſſet quod ceremonialia ad diuinum attinebant cultum, vt nomina ipſa ſacrificiorum & ſacrorum deſignant. Erant ãt alia ceremonialia, quę nihil ad cultum Dei referre videbantur vt abſtinentia ciborum quæ prȩcipiebatur Leuit. 11. & abſtinentia a veſtimentis, ſcilicet ne veſtem duobus cõtextam hoc eſt lana & lino, ullus indueret, vt Leuit. 6. cautum erat, ergo non omnes ceremoniæ cultui ſeruiebant. Secundo, Si ſacrificia illa, & ſacramenta, atque obſeruantiæ alicui erant uſui accommoda, maxime vt rerum aliquarum eſſent figuræ, ſecundum uerbum Pauli, Omnia in figura contingebant illis, id autem nequaquã legi congruebat, vtpote quæ vt Auguſt. 4. de doctrina Chriſtiana auctor eſt, & ſupra citatus

Primũ arg.

Arg. 2.

Paulus.

Auguſt.

citatus Iſidorus, manifeſta eſſe debet, & cū
ctis per uia, cum illa quæ figuram myſte
riis recta ſunt, theatricam potius ænygma-
ticamq. repræſentationem præ ſe ferant,
quam legis claritudinem, haud ergo de-
Arg. 3. cuit eſſe figuralia. Tertio, legis ſynceritas
ſimplicitatis præceptorum amatrix eſt,
multitudinisq. expultrix. Eſt enim præce-
ptorum multitudo sarcina potius, & ruinę
occaſio quam adminiculum ad uirtutem,
ſecundum illud Petri Act. 15. quid tentatis
demun imponere iugum ſuper ceruicem
diſcipulorum, quod neq. nos, neque patres
noſtri portare potuimus? Caueri ergo illa
Arg. 4. debuit ceremoniarum turba Quarto, cere-
moniæ ille, Chriſti erant vmbra & progno
ſticum, ſacrificia autem abunde prę ſignaba-
bant Chriſtum qui ſecundum Apoſt. ad
Epheſ. 5. ſactificium ſe obtulit & oblatio-
nem & hoſtiam, in noua autem lege ſacri-
ficium ipſum altaris ſimul eſt & ſacramen
tum, idemque potiſſimum, atq. id ipſum di
citur ſacrum, omniaque; ſacrificia & ſacra-
menta, ſunt quædam ol ſeruantię, non
ergo opus illa eſt quadrifaria diſtinctio
ne. Alias deberent & alia ſuperandi mem-
bra, puta ſolennitates, oblationes, atque
id genus multa. In contrarium autem
eſt, quod lex illa de his omnibus memi-
nit.

Prima conclu. Ad quæſtionem iuxta numerum argu-
mentorum quatuor concluſionibus reſpon
detur. Prima eſt. Ceremonialia illa cuncta
ad Dei cultu pertinebant, ſic enim queſt. 2.
tres pręceptorum ordines ſecreuimus,
quod moralia ex principiis naturæ, ceu
concluſiones eliciuntur. Ceremonialia
uero & iudicialia, non concluſiones, ſed
ſpeciales determinationes ſunt genera-
lium præcepto, tum quæ arbitramento
quodam ſtatuuntur. Ceremonialia qui-
dem circa religionem quæ nos ordinat in
Deum, iudicialia uero circa pacem & tran-
quillitatem ciuium ſecundum charitatem
proximi. Eſt enim naturale preceptum, vt
Deus collatur, quod autem uel hoc vel il-
lo modo, arbitramentum eſt humanum
Ariſtot. vel diuinum, ſicuti ait Ariſt. 5. Ethic. Lita-
re enim hæc aut illa animalia, nihil natura
ſua refert niſi quia lege poſitum. Secunda
Secūda conclu. concluſio. Cultum illum diuinum in le-
ge ueteri condecens fuit prognoſticam fi-
guram Chriſti eiusq. Euangelicæ legis prę
Probō. tuliſſe. Probatur, ſicuti homo, & anima con
ſtat & corporare, ita & cultus tam interior
eſt quam exterior. ſecundum illud Pſal.
Cor meum & caro mea exultauerunt in
Deum uiuum. Et ſicut corpus animam re-
latum eſt, ſic & exterior ad interiorem re-
fertur. Cultus autem animæ in hoc poſitus
eſt, ut Deo ſuo coniungatur, ob idq. ſecun-
dum diuerſam eius coniunctionem diuer-
ſum eſſe congruit externum cultum. Quo
fit, vt in ſtatu ſempiternæ beatitatis, ubi ait
ſecundum intellectum atq. affectum Deū
habent præſentem, nullo opus ſit umbrati-
li figuratiuoq. cultu, ſed omnia perficiun-
tur laude, ſecundum illud Eſaię 55. Si gau-
dium & lætitia inueniuntur in ea, gratia-
rum actio & vox laudis. In ſtatu autem prę
ſentis uitæ. vbi abſentes ab illo conſpectu
exulamus, neceſſe habemus radijs eiuſ-
dem diuinæ ueritatis ſub ſenſibilibus figu-
rię illuſtrari, vt i. ca. Cæleſt. hierarc. auctor
eſt Dion. diuerſimode tamen ſecundum Dionyſ.
diuerſum ſtatum conditionis humanæ No
bis quippe ſub lege degentib. Euangelica,
quia etſi ueritas ipſa non per ſe eluceſcat,
tamen via iam patula eſt, & per Chriſtum
reuelata, nullis alijs opus eſt figuris, quam
ęternæ illius beatitatis, quę nos etiam nū fu
tura manet. Veterē autē populum, cui non
ſolum diuina perſe veritas, verum & via
quæ futurus erat Chriſtus, vti ad Heb. 7. ait
Apoſt. nondum erat propalata, quam ma-
xime decebat in illo verſari exteriori cul-
tu, qui non ſolum figura eſſet ſempiternæ
veritatis in patria contuendę, verum &
Chriſti etiam, qui futurus erat via veritatis
& vita, nempe vt tam diuturno tamen; ce'e
bri rerum vſu populus ille aſſuetus & ad-
monitus venientem poſtea veritatem
promptiſſimè reciperet. Vnde Paul. ad Paulus.
Heb. 10 quo diſcrimen antiquę legis &
noſtræ inſinuaret vmbram inquit, habens
lex (ſcilicet vetus) futurorum bonorum,
non ipſam imaginem, rerum videlicet qua
lem nos habemus. Elongatior enim a ve-
ritate eſt vmbra, quam imago, quæ eam
germanius exprimit. Tertia concluſio. Cō- Tertia
decens etiam fuit, ut non una tantum cere conclu.
monia, ſed multijuga earum varietate
populus illi occupatus eſſet, diuinoq. cul-
tui mancipatus. Congruitas. n. huius tam
ex iniquorum neceſſitate, quam ex iuſto-
rum perpēditur. Illi n. qui ad idololatriam
procliues erant, quoniam idololatrarum
ſuperſtitiones multifidæ erant, neceſſe ha-

bebant econtrario ceremoniarum multitudine inſtitui, vt in illis occupati, non illa auerent quæ inter Ethnicos cernebãt. Sed & boni atque ad diuinorum contemplationem accliues nihilominus congeminatis ceremonijs erant imbuendi, tum vt aſſiduitate illa in diuina contemplatione perſiſterent, & varietate recrearentur, tum etiam vt Chriſti multijuga myſteria multiplici ceremonia tum cultu idẽtidem proſpectarent. Quarta concluſio. Etſi variæ fuerint multiplicesque priſcorum ceremoniæ, ad quatuor tamen capita reducuntur, quæ ſunt ſacrificia, ſacramenta, ſacra, & obſeruantiæ. In cultu nanque tria eſt cõſiderare. Primum quidem in quo eius ſubſtantia poſita eſt, videlicet ſacrificium, quod ad Dei reuerentiam offertur. Secundo, inſtrumenta, vt templum vaſa, aliaque eiuſmodi. Et hæc dicuntur ſacra, hoc eſt anathemata, puta diuino cultui mancipata & conſecrata. Tertio, cultores ipſi, in quibus duo dignoſcantur, videlicet conſecratio, vel totius populi, vel ſingularium miniſtrorum. Et hæc ſunt ſacramenta, quibus vel populus ſanctificatur, vel conſecrantur miniſtri. Et rurſus ſingularis eorum habitus & famulatus, quo ab exteris ſecernuntur qui non eiuſdem religionis, tum quantum ad cibos tum etiam quantum ad veſtimenta. Atq. hæc dicuntur obſeruantiæ. Hęc igitur quatuor ſpecies ſub vno ceremoniarum generale concluduntur.

Quarta conclu.

Rõ con clõnis.

Et per hæc patet argumentorum ſolutio. Ad primum enim reſpondetur, quod illa ciborum abſtinentia veſtimentorumque habitus ad diuinum cultum conferebant, non quidem per ſe primo, vt ſacrificia, ſed quaſi præparatoria ornamenta, quamobrem ſub genere etiam ceremoniarum continentur. Ad ſecundum reſpõdetur, quod diuinorum arcana non ſunt quibuslibet inuulganda. Quo circa a muſſitando atque a labiorum compreſſione miſteria dicuntur. Alias vti Chriſtus admonuit eſſet Margaritas porcis inculcandas proiicere. Nam quæ homo non capit illico ſpernit ob idq. figuratum ſchemata & rerum typi non ſunt ſcripturæ ſanctę in congrui. Imo ſicuti in theatris homines ſenſili repræſentationem contuentur, quæ nudo intellectu capere nequeunt, ſic & in ſcriptura eſt operæ pretium. Ad tertium reſpondetur, quod ſicuti ægroto corpori dum vna non ſufficit medicina, alia ac ſubinde alia adhibetur, ita & illis ceremonijs, quæ vt ſupra diximus, de ſe non iuſtificabant ſed egena erant, & infirma elementa, fieri neceſſum erat. Et ideo tanquã ſapiens legislator conſultius Deus duxit tranſgreſſiones aliquas multitudinis ceremoniarum permittere, quam vt ſi otio populus ille vacaret in idololatriam collaberetur. Ad quartum denique iam redita eſt ratio diſtinctionis illorum quatuor. Noſtrum enim ſacrificium Chriſtum ipſum continet, quod eſt proinde ſacramentum, non ſic autem ſacrificia veteris legis. Ideoque alia erant ſacramenta, quibus ſuo gradu purgabatur expiabaturque populus, atque alia ſacrificia. Item ſolennitates quodammodo ad ſacra, pertinebant, ſicuti templa ſacra. Offerebantur enim ſacrificia, ſicut in loco certo, ita & ſtatis temporibus.

Ad primũ arg.

Ad ſecũ dũ arg.

Ad tertiũ arg.

Adquartũ arg.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſingulis iſtis ceremoniarum ſpeciebus reddi poſſint legitimæ cauſſæ.

SVBSEQVITVR in ſecundo articulo, vt de cauſſis ceremoniarum curſim ſaltem dicamus. Quæritur ergo, an cauſſas habuerint vllas? Et arguitur a parte negatiua. Super illud ad Eph. 2. Legem mandatorum decretis euacuans, ait gloſſa, decretis. Euangelici ob id eſſe euacuatas obſeruantias antiquæ legis, quod ex ratione ſunt, illę ergo per contrarium ſenſum ratione carebant, præſertim quod ſi ratione pollerent, moralia fuiſſent. Nam quidquid ratione conſtat, ex principijs naturæ deducitur, ex quibus morales præceptiones oriuntur. Secundo arguitur. Quod ſaltem nullam habuerint literalem cauſſam. enim vero ſi ceremoniæ vniuerſæ non niſi ſignificatiuæ rationem habebant, non alia in illis exiſtebat ratio, quàm per res illas futura præſignare, atq. adeo nullam habebãt cauſſam, quæ ſecundum primeuum ſignificatum literæ exiſteret. Idque ex ipſis legis verbis confirmatur. Nam ſi qua erat ceremoniam, quæ cauſſam haberet literalẽ maxime, vel circunciſio vel Phaſæ Paſchæ. De priori autem legitur, Geneſ. 17. Vt ſit in ſignum

Primũ argum.

Gloſſa.

Argu. 2.

gnum fœderis inter me & uos. De poste riori vero. Exod 13. Erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos, ergo alia multo minus habebant literalis causſę. In contrarium autem est, quod non solum sacramenta & sacrificia figuram gerebant Christi, ue
Paulus. rum historię ipsæ, ut transitus maris rubri, peregrinatio deserti, atq. id genus reliqua. De his quippe ait Paulus .. ad Cor. 10. Omnia in figuram contigebant illis, sed in historiis, præter mysticum intellectum inerat etiam literalis, ergo & ceremoniæ caussam habebant literalem.

Ad quæstionem duabus conclusionibus
Prima conclu. respondetur. Prior uniuersus ceremoniarum ritus Mosaicę legis ex debito fine ducebat suas caussas. Conclusio hęc incomperto cuicunq; est, qui crediderit legem illam opus fuisse Dei, quod supra contra Ma
Suade conclu. nichæos iam constitutum est. Nam cum Deus cuncta sua sapientia gubernet, sapiętia autem secundum Phil. 1. Metaphi. sit res ordine disponere, sit ut quæcunq. a Deo procedunt, ut Apost. ad Rom 13. inquit or
Phylo- sophus Paulus. dinata sint, ordo autem cuiusq. rei duo exigit, prius ut debito sit fine instituta. Nam illa quę uel non serio fiunt sed ioco, vel non consulto, sed præter finis intentionem eueniunt, ob defectum ordinis ad finem dicuntur inordinata, & temere facta. Secundò etiam oportet & id quod finem quempiam refertur, proportionem ad illum habere debitam. Quemadmodum. enim 2.
Arist. Physic. ait Arist. formam dentatæ serræ ex fine sumi, sic in practicis mediorum ratio ex fine ducitur. Igitur cum lex opus sit diuinæ sapientiæ, sit ut utrumq; rationis ordinem habeat. Quapropter Deut. 4. Hæc
Vltima conclu. inquit auctor ipse legis, est sapientia vestra & intellectus coram populis. Posterior conclusio, nullam credibile est fuisse ceremoniam antiquæ legis quæ non habuerit utrunque sensum & caussam, nempe & literalem & mysticam. Ad cuius intel-
Discrimen inter sensum literalē, & mysticū lectum notandum est ut inter proloquia super Matth. fusius expl cuimus sensum literalem & mysticum sic differre, quod literalis est, quo literæ ex sua institutione vel primæva vel Metaphorica res ipsæ significant, mysticus uero est quem res per literas significatæ rursus significant. Exempla unde. Historia illa Geneſis, quod Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & alterum de libera ad literam res gestas enarat. Rerum autem Historia Paulo ad Galat. interprete, duo per allegatoria significabat testamenta. Rursus illud Esaiæ 7. Ecce Virgo concipiet, &c. in sensu literali proprio conceptum prænuntiabat Deiparæ Virginis. illud autem capitul. 11. Egredietur virga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet, in sensu itidem literali, sed tamen improprio, hoc est per metaphoram, eundem Virginis partum significabant. Sed virga Aaron, quæ vt refertur. Nu. 17. efflоruit, in sensu mystico & allegorico typus erat, & figura eiusdem rei. Hoc præhabito interpretamento probatur conclusio. Cultus antiquæ legis hoc, vt supra dictum est, a nostro differebat, quod noster non est vmbratilis, tametsi imaginem gerat trium phantis Ecclesiæ ille vero ad duos erat institutus fines, nempe & ad exhibendum Deo honorem debitum, & ad prænuntiandum futurum Messiam. Quemadmodum enim Prohetarum oracula prædicationes futurorum erant, sic & tota legis illius historia nihil aliud apparebat, quam theatrū quoddam, vbi futurorum comœdia agebatur. Hinc ergo fit totum illum ceremoniarum apparatum, & caussam habuisse sensumq. literalem, sed ad euitandam idolatriæ impietatem, siue ad commemorādum beneficium aliquod vt obseruatio sabbathi. Et preterea figuralem quemadmodum esus agni & beneficij liberationis ex Aegypto presagium vmbraq. erat, & occidendi Christi figura. Probō conclu.

Ad primum igitur argumentum respō- Ad ar. mū. arg.
detur eatenus ceremonias illas cū nostris collatas censeri non habuisse rationem quod natura sua nihil referebant, impertinēs enim erat hæc aut illa mactari animalia vestemq. non texi ex lino, & lana, sed totam caussam habebant ex institutione. Lex autem nostra quia in charitatis officiis posita est a natura ipsa rerum rationem ducit. Ob idq. illa non dicuntur moralia, non quod nullam habuerint rationem, sed quod eorum probitas & laus non fuerit de natura rerum deprompta. Ad secundum respondetur quod sicut sensus metaphoricus nihilominus est literalis, quam proprius quia vterq. per literam significatur, sic quod res instituræ sunt ad beneficium commemorandum non tollit Ad secū dum.

litera-

literalem ſenſum. Quapropter uil vetat, quominus cauſſa literalis circuncisionis illa fuerit vt monumentum eſſet fœderis pacti cum Abraham, cauſaq. eius agni, vt eſſet memoria liberationis populi, licet per allegoriam aliquid præterea in noſtra futurum præmonſtraſſent. Cauſſas ergo utriuſq. generalis doctiſſime aclocupletiſſime D. Thom. ſigillatim in ſingulis ceremoniarum enarat 1.2.q.102. artic. 3. & tribus ſequentib. diſcurrendo per quatuor ſupra diſpoſitos ceremoniarum ordines, ſacrificiorum.n. literalis cauſſa duplex erat uidelicet, ut per illa mens humana in Deum ſubleuaretur ad repenſanda beneficia dei ius largitate ſuſcepta, ideoq. oſterebatur genus ferre omne uictualium nempe animalia, panis, uinum, oleum, & mel, Thus præterea & ſal, quibus nos Deus paſcit, ſecundum illud 1. Paralip. 29. Tua ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi, ſed quia donorum omnium maximum fuit Chriſtus, ſic enim Deus, vt eſt apud Ioan. dilexit mundum vt filium ſuũ unigenitum daret, vt omnis qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat uitam æternam, cauſſa myſtica illorum ſacrificiorum idem erat Chriſtus. Vnde ad Heb. 10. ſacerdos ueteris legis eaſdem offerebat hoſtias, quæ nunquam poſſunt auferre peccata. Chriſtus autem pro peccatis obtulit unam in ſempiternum. Offerebãtur autem ex animalibus tres quadrupedum ſpecies, ſcilicet oues, boues, & capræ. Ex auibus vero turtur & columba, ſed ex piſcibus, quia extra a quas uiuere nequeunt nullus reputabatur ſacrificio idoneus. Occidebantur autem in figuram Chriſti, qui in cruce erat immolandus. Quare & modus præſcribebant, occidendi, ut a Gentibus differrent. Offerebanturque, tum ut holocauſta in honorem Dei, tum etiam ad expianda peccata, eundemque ipſum pacandum ac propitiandum. Vnde illæ dicebantur hoſtiæ pacificæ hæ, uero pro peccato. Sacro tum quoque nempe templi uaſorumq. ac ſolennitatum in quibus ſacrificia offerebantur cauſſa quoque utraque aſſignatur ſcilicet tam literalis quam myſtica. Habuit enim populus ille quando per deſertum uagabatur, portatile tabernaculum, poſtea uero in poſſeſſionem miſſus terrę, promiſſæ, templum. Nam ad literam, neq. oberrantes fixum habere poterant templum. neq. quieſcentes decebat tabernaculum habere mutabile Sed quantum ad figuram, tabernaculum ſignificabat militantium peregrinantiumque in hoc mundo eccleſiam, templum uero ſempiternum cœleſtium cœtũ. Vbi ſicuti neque in extructione templi nullus uel mallei ſonitus uel ſecuris audiebatur, nullus erit luctus, neque clamor neq. ſtrepitus, ſed qnemadmodum in hac militia charitatis iuſtitiæq. officiis ac pœnitentiæ fructibus per Dei fauorem ſe quiſque exercuerit, dolaueritque, & expoluerit, ſic omnes diuinæ diſpoſitione collocabuntur Quod autem non niſi unicum illis templum conceſſum fuerit, rationem S. Tho. aſſignat, ut a diuerſis lucis atque aris diuerſorum deorum, quos Ethnici colebant abſtinentes, vnum verum profiterentur. At vero ſubticenda alia non eſt, quam Chriſoct. in homil. aduerſus Iudæos diſerte meditatus eſt, prohibebantur enim paſca & feſta niſi Hieroſolymis, unoque templo celebrare, ut Deut. 16. & apud Ioſph. lib. 3. capit. 13. conſtat, eam inter alias ob cauſam vt eodem poſtea per Titum & Veſpaſianum diruto neque unquam deinceps reædificato, palam fieret legem illam ceſſaſſe. Hac enim de cauſſa dum in Babylone, captiui rogarentur Hebræi ſua celebrare feſta, reſpondebant, Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? quaſi dicerent, Nefas uobis eſt alibi quam Hyeroſolym s ſolemnitates noſtras peragere. Id nunc ergo ſi meditarentur Iudæi, facile adducerentur ut crederent legem illam eſſe abolitam, quippe cuius ſacrificia, ſublato templo, antiquata ſunt. De vaſis candelabrisq; ac reliquis, uide apud San. Thom. ac ſubinde de ſolemnitatibus, quæ præter quotidianum feſtum qua mane & veſpere immolabatur agnus, vt Numero 28. & 29. legitur, ſeptem erant, videlicet, Sabbathum hebdomadibus ſingulis menſium initijs, & ſolenniſſima celebratio paſcalis agni quæ fiebat in memoriam liberationis de Aegypto. Et quinquageſimo in die Pentecoſte, in memoriam datæ legis. Et quinta feſtum, tubarum in menſe ſeptimo, ſcilicet Septembri. Nam Martius erat primus in memoriam liberationis Iſaac per arietem quem Abraham vidit inter vepres, vt legitur Geneſ. 22. cornibus hærentem, illa quippe cornua tubis illis referebant. Et feſtum

D. Tho.

Duplex cauſſa literalis ſacrificiorũ antiq̃ legis.

Rõ literalis pariter ac myſtica ſacrorũ templi.

Alia rõ tẽpli ſecũdum Chryſ.

Ioſeph.

S. Tho. numer⁹ veterũ ſolennitatum, Sabbathũ Neomenia, Paſca. Pẽtecoſte. Feſtum tubarũ.

ſtum Scenopegię, hoc eſt tabernaculorum, ad commemorandum beneficium diuinæ protectionis per deſertum. Ac demum ſeptimum collectarum feſtum, quando ſcilicet coligebantur expenſæ diuino cultui ne ceſſarię. Tertio loco & ſacramentorum quę cauſſas ambas facile eſt aſſignare. Nã per circumciſionem totus populus ab originali mundabatur, inſtituebaturque ad Dei cultum. Quare & quod nobis baptiſmus, illis erat circunciſio nempe legis profeſſio. Mox ſuccedebat eſus agni paſcalis, quo noſtrum refectionis ſacramentum ſignificabatur. Et prætera victimarum ſolutio, eiuſque panum propoſitionis, quæ peculiaris erat ſacerdotum cultus. Atque in figuram aliorum quę nobis ſunt ſacramenta, erant purificationes & ablutiones. Demum neque obſeruantiarum, ſcilicet ciborum delectus ac veſtium tam populi quam ſacerdotum deerant ſuæ cauſſæ, ſiue literalem conſideres ſiue myſticam. Hæc autem omnia peregregia mentis attritione vigiliſſimaque diligentia & explicatione diuus Tho. loco citato ediſſerit. Quapropter cum nihil nos ei lucis adhibere valeamus, moleſtiæ potius onerique Lectori eſſemus, quã oblectamento, ſi longiorem hic moram trahemus.

Feſtum Scenopegię.

Feſtum collectarum.

Cauſſę ſacramẽtorum.

Cauſſę obſeruãtiarum.

ARTICVLVS III.

Vtrum legis antiquę ceremoniæ uel ante legem extiterint, vel ſub lege iuſtificarent.

SVbſequitur, vt de ceremoniarum tam tempore quam virtute conſiderationem ſuperioribus adiungamus. Arguitur enim, quod ceremoniæ fuerint ante legem. Primum quod vt legitur Geneſ. 4. Cain & Abel obtulerunt, munera Domino, quod genus ſacrificij erat atque holocauſti in honorem Dei. Item & Noe, vt legitur Geneſ. 8. & Abraham, vt habetur ibid. capi. 22. Et quantum ad ſacra, Abraham etiam Geneſ. 13. & Iacob Geneſ. 28. extruxerunt altaria. Item tertia, Circunciſio, quæ fuit ſacramentorum ſummum, ante legem data præcepta fuit Abrahæ Geneſ. 17. & Melchiſedech in lege naturæ, vt legitur ibid. capitu. 13. erat ſacerdos Dei ſummi. Prętera, quod ſub lege ceremoniæ illæ iuſtificarent, videtur colligi ex illo Leuitic. 10. Quomodo potui placere Domino in ceremonijs mente lugubri? Vbi Aaron excuſauit ſe apud Moyſen, quod propter mœſtitiam occiſorum filiorum non poterat ſacrificio ſuo Deo placere. Colligitur ergo contrarius ſenſus, quod aliquando placebat. Qui autem Deo placet iuſtificatur apud ipſum. Acceditque & verbum Dauidicum. Lex Domini immaculata conuertens animas. In contrarium autem eſt Apoſto. ad Galat. 2. Si data eſſet lex quæ poſſet iuſtificare, Chriſtus gratis mortuus eſſet, ideſt ſine cauſſa. Quod blaſphemum eſſet concedere.

Primũ

Secũm.

Tertiũ

Quartũ

Ad quæſtionem quatuor concluſionibus reſpondetur dummodo duo ante legem deſcernamus tempora, ſcilicet quod Abrahę anteceſſit, & quod ab ipſo vſque ad Moyſen ſucceſſit. Duę enim illæ ætates quæ defluxere ab orbe condito vſque ad diluuium, & inde vſque ad Abraham, ſtatum Gentium continebant mere naturalem, nam cum Abraham cœpit Deus peculiariter de ſalute humani generis tractare. Sit ergo prima concluſio, nulli fuerunt vnquam mortalium quibus non ſuæ eſſent diuini cultus ceremonię & ritus. Non inquam auctoritate poſitæ ſuper nè diuinæ legis, ſed ratione naturali magiſtra. Cum enim natura genus noſtrum doceat Deum eſſe colendum, inde vniuerſæ nationes diuerſos cultus pro ratione ſuę fidei, quam de ipſo concipiunt, inſtituunt. Sicuti ex inſtinctu, quo illectantur ad quietum ſtatum reipublicę, iudicia quo quæ legibus ſanciunt. Iam enim ſępe ſupra dictum eſt, ceremonialia & iudicialia non concludi ex primis principijs naturę ſicuti moralia, ſed arbitramento humano conſtitui. Atque inde fit, vt cum ius naturæ atque gentium idem ſit apud omnes, ceremonialia tamen ac iudicialia non ſint niſi varia. Et cum cultus non niſi per ſacerdotes adminiſtretur ac diſpenſetur, iuxta uerbum Pauli. ad Hebræ. 8. Omnis pontifex ad offerendum munera & hoſtias conſtituitur, nulla fuit perinde natio, quæ ſuos non haberet ſacerdotes. Quod quidem ſacerdotium uel iure primogenituræ ſuccedebat, ut de Melchiſedech

Prima conclu.

Rõ concluſ.

dech fertur qui fuit Sem primogenitus Noe, & in historia Iacob adnotatur, qui ab Esau primogenito ius primogenituræ ob id coemit, quod sacerdotium illi, tametsi minori, Deus tribuerat, iuxta illud Malach. 1. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quin vero non esset furtilis cogitatio, si & hanc quoque causſam meditaremur indignationis Cain aduersus fratrem, quod cum ipse esset maior natu, ac perinde legitimus sacerdos, nihilominus fraterna oblatio præsua haberetur Deo grata. Inter Romanos autem non ita constat iure primogenituræ sacerdotes succesſisse, nam creabantur a populo, Et de Aegyptiorum insuper sacerdotibus retulit historia sacra Genes. 41. Quod autem de cultu affirmamus, de quatuor subinde ceremoniarum speciebus intelligimus. Habuit enim vna quelibet gens sua sacrificia, quibus diuinum honorem profitebantur, suaque altaria, & aras, & locus eisdem sacrificijs sacratos. Insuper & sacramēta, saltem illud commune, quo ab originali se, & suos pueros emundabant Non inquam sic commune, vt vnum esset cunctis gentibns nam cum illud neque diuinitus fuerit toti orbi reuelatum, neque ex principijs naturæ illatum, cum originis labes, vt primo libro de natura & gratia diximus, non fuerit naturaliter cognita, sed erat ceremoniale, consequens sit, vt non fuerit idem apud omnes sed vbi ratio naturalis suam obtinebat lucem, oblationes institutæ erant pro paruulis. Vbi vero erat obnubilata nullum habent tale sacramentum. Ad hæc & suas quoque religionis obseruantias vnaquæque natio habuit, vt Ethnicorum quoque historiæ perpetuæ memoriæ prodiderunt. Quin vero secunda subnectitur conclusio, Supra naturalem instinctum fuerunt in super nonnulli proceres inter gentes, quibus præclarius diuinus radius affulsit. Vt de Iob nos confitemur, & de Sibyllis, & de Hermete Trismegisto traditur, quorum vtique sapientia eiusmodi ceremoniæ instituebantur. Hæc nihilominus, quia non diuina lege scripto sancita erant, non simpliciter censentur ceremoniarum nomine, sicuti sacramenta scripturæ legis. Et per hoc respondetur ad primum argumentorum ordinem de Cain & Iacob & Abraham, præterquam ad illud circunciſionis, quod quidem sacramentum

Secūda conclu.

Ad primū arg.

Tertia conclu.

Paulus.

fatendum est, non pertinuisse ad legem scriptam, quantum ad eius institutionem, sed quantum ad eius tantum obseruantiam, nam institutum fuit ætate Abrahæ mul o ante Moysen, Vnde Christus Ioan. septimo Non ex Moyse est circuncisio, sed ex patribus. Tertia conclusio. Sacramenta legis veteris a solis carnis sordibus, & quas dicunt, irregularitatibus corpus emundabant, non tamen a culpis animam. Erant quippe legales immunditiæ plurimæ, vtputa leprosus, & qui morticinium tangeret, & puerpera & quæ pro fluuium sanguinis pateretur & similes, in quorum ablutionem illa erant sacramenta instituta, ob hoc enim appellat illas Paul ad Hebr. 9. Iustitias carnis, quæ vsque ad tempus correctionis imponebantur Nam sanguis, inquit hircorum & taurorum, & cinis uitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. Secundum autem conclusionis membrum vltimo articulo quæstionis tertij attactum est. Illic enim rationem ostendimus cur præcepta moralia illius legis non iustificabant, in quo & nostra cum illis conueniunt, idest per se non remittebant peccatoris delicta, quoniam opera sunt naturalia remissio vero peccatorum per gratiam Dei fit supra naturam. Illius tamen nostræque legis sacramēta hoc distrant, quod cum Christus tunc nondum fuisset passus, cuius mors fons perennis est totius gratiæ, sacramenta illa non erat instrumenta, quibus passio applicaretur, sed applicabatur per fidem per modum finis, in quem omnia illarum opera referebantur. Ob idque non circuncisio, sed fides per illam protestata sanctificabat. Neque oblationes hostiarum, sed eadem ipsa fides, secundum illud Leuit. 4. & 5. vbi dum earundem oblationum habetur mentio, subditur. Orabit pro eo sacerdos, & dimittetur ei. Quasi noxia non sacrificiorum vi, sed per fidem & Dei gratiam condonaretur. Et ideo appellabat ad Galat. Paul. sacramenta illa, infirma egena que elementa, nempe quod non illa sed fides iustificabat. Atque hoc mihi Paul. illo verbo docuisse uidetur Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ostēdit in quam quemadmodum iustitia illius legis non circuncisione, quæ Abrahę præcepta fuit, sed fidei nitebatur per illam professæ. Nobis autem passio iam exhibita de

sacra-

ſacramenta applicatur quibus ideo ceu eius inſtrumentis iuſtificamur. At vero gratia illi iuſtificati perinde atq,nos, per cuncta legum opera merebantur,ſeu ceremonialia eſſent ſeu moralia ſeu iudicialia,

Quarta conclu.

Quarta concluſio. Expurgatio illa ſacramẽtorum illius temporis a lue corporalium ſordidum,etſi rationem aliquam haberent naturalem, tamen potiſſima erat in noſtri myſterio poſita. Literalis inquam in leproſis, atq. aliis qui venenoſis morbis inficiebantur, erat,vt eorum caueretur contagio. Hac enim ratione a caſtris pellebantur,neq. recipiebantur niſi iudicio ſacerdotum eſſent mundi. Illi autem qui morticinium tangebant,licet non eiicerentur è caſtri, propter horrorem tamen non admittebantur in templo,niſi loti. Attamen principeps profecto cauſſa fuit, præmonſtrare mundationem per Chriſtum futuram à peccatorum tabe, vt Apoſt.ad Hebr.7.vſq. ad 10. late diſſerit. Eſt enim in illo ritu complura animaduertere, quæ niſi figura eſſent noſtri, pro miraculis haberentur. Primum leproſorum, aliorumque contagione laborantium frequentia, qualis non eſt inter nos. Mox diuina cura impenſaque cautio in illis abigendis atque euitandis. Tertio, quod illorum iudicium ſacerdotibus eſſet mandatum, ſine quorum ſententia non admittentur in templum. Quod Chriſtus adeo duxit ſanctum, vt quibus ipſe medebatur ad ſacerdotes nihilominus remitteret, cum tamen negotium illud medicorum potius quam ſacerdotum munus eſſe videretur, atque eo potiſſimum, quod ceremoniæ illæ nulla vim habebam naturalem curandis lepram aut ſanguinis fluxum. Quin vero non adhibebantur quouſque leproſus mundus iam cenſebatur. ſic enim audiendum eſt verbum Leuitic 14. Hic eſt ritus leproſi quando mundandus eſt, id eſt quando iudicandus eſt eſſe mundus. Subſequitur namque Cum ſacerdos egreſſus de caſtris inuenerit lepram eſſe mundatam,præcipiet ei qui purificatur, id eſt pronuntiatur eſſe ſanus, vt offerat,&c. Quare non conſtituebantur, vt medici ad ſanandum, ſed vt iudices ad ferendum ſanitatis ſententiam quo ideo credendi ſunt teſtimonio medicorum fuiſſe vſi. Quare leproſi non niſi naturali via ſanabantur, & medica opera. Pariſſime autem per miraculum, vt Maria Moyſis ſorore legitur, Numer. 13. quæ ſeptem diebus cooperta fuit lepra, vt niue. Quod enim vulgari opinione fertur, quando ſacerdotes errabant iudicantes quempiam non eſſe leproſum, tunc licet non virtute oblationis tamen beneficio Dei eum miraculoſe ſanari,apocryphum eſt. Ille ergo ſacramentorum ritus ad ſignificandum munus Chriſtiani ſacerdotij in expiandis piaculis fuit inſtitutus. Ad poſtremum igitur argu. reſpondetur, quòd opera legis ſi ex gratia fiebant tanquam *Dei* placita conuertebant animas, tamen legale ceremoniæ neque adhibebantur ad mundandum corpora, neque ad animas purificandas.

Ad poſtremũ argum.

Paulus. Per plura reperies in ritu veteris legis, q̃ niſi figura eſſent nr̃i pdigioſa cenſe rentur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ceremoniæ veteris legis ſic in Chriſti morte ceſſauerit vt inde citra mortale crimen nequeant obſeruari.

SEquitur in hoc quarto articulo de ceremoniarum abolitione. Et arguitur quod ceremoniæ ille ceſſare non debuerint in morte Chriſti, ita vt deinceps citra mortale crimen nequeant obſeruari, Legitur Baruch. 5. Hic eſt liber mandatorum Dei,& lex quæ eſt in æternum,in qua tamẽ legum ceremonię etiam comprehendebantur. Id item documento Chriſti comprobatur, qui etiam dum legem nouam prædicabat, leproſum mundatum, (vt modo dicebamus) quaſi veteres ceremonias approbans, ad legales ſacerdotes remiſit. Præterea ceremoniæ antiquæ, vt dictum eſt, non modo miſticas, verum & literales cauſſas habebant, illa ergo ratione erant permanſuræ. Secundo arguitur, quod poſt ipſum euangelium licet illa ſeruare. Apoſtoli, quos poſt confirmationem Spiritus ſancti ex alto non eſt credendum peccaſſe,more ſeruarunt priſca legalia. Nam vt legitur Act. 16. Paulus circuncidit Timothæum. Et 21.ca. habetur, conſilium auſcultans. Iacobi, aſſumptis viris purificatus eſt. Et Petrus, vt ad Galat. 2. idem Paulus refert, ſubtraxit ſe Gentilium conſortio, de quo non veretur affirmare Paulus eum vt reprehenſibilem inſimulaſſe. Quin vero vt Act. 15. memoriæ proditum eſt, Apoſtolorum concilium im-

Primũ argu.

Secũdũ.

poſuit

posuit Ecclesiæ vt abstineret ab immolatis simulacrorũ, & sanguine, & suffocato, quæ inter ceremonias illius legis habebantur ergo nefas Christianis non est illiusmodi ceremonias obseruare. In contrarium tamen est admonitio Apost ad Gal. 5. Si circuncidimini, Christus nihil vobis prodesit. Christi autem redemptioni obicem ponere, non potest non esse lethale peccatum ergo circuncidit aliasque subinde ceremonias facere post Christi passionem, peccatum est, idemq. graue, vtpote Christo iniuriosum. Superiores articulos, tũ quod prolixum pustulabant sermonem, tum præcipue, quod apud diuum Thom. optima erãt & luce conspersi, & amplificatione ditati, cursim perfunctorieque tetigimus, hic autem ampliorem exigit scolasticam disputationem, cui ideo explicando impensiorem nauabimus operam: Ad plenam ergo quæstionis responsionem quatuor sunt conclũsiones necessariæ: Prima. Lex Moysi per legem Christi cessare debuit, atque adeo omnino cessauit Conclusionem hanc multis in locis asseruit Paulus, cui Deus inter Apostolos negotium interpretandi legem veterem potissimè demandauit, vt Heb. 7. Translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. Et cap 8. Nouum testamentum veterauit prius. Et ad Ephes. 2. legem mandatorum decretis euacuans. Sed non opus est in articulo fidei testimonia multiplicare. Rationem autem iam supra artic. 2. aperire cæpimus inter reddendum rationem cur debuit lex illa esse figuralis. Cum enim exterior cultus caussa interni declarandi ac profitendi sit institutus, secundum triplicem statum trifarius est cultus. In patria nanque vbi nihil speratur futurum, nihil opus est cultu futurorum prognostico. Legi vero euangelicæ, cui præsens est Christus, qui nobis illuc communiuit viam, ille tantum competit, qui imaginem illius triumphantis ecclesiæ gegat, quo fide & spetendimus. Sed tamen antiquis quibus non præsens, sed promissus Messias erat ille congruebat cultus, qui vmbra illius esset per quem erant ad eandem beatitudinem promouendi, Quo vtique assueti idonei essent atque prompti ad ipsum susciendum. Igitur sicuti præsente veritate cælesti fides prorsus spesque cessabit, atque adeo figuralis noster cultus, ita præsente veritate sole, nempe Christo, necesse fuit eius vmbram aboleri. Enimuero lex illa non erat in perpetuum posita, sed quousq. veniret plenitudo temporis, vt auctor est ad Galat. 1. Pau. Quare vt li. 1. q. vlt. diximus, ille vnus est sensuum Christi in illo verbo. Non veni soluere legem, sed adimplere, id est non veni illam abrogare aut infringere aut tollere, quasi esset perpetua, sed adimplere, id est ad complendum tempus quousque erat posita, perficiendasque veritates quarum gerebat vmbras, vt exoleuisse noscatur Secunda cõclusio: Non modo lex quantum ad ceremonialia & legalia cessauit, verum si vim illius obligatoriam spectes, tota tunc temporis antiquata fuit. Enimuero absque vllo exceptionis modo ait Paulus, translato sacerdotio, translatam esse legem, & nouum testamentum prius inueteraſſe. Et Christus simpliciter dixit, Consummatum est Hanc secundam conclusionem in hoc subiecerim, vt plana fiat intelligentia illius vulgati axiomatis: Lex cessauit quantum ad ceremonialia & iudicialia, non autem quantum ad moralia. Etenim si hunc sensum inde hauseris, quod obligatoria vt antiquę legis tenemur nos seruare decalogum vel præceptum aliud morale, falsissimum est. Illa enim lex illi duntaxat populo posita fuit; a cuius vinculo nos Christus liberauit, vt Apostolo ad Rom 7. docuit, Exemplo viduæ, quæ mortuo coniuge iure matrimonij libera est. vbi nullam facit moralium exceptionem. Sensus ergo illius vulgaris asserti est, quod moralia non cessarũt ob id, quod erant de iure naturæ, quæ vniuersos obligat mortales, quibus etiam tenebantur olim gentes, licet non virtute Mosaycæ legis. Itaque nullum testimonium veteris legis potest adduci Christiano quãtum ad vim obligandi, sed tanquam testimonium legis nostræ. Ob hoc nanque vetus instrumentum in sacro canone reuerемur ac veneramur. Tertia conclõ. Ceremonias legis veteris nullatenus iã modo licet post euangelij promulgationẽ obseruare, sed esset mortale peccatum, atq. adeo hæresis contrafacere, conclusio ex superioribus plana illatione colligitur. Ceremonię enim vt diximus, protestationes quædam erant vẽturi Messiæ. Nã confessio fidei non mõ verbis verũ & significatorijs factis fit, qdes aũt q̃ nos de Christo cõfitemur, eadẽ est prorsus quã profitebant antiq̃ nõ modo

Prima conclu.

Rõ conclusiõis.

Paulus.

Secũda conclu.

Paulus.

Tertia conclu.

Colligit conclõ. ex superioribus.

quia

quia de eodem eſt Chriſto, verum quod eaſdem veritates ambo populi confitemur, nempe eius natiuitatem paſſionem reſurrectionem,&c tamen per enuntiationes diuerſi temporis. Fatebantur enim illi veritatem illam Iſaię. Ecce Virgo concipiet & pariet filium. Nos autem ſimilem euangelicam, quod concepit & peperit. Igitur ſicut qui modo adſtrueret Chriſtum naſciturum, paſſurum & reſurrecturum impius eſſet in fidem, quoniam falſitatem fidei contrariam affirmaret, ſic & ille qui ceremonia
Auguſt. rum geſtis idem aſſereret. Vnde contra Fauſt. Aug. Iā non promittitur naſciturus, paſſurus, reſurrecturus, quod illa ſacramenta quod ammodo perſonabant, ſed annuntiantur quod natus, ſit paſſus ſit & reſurrexit, quod hæc ſacramenta quæ a chriſtianis aguntur, iam perſonant. At vero de hac
Prima dubitō legalium ceſſatione multa meditanda
Secūda. ſunt, de quibus neq. inter antiquos patres, neque inter ſcolaſticos undequaque conuenit. Verſatur enim in lite quo temporis puncto & lex uetus fuerit oblita & euan-
Tertia. gelica ſuam fuerit uim nacta. Rurſus, utrum legalia illa cum primum fuerint mortua, fuerint perinde mortifera? Et utrum lex noſtra antea fuerit in conſilio, quam uim obtinuerit obligandi. Au-
Diſſidiū guſt. nanque ut in epiſtola 19. uidere
Aug & eſt, Hiero de hac re in litem euocauit.
Hieron. Inter quos hoc deprehenditur diſcrimen quod Hiero. duo tantum dignouit tempora antiquæ legis, alterum ſcilicet quod uſq. ad paſſionis articulum defluxit, quo legalia cuncta uitam habuere, uigoremq. ſuum obligandi retinebant. Alterum uero ab eodem paſſionis momento vſque ad finem ſeculi decurrens, quo & mortua ſunt & mortifera, Itaq. cum primum extincta ſunt, lethifera eſſe cœperunt, Quapropter negauit vllum Apoſtolorum poſt Chriſti aſcenſum ſeruaſſe legalia, ſed id tamen aſſerit ſimulaſſe. Augu. vero tria ſecernit tempora. Primum, quo cum Hieronymo conuenit, ſ. quod ante paſſionem viuentia fuerint ac proinde obligantia. Secundum vero quo fuerūt mortua, ſed tamen non mortifera, puta inter cape dinem illam a paſſione uſq. ad diuulgationem euangelii, Tunc namq. vt omni erant ui ac uirtute deſtituta, tamen non erant ſeruatu illicita, non quidem quod in eis ſpe liceret ſalutis ſtatuere, ſed quod mortuam iam tunc ſynagogam honore illo humani deceret. At vero poſt ſufficientē euangelii, promulgationē q̄ ſecundum Aug. tertium tempus vſq. ad finem mundi, & mortua ſunt & lethifera. Atq. hæc. Aug ſnīa non ſolum in ſcholis plurimum obtinuit (licet Adria. 4. ſent. q. 1. Hier. prouirili defendat) verum & a Florentin. Concilio ad literam videtur recepta. Vbi poſtquam ſancitur legelia ceſſaſſe in aduentu Chriſti, ſubdi, Non tamen negat (.ſ. ſancta ſynodus) a Chriſti paſſione uſq. ad promulgatum euangelium illa potuiſſe ſeruari, cum tamen minime ad ſalutem neceſſaria crederentur, Quod miror Adria. non inſpexiſſe antequam ab Aug. deſciſceret. Ex eodem ergo Aug. documento quod D. Tho. cum Theologorum cœtu amplexatur, inferuntur de mente eiuſdem San Thom quatuor aſſerta. Primum. Etſi a baptiſmi inſtitutione uſque ad Chriſti mortem circunciſio & tota lex vetus permaneret in præcepto, nihilominus baptiſmus erat in conſilio. Baptimus nanq. uiuente Chriſto non ſolum inſtitutus fuit, uerum & in vſu habitus. Nam Ioan. 3. & 4. refertur quod diſcipuli Chriſti baptizabant, & non baptiſmo Ioannis, vt notum eſt. Quoniam de hoc murmurabant diſcipuli Ioannis, quod plures diſcipulos Chriſtus faceret & baptizarent, ſed baptizarent Spiritu ſancto. de quo ipſe dominus dixerat Nicodeme, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Quamuis tunc illum non inſtituit quandoquidem pruatim id Nicodemo dixit. Sed eſt mihi perquam uerisimile. ſacramentum illud inſtitui ſſe dum baptizatus eſt a Ioanne, non quidem facto illo, vt aliqui putant, nam ille baptiſmus non erat ſacramentum euangelicum, ſed tantum uerbo licet non fuerit in euangelio ſcripum. Et mouet me uerbum illud Baptiſtę. Ioan 1. Ego neſciebam eum, ſed qui miſit me baptizare in aqua. ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum ſanctum deſcendentem, & venientem ſuper eum, ipſe eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. Et ego vidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei. Si ergo tunc Ioan. cognouit quod Chriſtus baptizaturus eſſet in Spiritu ſancto, veriſimile ſit tunc inſtituiſſe baptiſmum. At ſatis nobis impræſentiarum eſt fuiſſe tunc in vſu. Secundum aſſertum, Statim a paſſione Chriſti, vel a reſur-

Adrian. Cōcilio Florentinum.

quatuor aſſerta de mēte S. Thō. Primū.

Veriſimile eſt baptiſma inſtitutum a Chriſto cū a Ioā nebaptizatus ē, nō ipſo facto ſed verbo.

Sextum aſſertū,

reſurrectione(nam hoc inferius explicabimus) ſicut circunciſio & tota lex , neque in præcepto ſuperfuit neque in conſilio , neq ullam uim retinebat ad ſalutem , quia iam erat extincta , ſic baptiſmus & tota lex noua non ſolum in conſilio , verum in præcepto eſſe cæpti ſicuti
Tertia aſſertio. eſt modo . Tertium aſſertum , Nihilominus uſq. ad ſufficientem promulgationem licitè ſeruabantur legalia , ſaltem inter conuerſos ex Iudaiſmo, ut ait San Tho. vt ſynagoga honorifice traderetur ſepulturę. Nã inter Gentiles non erat eadem ra
Quarta. tio. Sed & de hoc inferius rurſus fiet mentio. Quartum denique aſſertum eſt. Poſt ſufficientem promulgationem legem veterem nulla prorſus ratione citra impie-
S. Tho. Ricard. Durandus Scotus in tri pus punctis diuiat à S. Tho. tatis crimen ſeruari poſſe. Atq. in his omnibus aſſertis ſchola ferè doctorũ D. Tho. ſequitur, vt Richard. in 4. diſ. 3. ar 5. q. 3. & Duran. diſt. 1. q. 5. atq; alij . Veruntamen Scotus lib. 4. ſent. diſt. 3. quæſt. 4 non prorſus cum ipſo conſentit , ſed quadamtenus ab eo diſcrepat , nempe in tribus. Primum quantum ad baptiſmum . Quod enim nos dicimus ab eius inſtitutione vſq; ad paſſionem Chriſti fuiſſe in conſilio , a paſſione uero illico cepiſſe eſſe præceptum , ipſe negat . Imò ait ab eadem inſtitutione vſque ad promulgatum euangelium manſiſſe in conſilio . Itaq. in articulo paſſionis nihil de baptiſmo diſcriminatum eſt , ſed cœpit eſſe in præcepto poſt promulgationem . Secundo differt quantum ad legalia . Nam quod nos dicimus perduraſſe quantum ad uim obligandi vſque ad paſſionem, ac tunc fuiſſe , & quantum ad uirtutem & quantum ad obligationem mortua , ipſe negat, ſed ait circunciſionem non obligaſſe niſi vſq. ad inſtitutionem baptiſmi , & exinde ſimul in conſilio concurriſſe cum baptiſmo vſq; ad promulgationem euangelij . Itaq. quiuis Iudeorum audiens euangelium , poſſet filium ſuum uel circunc idere uel baptizare , & utrumlibet ei ſufficeret. Qui uero nihil de euangelio audiſſet, tenebatur circunciſionis lege ac perinde omnium legalium . Et in hoc tertio differt a D. Thom. quod negat legem ueterem fuiſſe in paſſione extinctam , imo ait obligaſſe vſq. ad ſufficientem promulgationem euangelij , que quidem promulgatio cœpti, inquit , in Pentecoſte , & durauit per aliquod tempus. Itaq. ubiq. tenebantur Iudei ſeruare legalia quo uſq. ad illos euangelicum præconium perſonaret . In ſumma , cum antiqua lex ſecundum ipſum non fuerit antiquata uſque ad promulgationem euangelij , neq. noua cœpit niſi tunc eſſet in præcepto . His ergo prænarratis , quarta eſt concluſio noſtra , Legum confinium, quo uetus deſijt ac noua cæpit , fuit tempus paſſionis . Et autem intelligenda concluſio cum ſuis annexis , cum cæteris. ſ. aſſertis , quæ ei proxime circunſcripſimus Probatur concluſio. Legalia figura erant & umbra futuræ per Chriſtum redemptionis, umbra autem, ſi de uiſibilibus documẽtum petamus , non durat niſi uſq. ad ueritatis lucem , veritas vero redemptionis in morte & reſurrectione Chriſti perfecta fuit, ergo tunc umbræ illæ legalium , dicente Chriſto , Conſummatum eſt , uirtutem ſuam amiſerunt , uimq. exhalauere obligandi , quin vero tota lex , ut paulo antea dicebamus. Huc nanq; refertur ſecundum omnes expoſitores, illud Io. 19. Conſummatum eſt, & uelum in duo ſciſſum, vt Matt. 27. legitur Omnes in quã illic agnoſcunt confinium utriuſq. teſtamenti, nempe abolitionis alterius , atq. alterius obligationis. Indecens enim erat , & diuinæ prouidentiæ abſonum , ut mundus abſque ulla legis obligatione per tempus aliquod duraret , atque adeo ſi in morte Chriſti ruptum eſt antiquæ uinculum , illic cæpit ligare noua, uel in reſurrectione Secundo etiã uis argumenti roboratur ex illatione Paul ad Ro. 7. ubi ex eo quod ſumus liberati a peccato, infert q̃ ſumus pariter & a iugo legis exẽpti . Cum ergo in morte Chriſti liberi facti ſimus a peccato, fit ut tunc fuerimus etiam liberi a lege. Tertio loco accedit eius exemplum . Ait. n. q̃ ſicut mulier in morte uiri libera fit matrimonij lege, ita & ſynagoga in morte Chriſti a legis obligatione. Quarto denique id confirmatur uerbo eiſdem Apoſtoli ſupra citato , Translato ſacerdotio neceſſe eſt , ut legis translatio fiat , ubi rerum conſequentia denotauit , Chriſtus autem in morte tranſtulit ſacerdotium Moſaicum in ſacerdotium euangelicum ſecundum ordinem Melchiſedech , ut ibidem Pau. ediſſerit , docẽs quemadmodum Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum , introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta . Quod quidem ſacrificium in ara crucis obtulit . ergo tunc facta

Quarta conclu.

Probõ primæ concluſionis.

Secũda. Paulus.

Tertia.

Quata.

Refutātur assertiones Scoti.

facta est legis translatio. Per hæc ergo labe factantur omnia tria mēbra opinionis Scoti, videlicet (vt à secūdo exordiamur) quod circuncisio non obligauit nisi vsque ad institutionem baptismi, quam ipse institutionem fatetur antecessisse passionem, nam si lex non fuit extincta vsque ad passionē, atque adeò cætera omnia legalia illuc vsque obligabant, falsum est circuncisionem nō eò ēt vsque eadem vim retinuisse. Id quod præterea cōfirmatur ex verbo Christi: Nō veni soluere legem sed adimplere. Nam cū eam vsque ad mortem non impleuerit, si antea rupisset circuncisionis vinculum, iā legem antequam impleret, infregisse. Atq; inde pariter repelitur tertium eius dictum nempe quod eadem circuncisio & lex post passionē Christi obligabat Iudæos inscios euangelij. Nam tota lex fuit in passione & resurrectione consummata. Item & primū eius assertū refutatur scilicet quod baptismus post passionem non erat nisi in consilio, Nam vbi prioris obligatio legis desijt, posterioris cæpit, alias mūdos esset sic liber à lege diuina positiua, vt nulli teneretur. Præterea, ad idem arguitur: Aug. & Hier. licet aliter dissentiant, tñ in hoc vnanimes sūt, ꝙ lex vetus in Christi passione primū fuit mortua, tā virtute quam obligatione, & ꝙ tūc noua obligare cæpit: affirmare ergo ꝙ circuncisio ante passionem desijt obligare, & post passionem ignorantes legem obligabat, & negare baptismū statim à passione Christi obligare, palā est cum ambobus sanctis patribus præliū inire. Audi verbo Aug. in epistola citata: Vbi inquit venit fides, quæ prius illis obseruationibus pronunciata est, post mortē & resurrectionem Domini reuelata, illa sacramenta vetera amiserūt vitā officij sui. Atque in hoc lubēter se fatetur adhærere Hier. Adde & gl. super illud ad Heb. 8. Hostiā & oblationē noluisti, quæ ait Noluisti scilicet à tēpore passionis. Nā tunc illa displicere cæperunt, qñ est completa ueritas cuius erant figuræ, vt ait ipse Aug. super Ps. 39 Prętereaarguitur contra fundamentum illud eiusdem Scoti Arbitratur enim tunc legis obligationē incipere, quādo in notitiam venit subditorum, quod profecto falsum est: sed tunc incipit obligare, cū primum publico edicto à principe ponitur. Enimuerò prædicatio Apostolorum non fuit positio legis, quia ipsi non erant legislatores, Euangelij, sed Christi promulgatores, licet particulares possent alias leges ponere. Vnde in festo Pentecostes non fuit data lex orbi, sed virtus facultasque Apostolis ad illam promulgandam. Nam antea dixerat Christus, Ite, prædicate Euāgeliū, docete omnes gentes, batizantes eos, quod signum est iā tūc obligasse baptismū. Item ad idem arguitur. Si lex neminem obligaret quoadusque legē audiret, improprie ignorātia diceretur excusare: nam excusatio non est nisi ab eo ad quod homo tenetur, si ergo ignorantia excusat, signū est vinculum de se legis ad omnes extendi, sed ignorantia protegit ignorātem à culpa: Et tertiò ad idem arguitur: Sequeretur, si quis nondum audiuit, non obligatur, quod neque dum ignorātia fieret vincibilis, ita vt sua culpa non audiret, obligaretur. Nam quæro, quādo cæpit obligari? Ad quod certe respōderi non potest. nisi. Qñ data est lex, Et quarto ex eodē mō opinādi sequeretur ꝙ postquā quis religatus esset à lege veteri & obligatus nouę, cōtingere posset sine nouæ mutatione legis, vt rursus absolueretur à noui & teneretur veteri. Enimuerò si Iudæus à Hierosolymis distans post Pentecostem adisset legē Christi obligare, cui antequam signa sufficientia videret, fidem daret, non tamen leuiter, quod fieri poterat, iam tunc nō obligaretur ad antiquam & teneretur nouę. Si verò postea pseudo prophetæ contrarium ei dicerent, adhibendo signa & testimonia falsa, ita vt citra cuipam rediret ad priorē fidem, rursus eximeretur à nouæ obligatione, & subditus fieret veteri. Et per hoc dissoluitur eius argumentum quo ait, Nullus aliter se habet ad aliquam legē, quā prius, nisi quia est sibi aliter promulgata, sed ante passionem non tenebantur homines ad baptismum, ergo neque tenebantur quousque eis fuisset promulgatus, quod vsu non venit statim à passione. Distinguitur nanque prior præmissa Si enim intelligat nullum ante promulgationem aliter se habere ad legem quantum ad vinculū obligandi, id abnuendum est. Immo statim vt lex solemniter à principe edicitur, obligat. Si autem intelligat quod nemo constituitur in culpa anteq̄ legē sciat, equidē fatemur: cum temperamento tamen, nisi per se steterit quo minus illam audiret. Sed contra aliud assertum Scoti, nempe quod post passionem usque ad sufficientem promulga-

Prima ratio in Scotū.

Secūda.

Glossa.

Prima ratio cō

tra fundamētū Scoti.

Secūda.

Tertia.

Quarta.

Solutio argumēti Scoti.

tionem, utrumque ſcilicet circunciſio, & baptiſmus, ſic concurrerint ſub conſilio, vt optio fieret Iudęo utrum ſuſcipere mallet, vrgentiſſimè (vt arbitror) arguitur. Aut enim id intelligit de Iudęo ignorante euãgelium aut de audiente, qui illud tenebatur ſuſcipere, de priori id non poteſt dici, nam ille manifeſtè tenebatur circunciſione præſertim ſecundum ipſum Scotum, q̃ ait legem veterem obligaſſe uſque ad nouæ promulgationem. Si autẽ id intelligat de Poſteriori, rõ contrarium demonſtrat. Nam cum ille iam nulla excuſaretur ignorantia, tenebatur profiteri Chriſtianam religionem profeſſio autem Chriſtiana fit ī baptiſmo, ergo tenebatur baptizari, atque adeo baptizare paruulos ſuos ſicut modo tenentur Chriſtiani. Alioquin manifeſte ſequitur, q̃ nullus vnquam Iudæorũ etiã ſi poſt biennium fidem ſuſciperet, teneretur baptizari, neque ſuas baptizare proles q̃d eſſet conceſſu abſurdiſſimum. Profecto fateor me opinionem Scoti, in hac parte nõ deprehendere. Sunt nihilominus contra iſtas aſſertas veritates argumenta non modo Scoti, verũ & alia ſolutu digna. Et vt ordine ſucceſſionis temporum procedamus, arguit Scotus, q̃ ante paſſionem cũ primũ baptiſmus cœpit eſſe in conſilio obligatio circunciſionis uerſa eſt pariter in conſilio Præceptum inquit baptiſmi totaliter aufert circũciſionem reddendo eam prorſus inutilem ac perniciosam, ergo & cõſilium eiuſdem baptiſmi tollit eius neceſſitatem, relinquendo eam ſub conſilio. Conſequentiam inde probat, quòd ſi alicuius rei præceptum, prohibitio eſt alteriusrei, eiuſdem conſilium tollit ſaltem neceſſitatem eiuſdẽ rei, Conſequentia autem fallaciſſima eſt. Tenet enim illic prorſus ubi res illæ ſecum pugnant, ut in uirginitate patet, & matrimonio. Cui enim præcipitur virginitas, omnino interdicuntur nuptię, Et ideo conſilium uirginitatis, tollit nuptiarum præceptum. At uero ubi res utraque alteram ſecum patitur, conſequentia non ualet. Haud enim orationis conſilium in Quadrageſima tollit præceptum ieiunij. Cum ergo lex vſque ad ueritatem redẽptionis eſſet poſita, non eſt cur peculiariter circũciſio dicatur per conſilium baptiſmi uim amiſiſſe obligandi. Secundo ad idem arguit. Si Iudæus paruulum ſuum ante paſſionem fide noſtra imbutus baptizaret, nõ autem circuncidere, paruulus ille euolaret ad cœlum, ergo circunciſio non erat in præcepto. Sed neque hæc conſequentia ualet, quia pater ipſe peccaret non item circuncidendo, non quidem propter neceſſitatem gratiæ filio conferendę, ſed propter neceſſitatem implendæ legis.

Quemadmodum & Scotus ipſe probe concedit, quod etſi puer Hebręus ante octauum die per ſacrificium naturale in mortis periculo adhibitum obtineret gratiam nihilominus ſi in octauo eſſet ſuperſtes, erat vi legis circuncidendus. Sicuti etſi quis modo per baptiſmum flaminis Spiritu ſancto ſuffundatur, nihilominus habita copia aquę tenetur ipſe tingi.

Sed reſtat argumentum contra illud noſtrum aſſertum, quod baptiſmus ante paſſionem tantum erat in conſilio, Iudęus tunc ſufficientia expertus miracula, & uerborum Chriſti energiam, teneretur eius legem ſuſcipere. Nam ſi non uenissem, inquit, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent. Chriſtiani autem effici non poterant niſi per baptiſmum, ergo tenebatur baptizari, atque adeo baptiſmus iam tunc erat in præcepto, ſubindeque circunciſio prorſus ceſſauerat.

Ad argumentum hoc reſpondetur illa premiſſa perempta, quod non poſſet tunc Iudęus percipere legem euangelicam ſine baptiſmo, quando quidem non percipiebatur niſi pro tempore ſuccedente paſſionem. Et ideo Iudæi omnes qui legem prius ſuſceperant ſtatim poſt reſurrectionem ad prædicationem Apoſtolorum tenebantur baptizari. Sed arguis, Ergo gentiles ſi ante paſſionem conuerterentur, nõ tenebantur ſtatim baptiſmate ablui, negatur conſequentia, immo cum illi circuncidi non poterant, tenebantur baptizari, quamuis indubiè credendum ſit Iudæos quoq; ante paſſionem conuerſos illico ſacro fonte intingi, ut Chriſtianorum charactere inſignirentur. Id quod euangelico teſtimonio ſupra citato comprobatur, quo habetur Apoſtolos Chriſti, uiuente Magiſtros, baptizaſſe. Alia uero Scoti argumenta ad probãdum legem ueterem poſt paſſionem uſq; ad promulgationem euãgelij duraſſe, poſt illa quę dicta ſunt, nullum retinent uigorem. Si enim arguas, Iudęus poſt paſſionem inculpabili ignoratione euangelis laborans tenebatur ſuos libe-

Rõ urgentiſſima contra aliud aſſertũ Scoticũ.

1. Argu. Scoti.

Solutio.

2. Argu. eiuſdem Scoti.

Arg. alterum.

Reſponſio.

Replica

Solutio.

Argu.

liberos circuncidere, ergo circunciſio, atq; adeo lex tota obligabat. Negatur prior cō ſequentia, ſi obligandi rigorem perpēdas. Nam cum ſimpliciter poſſet citra culpam non circuncidere, vt puta ſi euangeliū audiſſet, non ſimpliciter cenſendus erat obligatus: At ſi non placet tam ſtricto rigore loquī adhibetur altera reſponſio, quod tenebatur, non quidem vi præcepti, ſed propter ignorantiam qua laborabat ſicuti qui hodie crederet feriam eſſe ſextam, teneretur à carnibus abſtinere, quamuis feria ſecūda ſit. Et dilucidatur perſpicacius reſpōſio hæc: Si lex dum Deus Abrahæ circunciſionem præcepit ſic iuſſiſſet. Omnes tui poſteri circuncidentur vſque ad punctum temporis quo Meſſias poſſus reſurrexerit, certè nemo aſſeuerare poſſet poſt illum tēporis articulum legem obligare, & nihilominus qui articulum eum ignoraſſent, deberēt etiam poſtea circūcidi propter ignorantiam. Figurauerim caſum ſub conditione, quæ reuera ita in virtute contigit: Non enim poſita fuit lex vetus niſi vſque ad illud temporis momentum, quo Chriſtus dixit. Conſummatum eſt, & reſurrexit. Quod ſi vrgentius arguas: Si Iudæus poſt paſſionem vel leuiter motus, vel ex malitia credens legem veterem abrogatam, nollet ſuum circuncidere infantulū, peccaret quidem, & non contra conſcientiam, ergo cōtra legem qua tenebatur. Reſpondetur qđ peccaret contra conſcientiam quam ante ſufficientem promulgationem euangelij tenebatur habere. veruntamen eſto, circūciſionis ſtatim à paſſione obligatio eſſet extincta, videtur tamen retinuiſſe ſanctitatis virtutem. Nam ſi Iudæus euangelij ignarus filiū circuncideret, fieret infans ille ſaluus. Reſpondetur quod fieret ſaluus nō circuncīſionis virtute, quæ iam vanida erat, ſed parentum fide. Itaque circunciſio tunc nihil amplius valebat quam ſignum quo lege naturæ proteſtatio fieret ſanctæ fidei, & quo Iudæi ante octauum diem vtebantur. Dubium autem quod moleſtius hic præmit eſt: Si Iudæus tunc qui euangelij prædicationem audiſſet & miraculorum intuitus eſſet virtutem, quem iam ideo culpabilis ignorantia non excuſaret, perſiſtēs nihilominus in ſua perfidia puerum circunciderēt, vtrum puer ille aboriginali macula abluēretur? Facit enim pro parte affirmatiua, quod ſi ab alio inuincibiliter ignorante idem applicaretur ſacramentū, puer, vt modo dicebamus, ſalutem obtineret, & tamen iniquitas circuncidentis non eſt cur miſero infantulo noceret: Nam ſi quis modò puerum baptizaret, intendens id facere qđ Chriſtiani perficiunt licet minimè in baptiſmū crederet, prodeſſet puero. Nihilominus reſpondetur nullatenus circūciſionē illam puero quidquā profuiſſet. Et ratio eſt plana, nam circunciſio de ſe nihil iam tunc proderet niſi per fidem applicantis: qui autē tenebatur credere euangelio, iniquè applicabat fide. Aloqui concedendum eſſet quod etiam Iudæi circuncidentes liberos ſuos, illis ad ſalutē proſūt, quod cōcedere abſurdiſſima eſſet hæreſis. Qui aūt inuincibiliter ignorans illo ſacramento vtebatur, rectè ſuam fidem applicabat. Negatur ergo quod in tali caſu inquitas circūcidētis nihil noceret puero. Aliud aūt eſt de baptiſmo noſtro, qui in ſe continet ſanctificandi virtutē à quouis applicet. Ac verò præter iſtas rationes alia ſupereſt maioris energiæ. Chriſtus in paſſione nullam tulit legē: ergo tunc lex euangelica nō cæpit obligare. Legitima verò reſpōſio huius eſt, ipſum dum inter mortales ageret, legē tuliſſe pro illo tunc temporis articulo qui myſterium ſalutis perficeret, in alteraque reſurgeret immortali vita. Sed tamen reſtat nihilominus dubitatio, vtrum lex ab eodē puncto obligare cæperit quo moriēs antiquā aboleuit? Nam ſi id conceſſeris, vi deberis euangelio cōtrarius, qñquidē poſt reſurrectionē præcepit Apoſtolis: Ite, prædicate &c Baptizātes eos Matt. 28. vbi vī legē quaſi ex tunc obligantē tuliſſe. Itē neque ratio permittere videt vt ſtatim à momento paſſionis lex cœperit obligare. Nam myſterium ſalutis quæ duos habet terminos ſcilicet mori peccato, & reſurgere in nouam vitam, nō in puncto paſſionis abſolutū fuit, ſed in reſurrectione, ſecūdū illud Pau. ad Rom. 4. traditus eſt p.p delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationē noſtram, quemadmodum illic à nobis expoſitum eſt. Si autem cōcedamus quod lex vetus ceſſauit dicēte Chriſto Cōſummatum eſt, noua tamen non cæpit niſi poſt reſurrectionem, incidimus in hanc foueam quod tēpore aliquo fuerit orbis ſine obligatione legis præter naturalē, ſicuti erat ante legē ſcriptam. Quod tamen mihi duriſſimum fit imò videtur naturæ amborū teſtōrum

Solutio.

Elucidatio præteritæ ſolutionis

Reſponſio.

Dubitatio.

Ratio dubitandi.

Solutio.

Altera ratio.

Solutio.

paiam repugnare. Nã ſicut in naturalibus corruptio vnius eſt generatio alterius, ita & antiquũ non fuit abolitum niſi per obligationem noui, ſicuti aboletur vmbra per præſentiam ſolis. Hoc enim exemplũ vniuerſis ſcripturæ interpretibus celeberrimũ eſt. Quin verò Paul. ad Hebr. id ex profeſſo. c. 7. 9. & 10. dr conſtituere. Reſpondetur ergo q̃ ſancti, quin verò Apoſtolus, articulum ceſſationis vnius legis & obligationis alterius non in puncto conſtituerunt, ſed totum triduum pro vno reputarunt articulo. At verò ad rigorẽ loquẽdo, primũ pro certo habẽdũ eſt propter rationẽ modo factam q̃ obligatio vnius quaſſauit alterã. Quare ſi altera ceſſauit, vbi Chriſtus dixit, Conſummatũ eſt, inde incepit noua, nam tũc per ſolutũ eſt redẽptionis pretiũ, apertumq; regnũ cælorũ. Statim enim patres viderũt Chriſti diuinitatem. Sed enim quia lex vetus non ſolũ illud, ſed reſurrectionẽ quoq; in noua vita præfigurabat, dicere optimè poſſumus q̃ non ceſſauit vſq; ad reſurrectionẽ, & inde incipit noua. Vnde S. Th. 3. parte, q. 66. art 2. Baptiſmus, inquit, virtutẽ accepit, quãdo Chriſtus Baptizatus fuit. Sed neceſſitas vtendi hoc ſacramento indicta fuit hominibus poſt paſſionem & reſurrectionem, tũ quia in paſſione Chriſti terminata ſunt figuralia ſacramenta, quibus ſuccedit baptiſmus & alia ſacramenta nouæ legis, tum etiam quia per baptiſmũ cõfiguratẽ hõ paſſioni & reſurrectioni Chriſti inquantum moritur peccato & incipit noua iuſtitiæ vitam. Et ideo oportuit Chriſtum prius pati & reſurgere, quã hominibus indiceretur neceſſitas ſe configurandi paſſioni & reſurrectioni eius. Vnde quod poſt reſurrectionem dixit Chriſtus, Ite predicate, &c non eſt ſignũ latẽ tunc legis, ſed Apoſtolis tunc iuſſit vt illam quæ iam obligabat, vniuerſo orbi promulgarent, vti 4. Sent. d. 3 art. 3. ait S. Tho. Immò Chriſtus id ipſum ſignificat, ſubdens. Docentes eos ſeruare omnia quæcunq; mandaui vobis. Itaq; Chriſtus ante paſſionẽ legẽ condidit, quæ poſt eius mortẽ obligaret, ſed poſt reſurrectionẽ precepit Apoſtolis ipsã diuulgare, & in Pentecoſte miſit eis virtutem ex alto, quæ ad eandem functionem erat neceſſaria. His tamen ſic conſtitutis reſpõdẽdum eſt ad aliud dubiũ, quod ſentẽtia Auguſtini ſecũ affert. Enimuero ſi ſtatim poſt paſſionẽ vel reſurrectionẽ lex mortua fuit, ex eo ſequitur, vt continuo eſſet mortifera, quare neque liceret eã vlla ratione ſeruare. Conſequentia probatur per rationẽ, qua probauimus concluſionem tertiam, quę eſt S. Thom. Ceremonialia illa iam inde tunc erant mendacia, ergo qui illa ſeruaret facto ipſo mentiretur, ſicuti qui aſſereret, quod Chriſtus foret naſciturus, paſſurus, aut reſurrecturus, mendacium autẽ ſemper eſt peccatum. Et dum eſt perniciosum, ſicuti hoc, ſi. lethale atq; adeò ſententia Hieron. eſt præferenda, quod non licebat ea ſeruare. At nihilominus ſtandum eſt Auguſtino, cui cõcilium Florentinum (vt dictum eſt) ſubſcripſit, & reſpondendũ quod ceremoniæ tunc non ſeruabantur tã quam futurorum ſigna, ſed in honorem ſepulturæ ſynagogæ. Quod ſi ſciſciteris, quænam eſſe illius honoris cauſa, reſpondetur quòd vt internoſceretur inter legem veterem & Gentilitatem. Nã ſi lex vetus ſic de repente, vt Gentilitas fuiſſet eiecta, in ſuſpicionem veniret quòd non fuiſſet Gẽtilitate ſanctior. Et fuit hoc couſque congruens vt illa, qđ arbitror, ratione celauerit Deus aliquanto temporis Apoſtolos ipſos myſterium illud quòd legales ceremoniæ eſſent per euangelium ambigendæ, rempe vt ſecurius illa ſeruarent, Id quod hiſtoria illa Act. 10. conteſtatur, qua narratur Petrum oſtenſo ſibi vaſe linteo, de cælo ſummiſſo, communium animalium pleno mãducare iuſtum, reſpondiſſe: Abſit Domine quia nunquam manducaui omne commune & immundum. Illa aũt cauſſa honorandę Synagogæ ceſſante, iã nullatenus licet eaſdẽ ceremonias obſeruare. Quod ſi interroges quantũ tpis durauit ſufficiens euangẽlij promulgatio, qua licuit illa ſeruare legalia, reſpondetur certum eſſe à Pentecoſte cæptum eſſe promulgari. Quo autem temporis puncto omnino fuerit lex extincta, & mortifera non conſtat. Forſan, vt ait Scotus durauit vſque ad deſtructionẽ Hieroſolymitanam, quæ quadraginta ferè annis contigit poſt Chriſtum paſſum. Crediderim namque viuentes ipſos Apoſtolos omnimodam abolitionem legis prædicare cæpiſſe. Quidquid autem de tẽporis pũcto ſit certum eſt, quam lõgiſſimè ante tps Aug. oĩno ceſſauiſſe, vt eadẽ ipſe epiſt. 19. aduerſus Hier. docet. Quocirca iã inde nefas eſt ad alias regredi ceremonias. Neque in ſnĩa ꝓfectò hic cõtraria cõsẽtire cũ Caietano.

Paulus. Rũlio.

Dubiũ alterum

Solutio.

Senten. Caieta.

ietano possum, qui 3. parte super q. 37. approbare non renuit Indorum morem qui se sebabptizatos circuncidunt, non tanquam antiquum seruantes ritum, sed vt religione illa Chr̃m imitẽtur. Enimuerò patres nunquam ausi sunt id post passionem concedere, nisi ob caussam Aug. Et Concilium Florentini simpliciter id negat licere. Et Paulus simpliciter dicit: Si circuncidimini, Chr̃s nihil prodest. Et imitari in hoc Christum, est imitari legem cuius gratia id passus ipse est. Neq. excusari potest quin habeat speciem mali. Neq. vero ad hæc abundæ Caietanus respondet. Secus si sanitatis gratia pelliculam illã quis tolleret.

Prima ratio in Caieta. Secũda, Tertia. Postrema.

Restat igitur ad argumenta in capite quest. obiecta rñdere. Et quidem auctoritas Baruch Prophetæ in tantum sibi vult quod lex esset in æternum secundum moralia præcepta per se duratura, secundum vero ceremonialia, nõ nisi per futuras veritates, quas præfigurabant. Factum autem Christi, qui leprosos a se mundatos ad sacerdotes misit, non probat post passionem legẽ fuisse permansuram, sed illuc vsq. duraturam, atq. adeo ante passionem, prædicante Christo, vna cum euãgelio currebat quod a nobis iam supra assertum est. Et ad tertiũ eiusdem argumenti membrum rñdetur, q̃ rones leterales ceremoniarum ad diuinũ cultum referebantur, qui tamen cultus in passione Christi erat in alterum migraturus. Vnde circuncisio mutata est in baptismum, & sabbathum) vt dictum est) in diem dominicam & festum Paschalis agni in festum Resurrectionis, Festum autẽ Pẽtecostes permãsit. Nam & codẽ fuit nobis Quodammodo lex data, hoc est Apostolis facultas eiusdem p̃mulgandæ collata, sicuti & antiquæ Moysi. Ad duo aũt priora mẽbra secundi argumenti per sn̄iam supra ex posita Augustini rñsum est. Illa. n. rõne licuit Paulo Timoth. materne Iudæum circuncidere, & seipsum purificare, nẽpe ne videretur perinde legem atq. Gentilitatem abiecte consepilire, & ne teneris conuersis nondumq. satis instructio scandalũ offerret. De tertio vero membro, puta delite, quam Paul. ad Gala. 2. cõmemorat sibi interc̃sisse cum Petro, discordes, vt diximus, fuere proceres illi, diui Hiero. Aug. & historia notissima est & solennis, quæ Antiochiæ contigit, vbi Petrus cum Christianis e Gentilitate neophytis cõicabat, non tantum colloquio, quia inde nullam scandali occasionem nanciscerentur Iudæi, sed etiam mensa, vescendo cum illis suillis carnibus alijsq. cumunibus cibis lege vetitis, quod iam in linteo sibi ostenso cognouerat esse licitum. Atcum quidam illuc peruenissent recentes ex Iudæis Christiani, quos Iacobus ad illum miserat, en scandalum eisdem obiiceret, subtrahebat se a commercio Gentilium, abstinebatq. eiusdem illegitimis cibis. Vnde cum tunc forte contingeret vt illud Paulus applicuisset, resciuisset q. tumultum Christianorum ex gentilitate, qui ex facto Petri colligebant, legalia in Christianismo esse seruanda in conspectu omnium eum reprehendit; quia, inquit reprehensibiles erat. Hieron. ergo opinatus legalia protinus a passione fuisse lethifera, negat Petrum illa seruasse, sed tantum ait simulasse, ac subinde ad Paulum non vere, sed simulato rie eum in gratiam Gentilium obiurgasse. Aug. autem contra, in vtroq. opinioni Hieronymi reclamat. Primũ in hoc, quod ait, Primũ licite potuisse seruare seruasseq. adeo legalia. Secũdo, & in hoc quoq. quod ait vere fuisse tum reprehensibilem, tum perinde reprehensum. Sunt autem qui Hironymi patrocinio susc̃pi ẽtes, inter quos est Adrianus in 4 dist. 1. adducunt in eius tutelã id quod Paulus ipse ait scilicet Iudæos & Barnabam concessisse in illam Petri simulationem, quo verbo excludi vt veram fuisse obseruantiam. Quocirca duplex, aiunt, vsu venit simulatio. Vna quoniam fingitur aliquid fieri, qđ non fit, qualis est in comædijs, vt si quis fingeret se circuncidere & nõ circuncideret. Et hæc si fiat intentione fallẽdi, est peccatum, quando mendaciũ. Alia vero accipit simulatio, qñ res vere fit, non tñ ea ea rõne quã alij putãt, vt si quis pelliculã sibi ascinderet sanitatis gratia q̃ circũstantes abscindi credit religione Iudaica. Et isto mõ, aiũt, Paul. finxit circuncidere Timotheum ad cuitãdum scandalũ, & Petrus a cõibus cibis abstinuit. Et ait Adrianus nunq̃ Aug. a Hieron. dissensurum fuisse, sreum intellexit Ego vero dixerim minus fuisse Aug ab hoc doctore intellectum, q̃ ipse Hieron. intellexerint. Agũ n. non arbitratur culpã Petri fuisse mendacium nẽpe, q̃ simulauit id qđ non fecit. Immo credidit absq. simulatione vere potuisse seruare legalia, & seruasse mõ supra expo-

Hieron.

Auguſt.

Adrian.

Duplex simulatio.

Perpetã intellectus ab Adriano, Augustinus Ifinciari nemo põt citra iniuriã scripturæ.

Petrum fuisse reprehensibilem.

Paulus.

posito, sed quod plus iusto illa seruasset. Et facit pro Aug. quod Paulus non incusabat Petrum, quod legalia seruasset, sed q̄ Gentes cogeret iudaizare, puta quod vsq. adeo nimiam in eorum obseruatione adhiberet diligenti, vt couersos ex gentilitate in eam opinionem pertraheret, quod essent seruãda ea ratione & fine, quo in lege veteri, ac si non cessassent. Et primum, quod seruare legalia nullum esset crimen, probatur, nã alias reuera propter solum euitandum scandalũ nunquã Paulus circũcidisset Timoth. neq; se sursum Iacobi purificasset, immo potius docuisset non esse licitum. Porro autẽ quod Petrus fuerit reprehensibilis, re vera citra grauissimam iniuram scripturæ negari non põt. Enimuero si tamen Paulus eum simpliciter reprehẽdisset, potuisset, vt cũq. cõmentari id feciſſe simulanter, vbi autem tanta cum emphasi dixit, In faciẽ ei restiti, q̄a reprehensibilis erat, negare fuisse vere reprehensibilẽ ac proinde reprehẽsum, est sacræ scripturæ contradicere. Quod n. Ioãnes Maior in quarto, dist. 3. q. 1. ait in scriptura non haberi, quod Petrus esset reprehensibilis, sed quod hoc Paulus dixit, cauillus, est nihilominus scripturæ iniurius, quã scripturam abnegare. Nam cum id fides catholica cõfiteri cogat, quod quidquid Apostoli affirmarunt, sit diuinum oraculum fit vti tam verum sit, Petrum fuisse reprehensibilem, quam est, Paulum illud affirmasse. Alioqui si permitteretur vti ait Aug. negari scripturæ sensum, qui plane est literalis, tota eius auctoritas illico deperiret. Quod si quis inferat, culpam Petri fuisse mortalẽ, nam pertrahere alios in tã falsam opinionem, graue peccatum in fidem, quod tamẽ Apostoli post confirmationem committere non pote autem. Rñdetur, quod Petrus non putauit tamen oriturum scandalum, & iõ consideratio illa fuit culpa uenialis. Quid ergo ad illud pro Hieronymo adductum rñdebimus, q̄ Paulus actionẽ illã Petri appellauit simulationẽ. Rñdetur, nõ eã sic ideo appellasse q̄ nõ fuisset verũ opus Iudaicũ, sed q̄ non fuit factum intentione ac fine Iudaico, tanq̄ futurorũ signũ retinens virtutẽ suam Et est discernẽdus effectus quẽ Petrus fecit in conuersis e Iudaismo, & in conuersis e Gentilitate. Illos. n. & Barnabã adduxit vt in eius simulationem cõsentirẽt, id est simul se subtraherent Gentilium consortio, Gentiles aũt cogitabant iudaizare, hoc est credere, quod tenerentur & ipsi abstinere a suilla carne, atq. ab alijs cibis. Quapropter exaggerationis gratia dixit, & Barnabam etiam secum duxisse. Nam cũ ad ille esset euangelizandum Gentibus segregatus, minus ei licebat Gentilium se contubernio subducere. Vnus tamen ex his fit reliquus scrupulus quod distinct. 15. cano. Sancta Roma. Hieronymo. honorifice sucipitur, eiusq. dogmata approbantur, quę aduersus Ruffinum atq. alios definit. Quo ergo Aug. de hac re per censuram et concilij Florentini præfertur? Respondetur, nullatenus secum ista pugnare Etenim in Canone, Sancta Romana meritissime delata est Hieronymo palma aduersus illos, quos, ceu errantes in fide, debellauerat Et ideo tanquam solennis Ecclesiæ doctor receptus est Haud tamen in his cunctis quæ contra Augu. cuius illic etiam dotrina simili honore sucipitur, disputaui prælatus est illi. Ad postremum autem membrum eiusdem secundi argumenti, quo sensu quęritur Apostolici Concilij Actu 15. D. Th. tres attulit solutiones. Prima est quorundam, qui arbitrabantur sanctiones illas Concilij minime in sensu literali intelligendas, sed in spirituali, vt scilicet in prohibitione sanguinis intelligatur prohiberi homicidium, in prohibitione vero suffocati inhiberi uiolentiam & rapinã. sed in prohitione immolatorum, idolatria. Hic autem interpretandi modus. vanus est. Nam cum illa crimina, tum apud Gentiles illicita haberentur, tum etiam in decalogo essent explicata, non erat cur rursus super illis Concilium cogeretur. Secunda ergo erat aliorum opinio quod in sensu literalia sunt illic prohibita, non quidem ad legis obseruantiam, sed ad reprimendam gulam. At uero cum alia essent maiora iritamenta gulæ, quorũ illic non est habita mentio, non est credendũ illam fuisse prohibitionis causſam. Ecquod. n. gulæ illectamentũ in suffocatis & idolo immolatis reperitur? Legitimã igitur solutionẽ historia nos ipsa docet. Enimuero cum conuersi e Iudaismo & præcipue Pharisæi mordicus cõtenderent circuncisionem & reliquas ceremonias vna cum euangelio retinere in Concilium Apostoli de re illa cosidentes, decreuerunt circuncisione & legalia non esse a Gentilibus obseruanda, neq. honoris gratia sepulturæ synagogæ deferendi,

Cauilus Ioã. Maioris.

Ratioin Maior.

Auguſt.

Obiectio.

Solutio.

Hieron.

Ad arg. retro in fine.

Scrupulus.

Rñsio.

Ad postremũ mẽbrũ secundi argum. principalis.

Triplex solutio. D. Tho.

Vna interpretatio eorũ qui sanctiones apostolici Cõcilij spiritualiter intelligunt.

Explodi tur secta positio.

Vere interpretatio ex historiade prõpta.

rendi, sed tamen ob improbitatem Iudæorum quatuor illa eisdem Gentibus interdixerunt, nō quidem quasi necessaria esset legalium obseruātia, sed vt posset inter Christianos vtriusq. populi initi commercium. Prohibitum ergo illis est, vt a carnibus idolis immolatis obstinerēt, videlicet ne apud conuersos è Iudaismo suspicionem venirēt idololatria. Quare falsò nonnulli opinati sunt prohibitam illic esse idololatriam. Nā illam in confesso cunctis erat esse Euangelio execrabilem. Veruntamen quia sacerdotes Gentilium macellum habebant immolatorum idolis, prohibiti sunt Christiani illis vti escis. Secūdo prohibiti sūt vesci sāguine & suffocato, quæ quidem adeo Iudæi exhorrebant, vt nauseam illis facere quicūq; in eorum conspectu talibus vterentur epulis. Fornicatio autē vetita illis est peculiariter, non quod esset lege naturæ interdicta, sed quod illi caligine mētis obtecti nullam libera Venere agnoscebant culpā, neq. erat in Decalogo expressa. Cōtra hāc autē solutionē existūt argumēta. Primū, quod si nō erant illa ad legis obseruātiā prohibita, nō satis fiebat qōni Iudæorum, qui contendebant vt legalia cum euangelio simul curreret Secūdo, quia in ipso Concilio habetur. Visum est Spiritui Sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis quā hæc necessaria. Si ergo erant necessaria, necessitas ex lege procedebat. Tertio quia si illa ratione prohibebantur sanguis & suffocatum, pariter deberet prohiberi esus suillatum carnium, & aliorum cōium. Ad hæc autem respondetur, Apostolos Pharisæis non ad eorum mētem respondisse, sed quod illa ad ipsorum pacandum seditionem actum multum indulserunt, atq. ad hunc finem censuerunt illa esse necessaria. Prohibuerunt autem illa duo, scilicet sanguinem & suffocatum, quæ magis erant Iudaeis exosa, non autem suillas carnes atq. alia venationum ac piscium genera, quia esset Gentibus per quam molestum propter Iudæos illorum vsu priuari. Et ideo ait S. Concilium. Nihil vltra imponere vobis oneris, quam hęc necessaria. At qui tota hæc doctrina ex verbis Pauli facile colligitur 1. Cor. 8. vbi docet quod esus carnium idolis immolatarum, sed propter scādalum infirmorum quo pacto sanctionē. Concilij declarauit, idemque docet ad Ro. 14. vbi ait omnes cibos esse mundos nisi ꝓpter scādalum aut conscientiam. Et Mat. 15. ait Christus. Non quod intrat ꝓ os, coinquinat hominem. Et ex his sequitur illam prohibitionem nō fuisse in perpetuum factā, sed in tempus, idemque perexiguum dum Christianus populus coalesceret, & Iudæorum gens horrorem illum ciborum deponeret. Quare vel seculo ipso Apostolorum vel proxime vis expirauit illius Concilij. Huic nihilominus sententię obstare videtur Canon Concilij Gāgrēsis si quis dis. 3 c. vbi habetur omnia manducare licere præter idolothyta, vbi glossa expresse tenet, ꝙ nunquam licuit, neq. modo quidem licitū est idolothytis vesci, quamuis nulla detur scandali occasio, immo non magis licere eorum esum, quàm in Quadragesima carnium. Et allegat pro se dictum August. in lib. de bono coniug quod refertur 33. qu. 4. cano sicut satius, vbi inquit satius esse fame mori, quàm idolothytis vesci. Ad tex. autem concilij respondetur illud fuisse habitum proxime tempus Apostolorum, quando nondum eorum Concilium prorsus cessauerat, ob idque glossator falsissimè inde intulit opinionem quod modo non licet illa edere. Immo Paul. 1 ad Timo. 4. generaliter absque vlla exceptione condēnat eos qui in nouissimis temporibus loquentes mendacium, prohibituri erant a cibis, quos Deus creauit abstinere. Et forsān tempore Aug. nonnulla durabat eiusdem Concilij obseruantia. Nisi dicere malueris, quod forte respexit ad elapsum tempus, quando vigor concilij durabat.

Ex historia deprōpta.

Primū arg. contra ꝓximā solutionem.

Secūdū. Tertiū.

Adargumēta facta.

Corollarium.

Argu. Cōciliū. Gāgrē.

Augusti.

Solutio.

Paulus.

QVÆSTIO VI.

DE IVDICIALIBVS mandatis.

S. Tho. 1. 2. quæst. 104. & 5.

ARTICVLVS I.

Vtrum præcepta iudicialia rectè a cæremonialibus distinguantur.

TERTIVM præceptorum genus, vt in superioribus constituimus, est iudicialium de quibus primo queritur, qui

bus modis a ceremonialibus distinguãtur?
Primũ Et primo arguitur nõ in hoc differre, vt supra dictũ est, quod ceremonialia ptineant ad diuinum cultum, iudicialia vero ad pacificium conuictum, qui est inter ciues, tũ qđ iudicialia, vt nomẽ sonat, sunt illa, quæ in foro tractantur coram iudice, & tamen extra forum sunt alia, quæ ad eundẽ pacificum statum conferunt, tum etiã qđ sunt inter ceremonialia aliqua erant quæ hominem ad seipsum ordinabant, vt delectũ ciborum & vestimentorum, ita & inter iudicialia decebat esse aliquam præceptionẽ quę ad ipsum singulariter hominem pertineret. Non ergo omnia ad iustitiam attinebant, quæ est vnius ciuis ad alterum. Secundo arguitur contra aliam differentiam quæ inter hæc præcepta constitui solet, nẽpe quod ceremonialia constituta erãt vt signa figuraq. essent & vmbra futurorum iudicialia vero minime nã glossatores iudicialium. Exod. 21. & 22. cuncta etiam interpretantur allegoricè & moraliter. Atq.
Tertiũ. inde tertium colligitur argumentum aduersus tertiam differentiam, quæ adhiberi consueuit. s. ceremonialia non licere amplius obseruare, secus autem de iudicialibus, nam si erant futurorũ signa, pari modo debuerunt cessare sicut, & ceremonialia. Vnde
Paulus. Apostolus generaliter ait ad Hebr. 7. Trãslato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat. In contrarium autẽ est, quòd tres istas differentias interpretes legis solent inter eiusmodi præcepta internoscere.

Hæc ferme omnia in superioribus discussa sunt & definita, sed vt eorũ summa oculis obiiciatur, repetuntur. Supponamus ergo discrimen, non semel in præcedentibus explicatum inter moralia ex vna parte, atq. alia duo genera ex altera. Moralia. n. iam diximus esse illa, quæ ex principiis naturalibus per modum illationis colliguntur, ceremonialia vero ac iudicialia, quæ non nisi arbitramento quodam ex generali præcepto per modum specificationis constituuntur, vt si exempli gratia dicamus. Deus est colendus, ergo, hoc vel illo modo. Malefactor est puniendus, ergo tali aut tali supplicio. Ad quæstionem ergo tribus conclusionibus rñdetur, trinum exprimentibus discrimẽ inter ceremonia
Prima conclu. lia, & iudicialia. Prima conclusio. Ratio iũ-
dicialium præceptorum in duobus consistit, primum, vt non inferatur ex principiis naturæ tanquam eorum conclusio, & in hoc differunt a moralibus, cõueniuntq; cum ceremonialibus. Secundo, ad conuictum hominum inter inuicem spectent, & in hoc a ceremonialibus elongantur. Enimuero sicut ex illo principio, quod Deus est colendus, arbitratu diuino institu ta sunt hæc & illa sacrificia, quæ natura sua nihil ad mores referebant, sic ex illo, quod pax est in republica pro veribus custodienda collecta sunt iudicialia, vt qui vnam furaretur ouem, quatuor solueret, & quod fur nocturnus in flagrãti delicto interficeretur, diurnus vero, minime &c Hæc autem conclusio adeo est hactenus fi equẽ-
Secũda D. Tho. tata, vt permolestum sit in ipsa, veluti in salebra diutius hærere. Secunda conclusio. Præcepta iudicialia secundo a ceremonialibus hoc discriminantur, quod ceremonia
Deducitur conclusio ex prio. rc. lia instituta erant in figuram vmbramq; futurorum, iudicialia vero non nisi ex consequenti, discrimen namq; hoc ex primo conclusione originem ducit. Etenim cũ cultus ille priscorum patrum ad populi sanctitatem pertineret, quæ quidem sanctitas ex mediatore Christo dependebat, condecens erat ac necessarium, quod supra ex posito est, vt per easdem ceremonias eundem vẽturum profiterentur. Attamen cum iudicialia non ad diuinum cultum, sed ad iustitiam & æquitatem inter ciues concilian dam instituerentur, ratio non postulabat, vt prognostica essent eiusdem futuri Messie. Nihilominus quia totus ille status populi in expectatione erat eiusdem venturi Dei, ex consequenti eadem iudicialia aliquam eius præferebant vmbrã iuxta ueꝛbum Paul. ad Cor. 10. Omnia in figuram contingebant illis exempla: Decimarum solutio significabat perfectionem, quæ vltima denarij vnitate designatur, Christo tribuendam. Atq; illud Exo. 21. qꝺ seruus Hebræus post sertium sex annorum esset septimo anno liber, figurabat post militiã huius mũdi subsequuturã fore libertatẽ celestem, q̃ erit pfectum sabbathũ. Quapropter Gen
Tertia conclu. tiliũ iudicia, vt puta Græcorũ & Romanorũ, nullum recõdebãt mysterium, sicut Hebræorũ leges. Ter tia cõclusio. Et si iudicialia p̃cepta sic prorsus fuerint euacuata, & extincta, vt post Christi resurrectionẽ nullatenus sint obligatoria, differunt tñ & in hoc tertio a ceremonialibus, qꝺ quãuis ceremo-

cæremonialia nullatenus iam seruare licuerit, nihilominus liceat iudicialia iteratò in stituere. Prima pars conclusionis huius iam satis supra demonstrata est, vbi ostendimus tot m prorsus legem, quātum ad Mosaicam vim cessasse. Secunda vero pars ex secunda conclusione, sicuti, secunda ex prima colligitur Ratio enim quare cæremonialia reuiuificare mō non licet iam supra assignata est. quod cum signa fuissent prognostica futurorum, præsente veritate, facta sunt falsa mendacia. Cum ergo hæc rō in iudicialib non reperiatur, quia non per se instituta sūt ad significandū, nihil periculi ineſt, si iterum constituantur in noua lege. Hac igitur ratione cōstitutæ ab ecclesia sunt decimæ, quæ quantum ad quotā iudiciales erant institutæq sunt qnq talionis leges, & reddere quadruplum pro simplici furto, & similia. Hæc omnia facillima sunt, & ex superioribus liquida.

Probō conclu.

Ad primū arg.

Ad primum igitur argumentum respōdetur, quod licet iudicialia a iudicio nuncupentur, propterea quod rempublicam instituere ad principem attinet, penes quē potestas est iudicāndi nihilominus quia eidem principi incumbit non modo litigia dirimere, verum & quę ad spontaneos contractus attinent, deliberanter sancire, sit vt non solum illa quæ in foro tractantur, verum & quæ in domo & in ciuium commercijs, iudicialia nuncupentur. Ad secūdum autem membrum eiusdem argumeti respondetur diuersam esse rōnem cæremonialium ac iudicialium. Nam cum cultus ad Deum pertineat, ad quem homo tāquam in proprium finem ordinatur, sit vt ad eundem cultum referatur vt minister ipse seipsum componat in cibo & vestitu, quare & de hoc erat cæremoniale præceptum, homo autem non ordinatur ad proximum sicut in finem, sed sunt sicut duo membra, & ideo nullo opus erat iudiciali precepto hoīs ad seipsum sed omnia ipsum ordinabant in alterum. Aliorum autem solutiones satis ex superioribus clarescunt.

Ad secūdum

ARTICVLVS II.

Vtrum iudicialia præcepta conuenienter sint in quatuor genera diſpertita.

POst distinctionem iudicialium a cæremonialibus, subsequit vt de ipsorum a se inuicem partitionem dicamus, vtrum scilicet quadrifariam fuerint distributa, nempe vt alia extiterint, quæ principes in ordine ad subditos informabant, alia vero quæ interse inuicem subditos, & tertia quæ populum in ordine ad exteras gentes instituebant, atq. alia demum quę domesticam inter se familiam conciliabant, Arguitur n primo: Suprema potestas reipublicæ est in spiritualibus summus sacerdos cum aliis sibi assistentibus, & in temporalibus, rex: nam secundum Arist. 7. Polit. hoc est regiminum optimum, vtpote quod in vnitatem maxime resoluitur, atq. adeo expressissimam diuinæ gubernationis similitudinem gerit, ergo circa has duas potestates debuerunt primum omnium congruentes leges institui. hoc autem non sic institutum legimus in lege veteri. Nam sicut Aron Deus ipse per se elegit, vt patet Exo. 28. Leuitisq. decimas in eorum sustentatione solui iussit, vt Leuit. vltimo scriptum est, sic debuit & per seipsum regem creare, quod tamen non fecit, sed populo id commisit. Habetur enim Deut. 27. Cum dixeris, Constituam super me regem, eum cōstitues quem Dñs Deus tuus elegerit. Neque regibus stipendia designauit. Immo populus a Moyse vsq. Salutem quadringentis annis mālit cum sacerdotibus absq. rege, quem tunc demum in malum ipsius populi Deus permisit, vt 2. Reg. 8. cōmemoratur. Secundo arguitur, quod neq. de conuictu inter se ciuium congruenter fuerint iudicialia instituta Præcipiebatur enim Nu. 27. vt hominis absq. filio defuncti hæreditas transiret ad filiam & tamē Arist. 2. Polit. c. 7. ait, Regna inde & possessiones perditum iri, quod ad mulieres transeunt. Et Leuit. 22. habebatur, quod anno Iubilæi omnes venditæ possessiones ad pristinos possessores remanerēt quod firmitati contractuum obstare videbatur, sine quibus tamen mortales conuenire nequeūt. Et Exo. 21. instituta fuit talionis pœna, vt oculum pro oculo reus rederet, ac dentem pro dente, cuius nihilominus acerbitatem denotauit Christus Matth. 5. atque alię erant in illo populo legales sanctiones, quę videbantur absurdæ. Tertio & erga exteras gentes incongrua videntur illa, quę illic extant iudicia. Habetur enim Deut. 23. Ammonites & Moabites ēt post decimam generationem non intrabunt in Ecclesiam

Primū argum.

Aristot.

Argu. 2

Aristot.

A gu. 3

cleſiam Domini in æternum. Et tamen e-
conuerſo ſubditur. Non abominaberis
Idumæum, quod certè videtur ad reſpe-
ctum perſonarum attinere, qui tamen,
vt habetur Act. 10. non eſt apud Deum. Et
Exod. 20. cautum eſt, Aduenam non con-
triſtabis, neque affliges eum. Et nihilomi-
nus 23. permittebatur idem populus pecu-
niam alienigenis ad vſuram mutuare, quæ
quidem duo præcepta ſibi inuicem vide-
Arg. 4. tur repugnare. Quartò, neque circa dome
ſticas perſonas videntur iudicialia præce-
pta ſatis eſſe rationi conſentanea. Nam
eum primis de ſeruis legitur Exod. 21. Qui
percuſſerit ſeruum ſuum vel ancillam vir-
ga. ſi vno die ſuperuixerit, non ſubiacebit
pœnæ, quia pecunia illius eſt permittere au
tem homicidam impunem, natura ipſa ab
horret quare leges humanæ etiam domi-
nos ſeruorum occiſores grauius puniunt.
Et de filiis videtur dura illa lex. Deut. 21.
videlicet quod pater duceret filium ſuum
ad ſeniores ciuitatis puniendum. Ac de-
mum de vxoribus lex, quæ vt Deut. 21. ha-
betur, libellum repudij permittebat, vide-
tur in naturam matrimonij pernicioſa, vt
pote quod ad educandas proles debet eſſe
perpetuum. In contrarium autem eſt
quod Sapientia diuina Prouerb. 8. ait: Iſti
ſunt omnes ſermones mei. Non eſt in eis
prauum, quid, neque peruerſum. Et Da-
uid, Iudicia Domini vera iuſtificata in ſe-
metipſa.

Quæſtionem iſtam nõ intelligas in hoc
a nobis ſubmotam, vt quam ample ipſa pa
tet, ſit nobis diſſerenda, id enim diuino pe-
S. Tho. ne ingenio D. Tho. quod omnibus eſt in
confeſſo abſoluit. 1. 2. q. 105. Sed tamen ne
filum dicendi noſtrum rumperemus, tran
Conclõ ſitum per hæc ſummatim nos facere de-
rſtitua, cuit. Vnica ergo concluſione duximus re-
ſpondendum. Præcepta iudicialia legis ve
teris in quatuor oportuit membra diſtri-
bui. Enimuero cum prudentiam ferenda-
rum legum, ars quædã ſit illuſtriſſima, ars
autem ordine ac diſpoſitione præluceat, cõ
decens fuit vt iudicialium numerus quib.
reſpublica inſtituebatur, ſecundum inſigne
Quadru eiuſdem reipublicæ partes atq. ordines di-
plex or- ſponeretur. Ordines autem iſti quatuor sũt
do inter numero: Principis ſcilicet ad ſubditos, ſub
reipubli d torumque inter ſe totiuſq. reipublicæ ad
cæ par- exteros, ac partium inter ſe vnius familiæ.
tes. Igitur de principibus latæ ſunt diuinitus
leges quemadmodum, tum creandi eſſent,
tum etiam & ſe erga populum gererent, ac
ſubinde quemadmodum viciſſima a popu
lo cõlerentur. Mox circa ciues latæ ſunt le-
ges emptionum & venditionum aliorum-
que cõtractuum, quilibere inter homines
fiunt, decretaq. perinde iudicia in malefa-
ctores quia iura violarent deinde leges ad
hibitæ quemadmodum ſe populus tum in
nellis gerẽdis, tum in ſuſcipiendis peregri-
nis erga externas gentes deberent conuer
ſari. Ac demum circa domeſticam familiã
ſuperadditæ ſunt & aliæ de ſeruis, deq. vxo
ribus, & filijs.

Ad pri-
mũ arg. Ad primum igitur argumentum reſpõ-
detur, quod cum in gubernanda republi-
ca duo ſint habendi reſpectus, priori ſcili-
cet ciues omnes creandorum magiſtra-
tuum gerendæq. publicæ curæ participes
fiant. Nam hac ratione vt 2. Pol. auctor eſt
Ariſtot. Ariſt. equitas conſtat ac ſubinde pax in re-
publica. Poſterior vero vt regimen eliga-
tur optimum, quod ſecundum eundem
Philoſophum. 3. Politi. ex tribus ſpeciebus
ſcilicet Ariſtocratria, Democratia & Re-
gno hoc vltimum eſt præſtantiſſimum, di-
uina Deus prudentia hæc omnia circa po-
puli principes cuſtodiuit. Primum enim
quia peculiarem curam illius populi ge-
rebat, iuxtã illud Deut. 7. Te elegit domi-
nus Deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris
ſibimetipſi electionem regis reſeruauit. Vn
de ſicut ſumum ipſe creauit ſacerdotem, ſic
& de rege ait loco citato Deut. Cum dixe
ris conſtituam ſuper me regem, eum
conſtituens quem Dominus Deus tuus ele
gerit de numero fratrum. Qua ratione
diuino mandato a prophetis pungebantur. At vero quoniam regnum, vt eſt
optimum regimen, dum res idoneis virtu-
tibus po let, ſic fit & peſtilentiſſimum dum
in tyrannidem corrumpitur, & populus il-
le tum crudelis erat, tum etiam auarus ac
libidinoſus, quibus potiſſimum vitijs rex
corrumpitur, quadringentis annis diſtulit
regem illis dare cum plenitudine poteſta-
tis. Gubernauit tamen populum inſtar re-
gni per vnum, puta per Moyſen, perq eius
ſucceſſores iudices, quouſq. populus quaſi
excutiens diuinũ regimen, voluit ſibi crea-
re regem. Vnde 1. Reg. 8. ait Deus ad Sa-
muelem. Non te abiecerunt, ſed me, ne re-
gnem ſuper eos. Ecce quam fuerit Deus ſo
lers in ſuſtinendo optimo regimine regni.

Quocirca

Quo circa quam contra eius voluntatem fuerit absoluta regis potestas introducta, ipse rei euentus ostendit. Nam statim sub Roboam diuisum regnum sui ipsius desolādi caussam attulit, iuxta verbum Christi, Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Quantum vero ad Aristocratiam, quē est optimorum potentia, iussit eligi septuaginta viros de seniorib. Israel, vt patet Nu. 11. vnde Deu. 1. Tuli de vestris tribubus viros sapientes, & nobiles, & constitui principes. Democratiam vero, quæ est popularis potentia, eatenus seruari voluit quod & totus populus magistratus crearet, & de omnibus tribubus eligerentur. Vnde Exo. 18. Prouide de omni plebe viros sapientes. Et Deu. 1. Date ex uobis viros sapientes, &cę. Quod autem sacerdotibus decimæ fuerint adiudicatæ, non autem principibus illa ratio fuit, quod sacerdotes vt in maiori habe rētur reuerentia, decuit ex vna singulari tribu instituī, quę ideo ab alijs alēda erat, Principes vero seculares ex omnibus promiscue tribubus eligebantur, quibus possessiones erant decretæ. Et prēterea eorum stipendia pro bellorum indigentia crescebant, & tunc natura ipsa docebat populares contributiones esse illis augendas. Circa materiam secundi argumenti notandum sequitur, iudiciales leges ciuibus ad humanum conuictum inseruientes, in duos ordines secari secundum duas quæ in populo sunt, communicationes rerum ac commutationes. Alia enim communicatio fit publica auctoritate principis, alia vero priuata cuiusque voluntate homines quippe subditi sunt principi, possessiones autem a dominum priuatorum pertinent. Quare iudicia, quibus homines iure seruare coguntur, & supplicia quibus maleficia vindicantur, principis auctoritate instituuntur, donationes autem rerum & commutationes, priuata cuiusque voluntate celebrantur. Et de vtroque ordine leges Deus optimas iudiciales edixit antiquo populo. Constituit enim quātum ad primum iudices, & magistros vt patet Deu. 19. ac testium numerum pęnasque diuersas, pro diuersis delictis. Et quantum ad secundum vt pax firmius inter illos stabiliretur, diuisis eis terram promissionis. Vnde Nu. 34. Ego dedi vobis terram in possessionem quam sorte diuidetis vobis, pluribus dabitis latiorem, & paucioribus angustiorem. Sed quantum ad vsum voluit quadāmodo fructus esse communes, secundum illud Deuteron. 23. Ingressus vineam proximi tui comede vuas quantum tibi placuerit. Aliqua deinde multa pulcherrime constituit, vt est apud D. Thom. videre. Ad formam ergo argumenti respondetur, qđ eatenus in hæreditatis successione legem Deus naturæ seruauit quod noluit fœminas nisi deficiente masculo, ius hæreditarium adire. Successio nanque patrimonij se qui naturam debet generationis, per quam species propagatur, generationis autem virtus in lumbis viri residet cui vtique fœmina, ceu natura substernitur. Quapropter ratio naturalis docet vt in masculinam prolem, in quam virtus generatiua traducitur transeat hæreditas, quam cum sanguine ad suos posteros transmittat. Et hanc arbitror omnium causarum naturalium primam, quare iura primogenituræ in respublicis bene institutis masculina serie transfunduntur, neque fœminæ neque masculorū defectu admittuntur. Cui accepit & ratio secunda, quod viri prudentia, muliebri præstat, tum in alijs tum etiam in augenda re familiari. Vnde Arist. 3. Pol. c. 3. viri inquit est acquirere, mulieres autem seruare. Quo circa Ethic. 2. censuerat regna in manu fœminæ deperire. Accedit tertio, quod cum viro competat substantię administratio, quādo hæreditas filiæ obuenit, tunc genero non est tam solers ad augendam substantiam soceri eiusque amplificandum nomen, quam si esset filius. Quapropter cum res quæ transit in filiam, subinde transeat in generum, quodammō censetur in alienum sanguinem transmigrare. In lege autem veteri illud fuisse necessarium, vt possessionum partitio, quæ facta est inter tribus non confunderetur. Quamuis tali euentu cautum erat ne hæres fœmina alij quam viro suæ tribunuberet. Neque vero inter Christianus vsque adeo longè a successione eiici filiæ debent, vt neque deficientibus filijs admittantur. Nam hac ratione longius solent alienari primogenituræ, quam si mulieres succederent. Eadem ratione diecta fuit & lex alia anni Iubilæi: Nam si venditiones in perpetuum fierent non fuisset perpetua diuisio possessionum inter tribus. Quin vero & ratio naturalis profecto ab hoc non abhorret nam illa ratione, vt loco proximè citato admonet Aristo nempe si possessiones in perpetuum diuidantur solent diuitię in

Ad formā arg.

Potissima ratio quare i° primogenituræ masculina serie trā sfundit.

Aristot.

Rōlegis anni Iubilei.

Ad secūdū arg.

Ratio legis talionis.

tiæ in vnum aceruatæ alios deſerere paupe res. Lex autem talionis vindicatrici illi gen ti minimè fuit in congrua, vt per illam, quę duriuſcula videbatur, coercerẽtur, ne actius ſe de hoſtibus vindicarent, licet Chriſtis docuerit benignitati Chriſtianę non com petere. Dereliquis autem vide apud S. Th.

Ad tertiũ arg.

Circa tertium argumentum itidem adnotandum eſt, bifariam ſe rempublicam gere re poſſe erga extraneos: nempe aut iure pacis ſi commercium cum illis nectat: aut iure belli ſi ſint hoſtes. Et iure quidem pacis tripliciter exteræ nationes ad Iudaicam popu lum accedebant. Primo vt tranſitum qua ſi peregrini facerent, erga quos lex extabat Exo. 23. Peregrino moleſtus non eris. Secũ do modo, vt tãquam aduenæ apud illos ha bitarent, de quibus etiam c. 20. præmiſſum erat. Aduenam non cõtriſtabis. Tertio mo do, quia volebant prorſus in eorum ritum & conſortium admitti. Inter quos ſecundũ naturalem rationem ordo dignoſcebatur. Admonet. num. 3. Poli. Philoſophus, extra neos non eſſe temerè in rempublica reci piendos, niſi ſint vel auo, vel ab atauo oriũ di, alias multa ab illis pericula imminerent reipublicæ. Ob idque quia Idumæi ab Eſau fratre Iacob deſcenderant, & ipſi Iſraelitæ apud Aegyptios peregrini plures ducentis annis egerant, iubebantur pacifice illos reci pere, & proſelythos qui vellent eorũ religio nem profiteri, charactere circunciſione inſ signirent. At vero quoniam Amalechitæ perpetui hoſtes eorum erant, ſecundum il lud Exo. 27. bellum Dei erat contra Ama lec a generatione in generationem. Et pari ter Ammonites & Moabites de terra pro miſſionis fuerunt expulſi, circa perſonarum acceptionem potuit eos Deus a ſua republi ca abigere. Sed & de bello contra hoſtes tã offerendo, quam ſuſtinendo ſanctiſſima e rat ſcripta lex, Deut. 20. vt primo pacem eis offerrent. Secundo, vt fiduciam ſuam in ip ſum Deum reijcerent. Tertio, vt in idoneos qui impedimento eſſe poſſent, domum re mitterent. Quarto denique vt victoria mo deſtè veterentur: feminis parcentes ac pue ris. Ad quartum denique argumentum re ſpondetur, quod cum familia in tribus ordi nibus conſiſtat, ſcilicet ad vxorem parentis ad filios, ac domini ad ſeruos, de omnibus tribus Deus creauit optimas leges ſanciri. Et primo de ſeruis, quod ad mitigandos eo rum labores pertinebat, preceptũ erat Deu-

Adquar tum ar. Leges ſeruorũ.

5. vt in die Sabbathi ſicuti & domini requie ſcerent. Item in memoriam liberationis ex Aegypto, vbi ipſi ſeruierant, & in præſagiũ Chriſtianæ libertatis, & præcipuè propter fraternam charitatem cautum erat. Exod. 21. vt ex filijs Iſrael nemo eſſet perpetuo ſer uus: ſed ſeptimo anno egrediereturliber cũ omnibus quę aſportauerant, adhibito in ſu per viatico. vt Deu. 15. legitur. Neque quan tum ad eorum vindictam fuit Deus negli gens; immo & eodem c. 21. ſtatuit, vt Domi nus qui ſeruum mutilaret, liberum dimitte ret, & ancillam quam in vxorem duceret. Il lud autem quod argumento obiectum eſt, ſcilicet occiſorem ſerui impunem euadere, intelligebatur quando correctionis gratia virgula, non intentione vulnerandi percuſ ſiſſet, neque poſtea certum eſſet an ob tale vulnus obijſſet mortem. Nam ſi protinus moreretur, tunc Dominus reus fiebat. Et er ga filios etiam Exo 22. iubebatur parentes vt eo religioſe inſtituerent, quos etiam pa terne caſtigare poterat. At vero quia vt Phi loſoph. 10. Ethic. docet, pater iuris non ha bet coerciuam in filium, quando eorum cri men id poſtulabat iubebatur, vt argumen tum eſt, filium publicæ poteſtati puniendũ permittere. Sed & de vxoribus tam ducẽdis quam gubernandis optimę extabant leges. Attamen libellus repudij ob eorum duri tiam, qui perpetui erant odiorum memo res, permiſſus illis fuit, vt per illud minus malum a maiori continerentur: videlicet, ne vxores enecarent.

Leges filiorum.

Ariſtot.

Leges vxorum.

QVÆSTIO VII.

DE LEGE EVANGELICA quantum ad eius ſubſtantiam.

S. Tho. 1. 2. quæſt. 106.

ARTICVLVS I.

Vtrum lex noua ſit lex ſcripta, an potius cordibus indita.

QVatuor legum genera circa initium ſuperioris libri diſtinctè monſtraui mus, videlicet ęternam, naturalem, atque humanam, de quibus lib. 1. diſſertum eſt, ac demum, diuinam, quam in hoc ſum pſimus elucidandam. Hanc autem inuete rem partiti ſumus, ac nouam, Vnde cum de

de priori hactenus dictum sit, subsequitur vt de noua quę Euangelica est, sermonem subtexamus. Hæc enim si æternam accipias, lex legum est, cuius gratia mundus creatus fuit ad quam ferendam Deus ipse de cœlo descendit, quæque eiusdem Dei digito scripta est in cordibus nostris, per quam denique solam vniuerso orbi & inferri cladunturs & ad æterna fœlicitatē cæli referantur. Vt ergo hanc supra celestem legem de cunctis suis numeris ac dignitatibus perpendamus, quæritur primo sitne scripta dicenda, vt leges humanæ, & vetus diuina, an vero sicut naturalis a natura, sic supernaturaliter mentibus nostris impressa? Nam quòd sit scripta sunt argumenta nonnulla. Primum, Lex hęc ipsissimum est Euangelium de quo tamen Ioan. 20. c. ait Hæc autem scripta sunt vt credatis Secundo: Si lex hæc non esset scripta sed indita, nihil a naturali distaret: quippe de qua ait Propheta, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Tertio Lex euangelica, Christianorum est propria, lex vero indita vniuersis communiter nationibus patet. Legitur enim Sapient. 7. quòd diuina sapientia per nationes in animas sancta se transfert, amicos Dei, & Prophetas constituit: ergo lex noua non est lex indita. Contrarium autem attestatur Hieremiæ vaticinium cap. 31. Vbi Deus nostra designās legem ait: Ecce dies veniem, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iacob testamentum nouum. Quod quidem testamentum declarans subdit, Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eā. Idque Paulus ad Hebre. 8. ad hoc ipsum propositum allegat. Et 2. ad Corinth. 3. latius edisserit.

Primū argum.

Argu. 2.

Argu. 3.

Hiere.

Paulus.

Quæstio hæc ex his modo citatis scripturæ testimonijs inter catholicos Doctores orginem duxit, quam prima legis nostrę excellentia commendetur. Statuamus ergo conclusionem, quæ cunctis sit catholicis receptissima. Lex nostra hoc a veteri differt, q̄ cum ipsa scripta esset in tabulis lapideis nostra tamen in cordibus insculpta est. At uero conclusionis sensum patefacere, non est vsque adeo peruium. Aug. enim lib. de spiritu & liter. c. 21. huc tātum pertinere arbitratur, quod charitas Dei, quæ secundum Paulum & plenitudo & finis legis est, per Spiritum sanctum, vt ait idem Apostolus diffusa est in cordibus nostris. Quem quidem D. Thom secutus, sic conclusionem interpretatur. Vnaquæque, inquit, res, vt 9. Ethic. auctor est Aristot. illud esse videtur, quod in ea est potissimū, hoc autem in lege noui testamenti est gratia Spiritus sancti, quæ datur per fidē Christi virtusque est implendi legem, iuxta illud ad Rom. 8. Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccatis, & mortis, cum ergo gratia hæc intus fundatur a Deo in corda nostra, sit vt lex ipsa prīcipaliter fit in cordibus infixa. Tametsi illa quæ credenda sunt & agenda in sacra nobis pagina proponantur. Qua ratione secundario potest dici scripta. Opus est tamen hæc locupletius exponi, quoniam statim offerrentur è regione argumenta.

Cōclus. catho.

Augusti.

D. Tho. Aristot.

Primum, quòd legis virtus est intellectū instruere ac dirigere, mentesque illustrare: hæc autem virtus per scripturam patefecit in euangelio sicuris antiquis in suo canone, non est ergo cur nostra non dicatur scripta, sicut illa.

Primū arg. contra præ. dicta.

Argu. 2.

Secundum argumentū est quod & charitas & gratia tam antiquis quam nobis diuinitus infundabatur in corda, cuius uirtute legem obseruabant, non est ergo cur illa minus dicatur indita quam nostra. Ad huius ergo pleniorem intellectum discernendæ sunt duæ legis virtutes altera directiua: qua scilicet intellectus illuminatur, vt recta ire sciat, atque altera voluntatis affectiua & motiua ad operandum Et secundum utramque lex Euangelica singulariter est intus menti sculpta. Doceri enim homo potest legem dupliciter. Vno modo scripturam legendo, atque altero viuā audiendo uocem. Atque hic est præstantior modus quoniā auditus. vt lib. de sensu & sens. ait Philosophus, sensus est disciplinę Et quidem antiquis priori modo data est lex: nempe in lapideis tabulis scripta quā illic subditi intuentes sequeretur: nostrā uerò non sic scriptā. Deus nobis de cęlo misit, sed ipse inde delapsus uiua uoce in aures mortalium inuulgauit, mentique impressit: hoc est sermonis energia, miraculorumque potenti persuasit, neque uero humano tm̄ more illa nobis indies insculpit, verū & assensum fidei quæ superna nobis indicat, supernaturaliter nobis ingenerat. Itaq. cum generāda fides duo exigat, scilicet, & ut proponantur credenda, &

Duæ virtutes legis.

Aristot.

Paulus.

vt

vt intellectus assensum illis præbeat, vtrũque nobis Christus absque scripto perfecit. Tametsi ad illud prius officium administros sibi adiunxit? nempe Apostolos eorumque successores, qui adminiculo illi essent ad prædicandã eadem fidẽ & legem. Et hoc est quod 2. ad Corint. 3. ait Apostolus; Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, hoc est per charitatem cordibus nostris infixa. Quemadmodum autem essent epistola, explanãs subdit: manifestati q̃ epistola estis Christi, ministrata à nobis hoc est; Quamuis nos verbis credenda proposuerimus, Christus tamen est qui fidei assensum in vobis inseulpsit. Igitur quantũ ad intellectus illuminationem, q̃ prima legis est virtus, propterea per se primo lex nostra scripta est nobis in mente, quòd assentio fidei opus est Dei. At quia illa quæ intellectui proponuntur in absentia Christi & Apostolorum, labi memoria possent per accidens est scripta. Si enim vox Domini semper auribus nostris insonaret, nulla nobis opus esset scriptura. Quare vt Chrisostomus, in prologo super Matthæum auctor, est librorum vicegratia: Spiritus sancti deberemus vti: sed quia illam excussimus, literæ sunt inuentæ; Christus namque nihil Apostolis scripto tradidit. Sed & quantum ad alteram legis virtutem, quæ est voluntatem ad agendum afficere ac promouere, pariter scripta est intus, quoniam legem ad finem præcipiẽtis implere, nisi per gratiam & fauorẽ Dei non possumus. Lex etenim tantum ostendit quid agere debeamus, tollens subinde, vt supra diximus, excusationem, qua ratione ait Paulus literam occidere, sed virtus operandi per gratiam nobis & charitatem suppeditatur. Qua de caussa subdit, Spiritus sanctus viuificat. Et hoc est quod ait Ioannes, Lex per Moysen data est, puta scripta, in tabulis, in quibus nulla inerat agendi vis, sed gratia & veritas (ad purificandũ corda, qui finis est legis) per Iesum Christum facta est.

Ad primũ arg. His ergo cõstitutis facillimæ sunt argumentorum solutiones. Ad primum enim respondetur, quod tam in lege veteri, quã in noua, scripta ea sunt, quæ ad fidem gratiamque Spiritus sancti attinent, nempe tum illa, quæ ad cognoscendum diuinitatem Dei, & humanitatem Christi conducunt, quam agenda quibus charitas confo uetur, quæ quidem fides, & charitas tam sub illo testamento illis donabatur in cordibus, quam sub nostro imprimitur. Attamen cum tã illic, quam hic, virtute vnius mediatoris illa fiebat impræssio, differentia est quòd cum illic nondum ille mediator præsens esset, nempe neque per se ipsa prædicasset, neque sacramenta illius legis virtutem passionis eius nondum exhibitæ ad conferendam gratiam inuissent, nostrã vero & ipse Christus tradidisset nobis & Spiritus sanctus Apostolis declarasset, ac perinde sacramenta eandem charitatem nobis & gratiam infundant, lex nostra meritò præ illa censetur in cordibus ingenita, sicuti illa erat in tabulis. Vnde Paulus non ait simpliciter in cordibus, sed in cordibus carnalibus vt alluderet ad lapideas tabulas, duriciem cordium illius populi significantes cum tamen per charitatem nouæ legis corda, vt carnea, remolescant. Ad secundum autem argumentum respõdetur, q̃ lex naturæ indita est in cordibus naturali uia, lex verò gratiæ supernaturaliter. Atque ad tertium iam responsum est, quod non solum sub lege scripta, verũ neque sub lege unquam naturæ quispiam recepit Spiritus sancti gratiam nisi per fidem Christi; Et ideo licet eadem sapientia fidei cunctos qui ab Adam usque iusti fuere, iustificauerit, peculiariter tamen propter præsentiam eiusdem auctoris gratiæ, censetur cordibus inscripta.

Ad secũ dũ arg.

Ad tertiũ arg.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex noua iustificet.

SEcunda excellẽtia legis nostræ ab eius effectu petitur, atque ideo quæritur, vtrum virtutem habeat iustificãdi? Arguitur namq; a parte negatiua. Nemo nisi per diuinæ legis obedientiam fit iustus, secundum illud Hebr. 5. Factus est Christus omnibus obtemperantibus sibi caussa salutis æternæ. Euangelium autem non id vniuersum præstat, vt ei obediatur, testante ad Roman. 10. Paulo, non omnes obedire Euangelio; ergo lex noua nullam præ antiqua uirtutem habet iustificandi. Secundò, per id Paulus ad Ro. probat legem veterem non iustificasse, quod ea aduenien te præuaricatio creuit. Ait enim ca. 4. Lex

Primũ argum. parte negatiua. Argu 2.

iram

iram operatur: vbi enim non est lex. neque præuaricationem aggrauat: eò quod maiori pœna dignus est, qui post legem nouam, diuinam voluntatem appertius notificantem delinquit: secūdum illud ad Hebr. 10. Irritam quis faciens legē Moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur, quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit: ergo lex noua minus, quam vetus iustificat. Tertiò, iustificare munus est peculiare Dei, secundum verbum Pauli ad Rom. 8. Deus est, qui iustificat: lex autem vetus perinde ac noua Deo auctore lata fuit: ergo non est cur noua excellentius, quam vetus iustificet. In contrarium autem est idem ipse Apostolus ad Rom. 1. Non erubesco Euangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credenti. Vbi singulare quidpiā in Euāgelio agnouit: salus autem, & iustificatio idem est: fit ergo vt virtus Euangelicæ legas sit iustificare, ac perinde saluos facere credentes.

Argu. 3.

Paulus.

Quæstio hæc diutius locupletata est apertiusque explicata quę. 3. art. vult. cuius solutio tribus conclusionibus continetur. Est enim in lege, secundum id quod proximè dicebamus duo cōsiderare, nempe documenta ipsa, & mandata exterius ad crēdendum & operandum scripta: & præterea interna gratia fauorque Spiritus sancti ad opera eiusdem legis exequenda, atque ad eius assequendum finem. Quo habito prima conclusio est. Lex Euangelica, si pura documenta & mandata atque operum substantiam consideres, non magis per se iustificat, quam uetus, vel lex ipsa naturæ. Iam. enim loco citato expositum reliquimus quemadmodum uerbum Pauli, Non ex operibus. sed ex fide & gratia hominē iustificari: non tantum de operibus legis ueteris, uerum ēt de nostris intelligi. Sicuti & id quod ait, Literam occidere, Spiritū aūt uiuificare, interprete in li. De Spiritu, & litera, Aug. de Decalogo ēt ipso esse intelligendū. Nā de ipsa concupiscentia in Decalogo prohibita subiungit, Concupiscentiā nesciebā esse peccatum, nisi lex diceret: Non concupisces. Lex. n. nihil aliud præstat, quam docere quid si peccatum: mundare autem à peccato, quia uirtus est supernaturali, soli gratiæ per fidē Christo adscribitur, Secunda conclusio. Lex Euangelica, si internam eius uirtutē mediteris. hominem iustificat. At uerò qm̄ eadē uirtus non solū Euangelicos, sed & antiquos patres & qui sub lege naturæ iustè uiuebāt iustificabat, adhibetur tertia cōclusio. Lex Euangelica ob id præ alijs censetur iustificare, qđ auctor ipse gratię, cuius fide olim agebatur salus, lator fuit nostræ legis, quā suo sanguine confirmauit cuius pretio saluificam gratiam per eius sacramenta obtinemus. Hæc aūt satis supra exposita sunt. Quocirca primæ obiectioni conceditur nemini obuenire salutem nisi per obedientiā Euangelij inde tm̄ solum colligitur legem nouam quantum ad substātiam operum externaq; mandata & documenta nō per se iustificare: sicut neque antiquam, q̄ prima conclusione concessimus. Ac perinde respondetur ad sm̄. Gratia. n. Euangelica eatenus subditos iustificat, ut tm̄ minimè illos sic confirmet, ut peccare nequeāt immo qui contra eandem gratiam legem uiolauerit, eò fit maiores reus supplicij quo pertius nouit uoluntatem dm̄i sui.

Prima conclu.

Paulus. Probatio conclusionis.

Aug.

Tertia conclu.

Ad prīmū arg.

Ad secūdū arg.

Nihilominus hoc est adnotatu dignū, q̄ uerbum Pauli, s. Lex iram operatur, nō perinde de Euangelicæ conuenit, atq; Mosaicæ. Nam lex uetus communi nomine nō gratiam sed meram literā significat: quæ tātum ostendit quid sit peccatū atq; adeo occasio sit peccādi, unde nascitur ira Dei, Lex autem Euangelica non tantum literam, sed gratiam, eiusque sacramenta cōprehendit. Quare non est lex iræ, sed benignitatis ac misericordiæ. Ac subinde ad tertiū eodem penè tenore respondetur: nēpe q̄ etsi idem Deus utriusq;, fuerit auctor legis, diuersimodè tamen. Nam illam tm̄ scripsit in tabulis: nostram uerò modo exposito, ut ait Pau. in cordibus carnalibus. Quare expositore eodem libro De spiritu, & litera Augustt. legem illam extra hominem sctiptam appellat: idem Apostolus ministrationē mortis, & damnationis: nostra verò, ministrationē spiritus & iustitię

Ad tertiū arg.

Paulus.

Augustt.

ARTICVLVS III.

Vtrum lex noua debuerit dari à principio mundi.

SVbsequitur ut quemadmodum de ueteri disputauimus, sic de Euangelica inus-

inueſtigemus, cur non fuerit ſtatim in mũ di primordijs poſita. Arguitur enim ad
argum. Primũ maximè condecuiſſe. Deus vt habetur ad Rom. 2. non eſt perſonarum acceptor: & tamen vt habetur ſtatim cap Omnes homines peccauerunt, & egent gratia Dei: ergo debuit Euangelico lumine, ſtatim
Argu. 2. homine lapſo, orbem perfundere, vt omnes viam ſalutis ingrederentur. Secundò arguitur: Legem Euangelicam non minus congruit fuiſſe vniuerſalem, quo ad tempus, quam quo ad locum: uult enim Deus omnes homines ſaluos fieri, voluit autem ha ratione ut patet Matth.
Argu. 3. & Marc. vlt. Euangelium prædicari in vniuerſo mundo: ergo debuit illud vniuerſis ſæculis notum facere. Tertio denique arguitur: Conſultius fuerat homini ad ſpiritualem vitam & æternam: quæ præſtantior eſt neceſſaria prouidere, quam ad corporalem: quæ temporalis eſt: ab initio autem in temporalibus prouidentiſſimè homini proſpexit, tradendo ei cuncta, quæ creauerat in ſuam ditionem, vt patet Geneſ. 1. ergo debuit, & lege Euangelica, quæ maximè neceſſaria erat ad ſpiritualẽ ſalutem, mortales illico ab initio mundi
Paulus. inſtituere. In contrarium faciunt Apoſtolica teſtimonia. Non prius quod ſpirituale eſt, ſed q̃ animale. Et ad Galat. 4. vbi venit plenitudo tẽporis, miſit Deus filiũ ſuũ, &c.
Concluſio reſpõſiua. Ad quæſtionem facillima negatione reſpõdetur. Non decuit ſtatim ab initio mũdi Euangelicam legem mortalibus affulgere ſed multò fuit conſultius per tot differri ſæcula. Ad intelligentiam autem cõ-
Duplex q̃nis ſenſus. cluſionis huius prænotandum eſt duplicẽ eſſe queſtionis ſenſum, vnum ſcilicet ſuppoſito, quod edi non debuit niſi per Chri-
Triplex rõ cõcl. ſtum, cuius ſanguinis effuſiones erat confirmanda. Et tunc idem eſt quærere, ac ſi
D. Tho. quæratur vtrum debuit Chriſtus ſtatim in mundi exordio carnem inducere? Hunc autem ſenſum non eſt præſentis loci diſcutere. Diſputatur namque à D. Thom. 3. par. q. 1. Noſque art. vlt. huius lib. rationes eiuſmodi dilati temporis adducemus. Alter vero ſenſus eſt, utrum decuit legẽ Euãgelicam dari ante Chriſti aduentum, uel ante eius redemptionem. Et in hoc ſenſu reſpondetur non expediſſe, Cuius tres rationes aſſignat D. Thom. Prima eſt: Lex noua, ut iam modo dicebamus potiſſimũ eſt gratia Spiritus ſãcti: q̃ ſcilicet ut ait Paulus Spiritus ſãctus abũdẽ in nos effudit: abũdãtia uerò gratiæ effundi nõ debuit niſi impedimẽto ſublato q̃ per peccatũ ei obſtat unde Io. 7. Nõdũ erat Spiritus datus (uidelicet exũdans) q̃a Ieſus nõdũ erat glorificatus: impedimẽtũ aũt illud per Chriſti mortẽ ſublatũ eſt: ergo uſque ad ipſum paſſum non decebat legem gratiæ dari.

Atque hanc rationem Pau. ad Ro. 8 ediſſerit: ubi ait, Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, de peccato, hoc eſt de carne quæ licet non in ſuo ſuppoſito, infecta tamen erat peccato, dãnauit peccatum in carne ut iuſtificatio legis impleretur in nobis. Eſt enim illa mirabilis antitheſis per quam diuina potentia patefit: nẽpe quod Deus non quomodocunque damnauit peccatum, ſed per carnem ipſam, in cuius natura peccatum & commiſſum fuit, & ſerpebat in omnes, Lex ergo gratiæ, qualis eſt Euangelica a morte Chriſti debuit uigorem ſumere. Se
Secũda ratio cõcluſio. cunda ratio ſumitur ex perfectione legis. Seruauit namque Deus naturæ ordinem, quæ ab imperfecto progreditur ad perfectum, ſicuti per puerilem ætatem progreditur ad uirilem. Ad quod alludit Apoſtolus in illo citato uerbo Nõ prius quod ſpirituale eſt, ſed qđ animale. Nam embryo,
Ariſtot. uti ait Philoſophus, prius uiuit uita animali quã rationali. Et hanc rationẽ declarat idem Apoſ. ad Gala. 3. Lex pedagogus
Paulus. noſter fuit in Chriſto, ut ex fide iuſtificemur. At ubi uenit fides, iã non ſumus ſub pædagogo. Itaq; ſicut magiſter præſtãtior eſt pædagogo ſic & lex noſtra lege ueteri. Pædagogus quippe clientulum in tenera ætate, quæ non eſt doctrinę idonea, metu terroreque arcet a malo: magiſter uerò
Tertia ratio. prouectiorem diſcipulum docendo uerita tẽ allicit ad bonum. Tertia ratio inde ſumitur, q̃ lex noſtra eſt lex gratiæ: & ideo oportuit, ut homo ſub lege ueteri relictus collabendo in peccatum ſuam agnoſceret infirmitatem, ac ſubinde quam eſſet gratiæ indigẽs. Quam quidem cauſſam aperuit nobis Paul. ad Roman. 5. ubi ait, Lex
Paulus. ſubintrauit ut abundaret delictum: ubi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Atqui hæc ratio non ſolum de Euangelio probat quod eſſet differendum, uerũ de ipſamet Chriſti redẽptione.

Ad

Primum,igitur argumentum reſponde
Ad primũ arg. tur,quod cum humanum genus per pecca
tum Protoplaſti noſtri iuſte fuerit auxilio
gratiæ ſpoliatum, nihil amplius Deus de-
buit: & ideo quos non ſeruauit, ex iuſtitia
perierunt, quibus autem per gratiam opi-
tulatus eſt,per miſericordiam ſuccurrit. Vn
Auguſt. de Aug. in lib. de perf. iuſt. infert nullam eſ
ſe perſonarum acceptionem apud Deum:
Ad ſecũ dũ arg. vtpote, quod vbi nulla eſt ratio debiti nul-
lum obtinet locum. Ad ſecundum reſpon
detur,quod diuerſitas locorum, ſtatus ho-
minum non variat: & ideo dum Chriſtus
legem dedit,in omnem locum prolatari vo
luit:diuerſitas verò temporum diuerſas di-
ſtinguit in genere noſtro ætates: quorum
non omnes fuerunt Euangelij capaces, ta-
meſi ſuis ſingulæ legibus fuerint inſtitutæ,
quibus potuerunt obtinere ſalutem. Ad ter
Ad tertiũ arg. tium denique reſpondetur,aliam eſſe ratio
nem prouidentiæ in his, quæ ad naturam
pertinent,aliam vero in his quæ ad gratiã.
Bona enim naturæ non ordinantur ad tol-
lendum peccatum,ſed ad ſuſtentandam vi
tam,ideoque homini ſtatim in eius creatio
ne debuerunt conferri, at vero quoniam
gratia ad tollendum peccatum confertur,
lex abundantis gratiæ dari non debuit, niſi
peccati impedimento ſubmoto.

ARTICVLVS IV.

Vtrum lex noua ſit vſq; ad finem mundi duratura.

CVm lex vetus aduentu nouæ, fuerit re
pudiata,merito quis dubitet vtrum a-
lia ſic præterea ſuperuentura, per quam
Arg. 1. Euangelica aboleatur. Et arguitur a parte
affirmatiua. Dominus Ioan. 16. pollicitus
eſt diſcipulus venturum ſpiritum ſanctum,
qui docturus eos eſſet omnem veritatem,
an nondum eccleſia cuncta cognouit diui-
na myſteria,nam multa in dies ſanctis con
cilijs reuelantur, ergo expectanda eſt alia
Arg. 2. lex,per quam Spiritus ſanctus nos omnem
doceat veritatem Secundo. Matthæ. 24. ait
Chriſtus Prædicatur hoc Euangelium re-
gni in vniuerſo orbe, & tunc veniet con-
ſummatio, ſed Euangelium Chriſti iam
prædicatum eſt neque tamen cõſummatio
peruenit,ergo aliud nobis eſt operiendum
Euãgelium Spiritus ſancti,aliaque lex, qua
peruulgata,continuo fiat cõſummatio. In
contrarium facit verbum eiuſdem redem-
ptori eodem cap. 24. Dico vobis,quid non
præteribit generatio hæc, donec oĩa fiant.
Quod Chryſo. de generatione fidelium in Chryſo.
terpretatur, quorum ſtatus ad finem vſque
mundi perdurabit.

Ad quæſtionem tribus concluſionibus
reſpondetur,quæ ex hac diſtinctione dima
nant Duobus modis ſtatus mundi variari Prima
contingit. Vno, ſecundum legis diuerſi- conclu.
tatem, atque hoc pacto non amplius va-
riabitur lex noſtra, ſed vſque ad finem
mundi perſiſtet. Probatur concluſio. Si
Euangelica hæc noſtra antiquæ ſucceſſiſſet,eo Probõ.
fuit quod perfectior eſt illa,nulla autem eſ
ſe poteſt hac Euangelica in hoc mũdo præ
ſtantior,ergo nulla eſt illi ſucceſſura. Prior
præmiſſa iam ſatis ſupra declarata eſt, lex
enim tanto eſt perfectior, quanto ſuo pro-
pinquior finis, legis autem finis, vt habe-
tur ad Roma. 10. Chriſtus eſt, & ideo quo P aulus.
lex vetus elongatior erat a Chriſto, quam
noſtra,eo erat imperfectior, noſtra autem
adeo eſt propinqua eidem fini, vt ipſum
habeat præſentem, ergo nulla eſſe poteſt
perfectior. At ne quis cauilletur Chriſtum Secũda
poſſe aliam perfectiorem, ferre, arguitur conclu.
ſecundo. Legis perfectio ex fine tandem
vltimo exiſtimanda eſt puta ex cæleſti fe-
licitate, ad quam lex omnis nos ducit nul-
la aut in hoc ſeculo perfectius nos illuc
ducere poteſt, quam quæ homines omni
labe perpugnat, quæ impedimento nobis
eſt ingrediendi regnum, Denique ipſius Obie-
corpore paſcit ac ſanguine potat, ſubin- ctio.
deque valuas eiuſdem regni cunctis ex-
pandis, hæc autem eſt lex noſtra, idque
Chriſti ipſius teſtimonio conſtat, qui ini-
tio ſuæ prædicationi agentibus pœniten-
tibus regnum cælorum pollicetur, ergo
nulla reſtat alia præolanda. Quod ſi ver-
bum huc nobis Apoſtoli obijcias. 1. ad Co-
rinth. 13. Cum venerit, quod perfectum
eſt, euacuabitur, quod ex parte eſt, nihil
obſtat quoniam illic de perfectione quæ Solutio
nos in patria manet ſermo habetur ab A- obiectio-
poſtolo, vbi fidem propter ſuam obſcuri- nis.
tatem appellat cognitionem eo parte,
quæ viſionis fulgore euacuabitur. Vide-
mus enim nunc per ſpeculum ænigma- Secũda
te, tunc autem facie ad faciem. Secun- conclõ.

do modo poteſt ſtatus hominum variari per hoc, quod diuerſimode ſe habeant ad eãdem legem. Et de hoc modo adhibeatur ſecunda concluſio. Nihil vetat quo minus ſtatus legis nouæ perinde atque ſtatus veteris, mutetur. Quod eſt dicere. Sicuti lex vetus quandoque accuratius obſeruabatur, quandoque vero ſegnius ac negligentius, ſic & in ſtatu Euangelico vſu venit. Aliquando enim latius multo ac fuſius patuit Rõ conclu. Chriſtianus cultus, quandoque vero idem Chriſtianiſmus ſtrictior fuit & anguſtior. Ratio autem huius concluſionis, non quidem Deus eſt, qui paratiſſimus eſt omnes homines ſaluos facere, ſed humana libertas. Nam enim gratia Euangelica, vt dictum eſt, habentes, non confirmet in bono, ſed ſuo relinquat arbitrio, vſu illis proinde venit, vt eandem gratiam abijcientes ac deſpicientes, carnalibus deſiderijs mancipentur. Tertia concluſio. Etſi ſtatus Chriſtianiſmi latior parentior que expectetur, nullus tamen futurus eſt, vbi gratia copioſior ſit & abundantior, quam hactenus præceſſit. Prior pars inde patet, quod vt Chriſtus teſtatus eſt, eouſque. Euangelium in vniuerſum mundum prædicetur, non erit finis. Et ad Roma. 1. Apoſtolus ait cæcitatem in Iſrael contigiſſe vt plenitudo gentium intrare, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Quo loco declaratum reliquimus, quemadmodum ante finem mundi ab omnibus ſit lex Chriſti exoſculanda. Poſterior vero concluſionis pars probatur. Nam quãdo nulli anteceſſiſſent ſancti præter Deiparam Virginem atque Apoſtolos, qui Spiritus primitias acceperunt, non eſt cur alios expectemus tam in gentis ſanctitatis. Quibus nihilominus numeroſiſſima Martirum, Confeſſorumque atque virginum copia adhuc per Dei gratiam ſucceſſit. Quo circa etſi ſub Antichriſti tyrannide de futuri non ſint ſanctitate proceres, qui eius truculentiſſimam rabiem perpeſſi pro fide Chriſti attrociſſimas mortes oppetant, tamen priſcorum excellentiam non adæquabunt.

Tertia conclu. Probatio prioris partis. Paulus Probatio poſterioris partis.

Circa primum igitur argumentum notandum eſt non defuiſſe hæreticos, qui negarent miſſionem Spiritus ſancti quã Chriſtus pollicitus eſt, completam fuiſſe in die Pentecoſtes. Vnde Manichæi aiebant in ſuo magiſtro fuiſſe completam, quem (vide blaſphemiam) Spiritum paracletum appellabant. Montanus autem, & Priſcilla nõ vſque adeo blaſphemabant, dicebant nihil ominus in illis fuiſſe completam, vt Auguſtinus contra Fauſtum meminit. Attamen incõcuſſa ſtat catholica ueritas, in illis fuiſſe completam, neque aliam deinde ſperare licere. Iuſſi nanque fuerunt ſedere in ciuitate donec induceretur virtute ex alto ut patet Luc. 24. promiſſum que illis eſt, ut baptizarentur Spiritu ſancto, ut Act. 1. legitur, quod completum eſt, cum illis idem Spiritus linguis igneis affulſit. Vnde Io. 6. Nondum erat Spiritus datus, quia nondum leſus erat glorificatus. Vbi rerum conſequentia denotantur, nimirum quòd protinus Chriſto per reſurrectionem & aſcẽſionem glorificato, Spiritus fuerit pleniſſime datus. Ad argumentum ergo ut reſpondeamus, negatur Eccleſiam nondum cognouiſſe omnem ueritatem iuxta Chriſti pollicitationem. Intelligitur nanque promiſſio illa de omni ueritate, quæ eſt ad ſalutem neceſſaria, quam quidem plene fuerũt Apoſtoli docti, ipſique Chriſtianam familiam docuerunt, ſecundum illud. Ite & baptizate omnes gentes, docentes eos ſeruare quæcunque dixi uobis. Quocirca ubi Petro Chriſtus promiſit quod ſua fides nõ eſſet uſque ad finem ſeculi eccleſiam defectura, illic pollicitus eſt quod eſſet neceſſariam omnem ueritatem cognitura. Vbi tamen illius cognitione indigeret, Quare non ſimul omnia nouit, ſed nouis obortis hæreſibus temporum curriculo, ſicut aurora conſurgens, magis ac illuminatur. Sunt tamen alia quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis. Et hæc non decuit Apoſt. aut doceri, aut docere. Vnde eodem cap. Act. 1. Non eſt, inquit ueſtrum, noſſe tempora uel momenta quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. Ad ſecundum reſpondetur, quod cum Chriſtus Euangelium ſuum appellauerit Euangelium regni cælorum, ſtultiſſima hæreſis eſſet aliud præſtolari uerbum autem Chriſti Auguſt. in epiſtola 3. ad Eſycium, quæeſt 70. multis modis exponit. Primum enim Redemptor nihil aliud ſibi uoluit quam quod non eſſet finis mundi venturus antequam Euangelium prædicaretur in vniuerſo mundo, quanto autem tempore poſt eiuſmodi prædicationem eſſet venturus, non declarauit. Secundo vt Chryſoſtomus, & alij interpretantur, non tam de fine mundi quam

Auguſtini veritas catholica. Ad primũ arg. Ad ſecũdũ arg. Auguſt. Prima interpretatio citati loci. Manichæi. Montanus. Secũda.

quam de Hieroſolymitana euerſione illic loquebatur. Vnde ſtatim ſubdit. Cum ergo videritis abominationem deſolationis, &c. tunc qui Iudæa ſunt, fugiant ad montes.

Chryſoſto. Quocirca idem Chriſoſtomus ante illam ſubuerſionem opinatur Euangelium fuiſſe prædicatum in vniuerſo orbe, ſecundum Propheticum verbum quod ad Roman. 10. citauit Apoſtolus, In omnem terram exiuit ſonus eorum. Nam ſi non intelligeretur tunc iam completum nullam eſſet argumentum Pauli, quo volebat Iudæos excuſatione denudare, quam ſibi prætexerint, quod nō receperint fidem, quam

Auguſt. non audiſſent. Tametſi Auguſti. in eadem epiſtola contendant nondum tunc temporis Pauli impletū fuiſſe vaticiniū illud quāuis per verbum præteriti fuerit prolatum. Quoniam & Propheta ſimiliter illud protulit: & tamen ætate ſua nondum erat impletum. Cui ſimile & illud eſt alterius Pſalmi. Foderunt manus meas & pedes meos. Et certe citra ſtupendum miraculum non potuiſſet, in totum terrarum globum tuba Euangelica tam breui intonuiſſe, vt latius loco citato ſuper Paulum ſcriptum curauimus. Hieron.

Hieron. autem ſuper eundem locum Matthæi ſitem per hanc diſtinctionem conatu dirimere Euangelium dupliciter intelligi poteſt diuulgari. Vno modo ita vt fama Chriſtiani nominis euolet. Et hoc modo fieri potuit, vt Apoſtolorum ſeculo eadem fama à gente in gentem per ora delata in vniuerſum permanauerit orbem, non tamen cum illa energia vt Chriſti fides vniuerſis perſuaderetur. Alio ergo modo contingit vt cum effectu ſic prædicetur fides, vt in culpa omnes conſtituat, qui eam non recipiunt. Et hoc modo tenendum eſt cum Auguſtino, quod nondum fuerit Euangelium vniuerſo orbi diuulgatum. Vnde infert S. Thom. quod ſi priori modo prædicatio. Euangelij intelligatur, ſubintelligendum eſt cum Chryſoſtomo tunc ſubſequutum eſſe finem, hoc eſt, Hieroſolymorum excidium. Poſt quam vero poſteriori modo vniuerſum orbem compleuerit, tunc demum ſubſequetur mundi conſummatio. Nam negari non poteſt, quin eodem loco Chriſtus de vtroq. fine & termino permiſtim loqueretur.

QVÆSTIO VIII.

DE COLLATIONE LEGIS noue cum veteri.

S. Tho. 1. 2. quæſt. 107.

ARTICVLVS I.

Vtrum lex noua ſit veteris complementum.

POſtquam lex diuina in Veterem & nouam eſt diſtincta, ſcire expedit, quibus modis hæc ab illa diſtinguatur. Et arguitur primo a parte negatiua, quod nullo diſtinguantur modo. Vtraq. lex data eſt colētibus Dei fidem, vtpote finem qua, vt ad He. 11. ait Pau. impoſſibile eſt placere Deo eadem autem eum noſtra antiquorumq. fides, vt ſupra expoſitum eſt, ergo eadem eſt, ergo eadem eſt lex. Secundo arguitur, quod noua non ſit veteris complemētum Complere enim huic opponitur quod eſt euacuare, & inueterare, lex autem noua euacuauit antiquam, ſecundum illud ad Epheſeos 2. Legem mandatorum decretis euacuans, eamq. inueterauit, hoc eſt, antiquauit, ſecundum illud ad Heb. 8. Nouum teſtamentum veterauit prius. Quod præterea & Chriſtus facto ipſo monſtrauit nam multa etiam fecit, vt eſt illud Matth. 5. Auditis quia dictum eſt antiquis &c Ego autem dico vobis, vnum autem contrarium non complet, alterum, ergo noua veterem non compleuit. Tertio, Si noua eſſet veteris complementa, ſequeretur, quod in illa fuiſſet contēta tanquam veritas in figura, multa autem credenda nobis tradita ſunt & agenda in noua lege, vti ſunt ſacramenta & conſilia, quæ in veteri non extabant, ergo noſtra non continebatur ſub illa, atq adeo neque illam compleuit. Contrarium aſſeruit Chriſtus Matthæi 5. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Vnde & ſubdit, Iota vnum aut vnus apex non præteribit, donec omnia fiant.

Primū argum.

Argu. 2.

Argu. 3.

Et hæc quoque quæſtio in ſuperioribus tacta fuit & bona ex parte definita Sed vt recentes adhibeantur rationes tribus etiā num concluſionibus ſecundum argumen-

Prima conclō. Probō.

torum numerum diluetur. Prima Lex Euã gelica neque prorſus eſt alia ab antiqua neque omnino eadem, ſed ſic ab illa diſtãs, vt perfectum ab imperfecto. Probantur partes omnes. Cum vna quæ liber lex finẽ habeat peculiarem, illæ ſunt omnino diuerſæ quæ in diuerſos tendunt fines, ſicuti leges reipublicæ per Regem adminiſtratæ aliæ eſſent à legibus alterius, quæ per ariſtocratiam gubernaretur, atque à legibus illius quæ regeretur per democratiam. Illæ autem leges quæ ad eundem ordinantur finem, quarum tamen vna proprius ad eundem accedit finem, quam altera, non latius differunt quam ſicut perfectum ab imperfecto ſub eodem fine, vt leges quæ adultis perfectisq. viris ponuntur atq. illæ quibus inſtituunt pueri. Exemplum eſt in motib. naturalibus. Motus enim ſurſum alius eſt à motu progreſſiuo, ſed tamen intẽſior calefactio non eſt omnino diuerſus motus à remiſſiori. Ad propoſitum ergo, cum lex noua & antiqua ad eundem redant finem, nam idem eſt Deus vtriuſque teſtamenti, qui illos vt pueros ſub pædagogo ad vitam æternam educabat, nos vero tanquam viros prouectos ad eandem beatitudinem inſtituit, ſecundum illud Rom. 3. Vnus Deus eſt, qui iuſtificat circunciſionem ex fide, & præputium per fidem, non ſunt omnino diuerſæ, ſed differunt ſicuti lex timori, quaſi ſerula coercens pueros, vt ad Galat. 3. ſignificat Apoſtolos, & lex charitatis, quę eſt vinculum perfectionis, qua nos Chriſtus peculiariter inſtituit, vt expoſitum eſt. Hanc concluſionem q. 1. artic. 1. huius libri fuſius luculentiusq. expoſita relinquimus, nempe quemadmodum lex uoſtra cũ ſit antiqua perfectior, quod modo per eius ſacramenta gratia conferatur, per quam ſolam ſupremum finem legis adipiſci poſſumus. Nam illi nõ per legem, ſed per fidẽ & gratiã eiuſdem noſtri auctoris ſeruabantur. Et ideo non opus hic nobis eſt amplius immorari. At vero quia diximus illam fuiſſe legem timoris, nam vero caritatis & amoris, qua breui dñia ait Auguſtinus cõtra Adaman. Manichæ. lege nouam a veteri diuerſificari, non eſt id memoria prætereũdum, quod in præcedẽtibus adnotauimus, non de fuiſſe in illa lege quoſdam, qui ducerẽtur amore. Nam illis etiam præceptum erat Leuiti. 16. Diliges proximum tuum. Et Deu. 6. Diliges Dominum Deum tuum. Et in noſtra aliqui contra trahuntur timore, nam & nobis comminatus eſt Chriſtus ignem æternum. Diſcrimen ergo non eſt ſumendum ex cõditione ſingularum perſonarum, ſed ex conditione ſtatuum ambarum legum in genere. Etenim quoniam ille erat puerorum ſtatus, qui metu potius arcentur a malo quam ratione ducantur ad bonum: noſter vero ſtatus ſit liberorum, quos Chriſtus a lege & morte, vt habetur ad Ro. 8. liberaui, & liberi amore potius filiali quam ſeruili metu ducantur, noſtra dicitur lex amoris, illa vero timoris. Ac pari modo de alia cenſendum eſt dñia, quam idẽ Auguſtinus contra Fauſtum li. 4. inter eaſdem leges cõſtituit, nempe quod illud teſtamẽtum ideo dicatur vetus quod præmia tantum temporalia caducaque promittebat quæ ſeneſcũt, noſtrum vero nouum: eo quod ſempiterna pollicetur, quæ ſemper viteſcunt: non inquam ſentiendum eſt diſcrimen inter perſonas: nam & illic aliqui alliciebantur æterno præmio: & hic vice verſa nonnulli pelliciuntur temporali. Etenim & Marci 10. promittitur reſurgentibus domos & fratres, quod centies in hoc tempore accipiẽt, præter vitam æternam: ſed hæc differẽtia inter ſtatus eſt dignoſcenda. Nam pueri præſentibus munuſculis inescantur, quæ ideo illic erant frequentiſſimæ: nobis autem rariſſima, vtpote qui tanquam viri ad abſentia potius, ſed tamen ſempiterna inhiamus. Horum etiam inſtar intelligendum eſt diſcrimen aliud quod Apoſtolus ad Rom. 4. internoſcit, vbi legem antiquã, appellat factorum nouam vero, legem fidei. Haud enim denegandum, eſt quin & illic locum etiam haberet fides Chriſti, per quam tam illi quam nos iuſtificamur. Neque viceuerſa negãdum quin & lex noſtra contineat facta, tam moralia, ſecundum illud Matt. 5. Benefacite his qui oderunt nos, quam ceremonialia vt ſunt ſacramenta, ſecũdum illud Lucę 20. Hoc facite in meam commemorationem. Sed tamen quia lex illa plurimum præſertimq. in factis illis, puta in ceremonijs poſita erat, quæ non, vt noſtra ſacramenta iuſtificabant, neque vero moralium opera, ſed ſola fides Chriſti ſalutem operabatur, noſtra vero lex præcipue, vt expoſitum eſt, conſiſtit in interna fide & gratia, quam abunde Spiritus ſanctus in nos effudit, lex illa dicebatur lex factorum, noſtra vero per antonomaſiam lex

Qualiterdiſcrimen poſitum ſit accipiendum.

Paulus.

Auguſt.

Qua rõne lex vetus appellatur lex factorum, noua vero lex fidei.

Secũda conclusio. Vide autorẽ in c. 3. Epistola ad Roma.

lex fidei & gratię. Secunda conclusio: Lex nostra fuit antiquæ complementum. Omne enim perfectum id quod imperfectum est, complet, eius supplendo defectus. Hunc autem supplendi modum in calce expositionis cap. 2 ad Ro. super illo verbo, Legẽ ergo destruimus per fidem? Absit, sed legẽ statuimus, fuse dilucidauimus. Est enim in lege duo considerare, scilicet & finem, & precepta, finis autem legis illius duplex erat. Vnus communis illi & nostræ, qui est per iustitiam perducere in vitam eternam, alter vero illi peculiaris, puta futuras veritates prefigurare. Præcepta vero erant in

Quot modis lex fuit complemẽtum ueteris.

triplici genere, morali scilicet ceremoniali, ac iudiciali. Et quantum ad hæc omnia, absolutissime lex nostra complenit veterẽ. Primum omnium quantum ad finem illũ supremum, qui est, iustificare, illam compleuit, id quod non ualebat perficiendo. Nam cum opera illa de se non iustificarent nisi in fide Christi, quare quotquot iusti vita defungebantur, in limbo, ceu in deposito tenebantur reconditi, aduentum eius prestolantes, qui aditum illis ad regnum panderet, & latori nostræ legis beneficium illud quod illi expectabant, exhibuit, merito lex nostra hac ratione illam compleuit.

Paulus. Vnde Paul. ad Ro. 8 Quod impossibile erat legi, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati damnauit peccatũ in carne, vt iustificatio legis. (i. quam expetebat lex) impleretur. in nobis. Deinde & alterum eiusdem legis finẽ scilicet significare, quod proprium erat ceremonialiũ, implenit, exhibendo veritatum lumina, quarum lex illa vmbram gerebat. Vnde ad

Paulus. Colloss. 2 ait Pau. ceremonias illas fuisse futurorum vmbram, corpus autem Christi hoc est eorum veritatem pertinere ad Christum. Obidque lex illa dicebatur lex vmbre & figuræ, nostra autem lex veritatis. Secundo & præcepta ipsa perfecit compleuitque Christus lege noua, & facto & verbo, facto scilicet seruando legem nam & circumcisus est & oblatus templo, & alto persoluit legalia, iuxta illud ad Gala. 4. Factum sub lege. Verbo autem tripliciter eadem implenit, hoc est perfecit precepta Primo, scilicet legitimum intellectum de promendo, vt homicidij & adulterij, quorum sensus Phariſæi deprauauerant, docetes tantum prohiberi illic manum non animum Christus nanque docuit animi etiã affectiones illic compesci. Secundo, & cautelas adhibuit tutius illa seruandi, vt non iurare omnino, neque per cœlum, &c. nisi necessitate intercedente. Et tertio superaddendo consilia, vt patet Matth 19. vbi iuueni asserenti seruasse præcepta, consuluit vt si esse perfectus vellet, diuenditis quæ haberet, sequeretur se. Cum ergo Christus his modis legem impleuerit, meritò illam absoluit, ac subinde oñdit per Euangelium esse exclusam non tamen destructã, vt ait Pau. quia permanet in testimonium nostrę Ter

Tertia conclu.

tiæ conclusio: Lex noua continebatur in veteri, non quidem actu, sicuti locatum in loco, sed virtute vt perfectum continetur in imprefecto, puta animal in embryone, & actus in potentia, videlicet species in genere, & arbor in semine Conclusio ex dictis palam fit manifesta. Quo quidem sensu intelligitur illud Ezech. 1. Rota erat in rota hoc est, Gregorio interprete, nouum testamentum in veteri. Vnde Chrysostomus ex

Grego rius. Chryl.

ponens illud Marci 4. Vltro terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica, ad tria id genera legum accommodat. Lex enim naturæ tantum herbescere valuit: Lex vero Moyli, spicas protulit, quas Euangelica plenos frumento compleuit.

Ad primum igitur argumentum respon detur quod licet eadem fuerit fides antiqui & noui testamenti, inde tamen solum colligitur, quod fuerint vna lex ex parte finis, attamen quia fides eadem alterum tunc habuit statum, quo scilicet sperabantur futura, alterum vero in nostra, quo iis potiuntur præsentibus, quadantenus sunt diuersæ leges. Ad secundum vero negatur

Ad primũ arg.

Ad secũdũ arg.

implerionem, quemadmodum expositum est euacuationi & antiquationi esse contrariam, immo ceremonialia per hoc quod veritate impleta sunt, fuerunt euacuata, hoc est mendacia deinde facta, moralia vero non fuerũt euacuata, sed necque iudicialia sic, quin iustitui rursus possint, præcepta vero Christi, vt Augustinus Faustum docuit, non erant antiquis contraria Lex enim verbi, gratia, libelli repudij, non præcipiebat vxorem repudiare. Tunc enim contraria esset ei repudiandi prohibitio, sed id permittebat, docens tamen, vt non facile dimitteretur vxores. Cui quodammodo conuenit lex Christi, docens, vt non dimitterentur nisi fornicationis caussa. Correxit

tamen antiquam legem vt non dimitteren tur niſi quo ad torum. Pari modo dicendū de prohibitione iuramenti, & de mitigatio ne legis talionis, aliqua. n. duro illi populo, & pertinaci indulgenda erant quę Euange
Ad ter- tiū arg. licis non decebat permitti. Ad tertium denique reſpondetur, quòd omnia quę in nouo testamento proponuntur explicite crededa, implicita latitabant in veteri, immo & omnia quę præcipiuntur agenda, quam vis excelſiora videantur, quam quæ illic palam extant, quantum ad ſubſtantiā, illic omnia pene recondebantur. Sed quia non ab omnibus erant percepta, luculentius, ſint ac locupletius per Chriſtum expoſita.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex noua grauior ſit quam antiqua.

Arg. 1. POſtremo comparanda eſt lex noſtra aduerterem in grauitate, & arguitur, quòd ſit grauior, tum quòd non ſolum externos actus, verum & internos prohibet, in quibus comprimēdis angor & labor eſt, tum etiam quod illa accedentibus ad Deū proſperitatem temporalem policebatur noſtra vero tribulationes, ſecundum illud 2. ad Cori. 6. Exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus in neceſſitatibus & anguſtijs. In contrarium autem eſt teſtimoniū Chriſti Matt. 6. Venite ad me omnes, qui laboratis & oneratis eſtis, nempe ſecundū
Hilari⁹ Diſtinc. expoſitionem Hilarij, oneribus legis quorum meminit Petr. Act. 15. Vnde & ſubdit. Iugum meum ſuaue, & onus meum leue.

Prima conclu. Ad quæſtionem ſuppoſita diſtinctione duabus concluſionibus reſpondetur. In lege enim. duplicem eſt conſiderare difficultatem, & laborem ſcilicet tam ex parte obiecti, quam ex parte modi agendi. Sit ergo
Secūda conclu. prior concluſio difficultas ex partes obiecti perpendatur, multo erat grauior antiqua lex quam noua, nempe quæ non ſolum Decalogum, verum & numeroſiſſimā importabilemque, vt ait Petrus. ceremoniarum iudiciorumque ſarcinam humeris illius populi imponebat. Sic enim congruens erat
Probō conclu. indomitam, illam gentem, & ad nouitates pro cliuem exercere, ne otium eis malorū occaſionem offerret. Cum tamen noſtra præter ipſiſſimam naturę legem non niſi ſacramenta, eademque in bonum noſtrū imperauerit. Poſterior concluſio. Si difficultatem ex modo agendi exiſtimes, & illa quę Chriſtus expreſſit, animaduertas grauior eſt quodam modo noſtra illis tamē precisè qui non ſunt virtutum habitibus imburi. Expreſſit enim nobis vt animi etiā motus componeremus, quos vt 5. Ethic. auctor eſt Ariſt. reprimere carentibus habitu, quam Ariſtot. difficillimum eſt. Ait. n. operari iuſta facile eſſe, ſed tamen operar. iuſte, hoc eſt, animi promptitudine, & alacritate per quam difficile, quouſque per ingenitos habitus virtu es dulceſcant. Vnde ſuper illud Matt. 5. de minimis mandatis ait Chryſ. Mandata Chryſ. Moyſi in actu facilia ſunt vt, Non occides, Non adulterabis, mandata vero Chriſti. ſ. Non iraſcetis, Non concupiſces, in actu difficilia ſunt. At vero Augu. ſuper illud 1 Io. Augu. 5. mandata eius grauia non ſunt. Grauia in quit, non ſunt amanti, ſed non amanti ſunt grauia. Circa priorem concluſionē hoc nō Pulchra eſt, quin admoneamus diſſimulandum, & admoni ſi in Euangelio facultatē Chriſtus eccle tioreſto ſiæ reliquerit ſuper addendi ſanctiones no- ribus. uas, eadem tamen facultate Antiſtites quā tēperatiſſime, & moderatiſſime vti debent, ne Magiſtri iugum, quod leue ſuaueque ipſe eſſe voluit, moleſtum atque acerbum reddant. Quare primum omnium in hiſce legibus condendis id debet ſanctiſſimum eis eſſe perſpectum, vt nulla cōdatur lex niſi quā ad tutiorem cuſtodiam Euangelij duxerint Chriſtia neceſſariam. Et enim Euangelium murus ni popu Syon, quem eccleſia circundare debet ante- li ſuſci murali Mox cauendum eſt, ne legum multi pienda. tudo ipſas vilipendio exponat, atq. adeo cauſſa ſit, vt non opere expleantur, ſed pretio redimantur, ac ſubinde diruto antemurali concutiatur murus. Vnde Auguſt. ad Augu. inquiſitiones Ianuarij de eiuſmodi legum multiplicationibus. Ipſam, inquit, religionem noſtram, quam in manifeſtiſſimis & pauciſſimis celebrationum ſacramētis Dei voluit miſericordia eſſe liberam, ſeruilibus premunt oneribus, adeo vt tolerabilior ſit conditio Iudęorum, qui legalibus, ſacramē Illuſtra- tis, non humanis preſumptionibus, ſubiici t poſteri untur. Circa poſteriorem vero concluſio- or con- nem, & hic quoque notato, quod nō aſtruximus etiam quantū ad modum operādi grauiorem ſimpliciter eſſe legem noſtram, ſed quo ad expreſſionem, quam antiquam, tū cluſio.

quod

quod etiã illa ſanè intellecta internos quoque animos compeſcebat. Dum enim homicidium prohibebat & adulterium', affectiones quoq. eorum admonebat ex animo conuulſas irritum, maxime quod qui incõpoſitos corruptosq. patiẽ animi motus, multo difficillime poteſt a prauis operibus abſtinere. Vnde licet rigida videatur prohibitio interni motus, ſuauior tamen eſt ad cauẽdum opus. In ſumma, vide quam fuerit lex Chriſti leuis ac dulcis. Tria tantum continet mortalia ſ. præcepta, ſacramẽta, & cõſilia. Et mortalia quidẽ idcirco iuſſit, quod cum ſint de iure naturæ, nequiuit nõ iubere, ſacramẽta vero, licet ſuperaddita videãtur, in hoc tamen præcepta nobis ſunt, vt per gratiam quam conferunt, opitulentur nobis ad implẽdum legem, quã porro per nos implere nõ ſufficimus. Quare & in hoc lex noſtra leuior eſt, quam vetus, quandoquidem ad eleuandum legis onus, ſacramẽta nobis adh buit, quę illis erant onera. Sed conſilia ſic nos Chriſtus docuit, ſaluberrima nobis eſſe, vt tamen noluerit præcepti neceſſitatem habere.

Lex Xpi leuis ac dulcis.

Ad argumentum igitur in contrarium reſpondetur, quod aduerſitates & angores quos lex noua diligentib. Deum offert, ex ſpe regni iam nobis patentis, & filiali amore dulceſcunt. Eſt igitur operæpretium in calce quæſtionis pñtis, quæ de differentijs inter legẽ veterem & nouam inſtructa eſt, omnium pro noſtra facultate epilogũ colligere, quæ ſunt numero duodecim. Prima ſumitur a dignitate legislatoris miniſtrisq. legis, vetus enim per Moyſen data eſt, noua vero per Deum ipſum hominem factũ lata & inuulgata. Quare illa dicit lex Moyſi, hæc uero Chriſti. Secunda attenditur ratione ſubiecti. Illa nanq, vt proximè dicebamus, extra hominem in tabulis ſcripta eſt hæc uero intus in anima. Quapropter illa dicitur corporalis & ſcripta, hæc vero ſpiritualis atq. indita. Tertia conſideratur ratione temporis. Illa quippe temporalis erat, i. per tempus duratura, noſtra uero uſque ad finem mundi. Quocirca illa dicitur temporalis, noſtra uero perpetua. Quarta ratione uniuerſalitatis. Illa ſi quidem uni peculiari populo data erat, noſtra uero uniuerſo mundo. Quamobrem illa dici poteſt particularis, noſtra uero vniuerſalis. Quinta differentia patet rõne figuræ. Quãdoquidem illa, vmbra erat & figura noſtrę, noſtra uero illius veritas, qua de cauſſa illa umbratilis erat, noſtra vero patens. Sexta ratione ſignificationis, nam etſi eadem fides eſſet illis nobisq. neceſſaria ad ſalutem tamen, quæ illi implicite credebant futura, nos geſta iam explicite confitemur. Septimũ vtiq. diſcrimen idemq. potiſſimũ ex parte perfectionis atq. affectus expenditur. Nam etſi neq. noſtra neq. antiquorũ opera ſine gratia iuſtificent, tamen quia paſſio illis non erat exhibita, neq. ſua ſacra gratiam, vti noſtra, conferebant, lex Euangelica iuſtificat, quod illa de ſe præſtare non poterat. Quapropter illa dicitur lex operum, noſtra vero lex fidei, & gratiæ. Vnde octaua differentia ſumit ex natura præceptorum. Illa quippe grauior erat, noſtra vero leuior ac ſuauior. Nona differentia: Lex noſtra explicatoria atq. ideo ampliora continent præcepta quam illa, vt puta, quæ actus interiores expreſſius prohibet. Ac decima, quod conſiliorum perfectionem illi ſuperaddit. Vndecima, quod illa temporalia promittebat & comminabatur, quare dicitur: Lex timoris & ſeruorum noſtra vero ſempiternam hæreditatem nobis pollicetur. Quare dicitur lex filiorum ac libertatis. Sed duodecima ſupremaq. differentia eſt, quod illa cęli portas non aperiebat, noſtra vero id nobis præſtat. Quocirca illa lex temporalium regnorum dicebatur, quæ Deus promiſit contulitq. illi populo, noſtra vero lex regni cœlorum.

Ad arg. factum.

Epilogꝰ diſcrepatiarũ legis veteris ac nouæ.

Prima dſia.

Secũda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Septima.

Octaua.

Nona.

Decima

Vndecima.

Duodecima.

QVÆSTIO IX.

DE HIS QVÆ IN LEGE NOua continentur.

S. Tho. 1. 2. quæſt. 108.

ARTICVLVS I.

Vtrum lex noua actus exteriores ſufficienti ordine inſtituerit.

POſtrema queſtio de lege noua, atque adeo de tota legum materia mouetur de his, quę eadem Euangelica lege conſtituta ſunt quorum ſunt tria genera, nempe præcepta, ſacramenta, & conſilia, quibus inſtituimur,

Primũ argu. a pte negatiua.

ſtituimur, tam quantum ad externa opera, quam etiam quantum ad internos animi motus. Quæritur ergo primo, vtrum ex teras actiones probe inſtituerit? Et arguitur a parte negatiua, quod circa huiuſmodi actiones nihil debuit. Euangelium conſtituere. Lex Euangelicam eſt lex Regni cælorum, vt patet Chriſti prædicatione, Appropinquauit regnum cælorum. Et Matth. 14. Prædicabitur. Euangelium regni, regnum autem huiuſmodi non conſiſtit in externis operibus, ſed in intimis, ſecundum illud Luc. 11. Regnum Dei intra vos eſt. Et ad Rom. 14. Non eſt regnũ Dei eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, gaudium in Spiritu ſancto. Quare inter leges veterem & noſtram illa ſupra poſita internoſcitur differentia, quod illa cohibebat manum hæc vero animum. Accedit, quod & ad Rom. 8. dicitur lex ſpiritus. Et 2. Cor. 3. ibi Spiritus Domini, ibi libertas, non eſt, autem libertas vbi homo ad exteriora opera vel facienda, vel cauenda obligatur, ergo nil debuit de exterioribus officiis decernere. Secundo principaliter arguitur contrario modo, quod manca fuerit & minus ſufficiens circa eiuſmodi exteriora opera. Lex enim Euangelica ad fidem pertinet quæ per dilectionem operatur, ſecundum illud ad Gala. 5. In Chriſto Ieſu neq. circunciſio aliquid valet, neq. præputiũ, ſed fides quæ per charitatem operatur. De fide autem plura explicuit credenda, quæ non erant explicita in lege veteri, ergo debuit etiã de charitate moralia ſuperaddere mandata, quod tamen non fecit, quia ſolũ Decalogum, ſicut illa nobis iuſſit. Item & circa ceremonias ad diuinum cultum pertinentes anguſtior videtur & breuior, quia tantũ ſacramenta nobis tradidit cultus autem eccleſiæ reliquit inſtituendos, ſicuti & cum iudicialia multa illic per ſe Deus adixerit, nulla tamẽ nobis tradidit, ſed reipublicæ tam ciuil quam eccleſiaſticæ hoc permiſit, eſt ergo circa exteriora minus ſufficiens minusq. prouida quam antiqua, In contrariũ eſt illud Matthæ. 7. Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti qui edificauit domum ſuam ſupra petram, ſapiens autem ædificator nihil eorum prętermittit, quæ ſunt ad fabricam cõducentia.

Arg. 2.

In hac queſtione altiſſima eſt meditanda Dei prudentia ac benignitas in condẽda Euangelica lege. Primum igitur omnium ex ſuperioribus hoc recolendum eſt fundamentum, quod lex Euangelica non ſolum altior eſt quam humana, quippe quę non ad finem tantum naturalem, ſed ad ſupernaturalem nos inſtituit, verum & quam Moſaica inde præſtantior, quod fidem, & gratiam, quam illa præfigurabat, per Chriſti paſſionem exhibet, per quam gratiam introducimur in regnum cælorum. Ex hoc enim fundamento colligitur nihil de operibus noſtris eãdem legem ſtabilere, quam quę ad eandem gratiam ordinantur ac referuntur. Arq eo gradu & ordine vnumquodq. prohibet ac cõtulit, quo ad eandem gratiam confert. Hoc præhabito ad quæſtionem quatuor concluſionibus reſpondetur. Prima eſt in operibus exterioribus primum omnium lex Euangelica ceu fundamenta prouidentiſſime iecit ſeptem ſacramenta. Tria enim operum genera in fronte queſtionis tetigimus, ſcilicet ſacramenta, & moralium præcepta, & conſilia. Probatur concluſio. Gratia, in qua legis ſubſtantia conſiſtit, bifariam conſideratur, videlicet quantum ad eius generationem, & acquiſitionem, & rurſus quantum ad eius vſum & exercitium generatio autem eius & infuſio, munus ſupernaturale eſt, quod nobis Deus per mediatorem, puta per filium ſuum hominem factum communicat, quare ipſe prius ſecundum humanitatem plenus fuit abſq. gratia menſura, eandemq. ſubinde per eandem humanitatem in pondere & mentura nobis impartitur, ſecundum illud Io. 1. ca. Verbum caro factum eſt, &, Vidimus eum plenum gratię & veritatis, &, De plenitudine eius nos omnes accepimus. Et quoniam Deus ſupernaturalia ipſa ea ſuauitate diſponit, vt admodum naturæ noſtrę nobis participentur, noſtra autem cognitio a ſenſibus incipit, decuit eandem gratiam per exteriora nobis ſigna ſuppeditari, vt per illa tũ certi pro captu noſtro efficeremur noſtrę ſalutis, tum etiam noſter excitaretur animus ad diuinum cultum. Et hæc sũt ſeptẽ Sacramenta, de quorum ſufficientia non eſt præſentis loci dicere. Quapropter neceſſarium fuit vt Chriſtus ipſa tanquam auctor gratie, per ſe, tum illa inſtitueret, vt Baptiſmum, Euchariſtiam, tunc perinde ea reciperet eorũdẽ ſacramentorum miniſtros, nempe Apoſtolos, ac diſcipulos, totũq. ſubinde facerdotalem

Fundamentũ.

Prima concl̃o.

Probõ. concluſionis.

dotalem ordinem. Secunda concluſio. Non docuit maieſtatem ac libertatem Euangelicæ legis vt alia ſacramenta, & obſeruantiæ, & ceremoniæ per ipſam inſtituerentur, quam quæ eiſdē adminiſtrandis ſacramentis neceſſariæ erat, ſed hoc debuit eccleſiæ prudentiæ cōmittit. Probatur concluſio ex differentia interſtatum antiquæ legis & noſtrum. Populus enim illum, vt identidē ex Apoſtolo adnotauimus erat ſicut in pueritiæ ætate ſub pedagogo, nondum virili prudētia præditus, & p̄terea figuras vmbrasq. gerebat futurarum veritatum, vtriuſq. ergo ratione condecens erat, vt Deus per ſe illum de cunctis etiam minutioribus per ſuas leges erudiret, neq. reipublicæ eorum inſtitutiones committeret. Chriſtiana vero familia, tum ætate & prudentia proiectior, atq. adeo idonea cui traderetur hæreditas, tum etiam cui per ſuas ceremonias non alium Meſſiam deberet præfigurare, non erat cur de eiuſmodi ceremonijs tam peculiariter eruditetur, ſed id muneris eccleſiæ concrederetur, atq. eo potiſſimum quod munus illud Chriſtus Spiritui ſancto dimiſit, quem venturum pollicitus eſt, vt eandem ſanctam eccleſiam doceret omnem veritatem. Ecce de operibus quibus gratiam diuinam aſſequimur. Illa autem quæ ad eius vſum pertinent, ſunt charitatis officia, quę erga Deum & proximum exercemus, quibuſq. adeo perdiuinum fauorem eadem nobis augetur gratia. Horum autem operum quędam ſunt vel ad eius cuſtodiam neceſſaria, vel eidem neceſſariò contraria, alia vero libera ſine quibus in ea dē Dei gratia permanere poſſumus. Sit ergo tertia concluſio: Neceſſarium fuit vt lex Euangelica opera, quæ neceſſariam habent cōnexionem ad gratiam per ſe præciperet & quæ illi obſtant prohiberet, hęc autem ſunt quæ Decalogus nobis exhibet, & quæ ibi ſimpliciter continentur, hoc eſt neceſſaria conſequentia inde colliguntur, quorum q. 3. tres gradus diſtinximus. Concluſio eſt manifeſta, nam legislatoris prudentia in neceſſarijs non debet deficere. Quarta concluſio. In alijs autem quæ hāc non habent neceſſariam connexionem ad gratiam, non fuit congruens Euangelicæ legi, vt illa in particulari per ſe Chriſtus definiret: ſed, ſicut dictum de ceremonialib eſt, ita & iudicialia reipublicæ tam ciuili quam eccleſiaſticæ committeret. Iā enim ſæpe dictum eſt, ceremonialia & iudicialia a moralibus differre, quod non eliciuntur ex principijs naturæ, ſed arbitramento quodam generale præceptum ad ſpeciale contrahunt. Et ſicut ceremonialia ad cultum diuinum attinent, ita & iudicialia ad quietum reipublicæ ſtatum. Ratione ergo iam proxime aſſignata, nempe quod Euangelicus populus prudentia progreſſus eſt, & quaſi liber ad hæreditatem admiſſus, relinquendus in his iudicialibus erat ſuæ reipublicæ, vt contractuum leges & malefactorum ſupplicia, quæ illic per ſe Deus conſtituebat, Antiſtites Euangelici & ſeculates Principes ſuo arbitratu ſancirent. Accedit & altera huius ratio, quod lex illa vni eidemq; puſillo populo poſita eſt, noſtra vero vniuerſo orbi, ille ergo populus cuncta illa ſeruare poterat, Chriſtianis vero pro diuerſitate temporum, regionū, atq. hominum ſunt iuditia conſtituenda. Quare Chriſtum nihil nobis comminatus eſt neq; pollicitus niſi inferna, & cæleſtia, & ſufficientiam vitæ, hoc enim illud ſonat, Centuplum accipietis, & vitam eternam poſſidebitis. Alia vero ſupererogationis opera neq. præcepit neque omino voluit vt cuncta abeccleſia præciperentur, ſed aliqua, vt ieiunia quadrageſimæ, & quædam feſta. Reliqua vero conſuluit, & vniuſcuiuſq. optioni reliquit, vt art. 3. videbimus. Ex his ergo trina ratio colligitur cur legem noſtram Iacob. c. 1. appellauerit legem perfectæ libertatis. Primo, qui tanquam adultis filiis & iam a pedagogia exeuntibus hæreditas poſſeſſionem nobis tradidit. Secundo, quod neq; ac ceremonialia aut iudicialia Chriſtus nos vt antiquos, coarctauit, ſed libere illa reliquit præfectis ac magiſtratibus pro conditone locorum ac temporum inſtituenda. Sed Tertio, quod illa noluit vt quaſi ſerui metu impleremus, ſed ex habitu gratię, vt liberi filii.

Ad primum igit argumēto reſpondetur, quod etſi regnum Dei intimis cordiū præcipuè conſiſtat, puta in iuſtitia, pace, & gaudio ſpūali, nihilominus ex conſequenti & ad illud regnum illa pertinent exteriora opera quæ vel extrinſecis morib. foras promanant, vt Dei cultus, & parentum, vel ſine quib. conſeruari neq̄unt eadem ſpiritualia, vt homicidia, furta, &c. Quocirca etſi lex nra p̄cipua prohibeat actum, eū nihilominus cohibere dēt ab illis actionib. q̄ ipſū pertur-

Secūda conclu.

Oñditur conclu.

Tertia conclu.

Quarta conclu.

Rō concluſiōis.

Altera rō concluſionis.

Trina rō quare lex euāgelica appellat lex libertatis.

Ad primū arg.

perturbant. Sicuti vice verſa prohibendo antiquis manum, ex conſequenti prohibebat animum. Ea vero quæ neceſſaria non habent connexionem ad gratiam, lex euangelica per ſe non conſtituit vt vetus. Qualia ſunt eſca & potus, de quibus Paulus loquitur, vt puta delectus ciborum & ieiunia, quæ non Chriſtus, ſed eccleſia eius auctoritate ſanciuit. Ad aliud autem membrum eiuſdem argumenti ſatis reſpõſum eſt, vbi explicuimus cur lex Euangelica dicatur lex perfectæ libertatis. Ad ſecundum vero principale reſpondetur diuerſam eſſe fidei rationem ac moralium præceptorum, nã cum fides naturali rationi excellat, quam ideo niſi per gratiam apprehendere nõ poſſimus, neceſſe fuit, v lex abundatioris gratiæ cumulatius nobis expreſſiusq. myſteria eiuſdem fidei detegeret, moralia autẽ præcepta ſunt de iure naturæ, quæ ideo iactis in decalogo fundamentis potuit reſpublica Chriſtiana intelligere. Ad aliud quoq. eiuſdem argumenti membrum reſpondetur, quod cum ſacramenta nouæ legis gratiam conferant, neceſſe fuit, vt auctor ipſe gratiæ illa inſtitueret, ſacramentorum autem ritus atque eccleſiaſticas ceremonias, quia non ſunt ad gratiam neceſſariæ eccleſiæ Chriſtus commiſit, cuius ſupra rationem adduximus. Quod ſi obiicias redemptorem ipſum ceremonias aliquas Apoſtolis credidiſſe, vt patet Lucæ 9. & 10. Nolite poſſidere aurum, neq. argentum, neque pecuniam in zonis veſtris. Reſpondetur illa ad ceremonias non pertinere, ſed fuiſſe vel permiſſiones, vel inſtitutiones pro illo tempore Apoſtolis neceſſaris Permiſſiones inquam, ſecundum expoſitionẽ Aug. in lib. de conſen. Euang. Nam cum Apoſtoli & verbi prędicatores ius habeant exigendi alimenta, illud. Sine pera fine pecunia &c. non tam præceptis formã habet, ſecundum Aug. quam conceſſionis, hoc eſt, non opus eſt vobis viaticum prouidere, ſiquidem ius habetis alimenta petendi. Vnde ſubdit. Dignus eſt enim operatius cibo ſuo. Reliqui vero ſancti dicunt eſſe præcepta, non ceremonialia, ſed moralia, neceſſe enim tunc habebant qui in diſcipulatu Chriſti recentes erant, neque in paupertate ſatis aſſueti, ad eandem mendicitatem erudiri. Vnde iam prouectoribus ait idem Redemptor, Luc. 22. Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis nunquid defuit aliquid vobis? & reſpondentibus, nihil, adiecit. Sed nunc qui habet ſaculum, tollat ſimiliter & peram. Quaſi iam tunc ſtatũ perfectę libertatis eſſent ingreſſi, quando iam relinquendi erant arbitratu ſuo uiuere.

Ad aliã mẽbrũ eiuſdem argumẽti.

Ad ſecũdũ arg.

Ad aliã mẽbrũ ſecundi argumẽti.

Obiectio.

Solutio.

Auguſt.

ARTICVLVS II.

Vtrũ lex euangelica interiores noſtros actus ſufficienter compoſuerit.

POſt actus exteriores ſubſequitur de interioribus cernere, quemadmodum per legem euangelicam Chriſtus illis prouideret. Arguitur ergo de more, quod non fuerint ab ipſo abunde compoſiti. Primo, vt Matth. 5. videre eſt, etſi decem ſint præcepta decalogi tria tamen præcisè quantũ ad eorũ internas affectiones exacte expreſſeq. emendauit, videlicet homicidium, prohibendo iraſci in fratrem, atq. adulterium, vetando mulieris conſpectum ad concupiſcendum eam, & circa periuria omnem reſecans iurandi voluntatẽ. Dico vobis non iurare omnino Igitur cũ ſeptem alia ſubticuerit, non ſatis hac parte compleuit perfecitq. abundantiam iuſtitiæ nouæ legis ſuper illam veteris. Secundo arguitur. Præter præcepta Decalogi quæ moralia ſunt, erãt & iudicialia & ceremonialia, de iudicialibus aũt tria tãtum eodẽ capite correxit, ſ. repudium vxoris, talionisq. pœnam, & inimicorum odium. Sed de ceremonialibus nihil meminit, ergo nõ ſatis humanos affectus cõpoſuit. Tertio ad legitimam animi compoſitione pertinet vt nihil homo præter humanum finem faciat. Sunt autẽ alii humani fines præter inanem glotiã atque mũdanum fauorem, item & alia multa opera præter ieiuniam, orationem, & eleemoſinam. Chriſtus autem vt eodem loco videre eſt, hæc tantum tria fieri cauit, ob inanẽ mundi gloriam, ergo breuis nimis in eiuſmodi inſtitutione fuit. Quarto, ſolicitudo humana circa ea, quę neceſſaria ſunt, adeo eſt a natura indita, vt ſit etiam brutis animantibus nobiſcum communis. Vnde Sapiens. Prou. 6. ad formicam mittit pigrum a qua doceatur prouidere in æſtate, quæ ſibi ſint in hyeme neceſſaria. inſtitutio autem fidei naturam non tolli ſed perficit, non ergo debuit nobis Chriſtus tam ſolicite humanam

Primũ argum.

Secũdũ

Tertiũ.

Quartũ.

ſolicitu-

ſolicitudinem interdicere, vt neque in craſtinum nobis proſpiciamus. Quinto denique ac poſtremo arguitur, quod cum iudicium ſit actus iuſtitiæ, ſecundum illud Pſa. Quouſque iuſtitia conuertatur in iudiciũ, non erat cur nos tantopere abſterreret, ne iudicaremus. In contrarium autem eſt ſententia Aug. in Sermone Domini in monte, vbi ſuper illis verbis, Qui audit verba mea hæc, ait illis Chriſtum verbis ſignificaſſe, ſermonem illum diuinum omnibus præceptis quibus Chriſtiana vita formaretur, eſſe perfectum.

Quinto.

Auguſt.

Ad quæſtionem quanam alia concluſione reſpondeam, quam quod in illo Sermone quo Chriſtus leges vniuerſo orbi tulit, vniuerſos humanos mores intus & in cute perfectiſſime informauerit. Singula autem verba ſingula depoſcebant capitula, quibus exponerentur. Verum cum eorum expoſitio tam late apud ſanctos pateat, quibus nos pro modulo noſtri ingenij in eorum Commentarijs meditationes noſtras appẽdimus, perfunctorie tenuitque hic tranſibimus. Dominus enim illic vt ſapientiſſimus architectus primum fundamentum totius Chriſtianæ fabricæ iecit, quod in moralibus eſt finis, quo cuncti referuntur in mores. Finis autem noſtrorum morum eſt beatitudo & felicitas, quem ideo primum omnium contra vanam philoſophorum opinionem conſtituit. Beati pauperes ſpiritu, contra illos qui fælicitatem, vt 1. Ethic. ait Ariſt. in diuitijs collocauerunt. Beati mites, contra illos, qui illam ſtatuerant in honoribus. Beati qui lugent, aduerſus eos, qui illam poſuerunt in diuitijs. Mox conſtituto fine, Apoſtolorum pectora inſtruxit, quos orbi præfecerat, vt tanquam duces & lumina mundi ab vniuerſis terrenorum affectibus tam eſſent abſtracti, quam illis opus erat, qui ceu ſal terræ & lux mundi, vniuerſum orbem deberent & ab infectione temporalium præſeruare, & ad cæleſtem patriã perducere. Deinde intus noſtros animos, vnde operum radix procedit in ordine ad ſeipſos, quantum ad duo quæ virtuti ſunt neceſſaria, inſtituit. Primum ex parte obiecti, nempe vt non ſolum a malis operibus qualia ſunt homicidium, adulterium, & ſimilia, abſtineremus, verum & ab ipſorum affectibus mundi eſſemus perpurgati: Qui iraſcitur fratri ſuo: &, Qui viderit mulierem, &cet. nam ſcrutator cordium Deus interna pectora præcunctis operibus habet grata. Præterea & intentionem finis vnde laus maxime aut vituperium operis emanat, rectificauit, nimirum cauere iubẽs, ne quod cauſſa humanæ gloriolæ agamus, ne mercedẽ, qui ipſe nobis optat cumulatiſſimam conferre, ab hominibus præſtolantes, potiſſimo fruſtremur præmio. Præterea, deſcendit ad imbuendum homines, quibus officijs erga proximum ſe debeant gerere. Primum, ne officium vſurpãtes Dei, de occultis eius geſtis iudicemus, quod quidem iudicium cum cauſſam nobis offerat proximum noſtrum aut odiẽdi, aut contemnendi, iniurium eſt ac nocuum. Mox vt neque in ſacrorum iniuriam, quæ ad Deum pertinent negligentes ſimus, nempe ne ineptis illa atq; in idoneis, ceu porcis committamus. Et ſuper omnia adeo curauit nſam dilatare charitatem vt vſque ad inimicos pertingeret. Poſtremo denique docuit quemadmodum abſq; diuino fauore ſanctiſſimæ legis mandata implere nequimus. Vnde ait, Petite & accipietis, pulſate & aperietur vobis. Cautelam que adhibuit, vt contendamus per auguſtam portam intrare. Nam virtutis ſemita, quippe quæ media eſt inter duo extrema, anguſta eſt, deuiãdi autem campus, latiſſimus. Vnde Ariſt ſcopum inquit, pertingere, vno tantũ contingit modo, aberrare vero, infinitis. Quapropter, & a falſis prophetis cauere etiam nobis iuſſit, qui nos a recta diuertunt. Multa denique alia illic reſplendent mandata, quę anguſtia præſentis loci exponenda non capit.

Conclõ ſiua.

explana tur concluſio.

Ariſtot.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur arg reſpondetur, illa tria peculiariter præcepta ob id Chriſtum explanauiſſe, quod illa perperam Phariſæi populo interpretantur. Cenſebant nanque in ſolo opere ineſſe culpam, non autem in effectu: eo (vt ait S. Th.) quod apparebat illis motus iræ ac Veneris eſſe naturales. Et præterea forte (vt reor) quia cum non viderent per internas animi commotiones, quę in opus non prorumpunt, vllum irrogari proximo damnum, nullam in illis agnoſcebant iniuſtitiam. Chriſtus autem edocuit illas eſſe prauas, non modo quia cauſſa ſunt operum, verum quia per ſe ſunt iniurioſę. Odio enim habere proximum, iniuria eſt. Prohibitioni autem periurij adhibuit etiã iurandi frænum, forte quia iurare verum, nullum putabant eſſe peccatum, etiamſi temere & abſque iudicio fieret, immo id per-

pertinere ad reuerentiã Dei, vt aliqui nunc blasphemia autumant, inquientes quod qui bene, id est, multum iurat, bene credit.

Ad secũ dũ arg.

Ad secundum pari modo respondetur, supposito illo discrimine superius inter ceremonialia & iudicialia constituto, nempe quod iudicialia non sic prorsus lex noua reiecit, qui rursum possint institui, sed ceremonialia sic consopiuit, vt nullatenus valeant reuiuiscere. Hac enim de caussa iudicialia quidem Christus correxit, ceremonialia vero minime, sed ablegauit. Bifariã autem Pharisæi circa iudicialia hallucinabantur. Primum nãque nonnulla, quæ per missiones erant, arbitrabantur esse per se iusta & impetata, vt repudium vxoris, & vsuras ab extraneis corradere. Quare vtrunq; illos dedocuit. De repudio enim declarauit non esse præceptum, tanquam æquum, sed ob eorum duritiã permissum, quasi minus malum. Sed vsurarum exactionem inhibuit Luc 6. inquiens. Date mutuum, nihil inde sperantes. quem tamen locum lib. 6. emunctius sumus exposituri. Secũdo modo errabant, existimantes quepiam quę lex facienda propter iustitiam instituerat, eadẽ exequenda fore vel appetitu vindictæ, vel temporalia cupiditate, vel odio inimicorũ. Quocirca tria præcepta in contrarium sensum Christus operæpretium duxit explanare, iudiciale enim illud talionis quod datũ fuit, vt iustitia seruaretur, ipsi vindictæ caussa putabat exequendum, quem ideo Dominus errorem ex eorum animis reuulsit, docens paratos debere nobis esse animos vbi charitas poposcerit. non reddere malum pro malo, sed percutienti vnam maxillam, alteram si oportuerit, præbere. Pari modo ad iudiciũ aliud rependendi quatuor oues pro vna, animos eorum ad cupiditatem irritabat, & ideo docuit vt promptissimus animolenti nobiscum in iudicia dẽ tunica contendere, permittere & pallium. Tertio deniq; ex legibus illis quæ ipsis bella aduersus Chananæos, & Iebusæos gerere præcipiebant. colligebant odium aduersus inimicos, esse præceptum. Et ideo docuit leges illas iam cessauisse, sed inimicos potius esse diligendos. De ceremonialibus autem, caussa iam dicta, nihil meminit, sed unico verbo cuncta confodit. Nam vbi Ioan. 4. Samaritanæ dixit, Veniet hora quando neq; in monte hoc neque in hierosolymis adorabitis patrem, sed veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate, docens templum destructum iri, docuit pariter omnia illa talia sacrificiorum impedimenta in spiritualem cultum abitura. Ad tertium huiusmodi trãsio subiungit. Cuncta quæ in mũdo expetere mortales possũt, ad illa tria reducuntur, quæ Io. in 1. c. 2. adnotauit, inquiens, Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, hoc est corporales delitiæ, ac voluptates, concupiscentia oculorum, puta diuitiarum auiditas, & superbia vitæ, puta honoris ambitus, & gloriæ cupido. In antiqua autem lege non promittebãtur delitiæ, imò ab illis populus arcebatur. Quare Christus non opus habuit populum ab illis abstrerere. Promittebatur tamen honoris celsitudo, diuitiarumque exuberantia. Legitur. n. Deut 28. Si adieris vocẽ Domini Dei tui, faciet te celsiorem cunctis Gentibus. Et infrà, Abundare faciet te omnibus bonis. Hæc ergo duo consultum Christo fuit corrigere, ob idque vanam gloriam a trib. operum generib. expulit, ad quæ cuncta officia reducũtur. Quidquid. n. homo facit, aut sui ipsius gratia peragit, & id significatur ieiunij noie, quo homo suas sedat voluptates, aut amore proximi, cuius generis est eleemosyna aut propter diuinum cultum, qualis est oratio. Ex his. n. tribus eo quod opera sunt supererogationes, solent homines mũdi auram ambire. Ne autem aliquid facerẽt auariti æ causa, prohibuit statim dicens, Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Ad quartum respondetur, Deum nõ interdixisse nobis necessariam solicitudinẽ, sed superfluam, quę in quatuor consistit. Secundum qui finem in rebus temporalibus constituit, Deo propter temporalia seruiens, pluris. scilicet estimans, quam ipsum. Et ideo ait. Nolite thesaurizare vobis. Nã qui thesaurizat, in thesauro finem constituit, ob idq; subdit. Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuũ, id est intentio, qui est actus circa finem. Secũdo, ne simus sic circa temporalia soliciti, vt de auxilio diuino diffidamus, cui curæ est nostri etiam in rebus temporalibus. Ideoq; adiecit, Scit. n. pater vester quid opus sit vobis antequam petatis eum. Tertio, ne homo sic sit solicitus quasi sibi ipsi confisus, ob idq; ait neminem posse ad staturam suam quidpiam adijcere. Quarto, ne plus iusto, solicitudo nos futurorum præoccupans angat. Propter quod ait. Nolite soliciti esse in crastinũ. Itaq; modo neque iudiciũ publicum probibui sine

Ad tertiũ arg.

Duplex error phariseorum circa iudicialia.

Adquartum ar.

quo

quo homines vitam transigere nequeunt, sed temerarium, puta ne de occultis sine caussa leuiter præcipitetur.

ARTICVLVS III.

Vtrum congrue lex Euangelica consilia nobis quadam adieceri.

VLtimum, quod in lege Euãgelica cõsiderare restat, est consiliorum ordo, quo nos Christus super omnes mundi nationes ad beatitudinis culmẽ euexit. Quæritur ergo, vtrum congrue sint consilia per legem Euangelicam nobis adhibita? Et arguitur primo, quod nulla sint consiliorum opera. Vniuersa enim quæ homo reddere Deo potest, eidem virtute præcepti dilectionis, quo ipsum super omnia tenetur diligere, debet, vtpote quod ex nihilo nos cõdidit qua ratione quidquid sumus, ac subinde possumus, illi debemum. Vnde 1 Paralipo 29 Tua sunt, inquid Sapiens, omnia, & de his quę de manu tua accipimus, dedimus tibi, nullum ergo restat supererogationis opus, quod sit consilijs. Secundo arguitur: Si in rem mortalium erãt consilia, non erat cur Deus non eadem antiquis traderet, sicuti nobis, in antiqua autem lege talia consilia non legimus, non ergo Christus ea debuit superaddere. Tertio: Consilia dantur de his quę sunt ad finem expedientia, non autem eisdem hominibus omnia expediunt: ergo non debuit Dominus noster consilia determinare, sed vel cuiusque arbitrio relinquere, vel sapiẽtum prudentiæ, qui quos nossent idoneos, consiliorum opera admonerent. Quarto: Si aliqua essent consilia, maxime illa quæ ad perfectionem vitæ pertinent, illa autem inter præcepta Christus posuit Matth. 5. vt inimicorum dilectionem, & præbere alteram maxillam vnam percutienti. In contrarium est illud Sapient. Prouerb. 27. Vnguento & varijs odoribus delectatur cor, & bonis amici consiliis anima dulcoratur. Christus autem, vt est sapientissimus, ita & nobis maxime amicus: ergo eius consilia maximum nobis afferunt emolumentorum pondus.

Ad primũ arg.

Secũdũ.

Tertiũ.

Quartum.

Solutio quæstionis tribus conclusionibus continetur. Prima est Multa sunt consilia de iure naturæ, quæ non solum sub lege scriptas, verum & ante illam semper fuerunt virtutis officia. Probatur: nam miseris etiam citra casum grauis necessitatis occurrere, semper fuit officium, & voluptatibus mundi parcius vti, quam lex permitteret ob aliquam bonam caussam. In summa, illis renunciare quę licite homo posset facere, consilium semper sapientes duxerunt. Secunda conclusio: Congruentissime in lege noua non modo naturalia illa consilia explicita sunt, verum & alia recenter adhibita, quæ non erat in veteri. Probatur. Hoc inter consilium opera, & ea quæ sunt in precepto, interest, quod præceptorum opera sunt de necessitate salutis, opera vero cõsiliorum sunt supererogationis officia, per quę expeditius ad charitatis perfectionem peruenitur. Cum ergo inter legem veterẽ & nouam hoc fuerit interstitium, quod illa erat lex seruitutis & timoris, nostra, vero, lex libertatis, sit consequens, vt & illi cõgruerit non ponere nisi precepta, & nostrę, vt consilia adhiberet quæ libere quisq. exequi posset. Tertia conclusio. Consilia Euangelica atq. adeo omnia naturalia ad tria reducuntur genera scilicet paupertatis, continentiæ, & obedientiæ. Probatur. Consilia, vt proxima conclusione assertum est sunt illa per quę homo expeditius ad charitatis profectionem progreditur, est autem hõ inter spiritualia bona, quiq. charitas comparatur, & temporalia quibus eiusdem charitatis via impeditur, sic constitutus, vt quo illis proprius accedit, a temporalibus eo longius absit, & vice versa, temporalium autem, vt nuperrime adnotabamus, tria sunt genera. si concupiscentia carnis, concupiscientia oculorum, & superbiæ vitæ. Quapropter qui in huiusmodi sic fine cõstituit, vt regulas vitæ secundum istorum effectũ instituat, prorsus sit charitatis expers, ob idq. p p̃cepta ĩstituimur, vt debite ac iuste illis ea prescripto vtamur, aĩos vero ab illis prosus euellere, nõ est cũctis, imo neq. multis in hoc seculo possibile. Quare sub consilio Christus id cuiq. reliquit, vt percapere posset, caperet. Per paupertatem autem abdicamus a nobis oculorum concupiscentiam, hõ est facultates ac diuitias per continuam vero concupiscibilia oculorũ. hoc est tactus delitias, sed per obedientiam, oculorum superbia, hoc est honores & mundi factus. Illa ergo tria in capite statim suarũ legum Christus proposui, videlicet. Beati

Prima conclu.

Probõ conclusionis.

Secũda conclu.

Tertia conclu.

Rõ conclusiõis.

Suadet conclu.

pauperes

pauperes spiritu. Beati mites, Beati qui lugent. Quæ quidem Apostolis rationem status, vt super eisdem verbis scriptum reliquimus, necessaria erant, reliquis autem relicta sunt in consilio. Vnde, vt Matthæ. 16. legitur, ait Petrus. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Quamobrem Apostolici viri, hoc qui Apostolicum institutum imitari contendunt, hæc tria vota suscipiunt, iuxta documentū Christi ad iuuenē. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus & sequere me. Vbi verbo sequelę, obedientiam expressit, quæ votorum supremū est atq. aliorum finis. Ob hoc enim seculo vale dicimus, vt Christum expeditiores sequamur. Hæc igitur simpliciter sub cōsilio collocantur, ad quæ capita cuncta reduncūtur. Nam eleemosynam extra causſam necessitatis erogare, ad consilium attinet paupertatis, & licitis voluptatibus abstinere, ad consilium continentiæ, & aliquando hominem suam non sequi vbi licuerit, voluntati, ad consilium quodammodo obedientiæ, vt offensam remittere, cuius posses vindictam exigere. Quod si interogas quæ sint noua illa quæ adhibita sunt in noua lege? In primis virginitas vsq. ad Deiparam virginem nō legitur fuisse in consilio. Et præterea vt prorsus homo cuncta confirmato voto relinqueret, quod cum Christus inueni obtulit, quasi de re noua stupuit. Quo alludit, & illud Petri, Quid ergo erit nobis? Quasi quid fecimus, quod nemo hactenus fecit. Tametsi & in legem naturæ licet non religiones gratia, sed philosophādi, de Diogene & multis Pythagoreorum, historiæ tradunt opulentiam splendoreq. humanum abiecisse. Et vt nos super cap. 3. Matthę, in descriptione deserti quo Ioannes pœnitentiam prædicauit, enarrauimus Fuit etiam inter Iudæos Aessenorum collegium, quorum Iosephus lib. 18. antiquitatum meminit, Et Solinus c. 48. qui à communi hominum conuictu semoti, absque vxoribus anachoretarum vitam degebāt. De his autem latius in lib. 7. sub titulo. De voto.

Quæstio

Solutio.

Iosephꝰ

Solinus.

Ad primum igitur argu. negandum est, quidquid nos facere possumus, Deo deberi ratione præcepti, Consultissimus nanq. & in nos pientissimus Deus in obligando nos suis regib. non tantum eorum rationē duxit, quæ nos illi deberemus, sed eius, qđ imbecillis nostra natura præstare posset vt de Pau. de virginibus, inquit præceptū nō habeo, consilium autem do. Quin vero prę ter sacramētorum præcepta nihil amplius nobis iussit, quam quod in iure naturæ positum est, hoc autē iure nemo tenetur quātum potest semper facere, sed consilia non cōtemnere, & nihil animo admittere quod dilectioni Dei sit aduersum, hoc est enim diligere eum ex toto corde & ex tota mente. Et sic est intelligendū illud Eccl. 9. Quod cunq. potest manus tua, instanter operare. Nam si sensum faciat consilij, nihil contra nos. Si autem vim habeat præcepti intelligitur vt quicunque pro suo statu faciat, quod debet. Neque vero ex contemptu & consiliorum vilipēdio omittat ad perfectionem tenderetur S. Tho. 2. 2 q. 186. art. 2. ex positor est. Quocirca neq. cui cōsilia sequūtur, ad altiorem gradum charitatis obligātur quam alii, sed præstantiori via secūdū suam professionē ad charitatē tēdere, quæ est præceptorum finis. Sed hæc nō sunt prę sentis speculationis, libro enim octauo, qui est de voto, terū hæc præsſius attingemus. Secundum autem argumentum secūda conclusio dissoluit, vbi reddita est ratio cur decentius lex euangelica quam vetus cōsilia tradiderit. Ad tertium respondetur, quod Christus proponens consiliorum opera, ob id ea nemini præcepit, quod videbat non cūctis expedire, sed reliquit cuiusque optioni, vt Matth. 19. Si vis perfectior esse, &c. Et rursus. Qui potest capere, capiat. Ad quartum demum respondetur, quod illa consilia quę sunt de iure naturę sæpe accidit vt sint in præcepto. Ob idq. quantum ad animi præparatione tenemur prompti, esse vbi necessitas exegerit, illa implere. Quamobrem Christus præceptorum numero eadem adscripsit, sed tamen extra necessitatis casus sunt in consilio.

Ad primū arg.

S. Tho.

Ad secūdū arg.

Ad tertium.

Ad quartum.

Finis Libri Secundi, de Iustitia & iure.

FR. DOMINICI SOTO
SEGOBIENSIS, THEOLOGI, ORDINIS PRAEDICATORVM.

Liber Tertius de Iustitia & Iure.

PROEMIVM.

AD Iustitiam, de cuius virtute præsens a nobis opus institutum est, ius pertinet, quapropter de Iustitia & Iure illud inscripsimus. Ius autem bifariam, vt in fronte primi Libri dicebamus, vsurpatur, videlicet & pro rationis regula, prudentiaq; dictamine, per quam regulam æquitatem iustitiæ perpendimus, quales sunt leges. Præterea pro æquitate ipsa quæ obiectum est Iustitiæ, nempe quam Iustitia in rebus constituit. Igitur cum de iure priori modo, hoc est de legibus, duos hactenus libros absolutos dederimus, subsequitur vt ad definitionem Iustitiæ propius accedentes de iure dicamus, posteriori modo accepto nomine, vtpote per quod eadem constituenda est Iustitiæ definitio. Continet enim liber præsens, ordine tertius, iustitiæ tractatum ingerere, eiusque diuisiones in legalem & particularem, inque distributiuã & commutatiuam, prioremque eius speciem, scilicet distributiuam, vbi de acceptione personarum disputamus. Quam materiam edisserit Sanctus Thomas 2.2.q.57. & infra.

Gemina acceptio iuris.

Partitio libri.

S. Tho.

QVAESTIO PRIMA, DE IVRE.

S. Thom. 2.2. quæst. 57.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ius sit obiectum iustitiæ.

Primũ arg. partis negatiuæ.

QVæritur ergo primo, verum ius sit obiectum iustitiæ? Et arguitur à parte negatiua ex verbo Celsi Iurisconsulti lib. 1. de Iust. & iure. Ius est ars boni & equi, ars enim non est obiectum virtutis iustitiæ, quæ est in voluntate, sed per se virtus intellectualis, vt 6. Ethic. auctor est Aristo. Secundo, Iustitia præcipue nos Deo subiicit, secundum illud Aug. in lib. de moribus Eccl. Iustitia est amor tantũ Deo seruiens: & ob hoc bene imperans cæteris, quæ homini subiecta sunt ius autem addiuina non pertinet ad humana. Sic. n. Isid. 5. c. 2. distinguit inter fas & ius, quod fas sit lex diuina: ius autem humana, ergo ius nõ est obiectum iustitię. In contrarium autem est tam idem Isidorus quam Philosophus, ait enim ille ibidem, quod ius dictum est quasi iustum. Et refertur dis. 1. can. ius. Et Philosophus in principium 5. Eth. Omnes, inquit talem habitum volunt dicere iustitiam, à quo operatiui iustorum sunt.

Aristot. Secũdũ arg Augus.

Isidor⁹.

Aristot.

Diuisio iustitiæ Philosophus.

In vestibulo statim quæstionis primum omnium supponendum est iustitiam vno modo accipi generali nomine pro virtute.

Sic

Sic enim acceptam Philoſoph. 5. Ethic. c. 1. appellat illam totam virtutem. Vnde & iuſtus idem eſt quod ſtudioſus quicunque ſit inſignitus virtute. Et ratio amplíſſimi huius ſignificatus eſt, quod in omni virtute ex tat obedientiæ ratio legi debitę. Quidquid autem rationem debiti claudit, iuſtitiæ formam induit. Quo vtiq; ſignificato accepit Chriſtus Mat. 5. & iuſtitię nomen, Niſi abũdauerit iuſtitia veſtra, &c. Et, Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus. & Pau. 1. ad Tim 1, Iuſto nõ eſt lex poſita, Atq; hoc pacto non tractamus hoc de iuſtitia, neque habet peculiare obiectũ, ſed ſuum cuique virtuti eſt proprium, nempe id quod legitimum eſt, ſed accipitur vt eſt particulari virtus moralis atque vna quatuor cardinalium, cuius officium eſt facere iuſtum. Secundo, ne quis nobis ordinis perſionem improperet, quod prius de iuſtitia quam de iure dicendum nobis eſſet, no uerit, doctrinam eſſe Ariſt. 2. de anima, tex. 33. quod qui de potentia vel habitu tracturus eſt, exordium auſpicari debet ab obiecto, vnde habitus ſpeciem ſortitur, & per id quod deſcribi debet, vt qui de ſenſibus diſputationem init, prius debet de ſenſibili diſputare. Oculus enim non per hoc proprie definitur quod ſit ſenſus ſic aut ſic compoſitus ſed quod ſit ſenſus percipiendi colores, & pariter auditus quod ſit ſenſus percipiendi ſonum, & ſerra eſt inſtrumentum ſecundi ligna, & temperantia, habitus quo recte delectabilibus tactus vtimur. Pari ergo modo loco citato 5 Ethic. Ariſto. definit iuſtitiam per iuſtum, nempe quod at habitus quo iuſtum volumus & iuſtum operamur. Et Vlpianus. ff. de iuſtitia & iure Iuſtitia eſt, inquit, conſtans & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens Cum ergo iuſtitia per ius definiatur, merito à iure eſt nobis proficiſcendum. His ergo præhabilis ad queſtionem vnica concluſione reſpõdetur. Ius eſt obiectum iuſtitiæ Concluſio ex auctoritatibus Iſidori, & philoſophi, & iuriſconſulti modo citatis appellantium ius, iuſtum illud, quod iuſtitia in rebus conſtituit, ſatis conſtat, nihilo ſecius ratione amplius demonſtratur quæ ſumitur ex differentijs iuſtitiæ à reliquis virtutibus. Sunt enim ordine tres. Prima, quod cum proprium ſi omnium virtutum rectum perfice re opus rectitudo tamen reliquarum virtutum exiſtimatur in ordine ad ipſum agentem, iuſtitia vero in ordine ad alterum. Et ratio eſt quod iuſtitia eſt virtus ordinans habentem ad alium, reliquæ vero ipſum ordinant ad ſeipſum. Exempli gratia, Temperantia verſatur circa rectum vſum delectabilium tactus, & ideo ponit medium inter duas effectiones ipſius temperati, ſ. ne in ciborum venereorumve vſu à ratione exhorbitet, neque vero minus ſumat quam ſuſtentatio vitę poſtulat. Et pariter fortitudo inter timorem & audaciam modum cõſtituit. Iuſtitia vero facitæ qualitatem inter debentem, & alterum, cui quid piam debet. Et ſi vterque, noſtrum habebat quinque mutuo vero mihi dediſti vnum, cuius cauſa tantum habes quatuor, ego vero ſex, iuſtitia poſtulat vt tibi vnum refundam, vt vterque noſtrum habeat quinque, quod eſt medium inter quatuor & ſex. Pari modo, ſi tuas mihi operas locaſti iuſtitia poſcit vt merces mea eaſdem adęquet. Quocirca & res duæ iuſtificari dicuntur, dum adæquantur, utputa cum architectus lapidem ad normam iuſtificat, & ſutor calceum ad pedem. Secunda ex hac naſcitur differentia, quod in materia reliquarum virtutum nihil vere ac legitime cenſetur rectum, niſi reſpectu agentis, Exempli gratia, Si auarus parca vtatur menſa, non vt temperat, viuat, ſed ne pecuniam diſpendat, opus illud non cenſetur rectum, neque virtuti ad menſurarum. Si vero debitor quantum æris debet, tantum creditori perſoluat, ſiniſtra tamen intentione, nempe vt illud dilapidet, vel ſi gladium quem in depoſito habet, domino reſtituat, ſciens in malum vſum eſſe ab illo repetitum, tunc tale opus iuſtum ſimpliciter cenſetur, quia eſt debito æquale, licet non ſit opus virtutis, neque qui ſoluit, ſit ſtudioſus. Atqui ex hac rurſus exoritur tertia differentia, nempe quod merito Doctores virtuti iuſtitiæ per ſe obiectum adſcribunt quod ius appellant & iuſtum, non autem reliquarum ulli, eo videlicet, quod in virtute iuſtitiæ iuſtum ipſum ex natura conſtituitur, in reliquis vero non niſi ex recta intentione agentis. Quapropter D. Thom. (quod meditate conſiderandum eſt) tractatus aliarum virtutum, nimirum fortitudinis aut temperantiæ, non ab earum obiectis exorditur, ſed à virtutibus quæ faciunt rectitudinem in opere, tractatum vero iuſtitiæ ab obiecto, quod in rebus ipſis conſiſtit.

Paulus.

Solutio tacitæ obiectionis Ariſtot.

Rõ conclõnis.

Primã diſcrimen iuſtitię ſingulariter dicte à cęteris virtutibus.

Secũda dſia.

Tertia dſia.

S. Tho.

ſiſtit. Quin verò in alijs virtutibus non tã propriè dicitur obiectum, quam materia circa quam verſatur virtus, vt materia fortitudinis eſt periculum belli, & materia temperantiæ, delectabilia tactus: in quibus virtus medietatem inter duos affectus cõſtituit, ſed virtutis iuſtitiæ, propriè eſt obiectum, æqualitas ipſa rerum, in quam virtus tendit, ſicut viſus in colores. Habemus ergo concluſionem quod ius eſt obiectum iuſtitiæ. Veruntamen non deſunt, qui hoc diſcrimen ſuperficie tenus cernentes impugnent. Buridanus inquam quinto Ethicor. quæſt. prima aduerſus hanc doctrinam ſic inſurgit. Aut loquitur, inquit D. Tho. de rectitudine operis quatenus eſt rectitudo uirtutis, aut de eius rectitudine abſolute, licet non fiat à virtute. Si priori modo, tunc vti officia aliarum virtutum, ſic neque opus iuſtitiæ rectum eſt niſi in ordine ad agentem. Docet enim Ariſt. 2. Ethic. c. 4. nullum eſſe opus virtutis niſi fiat ex electione propter legitimum finem, quare, vt modò dicebamus, qui gladium reddit verò domino, vt homicidium faciat non ſtudioſus. Si verò loquatur de operis rectitudine abſolutè, non quatenus à virtute proficiſcitur, tunc in materia quoque aliarum virtutum eiuſmodi reperitur rectitudo ſine ordine ad agentem, vt ſi quis per hypocriſim ieiunijs legem obſeruet, aut propter vanam gloriam ſtrenuè ſe gerat in bello. Reſpondetur, tamen differentiam conſtitui in rectitudine abſolutè conſiderata. Et eſt hæc, quod cum rectitudo iuſtitiæ in rebus ipſis natura ſua ſit reperibilis, qui ſoluit æquale debito mala intentione & fine, facit quidem opus iuſtum, cum ius alteri ſuum tribuat, licet non ſit iuſtus ideſt ſtudioſus, quia non operatur quãdo, vbi, & quomodo oportet. In reliquis verò virtutibus, ſi vnam quamlibet tollat virtutis circunſtantiam, nulla reſtat moralis rectitudo, hoc eſt, ieiunium illud non erit opus temperatum? neque aggreſſus in bello, opus ſtrenuum, quia talia opera non habent aliam rectitudinem quam in ordine ad virtutis habitum.

Igitur, vt ad obiecta capitalia reſpõdeamus, circa materiam primi argumẽti idẽ Buridanus & nonnulli minus nominis ſignificatum callentes, negant nomen ius accipi pro obiecto iuſtitiæ, ſed aiunt idem eſſe quod legem, ſecundum verbum Iſidori quod refertur diſtin. 1. *Ius generale nomẽ eſt lex autem iuris ſpecies*. At vero qui hoc negat, veritati ſe auctoritate omnium armatæ, contrarium obijcit. Enimuerò quod Philoſophus appellauit iuſtum vbi dixit iuſtitiam eſſe habitum iuſtorum effectricem, Iuriſconſultus planè nuncupauit ius dicens, Iuſtitiam eſſe virtutem ius ſuum cuique tribuendi. Si ergo iuſtitia facit ius & iuſtum, quis abnuat ius eſſe obiectum iuſtitiæ: Immo crediderim per Apocopen, hoc eſt per amputationem ſyllabæ in fine dictionis, iuſtum, dictum eſſe, ius ſicut pro eo quod, poteſtis, dicimus, potes. Vnde Græcè Δικαιον idem promiſcuè ſignificat, quod iuſtum, & ius. Quare idem ipſe Iſidorus eodem loco ſtatim ſubdit, ius dictum eſſe quia iuſtum eſt. Quapropter lex ipſa ideo dicitur iuſta, quia iuſtum in rebus conſtituit.

At verò quoniam opificiorum artificiorũque nomina ad ſignificandum quoq; artes transferuntur, ſicuti nomen medicinæ, quę eſt res per artem compoſita, ad artẽ ipſam accommodatur, nomen iuriũ deriuatum eſt, primum ad ſignificandum artem cognoſcendi quidnã ſit iuſtum, & exinde rurſus ad ſignificandum egẽ. Cauendum namque tibi eſt idem eſſe cenſeas artem boni & æqui, & legem art. n. non eſt dictamen. ſed ſcientia potius moralis, qualis eſt in iuriſconſultis ad inueſtigandum quidnam æquum ſit lege ſancire: Lex autẽ eſt regula prudentiæ, ſeu dictamen practicum inde conſtitutum, puta, fac ne facias. quæ quidem eſt in principe, vt libro primo, quæſtio 1. declarauimus. Quocirca vbi ait Iſidorus legẽ eſſe iuris ſpeciem, nõ accipit ſpeciem quaſi quid generi directè ſubiectum, vt eſt homo animali, ſi quidem ſubdit, ius id eſſe quod iuſtum, ſed quia eſt regula præceptioq; iuris ſcripta. Ius enim aliud eſt naturale menti noſtræ inditum, atque aliud ſcriptum, & ſecundum Iſidorum lex eſt conſtitutio ſcripta: Et per hoc detegitur ſenſus verborum Celſi, ius eſt ars æqui & boni. Vbi hallucinatus Accurſius, ait non idem eſſe æquum quod bonũ, fingens neſcio quid diſcriminis inter illa membra, cum tamen æquum & bonum, vt doctè illic. Budæus adnotauit, & nos ſupra libro 1. quæſtio 6. artic. vlt. declarauimus, loco ſimplicis nominis accipiatur, id eo quod eſt ἐπιεικεια puta legis interpre-

Burid. Rõ Buridani contra diuum Thom.

Ariſtot.

Solutio rationis facta.

Ad primũ arg. Burid. Refellitur Buridan.

Nõ sũt idẽ lex & aĩs boni & æqui.

ratio, caſu quo palam eſt legislatorem ſi adeſſet noluiſſe legem ſecundum ſcripturæ rigorem ſeruari, vt collegitur ex l. nulla, ff. de legibus. Nam leges non poſſunt in omnes ſingulares caſus proſpicere, vt habetur l. neque leges, & l. non poſſunt eod. tit. Quo fit, vt cum ait Iuriſconſultus ius eſſe artem boni & æqui ius, accipiatur, nõ pro ſcripto, ſed pro naturali, vtpote quòd τεχνίτευα faciens contra verba ſcripti iuris mentem eius ſeruat illæſam, in qua ius naturale conſeruatur. Quare ars æqui & boni idem eſt quod ars tuendi naturale ius, vbi ſcriptum apparet iniquum Habetur enim iuſti. de ſucceſſ. libr. §. 1. Prætoris edicto hæc legis iniquitas emendata eſt & ff. quod quiſque iu. & cap. l ſiquis, ait. Vlpia⁹. Si quis iniquum ius aduerſus aliquem impetrauerit, ipſe eo iure vtatur. Vnde etiam illud emanauit axioma. Sũmum ius ſumma iniuria. Atqui ex his ipſis quæ dicta ſunt, colligitur intellectus Vlpiani in eadem lege, vbi ait. ius a iuſtitia appellatum eſt. Enimuero ſi ius pro obiecto iuſtitiæ, vt dictum eſt, accipias, falſum quidem eſt. Nam potius econuerſo iuſtitia dicitur à iure: quandoquidem habitus ab obiecto ſortitur ſpeciem. Præterquam quod per grãmaticorum regulam longior dictio a breuiori deriuatur. Accipit ergo Iuriconſultus ius pro parte & ſcientia de iure naturali iudicandi. Illa enim ob id naſcitur ex iuſtitia, quòd ille ſolus, qui iuſtus eſt, prudentia viget, vt ait 6. Ethi. Ariſt. ad rectè agendis iudicandum. Vt ergo dictorum faciamus epilogum, ius eſt in rebus: ars vero æqui & boni in intellectu docente iuſtum operari, ſicuti ars fabrilis. Sed lex eſt regula intellectus practici per prudentiam conſtituta, atque adeo ratio iuſti, hoc eſt factiua & conſtitutiua iuſti: iuſtitia denique virtus voluntatis, quæ ſecundum legem iuſtum in rebus conſtituit. Quo fit, vt cum dicitur ius alicui reddi, non alter accipiatur, quam vt eſt obiectum iuſtitiæ. Tametſi S. Thom. nonnihil diſcriminis interoſcat nempe quòd ius reddere, ſit ſententiã in fauorem alicuius pronunciare, ſiue ſecũdum rei ueritatem, ſiue ſecundum allegata & probata, etiam dum ſecundum veritatem iniquum ſit. Quòd autem ſubdit, ius quoque accipi pro tribunali loco, vt dum reus dicitur in iure cõparere, fortè ex Paulo Iureconſulto accepit, qui l. pen. ff. de iuſtit. & iure ait ius accipi pro loco. Neſcio tamen an ſatis aptè dictum ſit: nam quando quis dicitur de iure comparere, eodẽ modo videtur ius accipi, quo quando dicitur in ius vocari: in ius autem uocari, vt ait Iureconſultus, ff. de in ius vocando, eſt iuris experiundi cauſſa vocari, nempe ut actor rei nomen diferens, experiatur an ius ſibi patrocinetur, vbi ius accipitur pro iure ipſo vel pro lege.

Vlpiani ſenſus.

Epilog⁹ ante dictorum.

S. Tho.

Ius non ſatis aptè accipitur pro loco tribunalis.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur Auguſtinũ. vbi ait iuſtitiam eſſe amorem Deo ſeruientem, non denotare iuſtitiæ ſubſtantiam: imò uero cum Deo æquale reddere nemo poſſit, nulla eſt inter nos & Deũ propria ratio iuſtitiæ, ſed dicit iuſtitiam eſſe amorem i. ex amore ſeruiendi Deo naſci, & ad eundem tendere finem. Quapropter, fas idem eſt quod pium & religioſum: nempe fari dignum: quod quid excelſius eſt, quam iuſtum.

Ad ſecũdũ arg.

ARTICVLVS II.

Vtrum diuiſio iuris in ius naturale & poſitiuum ſit generi congruens

POſtquam viſum eſt quidnam ſit ius, ſequitur de ius diuiſione, vtrum cõgruè hoc genus ius, in has duas ſpecies, naturale, ſcilicet & poſitiuum, diuidatur. Et arguitur a parte negatiua: Nullum eſt in hominibus ius naturale, ergo diuiſio ſupponit falſum. Probatur antecedens: Ius naturale eſt immutabile atque idem apud omnes, vt habetur diſtinctione prima canon. ius naturale, in rebus autem humanis nihil eſt immutabile: quia omnia humana in aliquibus caſibus deficiũt, ergo nullum eſt ius naturale.

Primũ argum.

Secundo arguitur: Nullum eſt ius poſitiuum: ius enim poſitiuum eſt quod humana uoluntate & arbitrio ponitur: vt 5. Ethicor. cap 7. ait Philoſoph & eadem diſtinctio. Iſidorus: vbi inquit ius ciuile eſſe quod quiſque populus ſibi conſtituit. Ex hoc autem quod humana uoluntate ponatur, non ſequitur id eſſe rectum, atque adeo neque ut ſit ius: ergo nullum eſt ius poſitiuum. Tertiò: Ius diuinum neque poſitiuum eſt, cum humanæ auctoritati non innitatur, neque uero naturale: quia naturam.

Secũdũ.

Ariſtot.

Iſidor.

Tertiũ.

turam excedit, ergo diuisio non est sufficiens. In cōtrarium autem est auctori Philosophi loco citato 5. Ethic. c. 7. vbi ius politicum, puta ciuile, diuidit in naturale & positiuum, quod appellat legitimum.

Aristot.

Primū fūdamētum.

Hic primū omnium nosse oportet eisdem prorsus diuisionibus ius distribui, siue illud pro lege accipiat, siue pro iusto, quod est iustitiæ obiectum: nam ex iure, quod iustitiæ obiectum est, & iustitia rationem habet virtutis, & lex rationem regulæ. Quapropter cuncta, quæ lib. 1. q. 5. de diuisionibus iuris accepit pro lege, dicta sunt, & in hunc quoque locum competunt, ac per inde breuior hic erit disputatio. Secuudò & hic quoque obseruandum, quod ius non statim ex æquo, vt fere iurisperitorū schola arbitratur diuidendum est in tria scilicet in ius naturale: & gentium, & ciuile licet id Isidorus videatur censere, vt sequenti articulo patebit. Neque vt alij putant, in quatuor, scilicet in hæc tria, & ius diuinum. Sed si artem diuidendi consulas, vis, vt commune est ad diuinum & humanum, diuiditur in duo scilicet naturale & positiuum, & pariter ius diuinum, ac deinde ius positiuū humanum, in ius gentium & ciuile. Vnica ergo conclusio ad quæstionem respondet: Ius primò diuiditur in naturale & positiuū. Probatur conclusio: Ius seu iustum, idem, est quod æquale & adæquatum, hoc autem fieri non potest nisi altero duorum modorum, videlicet aut ex natura rerum, aut ex condicto humanæ voluntatis, dimittamus enim tantisper diuinam legem, de qua statim similiter censēdum est. Exempli gratia: Vt qui aliquid credito recipit tantundem restituat, natura rerum docet, & ideo ius naturale est, sicuti & quod fęmina viro genera ionis gratia adiungatur. Quòd autem frumenti modius quinque sic lis væneat, certè non natura fecit, sed humanum condictum, puta reipublicæ consensus aut principis. Nam cùm adorationem legis vis requiratur coerciua, non omne condictum vim nanciscitur legis, sed quod est reipublicæ. Vnde quod priuatim inter ciues intercedit, non lex, sed pactum est. Pari modo, quod consāguinei in quarto gradu matrimonium ineant, natura non vetuit, sed humana voluntas. Cum ergo his tantum duobus modis vsu venire possit æquum & iustum, fit vt duo membra genus ipsum iuris absoluant. Igitur cum audis ius naturale esse illud, quod est à natura, bifariam id intelligito, nempe & à natura id docente, & ab eadem ipsum instigante. Vnde Vlpia. l. 1. ff. de iusti. & iur. Ius, inquit, naturale est commune omnium: eo quod vbique instinctu naturæ, non constitutione habetur aliqua. Vbi è regione opponens naturalē instinctum & constitutionem, nostram bimembrem diuisionem insinuat. Eodemq; refertur Ciceronis diuisio lib. de Inuen. in quientis: Naturale ius est, quod nobis non opinio, sed quædam innata vis affert. Omnes itaque definitiones istę per caussam efficientem constituuntur. At verò Arist. 5. Ethic. capite iam citato, per caussam id formalem philosophico more definit, dicens: Ius naturale est, quod vbique eādem vim habet, & non quia videtur: id est quod vbique natura sua necessarium est, & nō quia humano iudicio & arbitramento ponitur. Etenim vt qui decem accepit, totidem reddat, non est iustum, quia hominibus ita existimatum: sed natura sua, sicut ignis est calidus, quod autem frumentum tanti vendatur, vinum verò tanti, atque hoc vitium tali vindicetur supplicio, & hoc aut illud offeratur sacrificium, & similia non natura, sed humana voluntas iustum fecit. Quare ait illi Philosoph. iustum legitimum antequam essent positum, nihil referre, sed postquam positum est. In summa, diuisio hæc præsens in idem cum illa coincidit, qua Doctores distinguunt, alia esse vel iussa quia bona, vel prohibita, quia mala alia verò vel bona, quia iussa, vel mala, quia prohibita. Offert se nihilominus nonnihil ambiguitatis circa definitionem illam iuris naturalis per caussam efficientem: Si enim ius naturæ est, quod natura docet, nemo illud posset ignorare, & tamen multa sunt de iure naturæ, quæ barbaræ gentes ignorant: vt fornicatione simplici ex concilio apostolico adnotauimus, Act. 5. quæ ideo prohibita fuit conuersæ gentilitati, ne per ignorantiam excusarentur. Rursus: Si ius naturæ est illud ad quod natura instigat, si tius omne naturale esse necessarium, quod tamen videtur esse falsum, cū super aliquo, vt supra diximus, dispensari possit. Ad horum prius respondetur, quòd non quicquid natura docet, omnes capiunt,

Scd̄um.

Conclō rñsiua.

Probatio.

Cicero.

Aristot.

Prima obiectio aduersus definitionē iuris naturalis.

Ad primā obiectionem

piunt, ſed illi prorſus qui ſerenam habent rationem & ab omni nebula liberam. Nã qui in vitia immerſi caligine illam obduxerunt, naturæ radios nõ ſatis perſpiciunt. Poſterior verò dubitatio tacta eſt inter arguendum in fronte quæſtionis.

Reſpondetur ergo ad primum argumentum, vbi idem monebatur ſcrupulus, conceſſo ius omne naturæ eſſe ſimpliciter neceſſarium natura ſua. Quapropter præcedenti lib q. 3. diximus eſſe indiſpenſabile. Quin verò Scotus ipſe quamuis cenſeat præcepta ſecundæ tabulæ diſpenſabilia eſſe, negare non debet quin ſint natura ſua neceſſaria. Sed fortè diceret, quòd Deus natura ſuperior poterit ſuper illis diſpenſare ſicuti angeli & cæli licet ſint res natura ſua neceſſariæ, poſſunt ſupernaturaliter annihilari. Iametſi ſatis demonſtratum ſit neque id de eiſdem præceptis eſſe poſſibile. vtpotè cum prorſus eorum naturę repugnet eſſe licita, ſicuti homini eſſe irrationalem. At verò id quod natura ſua eſt neceſſarium poteſt mutatis rebus mutari. Neceſſitas quippe vniuſcuiuſque rei ſecũdum eius naturam perpendẽda eſt. Si enim natura rei immutabilis eſt, tunc & ius eius erit ſimpliciter immutabile, vt quia cęlum res eſt immutabili, eius motus eſt immutabilis, ſed quia aqua eſt res mutabilis licet ſimpliciter illi ſit naturale infrigidare, nihilominus quando eſt calida calefacit. Pari modo, quod depoſitum ſit domino reddendum, per ſe conſideratum eſt ſimpliciter neceſſarium, ſed quia homo eſt mutabilis dum dominus, prauè affectus ſuum gradium petit ad occidendum, non eſt illi reddendum: quia ſicut ſanus exiſteret, ius eſſet ei reddere, ita dum inſanus ſit, ius eſt non reddere. Eodem modo ius per ſe ſimpliciter neceſſarium eſt quidquid debes vt ſoluas quando verò ſoluendo non es, ius non te litigat. Hæc ergo mutatio non tam fit in iure, quam in hominibus ipſis. Atqui ex hac radice in fine primi libri rationem deduximis, quare expedit leges humanas nonnũquam mutari, nempe quia res mutantur. Et lib. 1 q 3 commonſtrauimus, in illas leges quæ rationem ipſam iuſtitiæ & finem continent, diſpenſationem cadere non poſſe, in illas verò, quæ non finem, ſed media ſecum afferunt, cadere poſſe, hoc enim naturalium genus eſt, quod Ariſtoteles loco citato ait poſſe mutari. Nam etſi dextera naturaliter validior ſit, aliquando deficit: & eſt ſiniſtrum brachiũ robuſtius.

Ad primũ arg. principale.

Ariſtot.

Ad ſecundum reſpondetur conceſſo non eſſe regulam generalem vt quidquid voluntas conſtituat, continuò ſit iuſtum. Nã ſi quid contra ius naturæ conſtituat, nunquam vim legis obtinebit vt ſuprà dictum eſt reclamante propheta Iſa. 10. Vę qui cõdunt leges iniquas. Sed quando res eſt nõ ſolum naturæ non repugnans, verum pro loco & tempore congruens, tunc voluntas humana, ſi publica auctoritate polleat, id poteſt conſtituere, quod quia conſtitutum eſt, fit iuſtum, & vt ait Ariſt. quod non referebat, iam inde refert.

Ad ſecũdum.

Ad tertium denique reſpondetur, vt ſuprà inſinuauimus, quod ius diuinum non condiuiditur eadem diuiſione contra ius naturale & poſitiuum, immo verò ſimiliter diuiditur. Itaque, vt perſpicua fit diuiſio, primum omnium diuiditur ius in diuinum, & humanum, deinde vtrunque mẽbrum eadem prorſus diuiſione ſubſecatur vt ius diuinum alterum ſit naturale, atque alterum poſitiuum. Vniuerſum enim ius naturale eſt diuinum: eo quòd Deus eſt auctor naturæ, ac ſubinde cuiuſcunque eius iuris, ſed ius diuinum poſitiuum eſt quod ſupra naturam eſt ab ipſo poſitum, vt ſacramentorum iura Chriſtianæ familiæ, & ceremonialia ac iudicialia antiquæ legis. Præcepta autem primæ tabulæ decalogi non ſimpliciter dicuntur ius diuinum poſitiuum licet, vt ſupra dictum eſt, per fidem ſint explicita. quia ex rerum natura pullulant, licet, niſi opitulante fide, non ab omnibus agnoſcantur.

Ad tertium.

ARTICVLVS III.

Vtrum ius gentium ſit idem cum iure naturali.

CVm duo tantum mẽbra in proxima diuiſione poſuerimus, dum genus iuris naturale tantum & poſitium diſtinximus, dubium de iure gentium reſtat: verò nam illorum membrorum comprehendatur? Et arguitur, quod contineatur ſub iure naturali. Ius enim illud in quo omnes homines conueniunt eſſe non poteſt niſi naturale. quod, vt proximè diceba-

Primũ argum.

mus

mus, commune eſt omnibus, iure autem gentium omnes gentes conueniunt, ſecundum illud Vlpian l. j. ff. de iuſt. & iur. Ius gentium eſt, quo gentes humanæ vtuntur. ut Inſti. de iure natu. &c. Ius gentium omni humano generi commune eſt, ergo ius gentium & naturale idem ſunt. Secundo arguitur, ſeruitus eſt de iure gentium, vt habetur diſt. 1. can. ius gentium, & Inſtit. modo cita. & ff. de iuſt. & iur. l. manumiſſiones ſunt autem, ut Philoſophus ait 1. Politicor. multi naturaliter ſerui, ergo ius gentium eſt naturale. Tertio, Ius diuiditur in naturale & poſitiuum, ſed nunquam vniuerſe mundi gentes conuenerunt vt ius aliquod ſtatuerent, ergo natura idem ius docuit, atque adeo eſt naturale. In contraium autem eſt Iſidorus diſtin. 1. can. ius autem. vbi diſtinguit ius gentium a naturali dicens. Ius autem naturale eſt, aut ciuile aut gentium.

Secũdũ

Ariſtot.

Tertiũ.

Iſidorus

Ad quæſtionem vnica concluſione reſpondetur, Ius gentium & a iure naturali diſtinguitur, & ſub iure poſitiuo comprehenditur. Hanc concluſionem etſi expreſſe hic S. Tho non ponat, tamen argumenta eius quib. initio qnæſtionis arguit ius gentium eſſe naturale, inſinuant eius eſſe mentem id negare, affirmareque ſubinde eſſe ius poſitiuum. Præterquam quod, 1. 2. q. 95. ar. 4. id plane affirmat, vbiius poſitiuum diuidit in ius gentium & ciuile, quod nos lib. 1. q. 5. expoſuimus. Et ratio quam hic adducit, id ipſum patefacit. Probatur ergo concluſio: Ius naturale (vt articulo proximo diximus) eſt illud quod ex rerum ipſa natura adæquatum eſt, & alteri commenſuratum. Hoc autem dupliciter contingit. Vno modo. ſecundum abſolutam rerum conſiderationem, ſicuti maſculus & fœmina abſoluta natura ſua coaptantur in vnum generationis officium, & pater curat filium alere. Alio modo quidpiam eſt alteri commenſuratum, non ſecundum abſolutam eius naturam, ſed in ordinem ad certum finem & per certas circunſtantias conſideratum. Exempli gratia. Quod hoc prædium ab hoc proprio domino poſſideatur, & aliud ab alio, natura rerum abſolute exiſtimata non magis exigit, quam vt omnia in communi poſſideantur. Attamen ſi ager idem conſideratur, vt ad ferendos fructus colendus atque in pace poſſidendus, & pro ſtatu naturæ corruptæ in quo homines ſegniores exiſtunt, ad impendendas proprias operas, quæ in commune bonum ceſſuræ ſunt & alienorum ſunt auidi, ratio ſtatim colligit omnino conducere vt poſſeſſionum diuiſiones fiant, quemadmodum Philoſophus 2. Poli docet, & libro nos quarto, quæſtione de rerum diuiſione, monſtraturi ſumus. Ex hac ergo diſtinctione elicitur concluſionis ratio. Remanq. abſolute apprehendere non ſolum hominibus, verum & cæteris etiam animantibus naturalis inſtinctu conuenit, & ideo ius quod ſimpliciter eſt naturale, vt ſocietas maſculi & fœminæ, ac prolium nutritio, cunctis eſt animalib. commune. Ad vero de rebus in ordine ad finem ſubcertiſque circunſtantiis iudicare, non omnibus animalibus competit, ſed paculiariter homini virtute rationis, cuius eſt vnum ad aliud conferre. Id ergo ius quod per talem collatiuam rationem conſtituitur, dicitur ius gentium, ideſt ius quod gentes vniuerſæ, quatenus rationales ſunt, ſibi conſtituerunt. Per horum ergo intellectum clareſcunt Iuriſconſultorum verba, quorum explanatio morali philoſopho incumbit. Ait enim Vlpia. l. 1. ff. de iuſti. & iur. ius gentiam a naturali recedere, idque inde licere facile intelligere, quod illud omnibus animalibus hoc ſolis hominibus interſe commune eſt. Et Caius l. omnes populi. Quod naturalis, inquit, ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peræque cuſtoditur, uocaturq. ius gentium. Non ait, Quod ſimplex lux naturæ, ſed. Quod, ratioq̃ hominibus propria eſt conſtituit, i. ponit. Atq. hic denuo argumẽtum ſumitur aliud concluſionis. Ius enim naturale eſt ſimpliciter neceſſarium, i. quod non dependet ex humano conſenſu, ius autem gentium obligat, quia videtur, i. quia ab hominib. ſic iudicatur, nunquã aũt rerum poſſeſſiones diuiderentur, niſi homines conſentirent, vt iſti illas, alij vero alias poſſiderent, ergo ius gentiũ non eſt ſimpliciter naturale, ſed poſitiuum. Quod ſi concluſionẽ noſtra hoc argumẽto cõcutias, q̃ inde fieret conſequens ius gẽtium idem eſſe quod ciuile, vt luculentior tibi fiat rñſio, diferẽtiã accipito inter has iuris ſpecies. Primũ omnium, ius gentium & ciuile a naturalis differunt, eo q̃ naturale ſimpliciter eſt neceſſariũ ſe-

Conclõ reñſiua. S. Tho.

Probõ conclu. ſionis.

Philoſophus.

Elucidatur varia

Iuriſcõſultorũ uerba.

Alia rõ pro conclõne.

Scrupulus.

Solutio.

cundum abſolutam rerum conſiderationem, vt dictum eſt, & ideo cunctis animantibus, cõmune, ius vero tam gentium, quã ciuile humana ratione eſt poſitum. Ius autem gentium & ciuile in primis hoc baſiliari diſcrimine differunt quod lib. 1. q. 5. argu. 4. ex mente D. Tho. de prompſimus, nempe quod ius gentium ex principiis naturalib. rerum conſideratarum in ordine ad aliquem finem & circunſtantias per uiã concluſionis elicitur, vt dicas, Agricolendi ſunt, & hoſtes negligentiores ſunt, ad communia, q̃ ad propria, ergo priuatim poſſidetur. Ius autem ciuile colligitur ex vno principio naturali, & altera præmiſſa arbitratu humano poſita, & ideo non colligitur per viam illationis ſed per determinationem generalis principii ad ſpiritualem legem vt de ceremonialibus, & iudicialibus identidem dictum eſt, vt ſi dicas, Res iuſto pretio vendantur, iuſtum autem tritici pretium pro rõe pñtis loci & tẽporis eſt quinq. ſiclorum, minor enim non eſt de iure naturæ. Et malefactor eſt plectendus, ergo ſuſpendendus latro. Ex hac prima diferentia ſequitur ſecunda, quod ad conſtituendum ius gentium non requiritur hominum cõuentus in vnum locum quoniam ratio ad ſingulos per ſe docet, ſed ad conſtituendũ ius ciuile, requiritur reipublicæ concilium, aut principis auctoritas, vt vltro citroq habito conſilio cõſtituatur. Adque ex hac rurſus ſequitur tertia, videlicet quod ius gentium eſt gentibus omnibus commune vt dictum eſt, ius autem ciuile eſt, vt ait Iſidorus, quod quiſque populus vel ciuitas ſibi proprium conſtituit. Quare aliud eſt ius Athenienſium, aliud vero Romanorum, &c vt habetur Inſti. de iure na. & gent. §. ſed ius. De iure autem gentium omnes pœnæ contractus introducti ſunt, vt emptio & venditio, locatio, &c ſine quib. humana ſocietas conſtare non poteſt, ut patet eodem, Iuſt. §. ius ãt & ff. de iuſt. & iure l ex hoc iure Iſidorus ergo quia nouit ius gentium, & a naturali differre, & a ciuili, ne tot faceret diuiſiones, diſtinxit ius in hæc tria mẽbra. Artificioſius ergo diuiditur in ius naturale, & poſitiuum, ac deinde ius poſitiuũ humanum in ius gentium, & ciuile. Eſt autem admonito opus, ne quemquam diuiſio Ariſtotelica fallat lib. 5. Eth. c. 7. vbi ius politicum diuidit in naturale, & legitimũ. Haud enim politicum pro eo prorſus vſurpat, quod iuris prudentibus eſt ciuile, nam ius naturale nõ eſt ſpecies ciuilis, ſed illi cõtra poſitũ. Appellauit ergo generaliter ius politicum ius omne, quo ciuitas utitur, quo nomine tam naturale quam gentium, quam etiam ciuile comprehenditur. At vero non omnes ſcrupuli extincti ſunt, qui ex hac concluſione ſucreſcunt, videntur enim iura contra extare. Ait quippe Pomponius, l veluti. ff. de iuſt. & iur. religionem erga Deum, & vt parentibus, & patriæ pareamus, eſſe de iure gentium. Et Florentinus. l. vt vim iniurias propulſare, ad idem ſpectare ius hæc tamen omnia ſunt de iure naturæ. Nam præceptum religionis & honorandi parentes in decalogo ſunt, qui vt ſupra ſatis demonſtrauimus, germen eſt naturalis iuris. Et propulſare iniuris, concluſio eſt illius principii. Vna quæq. res appetit ſe conſeruare, ergo ius gentium idem eſt, quod naturale. Et ſecundo id ipſum arguitur. Libro proximo hanc ſæpè repetiuimus differẽtiam inter moralia præcepta ex vna parte, & ceremonialia, atque iudicialia, & ius ciuile ex altera, quod moralia inferunt ex principiis naturæ per modum concluſionis non autem reliqua, vt modo declarabamus. Qua de cauſſa diximus decalogum eſſe de iure naturæ. Si ergo ius gentium infertur ex eiſdem principiis per modum concluſionis, fit, vt fit pariter de iure naturæ.

Primũ diſcrimen iurisciuilis ac gentiũ.

Secũda dria.

Tertia.

Contractus fere oẽs iure gẽtiũ introducti ſunt.

Primũ arg. contra pdicta.

Secũdũ.

Ad primum argumentum reſpondetur iuris prudentes nimium extendere ius gentiũ. Cenſent namque tali appellatione comprehendi quidquid cunctis mortalibus eſt commune, & ius naturale id duntaxat eſſe quo ẽt bruta eum hominib. conueniunt, cũ tñ multa ſint naturalia iura, quæ peculiariter conueniunt humanæ naturæ & nõ brutæ, vt eſt decalogus, & quæ ibi implicita ſunt. Differentia ergo non eſt, ſed quã nos poſuimus, ſ. q̃ ea quę inferuntur ex abſoluta rerum natura, & conſequentia neceſſaria, pertineãt ad ius naturale, illa vero quæ non ex abſoluta conſideratione, ſed modo expoſitum in ordine ad certũ finem, ſint de iure gentiũ. Quare decalogus non de iure gentium, ſed de iure naturæ eſt. Ex hoc elicitur ſolutio ſecundi argumenti. Quando enim diximus ius gentiũ elici ex principiis naturæ per viam illationis, nõ intelligitur, q̃ illatio ſit omnino neceſſaria, ſed rei naturæ in ordine ad talem finem conuenies.

Ad primum.

Ad ſecũdum.

Haud.

Haud. n. ex necessitate colendi agros vel pacificæ eorum possessionis consequitur tã necessario dominorum diuisio, quam exil lo principio. Id ne facias aliis &c. elicitur. Non occides, quia est illi fini congruentissimum atque expedientissimum. Hic autem oboritur postremum dubium, vtrum in ius gentium cadat dispensatio, an vero perinde atque ius mortale sit in dispensabile? Respondetur sub distinctione, Aliqua enim sunt de iure gentium adeo conducentia ad humanum conuictum, vt nulla tenus fas sit super illis dispensari, imò forsan dispensatio esset irrita, vt diuisio rerum de qua modo dicebamus. Nanque nisi in ter religiosos, intollerabilis esset communis rerum possessio. Alia vero sunt eiusdē iuris, quæ sunt pro caussa dispensabilia. Seruitus enim est de iure gentium, & tamen dispensatum est, ne Christiani capti in bello, pro seruis habeantur, & nonnulli contractuum ciuilium, etiam qui sunt de iure gentium, possunt dispensari. Est enim de iure gentium seruare fidem hostibus, vt seruare legatos in bello tamen si caussa fidei contrarium posceret, non esset seruandum, immo si corrupta dogmata disseminarent, exurendi essent neque dispensatione opus esset.

Postremũ dubium. Solutio.

Primum igitur argumentum capitale iam solutum est, negatur. n. omne illud in quo oēs gentes conueniunt, esse ius naturale. Et ad secundum respondetur, quod Philosophus quando ait homines esse iure naturæ seruos, nō accipit ius naturæ simpliciter: nam absolute humana natura pēsata, non est cur magis vnus seruiat quam alter, sed si perpendatur in ordine ad finē puta, vt doceatur quis ab alio, & vt seruetur in bello. Et ideo potius est iuris gentiũ, tam etsi seruitus illius qui iuditior est, vt a sapientiori moribus imbuatur, nō est liberati contraria, vt lib. 4. in propria quæstione dicturi sumus, & ideo est magis naturalis, id est naturæ indiuidui congrues. Ad tertium itidem respōsum est, quod licet ad ius gentium requiratur consensus hominum, non tamen conuentus vti ad ius ciuile, nam dispertim vniuersæ gentes ratione naturali ad iuris perdocentur.

Ad primũ arg capitale. Ad secũdum. Ad tertium.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ius paternum ac dominatiuum & à iusto politico & inter se vlla ratione distinguatur.

REstat ex superioribus dubium circa quasdam iuris species, qualis est paterna & dominatiua, quæ non videntur sub rationibus superiorum prorsus comprehendi, Quæritur ergo, vtrum ius paternum & dominatiuum & a politico, & inter se distinguantur. Et arguitur vt moris nobis est à parte negatiua. Ad iustitiam in genere pertinet vnicuique quod suum est reddere, cum ergo ius sit obiectum iustitiæ, sit, vt pari modo vnumquenque æ qualis exaspiciat. Quare non est distinguendum aut inter patrem, & filium, aut inter dominum & seruum. Secundo. Lex quæ, vt ar. 1. diximus ratio est & regula constitutiua iusti, ad bonum commune totius ciuitatis spectat, non ad vllius personæ priuatum, pater autem & filius, dominusq. & seruus ad priuatam pertinent familiam, non ergo distinguitur ius paternum & dominatiuum a politico. Tertio. Si hæspecies viris essent discernendæ, pari ratione & distinguendæ essent aliæ plures secundum gradus diuersos, qui sunt inter ciues, vt puta ius militare, & sacerdotum &c. In contrarium ante est auctoritas Philosophi 5. Ethic. c. 6. distinguentis ius paternum ac dominatiuum a politico.

Primũ argum. a pte negatiua. Secũdũ Tertiũ.

Articulus hic in hoc solum adhibitus est ut locus hic citatus Aristo. exponatur. Ad hunc igitur tribus breuissimis conclusionibus respondetur, quibus sententia Aristot. summatim exponitur Prima est. Inter patrem & filium non est simpliciter iustum politicum, sed secundum quid. Et memento non usurpare nos hic politicum pro eo quod est ciuile, vt distinguitur, a iure naturali & gentium, sed vt proxime dicebamus, pro eo quod est ius inter ciues custodium. Sic enim accipit Aristoteles vt etiam naturale comprehendat. Probatur ergo conclusio. Iustum, vt hactenus dicebamus, idem est quod adæquatum & commensuratum alteri. Intercedit enim iusti-

Aristot. Prima conclō.

Probatio conclusiõis.

tiam, non nisi inter duos aut plures, est tamen vnus homo alter ab altero dupliciter. vno modo, quia simpliciter ab illo distinguitur vt cinis quilibet ab altero cine. Alio modo, secundum quid nempe quia quodam modo est alter, puta alterum suppositum, quodammodo vero idem, videlicet pars alterius. Filius autem non est simpliciter alter a patre, sed secundum quid, vtpote pars eius, vt habetur Ethic. 8. & nempe semen ab illo decisum ergo inter patrem & filium non est simpliciter iustum, sed secundum quid quod peculiariter dicitur iustũ paternum. Pari ratione constituitur secunda conclusio. Inter dominum & seruum non est simpliciter iustum. Quoniam, vt 1. Politicor. ait Philosophus, Seruus non est simpliciter aliud a domino, imo quidquid est, domini est, puta instrumentum ergo sicut inter instrumentum & artificem non est propria ratio iusti neque artifex iniuriam facit instrumentũ si ad libitum suum illo vtatur, sic neq; inter dominum, & seruum, secũdum quid, id est herile. Tertia cõclusio, inter virum, & uxorem maior est ratio, iusti, quam inter patrem & filium & quam inter dominum seruum. Conclusio hæc adiecta superioribus est ad conciliandum cum Apostolo Philosophum. Si enim Apostolũ audias ad Ephes. quinto inquiẽtem, uirum & vxorem ad idem pertinere corpus, secundum illud Gen. 2. Erũt duo in carne vna, facile inde tibi colligere videberis minorem rationem iusti interesse inter virum & vxorem quam inter patrem & filium eo, quod minus videantur esse duo, nihilominus Aristot. loco citato plus inter eos iusti internouit. Et ratio est, quod ambo, licet non ex æquo, ordinem tamen habent ad communem familiæ dispẽsationem. Quare, & filii & serui eodem pene iure obedire tenentur matrifamilias, quo & patri. Nam & si vxor obedire teneatur viro, cui ad eiusdem prolis generationem cõiungitur, ob idque dicatur esse quodãmodo idem corpus. i. idem corporale principium, qua rõne prima mulier decocta viri plasmata fuit, tamen non quæcunque singularis mulier eo modo pars est mariti quod filius patris. Immo, si ita loqui liceret, compars eius est, nam ambo sunt partes vnius carnis, ob id q. dicuntur duo in carne vna. Ac multo minus se habet ad virum, vt seruus. Quare Phil. 1. Polit. barbaries tribuit, vt fœmina & seruus eodem gradu habeantur, ob idque inter virum & vxorem œconomicum iustum est. Circa primam conclusionem in primis notandum, quod cum asseritur inter patrem & filium non esse simpliciter iustum, sed secundum quid, illud secundum quid quamuis rationem iusti diminuat, non tamen minuit rationem debiti & naturalis virtutis, sed potius auget. Et enim cum iustitia & ad alterum sit, & debitum insinuet, & æqualitatem constituat, ex defectu cuiusque illarum trium rationum deficit, ratione iustitiæ. Nam inter patrem & filium deficit ratione prima, quia non est simpliciter ad alterum. Præterea, ratione tertia, quia parentibus æquale reddere non possumus non autem ratione secunda, quia plus patribus debemus, quam cæteris. Quo circa caue putes ius paternum minus habere naturæ, quam politicum, imo magis naturale est, etsi munus habeat iustitię. Atqui rationes istæ multo iustius nobis competunt respectu Dei. Primum, quia quodammodo aliquid ipsius sumus, non quidem partes, sed tamen effectus, ideo multo minus sufficimus ei æquale reddere quam parentib. liberalitas autem deficit a ratione iustitiæ, quia non uersatur circa debitum. Fit ergo ex his consequens, illud secundum quid iustum, quod est patris ad filium, quidpiam excellentius esse, quam est simplex iustitia, vt puta pietatem. Siscitaberis autem forsan, vtrum cum diximus inter patrem, & filium non esse simpliciter iustum intelligatur ex utroq. termino, sitam patris ad filium, quam filii ad patrem? Respondetur vtrinque intelligi, licet non æqua ratione. Filij enim ad patrem non est iustum simpliciter, non solum quia pars est, sed quia æquale reddere non potest, patris autem ad filium, non propter rationem secundã, sed propter primam nempe quia se habet sicut totum ad patrem. Vnde sicut inter hominem & sua membra non est propria ratio iusti, quia non sunt simpliciter duo, sic neque patris ad filium. Nam quidquid in illum confert, sibi ipsi quodammodo cõfert, & prosperitas atque aduersitas filii patrem ipsum attingit. Vnde Seleucus Locrensium monarcha, vbi filio vterque erat eruendus oculus, supplicium ex æquo partitus est, vt vtrique alter erueretur, uasi ambo vnus essent homo. Huic autem veri

Secũda conclõ.

Rõ conclusiõis.

Tertia conclõ.

Paulus.

Rõ conclusiõis.

Explicatio primæ conclusiõis.

Solutio.

tati

tati forsan quis hoc obmoliatur argumentum. Esto ita sit, quod filius quã diu est sub cura parentum, aliquid sit patris, tamẽ post quam emancipatus est, iam inde, sua quadra viuens fit ciuis, sicuti est pater, cui deinceps publici magistratus pariter decernuntur. Immo quandoque est patre superior puta vel prætor, vel consul. vel dux belli. Item inter patrem & filium possunt tunc celebrari contractus emptionis, vẽditionis, & alij in quibus iuris ratio æqua libra vtrinque pendet: ergo inter patrem & filium interuenire potest perfecta ratio iusti. Atqui hoc annuere videtur diuus Thomas in solutione secundi argumenti, vbi ait quòd pater & filius, dominus & seruus, considerari possunt vt sunt homines, & vt vnus est alicui quid alterius, & ideo etiam dantur aliquæ leges de patribus quomodo se debeant habere erga filios. Caietanus contendit quomodocunq. considerentur filij, non esse ius simpliciter inter ipsos & parentes, sed secũdum quid. Nam ius, inquit, quod est inter eos quatenus homines, modificatur per illud, quod vnus est pars alterius. Et ideo fit ius secundum quod, puta paternum. At vero si meum iudicium vllius est momenti, distinguerem potius quod quantum ad naturalia iura semper inter filios, etiam emancipatos, & parentes manet ius paternum, puta quantum ad honores deferendos, & quantum ad aliqua obsequia, & iuuamina dum opus illis fuerit filiorum opera, sed quantum ad ciuilia, ius simpliciter & iustũ est inter illos.

Primũ argum.

S. Tho. Secũdũ.

Caieta. Solutio. auctoris rñsum.

Ad primum igitur arg. conceditur ad iustitiam pertinere reddere vnicuique quod suum est, supposito tamen quod sit alterius simpliciter ad alterum. Cum enim quis sibipsi quidpiam tribuit quod sibi debetur, puta cibum aut vestitum non facit simpliciter iustum, ac perinde cum pater alit filiũ. Secundi quoque responsio ex superioribus elicitur. Nam etsi iustitia ad bonum commune spectet, non obstat quo minus inter patrem & filium non habeat rationem perfectam. Attamen quia patres domus ad bonum etiam commune referuntur, iustitia quoque leges ponit tam patribus respectu liberorum, quam dominus respectu seruorum. Ad tertium, non negatur quin etiam republica distinguatur ius militare, & ius sacerdotum, vt libro primo, inter exponendas legum diuisiones, concessum est, & declaratum. Tamẽ illa iura nulla ratione deficiũt a perfecta iustitia, sicuti paterna, quia est alterius simpliciter ad alterum. Omnia enim reipublicæ membra immediatum ordinem habẽt ad bonum commune, & ideo tam iustum & inter principem, & ciuem & inter quemcunque magistretum & subditum, quam inter reliquos ciues, sed differũt illa iura penes diuersa officia, vt loco citato declaratum est.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ arg.

Ad 3.

QVÆSTIO II.

DE IVSTITIA.

S. Tho. 2. 2. quæst. 58.

ARTICVLVS I.

Vtrum definitio iustitiæ a Iuri sconsultis sit rectè constitutæ.

IVris igitur natura præfinita sequitur, vt virtutem ipsam iustitiæ, de qua præsens opus instituimus, & definitione monstremus & omnibus suis numeris circunscribamus. Queritur ergo vtrum definitio Vlpiani. ff. de iust. & iur. qua ait, Iustitia est constans & perpetua uoluntas ius suum vnicuique tribuendi, naturam iustitiæ absolutè declaret? Et arguitur a parte negatiua, Philos. 5. Eth. ait iustitiam esse habitum quo iusta operamur & volumus, non ergo est voluntas, quæ est potentia. Secundo, Sola Dei voluntas est perpetua, ergo vel iustitia non est perpetua voluntas, vel non est in hominibus. Tertio perpetuum & constans idem est, alterum ergo in definitione redundat. Quarto. Ius reddere, munus est principi proprium: non ergo id habitui iustitiæ competit. In contrarium est auctoritas Iurisconsulti.

Primũ argum. Aristot. Secũdũ. Tertiũ. Quartũ.

Ad quæstionem vnica respondetur affirmatiua conclusione. Definitio illa sane intellecta bona est. Etenim cum virtus omnis sit habitus electiuus, vt 2. Ethi. ait Aris. & habitus ab actu sortiatur speciem, ficuti, & actus ab obiecto, illa est optima vniuscuiuslibet uirtutis definitio, quæ per proprium

Conclõ rñsiua. Probõ. Aristot.

prium actum & obiectum naturam rei exprimit. Quoniã ſicut anima rationalis forma eſt hominis, ſic & actus eſt forma habitus, iuſtitia autem, vt ſupra ſæpe dictum eſt & inferius eſt demonſtrandum, eſt virtus quæ habentem ordinat ad alterum, inter quos æqualitatem conſtituit dati & accepti. Quare actus proprius iuſtitiæ eſt reddere ius vnicuique ſuum. Sunt autem & tres conditiones omni virtuti cõmunes, quas Ariſtot. 2. Ethicorum declarat ſcilicet vt ſciens quis operetur, atq. eligens propter finem, & tertio, vt perpetuo & conſtanter in omnibus actionibus, vt oportet, operetur nam vnus aut alter virtutis actus non facit ſtudioſum: ſicut neq vna hirundo ver. Vbi ergo Iuris petitus ait, Iuſtitia eſt voluntas, non accipit nomen pro potentia, ſed pro eius actu. nam nomen potentia aliquando tribuitur actui, quemadmodum principiorum cognitio, dicitur intellectus. Neque vero eſt predicatio identica, ſed cauſſalis: iuſtitia enim eſt habitus, quo fit voluntarius actus, quemadmodum Auguſt ſuper Ioann. ait. Fides eſt credere quod non vides, ideſt eſt habitus credendi. Quare voluntas ponitur loco generis. Oratorio autẽ modo Iuriſconſultus vſus eſt nomine, Voluntas, ad exprimendum in primis proprium virtutis ſubiectum: ſanæ, quod vt illico dicturi ſumus, eſt voluntas. Deinde ad exprimendum virtutis opus, quod debeat a ſciente & eligente ſpontaneo proficiſci: nã quod per ignorantiam vel per violentiam fit, quia non eſt voluntarium, non eſt officium. Et eadem ratione Anſelmus, quando in lib. de veritate dixit, quod iuſtitia eſt rectitudo, non fecit propoſitionem quam dicunt identicam, ſola enim diuina voluntas eſt ſua rectitudo: ſed vſus eſt propoſitione cauſali. propterea, quod iuſtitia efficit in opere rectitudinem. Quod autem Vlpian. adiecit, Perpetua, ſeruit ad depromendam tertiam conditionem virtutis Perpetuum enim dupliciter ſumitur. Vno modo, ratione actus, qui nunquam interrumpitur: atq. hæc perpetuitatis ratio ſoli Deo competit. Alio mõ ratione obiecti, vt ſcilicet quiſq. proponat in omni euentu debite & ſecundum legem operari, & hæc conditio neceſſaria eſt omni virtuti. Sapienter tamẽ appoſuit. Conſtans, quod non eſt idem quod Perpetuum. Nam Perpetuum, ſolum dicit propoſitum atq. intentionem ſic ſemper operandi Conſtans autem, addit eiuſdem propoſiti firmitatem, nempe vt homo tali propoſito non nutet, & vacillet, ſed fixum id gerat. Quæ quidem conſtantia nemini obtingit antequam omnem ſit adeptus virtutem, ſ. vt neq. propter auaritiam, neq. propter metum, neq. propter aliquam voluptatem, aliamve illam affectionem a iuſtitiæ rectitudine deflectat. Vnde Conſtans, idem eſt quod vndiq. quaſi teſſera, quadratus ſtans. Quot enim reperias habẽtes propoſitum ſemper ſtudioſè agendi, qui tamẽ quia firmis radicibus virtutis non nituntur, identidem dilabuntur Hactenus ergo genus virtutis iuſtitiæ definium eſt. Quod autẽ adbibuit, Ius ſuum vnicuiq. tribuendi, differentię locum obtinet, iuſtitiam a cæteris virtutibus diſcernens, atq adeo eius ſpeciem complens. Ex quo ſit Buridanum præter rationem. 5. Ethic q. 2. negare prædictam definitionem congurere iuſtitiæ quantum ad omnes ſuos actus. Subdit nanque ibidem Iuriſperius, Iuris præcepta ſũt hæc. Honeſte viuere, Alterum non lædere, Suum cuiq. tribuere. Ait ergo Buridanus definitionem hanc ſoli tertię parti iuſtitiæ conuenire. Porro autem hoc falſum eſt, immo exprimit totam iuſtitiæ ſubſtantiam Eſt enim propria eius functio ius cuique tribuere, ac perinde neminem lædere. Nam, Non occides, Non furtum facies, &c. rationes iuſtitiæ explicat. Prima autẽ pars Iuriſconſulti. ſ. Honeſte viuere, non eſt peculiaris actus iuſtitiæ, ſed generalis omniũ virtutum. Nam iam dictum eſt omnem virtutem, generalem habere rationem iuſtitiæ vt inferius hic amplius explicabimus. Et ideo illas pars non includitur in definitione, quæ particulari iuſtitiæ adſcribitur. Eſt ergo optima definitio Iuriſconſulti immo explicatior quam illa Ariſt. ſ. Iuſtitia eſt habitus iuſtorum operatiuus, quia hæc non explicat ſpecialem rationem iuſti, quę eſt, ius alteri reddere Si autem conciliare ambas libet & luculentius elucidare, colligito cum S. Thoma definitionem hanc, Iuſtia eſt habitus quo quiſque perpetua conſtantiq. voluntate ius ſuum vnicuique tribuit. Neq. obſtat q. ſ. & hoc principi etiã & iudici competat. Nam princeps ius reddit imperando, & dirigendo tanquam cuſtos iuſti: virtus autem iuſtitiæ, cuiuſq. animum promptum reddit, ſiue princeps ſit, ſiue ſubditus tanquam obediens rationi, & legi,

Ariſtot.

Anſelmus.

Buridani hallucinatio.

Abſoluta definitio iuſtitiæ.

Obiectio.

& legi, vt reddat vnicuique quod debet. Per hæc ergo soluta restant argumenta in capite quæstionis obiecta.

Solutio

ARTICVLVS II.

Vtrum iustitia sit virtus quę habentem ad alterum ordinat.

COnstituta iustitiæ definitione, subsequitur vt eius substantiam, atque innatas qualitates singulatim exploremus: id que examinando singulas difinitionis particulas. Quæritur ergo circa eius vltimam differentiam, quæ est ius suum vnicuique tribuere, vtrum iustitia proprie sit ad alterum? Et arguitur a parte negatiua, ex illo Apostoli ad Rom. 7. Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi: fides nanque non dicitur per comparationem vnius ad alterum. Secundo, Iustitia Dei est æterna, & tamen ab æterno non habuit a se alium ad quem eadem referretur, ergo iustitia non est ad alterum. Tertio, Officia iustitia etiam si ad alterum sint, moderamine nihilominus egẽt, & rectificatione in ordine ad egente nam auarus egre ab se indicat es quod habet alienũ. Quare vt est Prou. 11. iustitia simplicis diriget viam eius, ergo iustitia non solum circa ea, quæ sunt ad alterum verum & in moderandis affectionibus ipsius habentis versatur. In contrarium est Cicero lib. de Offi inquiens iustitiam eam esse rationem, qua societas hominum inter ipsos & vitæ communitas continetur. Qua porro descriptione insinuatur ordo ac respectus vnius ad alterum.

Primũ argum. a parte negatiua.

Arg. 2.

Cicero.

Quæstio facillima est, duobusque conclusionibus contenta. Prior est Iustitia proprie dicta duo requiritur diuersa suppositа, inter quæ æqualitatem constituat. Conclusio est Philosop. 5. Ethic. ca. ult. quæ porro ex ipso nominis significato dilucide patet. Iustitia n. idem est, quod æqualitas seu æqualitatis habitus æqualia autem, nisi abusiue aut per metaphora, non nisi duo dicantur, vt patet in quantitatibus ad eandẽ normã iustificatis. Rursus iustificari, si ad mores accommodetur, non conuenit nisi humanis actionibus actiones vero, vt 2. de anima autor est Philosophus, non conueniunt natutæ vel partibus, sed tantum suppositо, humanitas enim inquit non net, neque vero digiti aut manus, sed mulier, neque vero manus aut per iniuriam proprię percutit, aut per austitiam debitum soluit, sed homo, nisi forte per similitudinem, seu tanquam instrumenta coniuncta. Consequens ergo fit vt iustitia non solum intet duo qualitercunque distincta, sed inter duo suppositа sua exerceat munera. Posterior conclusio. Nihil vetat quod minus iustitia metaphorice dicta inter partes eiusdem suppositi existat. Et hanc quoque conclusionem subdit eodem loco Philosophus. Et patet exemplum inter duas hominis partes Primum enim iustitia est inter membra, dum scilicet oculi pedes suo lumine ducunt, & vicissim pedes sua opera illos portant. Præterea, pars sensualis, puta irascibilis, & concupiscibilis, dum rationi obsequio despotico obediunt, iustitiam custodire dicuutur, & dum rebellant, iustitiam perturbare. Vnde Augustin. li. de moribus Eccl. Ad iustitiam, inquit, pertinet ob hoc quod quis Deo seruit, bene imperare cæteris, quæ sunt hominis subiecto. Et autem ratione appetitus subiectus, secundum illud Gen. 4. Sub te erit appetitus eius, scilicet peccati & tu dominaberis illius. Res est facillima, quæ nullius eget amplificatione, nisi forsan si quis interroget an tanta sit ratio iustitiæ inter has partes eiusdem hominis quanta inter patrem & filium? Apparet enim ita esse, nam quia filius est aliquid patris, diximus non reperiri inter illos iustum nisi secũdum quid Respondetur tamen diuersam esse rationem. Nam cum pater & filius duo sint suppositа, vere ac proprie constituitur inter eos ratio iustitiæ, licet quodammodo minuens intra latitudinem eiusdem rationis sed tamen inter rationem & appetitum, quippe quæ nõ sunt duo suppositа non est iustitia nisi metaphorica.

Prima conclõ.

Rõ conclõnis.

Aristo.

Vltima conclõ.

Explanatur cõclusio.

Augusti.

Quæst.

Rõ hęsitandi.

Solutio.

Ad primum igitur argumentum respõdetur, quod cum ait Paulus iustitiam esse per fidem, non accipit iustitiam vt est specialis virtus moralis, quæ facit opus iustum id est, adæquatum alteris homini: sed vt hominem ipsum a peccato liberat rectificando appetitum. vt sit ratione obsequens. Et secundum hanc rationem est iustitia metaphorica. Tametsi, vt supra diximus eadem pariter hominem iustificat

Ad primũ arg.

ſtificat reſpectu Dei, reddendo eum illi ſubditum, gratum & acceptum, eiuſq. voluntati commenſuratum. Et ſecundum hoc proprie etiam dici poteſt iuſtitia. Ad ſecundum vero argumento reſpondetur, iuſtitiã Dei eſſe æternam ſecundum propoſitum, in quo eius ſubſtantia conſiſtit, tametſi ſecundum effectum ab æterno non habuerit, in quibus eam iuſtitiam exercuiſſet, ſed poſtquam mundum condidit. Ad tertium denique arti. 4. patebit fulgentius reſponſio. Interim autem reſpondetur quod paſſiones quæ operibus iuſtitiæ obſiſtunt, per alias virtutes reprimuntur, quibus mitigatis per iuſtitiam fit electio recta, vt loco citato elucidabitur.

Ad ſecũ dũ arg.

Ad tertiũ arg.

ARTICVLVS III.

Vtrum iuſtitia ſit uirtus.

CIrca genus definitionis, quod dictũ eſt eſſe habitum iuſte operandi, quæritur vtrum iuſtitia ſit virtus? Et arguitur a parte negatiua. Ait Chriſtus, cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt uobis, dicite, Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus, opus autem virtutis non eſt inutile. Ait enim Ambroſ. 2. de Offi. vtilitatem non pecunialis lucri æſtimatione dicimus, ſed acquiſitionem pietatis, ergo facere quod quis debet, in quo iuſtitia conſiſtit, non eſt opus virtutis. Secundo, Quod ſit ex neceſſitate, non eſt meritorium, reddere autem cuique ſuum, quod eſt opus iuſtitiæ, eſt neceſſarium, ergo non eſt meritorium, atq adeo neq. virtus, quando quidem virtututibus omnibus per Dei fauorem meremur. Tertio. Omnis virtus moralis eſt circa agibilia, ea autem quæ exterius conſtituuntur, non ſunt agibilia veluti ſunt artium opificia vt. 6. Metaph. auctor eſt Ariſtot. Cum ergo iuſtitiæ munus ſit, exterius opus iuſtum perficere, ſit vt nõ ſit virtus. In contrarium eſt Greg 2. Moral. vbi quatuor Cardinales virtutes, diſtinguit ſcilicet temperantiam, prudentiam, fortitudinem, atque iuſtitiam. Quin vero & ſapientia ipſa, vt patet c. 8. eaſdem ſe uirtutes docere prædicat.

Argu. 1

Ambr.

Argu. 2

Argu. 3

Ariſtot.

Gregorius.

Concluſioreſpõſiua.

Probatio.

Ad queſtionem vnica concluſione reſpondetur. Iutitia eſt moralis virtus. Probatur: Virtus ſecundum Ariſto 2. Ethico. eſt qui bonum reddit habentem, & eius opus bonum, Iuſtitia autem eſt huiuſmodi ergo eſt virtus. Probatur Minor, bonum hominis eſt operari ſecundum rationis regulam, nam cũ homo naturaſua ſit rationalis, ſcd̃m rationem actiones noſtræ probæ iudicantur, iuſtitiæ aũt hoc ipſum munus incumbit, vt ſcd̃m rationis lineã æquitatem conſtituat inter duos, fit ergo, vt ſit virtus eademq. vt Ariſto. ait. non qualiſcunque, ſed tanto cæteris rutilantior, quanto Heſperus reliquis aſtris firmamenti ſplendore antecellit. Quod & Cicer. de Offi. repetit, vbi ait in habitu iuſtitiæ virtutis ſplendorem eſſe maximum, ex qua viri boni nominantur. Poſſe quisimpreſentiarum hæſitare, anĩa uirtute iuſtitiæ aliter dicanť viri boni, q̃ a ceterarum qualibet? Virtus n. quæcunque facit bonum hominem ſimpliciter. Ars inquam pictoria facit bonum pictorem, & ars medica, bonum medicum neutra tñ bonum virum. Et virtus intellectualis, puta ſcientia, efficit virum doctum non tñ pertingit, vt conſtituat virum bonum, ſed ſola, eſt uirtus moralis, quæ cũ faciat hominem cuius natura eſt rationalis, viuere ſcd̃m rationem, cõſtituit uirum bonum. Sed prętet hanc acceptionem, vſurpatur etiam bonitas, vt idem ſit quod benignitas & fertilitas, qua. ſ. homo eſt alteri beneficus, ſicut terra dicitur benigna & bona, quia fertilis. De iuſtitia ergo poſſet quiſpiam affirmare vtraque ratione homi nem denominare bonum, eo ꝙ iuſti, non ſolum ſtudioſi ſunt, vel & aliis boni & vtiles. At uero res medulitus inſpecta, non ſic habet Bonitas n. hoc eſt benignitas, & fertilitas, non eſt qũocũq. tribuere, ſed tribuere non ex debito, quod liberalitati & magnificentiæ conuenit. Quin vero Ariſt. ẽt prodigum, quod eſt nomen vitii, non vere tur appellare bonum, hoc eſt benignum, & frugi, quia ſua effundit. Iuſtitia vero, nõ tã, dat, quã reddit. Vnde Cicero eodem loco, ſecundum bonitatem, non iuſtitiæ ſed beneficentiæ tribuit. Ait enim. Et huic, ſcilicet iuſtitiæ, coniuncta eſt beneficentia. quam eadem vel benignitatem vel liberalitatem appellare, licet. Vnde iuſtitia ſolum facit bonum ihabente, & bonũ opus, bonitate eiuſdem generis quo reliquæ uirtutes. Et ideo ubi ait Cicero a iuſtitia bonos uiros nominari. accepit iuſtitiã, ut eſt generale nomẽ oĩum uirtutũ, licet iuſtitia

concluſionis.

Ariſtot.

Cicero.

Heſitatio.

Cicero.

Vera ſolutio dubitationis propoſitæ.

inter

Inter Cardinales faſtigium ob hoc teneat quòd ordinat hominem ad alios, atque adeò non poteſt non ſe protinus exercere, atque in publicum prodire. Et re uera qui iuſtus eſt, vt vnicuique quòd ſuum eſt, promptiſſimè reddat, is proximus eſt, vt ſit beneficus ac liberalis.

Ad primũ arg. Ad primum igitur argumentum optimẽ San. Thom. reſpondet, quòd qui facit quod debet, nihil vtilitatis affert, hoc eſt, nihil auget lucri ei cui debitum reddit, ſed tãtum ab eius danno manus abſtinet: at ſibiipſi vtilis eſt, quatenus ſponte ſua faciens quod debet, præmium meretur apud Deum. Sumus ergo reſpectu Dei non ſicut ſerui reſpectu mortalium dominiorũ, ſerui quippe quicquid ſunt exequuntur, dominio accreſcit in lucrum. Ob idque ſunt vtiles; nam vtile eſt bonum propter aliud. Obſequia verò quæ nos Deo impedimus, nihil ei lucri accumulant, quia bonorum noſtrorum non indiget, ſed in nos ipſos vtilitas redundat; Deo autem, non niſi gloria. Et ideo dicimur ſerui inutiles, hoc eſt, nihil accumulantes Deo, propterea quòd non facimus niſi id quod de iuſtitia debemus. Attamen quia id qđ debemus, virtus iuſtitiæ eſt, quam Deus nobis præcepit; fit vt facientes quod debemus, apud ipſum promereamur præmiũ.

Ad ſecũdũ arg. Ad ſecundum reſpõdetur, duplicem eſſe neceſſitatem. Alia quippe eſt coactionis, & hæc tollit meritum & laudem, ac pariter vituperium; vt in fine 5. Ethic. ait Ariſto. Altera verò eſt neceſſitas præcepti & finis, quem ſine tali medio conſequi non poſſumus. Et hæc rationem uirtutis non extrudit, quatenus id homo, quod debet, ſua voluntate agit, vnde ratio laudis excoritur. Excludit tamen meritum ſupererogationis, quale eſt in operibus conſilij. Vnde Paulus. Paul. 1. ad Corinth. 9. Si euangelizauero, non eſt mihi gloria. Ad tertium argumẽtum reſpondet S. Tho. quòd iuſtitia nõ cõſiſtit circa exteriores res quantum ad hoc S. Tho. quòd eſt eas facere, quod pertinet ad artẽ; ſed quantum ad earum uſum, qui alteri eſt debitus. Hæc autem verba quidã adeo Mẽs ſanc. Tho. multis elucidare ſatagunt, vt potius obnubilent; res enim eſt clara Iuſtitia in quam non eſt ars factibilium; quia functio ſua non eſt pecuniam cudere, aut fabre facere domum; ſed vti pecunia, ſoluendo illam debitori. Vnde cum architectus recepto pretio ædes ædificat, etſi per artem eas extruat quales debet, tñ iuſtitia eſt quæ eum applicat ad ædificandũ, vt debitum ſoluat.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Iuſtitia ſit in voluntate.

CIrca aliam definitionis particulam, qua dictum eſt iuſtitiam eſſe voluntatem, quæritur, vtrum voluntas ſit eius ſubiectum: Eſt enim argumentum quòd ſit in intellectu. Subiectum veritas eſt intellectus: iuſtitia verò ſæpiſſimè dicitur veritas vt in Pſal. Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt. Eo vel maximè q̃ iuſtitia, vt dictum eſt, dicit ordinem ad alterum ordinare autẽ opus rationis eſt. Et Secundo arguitur: Si non eſt in intellectu, illa eſt cauſa, quòd non eſt virtus intellectualis, ſed moralis: at vero inde colligitur neque eſſe in voluntate, ſed in appetitu iraſcibili vel concupiſcibili, quos Ariſt. Ethic. docet eſſe ſedes virtutum moralium, ergo non eſt in voluntate. In contrarium eſt Anſelmus, qui definiẽs iuſtitiam, ait eſſe rectitudinem voluntatis propter ſe ſeruatam.

Primũ argum. 2. Argu. Ariſtot. Anſel.

Ad quæſtionem vnica concluſione reſpondetur: Iuſtitia eſt in voluntate, tanquam in ſubiecto. Conciuſionem hanc inſinuat Ariſtot. in initio Ethic. vbi ait iuſtitiã eſſe habitum quo homines iuſta agunt & volunt iuſta. Et iuriſconſultus, vt diximus, vbi ait, Iuſtitia eſt voluntas. deſignauit habitum per proprium ſubiectum. Et ratio eſt hæc, quæ per ſufficientem excluſionem aliarum potentiarum procedit. Vna quæque uirtus in ea eſt potentia, cuius eſt actus, quem ratificat, iuſtitia autem non ratificat actum intellectus aut alicuius alterius cognoſcitiuæ potentiæ. Haud enim iuſti dicimur, quia iuſta cognoſcimus, id ſi quidem etiam prauis cõe eſt, ſed quia iuſta, vt ait Ariſto. operamur & volumus, in nulla ergo eſt potentia cognoſcitiua. Fit igitur, vt ſit in aliquo appetitu, qui principium eſt proximum uolendi & agendi, appetitus aũt alter eſt ſenſitiuus, in iraſcibilẽ & concupiſcibilem' diuiſus atq. alter rõnalis qui eſt volũtas, in ſenſitiuo aũt exiſtere non põt, Iuſtitia nãq. ordinẽ, vt dictũ eſt,

Concluſio rñſiua. Ariſtot. Rõ concluſio. Ariſtot.

ad

ad alterum dicit: ordinem autem eiuſmodi nullus ſenſus cognoſcit, quem ſequitur appetitus ſenſitiuus. Colligitur ergo ex hac inductione, nullam ſupereſſe potẽtiã, in qua iuſtitia conſidere poſſit, præter voluntatem. De hac concluſione nemo eſt qui diſſentiat de hoc autem inter Doct. diſputatur, vtrum propriè ſit iuſtitiæ inter cardinales virtutes, eſſe in voluntate: iuſtitiæ inquam & aliarum ſibi annexarum: quales ſunt religio, liberalitas, & ſimiles: Scotus namque (quod in ſuperioribus tetigiſſe meminimus) in 3. Sent. diſt. 33, atq. Occham q. 10. quos neotericorum pleriq. ſequuntur, & præcipuè Burida. 1. Ethic. q. vltima, mordicus tenent, non modo iuſtitiam, verum & fortitudinem & temperantiam in voluntate reſidere. Quorum ratio ea eſt potiſſima, quòd cum proprium virtutis opus ſit rectam facere electionem circa finem, vt 2. Ethic c 4. Ariſt. docet, in illa potentia inſidere debet, cuius, propriũ eſt electionem facere, hęc autem eſt voluntas, ex qua laus vituperiumque operis proficiſcitur, ergo illa eſt omnium virtutem ſedes. Ad vero quamuis diſputatio hęc apud D. Tho. non hic, ſed 1. 2. q. 56. ſita ſit: tamẽ quantum ad rem attinet præſentem, iſtorum doctrina Ariſtoteli è diametro obuerſatur qui quidem 2. Ethic. ca. 3. ex profeſſo demonſtrare contendit virtute morales, nempe fortitudinem & temperantiam in reprimendis voluptatis ac doloribus & triſtitiis verſari: cuius fundamentum contrarium ille eſt quo iſti vtuntur. Enimuero voluntas, cum proprius ſit appetitus hominis: & cuiuſque rei appetitus per ſe ſit in bonum ipſius rei, niſi aliunde impediatur, propenſus, & rectè agere ſecundum fortitudinem & ſecundum temperantiam, bonum ſit proprium ipſius hominis, nullo ad hęc prorſus indiget virtutis habitu: ſed cũ virtus ſit circa difficile, illi eſt potentię neceſſaria, ex qua animi perturbationes oriũtur electioni virtutis obſiſtentes, quas quidem perturbationes ipſa per ſe potentia compeſcere non ſufficit: ob id enim indiget opitulante ſibi habitu. Cum ergo tota difficultas rectè aggrediendi expectandique in bello a timore & nimia audacia exiſtat, irascibilis eſt quæ virtute indiget. Et pariter concupiſcibilis ad reprimendas voluptates, quibus pacatis affectibus volũtas rectam faciat electionem. Negatur ergo iſtorum maxima, puta in ea potentia debere eſſe virtutem, quę rectam facit electionem. Nam quando per ſe potentia id poteſt, non indiget virtute, ſed illic eſt neceſſaria vnde naſcitur difficultas atque obſtaculum rectè eligendi ad ſubinde agendi. Quo fit, vt præter rationem negauerit illic Scot. habitus appetitus ſenſitiui mereri, p prie virtutum, nomen, cum ſint cardinales quoniam per illam repreſſionem ſenſualium affectionum ſunt verè principia & cauſſę rectę electionis.

Et per hoc produntur oĩum argumentorũ fallacię, quas Buridã accumulat, quorum vnum eſt: Voluntas ſępe inclinatur uerſus appetitum, neq. ſine difficultate cõ ſentire põt rõni, ergo indiget habitu inclinante eam verſus rõnem. Negatur quippe antecedens per ſe n. non vergit in appetitum, ſed propenſiſſima eſt in bonum ipſius ſuppoſiti, quod eſt bonũ rõnis. Quòd ſi qñq; ſequitur appetitum, eſt quia ab eo praue affecto pertrahitur, non ergo ipſa in ſe, ſed in appetitu habitu indiget, affectionẽ extrudente per quam vincitur. Attẽtaẽ ſnĩa hęc iſto argumento. Intellectus per ſe inclinatur ad verum, nihilominus ſcientiarum habitibus eget. Reſpondetur tñ diuerſam eſſe rationem. Propoſitio nanque noſtra intelligitur, qñ potentia inclinatur ad bonum per modũ appetitus, hoc eſt per modum potentię actiuę, qua fertur in ipſum tunc. n quia per ſe propendet in obiectum, nullo inſtigante indiget, potẽtia vero cognoſcitiua non eſt actiua, ut feratur in obiectum: ſed paſſiua, ideſt, apta in ſe obiecti imaginẽ recipere: ob idq. ſicut cognoſcere ipſum non poteſt niſi per ſpecies ab ipſo profuſas: ita neq. rectè iudicare niſi per habitus, veritatem rei demonſtrantes, atque adeò applicantes intellectum ad iudicandum. De iuſtitia aũt diuerſa eſt rõ, vt ſupra diximus: nam per ſe voluntas nõ eſt perinde in bonum alienum propenſa atque in proprium. Ob idq quamuis nullam pateretur affectionum violentiam, indiget nihilominus habitu inclinante ipſam ad reddendũ alteri quod ſuũ eſt. Quo circa paulo inferius monſtraturi ſumus iuſtitiam non verſari circa paſſiones. Quòd ſi arguas, ius aliter tribuere, eſt bonũ proprium tribuẽtis, nam virtus eſt bonũ ſtudioſi,

Queſtio celebris

Scotus.

Burida.

Rõ potiſſima Scoti atque Buridani.

Ariſtot.

D. Tho. Snĩa prę fata Ariſtoteli è diametro obuerſatur.

Ad arg. prefactę opinionis.

Ad ald arg. Buridani.

Argu.

Solutio.

Alia rõ.

dioſi, cum bonum faciat habentem: ergo neque ad hoc voluntas eget habitu. Reſpondetur quod quamuis iuſtitia ſit formaliter bonum habentis: tamen eius obiectum eſt bonum alienum: verſatur enim circa hoc quod eſt reddere alteri, quod ſuum eſt. Et in hoc ſtat aliarum diſſimilitudo.

Ad primũ arg. Ad primũ igitur argumentum reſpondetur, quod iuſtitia non eſt veritas, quæ dicit adæquationem rei ad cognitionem, ſed ut ſignificat rectitudinem, quam ratio, quæ veritas dicitur, in appetitu conſtituit, atque imprimit: nam propter propinquitatem effectus ad cauſſam, nomen cauſſę per Sinecdochem effectui tribuitur.

Ad ſecũdũ arg. Ad ſecundum reſpondetur: Ob id, quod voluntas ſequitur rationis ordinẽ, velle aliquid in ordine ad alterum: quare non obſtat quin ordinare, ſit proprium actus rationis, & nihilominus competat iuſtitiæ, quæ eſt in voluntate. Ad tertium iam autem reſponſum eſt, quod Philoſophus loco citato 2. Ethicor. ſolum conſtituit, virtutem moralem eſſe in ſubiecto, quod eſt rationale per participationem: id autem non ſolum conuenit irascibili & concupiſcibili, in quibus ſunt fortitudo & temperantia verum & voluntati, quatenus rationi obedit, id quod iuſtitia inclinat in ordine ad alterũ modo expoſitio: tametſi voluntas plus rationis participet: quia propinquius illi adiungitur.

ARTICVLVS V.

Vtrum iuſtitia ſit generalis virtus.

NOn ſatis eſt conſtituiſſe iuſtitiam eſſe virtutẽ, niſi examinatur ſitnè ſpecialis uirtus an, generalis. Et arguitur quod nulla ſit iuſtitia generalis: Iuſtitia eſt vna cardinalium virtutum, vt patet Sapien. 8. Sobrietatem & iuſtitiam docet, prudentiã & virtutem: hoc eſt fortitudinem: generale autem non cõdiuiditur ſpeciebus. Et cõfirmatur: quia temperantia eò quòd eſt cardinalis virtus, non eſt generalis ſed ſpecialis. Secundò arguitur. Iuſtitia eſt ad alterum: fortitudo autem & temperantia hominem componũt in ordine ad ſeipſum: iſtæ autem ſũt rationes diuerſæ: ergo iuſtitia non ſic eſt generalis, vt ad temperantiã & fortitudinem protẽdatur. Tertio arguitur: ſi iuſtitia eſſet generalis virtus etiã omnibus eadem per eſſentiam, quod 5. Ethic. 1. inſinuare videtur Ariſto. ubi ait, iuſtitiam eſſe totam uirtutem, hoc eſt, eadem omni uirtuti, hoc autem eſt falſum, nam tunc iuſtitia diuideretur in fortitudinem, & temperantiam, de illisque prædicaretur ſicuti animal de homine & equo: quod tñ abſurdum eſt dictum, quoniã ratio iuſtitiæ, quæ eſt, eſſe ad alterum, non poteſt ſic eſſe per eſſentiam genus omnium virtutum quæ nõ ſunt ad alterum. Quare abſurdiſſima eſſet diuiſio iuſtitiæ in alias virtutes cardinales tanquam in ſuas ſpecies. Quartò arguitur: In virtutibus vtpote quæ ex inclinatione naturæ procedũt, nihil eſt ſuperfluum, ſicuti neq; in alijs naturæ operibus, ſi ergo generalis iuſtitia abunde hominem in bonũ comune refert, ſuperflua erit particularis iuſtitia, atque eo potiſſimum quod unum & multa, non diuerſificant ſpeciem, inſtituere autem hominem in ordine ad bonum commune, eſt inſtituere in ordine ea multa inſtituere verò in ordine ad particularem, perſonam, eſt ordinare ad vnum, non eſt ergo quod duas iuſtitiæ ſpecies hac ratione diſtinguamus. Alioqui & tertiam effingere deberemus: mediã, quæ partes eiuſdem familiæ ad bonum domus inſtituat, quippe quod medium eſt inter commune & priuatum. In contrarium autem eſt verbũ citatum Ariſto. nempè, iuſtitia eſt tota virtus, hoc eſt, Omnis uirtus eſt quædam iuſtitia. Cui ſẽtentiæ accedit non modò vulgaris ſermo uerum & Euangelicus: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra, &c. Vbi omnis uirtus cenſetur iuſtitiæ nomine. Vnde fit vt omnis ſtudioſus dicatur iuſtus.

Primũ argum. Confirmatio. Argu. 2. Argu. 3. Ariſto. Argu. 4. Ariſtott.

Ad plenam quæſtionis reſponſionem, quinque opus eſt concluſionibus. Nam arbitrati ſumus tres articulos S. Thom. ſub uno titulo luculentius ac ſubinde commodius poſſe decidi. Prima Optimè iuſtitia primum omnium diuiditur in iuſtitiam generalem & particularem. Probatur concluſio: Iuſtitia, quod identidem repetere oportet, eſt hominis uirtus per comparationem ad alium, comparatio autem hæc duobus modis fieri poteſt. Cõfertur enim homo uel ad alium, ceu ſingularem ciuem conſideratum, uel ad alium conſideratum, ut publica præditus eſt auctoritate, qua bonum commune adminiſtrat

Prima concluſ. Proba-tio.

ſtrat. Nam reſpublica, ac princeps eam ad miniſtrans reſpectum habet ad omnes ciues atque ad ipſum ſingulis Itaque ſicut in corpore humano membrum vnum cõparatur, & ad alterum & ad totum, ad quod partes ipſæ ordinantur, ſic & in republica ſe habent ciues. Exo. vtraque ergo compara tione ſumi poteſt ratio iuſtitiæ, Quocirca iuſtitia quæ ordinat ciuem ad ciuem; tanquam vnam partem ad alteram, eſt particularis, ſub qua militant contractus omnes emptiones, locationis, reſtitutionis mutuati, ſolutionis mercedis, &c. Altera verò quę ordinat ciues in bonũ commune, eſt iuſtitia generalis: quæ quidem ſic nominatur, tum ab obiecto & fine: nam bonum commune eſt omnium generale, tum etiam ab effectu & proprio munere: nempe quod virtutes omnes ordinat ad tale commune bonum, videlicet vt vir fortis ſtrenuè agat in bello ob commune bonum, & vir temperatus abſtineat ab alieno toro, ob conſeruationem eiuſdem communis boni: Et quoniã ordo iſte partium ad commune bonum fit per leges, quibus princeps vniuerſos ad idem bonũ inſtituit, eadem iuſtitia nominatur etiam legalis Reſtat autem dubium, quod tertio argumento quærebatur, vtrum ſcilicet hæc generalis virtus ſit ſingulis virtutibus eadem poſſe eſſentiam? Itaque ſicut animal quod eſt genus per eſſentiam prædicatur de ſingulis ſpeciebus, ſic & prudentia & fortitudo ſit iuſtitia. Ob idque ſubiungitur ſecunda concluſio Iuſtitia legalis ac generalis nõ eſt eadem per eſſentiam ſingulis virtutibus, ſed eſt ſpecialis virtus, conctas per proprium imperium referens in commune bonum. Dilucidatio concluſionis abundè illam demonſtrat. Bifariam enim res dicitur generalis: Vno modo per prædicationem, ſicut animal eſt genus ad ſuas ſpecies, & quod hoc modo eſt generale, ad eſſentiam eorum pertinet, quibus eſt generale. Quare eſſentialiter de ſingulis prædicatur, nam genus eſt de eſſentia ſpecierum. Alio modo quidpiam dicitur generale ſecundum virtutem videlicet quia cauſſa eſt inferioribus influens, quẽ admodum ſol reſpectu omnium inferiorum cauſſam. Et quod hoc modo eſt generale, non eſt particularibus idem eſſentialiter, neq; de illis prædicatur. Ignis nanque non eſt ſol. Ex hac diuiſione colligitur concluſionis ratio: Iuſtitia generalis ſeu legalis nullatenus eſt genus reſpectu aliarum virtutum, ſed hac duntaxat vi pollet, vt cunctas referat in bonum commune ergo non idem id illis eſſentialiter, ſed eſt quædam ſpecialis virtus cæteris imperans Exemplum nobis accommodatiſſimum elucet à charitate Hęc enim virtus ſpecialis eſt, ſecundum propriam rationẽ a fide atque ſpe diſtincta, nihilominus per eius imperium vniuerſa aliarum virtutũ opera refert in Deum tanquam in finem ſupernaturalem. Deum enim quis aut ſtrenuè agit in bello aut cum moderamine tangibilibus vtitur propter naturalem honeſtatem, opus illud fit à ſolis virtutibus. Si autem eadem exhibeat opera propter Deum, relatio illa fit charitate. Quemadmodum ubi quis furatur propter fornicationem, furtum elicitur ab iuſtitia, imperatur autem à luxuria. Par ergo modo, ſi quis in officijs particularium virtutum ſe ſe exerceat, propter peculiares earundẽ fines, officia illa non excedunt limites illarum virtutum, dum verò eadẽ præſtat officia propter cuſtodiam & cultum boni communis, & vt publicis legibus obtemperet, relatio illa fit à iuſtitia legali, quæ ideo dicitur generalis. Quòd ſi interroges quid nam ſit vnam virtutem alijs imperitare, reſpondetur nihil aliud, quam ceu cauſſam vniuerſalem illas ad opus admouere, atque vnà cum ipſis ad idem opus concurrere. Tertia concluſio: Iuſtitia hæc generalis & legalis potiſſimum reſidet in principe quaſi architectonice, ac deinde in ſubditis, qua probè afficiuntur, vt promptè legibus ac principi obtemperent. Enimuerò ſicuti architectus lapides omnes & ligna diſponit qualiter ab fabricam eſt neceſſarium, ſic debet princeps ciues omnes ad bonum commune inſtituere ac referre. Quarta concluſio: Vna quæque virtutum conſiderat vt à iuſtitia legali imperatur, poteſt denominationem ſuſcipere, vt legalis dicatur, quemadmodum omnis virtus ſecundum rationẽ qua à charitate imperatur, dici poteſt quodam modo charitas. Hæc concluſio ad interpretandum Ariſtotelem adiecta eſt. Quod enim ait: Iuſtitiam eſſe totam virtutem, hũc exhibet ſenſum, ꝙ quælibet virtus imperata à iuſtitia legali, quodammodo eſt iuſtitia legalis. Quinta concluſio: Præter

Ratio concluſ.

Dubitatio.

Tertia conclu.

Secũda conclu. quaſatisfit dubitationi iãmodo poſitæ.

Probatur concluſio.

Di lucidatio conclu.

Quarta conclu.

Quinta conclu.

iuſtitiam

Probō conclusionis.

iustitiam legalem, quę modo expoſito generalis eſt requiritur particularis. Probatur ſic. Virtutes, vt ſæpe dictum eſt, per obiecta diſcernuntur, præter rationem autem obiecti iuſtitiæ legalis, quæ eſt reliquarum virtutum opera in bonum commune referre, eſt alia particularis ratio redden di vnicuique quod ſuum eſt, ergo ad hoc neceſſaria eſt particularis iuſtitia. Et confirmatur hæc ratio. Præter legalem iuſtitiam requiruntur aliæ virtutes particulares, ſcilicet fortitudo & temperantia ad eliciendos actus circa ſua particularia obiecta non obſtante quod ijdem actus ab eadem in legali iuſtitia referantur in bonum commune, ergo pari iure requiritur iuſtitia particularis ex qua eliciatur opus circa ſuum obiectum, quod quidem ali quando imperatur ab eadem iuſtitia legali, aliquando vero minime. Poteſt enim quis mutuarum reddere, aut mercedem ſoluere operatio, non propter obedientiam legis, nec propter bonum commune, cuius nullum habet amorem, ſed vt ſeruet ſuam fidem propter ſeipſum. & tunc talis actus emanat a ſola iuſtitia particulari. Si autem id faciat propter bonum commune, & vt legi auſcultet, tunc imperatur a legali. Qua ratione non ſolum Philoſophus locis ſupra citatis duas ſpecies ponit iuſtitiæ & 5. Ethi. capit. 2. expreſſe ait ſermonem facere de iuſtitia, quę eſt pars virtutis, hoc eſt particularis iuſtitiæ verum & ſacri Doctores eundem vbi que notant diſtinctionem. Vnde Chryſoſto. ſuper illud Ma th. 5. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, aut vniuerſalem virtutem ait illic deſignari, aut particularem, auaritiæ contrariam. Prima concluſio extra vllam controuerſiam cunctis eſt doctoribus receptiſſima, nam omnia tam ſacra quam prophana appellant quemcunque ſtudioſum iuſtum, ac perinde quamcunq. virtutem quodammodo iuſtitia. De ſecunda autem non omnes. Neoterici D. Thomam auſcultant, immo ab ipſo reſilientes negat iuſtitiam generalem ac legalem, eſſe ſpecialem virtute, ſed aiunt eſſe rationem quandam omni virtuti per eſſentiam communem. Inter hos eſt Buridan qui 5. Ethi. queſt. 4. hanc ſtatuit ſententiam aduerſus S. Tho. atque ſecundum iſtos temperantia, quatenus hominem mouet vt moderato vtatur cibo & potu propter particularē honeſtatem, aut ratione ſtud.j aut ſanitatis, rem habet & nomen temperantiæ ſed quatenus ad idipſum hominem inclinat vt legi obediat & principi eſt iuſtitia legalis. Et æqua ratione fortitudo, atque aliarum vna quælibet Arbitrantur namque ſingulas per ſeruitutes illam habere innatam rationem obediendi legi. Probationem ſuā Buridan. ex penu Numinalium depromit. Superflue enim inquit, multiplicantur virtutum habitus vbi non ſunt neceſſarij. Singulæ autem virtutum ſuopte ingenio appellant hominem ad ſtudioſè agendum, non ſolum ob particulares fines, verum propter bonum commune, & ad parendum legibus, ergo ſuperuacanea eſt alia ſpecialis virtus, cui hoc muneris tribuatur. Secundam præmiſſam videtur ſibi ipſe colligere ex Ariſt. 2. Ethic capit. 4. vbi docet omnem virtutem id proficere, vt fiat opus ex electione propter finem honeſtum bonum autem commune & legis obedientia eſt honeſtiſſimum, ergo quæcunque virtus in illam rationem finis inclinat. Mox omnis virtus perficit habentem, vt perpetuo operetur quādo, vbi, & quomodo oportet, ſed ſæpenumero occurrit, agēdum eſſe propter bonum commune, atque ad obedientiam legis, ergo quælibet tunc virtus, ſi virtus eſt id per ſe præſtare poterit. Accedunt hæc & Ariſtotelica teſtimoniat, ait quippe 4. Ethi. c de Magnificentia, magnificum nō eſſe in ſeipſum ſumptuoſum, ſed in cōia. Et l. 3. de Fortitudine ait, illam virtutem potiſſimum verſari circa pericula belli bellum autem, vt iuſtum ſit, geri non poteſt, niſi ob commune bonum ergo particulares virtutes rōn m haben generalis iuſtitię, atque adeo non eſt alia ſpecialis neceſſaria. At vero argumenta hæc non ſunt tanti roboris, quam iſti exiſtimant. Immo & ratio cum primis, & deinde Ariſt. documenta è regione illis obſiſtunt. Primum. n. hoc ipſi nobiſcum poſtulatum ſuſcipiunt quod ratio legalis generaliſq. iuſtitiæ eſt agere propter bonum cōe, & propter obedientiā legis. Ex hoc autem loco emergit contra iſtos manifeſta ratio. Stat. n. quempiam probe eſſe virtute affectum ad operandum propter particularem finem, non autē propter cōem, & vice verſa, vbi aīa ſunt difficultates diuerſa agendi, diuerſi opus eſt virtutibus, ergo iuſtitia legalis alia eſt a particulari. Antecedens experien ia compertum eſt. Videas nanque abſtinentem hominem, qui pro-

Confirmatio.

Ariſtot.

Chryſo.

Neoteri corum ſentētia

Burida.

Motiuū primū Burida.

Ariſtot.

Secūda rō eiuſdem auctoris.

Ariſtot.

Primū arg. contra Buridanum.

pter honestum particulare bonum frugaliter viuit, & tamen nullo dicitur legis respectu imò forsan odium eius habet, quia odio habet prælatum. Ob idque si opus aliam nō haberet honestatis rationem nūquam propter legem illud exequeretur. Rursus, opus virtutis facere propter obedientiam, alia ratione Secūda ratio. habet quam illud facere propter alium honestum finem, sicuti & ieiunij fiangere propter famem, aut ex contemptu legis, diuersa sunt vitia, ergo & obedientia & temperātia diuersæ sunt virtutis Alias profecto si quam impugnamus opinionem, vera esset, nulla opus esset speciali virtute obedientiæ, sed sufficerent virtutes aliæ, in quarum materijs obedientia versatur. Accedūt Aristot. & Aristo. testimonia. Primum ait 5. Ethic. complures in proprijs posse vti virtute, qua tamen nequeunt in ordine ad alterum. Et 3. Polit. ca. 3 ait non esse eandem virtutem viri boni & boni ciuis, bonus autem ciuis est, qui bono publico probe inseruit. Alia est ergo legalis virtus, quæ ad hoc inclinat ab alijs particularibus. Quin age, Aristo ex presse 5. Ethic. 1. duas distinguit iustitiæ virtutes, legalem & particularem ex diuersitate obiecti, quarum prioris obiectum dicit esse iustum legitimum & legale, posterioris vero æquum quod est ad priuatam personam. Sicuti in naui alia est virtus remigeri, puta industrie remigare, etiam si de salute nauis nihil cogiter, alia vero gubernatoris eandem procurantis salutem, ergo iustitia legalis non solum dicit rationem generalem omnium virtutum, sed etiam specialem virtutem. Vñ ad primum Buridani argumentum, negatur particularem virtutē Ad primū arg. Burida. ad bonum commune per se suum referre opus, sed hoc illis præstat iustitia legalis, sicuti particularis virtus non est charitas, nisi quatenus à charitate refertur in Deum. Et ad priorem Arist. auctoritatem Ad alit ex Arist. respondetur ipsum non affirmare, quod magnificentia operetur ob bonum commune, sed ait esse vtilem multitudini. Neque vero fortitudo in idem per se inclinat commune bonum Aliud enim est, quod bellum non sit principi indicandum aut suscipiēdum nisi propter commune bonū, aliud vero quod cuiusque militis fortitudo ad idem se referat bonum.

Ex his ergo facilis fit descensus ad principalem argumentorum solutiones, Ad primum enim respondetur iustitiam quæ numero ponitur cardinalium, non esse legalem & generalem, sed specialem. Quod autem aliarum nullam, puta neque temperantiam neque fortitudinem diuidamus in generalem & particulare, ratio est quod sunt, vt supra diximus, in appetitu sensitiuo qui non se extendit ad commune bonum, sed circa particularia versatur, iustitia vero quæ est in voluntate intellectualem sequente cognitionem, ad idem protenditur commune bonum. Ad tertium respondetur, quod quia peculiare cuiusque bonum referri in commune & publicum potest, fit vt legalis iustitia omnibus imperet singularibus virtutibus, ac perinde omnium opera dicantur æquitate, sicut & cuncta vitia, iniquitates, secundum illud 1. Io. 3. Omne peccatum est iniquitas. Ad quartum tripartitum argumentum respondetur, quod etsi legalis iustitia abunde sufficiat per suum imperium cuncta virtutum opera referre in bonum commune, nihilominus requiritur iustitia particularis ad eliciendum actum respectu sui proprij obiecti, sicuti & requiruntur virtutes aliæ particulares. Neque vero bonum commune & priuatum ea sola ratione differunt, qua vnum & multa, sed quia alia est ratio communis boni, atque alia singularis, sicuti alia est ratio totius, atque alia partis. Quare Aristot. 1 Polit. eos subsannat, qui putabant ciuitatem non aliter a domo differre, quā differunt multum & paucum. Attamen quia inter partes eiusdem familiæ, vt supra dictum est, non est propria ratio iusti, non distinguitur tertia species iustitiæ.

Ad secū dū arg.

Ad tertiū arg.

Adquartū arg.

Aristo.

ARTICVLVS VI.

Vtrum iustitia particularem habeat materiam, an uero circa alterum passiones & materias versetur.

QVoniam dictum est particularem iustitiam esse specialem virtutem, quæ habet peculiarem rationem obiecti quæritur, vtrum peculiarem sibi quoque vendicet materiam? Et arguitur à parte negatiua. Aug. lib. 8. 3. q. ubi virtutes animi quibus in hac vita spiritualiter viuitur, distinguit in quatuor quę sunt Temperantia Prudentia, Fortitudo, Iustitia, subdit quod iustitia

Primū arg. Augusti.

per

Gloſſa. per omnes diffunditur, cui conſonat gloſſa ſuper illud Geneſ. 2. Fluuius quartus ipſe eſt Euphrates, quod interpretatur frugifer: quæ dicit ob id non meminiſſe ſcripturam contra quos perfluat ſicut dixit de cæteris tribus, quod iuſtitia quæ quartum locum inter virtutes tenet, ad omnes animæ partes pertinet. Secundo arguitur, Si iuſtitia peculiarem ſibi vendicaret materia, eo eſſet quod proprie circa operationes verſatur reliquæ vero circa paſſiones. Attamen Philoſophus 2. Ethic. moralem virtutem circa voluptates, & triſtitias verſari docuit: ergo & iuſtitia verſatur circa eaſdem, eo poſſimum quod operationes iuſtitiæ, vt ſupra dictum eſt, corruptis affectionibus impediuntur. Nam turpis concupiſcentia originem, & fomentum adulterio miniſtrat, quod eſt iniuſtitiam, & auiditas pecuniæ impedimento eſt virtuti iuſtitiæ, ne debitum perſoluat ergo iuſtitia non eſt aſcribenda particularis materia. In contrarium eſt quod Ariſtot. 5. Eth. potuit iuſtitiam, quæ eſt pars virtutis, hoc eſt ſpecialis virtus, quæ verſatur in actionibus puta in commerciis hominum emendandis.

Argu. 2.

Ariſtot.

Ariſtot.

Quæſtio hæc nihil ad legalem iuſtiſtiã attinet, nam ſi cunctis virtutibus imperat, inde ſit conſequens vt omnium materiæ ſint ſibi ſubditæ, quauis eius oculus ad operationes potius aſpiciat. Ait enim 5. Ethic. Philoſophus, quod lex fortia opera præcipit, & quæ temperati, & quæ manſueti, &c. Sed quæſtio eſt de iuſtitia particulari. De quo duæ concluſiones ſtatuuntur. Prior eſt Iuſtitia non verſatur circa totam materiã omnium virtutum, ſed ſolum circa externas actiones, & res probatur. Vniuerſa rerum ſylua quæ noſtro ſubſunt arbitrio, atque ad rationes normam emendari poſſunt: eſt materia moralium virtu um. Inde enim virtus dicitur moralis, quod morum eſt compoſitrix & cultrix. Sunt autem tria genera quæ noſtrę ſubduntur voluntati, nempe affectus animi, actionesque exteriores, ac demum res ipſæ quæ in noſtrum veniunt vſum, homo vero ad alterum per actiones tantum ordinatur & res: nam paſſionum moderatio & mitigatio ad hominis in ſe ipſo proprie rectitudinem pertinet. Cum ergo iuſtitia hoc a reliquis virtutibus diſtet, quod reliqua hominem in ſe ipſo componunt, iuſtitia vero inter plures æquitatem cõſtituit, ſit vt propria materia iuſtitiæ ſint operationes & res, puta honorem debitum alteri deferre, & contumeliis abſtinere, pecuniam & vel quamcunq. aliã rem creditori debitam reddere. Poſterior concluſio Iniuſtitia non verſatur circa paſſiones internosq. animi affectus. Hæc exſuperioris ratione colligitur, explicatur autẽ duabus aliis. Primo ex parte ſui ſubiecti, quod eſt voluntas. Enimuero voluntatis actiones neque rem habent neq. nomen paſſionũ, vt 1. 2. q. 22. ar. 3. inde S. Tho. rõci natur, quod paſſio ſecum affert corporalẽ tranſmutationem, quæ proprie in olo eſt appetitu ſenſibili. Cum ergo iuſtitia non ſit niſi in voluntate, non verſatur circa paſſiones. Item quia materia iuſtitiæ, vt modo diximus, in eo poſita, eſt quod eſt ad alterum cum ergo latentes paſſiones non proxime ordinentur in alterum, ſit vt hæc virtus non ſit circa paſſiones. Concluſiones iſtas non tantum apud D. Thom. verum & plane apud Ariſtot. 5. Ethic. inuenias Quare illorum qui eius doctrinam ſtudio contemplati ſunt, nemo eſt qui eas inficietur. Nihilominus, non nulli Nominaliũ, vt Burid. 5. Ethi. q. 1. miratur quod D. Tho. talem conſtituat differentiam inter materiam iuſtitiæ & aliarum virtutum. Imo vt omnes inquit virtutes in voluntate ſunt, ita & omnes, ac pariter iuſtitia, reprimere habent paſſiones quæ ſuam cuiuſq electionem impediunt. Ea vice verſa cæteræ virtutes circa operationes quoq. ac res verſantur. De quo tamen doctore magis eſſet mirandum, quod tantum in ſuperficie legerit Ariſto. Turma autem argumẽtorum eius ad illud principium reſoluitur. cuius iam ſupra falſitatem aperuimus Principium vero eſt hoc, Cuicunque virtuti incumbit rectam facere electionem circa ſuum obiectum ſunt autem paſſiones multæ iuſtitiam perturbantes, ne debitum cuique reddat, vt amor odium, auaritia, turpis cupido, & ſimiles, ergo iuſtitiæ munus eſt paſſiones has reprimere. Verſatur ergo iuſtitia circa paſſiones. Et vice verſa, fortitudo & temperantia non ſolum circa paſſiones, verum & circa actiones ipſas exteriores & res verſantur, nam comedere ac bibere, quando & vbi oportet, ſunt operationes exteriores, & tamen sũt temperantiæ. Atque adeo eſca

Prima conclu.

Probõ conclu.

Vltima concluſio.

Prima rõ cõcluſionis.

Buridã.

RõBuridam.

& potus ſunt tres circa quas eadem virtus verſatur: non ergo tantũ circa internas illecebras, verum & circa operationes vice ſua fungitur. Pari modo ſtrenue pugnare, eſt exterior operatio, quæ tamen a fortitudine proficiſcitur: ergo permiſta eſt materia iuſtitiæ & aliarum virtutum atq. adeo defendi non poteſt, quod iuſtitia verſetur circa operationes externas, aliæ vero circa paſſiones. Et arguitur præterea in gratiam iſtorũ cõtra fundamentũ S. Tho. Si iuſtitia non verſaretur circa paſſiones, maxime qa per illas homo ordinem non habet ad alterum, hoc autem eſt falſum, quia ira & cõcupiſcentia alienæ vxoris ſunt iniurioſæ proximo, vt ſupra diximus, ergo illa reprimere pertinet ad iuſtitiam. Par etiam arg. currit de tẽperantia & fortitudine. Etenim ſi virtutes illæ non maxime verſarentur circa exteras operationes, maxime quia per illas non bene homo afficitur erga ſe ipſum, hoc autem eſt falſum, quia cibo & potu ex virtutis præſcripto vti, hominem reſpectu ſuiipſius adornant, ergo temperantia verſatur circa illas operationes. Hinc ergo iſti colligunt vnamquamq. virtutem in duas eſſe ſecandam, videlicet vt vna iuſtitia ſit in appetitu ad reprimendum paſſiones, at ve altera in voluntate ad faciendam electionẽ. Et ſimili ratione vna ſit temperãtia in concupiſcibili, & alia in voluntate, vnaq. ſimiliter fortitudo in iraſcibili, atque in voluntate altera. At vero quam iſti pugnanter Ariſt. aduerſentur, occulatiſſimus quiſque iudex eſto. Etenim. Ethic. nullum adſcribit ſubiectum temperantiæ & fortitudini niſi appetitum ſenſitiuum. & lib. 3. ca. 10. expreſſe id de temperantia confirmat. Et lib. 5. cap. 1. non aliud deſignat ſubiectum iuſtitiæ quam voluntatem, vbi ait eſſe habitum volendi iuſta. Sed quando Ariſt. id non docuiſſet, rõ ipſa efficax, eſt quam iam ſuper declarauimus. Enimuero temperãtia vniuerſas affectiones appetitus cõcupiſcibilis reprimere ſufficit, quomodocunque illas conſideres, ſiue vt ſunt impedimenta ipſius temperantiæ, ſiue iuſtitiæ, ſiue cuiuſcunque alius virtutis, quapropter ſuperuacaneum eſt aliam illic ponere virtutem ad eaſdem ſedandas. Et idem eſt de fortitudine reſpectu iraſcibilis, nulla ergo illic collanda eſt iuſtitia, quandoquidem reliquæ ei ſatis ancillantur. Quod profecto nemo inficias ire poſſit, qui Ariſt. intellexerit 5. Ethic. vbi medium iuſtitiæ non ait eſſe medium rationis inter affectus, ſed medium rei, vt illico dicturi ſumus. Item manifeſtiſſime arguitur contra iſtos. Affectiones appetitus concupiſcibilis ſicut ſunt virtuti iuſtitiæ impedimento, ita & nonnunquam virtuti fortitudinis, ergo ſi illa ratione ponenda eſt iuſtitia in concupiſcibili, eodem iure ponenda eſt & illic fortitudo, & æquæ ratione in iraſcibili temperantia, quod eſſet cunctas indocte commiſcere virtutum ſedes. Igitur vt ſemel iſtorum Achillem in ipſos obuertamus, nihil in uertutum ordine admitti debet ſuperuacaneum, temperantia autem ſufficit in concupiſcibili, & fortitudo in iraſcibili, ergo illic nulla opus eſt virtute iuſtitiæ. Rurſus, ſedatis paſſionibus appetitus ſenſitiui, voluntas ex ſe ſola rectam facit elexionem, quia per ſe inclinatur ad opus bonum, ergo in voluntate ad hoc munus non opus eſt aut temperantia, aut fortitudine, ſed tantum iuſtitia reſpectu alieni boni. At uero ne vllus tibi reliquus fiat ſcrupulus, quando dictum eſt nullas per ſe paſſiones ad iuſtitiam attinere, intelligitur tanquam eius materiam, nam tanquam eius effectum & quodãmodo finem, certum eſt, quod illam ſequitur gaudium, ſicuti iniuſtitiam triſtitia. Ad quippe Ariſtot. 5. Ethic. Non eſt iuſtus qui nõ gaudet iuſtis operationibus. Et li. 8. Delectatio, inquit, eſt virtutis finis, ob quam ſtudioſi operantur, ſicuti & qui praue agunt, triſtitia illico præmũtur. Ex quo fit illud 2. Eth. quod aduerſarij nobis obijciunt, videlicet moralem virtutem circa uoluptates & iuſtitias eſſe, ſi intelligantur tanquam circa materiam, ſolis virtutibus appetitus ſenſitiui congruere, ſi tamen ſic intelligatur, quod nulla ſit moralis virtus quę nõ lętitiã generet & mæſtitiam pellat iuſtitiæ etiam commune eſt.

Vt autem ſolutiones argumentorũ contrariæ opinionis clareſcant. reſpondetur ex ordine ad vniuerſa. Ad primum ergo in fronte quæſtionis poſitum reſpondetur, quod iuſtitia particularis, licet eſſentialiter ad vnam partem animæ, puta ad voluntatem, in qua ſita eſt, pertineat, tamen quia voluntas reliquas partes mouet atque ad ſua officia applicat, fit vt iuſtitia non quidem directe, ſed tamen per quandam

Altera rõ in S. Tho.

Ariſtot.

Rõ efficax contra ꝓpſatam opinionẽ.

Altera rõ ad idem.

Ad primũ arg.

dam redũdantiam ad omnes effundatur. Et hoc quantum ad gloſſam, de Euphrate, qui comparatur iuſtitiæ ad omnia diffluenti. Nam Aug. loco citato aliter ſecundum intellectum diui Thomæ diſtinguit illas quatuor virtutes animi. Virtutes enĩ cardinales dupliciter vſurpantur. Vno modo vt ſunt ſpeciales virtutes, ſuis obiectis diſtinctæ. Alio vero, vt quattuor deſignãt modos vnicuique virtuti competẽtes. Ait enim, quod prudentia eſt cognitio rerum appetendarum & fugiendarum. Temperantia vero eſt refræ̃natio cupiditatis ab his quæ temporaliter delectant, Fortitudo eſt virtus animi aduerſus ea, quæ temporaliter moleſta ſunt Iuſtitia eſt quæ per cæteras diffunditur, dilectio Dei & proximi Secundi argumenti reſponſio materiam luculentes dilucidat. Enimuero inter internos affectus atque exteras actiones & res ipſas talis eſt ordo, quòd actiones medio ſunt loco inter affectus qui earum ſunt principia, & res quæ ſunt earundem materia. Paſſiones ergo, ſcilicet ita, cupiditas, auaritia &c. per ſeipſas neque pro ſunt quidem proximo neque nocent, atque adeo ſic conſideratæ nihil attinent ad iuſtitiam: ob idque diximus talium per ſe mitigationem affectuum ad ipſum habentem in ſeipſo attinere: nocent autem aut proſunt proximo per externas operationes. At vero quod quis alteri nocuus ſit aut iniurius ex duplici defectu oriri aſſolet, nempe vel ex voluntatis iniquitate, vel ex praua affectiones ſenſitiui appetitus. Exempli gratia, poteſt quis alteri rem aliquam ſurripere aut damnum dare, non quidem ex cupiditate habendi, ſed ex voluntate nocendi. Immo poſſet quis iſto modo violare alterius torum, non ob voluptatem carnis, ſed tantum vt noceat. Et econuerſo, ut plurimum conſueuit, poteſt quiſpiam rem eripere alterius, non quidem ex animi iniquitate, quia mallet non nocere, ſed ex cupiditate. Diſcerne ergo virtutum officia, ſuumque cuique tribue. Emenda io rectificatioque operationis quatenus æquitatem ad alterum important, functio iuſtitiæ eſt. Quatenus vero ex corrupto affectu iniquitas oboritur, pertinet ad alias virtutes vt ad liberalitatem, quæ auaritiam moderatur, & ad temperantiam quę reſtinguit cupiditatem, &c. Attamen quoniam exteriores actiones non ſortiuntur ſpeciem ab internis motibus, ſed a rebus ipſis, fit vt eædem actiones potius ſint materia iuſtitię, quam aliarum virtutum. Quod ſi demum ſciſci teris, quid opus erat accumulare actiones & res, nam cum in actione intelligatur obiectum, & per obiectum deſignetur actio, ſatis erat alterum ponere. Reſpondetur nõ eſſe otioſe dictum nam aliquæ ſunt actiones, quæ non propriè verſantur circa res, hoc eſt, circa poſſeſſiones, vt honoratio & de honoratio, mutmuratio, laudatio, &c. atque aliæ quæ conſiſtunt in rerum vſu, ſicut pecuniæ donatio, ablatio: rerumque quarumlibet reſtitutio, & omnia hæc ſunt iuſtitiæ materia.

Auguſt. Obiectio. Solutio. Ad ſecũ dũ arg.

ARTICVLVS VII.

Verum medium iuſtitiæ ſit medium rei, eiuſque actus, ius vnicuique ſuum tribuere.

QVoniam definitum eſt iuſtitiam eſſe virtutem, & virtus omnis conſiſtit in medio, quod ſuo actu conſtituit, cõ ſequitur ut perſcrutemur an medium iuſtitiæ ſit medium rei eiuſque actus, ius ſuũ vnicuique tribuere. Et arguitur a parte negatiua. Definitio generis, ſ. moralis virtutis, vniuerſis ſpeciebus æqua ratione cõuenit. Ariſtot. vero 2. Ethic. cap. 6. definit virtutem eſſe habitum electiuum, qui in mediocritate conſiſtit, ea quę eſt ad nos definita ratione. Et ſubdit hanc mediocritatem conſiſtere inter duo vitia, pura inter duas affectiones, quarum altera exuperans eſt altera vero deficiens, ergo & medium iuſtitiæ inter paſſiones conſtituitur. Secundo arguitur. In his quæ ſunt ſimpliciter bona, non eſt accipere ſuperfluum aut diminutum, atque adeo neque medium, cuius exemplum Ariſtot. 2. Ethicorum in virtutibus ponit uirtus enim quo maior, eo melior. iuſtitia autem, vt habetur 5. Ethicorum cap. 1. verſatur circa id, quod eſt ſimpliciter bonum, hoc eſt abſolutè in ſe bonum, quales ſunt honores ac diuitiæ: ergo tale obiectum iuſtitiæ non conſiſtit in medio. Tertio. In prædicta diffinitione virtutis, propterea dixit Ariſtot. virtutem eſſe habitum in mediocritate conſiſtentem, prout in ordine ad ratio definierit, quod non reſpectu quorumcunque

Arg. r. Arg. 2. Ariſt. Arg. 3.

cunque hominum idem est medium nam quod alteri in cibis multum est, alteri est parum hæc autem discrepantia pariter iustitiæ conuenit, non enim eodem supplicio plectitur, qui in principem manus cõiecit, quo qui pleberum vulnerauit, ergo mediũ
Arg. 4. iustitiæ non est rei, sed rationis Quarto de nique arguitur. Si medium iustitiæ esset medium rei, maxime quia eius actus est redde re vnicuique quod suum est, hoc autem nõ
Augusti. est in vniuersum verum. Nam August. 14. de Trinitate, tribuit ei etiam subuenire
Cicero. miseris Et supra citatus Cic. lib. 1. de Offic. ait beneficentiam ac liberalitatem ad iustitiam pertinere, per misericordiam vero & per liberalitatem non ius tribuitur, sed beneficium impenditur. Contrarium au-
Aristot. tem docet Philosophus 5. Ethico. capitu.
Prima 3. & 4.
conclõ Quæstio hec perfacilis est breuissimisque
aperitur diluitur duabus conclusionibus, quæ ex
titulus q̃ proxime dictis plane colliguntur. Prior est,
stionis. Medium, quod est obiectum iustitiæ, non est medium rationis vt in cæteris, sed medium rei. Loquimur enim hic de iustitia particulari, nam generalis non ad hoc obiectum peculiariter angustatur, sed uaste ad omnes diffunditur virtutum materias, vt
Proba- dictum est. Oportet autem prius terminos
tio con- intelligere. Sunt enim qui res in præsentia
clusiõi. distinguunt contra passiones, nempe quod cæteræ virtutes moderentur passiones iusti tia vero constituat medium in rebus. Attamen etsi perparum ad rem referat, non distinguitur nisi contra rationem, vt per probationem fiet liquidum. Probatur ergo cõclusio ex his quæ dicta sunt. Hoc nanque discrimen inter iustitiam & reliquas passiones constitutum est quod ille versantur circa passiones, hæ vero circa actiones & res, inter passiones autem non constituitur medium virtutis ex ipsa natura rerum, sed rationis iudicio. Exempli gratia, Temperantia consistit in mediocritate passionum, nempe vt non plus minusue sumas quam oportet, hoc autem plus & minus non perpenditur ex natura rerum, vt scilicet libram omnes sumant, aut tali certa hora, &cet. sed prout expedit cuiusque valetudini pro loco & tempore. Quare quod parcissimo Diogeni multum erat, voraci Mironi, qui, vt est in fabulis, integrum edebat bouem, erat parum. Medium autem iustitiæ, quia consistit in rerum æqualitate ad alterum, non ex illo rationis perpendiculo & arbitramento, sed ex ipsa natura rerum sumitur. Emis domum, verbi gratia, aut conducis operas alienas, debet prætiũ rebus ipsis æquari. Sicut duæ quantitates natura sua sunt æquales. Denique iustitia non dicitur constituere medium rei vt res distinguitur contra rationem, eo quod tale medium non sit rationi consonum, immo est maxime. Nihil enim magis doceat aliud ratio quam vt debito æquale creditori reddas, sed quia ratio pendet à rerum natura, propterea in quam quod constituitur æquale in rebus illud fit rationi conforme. Neque vero medium aliarum virtutem ideo dicitur medium rationis quod non constituatur in rebus, imò constituitur inter appetitum sumendi multum, & appetitum sumendi parum, sed quia vice versa, tale medium a ratione dependet tanquam à caussa. Non enim libram panis comedere est mihi medium, nisi quia ratio prudentiæ, pensata natura & conditione mea arbitratur hoc mihi congruere. Vide ergo quam ex arte diuus Thom. quasi mathematico more rem tractet. Videri enim poterat, sicuti impugnatoribus suis visus est, inepte constituere differentiam quod reliquæ virtutes versentur circa passiones iustitia vero circa operationes & res, & tamen id necessarium fuit vt substerneretur via ad demonstrandum discrimen inter medium iustitiæ & medium aliarum virtutum, At
Argu. vnum tamen posset quispiam ex Theologiæ tyronibus cogitare contra hoc argumẽtum. Videtur enim temperantia quando que constituere medium rei modo exposito, videlicet dum coniunx operam dat libe ris quando & vbi oportet nempe vtendo sua & non aliena, nam in hoc seruat illi fidem quam debet, & vtendo aliena irrogat ei iniuriam, eadem frangendo fidem. Ex superioribus autem facilis est responsio, quod
Solutio. dum quis alieno toto abstinet, concupiscentiam, refrænando, pertinet ad temperantiam dum vero id facit, vt ius coniugi seruet, pertinet ad iustitiam. Hanc autem iustitiæ mediocritatem quæstio quinta latius explicabit, & ideo hic supersedendum est. Illic enim elucidabimus quemadmodum hoc medium rei aliter in distributiua iustitia constituatur, atque aliter in commutati ua. Illa namque sequitur medietatem geometricam, hæc vero arithmeticam. Poste-

rior

rior conclusio præsentis articuli est de actu iustitiæ. Proprius inquam eius actus est reddere vnicuique quod suum est. Conclusio hæc annexa est, germanaque superiori. Si enim obiectum iustitiæ est medium in rebus constituere, quo æqualitas inter homines constet, æqualitas autem id est, quod iustum, iustum vero, vt supra diximus, idem prorsus quod ius, consequens apertissime fit, vt actus iustitiæ sit, ius suum vbicuique tribuere, vt Iurisconsultus in definitione supra posita affirmauit. Cui & Ambros. 1. de Offi. concinit, vbi ait, Iustitia est, quæ vnicuique quod suum est tribuit, alienum non vendicat, vtilitatem propriam negligit, vt commune æquitatem custodiat. Quod, vt in subsequentibus patebit, vtrique speciei iustitiæ particularis conuenit scilicet tam distributiuæ quam commutatiuæ. Nam iustitia generalis, vt supra diximus, multo habet latius officium, quippe quæ non habet peculiare obiectum, atque adeo actus eius non est hic tantum, sed, vt dictum est, virtus omnes in commune bonum referre. In hoc autem quod dicimus, ius vnicuique tribuere, includitur & hoc quod est neminem lædere, quod Ambr. ait, alienum non vendicare. Iustitia namque licet prius conueniat commutationibus voluntarijs in quibus vterque contrahentium alteri tribuit, deriuatur tamen ad voluntaria, quibus alter tantum ab altero inuito quidpiã aufert.

Secũda conclõ. Rõ conclusiõis. Ambr.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur argumentum principalium respondetur, quod cum medium rei, vt expositum est, si etiam rationi consonum, hac ratione definitio virtutis moralis in iustitia quoque seruatur. Ad intellectum autem secundi, meditare prius, bonum duobus modis simpliciter dici bonũ. Priori scilicet quia sic est omnimode bonum, vt nullam possit admittere rationem mali. Quemadmodum est gratia & gloria ac subinde virtutes. Et isto modo quanto bonum maius est, tanto excellentius. Quare sic vt modus amandi Deum est ipsum sine modo de amare, quia amatur tãquam finis sic & ista bona concupiscenda sunt & procuranda. Id quod & Philosophi de sanitate sentiunt quæ non, vt medicina præscripto modo sanitati commensurato, sed absolute est deamanda. Quocirca virtus non dicitur sic simpliciter bona, vt in suo obiecto non possit contingere superfluum & diminutum, sed quod augmentum ipsius habitus nunquam erit superfluum. Alio vero modo aliquid dicitur simpliciter bonum, quia absolute secundum suam naturam consideratum est bonum. Et hoc modo ait Aristot. iustitiam versari circa simpliciter bonum. Nam honores & possessiones secundum suam naturam sunt bona vtilia: nempe ad fælicitatem conducentia. Attamen bonum vtile debet commensurari si est secundum dispositionem subiecti, sicut medicus pharmacum ægroti commodi tati admetitur. Hac ergo ratione res ipsæ, vt per se sint bonæ, tamen dum veniunt in nostrum vsum, excedere possunt ac deficere. Quamobrem iustitia medium in illis constituit, vt scilicet non minus reddas, quam debes, neq. vero plus repetas, quam est id, quod tibi debetur. Ad tertium respondetur, quod etsi iustitia medium rei consideret, tamen quia iniuria ratione personę, cui irrogatur, crescit, qualitates etiam personarum contemplatur, vt secundum quãtitatem debiti repensatio fiat. Ad quartum denique argumentum respondetur, quod vbi August. iustitiæ adscribit subuenire miseris, non censet iustitiæ quatenus dicit rationem debiti, per se id proprie competere sed liberalitati & misericordiæ, quæ ea ratione; qua sunt ad alterum, reducuntur ad iustitiam tanquam partes eius potentiales, vt alibi supra diximus, & libro octauo explicatius dicturi sumus. Id quo Cicero loco citato significantiùs asserit, dicens iustitiæ cõiunctam esse beneficentiam, quam eandẽ, vel benignitatem vel liberalitatem appellare licet.

Aristot.

Ad tertiũ arg.

Ad quartũ argu.

Cicero.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum iustitia inter morales virtutes sit eminentissima.

POstremo deniq. articulo qõnis huius cõferenda est iustitia cum reliquis moralibus virtutibus quærendumque adeo, sit ne omnium præstantissima? Et arguitur à parte negatiua. Largiri hominem de suo id, quod nemini debet præstantius est & rarius, quam id reddere cuius est debitor: tum quod vbi minus est obligationis, maior est virtutis vis ad conferendum: tum

Primũ argum.

quod in hoc maxime aſſimilamur Deo, qui non ex debito: ſed ex benignitate confert, liberalitas ergo præſtantior eſt quam iuſtitia, ac potiſſimum magnificentia, quæ vt 4. Eth. ait Philoſ. omnium virtutum ac pariter iuſtitiæ ornamentum eſt. Secundo arguitur, quòd neque cardinalium virtutum ſit iuſtitia illuſtriſſima. Prudentia nãque eſt vna quatuor cardinalium virtutũ, & tamen eſt excellentior quam iuſtitia, quod ex parte obiecti perpenditur, atque adeo ex parte ſubiecti. Edocet enim ex profeſſo Ariſt 10. Eth. cap 7. intellectum eſſe potentiarum omnium excellentiſſimum, atque adeo voluntate excelſiorem, eo q verum dignius eſt obiectum quam bonũ, nempe vniuerſalius, ac ſubinde a materia abſtractius. Tertio arguitur. Temperantia quæ vna eſt virtutum cardinalium multo eſt nobis vtilior, quam iuſtitia, ergo & eminentior. Probatur antecedens. Nam plura nobis commoda, affert, videlicet & corporis ſalubritatem, & mentis tranquillitatem, voluntatiſq. libertatem. Hæc enim omnia nobis intemperantia vitiat, quæ tamen tria commoda omnium virtutũ fundamenta ſunt ſcilicet tamen intellectualium ad contemplandum, quam iuſtitiæ ad legibus obſequendum, quam etiam aliarum omnium, quæ corpori exercitio exhibentur. Quarto & de Fortitudine arguitur. Proprium namque virtutis ingenium, vt 2. Ethic. auctor eſt Philoſoph. eſt ad difficile ac bonum conniti. Fortitudo autem circa difficilius verſatur, quàm iuſtitia, nẽpe circa pericula mortis, quæ omnium eſt terribilium maximum: ergo Fortitudo iuſtitiæ præſtat. In contrarium autem eſt loco citato Cicero, vbi ait, In iuſtitia virtutis ſplendor eſt maximus, ex qua boni viri nominantur.

Arg. 2.

Ariſto.

Arg. 3.

Arg. 4.

Cicero.

Prima uirtutis partitio

Primum omniũ expendendus eſt quæſtionis titulus. Haud enim iuſtitiæ vel ad omnes virtutes fit comparatio, vel tantum ad cardinales, ſed ad omnes preciſè morales. Primum enim omnium virtutis ampliſſimum genus diuiditur in illas, quæ ratione obiecti ſuper naturales ſunt, quales habentur Theologicæ, atque alias, quarum obiectum eſt naturale. Et quidem Theologicas, puta fidem, ſpem, ac charitatem, eſſe omnium optimas atque maximas, citra controuerſiam eſt cunctis confeſſum, quippe quæ Deum habent pro obiecto. Sed naturalium virtutum aliæ ſunt intellectuales, aliæ vero morales, quarum moraliũ multitudo ad quatuor reducitur cardinales. Quomodo ergo ad ſui elucidationem quatuor expoſcit concluſiones. Prima eſt Virtutes intellectuales dignitate moralibus antecedunt. Concluſio eſt, S. Thom. 1.2.q. 66. artic. 3. Et probat primo ratione ſubiecti. Nam cum virtutis proprium ſit rationales actiones dirigere, illa quæ eſt in potentia, quæ per ſuam eſſentiam eſt rationalis, præſtantior eſt illa cuius ſubiectum eſt rationale per participationem, intellectus autem eſt eſſentia ipſa rationis, voluntas autẽ eo eſt rationalis, quod rationem participat ei obediendo, vt 1. Eth. plane Ariſt. docet, ergo intellectuales virtutes præſtantiores ſunt. Secundo id patet ex obiecto. Etenim quod verum præſtantius ſit bono, inde patet, quod verum abſtrahit a rerum exiſtentia, perficitur enim ſatis intellectus per ueritatis cognitionem, ſiue res ſint, ſiue nulla exiſtat. bonum autem nemo appetit niſi vt habeat quod exiſtentiam ſecũ affert, exiſtentiam autem conditio eſt materialis, recipitur quippe natura in ſuppoſito, dum eſſe incipit, quo autem quidpiam deſęcatius eſt ac purificatiuus a materia, eo præſtantius eſt. Cum ergo verum ſit intellectualium uirtutum obiectum, bonum autem moralium, fit vt intellectuales ſint dignitate ſublimiores. At vero hanc rationem, quia rari intelligunt, rari credunt. Haud enim negamus quin intellectus ſingulari etiam & rerum exiſtentias cognoſcere poſſit, neque negamus quin vlcenerſa voluntas poſſit quoque apparere bonũ in communi, ſed in hoc poſitum eſt diſcrimen, quod cum intellectus ſit potentia apprehenſiua & iudicatiua in hoc perficitur quod eſt verum cognoſcere, appetitus autẽ, quia fertur in obiectũ, nihil appetit niſi illo fruatur, illudque poſſideat. Fallax ergo argumentum eſt, ſi arguas. Melius comparatiuum eſt boni, cũ ergo bonum ſit obiectum uoluntatis, fit vt ſuum obiectum ſit melius quam uerum. Fallax inquam paralogiſmus eſt, quoniam uerum ipſum eſt quoddam bonum, idemque omnium præſtantiſſimum. Quare in patria in illa intuitione Dei, qui eſt omnium ueritatem abyſſus noſtra in noſtra fœlicitas. Accedit hoc ſo doctrina Philoſophi 10. Ethic. cap. 10. ubi ſex rationibus conſtituit ſppremam fęlicita-

Subdiuiſio.

Prima concluſio.

S. Tho.

Prima ratio.

Ariſtot. Secũda.

Elucidatur proxima ratio.

Argu. Solutio.

Ariſtot.

licitatem in rerum contemplatione consistere, hallucinando namque odorabatur legitimam beatitudinem, licet rem punctim non attingebat, Probat in quam felicitatem in intellectualium fruitione consistere quoniam uirtutes intellectuales primum in potentia sunt nobiliori, nobiliorisque sunt obiecti. Secundo, quia intellectualis operatio magis est continua, nam morales, quę in rebus corporeis versantur perdurare me queunt. Tertio, quia contemplatio suauiori dulcedine delectat quã moralium exercitium. Item quia contemplatio perpetuo manebit in patria, non autẽ moralis uirtus. Accedit præterea, quod ob easdem rationes uita contemplatiua actiuæ præcellit, pulchriorque adeo est veluti Rachel quam Lia, atque adeo constantior, atque uberior, paucioribusque indigens, cuius Maria sedens secus pedes Domini, documento fuit, cum Martha ergaplurima disturbaretur. Conclusionẽ hanc coram multis confirmatam studierim, qđ mirari eos satis nequeo, qui plus dignitatis moralibus uirtutibus deferunt, quam intellectualibus. Quibus ansam opinio illa porrexit, quam Scot. in 4. dist 49. q. 4. asseuerare pertendit, nempe uoluntatem potentiam esse intellectu præstantiorem. Vnde inferunt non modo morales uirtutes esse anteferendas, ex quo palam sequitur neque uitam contemplatiuam actiue præstaret, neque fœlicitatem in contemplatiue consistere, verum subinfertur & ex moralibus, iustitiam altiores esse gradus, quam prudentiam. Cum tamen corollarium nostræ conclusionis sit, prudentiam inter morales uirtutes primas obtinere, vt D. Tho. eadem. q. 66. art. 1. affirmat. Et profecto præter rationem generalium aliarũ intellectualium uirtutum prudentia etiam si consideretur, qua parte moralis est, precio sior est alijs. Virtus enim moralis a ratione tanquam a primæua radice probitatem suam ducit. Cum ergo prudentia rõnem ipsam perficiat, cæteræ vero appetitum, optima omnium est. Secundo prudẽtia est cæterarum omnium ductrix atq. imperatrix. Nam cæteræ uirtutes etsi rectã pariant intentionem finis, vt fortiter, temperare ac iuste agere, tamen eundem finem solo prudentiæ officio, media disponentis, assequuntur, ut 6 Ethic. cap 12. auctor est Arist. Excellit ergo alias ratione simili, qua dux cæteris militibus imperat. Immo vero adeo illi cæteræ sunt connexæ, vt sine illa nulla obtinere possit uirtutis gradum. Antea uero quam hinc progrediamur operæ pretium est conclusionem hanc argumentis tentare minime in idoneis. Primum, propria ratio uirtutis, ut uel de nomine ipso deprehenditur, est applicare potentiam ad vsum hoc autem non conuenit intellectualibus sed moralibus. Nam intellectualis uirtus tantum præstat facultatem agendi, puta cognitionem, ut 1. 2. q. 57. ar. 1 sciẽter Doctor sanctus docuit, virtus autẽ quæ est in appetitu applicat scĩam ad usum tã speculandi, quam operandi habitus aũt est p̃p vsũ nã sine vsu otiosus est & superuacaneus, ergo intellectualis virtus est p̃p moralẽ atq. adeo moralis, ut quæ rõnẽ habet finis, præstantior est. Secundo, virtus moralis est, ut ait Arist. 2. Eth. quæ bonum facit habentem. Vnde, vt supra diximus, neque artes, neque scientię simpliciter faciunt hominem bonũ, sed sola moralis virtus. Quare maiori est laude digna vtpote per quam apud Deum meremur, atque ad beatitudinem gressus facimus. Cum intellectuales virtutes esse possint sine vsu probis, atq. improbis sunt cões. Est ergo virtus moralis intellectuali perfectior Argumenta hæc eos qui rẽ in cortice summis labris attingunt, per multũ mouent, est tñ peregregia D. Tho. distinctio in eadẽ cp citata per quã facile diluuntur. Ait. n. nihil obstare quo minus id quod simpliciter melius est, secũdum quid nõ sit alicui p̃p necessitarẽ melius Philosophari nãq. melius est simpliciter, q̃ ditari, inopi vero melius est ditari. Pari ergo rõnaliter licet uirtutes ĩtellectuales meliores sint ratione obiecti, penes qđ simpliciter excellentia gradus existimatur, virtutes tamen morales plus participant generali rationi virtutis, quæ est in ordine ad actum & vsum propterea quòd sunt in appetitu, cuius est alias potentias mouere appellareque ad opus. Vnde 2. 2. quæst. 47. art. 4. elicuit prudentiam præstantiorẽ esse hac rationẽ cæteris virtutibus intellectualibus nempe quia non tamen uerum considerat, quod est intellectus obiectũ, sed illud ordinat ad bonum sub ratione boni puta ad usum operũ quo homo fit bonus. At vero arguat qs forte. Si virtus moralis plus hẽt de rõne uirtutis, si vt sit nobilior virtus. Hoc enthymemate nõnulli discipuli

Scoti opinio.

Pruden tia inter oẽs uirtutes morales primas obtinet. S. Tho. Ratio S. Thomę.

Primũ argum.

Aristot.

Ad arg. Distinc. S. Tho.

Alterũ argum.

Solutio quarundam.

li D. Thom. ſeducti, arbitrantur eius mentem fuiſſe, virtutes intellectuales eſſe nobiliora entia, nobilioreſque habitus, ſed tamen morales eſſe nobiliores virtutes: Hic autem ſenſus manifeſte reluctatur eius mēti quippe qui ait intellectuales eſſe ſimpliciter nobiliores virtutes nam de virtutum ſubſtantia & natura loquebatur. Et ratio eſt aperta, quia ſi ſunt nobiliores habitus cum ſint habitus virtutis, ſit vt ſint quoque nobiliores virtutes. Reſpondetur ergo conſequentiam hanc nullam eſſe. Ratio generalis virtutis plus cōuenit moralibus, ergo ſunt ſimpliciter nobiliores virtutes, quoniam virtutis nobilitas non ex ratione virtutis ſimpliciter perpēditur, ſed ex ratione obiecti Exempli tibi eſto. Docet nos Ariſt. 1. de anima ſcientiam, de anima eſſe nobiliorem cæteris, quia de nobiliori obiecto, & tamen ratio ſcientiæ, quæ eſt euidentia, illuſtrior eſt in mathematicis, quæ ideo nō ſimpliciter, ſed ſecundum qui ſunt nobiliores ſcientiæ. Et pari ratione Theol. eſt nobilior ſimpliciter ſcientia quam muſica, argumenta ergo facta hoc tantum concludūt, quod virtutes morales plus habent de ratione virtutis, & ideo faciunt habentem ſimpliciter bonum, & ſunt magis vtiles, ac ſubinde cumulatiores laudis, &c. Sed contra. Dignitas ſimpliciter virtutis per ordinem ad ſupremam fælicitatem perpendenda eſt, ad eam autem nos propinquius morales per mouent ergo ſunt digniores. Conceſſa maiori cum minori, negatur conſequentia. Nam etſi in ordine ad fælicitatem ſint virtutes æſtimande tamen digniores ſunt illæ in quibus conſiſtit, fælicitas quam illæ per quas illuc tendimus. Et licet per virtutes morales illuc progrediamur, tamen contemplatione Deo perfruimur. Itaque in hac vita intellectuales ſunt propter morales nam cognoſcere eſt propter operari ſed tamen ſimpliciter morales ſunt media, quibus ad ſupremam contemplationem progredimur. Ob idque e ſi morales ſint magis laudabiles, tamen intellectuales ſunt præ illis honorabiles. Laus nanque debetur vtilibus medijs honor vero fini. Ex quo fit, quod cum intellectuales moralibus præferimus, intelligendum eſt comparando genus ad genus, ſupremumque intellectuale, puta viſionem Dei ad ſupremum morale, videlicet ad amorem Sed ſi comparatio in indiuiduo fiat, prætioſor eſt charitas, immo & iuſtitia, quam vna ſcientia naturalis. Secundo concluſio. Iuſtitia generalis & legalis earum omnium moralium eſt præclariſſima, quæ in appetitu cōfident. Quod appoſuerim, vt prudentiæ ſuus ſeruetur honos. Probatur ex illa ſententia Ariſtot. 1. Ethico. Bonum commune diuinius eſt particulari, legalis nanque iuſtitia, vt ſupra dictum eſt, omnes virtutes quæ ad particularia bona hominem inſtituunt refert in commune bonum, eſt ergo architectonica virtus, perindeque cæteras omnes gubernans atque architectus miniſtros, duxque exercitum, ac princeps rempublicam. Quapropter de illa loquitur Cicero vbi ait, quod in iuſtitia eſt ſplendor maximus. Et Ariſtot. vbi inquit quod eſt ſicuti Heſperus inter cætera aſtra. Quin vero ceu ſol eſt, inter humanas virtutes, inſtar charitatis inter vniuerſas, nam vt ſol reliquis lumen infundit, ſic & iuſtitia legalis, per hoc quod ad bonum commune cunctas refert ad quod omnes referendæ ſunt partes, maxime illas illuſtrat. Qua vtique ratione, vt ſupra diximus, vniuerſæ virtutes nomen ſibi vendicant iuſtitiæ. Ex quo fit vt extra rerum naturam philoſophentur, qui concluſioni huic maculam impingere moliuntur, in quibus eſt Burid 5. Ethic. qu. 6. Contendit enim præſtantiorem eſſe per ſe virtutem, quæ hominem bene afficit in ordine ad ſeipſum, quam illam, quæ in ordine ad bonum commune eum inſtituit. Natura enim inquit, & charitas plus inclinat hominem diligere ſeipſum quam commune bonum. Quod ſi pars, puta manus, appetit conſeruare totum, hoc, inquit, eſt quia inde dependet ſua ipſius conſeruatio. Eſt enim hæc philoſophiæ adulteratio. Immo ſagax natura, cui maior incumbebat totius cura, quam partium eas propter totius conſeruationē produxit, quibus adeo inſtinctum impreſſit conſeruandi totum potius quam ſeipſas. Vnde experientia docet, brachium ictum excipere qui in caput dirigebatur, etiam ſi ipſius abſciſſio ſubſequatur. Quo fit, vt Deus ſit à nobis plus, quam nos ipſi diligendus, quia eſt totum reſpectu noſtri, atque adeo in republica ciuili plus Ludis meretur, qui bonum commune curat, quam proprium, ac perinde illa virtus, præſtantior eſt & apud Deum & apud homines. Tertia concluſio,

Refellit proxima Solutio.

Ad arg.

Replica

Rñſio.

Corollarium.

Secūda concluſio.

Probō. Ariſtot.

Cicero.

Opinio. Burida.

Explo-ditur. Burida.

ſio. Virtus iuſtitiæ etiam particularis omnium eſt moralium præſtantiſſima, quæ ſunt in appetitu, vt ſemper prudentiam habeamus exemplam. Probatur medijs quā plurimis. Primo ratione ſubiecti. Inſidet n. rationale appetitui, puta uoluntati, quæ ſē ſitiuo, cui aliæ inſunt, ſupereminet. Secundo ex parte obiecti, nam virtus eſt circa arduum ac difficile, difficilius autem eſt probe eſſe hominem affectum ad alienum bonum conſeruandum, ad quod natura noſtra non eſt adeo propenſa, quam ad cuſtodiendum bonum proprium, ad quod niſi ubi præpedita eſt, per ſe eſt inclinata. Cum erga cæteræ uirtutes circa proprium uerſentur bonum, iuſtitia uero circa alienum, fit, vt ſi robuſtior ac præſtantior. Vnde Ariſtot. 5. Ethic. cap. 1. Complures in proprijs, inquit, vti quidem virtute poſſunt, ſed in his quæ ſunt ad alium, nequeunt, quia res eſt magis ardua. Quapropter ſententiam illam Biantis probat, Magiſtratus virum oſtendit, eo ſcilicet quod iam inde homo habet reſpectum ad alios. Experientia enim conſtat con plures priuatam agentes vitam, ſtudioſos eſſe qui tamen ad epiſcopales functiones, ad alioſve magiſtratus aſſumpti, vbi iuſtitiam adminiſtrare debent indigni habeantur Vnde infert. Ariſtot. Illum eſſe peſſimum, qui ad ſe ipſum & ad amicos vtitur prauitate, illum vero eſſe optimum, non qui ad ſeipſum tantum, ſed qui ad alium vtitur ipſa virtute, hoc enim inquit, eſt opus difficile. Tertio id oſtenditur ex effectu iuſtitiæ. Cum enim homo ſit politicum animal, natum ſcilicet in ſocieta te conuiuere illa in eo fulgentius emineat virtus, per quam pax & tranquilitas publica tutius protegitur, hoc autem omnium maxime præſtat iuſtitia, atque adeo conuentorum pactorumque fides, quæ utij. Offic. ait Cicero, eius fundamentum eſt. Quocirca, vel ob hoc præcipue iuſtitia Heſpero aſſimilatur, quod fulgentiſſimam rei publicæ pulchritudinem affert. Enimuero cum lubrica hæc temporalia bona per exigua ſint perque anguſta, poſſideri niſi per partes nequeunt, atque adeo niſi auiditates, humanæ legibus, ceu limitibus, circunſcribantur, ut unuſquiſque intra ſuum ius coercitus manus ad alienum non porrigat, ex quo legitimum poſſeſſorem detur bet. Facit ergo iuſtitia ceu quadratos lapides ſic homines dignitatibus ordinibus diuerſiſque iuribus diſtinctos ſpecioſiſſimam rempublicam extruere. Atque hinc quarto elicitur ratio. Illa eſt præclarior uirtus, quæ omnibus atque in omni tempore eſt neceſſaria, quam aliæ magis particulares, iuſtitia autem, ut 7. Politi. cap. 1. & 1. Rhe. ait Philoſo. neceſſaria eſt in bello & in pace, cum fortitudo in bel o tantum ſuis fungatur uicibus. Quinto Illa eſt nobilior ac magis neceſſaria uirtus, quæ ſeruata omnes poſſidentur, hæc autem potiſſimum eſt iuſtitia. Nam cum temperantia & fortitudine neceſſaria nihilominus eſt iuſtitia. Si tamen hæc nullibi uulneraretur, omnes aliæ incolumes eſſent. Sexto, Illa eſt pretioſior uirtus, & è re maxime moralium, cuius maior eſſe debet cura legiſlatoris, in republica, hæc autem eſt iuſtitia, vt loco citato 7. Politic. ait Philoſoph. Et quo ſummatim cuncta complectamur, inde maxime res confirmatur quod in decalogo, vt ſupra monſtratum eſt, nullum Deus præceptum poſuit præterquam iuſtitiæ. Et in republica ciuili nullis vitijs tanta ſunt, tanque acerba ſupplicia decreta, quam criminibus iniuſtitiæ ſi hæreſim modo nefandumque ſcelus accipias Vnus autem ex his ſcrupulus enaſci poteſt, vtrum ſcilicet eouſque conſtituamus iuſtitiam perfectiore eſſe cæteris moralibus vt quicunque eius actus ſit excellentior quocūque aliarum. Nam multi ex noſtris citra ſcrupulum ita cenſent. Quod profecto nulla probabilitate defendi poteſt. Ecquis enim dicat, quod vendere piſciculos iuſto pretio, aut miſera holera, eo quod ſit actus iuſtitiæ, maioris ſit laudis & meriti, quam maximus fortitudinis actus aut temperantiæ? profecto ridiculus meritiſſimo habeatur. Quando ergo comparamus virtutem vnam ad aliam, collatio tantum fit, vt nuperrime dicebamus, inter genus & genus, aut inter maximum actum vnius, & maximum alterius. Quod tum nihil vetat, quo minus propter rei tenuitatem, id quod eſt genere ſuperius in in diuiduo ſit inferius, Quarta concluſio. Aliarum duarum virtutum moralium ſortitudo eſt præſtantior quam temperantia. Concluſio eſt S. Thom. loco citato. 2. 2. qu. 66 artic. 4. Quæ primo probatur ratione obiecti & ſubiecti. Nam temperantia verſatur circa delectabilia tactus, qui omnium eſt ſenſuum maxime materialis, vtpote omnium fundamentum. Præterea, ex parte actus

Tertia concluſio.

Prima rō, p cō cluſiōe.

Secūda.

Ariſtot.

Tertia.

Cicero.

Quarta ratio.

Ariſtot.

Quinta.

Sexta.

Confirmatio.

Scrupulus.

Quorūdā placitum.

Rō ipręritā opinionē

Quarta concluſio.

S. Tho

Probō concluſionis.

actus. Fortitudo namque verſetur circa pericula vitæ in bello, a qua cuncta temporalia bona promanant, temperantia uero circa illa, ex quibus quidem uita dependet, vel indiuidui, quãtum ad eſcas vel ſpeciei quantum ad venerea. Sed tamen quia in illis non imminet adeo preſens atque horrendum periculum mortis, non ineſt tantum difficultatis, neque uirtutis, quæ circa difficile verſatur.

Ad primũ arg.

Primum igitur argumentum tribus membri reſponſo diluit S. Thom. Eſto enim liberalitas hoc iuſtitiam exuperet, quod liberalis id tribuit quod non debet, tamen iuſtitia propinquius accedit ad commune bonum, tribuit enim cuique quod ſuũ eſt, quod ſeruatur publica pax, ad quam liberalitas non eſt tam neceſſaria, ſed reſpicit bonum priuatum, quod eſt diffuſiuum ſui. Secundo, Iuſtitia latius extenditur, nam reſpectu omnium eſt neceſſaria, quod liberalitati non conuenit. Item, quia liberalitatis fundamentum, iuſtitia eſt. Nemo enim liberalitatis nomen meretur largiendo quod non debet, niſi iuſtus prius ſit, ſoluendo quod debet. Et idẽ eſt de magnanimitate.

Dubiũ de mĩa. S. Tho. Solutio.

Dubium autem hic ſupereſt de miſericordia, quæ etſi ſit moralis uirtus, præclarior tamen apparet quam iuſtitia, vt ſanctus ipſe Doctor. 2. 2. queſtion. 20. confitetur, eo quod ſi propria Dei uirtus. Ad hoc autem reſpondetur, quod ſi miſericordia accipiatur, vt eſt triſtitia alienæ miſeriæ moderatrix, inferior eſt, quam iuſtitia quandoquidem in appetitu eſt concupiſcibili. Si vero accipiatur ut non dicit ordinem ad ſenſualem effectum, puta ad commiſerationem, ſed tantũ voluntatem leuandi alios a miſeria multo eſt præclarior, quam iuſtitia eo quod eſt virtus ſumpte ingenio diuina, velle enim ac poſſe miſeris cunctis & defectibus tam publicis quam priuatis ſuccurrere, ſubiectum ſupponit, quod nulli eſſe poſſit calamitati defectuive, obnoxium, quod ſoli poteſt in acceſſe maieſtati Dei congruere. Quamobrem & eius quoque effectus eſt omnium præclariſſimus, nempe abſque ullo debito indigentias ſubleuare ac prorſum tollere. Nam ſi libertatem inferiorem iuſtitia fecimus ratio erat, quod in iuſtitia fundatur, neque ad commune bonum tam propinque accepit, neque ad omnes extenditur, miſericordia autem in ſuo culmine, puta vt in Deo exiſtit, iuſtitiam non præſupponit imo prius per miſericordiam res produxit, quam illis aliquid deberet, & ad publicum ſpectat bonum, ad totamque rempublicam prolatatur. Et ideo cum uirtus ſit diuina, comparatio iuſtitiæ non extenditur ad illam.

Obiectio.

Quod ſi obijcias iuſtitiam etiam eſſe virtutem diuinam, atque adeo non excedi a miſericordia, negatur conſequentia, nam iuſtitia ſic eſt diuina, ſecundum propriam rõnem, puta debitũ ſoluere, poſſit eſſe humana, miſericordia vero quatenus nullam ſecum patitur miſeriam, ob id q̃ oẽs tollit, eſt Deo maxime propria, atque adeo in ipſo illuſtrior, ac rutilantior, quam iuſtitia.

Reſponſio.

Secundo aũt argumento ſua eſt concluſio conceſſa, nempe prudentiam dignitate eſſe ſuperiorem Cõparamus.n. tm iuſt tiam ad virtutes morales, quæ ſunt in appetitu.

Ad ſecũdum.

Ad tertium de temperantia rñdetur, q̃ etſi illa nobis commoda afferat, quam ob rem Ariſ. 7. Polit c. 15 tali ratione iuſtitiæ illã adæquet. vbi temperantia, inquit, ſicuti & iuſtitia tempore belli & pacis eſt neceſſaria, ſimpliciter tamen p̃p allatas ſupra rationes iuſtitia eſt anteferenda.

Ad tertiũ arg. Ariſtot.

De fortitudine aute, q. 4. argumento contendebatur iuſtitiæ præponi maior ſupereſt ambigendi ratio. Habet.n. ſi renua hæc ingenuaq. virtus argumenta multa, ſibi in hac cauſſa patrocinantia. Primum, ſi a nomine eius encomium auſpiceris fortitudo nomen uirtutis uidetur per excellentiam obtinere. Sic n. legitur Sapiens. 8. Sobrietatem & iuſtitiam docet, prudentiam & virtutem, i. fortitudinem. Et ratio ipſa virtutis, quæ eſt animũ ad vſum applicare, eximio fulgore ſplendeſcit in illa, puta quæ hominẽ præſentiſſimæ morti omnium horrendiſſimæ obijcit. Et tertio eius excellentiã ſplẽdor commendat, quo habetur in republica. Magnates.n. & ſanguine præclariſſimi inde maximis facultatibus cumulantur atque honoribus ſuſpiciuntur, q̃ fortitudinis virtute rempublicam tuentur. Ob id q. nunquã profapiæ conſueuerunt compendioſiori uia in republica nobilitari, quam per bellicam fortitudinem. Id quod vel Gẽtium, nempe Lacedæmoniorum, Romã & Græcorũ hiſtoriæ perpetuæ memoriæ prodiderũt. Hæc n. virtus, vt Hercules, ac Theſeos, & quos poetæ fabulãtur, mittamus, Alexãdros, Cęſares, Scipiones, atq. alios id

Quæſt. Quarto arg. prætacta.

Rõ prima dubitandi.

Secũda.

Tertia.

genus

Quarta. genus tōto orbe celeberimo fecit. Quin eget profana miſſa faciamus, virtuti maieſtatem (vt paulo antea dicebamus) ex maximo eius actu debemus perpendere, optimus autē fortitudinis actus (quale eſt martirium) & laude & merito excellentior eſt quam ſupremus iuſtitiæ. Nam maiorē charitatem nemo habet, quam vt animam ſuā ponāt quis pro amicis ſuis, ac potiſſimum pro Deo inteſtimonium fidei, ergo fortitudo faſtigiū inter morales virtutes obtinet. Ad hæc, cum ſummum hominis bonū naturale, ſit libertas, illa erit virtus omnium maxima, per quam libertas preſertim vendicatur, hæc aut eſt fortitudo. Nam vt. 7. Polit. ait Ariſ. qui pericula belli non ſuperat, ſerui fiunt. Ad de illā eſſe pretioſiſſimā quæ eſt rariſſima, hęc autem fortitudo, rarius enim fortes inuenias, quam aliis virtutibus præditos. In ſumma fortitudinis in-Senium & vis eſt alios vincere ſibique ſuppeditare quod Dei virtutem & potentiam proxime præſe fert, vnde fortes atq. animi robuſtos cūcti pertimet pertimeſcunt, omnesq. venerant ac reuereretur. His verunt̄ nihil obſtantibus incuuctanter eſt in ſnia perſiſtendum. Satis enim pro ſua laude fuerit fortitudini, iuſtitiam in litem de prę latura uocaſſe. Quando enim rationes alias ſupra comme motatas ſileremus hæc pro iuſtitia victoria abundat, quod fortitudo nulla tenus eſt, niſi ad iuſtitiæ præſidium & cuſtodiam neceſſaria. Scientiſſime namque apud Plutarc. Ageſilaus, dum ceu iudex hanc qō interrogaretur, vtra ſcilicet harum virtutum alteri præſtaret, reſpondit, nihil vtique fortitudine indigeremus, ſit omnes iuſti eſſemus. Enimuero niſi iuſtitia violaretur, neutiquam bellis daretur occaſio, in quibus fortitudo reipublicę ſeruit. Reſpondetur ergo ad principale argumentum, quod etſi fortitudo ſit circa difficilius, tamen iuſtitia eſt circa id quod eſt melius, Præclarius namque eſt, vt pax & tranquillitas humani generis per iuſtitiam ſeruetur, quam vita priuati hominis. Quare iuſtitia, vt diximus, vtroque tempore & pacis & belli refulget. Neque ad pacem neceſſaria eſt fortitudo, niſi iuſtitia proſtibata. Pari modo reſpondetur ad id quod denomine obiectum eſt. Vendicauit enim ſibi fortitudo virtutis nomen, non ſimpliciter per excellentiam ſed quia qualitas, illa, ac ſuis virtutis, quæ animum robuſtum efficit, & conſtantem, præcellit in ipſa. Ad aliud autem de nobilium ſplendore, quibus nomina fortitudo fecit præclara. Reſpondetur, quod ſi fortitudo tales illis honores pepererit, id tamen non fecit niſi tanquam miles miniſtraque iuſtitiæ, quia neque virtutis ratione aſſequi valet, niſi quatenus eſt iuſtitiæ cuſtos ac propugnatrix. Enimuero cum homnos ſoli virtuti, vt Ariſt. 1. Eth. inquit, debeatur, ac potiſſimum iuſtitiæ, vbi homines aliter quam iuſtitiam tuendo animi robur exercent, non ſunt aliter fortes, quam truces tauri, ſerocesq. vrſi, atque immanes tigres. Conſtituit ergo reſpublica magnates atq. illuſtres, vt ſacroſanctam iuſtitię virtutem ſua fortitudine ſtrenue protegerent, nempe non vt ſua potentia iniuriam aliis offerent, ſed vt vndiq. propulſarent. Ad aliud autem quod de martyrum fortitudine maiori cum probabilitate obiectum eſt, reſponderur quod etſi actus martyrii, qui apud Deum præclariſſimus eſt a virtute fortitudinis ſit elicitus, non tñ inde totum ſuam laudem nācīſcitur, ſed quia a ſupremo charitatis conatu imperat̄, qua nemo maiore habet quam vt animam ſuam ponat pro Deo ſuo. Quare & religionis virtus, q̄ præſtantior eſt quam iuſtitia, ſuis illic vicibus fungitur. Quo ſit vt ponere vitā pro alio quolibet amico, non adæquaret ſupremum actū iuſtitiæ. Ad aliud negat̄ fortitudini maxime eſſe propriū libertatē aſſerere. Imò hoc præ cunctis virtutibus, iuſtitiæ competit, quę vt ſupra diximus, parens eſt pulcherrimæ pacis, ſed iuſtitia perturbata, neceſſaria eſt ad libertatem fortitudo. Ad aliud etſi concedere, hac rōne rarā eſſe fortitudinis virtutem, q̄ circa truculentiſſimā mortē, quā hoīes maxime extimeſcunt verſatur, tamen profecto ſi ingentiſſimā mortalium auiditatem honoris atq. ſplendoris ſpectes, quem per fas atq. nefas perſequuntur, multo crediderim eſſe rarionem iuſtitiæ virtutem, quę non modo in minimis aut in mediocribus, ſed in his quæ ad ampliſſimas dignitates maxime referunt, conſtantiſſime vigeat. Ad poſtremum deniq. negatur, per fortitudinem maxime nos Deo aſſimilari, licet fortes victos ſuos ſuppeditent. Non enim hoc eſt in Deo ſummum, ſed cuncta per iuſtitiam ſubiugare, ac potiſſimum per miſericordiā creare ac recreare.

Quinta. ratio.

Poſtrema.

Solutio propoſitæ concluſiōis. Plutarc.

Ad primum.

Ad ſecūdum.

Ad tertium.

Adquartum.

Adquintum.

Ad ſextum.

Ad vltimum.

Quæ-

QVÆSTIO III.

DE INIVSTITIA.

S. Tho. 2. 2. quæst. 59.

ARTICVLVS I.

Vtrum in iustitia sit speciale uitium.

Aristot. CVm contrarium, vt 1. Topi. auctor est Arist. eadem sit disciplina, opus hoc nostrum quod de iustitia & iure scripsimus, non solum circa iustitiæ virtutem, sed plurimum circa iniustitiæ uita in subsequentibus versabitur. Ob idque post explicatam naturam iustitiæ, necesse est de contraria iniustitia proximũ adhibere sermonem. Quæritur ergo vtrum iniustitia sit speciale vitium? Et arguitur more nostro a parte negatiua. Omne peccatum, vt 1. Ioan. 3. habetur, est iniquitas:

Prmũ argum. iniquitas autem idem quod iniustitia, vtpote inæqualitas, ergo iniustitia non dicit speciales vitium, sed generalem omnium conditionem. Secundo arguitur. Nullum

Secũdũ. speciale peccatum vniuersis opponitur virtutibus: iniustitia autem opponitur cunctis virtutibus, nam iniustitia quæ in adulterio committitur, opponitur castitati & quæ in homicidio, mansuetudini & quæ in contumelia, vrbanitati, &c. ergo non est speciale

Tertiũ. vitium Tertio, iniustitia opponitur iustitiæ quæ est in voluntate, sed omne peccatum. Augustino auctore, est voluntarium, ergo omne peccatum est iniustitiæ. In contrariũ est quod iniustitia contrariæ opponitur iustitiæ hæc autem est specialis virtus, ergo iustitia spirituale vitium.

Quæstio quam facillima est. Nam per regulam topica quor modis dicitur vnum contrariorum, dicitur & reliquum. Quo fit vt sicut iustitia alia est generalis virtus ac legalis, alia vero specialis, sic & iniustitia alia uero spiritualis. Quapropter a duabus

Prima conclusionis. conclusionibus ad quæstionem respondetur. Prior, Iniustitia illegalis quæ iustitiæ legali è regione aduersatur, est uitium, speciale, quidem per essentiam, intentione autem atque imperio generale. Vtraq pars

Rõ conclusiõis. similima ratione patet qua idem est de iustitia demonstratum. Enimuero sicut legalis iustitia bonum habet commune pro obiecto, ob idq; specialis virtus est per essentiam nihilominus cæteris omnibus imperat omnesque ad suum referet finem, sit est de iniustitia censendum. Est enim illegalis iniustitia legum inobedientia, boniq communis despectio, & ideo est speciale vitiũ. Sed tameu per reliqua omnia grassatur. Potest enim quis adulterari ex contemptu legis, occidere, furari, &c. Posterior conclusio. Iniustitiaque æqualitatem, quæ ad alterum est corrumpit, inq. inæqualitatem pertuertit, puta prout homo plus habere vult aut rerum aut honorum, minusq malorũ, carius scilicet vendẽdo, aut vilius emendo. &c. speciale vitium est. Idq. inde patet quod materiam habet specialem & obiectum. Conclusiones ambæ expressæ apud Arist. 6. Ethic. cap. 1. constitutæ sunt vbi bifariam aliquem dicit esse iniustum, videlicet & qui à legibus exorbitat, & qui plus capit atq. iniquus est, iustus quoque dupliciter, & qui legitime facit, id est legibus obtemperat, & ad commune contuetur bonum atque ille qui æquus est, idest qui vniquiquæ quod sunt est tribuit.

Secũda conclu. Aristot.

Reſponſio autem primi argumenti rem amplius elucidabit, Respõdetur. n. q̃ sicut iustitia legalis dr̃ p̃ comparationem ad bonum commune humanum, sic & iustitia diuina dicitur per comparationem ad bonum diuinum, cui cum omne peccatum repugnet, merito in genere difinitur quod sit dictum vel factum contra legem Dei. Atque hac subinde ratione omne peccatum est iniquitas. Dubitas autem an iniquitatis ratio illegalis formaliter conueniat vniuersis peccatis. Apparet nanq. ita esse, quandoquidem peccatum nullum sit nisi contra leges fiat Responsio nihilominus est, quod etsi commune pecatum materialiter sit illegalis iniquitas, non tamẽ id uniuersis eis conuenit formaliter. Exẽpla enim supra iam sæpe posita sunt. Enimuero si furtum facias, non ceu Dei leges despectui habens, sed vt cupiditati tuæ obsequaris vel homicidium perpetres, non vt bonum perturbes, commune, sed quia potis non es tuæ cedere iracundiæ, materialiter quidem illegalis es, quia diuinę legis transgressor non tamen formaliter, quia id non habes in intentione, sed es nihilo-

Ad primũ arg.

Dubitatio.

Solutio

nihilominus iniquus, atque iniustus contra particularem iustitiam. Si autem hæc scelera in contemptum legis & contra commune bonum committeres, tunc illegalis esses ac peruersus ciuis. Ad secundum. Ad secũdum respondetur, iniustitiam, quia circa omnes actiones, peculiari nihilominus ratione versatur non quidem directe, sed tamen indirecte, & materialiter omnes virtutes oppugnare, quippe quæ per diuersas corruptas affectiones, ius alienum violat. Ad tertium. Ad tertium denique respondetur, quod etsi voluntas sicuti & ratio ad materiam omnium virtutum sed dilater, nihilominus iustitia suam habet peculiarem rationem, ideoq. non omne peccatum est iniustitia.

ARTICVLVS II.

Vtrum quicunque iniustum facit, continuo censeatur iniustus.

CVm virtus auctore Arist. sit quæ bonum facit habentem, scrutari decet, vt um vice versa quicunque in iustum facit, continuo sit censendus iniustus & prauus? Et arguitur a parte affirmatiua. Habitus a suis obiectis nanciscuntur speciem, proprium autem obiectum iustitiæ est iustum. propriumque adeo iniustitiæ, iniustum, ergo & ex hoc quod qui iustum facit, iustus, est habendus, & ex hoc quod iniustum, iniustus, Secundo arguitur. Omnis virtus eodem se habet modo ad proprium actum, eadem ergo erit ratio ad omnibus vitiis quicunque autem facit aliquid intẽperatum, est intemperatus, ergo & quicunque facit iniustum, erit iniustus Tertio, Quicunque iniustum facit, peccat genere suo mortaliter. Nam facit contra æquitatem, vel occidendo, vel adulterando, vel furando, &c. quæ omnia sunt genere suo mortalia, peccatum autem mortale reddit hominem iniustum apud Deum sicuti gratia reddit eum iustum, ergo quicunque facit iniustum, est iniustus. In contrarium est Philosoph. 5. Ethic. ca. 8. vbi ediſſerit quemadmodum contingat, ut quis iniustũ faciat, qui tamen non subinde fiat iniustus.

Primũ argum. Secũdũ Tertiũ. Aristot.

Quæstio hæc in gratiam Arist mota est nempe vt eius hic locus modo citatus exponatur. Cuius quidem doctrina vna bimembri conclusione summatur. Cui alteram adhibebimus, vt quartum articulum Sancti Thomæ huius germanum, simul ab soluamus. Sit ergo prior conclusio. Nonq cunque iniustum facit, dicendus est subinde per se iniustus, puta si vel ex ignorantia vel ex passione id faciat, sed ille tantum qui ex habitu & ex electione id audet. Quo autem conclusionis sensum tyrunculus etiam percipiat, meminerit ad rationem uirtutis exigi vt quis sciens ex electioneq. faciat potet honestum & perpetuo, vt ex 2. Ethic. supra citatum est. Quare si quis, vel casu vel quadam repentina affectione vnum de se præstet virtutis actum, nõ subinde studiosus est, quia non per se, sed per accidens bonum facit. Id ergo ipsum Aris. docendum duxit & in vitiis. Requiritur n. vt quis iniustus dicatur, non tantum quod iniustum faciat, sed quod ex animi morbo efficiat, puta ex habitus corruptione. Patefacit autem rationem hanc diuus Thomas hoc modo. Sicuti obiectum iniustitiæ est iustum, ita & obiectum iniustitię. iniustum, puta inæquale, radix aũ propria, vnde iniustum oboritur, est habitus quo potentia afficitur ad obiectum, Quare qui ex electione & habitu operatur, ille proprie iniustus est Potest ergo duobus modis vsu venire, vt quis iniustum patrando, non sit iniustus. Primo, propter defectum relationis actus ad obiectum, s. quia operans illud non intendit, nam actus ex intentione fit spontaneus, ac subinde humanus. Vnde quomodolibet quis non vltro faciat, excusatur ne sit iniustus, & cum voluntarium ignorantia, vsq. tollat, si quis, inquit Arist. per ignorantiam iniustum faciat. vel ui cõpulsus, nemini iniuriuse st, vt si quis tuam manum moueat, qua alium pulses, tunc enim neque animus neque vero actio refertur applicaturque ad iniustum, sed fit iniustum per accidens. Quare nullum est vituperium, sicuti neque quidquam comparares laudis si illo modo iustum faceres. Secundo vero modo contingit, vt iniustũ faciens, non sit iniustus ex defectu relationis actus ad habitum, nẽpe quod licet obiectum sit voluntarium & intentum atquæ adeo operatio referatur ad obiectum, tamen actio nõ nascitur ex habitus. Vt si quis alioqui mitis homo & probus subitanea iracun-

Prima conclõ. Fundamẽtum. Rõ conclusiõis. Bafariã. cõtingere potquẽpiã iniustũ patrare, neq. tñ fit iniustus.

iracundiæ, procella alium vulnere, tunc nō operatur ex electione, quippe quam neceſſe eſt vt deliberatio præcedat, atque adeo neque ex habitu. Colligitur ergo ex his noſtra concluſio nempe, ad hoc quod quis merito nominetur iniuſtus, requiri, vt per ſe faciat iniuſtum, nam vbi id per accidens fecerit, non erit iniuſtus. Et cum habitus per actionem referatur ad obiectum, duplex eſt relatio & applicatio neceſſaria, vt per ſe faciat quiſque iniuſtum, fiatque iniuſtus, videlicet, vt operatio per intentionem referatur ad obiectum, hoc eſt, quod obiectum ſit volitum, & præterea vt eadem operatio per electionem referatur ad habitum, hoc eſt non ex paſſione, ſed ex habitu procedat. Hic nihil ambiguitatis ſupereſt, modo mens Ariſtotelica poteſcat. Enimuero quod qui aut ignoranter aut vi coactus quidpiam admittit, neque iuſtus ſit neque iniuſtus, euidentiam rationis habet, quia actio, quæ ſpontanea non eſt minime eſt humana. Attamen quod qui ſciens & prudens ex animis ægritudine, puta ira uel alia paſſione delinquit, non ſit iniuſtus, falſum apparet. Triplex enim peccatorum genus diſtinguitur ſcilicet ex ignorantia vincibili, puta quæ non in totum excuſat, & ex paſſione: quod peius eſt: & exmalitia, puta ſtudio & electione: quod genere ſuo peſſimum habetur. Ariſto ergo male non admittit hunc tertium gradum. Reſpondetur, aliter Philoſo. cenſere de homine iuſto atque iniiuſto, quam apud Deum exiſtimatur. Deus nanque non habitus, ſed actus ponderat, & ideo quicunque delinquit, quantumuis alioqui iuſtiſſimus, ſit, habeturque apud ipſum iniuſtus. Sicut quicūque vnico actu bene facit, etiam ſi nullo ſit virtutis habitu præditus, bene de ipſo meretur. Neque vero Ariſtot negat quin actus à paſſione profectus, ſit vituperandus, ſed hoc tantum cenſet, quod nomina hæc, iuſtus & iniuſtus nō conotant niſi habitus. Quo circa ait, id quod extra rationem, id eſt, per ignorantiam fit, infortunium eſſe quod autem, malum ex ſcientia procedit ſine tamen vitio, hoc eſt ſine habitu, peccatum inquit eſt, vitium autem non actus ſed habitus non eſt. Et profecto vulgari ſermone ita loquimur, Et enim ſicut vna hirundo non facit Ver, ita neq; vno aut altero actu dicitur quis ſtudioſus, aut prauus, ſed quando ex habitu operatur; ac perinde ſtudio & electone. Qua ratione & Theologorum ſcholæ hunc duntaxat cenſent peccare ex malitia, atque adeo proprie hunc ſolum haberi dicique malum. Exhis ergo colligitur poſterior concluſio. Quicunque ſciens ac prudens iniuſtum facit, hoc eſt non per ignorantiam, quæ prorſus ſit operis cauſſa, quamuis ex paſſione id ſine habitu faciat, mortaliter genere ſuo peccat. Clariſſima eſt concluſio. Eſt enim peccatum mortale, quidquid charitati aduerſatur peccatum autem iniuſtitiæ, quia virtutem iugulat, quæ ad pacem rei publicæ neceſſaria eſt, charitatis generi ſuo reiectatur, eſt ergo ſuopte ingenio mortale. Dixerim, ſi non procedat ex ignorantia, quę prorſus eſt cauſſa operis hoc eſt, quæ omnino tollit culpam, nam ignorantia iuris non tollere, neque omnis ignorantia facti, licet digna ſit venia, vt 5. Ethic. auctor eſt Ariſto. Quin vero Paulus Miſericordiam, inquit, conſecutus ſum, quia ignorans feci. Adieci, genereſuo, rum ad differentiam prodigalitatis, & gulæ, atque aliorum peccaminum, quæ genere ſuo non ſunt mortalia, niſi ex circunſtantiis, tum etiam addenotandum contingere poſſe contra iuſtitiam ob materiæ tenuitatem, peccare venialiter. Horum autem examinatio ad alium petinet locum. Ac per iſta, quæ dicta ſunt, intelligendum eſt, quod illic ait Ariſtot. capit. 9. nempe falſam eſſe eorum opinionem, qui exiſtimant in poteſtate hominis eſſe, vt ſtatim faciat iniuſtum, videlicet ex electione, & quod iuſtus non minus quam iniuſtus poſſit facere iniuſtum ſcilicet per ſe. Errant inquit, quoniā qui optimis eſt habitibus imbutus, etiam ſi velit non poteſt facile iniuſtum eligere, tametſi poſſet ignoranter aut ſubito motu iniuſtum facere. Vnde ortum habuit illud axioma, Nemo repente peſſimus.

Argum.

Riſio.

Poſtre ma concluſio.

Proba tio.

Ariſtot.

Interp tatio Ariſto.

Ad primum igitur argumentum reſpondetur, habitus & actus ſpeciem ſortiri ex obiectus formaliter, vt aiunt, ac per ſe uolitis, quando autem materialiter ac per accidens, hoc eſt, ex accidenti ignorantia aut paſſione id fit, non ſufficit actus hominem, philoſophorum idiomate autiuſtū denominare aut iniuſtum. Ad ſecundum reſpondetur, latam eſſe differentiam inter iuſtum, quod eſt obiectum iuſtitiæ, & temperatum

Ad primū arg.

Ad ſecūdū arg.

peratum aut ſtrenuum, quæ ſunt obiecta aliarum virtutem. Iuſtum enim & iniuſtum, quia per ſe inuenitur in rebus licet per accidens fiat, dicitur iuſtum & iniuſtum. Quapropter in hac peculiariter virtute ingenioſe cõſtituit Ariſt. poſſe quemquam facere iniuſtum, etſi non iniuſtus, obiectum autem temperantiæ, quia non eſt in rebus ſecundum earum naturam, ſed per ordinem ad agentem, quando per accidens fit, nullatenus dici poteſt temperatum, ob idque in illa virtute nulla opus erat diſtinctione: ſed quicunque facit temperatum, eſt temperatus, quia nõ erit opus vt ſit temperatum, niſi per ſe ſit intentum. Quare ſiquis caſu abſtineat, vt non eſt temperatus, ita neque facit opus temperatum, quoniam non facit quando, & vbi, & quo modo oportet. Et pari ratione quando Loth, verbi gratia, pro ebrietate cognouit filias, vt non fuit intemperatus, ita neque fecit opus intemperatum. In ſumma, diſtinctio hæc ſiue iuſti ſiue iniuſti materialis ac formalis, locum non habet in obiectis temperantię vel fortitudinis. Tertium autem argumentum ſatis ſolutum eſt, vbi oſtendimus, quod etſi quocunque actu in iuſtitiæ perdatur Dei gratia atque adeò apud ipſum fiet homo iniuſtus hoc eſt peccator, non tamen inde ſequitur vt inter morales philoſophos, apud quos formales denominationes non ex actu, ſed ex habitu perpenduntur, dicatur omnis peccator iniuſtus aut prauus.

Ad tertium.

ARTICVLVS III.

Vtrum quis poſſit iniuſtum pati volens.

POſtquam viſum eſt de eo, qui iuſtum facit, ſequitur, vt de illo dicamus, qui iniuſtum patitur, vtrum ſcilicet quis poſſit iniuſtum pati volens? Et arguitur a parte affirmatiua: Iniuſtum idem eſt, quo inæquale, recedit autem quiſque ſeipſum ſua ſpõte lædendo perinde ab æqualitate ac ſi alium læderet, ergo & volens poteſt iniuſtum atque adeo iniuriam pati. Secundò: Nemo ſupplicio plectitur niſi ob iniuſtitiam. Plectuntur autem ciuiliter illi qui ſibi mortem conciſcunt. Ait enim Ariſt. 5. Ethic. c. vltimo, quod ignominia quædam inſtituta erat aduerſus eos, nempe quod ſe pultura interdicebantur, ergo volens quis patitur iniuſtum: Tertiò: Facere, patique iniuſtum, relatiua ſunt, atque adeo nemo iniuſtum facit niſi alius, iniuſtum patiatur. Contingit autem, vt quis iniuſtum faciat volenti illud pati, vt ſi carius iuſto vendat aut pecuniam ſub fœnore mutuet, ergo poteſt quis volens iniuſtum pati. In cõtrarium eſt, quod iniuſtum pati contrariũ ei eſt, quod eſt facere iniuſtum, ſed vt præcedenti articulo definitum eſt, nemo iniuſtum facit niſi volens, ergo nullus id niſi nolens patitur.

Primũ argum.

Secũdũ.

Tertiũ.

Et hic quoque articulus gratia impetrãdi Ariſtot adhibitus eſt, qui. 5. Ethicor. capitul. 9. & ſequentibus conſtituit, neminem iniuſtum pati ſeu iniuriam, dum ſua id ſponte patitur. Doctrina autem eius per duas concluſiones patefit. Prior eſt: Nemo per ſe & formaliter loquendo, iniuſtum neque facere poteſt, niſi volens: neque pati, niſi nolens, Concluſio eſt, quæ luculenta fulcitur naturali iſta ratione: Quemadmodum de ratione intrinſeca actionis eſt vt ab agente procedat, ſic & de intrinſeca ratione paſſionis, vt ab alio fiat, paſſo non conferente vim. Ex quo Ariſtot. 3. & 8. Phyſic. colligit, non poſſe idem eſſe omnino agens & patiens, immo omne quod mouetur, ab alio moueri. Principium autem hominibus agendi proprium eſt voluntas. Vnde illud propriè dicitur homo facere, quod à ſua egreditur voluntate: idque à contrario pati, quod renuente eius voluntate de ipſo fit, non pati eſt vinci ac ſuperari: Vbi autem quis volens patitur, vim ad id confert & cauſam, ac ſubinde agere potius dicitur, quàm pati: fit ergo vt per ſe formaliter loquendo nullus, niſi nolens quidpiam patiatur. Immo hoc ipſum eſt pati, quod violentiæ obnoxiam eſſe. Poſterior concluſio: Nihil vetat quo minus quilibet per accidens ac materialiter loquendo, volens patiatur iniuſtum, ſicuti & nolens per accipens poteſt facere iniuſtum. Probatur concluſio: Vt ſi quis ignorans, id fieri de ſe conſentiat quod ſibi malum eſt, vt cum ebrius Loth à ſuis filiabus deceptus inceſtum perpetrauit, & Iacob ignorans ſtuprũ admiſit, aut cũ neceſſitate coactus, mutuum ſub fœnore recipit. Circa has concluſiones primum omnium adno-

Prima conclu ratio cõ cluſio.

Ariſtot.

Probõ concluſionis.

Secũda conclu.

tauerim, quod licet ius & iuſtum idem ſit: tamen vſitato more loquēdi, iniuriam pati, non eandem ferre videtur diſtinctionē, quam iniuſtum pati. Non inquam ita prō priè quis dicitur iniuriam pati materialiter, ſicut iniuſtum pati. Imò iniuriam pati ſemper pro eo vſurpari videtur quod eſt iniuſtum per ſe pati: puta nolentem ac renuētem. Atqui hinc originem duxit illud iuris axioma, Scienti & volenti non fit iniuria. Sicuti neque iniuriam irrogare nemo dicitur, niſi qui ſciens ac prudens iniuſtum facit. Contra hanc autem concluſionem offert ſe illico argumentum, quod ſi nullus volens iniuria afficeretur, conſequens inde fieret, vt nemo quamuis metu in aliquod pactum conſentiret, poſſet de iniuriæ conqueri: quòd tamen falſum eſt. Nam matrimonium, quod per cōſenſum metu mortis ex tortum contrahitur, iura propter iniuriam diſſoluunt. Quòd ſi quis vim argumenti repellere cogitauerit, dicens cum qui metu conſentit ſub conditione id nolle. contra eum ſtare videtur Ariſtot. qui 3. Ethicor. ait, Eum qui in genere nollet, in particulari tamen vult, ſimpliciter vellet, vt qui in naufragio merces eijcit, licet nollet, nihilominus ſimpliciter vult. Reſpondetur nihilominus conditionem illam, quam Scholaſtici nolleitatem appellant, ſatis eſſe, vt quis cenſeatur iniuriam paſſus tametſi ſimpliciter velit: dummodo conſenſus ille contra ius extorqueatur. Nam iniuriā pati idem eſt, quod proprio iure priuari. Quocirca dum quis iure in ſupplicium rapitur, quantumuis ſit nolens, nullam patitur iniuriam. Etſi tunc optio illi offeretur, vt ſi veller, exēpli gratia, meretricem ducere, aut triremibus addici, donaretur uita, nulla ei fieret iniuria, etiam ſi mallet mortem abſque illa conditione cuadere. Ex quo rurſus fit, vt q aſtu & fraude ſeductus iniuſtum patitur, iniuriam quoque per ſe patiatur, ac ſi vi conſentiret, quia non facit vltroneus.

Ad primum igitur argumentum reſpōdetur quod nemo ſua ſponte erogans bona, quæ non debet, ullam facit iniuſtitiam neque inæqualitatem: nam cum ſua ſit voluntate ſuorum dominus, eadem poteſt & donare ſua, & pati vt expolietur. Sed arguis: Si quis bona ſua decoquat, videlicet ſi alendam habens familiam, prodigè ſuā ſubſtantiam effundat, illi qui accipiunt, iniuriam ei irrogare videntur: & tamen ipſe abſolutiſſima voluntate eam elargitur. Reſpondetur quòd quāmuis prodigus ille delinquat, nihilominus accipiens nullā illi facit iniuriam: ſed forte familiæ ad quā quodammodo illa bona pertinebant. At verò non his preſſius tractandis locus eſt hic accommodus Secundi autē argumenti vulgata reſponſio eſt, ſingularem perſonam bifariam poſſe conſiderari: vno q- dem modo ſecundum ſe abſolutè. Qua vti que ratione nullam ſibi poteſt iniuſtitiam facere. Cum enim ſeipſum quiſpiam vel infamat, vel mutilat, vel occidit, facit quidem contra charitatem, quæ ſeipſum diligere tenetur minimā tamen contra iuſtitiam, tum quod iuſtitia non eſt niſi ad alterum, tum quod ſciens ipſe ac volens patiē. Secundo modo poteſt conſiderari inquantum eſt reipublicæ membrum. Deiq; figmentum & imago. Atque hac ratione, qui ſeipſum occidit, iniuriam irrogat tum ciuitati, tum præcipuè Deo. Ac proinde tam ciuili quam diuina lege ſupplicium pendit, Sententia eſt Ariſt. 5. Ethicor. cap. 11. Attamen non inde inferendum eſt rempublicam dominium habere uitæ, & mortis perinde ac Deum: neminem namque ceu dominus occidere poteſt, quemadmodum unus quilibet ſine cauſa ſuum poteſt armentum aut pecudem mactare: ſed tanquā iudex propter culpam: de quo latius libro proximo, ſub titulo. De dominio, & rurſus libro quinto, ſub titulo, De homicidio. Eodem modo qui alium, id quidem optantem ac deprecantem, interfecerit, cuius exemplum in armigero habes qui Saulis iuſſu ipſum interemit, iniuriam etiam facit, non id iubenti, ſed Deo qui vitæ dominus eſt, reipublicæ, quæ cuſtos eſt vitæ. Sed nunquid poterat Rex ille alteri iubere, vt ſe occideret? quandoquidē ſupremā habet poteſtatem. Reſpondetur neutiquā principem poteſtatem habere interficiendi innocentem, ac multò minus præcipiēdi homicidium ſui, ſi tamen tantam exercuiſſet tirannidem poſſet iudicem ſuper ſe conſtituere, qui ſe iure perimeret. Ad tertium denique reſpondetur, quod agere patique iniuſtum, ſi materialiter accipiatur, vbique ſe ut correlatiua conſequūtur. Nemo enim facere iniuſtum poteſt, niſi alicui

Argu. Solutio. Replica Reſpon ſio. Ad pri mū arg. Replica Solutio. Argu. 2. Quæſtio patua. Argu. 3.

cui qui id patiatur: neq; verò pati, nisi ab aliquo qui id faciat. At verò si locutio sit formalis, quoniam hoc perpẽdendum est ex voluntate agentis & renitentia patientis, potest contingere, vt quispiam iniurius alteri sit, & tamen alter nullam patiatur iniuriam. Vt si quis, v.g. aliquid alteri faciat animo lædendi & nocẽdi, quod tamẽ alteri nihil nocet, vt si alteri vendas rem pluris, quàm valeat, animo fallendi: tamẽ alter sciens & prudens vult ex sua liberalitate illud dare. Nam si ex egestate emere cogitur, aut ad vsuras accipere, licet simpliciter dare velit, tamen quia dare nollet, iniuriam, vt dictum est, patitur.

QVÆSTIO IIII.

DE IVDICIO.

S.Tho.2.2.quæst.60.

ARTICVLVS I.

Vtrum iudicium sit actus iustitiæ.

QVandoquidem de habitu iustitiæ dictum est, deque eius contrario iniustitiæ: habitus verò sit propter habitũ: subsequitur, vt de eius potissimo actu dicamus, qui est iudicare, vtrum sit actus iustitiæ? Et arguitur à parte negatiua vnusquisque, inquit j. Ethi Aris. bene iudicat, quæ cognoscit ergo iudicium ad vim cognoscitiuam attinet. Vis autem cognoscitiua in moralibus per prudentiam perficitur, ergo iudicium functio est intellectualis prudentiæ potius quam iustitiæ, que est in voluntate. Secundò, Apostol. 1. ad Cor. 2. Spiritualis, inquit, iudicat omnia, homo autem per charitatem fit spiritualis, quæ per Spiritum sanctum cordibus nostris infusa, illa à terrenorum affectu perpurgat, ergo iudicium officium est potius charitatis, quàm iustitiæ: Tertiò: Vniuscuiusq; virtutis proprium est rectum in sua propria materia iudicium perficere. Nam vt 3 Ethic. ca 4. ait Philoso. studiosus quisque est regula eorum quæ facienda sunt. Illę namque res, inquit iustæ ac temperatæ dicuntur, quæ tales sunt quales vir iustus agit ac temperatus. Non ergo iustitiæ proprium est iudicare. Quartò: Iudicare nõ nisi ad iudices & principes spectare videtur: iustitia autem vniuersalis etiam subditis communis est, ergo iudiciũ nõ est proprie iustitiæ munus. In contrarium est illud Ps. Quousque iustitia conuertatur in iudicium.

Primũ argum. Aristot. Scd̃um. Tertiũ. Aristot. Quartũ.

Quæstio vnica dissoluitur conclusione. Iudicium actus est maximè proprius iustitiæ. Conclusio est ipso nominis sonitu, & compositione sit manifesta. Iudiciũ enim idem est, quod dicto iuris & iudicare, idem quod ius dicere, & iudex, idem quod ius dicens. Quo fit vt iudicare proprius sit actus circa ius. Ius autem, vt supra dictum est, est obiectum iustitiæ, puta iustum illud, quod per iustitiam constituitur in rebus ergo iudicare secundum suam primæuam ac natiuam significationem, idem est, quod decernere ac definire id quod iustum est & ius, rectè autem censere ac definire rem aliquã procedit ex recto affectu atque habitu quo quis se habet erga eandem rem. Nam vt 3. Ethic. cap. 5 ait Philosop qualis vnusquisque est, talis sibi videtur finis, vt qui castus est, bene iudicat de venereorum abstinentia, & qui sobrius, de abstinentia ciborum, ergo eadem ratione proprius actus iustitiæ est, iudicium rectum, hoc est recta determinatio iusti. Vnde Arist. 5. Ethic. c. 4. ait omnes ad iudicium tanquam ad iustũ animatum cõfugere. Est enim iudex quasi viuens ac loquens iustitia.

Conclõ rñsiua. Probatio. Aristot.

Nulla in conclusione latet dubitandi ratio præter illas, quas argumenta facta petunt Primùm igitur sciolos atq; ex Dialecticis emergentes fallere posset, vtpotè quibus re in cortice aspecta apparere posset iudicium secundum suam genuinam significationem esse potius actum rationis quã iustitiæ, eo quod iudicare idem est, quod ius dicere, dicere autem est loqui, quod non voluntatis, sed intellectus munus est, voces enim sunt signa conceptuum: atque adeo quales loquutiones voce proferunt, tales intellectus prius format. At verò res penitius inspecta aliter se habet. Enimuerò cum nomen iudicij à iure descendat, fit, vt primum fuerit impositum, ad significandum rectam definitionem iustorum. Sed deinde deriuatum est ad significandum in vniuersum rectam definitionem aliarum virtutum circa propria obiecta,

Ad primũ arg.

tam in ſpeculatiuis, quam in practicis, puta rectam definitionem in materia temperantiæ ac fortitudinis, &c. Ac perinde in ſcientijs id, quod dicit dæquationem obiecti ad intellectum. In omnibus autem ad rectum iudicium duæ ſunt virtutes requiſitæ, ſcilicet & quæ iudiciū proferat, & quæ potentiam iudicantis diſponat, vt idonea ſit atque apta iudicij rectitudinē. Prius autem proprium eſt rationis cuius eſt loqui, vt modò oſtēdebamus, poſterius verò proprium eſt habitus bene afficientis potentiam ad obiectū: Qui quidem habitus de rebus ſpeculatiuis, eſt ſpeculatiuus exiſtēs in intellectu, in practicis autem eſt habitus afficiens appetitum, nempe in materia tēperantia, habitus temperantiæ in materia fortitudinis, habitus fortitudinis. Nemo enim rectiſſime iudicabit aggredi, quando oportet, eſſe bonum, niſi qui fortis eſt, neque cenſebit melius, moderamine cibo rum vti, quam illis immergi, niſi qui temperatus ſit. Eadem ergo ratione iudicium eſt opus iuſtitiæ tanquam inclinantis hominem ad rectum iudicium, prudentię autem, tanquam proferentis. Hæc enim virtus in omnium virtutum materijs iudicia profert. At verò vt recta ſint, habitus, morales affectum præparant. Quòd ſi rurſus ſciſciteris, vtri ergo harum virtutum magis eſt proprium munus iudicare? Reſpondetur, quod propinquius conuenit rationi & prudentiæ à qua profertur: ſed tamē potiſſimum conuenit iuſtitiæ, vnde habet vt ſi rectum Quocirca Philo 6. Ethi. c 12. Virtus inquit, moralis eſt, quæ propoſitū ipſum efficit rectum, prudentia verò quæ circa media negotiatur. Atqui per hæc rō claret cur omnes virtutes prudentiæ cōnectuntur. Nam cum prudentia ſit, recta in omni materia morali iudicia proferre, q̄ rectitudinem à morali virtute recipit, non poteſt eſſe prudēs, niſi qui ſit omnibus virtutibus prædirus, neq; vice verſa, vlla moralis virtus ſtatū habebit virtutis ſine prudentia quippe ſine qua nequit ſuum exequi propoſitum. Secundū argumentū hoc euincit, quod charitati competit rectè iudicare circa diuina, erga quæ afficit appetitū vt per donum ſapientiæ rectum feratur iudicium, iuſtitia verò afficit erga iuſtum naturale, & humanum voluntatem, vt iuſtus per prudentiam idoneum quoque proferat de ipſis iudicium. Ad tertium verò reſpondetur quod etſi omnibus ſit virtutib. cōmune affectum parare ad rectum iudicium circa ſua propria obiecta, eſt tamen differentia, quod cum reliquæ virtutes, vt crebro dictum eſt, hoīem ordinent ad ſeipſum, iuſtitia verò ad aliū & vnuſquiſq; ſit ſuorum dñs, nō aūt eorū quæ ſunt, ad alterū, ſit vt in cæteris virtutibus nō ſit requiſitū iudiciū niſi particulare ipſius ſtudioſi, in materia autem iuſtitiæ neceſſarium ſit præterea ſuperioris, qui inter duos litigatores pijudicet. Quapropter iudicium peculiarius virtuti iuſtitiæ adſcribitur, quàm aliarum cuipiam. Ac perinde reſpondetur ad quartū, q̄ etſi priuatim iudicare etiam conueniat ſubditis iuſtitia pollentibus tamē quia hęc virtus architectonicè in principe præſidet, in ſuiſque miniſtris eis propriè congruit eiuſdem virtutis potiſſimus actus: qui eſt iudicare, iuſque dicere.

Duę virtutes requiruntr ad rectū iudiciū.

Quæſt.

Solutio.

Phyloſophus.

Rō qua re virtutes cunte prudētię cō nectuntur.

Ad ſecūdū arg.

Ad tertiū arg.

Adquar tum.

ARTICVLVS II.

Vtrum iudicare ſit licitum.

COnſtituto cuiuſnam ſit virtutis iudicare, ſubſequitur vt perſcrutemur an ſit licitū: Et arguitur à parte negatiua: Pœna nō infligitur niſi pro culpa decernitur autem iudicantibus ea pœnā, quod iudicabuntur, ſecundum illud Matt. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini, ergo iudicare licitum eſt. Secundò, peccatori iudicare non licet, ſecundum illud ad Rom. 2. In ex cuſabilis es ò homo omnis qui iudicas, in quo enim alterum iudicas, teipſum condemnas. Eadem enim agisque iudicas. Nemo autem eſt à peccato immunis. Nam ſi dixerimus, ait Ioannes quòd peccatum nō habemus noſipſos ſeducimus nemini ergo licitum eſt iudicare, Contrarium nos autē cohortatur illud Deut 16. iudices & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, vt iudicent populum iuſto iudicio.

Primū argm.

Se cūdū argum.

Cum articulo proximo definitum fuerit, iudicium eſſe actum iuſtitiæ, inde fit conſequens iudicarē eſſe licitum. At verò non ideo otioſus eſt præſens articulus q̄ppe qui non tam adhibetur ad id demonſtrandum, quam ad enarrandas conſtituendaſque conditiones, quæ ad iudicium requiſitæ ſunt, vt ſit rectum. Quapropter concluſio non tam titulo ad formam reſpondet, quam ad æquitatem recti iudicij

dicij. **Concluſio autem eſt.** Vt vnumquod libet iudicium rectum ſit, tria exiguntur,
Cõcluſ. nempe vt procedat & ex iudicis auctoritate,
ñſiua. te, & ex iuſtitiæ affectione, & ex prudentiæ rectitudine, quorum quolibet deficiente iudicium erit vitioſum, ac ſubinde illicitum.
Probõ concluſionis. Probatur concluſio: Iudicium, vt dictum eſt eatenus eſt rectum ac perinde licitum, quatenus actus eſt iuſtitiæ: Ad hoc autem vt ſit actus iuſtitię, triæ hęc commemorata requiruntur, ergo eadem omnino ſunt ad rectum iudicium neceſſaria.

Probatur poſterior p̃miſſa. Propria enim iuſtitiæ vis eſt coactiua, cogere autem nemo poteſt alterũ niſi illi ſit ſubditus Quod naturalium exemplo conſtat. Agens namque paſſum nõ vincit, niſi ſit ſibi intra ſuæ actiuitatis periodum ſubiectum, requiritur ergo principis iudiciſque auctoritas.
Paulus. Vnde Paul ad Rom. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat, aut cadit. Atque adeo cum ſit vniuerſalis omnium dominus, nemo inter mortales legitimus eſt iudex, niſi qui ab ipſo iudicãdi auctoritatẽ acceperit. Quocirca ad Ro. 13. Non eſt, inquit, ptãs niſi a Deo &, Qui poteſtati reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtit. Et infrà quemcunq; iudicem ait eſſe Dei miniſtrum, vindicem in iram ei qui male agit. Quo aũt hæc ptãs à Deo in homines per legem naturæ deriuetur, libro proximo ſub titulo, De dominio, elucidabitur.

Secundum, vt proxime dicebamus, quod ad rectitudinem iudicij requiritur, eſt vt proficiſcatur ab affectione & inclinatione iuſtitiæ, quod nulla alia indiget probatione, quàm quòd iudicium eſt proprius huius virtutis actus, tanquam animum ad iuſtum afficientis. Quo circa ſi quis iudicum iuri alterius partis quidpiam adimat, quod alteri tribuat, ſubſtantiam iuſtitiæ ſubuertit. Tertium autem, quod iudicij rectitudo poſtulat, eſt officium prudẽtiæ, cuius munus eſt iudicium proferre. Qua propter qui ius dicit, iuſtumque inter litigantes conſtituit, non tamen quando, vbi & quomodo ſecundum leges oportet, hac parte demolitur iuſtitiæ virtutem. Vnde iudicium cui auctoritas deeſt præſidentis, dicitur vſurpatum: cui autem iuſtitiæ ſubſtantia, nuncupatur iniquum: ſed quod ſit abſque prudentia, ſi abſit iuris ordo, cenſetur ſuſpectum, ſi verò ex leuitate & abſque legitimis probationibus proferatur, eſt temerarium. Circa harum autem conditiones ſingulas hoc primum animaduertito quod ſingularum defectus genere ſuo facit mortale peccatum. Iudex inquam qui vel nullam habens auctoritatem, vel alienam vſurpans, eum iudicat qui ſibi non ſubditur lethaliter peccat, vt ſi iudex ſecularis in clericorum cauſſas ſe inferat, etiam ſi a iure excommunicatus non eſſet, ipſo facto mortali culpa commacularetur, perinde ac ſi priuata eſſet perſona, immo & eo grauius, quod obtentu publicæ auctoritatis id faciat. Et ſi clericum bonis ſuis priuaret, vere eſſet latro, & ſi occideret, verè homicida. Secunda etiam conditio eſt oculatè perpendenda. Aſſertum enim illud quod iudicium debet ex affectione & inclinatione iuſtitię procedere, amphibolum eſt, trinumque poteſt exhibere ſenſum. Primus eſt vt non fiat contra iuſtitiam. Atque hic eſt legitimus, vt ſcilicet vnicuique ſyncere tribuatur, quod ſuum eſt. Cuius idcirco defectus reddit iudicium iniquum. Secundus eſt, vt iudicium procedat ex affectu iuſtitiæ. Atqui huius defectus nunquam eſt peccatum mortale. Enimuerò ſi iudex iuſtam ferat ſententiam, licet hoc non faciat ex habitu vel amore iuſtitiæ, quia improbus homo eſt, non peccat mortaliter, ſed eſſet veniale delictum. Nam iudex cum ſit iuſtitiæ cuſtos eius affectu debet ſemper iudicare. Tertius denique ſenſus eſt, vt iudicium non feratur ex alio prauo affectu ſcilicet odio, amore, vel cupiditate: Atque huius defectus, peccatum erit ſecundum affectum ex quo procedit Exempli gratia, Si iudex eum qui vere latro eſt, ac legitime talis comprobatus, patibulo affigit ex odio, non quidem peccat contra iuſtitiam, ſed tamen contra charitatem, & ſi cupiditate pecuniæ id faciat, non quidem iniquus, ſed auarus erit & ſi cupidine inanis gloriæ, tunc erit vanus, quod venialiter peccabit. Quo circa licet ex odio occidat, non cenſebitur homicida, ſicuti ſi eſſet priuata perſona, quando quidem ius habet occidendi. Defectus etiam tertię cõditionis erit peccatum mortale, Vt ſi regulas & circunſtantias iuris prætermittat, & dum perſona priuata leuiter, ac temere de occultis iudicat. Poteſt autem fieri veniale ex leuitate materiæ, vt ſi iudex leues aliquos terminos iuris miſſos faciat,

Documẽtum.

Aliud aduertẽdum.

aut ſi quis quẽpiam de re leui leuiter iudicet, vt in articulo proximo dicturi ſumus.

Ad ſecũ dũ arg. Augu.

Ad primum igitur argumentum varie a ſanctis patribus reſpondetur. Aug. enim in ſermone domini in monte, ait illic prohiberi iudicium temerarium, quod eſt de cordium intentione, aut de rebus incertis & occultis, de qua temeritate articulo proximo ineũdus eſt ſermo. Hilarius verò ait

Hilariꝰ.

prohiberi diuinorum iudicium, quæ cum captum exuperent noſtrum, non ſunt à nobis humanis regulis iudicanda, ſed ſimpliciter credenda. Sed Chryſoſ. ait prohiberi

Chryſo.

iudicium ex animi amaritudine, de quo modo dicebamus. Et quamuis iſtæ omnes expoſitiones oſculandę ſunt, illa tamẽ Auguſtini genuina eſſe cenſetur textui. Ad ſecundum argumentum diuus Tho. diſtinguens, reſpondet, videl cet iudicem qui eſt

Ad ſecũ dũ arg. S. Tho.

in graui peccato publico, non poſſe iudicare alios qui ſimilium aut minorum reiſũt præcipue quando illa peccata ſunt publica. Et allegat pro ſe Chryſo. id exhortantẽ ſuper illud Matth. 7. Nolite iudicare, & nõ iudicabimini. Si verò iudicis peccata occulta ſint, poterit quidem ſimiles peccatores condemnare, ſi id cum humilitate faciat. Quod ſententia Aug. confirmat, qui in libro de ſermone Domini in monte ait, Si inuenerimus nos in eodem vitio eſſe cõgemiſcamus, & ad pariter conandum nos inuitemus. in hac autem reſponſione primum adnotãdum eſt fuiſſe Vvicleff eiuſque aſſeclas qui aſſeuerauerunt per quodcunque mortale peccatum vna cum Dei gratia amitti & rerum dominium & omnem iudicandi poteſtatem, quę Dei largitate recipiuntur, de qua hæreſi libro ſequẽti ſub titulo, De dominio, nonnullam ſumus fracturi mentionem. Sed hac tamen prætermiſſa hæreſi, fuerunt, ſuntque catholici, qui aiunt iudici qui delictis ſordet, crimen eſſe ſententiam in alium ferre peccatorem, non ſolum ſi in peccato ſit publico, propter ſcandalum, verum etiam ſi ſit in occulto, quia officium iuſtitiæ ex affectu eiuſdem virtutis non præſtat. Qui enim in vno eſt ſcelere, omnibus orbus eſt virtutibus atque adeo iuſtitiæ habitu caret. Vnde citatus Paulus, inexcuſabilis es o homo (ſcilicet peccator) omnis qui iudicas, &c. Et ſecũdo ad idem arguitur, cum iudex ſit Dei miniſter, debet ei dum alium iudicat, aſſimulari, ſecundum illud Leu. 19. Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum. Immo & ratione naturali id ipſum conſtabilitur. Docet enim Philoſophus 2. de anima, viſum qui de coloribus iudicat, ab omni eſſe colore alienum, alias colorem quo inficeretur, in nullo poſſet obiecto percipere. In ſumma, quicũque ſacerdos in peccato exiſtens quantumuis occulto, ſi minus in ſacerdotale in adminiſtrandis ſacramentis exerceat, mortaliter peccat, vt cum alijs Theologis diuus etiam Thomas conſentit 3 parte q. 64. art. 6. ergo eodem modo qui in peccato poteſtatem iuriſdictionis exercet. Nam ſicut poteſtas ordinis, ita & iuriſdictionis, vt ait Pau. ad Rom. 13. à domino Deo eſt. Accedit &c. quæſitum. de temporibus ordinandorum. vbi id admoneri videmur. Fuit ergo adeo celebris hæc opinio vt etiam S. Tho. ei aliquando ſubſcripſerit, nempe in 4. diſtinct. 19. q. 2. art. 1. vbi indiſcriminarim ſiue peccatum iudicis publicum ſit, ſiue occultum, aſſerit peccatum eſſe mortale alium peccatorem ſolenniter condẽnare. Quapropter & Caietanus quo libeto 2 q. 14. de hac re diſputauit. Veruntamen his nihil obſtantibus merito diuus Thomas ſententiam in ſumma emẽdauit, hic. f. & loco citato tertia parte, qua ſtione 64. vt occultum peccatorem qui iudex eſt non cenſeat mortaliter delinquere iudicãdo. Colligimus ergo ſententiam hiſce propoſitionibus. Prima: Iudici qui occulto irretitus eſt ſcelere, quãtumque grauiſſimo, nihil excommunicatus ſit vel ſuſpẽſus, ſubditos condemnare, ſiue de eodem crimine ſiue de alio diſſimili, licet. Ratio eſt, quod nihilominus eiuſmodi iudex habet iudicandi titulum. Eſt enim hæreſis id negatelt poteſt habere prudentiam, & animi ſeruãdi vnicuique ius ſuũ, nihil ergo illi deeſt quo minus poteſtate iudicandi vtatur. Secus, ſi eſſet hæreticus, qui rõne excommunicationis iudex ſedere non poteſt. Neque eſt ſimile de ſacerdote, qui in peccato ſacrameta adminiſtrat, nam ad hoc munus requiritur poteſtas ordinis, in cuius collatione confertur gratia, per quam dignus efficiatur atque idoneus adminiſtrandi ſacramenta, quibus gratia cõfertur. Et ideo ſanctitate, vt aiunt, quam alijs præſtat, vigere debet. Et hoc ꝑcisè decretũ eſt in ca. quæſitum. Aliter aũt cenſendum de poteſtate iuriſdictionis. Reliqua verò argumẽta id tãtum euincunt, quod ſit quædã decẽtia,

Opinio quorundam.

Rõ prima, ꝓximæ opinionis

Secũda.

Tertia Phyloſophus.

Quarta.

Paulus.

Poſtrema rõ. S. Tho.

Prima propoſitio de mente S. Tho. Caieta.

Rõ ꝓfatæ aſſertionis.

Solutio quartiar gumẽti.

tia,vt qui alios iudicat,talem ſe gerat,'quales ſubditos vult eſſe quos condemnat: & ideo forſan erit veniale peccatum, cũ peccator peccatorem condemnat. Nam vt ſupra diximus, facere iuſtum non ex habitu iuſtitiæ non eſt peccatum ſi fiat ex affectione eiuſdem virtutis,perque eius actum, & peccator quamuis careat iuſtitia infuſa,poteſtatem habere acquiſita. Sed erit veniale peccatum, eo quod cum quis alium iudicat,profitetur ſe mundum eſſe à crimine, & ideo ſi non eſt talis, eſt quodammodo hypocrita quem taxat illic Chriſtus. Quid vides feſtucam in oculo fratris, & trabem in oculo tuo non vides? Hypocrita, eijce prius trabem de oculo tuo,&c. Sed quia iniuriam non facit, non peccat mortaliter. Illud autem Apoſtoli ad Roma. 2. In quo alterum iudicas te ipſum condemnas,non ſic intelligitur (vt ait S. Thomas) ac ſi ſimile peccatum, committat, ſed quod alium condemnando, oſtendit ſe dignum eſſe, quæ ſimili ſententia condemnetur, iuxta verbum Domini, Luc. 19. Ex ore tuo te iudicio ſerue nequam. Poſtrema propoſitio S. Thomę eſt,quod publicus peccator alios cõdemnas, mortaliter propter ſcandalum peccat: nam tunc iuſtitia in vilipendium venit apud populum nempe qui videt nõ habere eandem vim in iudice quam,exercet ipſe in ſubditos. At vero licet in genere ſuo peccatum ſit mortale,poteſt nihilominus fieri veniale ex læuitate materiæ. Et ideo adiecit S. Tho. ſi ſit in grauioribus criminibus, & præcipue ſi ſit in ſimilibus vt ſi eſſet ipſe publicus latro, & nihilominus latrunculos perſequeretur:aut ſi publica admitteret adulteria, & adulteros nihilominus iudicio premeneret. Nam ſi eſſet, verbi gratia, fornicarius, & latrocinia homicidioq. vlciſceretur, non eſſet mortale ſcandalum,immo quando crimen non eſſet infame,nullũ eſſet ſcandalum, vt ſi per auaritiam non eſſet eleemoſynarius quando deberet.

Ad alterũ argu. eiuſdẽ opinionis.

Poſtrema,ppoſitio.

Ratio.

ARTICVLVS III.

Vtrum iudicium temerarium,puta ex ſuſpicione procedens,ſit licitum.

IN ſuperioribus articulis de iudicio iudiciis,quemadmodum ſit licitum,diſputatum eſt. In hoc autem ſequitur vt de ini quo iudicio, quod non ſolum publico iudici, verum & priuatis vniuerſis contingere vſque aſſolet, dicendum ſequitur, vtrum ſcilicet dum temere ex ſuſpicione procedit illicit? Standum enim à parte negatiua argumenta. Primum Suſpicio videtur eſſe opinio incertata de aliquo malo. Ait enim Philoſophus 6. Ethic. ſuſpicionem ſe habere & ad verum & ad falſum: de ſingularibus autem contingentibus haberi à nobis opinio nequit niſi incerta. Dum ergo humanum iudicium de humanis actibus ſingularibus & contingentibus concipiatur, ſi nullum licitum eſt iudicium ex ſuſpicione, nullatenus iudicare licet. Secundò, per omne iudicium illicitum irrogatur alteri iniuria, nam cum iudicium rectum ſit: actus iuſtitiæ,ſit vt corruptum, fit actus iniuſtitiæ per ſuſpicionem autem quę intus in mente latet, nulla proximo irrogatur iniutia,ergo non eſt illicita. Tertio ſi iudicium ex ſuſpicione eſſet illicitum, atque adeo, vt modo dicebamus, actus iniuſtitiæ,cum iniuſtitia genere ſuo ſit peccatum mortale, fieret vt omnem temerarium iudicium eſſet genere ſuo lethale crimen. conſequens tamen eſt falſum, nam vt gloſſa Auguſtini habet ſuper illud 1.ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare,ſuſpiciones vitare non poſſumus ergo iudicium ex ſuſpicione non eſt illicitum. Contrarium autem vnanimiter doctores confitentur cum Chryſoſtomus ſuper illud Matth 7. Nolite iudicare &c. vbi ait, Dominus hoc mandato non prohibet Chriſtianos beneuolentia alios corripere, ſed ne per iactantiam iuſtitiæ ſuæ Chriſtiani Chriſtianos deſpiciant, ſolis plerumque ſuſpicionibus odientes cæteros & condemnantes.

Primũ argum. Ariſtot.

Secũdũ.

Tertiũ.

Gloſſa.

Chryſo.

Quæſtio hæc præcipua eſt & ad humanos vſus intellectu neceſſaria, quam ideo vt perſpicue definiamus, animaduertendum eſt,temerarium iudicium multis nominibus eſſe exiſtimandum. Primum de ſua ipſius ſubſtantia, ſcilicet vtrum de alterius malo addubites, an vero ſuſpiceris per incertam opinionem,vel forte certam ſententiam feras. Secundo de cauſis, quibus ad ſic iudicandum affectus es. Tertio, ex coniecturis quæ in talem te ſuſpicionem pertrahunt. Et quarto denique ex obiecto, nempe ex quantitate illius

Fundamẽtũ diluendæ qõnis arorime vtile.

Quatuor gra-

dus temerarij iudicij.

illius mali, quod alteri iudicando impingis. Hæc ergo vt lucide euoluamus, rem ab ipſa iudicij ſubſtantia exordiamur. Igitur etſi D. Thom. tres duntaxat dignoſcat, tamen quo perſpicacior ſit oratio, quatuor gradus operæpretium eſt deſcerneret temerarij iudicij, ſi tamen dubietatem illi annumeres. Primus eſt dubietas, dum ſcilicet animus pendulus eſt, neutri parti contradictionis aſſenſum perhibens. Vt ſi anceps hæreas, an proximus tuus aliquo ſordeſcat crimine, nullum tamen proferens aſſenſum aut affirmatiuum aut negatiuum. Quare gradus hic non eo attingit, vt ſit iudicium temerarium, quoniam nullum ſecum affet iudicium. Secundus gradus eſt ſuſpicio, quæ eſt aſſenſus vnius partis contradictionis cum formidine alterius, quam Dialectici cum philoſopho 6. Ethic. appellant opinionem. Attamen impræſentiarum tria connotat Suſpicionis nomen. Primum vt dictum eſt aſſenſum cum formidine, ideſt, quod ita aſſentias vni parti non ſit omnino firmus, ſed vacilles circa alteram. Secundo qualitatem obiecti. Nam & ſi opinio indifferens ſit ad bonum & malum, tamen ſuſpicio Latine in malum ſonat. Dicitur enim quis in ſuſpicionem venire, aut ſuſpicione laborare, quando ſiniſtra de illo concipitur habeturve opinio. Et enim ſi ſit de re bona, potius dicitur bona exiſtimatio. Tertio connotat eandem naſci ex leuibus cauſſis, puta cum de ſecretis cordium aut de occultis tenues coniecturas habemus, quæ ſuſpicionem generare per ſe non poſſunt, niſi ob noſtram leuitatem, aut infectum animum, quæ ideo ſuſpicio lineam iam inde ingreditur temerarij iudicij. Temerarium enim prudentiæ opponitur, ob idem eſt, quod ſine legitima cauſſa in conſulto conceptum iudicium. At vero D. Thom. hos duos gradus abſque diſcrimine ſub primo complexus eſt. Diſcernit namque vti dicere cœpimus, tres ſolos ſuſpicionis gradus. Quorum primus, inquit, eſt dum homo ex leuibus indicijs de bonitate alicuius dubitare incipit. Et hoc ait eſſe veniale peccatum. Veruntamen inter dubitare & ſuſpicari profecto nec parum interſtat interualli, nam dubitare eſt pendulum abſque vllo aſſenſu habere animum, ſuſpicari autem, ſi philoſophum 6. Ethico. auſcultes, eſt vni aſſentiri contradictionis parti cum alterius formidine. Dubitamus, namque certum aſtiorum numerum, de quo minime ſuſpicamur. Igitur S. Thom. eo non tam anxie verborum rigorem obſeruauit, quod cum neutrum ſit peccatum mortale, idem eſt vtriuſque mortale iudicium. Atque adeo ſiue nullus habeatur aſſenſus, ſiue formidoloſus, ſit vtrumque, & dubitationis & ſuſpicionis appellatione denotauit. Tertius ergo gradus, qui apud S Tho ſecundus habetur, eſt cum quis piam pro certo malitiam alterius æſtimat ex leuibus indicijs. Atque hunc gradum quamuis generali nomine appellet D. Tho. ſuſpicionem, plus tamen eſt quam ſuſpicio. Quartus denique gradus, qui illi eſt tertius peculiariter ad publicum ſpectat iudicem, nempe dum ex tali ſuſpicione abſque legitimis teſtimonijs ſententiam condemnationis in quempiam profert. His ergo præmiſſis tribus concluſionibus, vt li eram D. Th. non egrediamur, ad quæſtionem reſpondetur. Prima ſuſpicio primi ac ſecundi generis, vt nomine ſuſpicionis dubietatem, breuitat s gratia cum S. Tho. complectamur, eſt genere ſuo peccatum, non tamē peius quam veniale, niſi ex ſuis cauſſis vel aliūde vſque ad mortale procedat. Etenim quod ſit peccatum, inde patet, quod vnuſquiſque iure hoc gaudet naturali, vt bonā apud quouſq; habere debeat ſui exiſtimationem, quouſque legitima teſtimonia ſua prodant delicta. Quare eiuſmodi ſuſpicio, quippe quæ tale ius quadantenus, hoc eſt ſub dubio, violat, nonnihil habet iniuriæ etiam dum citra aſſenſum dubitas, vt inferius fiet euidentius. Adde quod eſt etiam & quodammodo nocua, tum quod cauſſa eſt vt minoris æſtimet proximum quam decetur, & quem defectui habes, periculum eſt ne & odio proſequaris, tum etiam, quod periculoſa eſt vt eūdem infames. Alias autem cauſſas inferius ſubijciemus. Quod autē genere ſuo non ſit mortale ex his liquet. Primum quod genere ſuo non expellit charitatem, mox, quod ad humanam tentationem pertinet, ſine qua vita noſtra non ducitur, vt glo. citata habet ſuper illud 1. ad Corin. 4. Nolite ante tempus iudicare. Vnde Aug. infert eiuſmodi ſuſpiciones vix nos poſſe vitare. Quapropter leuioris eſt culpæ ſine aſſenſione haſitare, quam per illam ſuſpicari. Quod autem ex cauſſis fieri poſſit mortalis, probatur. Triplici enim de cauſſa

eiuſ-

Quid ſuſpiciōis nomen deſignet

D. Tho.

Prima concluſio.

Prima probatio.

Secūda.

Triplex radix vnde vniuerſæ ſuſpiciões oriũtur.

eiuſmodi ſuſpiciones quas legitimæ coniecturæ non generant, oriuntur in homine, Primum ex ſua ipſius prauitate. Qualis enim quiſque eſt, tale fert de alijs iudicium, nimirum de ſua conſcientia alios æſtimas, ſecundum illud Eccleſ. 10. In via ſtultus ambulans, cum ipſe ſit inſipiens, omnes ſtultos æſtimat. Secunda radix eiuſmodi ſuſpicionis eſſe poteſt odium, quo quis alterum habet. Eſt enim ingens vis, qua voluntas in intellectum viget ad ipſum labefactandum. Quemcunque enim in quem vel odio, vel ira vel inuidia affectus ſis, continuo ſpernis, contemptus autem paratiſſima eſt cauſſa vt ſiniſtrũ quod libet de illo facile credas. Tertia denique cauſſa ſic ſuſpicandi ex longa experientia.

Philoſoph.

Qua vtique ratione Philoſophus 2. Rhet. ait ſenes impendio eſſe quam ſuſpicioſiſſimos, eo quod multotics ſint hominum defectus experti. Et quamuis tertia hæc cauſſa non tantum habeat culpæ, pro eo quod experientia certitudinem auget, quæ eſt cõtra ſuſpicionis naturam, nihilominus leui ſaltem culpa non caret. Attamen aliæ priores ambæ manifeſtariam continent peruerſitatem. Atque adeo ſecunda poſſimũ ſæpenumero facit vt ſuſpicio ſit peccatum mortale, quale eſt odium, vel inuidia, vel ira, quæ illi fomentum miniſtrauit. An vero etiam obiecti grauitate. Peruenire etiã poſſit ad mortalem culpam ſtatim diſputabitur. Secunda concluſio. Suſpitio tertij gradus quam D. Thom. ſecundo loco conſtituit, genere ſuo eſt peccatum mortale, ſi ſit de re graui. Probatur quoniam eiuſmodi certus aſſenſus, ſi temerarius eſt, hoc eſt ex legibus indicijs emanans, non infirmam affert iniuriam, pro quanto qui certo de aliquo male iudicat, non poteſt non ipſum contemnere ac ſubinde odiiſſe. Et confirma vt mortale eſſe crimen, eo quod ſuſpicio prioris generis tentatio quam ægre recutere valemus, firmitatem tamen aſſenſus facile vitare poſſumus quando cõiecturæ non nimium vrgent. Vnde Augu. in cõmemorata gloſſa. Et ſi ſuſpiciones, inquit vitare non poſſumus, quia homines ſumus indicia tamẽ, id eſt definitas, firmaſque ſententias continere debemus. Ob idque tale iudicium ſuopte ingenio aduerſatur charitati, in quo conſiſtit ratio mortalis criminis, & nonnihil præterea præſe fert latentis iniuſtitiæ.

Secũda cõcluſi.

Rõ conclufiõis.

Confirmatio.

Tertia concluſio: Suſpicio tertij gradus apertiſſimum eſt peccatum mortale iniuſtitiæ, tantoque grauius, quanto iudici. qui cuſtos eſt iuſtitiæ, ſceleſtius eſt quempiam niſi legitimis teſtimonij condemnare. Circa has autem concluſiones etſi veridicas, nihilominus primum omnium ambigitur, vtrum teſtimonio euangelico ſatis aperte corroborentur. Afferunt enim in hanc ſententiam plerique doctorum illud Matth. 7. Nolite iudicare & non iudicabimini. Qui tamen locus non ita multum perſpicuus eſt ad condemnandum internum iudicium temerarium, de quo impręſentiarum ſermouem habemus. Illic nanque dominus eos tantum ſubnotare videtur, qui cum maioribus illaqueati ſint criminibus ſuos proximos minorum redarguunt. Subſequitur enim protinus, Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Hypocrita, eijce prius trabem ex oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui. Infamat ergo illic hypocriſim eorum, qui cæteros reprehendentes profitentur ſe virtutibus pollere quas nõ habent. Vnde Hieronimus. De his, inquit, loquitur, qui cum ipſi mortali crimini ſint obnoxij, minora peccata fratribus non concedunt, culicem quidem liquantes, camelum vero deglutientes. Profecto ſi Doctorum ſententias perluſtres, hunc ſenſum omnes agnoſcunt, tamen concluſiones noſtræ aduerſus iudicia temeraria, non ſolum ſenſum illum, ſed & hunc faciunt, quod iudicare de occultis in vniuerſum peccatum eſt, etiam illis qui non ſunt, hypocritæ ſed alioqui probi Immo vero Chryſo. Operæ imperfecto (ſi illius fuit Diui) ait eo loco euangelij iudicare, pro eo accipi quod eſt iniurias vindicare. Quod quidem non abs re aſſeruit, ſi verba attente auſcultes, Nolite iudicare, & non iudicabimini, quibus non iudicanti præmium proponitur, quod in iudicabitur. Enimuero ſi iudicare illic, vt nos volumus, vſurparetur pro eo quod eſt non ſuſpicari, non cohæreret tũc præmium, ſcilicet quod nec de nobis habebitur ſuſpicio. Egregium namquequidpiam videtur ibi Chriſtus polliceri, nempe quod ſi noſtras iniurias remiſerimus, condonabuntur etiam nobis & noſtre. Vnde apud Lucam ſimul componuntur. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non cõdemnabimini,

Tertia conclu.

Dubitatio.

Rõdubitandi.

Hiero.

Chryſo.

Solutio.

ni: Dimittite & dimittemini. His non obſtantibus concluſio non ſolum veriſſima eſt, etiam extra hypocriſim, verum & eodem loco aſſeritur: qui etſi alias permittat expoſitiones tamen Augu. libr. 2. de ſermone Domini in monte, expoſitore, & hunc quoque gratanter admittit. Ait enim id ipſum illic præcipi, vt facta quæ dubium eſt animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quin vero & hoc ipſum verba ipſa, Nolite iudicare & nō iudicabimini: oſtendūt. Iudicare enim condemnationem includit. Exhortatur ergo nos Chriſtus vt neminem condemnemus, ne in iudicio finali noſipſi condemnemur. Immo ſi ab hoc iudicio abſtinuerimus, miſericordiam promereamur. Adiungitur & illud ad Roman. 14. Qui non manducat, manducantem non iudicet. Vbi non ſolum hypocritę, qui in maioribus ſunt criminibus verū & vniuerſi alias probi iudicare prohibētur: id enim ſonat, Non manducans non iudicet. Et vt connexionem denotaret horum quæ ſunt iudicare, & contennere, prius dixit, Is qui manducat, nō manducantem non ſpernat. Deniq. ſubiunxit, Et qui non manducat, manducantem non iudicet Quamuis non ſine cauſſa in priori loco dixit, ſpernere, & in poſteriori, iudicare, vt illic adnotauimus. Accedit denique & in eodem ſenſu illud. 1. ad Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare, quoadusq veniat dominus per illumi nabit abſcōdita tenebrarum, vbi cauſſam, ne iudices, non illam deſignat, quod & tu ipſe delictor ſis ſed quòd incerta ſunt & obſcura quæ tu pro certis ducis & claris. Fulcitur ergo concluſio non ſolum rationibus quas de rerum natura deprompſimus, verum & ſacrorum oraculis. Superſunt autem circa ſingulas concluſiones dubiola minoris momenti. Et primum circa ſecundam, qua aſſertum eſt iudicium temerarium genere ſuo eſſe peccatum mortale, animaduertendum eſt tria eſſe ad id requiſita Primum, vt ſit certum, ſcandum vt ex leuib. colligatur coniecturis, & tertium, vt ſit de re graui. Certum autem iudicium vnam tantum conditionem in ſpeculatiuis dicit, vrputa quod nihil prorſus habeat formidinis aut ambiguitatis admiſtum, quod ad ſcientiam ſpectat & ad fidem tam humanam quam diuinam, in moralibus autē, parum pro nihilo reputatur, & ideo vbi ita firmus es in ſententia vt ferè nihil dubites quaſi certum iudicare cenſeris, ob idq. mortaliter peccas. Dum tamen tale iudicium non ſit repentinum, quod certè in moribus etiam eſt perpendendū, enimuero ſi cum vides iuuenē cum puella abſq. arbitris colloquentem, ſubito ad iudicandum raperis, non eſt cur culpam mortalē timeas, ſed quando ſedato animo & facto reflexionem eandem deliberando ſententiam confirmas. De cauſſarum autem leuitate, quæ culpam facit mortalem, nulla poteſt ſtabiliri certa regula. Et quidē S. Tho. in ſolutione ad primum, nullas alias cauſſas videtur approbare excuſātes iudicium a culpa, niſi quando quis per idoneos teſtes probatur malus. tunc enim ait licite iudicare quempiam poſſe, alterum eſſe malum. At vero id intelligēdum eſt reſpectu iudicis, qui non debet rei euidentiam expectare, ſed humanam certitudinem, quę habetur per idoneos teſtes, citra quam tamē neutiquam debet præcipitate ſententiam. Nihilominus citra talia teſtimonia poteſt quiſq. tam iudex quam priuatus excuſari a culpa, etiam dum mente apud ſe certum fert iudicium. Laudi namq. Salomoni tribuitur tertio Reg. 3. quod ex verbis mulierum quarum altera annuebat puerum medium diſcindi, altera vero renuebat, iudicium elicuit, vtra illarum puerum peperiſſet. Haud tamen ob tale iudicium alteram puniuit, ſed vera matri ſuum natum tradidit. Nulla ergo regula dari poteſt certior quā quod illæ coniecturę & iudicia a culpa excuſant, quæ virum prudentem & probū ad ſic iudicandum perducerent. Video hominem noctu ſcala feneſtras conſcendere, profecto abſque culpa poſſum de illo certo malum iudicare Vides etiam iuuenem & puellam ſecreto obſcuroq. loco petulanter ſe amplexantes, nulla eſt culpa ſiniſtrū de illis ferre iudicium Nam vti 2. de anima auctor eſt Ariſtoteles, cogitare poſſumus cum volumus, opinari vero non, hoc eſt, abſtinere à iudicando nō eſt ſemper in noſtra poteſtate. Tametſi iudex ex tali iudicio, quāuis vt priuatus homo poſſit illud abſque culpa concipere, non debeat ad pronitionem procedere, ſicuti nec Salomon proceſſit. Poterit tamen princeps atq. prælatus abſtinere, ne talem ſuſpectum ad magiſtratum & ad eccleſię adminiſtrationem aſſumat. Quo fit, vt quāto coniecturæ ſunt leuio-

Auguſt.

Paulus.

Tria requiruntur vt iudicium temerariū peccatū mortale

Ariſtot.

leuiores, tanto cæteris paribus peius ingraueſcat peccatum, & quanto ſunt ipſæ grauiores, tanto magis attenuentur. Atque inde fit rurſus conſequens quandoq. non poſſe certo diffiniri vtrum iudicium mortale ſit an veniale. Pari modo cenſendum eſt de grauitate illius mali, quod alteri iudicando inuris. Et enim Summiſtæ illud ſolum iudicium eſſe cenſent de graui malo, quando quis iudicat quempiam eſſe in peccato mortali. At vero quamuis regula plurimum vera ſit, non tamen eſt omnimode certa, ſed potius aſpiciendum eſt ad infamiam. Nam inde perpenditur iudicij grauitas. Quocirca vbi peccatum nõ eſſet tam infame iudicare quempiam eſſe in illo, non eſſet mortale, vt ſi facile certoque iudicares aulicos vel alios perditos iuuenes turpes amores cum mulierculis gerere, aut militem duello alium interfeciſſe, quoniam ipſos hæc commiſiſſe nullatenus pudet. Et conuerſo quamuis malum illud non eſſet peccatum, ſed naturale nihilominus iudicium illius poſſet eſſe delictum. Vt ſi de viro qui egregio loco & exiſtimatione habetur, leui de cauſſa certo iudicares eſſe infami ſanguine natum. Nam & in hoc grauiter illi iniurius es. Quare neque de hoc poteſt certa conſtitui regula, ſed ſpeculandum eſt an tale ſit malum, quod alter egregius ferret de ſe audire, quam ſi eſſe peccatum mortale. Ex his ergo gradum retro faciamus ad primã concluſionem inueſtigantes, vtrum vſque adeo ſit verum, ſuſpicionem citra certitudinem non eſſe genere ſuo mortale crimẽ vt nunquam illuc vſque poſſit creſcere? D. enim Th. ſic ſentire videtur, & Caiet. ſic ſentit, dicens nullum iudicium citra certitudinem eſſe niſi veniale. Porro autem cõtrarium videtur perſuadere ratio, nam & ſi id pro regula merito ſit habendum, eſt nihilominus excipiendum quando grauiſſimum malum de honeſtiſſima perſona ſuſpicaris. Regulę enim morales non ſunt tenore methaphyſico expendendæ, ſed ex iniurię quantitate. Et re vera ſi prudentiũ iudicium conſulas, plus iniuriæ irrogas Petro ſi cum formidine opineris inceſtuoſum eſſe cum matre, aut cum filia, aut cum ſorore, quam ſi certo crederes eſſe fornicarium, multoq. vilius eũ ſperneres, q. apud te in ſuſpicionem veniret hæreticæ prauitatis, aut proditionis reipublicæ, aut aliud immanis ſceleris, quam eum quem certo crederes minoribus criminibus irretiri. Deniq. poſtrema dubitatio eſt de illo qui citra aſſenſum de bonitate alterius dubitat, quem in prima concluſione complexi ſumus ſub nota peccati venialis. Nulla enim apparet huius ſententię ratio: quandoquidem ille nullum fert mali iudicium. Imo vero virtuti potius dandum eſt, quod quis animum ſuſpenſum teneat, vbi aliquæ coniecturæ proximum notant. Reſpõdetur nihilominus quod etſi non ſit tanta culpa quam ſuſpicari, immo ſæpenumero, vbi coniecturæ ad prauum iudicium inclinant, laude dignum ſit iudicium ſuſpendere, tamen tam leues eſſe poſſunt vt illa etiam animi ſuſpenſio ſit culpa. Nam, vt ſupra diximus, ius habet quiſq. non ſolum ut non habeatur de illo ſiniſtra ſuſpicio, verum vt quiſq. de illo exiſtimationem habeat bonã. Et confirmatur hoc inde, quod certe ſi Petro qui de Ioanne bonam habet exiſtimationem, eandem illi adimeres, male faceres malum ergo eſt & te ex leuiſſima cauſa mere neganter habere circa proximum. Quin vero poſſet nonnunquã eſſe peccatum mortale. Ecquis enim ambigat quin ſi videntes honeſtatem vitamque integerrimam Ioan. Bap. ſacratiſſimę Virginis, vt de Deo eius filio ſileamus de eius bonitate dubitarent, graue committerent peccatum? re vera non eſt in dubium reuocandum.

Ad primum igitur argumẽtum iam reſponſum eſt, q. licet humanum iudicium non poſſint de ſingularib. omnino eſſe certum: poteſt tamen quiſque humano more, ſcilicet dum idonea ſunt teſtimonia, citra iniuriã male de altero iudicare. Ad ſecũdũ reſpõdet D. Tho. nihil aliud quã quod iudicium temerarium, licet non prodeat in publicum, nihilominus in mẽte eſt pernicioſum, quia eſt cauſſa contemptus. At vero quo res apertius pateat, cauſſas ꝓſcrutemur malignitatis eiuſmodi interni iudicij, vtrũ quando eſt certũ genere ſuo, ſit ꝑ ſe peccatum mortale. Apparet enim pars negatiua inde vera, q. cũ proximos per illud nihil detrimenti patiatur, neq. in ſua perſona, neque in rebus ſuis, non eſt cur tã ta nota condemnetur. Reperias reſpondẽtes ſatis eſſe vt ſit mortale peccatum quod eſt a Deo prohibitũ, qui pro ſua libertate potuit, q̃cunq. voluerit prohibere: Iſti aũt non

Sũmiſtarũ regula nõ eſt vniuerſalis.

Alteri dubitatio D. Tho.

Caietanus.

Solutio.

Poſtrema dubitatio.

Reſpõſio.

Ad primũ arg.

Ad ſecũdũ arg.

Queſtiũcula circa materiã ſecũdi argu.

non perpendunt hoc nõ eſſe malum quia prohibitum, immo eo prohibitum quia malum. Eſt enim ex his quę ſunt cõtra ius naturæ, quæ quidem in Euangelio præter ſacramenta quæ ad religionem pertinent. Chriſtus nobis duntaxat præcepit. Neq. ſatis eſt ſi reſpondeas, iudicium eſſe illud malum, quia ordinem habet ad exterius damnum, puta ad infamandum. Enimuero cũ ſit ſpeculatiuum, non habet ordinem proximum ad opus: & ideo reſpondetur quod quanuis nunquam exiret foras, in ſuis latebris per ſe malum eſt mortale. Primum ut diximus, quia cauſſa contemptus & odij. Secundo id patet, quia per ipſum infamas proximum tuum apud teiſpum, quandoquidem malam de ipſo concipis exiſtimationem. Ex quo ſubſequitur argumẽtum ad id tertium. Si enim ſuſpicio quam de Petro habeo ſiniſtram, peccatum mihi nunquam eſſet mortale, ſequeretur quod neq. illam in aliorum mentes diſpergere, dummodo nullum aliud conſequeretur damnum, nam ſi mihi mẽtalis ſuſpicio non eſt peccatum, neque illis eſſet ſua, atque adeo nec mihi eſſet peccatum illã ſeminare. Qđ tamen falſum eſt. Præterea, eſt argumentum quod iudicare de occultis, eſt id vſurpare quod eſt Dei proprium, ſecundum illud Pauli, Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? At vero dubium reſtat ſi tale iudicium, peccatum eſt genere ſuo mortale, vtrum ſit contra iuſtitiam, an vero ſolum contra charitatem. Quod quidem D. Tho. tractat in ſolutione tertij argumenti. quo quærebat an genere ſuo ſit mortale, & reſpondet ſuo obſcure. Ait enim quod cum iniuſtitia ſit circa exteriores operationes, tunc iudicium ſuſpicioſum directe ad iniuſtitiam pertinet quando ad actum exteriorem procedit, & tunc eſt, inquit peccatum mortale. Subdit vero iudicium autem interius pertinet ad iuſtitiam ſecundum quod comparatur ad exterius iudicium: vt actus interior ad exteriorem, puta ſicut concupiſcentia ad fornicationem, & ita ad homicidium. Manet ergo obſcura ac ſubinde dubia hæc litera, quia non clare ait, iudicium quod non procedit ad exteriora, eſſe peccatum mortale. Nihilominus proculdubio tenendum eſt eiuſmodi iudicium eſſe genere ſuo mortale peccatum, idq. contra iuſtitiam Diſtinguit autem D. Tho. duo illa membra quod iudicium imperatiuũ actus exterioris ſcilicet infamandi aut condemnandi, eſt directe contra iuſtitiam, vt in tertia cõcluſione expreſſum eſt. Sicuti volitio efficax occidendi reducitur ad homicidiũ, iudicium autem ſpeculatiuum quo nõ imperatur exterius opus, non pertinet directe ad iniuſtitiam exteriorem. Et in his ſtat differentia, videlicet directe, & indirecte. Sed nihilominus eſt peccatum mortale, vt in ſecunda concluſione dictum eſt. Sicuti ita & concupiſcentia vxoris alienæ cum cõſenſu in delectatione licet non procedatur ad opus, eſt mortale. Enimuero nõ ſolum efficax volitio occidendi, mortalis eſt, verum & internum deſiderium mortis proximi aut grauis detrimenti, licet tu nolis dãna illa dare.

Suadet pars negatiua.

Solutio quorundam.

Reprobatio.

Solutio vera.

Alterũ dubium

S. Tho.

Explicatur San. Tho.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum dubia ſint in meliorem partem interpretanda.

NOn ſatis eſt noſſe, iudicium temerarium iniquum eſſe, ſed explorare oportet vtrum dubia debeamus ſemper in meliorem partem interpretari. Et arguitur a parte negatiua. Iudicium cum ſit rationis opus, cuius perfectio in veritate cõſiſtit de illis potius ferri oportet, quę plurimum accidũt, vt rarius fallamur, ſed pluries accidit homines improbe agere, quã probe, nam cum ſenſus hominis ad malum ab adoleſcentia ſua proni ſint, vt Geneſ. 8 legitur, fit, vt quemadmodum habetur Eccle. 1. ſtultorum infinitus ſit numerus, conſultius ergo eſt dubia in malum quam in bonum interpratari. Secundo, ille piè & iuſtè viuit, auctore Auguſtino, qui rerum integer eſt æſtimator, in neutrã partem declinando? ille autem qui rem dubiã in partem ſaniorem decernit, in alteram inclinat partem, ego minime id licet. Tertio. Homo eo modo debet diligere proximum quo ſeipſum, ſed circa ſeipſum ſalubrius eſt dubia in deteriorem partem iudicare, ſecundum illud Iob. 9. Verebar omnia opera mea, ergo & pariter vos debemus erga proximum gerere. In contrariũ autem eſt illud ad Rom. 14. Qui non mãducat, manducantem non iudicet, cuius gloſſa eſt, dubia in meliorem partem eſſe interpretanda.

Primũ arg. a parte negatiua.

Argu. 2.

Argu. 3.

Paulus.

Articu-

Articulus hic adeò est superiori annexus, vt per illum fit plurimum intellectus.

Ratio conclu. Respondetur ergo vnica conclusione quæ ex superioribus colligitur Vbicunque manifesta iudicia non apparent, quæ malum proximi indicent, debemus cuiusque bonam habere existimationem, atque adeo in meliorem partem id quod dubium est interpretari.

Probatio conclusion. Conclusio inquam ex superioribus colligitur. Vnusquisque ius habet vt bona de se vbique habeatur existimatio, quousque sua delicta eum legitimè probāt: ergo qui citra idonea testimonia sinistra alterius cōcipit opinionem, iniurius illi est, atque adeò in meliorem partē tenemur ambigua signa decernere.

Conclusio nulla præter superiorem indiget disputatione, nisi hoc forsan sciscitetis, vtrum dubia teneamur in meliorē partem positiuè interpretari, id est assentiri meliori parti: an satis est negatiuè, idest nō malè iudicare? Enimuero cum aliqua experior ambigua indicia alieni vitij, difficile profectò est contrarium habere assensum.

Dubitatio. Si autem dicas satis est animum suspendere, in cōtrarium emergit statim argumentum quòd intellectum cōtinere difficile quoque est Caiet. hic arbitratur satis esse negatiuè nos habere. Nihilominus id nemini suadere auderem. Immo vix potest regula constitui certa, sed confugiendum est ad prudentiam. Distinguendum inquam in primis an illum auius dubia signa apparent, antea noueris, an uerò sit tibi ignotus Si enim in bona est apud te existimatione, peccatum esset propter signa dubia illam mutare, maius, scilicet minusve secundum signorum conditionem. Si autem eum non noscis, tunc arguit hic Caiet. ꝙ non est prudentia in tali casu assensum melioris partis concipere: eo quod illa neutra signa natura sua talem assensum non generant, & ideo nulla, inquit est obligatio bene assentire. Quare consulto ait, negatiuè dixit Christus, Nolite iudicare: & nō dixit, Bene semper iudicare Attamē contrarium citius crediderim, responderimque illi, quod etsi tales coniecturæ bonum assensum non generent, ius tamē naturæ nos cogit non solum ne male de homine vllo opinemur ꝑ ꝑ dubia signa, verū vt de omnibus non obstantibus amphibolis indicijs, opinemur. Igitur conclusio intelligenda est positiuè, nisi casu quo indicia usque adeo vrgerent in sinistram partem vt satis esset vtriusque assensum cauere. Tunc enim consilium est mentem ab eiusmodi cogitationibus dimouere. Quando uero indicia iam non sunt dubia, sed eousque efficacia vt virum prudentem & probum mouerent nulla est obligatio in meliorem partem illa interpretari. Christus ergo non ideo dixit negatiue, quia satis sit assensum suspendere, sed quia bonā existimationem, quam iure naturæ tenemur de vno quolibet habere non debet in nobis leuibus caussis extingui.

Caiet.

Solutio propositæ dubitationis.

Reprobatio. Caiet.

Primū argum. Ad primum igitur argumentum respōdet S. Thom. quòd etsi qui dubia in meliorem partem interpretatur frequentius fallatur, tamen melius est frequentius falli per bonam opinionem de aliquo malo homine, quam rarius falli habendo malā de aliquo bono, quia ex hoc nascitur iniuria, ex illo autem nulla. Sed contra, Falsitas est malum intellectus, vt puta qui ad omniū veritates iudicandas natus est, nemo autē tenetur malum sibi proprium seu procurare, seu incurrere ad euitandum malū proximi: ergo consultius est in sinistram partem iudicium deflectere. Caietan. putat se per hoc satis respondere quod San. Thom. non absolutè ait eum qui in partem sanio rem iudicando propendet, in pluribus casibus falli, sed quod pluries fallitur quàm si in sinistram partem vergeret: cum quo stat quod non frequenter fallatur bene iudicando. Hanc ego tamen solutionem non intelligo. Nam & vim argumenti satis est id quod ipse cum Diuus Thomas concedit nempe quod pluries fallimur bene iudicando quam falleremur iudicando malè: & ideo responsio est quod bonum uirtutum moralium non est pensandum secundum bonum intellectus simpliciter, sed in ordine ad agendum cuius proximum principium est appetitus: homo enim, ut supra diximus, non dicitur bonus propter virtutes intellectuales absolutè consideratas, sed propter morales quæ circa actiones uersantur. Quo fit ut nonnunquam iudicium falsum speculatiuum generet uerum dictamen practicū: veluti Iacob ex illo falso. Hæc est Rachel, intulit illu duerum, Hæc est a meo cognoscenda, quod quidem ob ignorantiam inuincibilem verum fuit. Quocirca

Replica Solutio.

Caiet.

Refellit Caiet.

Solutio auctoris

dum

dum iudicio Petrum eſſe bonum licet ſpeculatiuè fallat, tamen quia iudicij eſt conforme appetitui recto, ſit vt moraliter atq. adeo ſimpliciter bonum ſit. Ob idque cum homo ſecundum moralem regulam iudicium intellectus informat, non eligit ſimpliciter malum, ſed ſecundum quid ſimpliciter autem bonum. Hanc enim ob cauſſam ſupra diximus iudicium eſſe actum potius iuſtitiæ, benè afficientis animum ad proximum quam rationis illud proferentis. Quocirca non ſatis digna reſponſio illa mihi apparet. Caietani & aliorũ, quòd quia ex duobus malis minus eſt eligendũ etſi falſa opinio malum proprium ſit nihilominus quia minus eſt, ea eſt eligenda. Nõ inquam verum eſt eſſe ſimpliciter minus malum. Nam bonũ intellectus, puta intellectualis virtus ut ſupra demonſtrauimus, ſimpliciter eſt melior bono voluntatis: ſed tamen quantum ad mores attinet, iudicium cum periculo falſitatis formare ad cauendam iniuriam, non ſolum minus eſt malum: immo ſimpliciter non eſt malum, ſed ſecundum quid. ſ. malum ſpeculatiuum. Eo potiſſimum q̃ error circa ſingularia contingentia non eſt ſimpliciter malum intellectus, ſicuti neque ad eius perfectionem ſimpliciter attinet cognoſcere eorũ veritates ſed uniuerſalium, quibus non poteſt ſubeſſe falſum, vt ſtatim ait S. Tho. in ſolutione ſecundi. Adde quod neq. eligetur tale malum. Nam quando iudicia ſunt clara, non eſt prudentia bonum formare iudicium ſed quando ſunt dubia id tantum eſt uerum quod intellectus exponitur falſitatis periculo. Ad ſecundum reſpondetur diuerſam, eſſe rationem iudicãdi de rebus ab illa quæ eſt iudicandi de perſonis. Cum enim de rebus ſpeculatiuè iudicamus, nihil nocumenti imminet proximo, ob idque ſimpliciter eſt tunc ueritas indaganda, quæ bonum eſt intellectus. Ac perinde in rebus dubijs ſuſpẽdendum eſt iudicium ne præcipitio falſitatis intellectum obijcias, Et de hoc loquitur Auguſt. quando autem iudicium eſt de perſonis tunc quiſq; bonum malumque attenditur ſecundum illum de quo iudicatur nempe de eius honore aut cõtemptu ad cauendã citius iniuriam decemus eſſe attenti: præſertim q̃ error circa ſingularia, ut iam modo dicebamus non è regione opponit bono ſimpliciter intellectus. Ex his prudẽtiam, collige qua diſcernas iudicium rei mere ſpeculatiuum, non eſſe mortale peccatum, niſi dum illud ad perſonam applicas, licet enim dum uideas cadauer occiſi hominis, iudices mortale fuiſſe peccatũ illum occidere & quamquam dum audis talem propoſitionẽ, quæ hæretica eſt fuiſſe aſſertam, iudices peccatum fuiſſe illam ex animo aſſeruiſſe nullum tamen peccatum admittis, ſed quando ſine cauſa legitimas iudicas hũc fuiſſe aut homicidam aut hæreticum. Tertium argumentũ per egregiam regulam qua ſibi reſpondeatur expoſtulat. Interpretari namque quidpiam in deteriorem partem, ſuſpicando ſcilicet ex leuibus cauſſis, bifariam uſu venit ſcilicet vel definitiuè vel ſuppoſitiuè. Prior modus eſt quem dicimus eſſe illicitum. Poſterior vero ſcilicet non definiendo ſententia, ſed ex ſuppoſitione, ſi forte ita eſt non ad lædendum, ſed obiuuandum periculo vel proprio vel proximi non iniuſtitiæ, ſed prudentiæ opus eſt. Vides hominem quẽ ſuus habitus ſubindicat eſſe furem, & ſi non debeas definitiua ſententia id credere, neque uero ſuſpicari ad nocendum, licet tibi tamen non illi tuam domum credere: Sicut dum filiam habes virginem, licet tibi iuuenes ab eius colloquio abigere. Et pari modo in re propria. Dum videntẽ tibi opera tua nitida eſſe in cõſpectu Dei, quę quidem opinio periculoſa ſemper eſt, debes illa timere ne aliqua macula ſint infecta. Aliena vero opera, bona iudicare, nulli nos offert periculo. Ex his ſequitur, q̃ etſi dum malè de aliquo ſuſpicaris qui in promptu eſt vt ad aliquam dignitatem eligatur, poſſes tu illi refragari tuam ſubticendo ſuſpicionem; tamen illam in aures aliorum diſſeminare ut hominem infamia reſpergas, minimè fas eſt niſi ſuſpicio legitimis de cauſſis eſſet tibi certa; & videres in perniciem reipublicæ talem electionem vergere tunc enim niſi ſecretum eſſet ſacramentalis confeſſionis, liceret illam impedire. Et vice verſa, tam leuis eſſe poteſt tua ſuſpicio vt neque teipſum debeat cohibere quo minus eum eligas, ſi alias idoneus eſt.

Noua ratio in Caieta.

Ad ſecũ dũ arg.

Auguſt.

Ad tertiũ arg.

Corollarium.

ARTI-

ARTICVLVS V.

Vtrum super sit secundum legis scriptas iudicandum.

CVm iudicium, vt dictum est, actus iustitiæ, regulæ autē iustitiæ sint leges, merito quæritur vtrum semper sit secundum leges scriptas iudicandum. Et arguitur à parte negatiua: Iudicium iniustū vbique cauendum est & uitandum, quandoque autem scriptæ leges iniquitatem continet, secundum illud Isaiæ. 10. Væ qui cōdunt leges iniquas, & scribentes, iniustitias inscripserunt, ergo non semper est secundum scriptas leges iudicandum. Secundò, Iudicium oportet esse de singulis euētibus, lex autem scripta ut Philosophus. 5. Ethico cap. 10. auctor est, non potest singulos comprehendere, ergo quandoque necesse est contra legis uerba ager: Tertiò. Lex ad hoc scribitur, ut legislatoris mens fiat subditis manifesta, quandoque autem usu uenit ut si legislator præsens adesset, aliter iudicare, ergo tunc licet contra scripturam mentem legislatoris sequi. In contrarium est sententiam Augustin. in lib. de uer. relig. ubi ait, In istis temporalibus legibus, quāquam de his homines iudicent cum eas instituerint, cum tamen fuerint institutæ & firmatæ, non licebit iudicibus, de eis iudicare.

Primū Arg.

Argu. 2.

Aristot.

Argu. 3.

Augustin.

Quæstionem hanc plenariè libr. 1. discussimus q. 6. art. 8. Sed quoniam præsenti loco congruenter iterum eā mouet. S. Tho. opus est ad idem respondere, quoniam non deerit quod prærer illic definita adnotari etiam hic possit. Respondetur ergo per distinctionem duabus conclusionibus. Supponendum namque in primis iudicium nihil aliud esse quandam iusti definitionem & constitutionem. Est autem iustum duplex, ut in superioribus sæpe dictū est. & Aristo. 5. Ethi. ca. 7. docet, scilicet aliud naturale, nempè quod ex natura rerum obsolute consideratarum pullulat. Aliud uerò positiuum, quod Philosophus appellat legitimum, nempè quod humano condito & arbitramento positum est. Sit ergo prior conclusio: Quando scripta ius naturale continet, nequaquam licet neque principi neque subditis contra illā agere, sed semper est secundum eam iudicandum. Et ratio in prōtu. quoniam eiusmodi leges non sunt illius iusti constitutiuæ, sed tantum declaratiuæ. Quare earum iustum, non ex legibus, sed lex rebus ipsis totum suum habet robur. Vt patet in præceptis Decalogi, & in his quæ necessaria consequentia illic implicantur ideoque adeò sancta sunt & firma, vt neque Deus, quatenus legislator super illis valeat dispēsare, vt lib. 1. q. 3. disputabamus. Atqui hac de causſa nō huc simpliciter in quæst. profertur, vtrum sit semper secundum leges iudicandum. Nam de naturalibus quarū lumen Deus consignauit in mentibus nostris, nequaquam hæsitare licet, quo minus sit semper secundum illas iudicandum, sed peculiariter quæsitum est de legibus scriptis inter quas connumerantur humanæ.

Distinctio.

Aristot.

Prima conclu.

Ratio conclu.

Vltima conclu.

Subditur ergo posterior conclusio, Quādo lex scripta est humana necessarium nihilominus est tam principi quam subdito secundum illa iudicare, quatenus iuri naturæ nō repugnat. Probatur: Quoniam leges huiusmodi etsi non sint declaratiuæ naturalis iusti, sunt tamen constitutiuæ iusti quod humano condito secundum regionis temporumque conditiones visum est expedire. Et ideo inquit Arist. quod quamuis antea quam ponerentur nihil referebant, tamē, postquam positæ sunt, iam referunt. Conclusiones istæ non solum inferiores iudices, sed & principem ipsum comprehendunt, qui quidem secundum leges iudicare tenetur: nō secundum naturales, verum & secūdum illas quas ipse sui que maiores senxerunt, quādiu causſa nō incidit ut mutentur. Tametsi discrimen interſit, quod inferiores iudices neq; illas interpretari. Quod tamen infaciliate principis positum est, Vnde quo casu potest super legem dispensare, potest etiam & contra legem iudicare. Vt si capitis condemnatus, quam commodissimus esset rei publicæ posset ob illam publicam commoditatem illum donare vita. Hæc autem omnia lib. 1. satis ac super pro captu nostro, tum discussa sunt, tum etiam definita. Quod autem hic dubium Theologicum, cuius proprio loco dirimendum restat, est vtrū sententia iniusta, hoc est contra leges lata, obliget in conscientia. hoc est vt tam 1. ū verè absoluat, quam actorem iura suo despoliet? Est enim argumentum à parte negatiua,

Explanato superiorū cōclusionum.

Dubium Theologicum.

Ratio hęsitandi.

gatiua, quod cum iudex ſit iuſti cuſtos, ad quem vt 5. Ethic. ait Philoſophus tanquam ad viuentem loquentemque iuſtitiam confluitur & hęc omnia quę in foro exterriori peraguntur, ad pacem reipublicæ ac perinde ad pacandos conſcientias referantur, conſequens fieri videtur, vt ſolennis ſnīa eius qui publica pollet auctoritate, tutas ſedasque reddat eaſdem cūſcientias eò vel maximè, quod ſæpe humanum ius conſcientia obligat, tametſi mera lex naturæ non obligaret, vt patet in lege prę ſcriptionis, qua dominium transfertur in poſſeſſorem. Nihilominus reſpondetur, nullam ſententiam quę contra leges iuſtas profertur, obligare in conſcientiam. Concluſio eſt manifeſta, & iuris etiam doctoribus confeſſa, vt apud Inno. & Panor. videre eſt. ca. quia plerique de immuni. eccle. quia cum ſententia nullum habeat robur niſi quia eſt iuris declaratiua, vbi non eſt recti iuris interpres, nulla eſt in conſcientia. Dixerim iniuſtam contra leges nempe quæ ab vno aufert quod re vera ſuū erat, & alteri tribuit cuius non erat. Nam ſi alicui id adiudicetur quod verè erat ſuum, licet alter prætermiſſo toto ordine iuris fuerit, priuatus, bona conſcientia poſſidebit quod ſibi adiudicatum eſt, ſiquidem re vera ſuum erat. Et prætermiſſio ordinis iuris quamuis peccatum ſit in iudice, & iniuria parti, tamen non conſtituit in mala conſcientia eum qui quod verè eſt ſuum, poſſidet. idque planiſſimo exemplo patet. Si tu quod tuum eſt aut fraude furripias, aut vi auferas à poſſeſſore, quamuis delictum mortale fortè commitas dum priuata auctoritate exequeris quod publica deberes, nihilominus ad reſtitutionem non obligaris illius quod accipiſti. Reuertamur ergo ad principale aſſertū, quod iniuſta ſnīa ius neque tollit, neque confert. Fit enim ex illa conſequens, vt etiam ſi dum litigabas bona fide faciebas, nihilominus cum primum certo reſcieueris ſnīam in tuum fauorem latam non fuiſſe iuſtam, reſtituere teneris quod tibi adiudicatum eſt, licet non expenſas, ſi bona fide litigaſti, idque ſiue reus fueris, ſiue actor. Et dico iniuſtā cōtra rei veritatem, etiam ſi iudex ſecundū allegata & probata in foro exteriori rectè iudicauerit. Quid autem ſi pars læſa non appellauerit? Videtur enim eo ipſo cōſenſiſſe, atque adeò ſuum à ſe ius ablegaſſe: quapropter poſtea non admittitur in iudico ad repetendum. Reſpondetur quod etiam ſi non appellauerit, non cenſetur renunciare iuri ſuo. Sed hoc tantum patitur quod in foro exteriori non amplius repetensaudietur. Atque hæc, ueritas non ſolum ratio naturalis comprobat, verum & ex l. Iulius. de conditione indebiti. colligitur. Quod autem non appellans præſcripto tempore à tribunali poſtea repellatur, ſunt qui dicant cauſſam eſſe in pœnam eius negligentiæ. Ego uerò non hāc tantum crediderim, uerum illam potiorem, quæ eſt ad obuiandum litibus, ad quod leges ſantiſſimè fuerunt ſemper attentæ. At uerò ſi quis rem ſibi aut ſuis maioribus iniuſta ſnīa ad iudicatā, bona fide legitimoque tempore præſcripſerit, bona deniceps conſcientia poſſidebit, quia titulum habet legitimū, hoc eſt lege præſcriptum. Dubium aūt moleſtius eſt in beneficijs eccleſiaſticis: qñ quis ſ. per iuſtam ſententiam expoliatur ſacerdotio quod alteri confertur, vtrum poſſeſſor deinceps tuta conſcientia poſſideat? Id quod inter cæteros iuris interpretes. Panormitanus ca. primo. de conceſſio. prębend. & Inn. in cap. quia plerique. de immunit. Eccleſia ſcienter tractant. Diſtinguendū ergo eſt de ſententia; nam altera eſt declaratiua: nempè dū inter partes de iure aliquo, aut alia de re, aut de præbenda litigatur & ſententia declarat utrius illorum ſit. Et tūc citra dubium, ſicuti neque in alijs ſecularibus rebus, ſententia non ligat, Et ideo dum poſſeſſor ſciuerit non fuiſſe iuſtam, tenetur renuntiare. Alia uerò eſt ſententia priuatiua qñ prælatus officio propter crimen quem piam ſacerdotio multat, quod alteri confert, & tunc cēſent præfati doctores quod ſi reus non appellauerit, quia eo ipſe conſentire uidetur, alter tuta cōſcientia poſſidet. Secus ſi reus appellauerit, nam tunc licet iniuſtè non fuerit auditus, non cenſet conſenſiſſe. Ego uerò profectò, ſalua eorum exiſtimatione, non ſic abſoluтè crediderim, ſed cum diſtinctione. Si inquam prælatus ſciens & prudens illum inique condemnauit, arbitror ſententiam non tenere. Et ideo quotieſcunque poſſeſſor id intelligit, renuntiare tenetur, & prælatus alteri reſtituere. Si uerò bona fide ſecundum allegata & probata illum condemnauit, etiam ſi falsò fuerit accuſatus

Solutio

Argu.

Reſponſio.

Dubiū alterū de beneficijs eccleſiaſticis.

Panormitan⁹

Innocētius.

Solutio dubij.

ſententia

ſententiã tenet ac perinde alter tuto poſſidet, niſi tamen ille fuerit criminator qui falsò accuſauit. Nam tunc omnes doctores Canonici iuris merito tenent inhabilem eſſe ad poſſidendum. Item hoc ſolũ crediderim in beneficiis eccleſiaſticis quæ prælatorum auctoritate cõferuntur. Nam in alijs etiam ſi ſecundum allegata & probata ſententia ſit iuſta, ſi tamen proceſſit ex falſa præſumptione, non ligat in conſcientia, ut Innocentius probe adnotauit in eodem capit. quia plerique. Quo fit, vt ſi cuius nomen de hæreſi falsò defertur, ſuis bonis priuetur, cum primum fiſcus reſciuerit per calumniam fuiſſe delatum ac condemnatum, tenetur eum in ſuorum poſſeſſionem reſtituere. Hæc ergo de hac re ſatis dicta ſint.

Ad primũ arg.

Ad primus igitur argumentum reſpondetur, quo ſicut lex ſcripta nihil roboris præſtat naturali iuri, immo ab illo ipſa vim accipit, ſic neq; poteſt eius robur quoquo pacto diminuere, nam homines, qui eas leges ſcripſerunt, non ſunt naturæ domini. Quo fit vt quando lex ſcripta legi naturæ aduerſatur, nullam habeat vim, atq. adeo neque ſit ſecundum illam iudicandum. Quare tunc non leges ſed legum corruptiones cenſentur. At vero quando lex ſcripta a iure naturæ permittitur, ſcilicet quia ei non obſtat, tunc iudicandum eſt ſecundum leges, etiam ſi forſan melius eſſet contrariũ eſſe lege poſitum. Hoc enim maxime notã dum eſt vt loco, ſupra citato explicauimus, nempe quod non eſt neceſſarium ad vigorem ſcriptæ legis melius id eſſe quod ipſa decernit, quam contrarium. Hoc enim penſandum eſt & conſilio agitandum quando ponitur, ſed quando poſita eſt vſu & firmata, non debent hoc ſubditi arbitrari, ſed ſecundũ illam agere, quouſq. princeps aut reſpublica illam mutet. Immo vero neq; mutandæ ſunt leges, vt ſupra diximus, quacunque de cauſſa quæ meliorem præ ſe ferat. Eſt poſita lex, verbi gratia, ne merces foras euehantur e regno, & fortaſſe iam ceſſat cauſſa, quare poſita fuit tunc etſi principi incũbat illam mutare, tamen ſubditis non licet contra facere, dum ius naturæ id permittit, niſi iam eſſe inciperet contra ipſum aut cõtra religionem, ſcilicet, ſi legibus Eccleſiaſticis aduerſaretur.

Ad ſecũdũ arg.

Ad ſecundum pari modo reſpondetur quod ſicut poteſt lex quandoque iuri repugnare naturæ & tunc non eſt ſeruanda, ſic quanquam recte ſit poſita, ſi tamen in euentibus particularibus eſt contra ius naturæ, licet contra illam facere. Nam, vti ait Modeſtinus, ff. de legibus & ſe. con. nulla ratio iuris aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ ſalubriter pro vtilitate hominum introducta ſunt, ea nos duriore interpretatione producamus ad ſeueritatem. Tunc enim legislator adeſſet, aliter cenſeret quam ſcripſit. Et per hoc diſſoluitur argumentum tertium.

ARTICVLVS VI.

Vtrum vſurpatum iudicium ſit ſemper peruerſum.

TRia ſupra diximus ad rectum iudicium eſſe requiſita, & iudicis auctoritatem, & iuſtitiæ æquitatem, & prudentiæ ordinem. Et quidem de hoc tertio, puta de ordine & proceſſu iuris, nihil ad Theologum, ſed res eſt cauſidica. Igitur cum de ſecundo in proximis articulis dictum ſit, ſuſequitur vt de primo diſputemus. Vtrum vſurpatum iudicium, ſcilicet, ab eo qui non eſt iudex, ſit vbique peruerſum? Et arguitur a parte negatiua: Iuſtitia eſt quædam agendorum rectitudo nihil autem veritati deperit a quocunque pronuntietur, ſed a quocunque eſt amplectenda, ergo neq. quidquam iuſtitiæ officit a quocunque ſententia proferatur. Secundo, Bona pars iudicij eſt peccata punire. cum laude autem referuntur nonnulli priuati qui peccata aliena vindicarunt: vt Moyſes qui vt legitur Exo. 20. Aegyptium interfecit, & Phinees Eleazari filius qui Zambri occidit, vt Numero 25. ſcriptum eſt. quod, vt habetur Pſalm. 115. reputatum eſt ei ad iuſtitiam, ergo licet priuatis citra auctoritatem publicam iudicare. Tertio. Poteſtas ſpiritualis quæ a temporali diſtinguitur, nonnunquam ſe ingerit ad iudicandum ſeculares, ergo vſurpatum iudicium non eſt vbique prauum. In contrarium eſt illud ad Roma. 14. Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum?

Primũ argum.

Arg. 2.

Arg. 3.

Paulus.

Conclõ ſiua.

Ad qõnem vnica concluſione reſpondetur. Iudicium vſurpatum, hoc eſt abſque

legitima auctoritate ſuper eum in quem ferſ
tur prolatam, non ſolum peruerſum eſt ve
rum & nullum, Probatur. Iudicium eſt le
Probō. gis ad perſonas applicatio cum vi coactiua,
hæc autem fieri non poteſt abſque publica
auctoritate: ergo ſi aliter fiat, vitioſum eſt
& nullum. Probatur Minor. Eiuſdem eſt le
gem condere atque eam interpretari & de
clarare, ſed applicatio legis ad perſonas eſt
quedam eius interpretatio, ideſt declaratio
quod talem perſonam in tali caſu ligat, er
go ſicut lex ab illo ſolo condi poteſt qui pu
blica pollet auctoritate ad cogendum ciues
ita & eius ſolius eſt habentiſq; eius auctori
tatem ius dicere. Concluſio clara eſt, & 1. li.
q. 1. deciſa. Hoc tamen eſt hic animaduer
tendum, quod inter ea quæ ad rectum iudi
ciū publicū exiguntur, primū eſt auctoritas
iudicantis. Nā etſi alia deficiant, nempe pru
dentia & iuſtitia, nonnunquam ſententia
tenet, ſaltem dum fertur ſecundum allega
ta & probata, vt proxime dicebamus, & tem
per timenda eſt, & tamen ſi emanet a nō iu
Gregor. dice, adeo nulla eſt vt neque ſit timenda.
Vnde ſcitè Greg. Sententia, inquit paſtoris
ſiue iuſta, ſiue iniuſta, timenda eſt, 2. q. 3.
Duo enim ponit vt ſit timenda, etiam, ſi ſit
iniuſta. videlicet vt ſit paſtoris, & vt ſit ſen
tentia ideſt quæ non manifeſtarium intole
Primū rabilemque errorem contineat. Ex quo ſit
corolla- primum quod qui per tirannidem regnū
rium. inuaſum occupauit neque legem ferre vl
lam poteſt, neque ius dicere quod vllo pa
cto ciues in conſcientia obliget niſi forſan
Secūdū. præſcriptione aut reipublicæ conſenſu le
gitimi fuerint tandem principes, vt de Frā
cis apud Gallos legitur, & apud Hiſpanos
de Gotis ſecundo ſubſequitur, quod qui ſe
mel legitime magiſtratum adeptus eſt & ſi
poſtea crimen commiſerit ob quod merito
ſit illo abdicandus, tamen quouſque iuris
ordine priuetur ſententia eius ligat, niſi ſit
ipſo facto excommunicatus. Vt quamuis
prætor crimen læſæ maieſtatis admiſerit,
ob quod a magiſtratu expellendus iure eſt,
nihilominus quoadu ſque iuridice priuetur
ſententia eis tenet. Secus ſi eſſet hæreticus,
nam tunc ipſo eſt excommunicatus atque
adeo licet non priuatus officio tamen eius
functione ſuſpenſus De arbitris autem for
Dubiū ſan quis dubitet, nam iudicium eorum li
de iudi- gat tam in foro exteriori quam in conſciē
cibus ar tia. Tamen nulla videtur pollere auctorita
bitrarijs te publica, quia non habent niſi quam
a partibus acceperunt, quæ tamen non ha
bebant niſi priuatam. Reſpondetur autem Solutio.
quodammodo habere publicam. Nam cū
vnuſquiſque teneatur fidem alteri ſeruare,
iure gentium conditum eſt vt qui ſequeſtri
fuerint ab aliquibus conſtituti, vim habeāt
per ſuam ſententiam ligandi, licet executio
ad principem pertineat, qui vim habet coa
ctiuam, & eius miniſtros.

Ad primum igitur argumentum reſpō- Ad pri-
detur, quod etſi pronuntiatio veritatis a mū arg.
quocunque ſit ſuſcipienda, tamen vis coa
ctiua non niſi a principe, quam iudicium
importet. Et ideo niſi habente auctorita
tem proferatur, liberum eſt vnicuique
eam ſuſcipere aut repudiare. Secundum Ad 2. ar.
argumentum, Quantum ad hiſtoriam Phi
nees, nullam habet difficultatem. Namcum
Moyſes, vt illic legitur, auctoritate diuina
iuſſiſſet vt vnuſquiſque fratrem ſuum quē
reum ſciuiſſet interimeret eadem ille au
ctoritate vſus eſt. Hiſtoria vero Moyſi an
ceps eſt. Legitur enim quod cum vidiſſet
Aegyptium percutientem quendam de
Hebræis, eum enecauit. Quocirca cum il
lum Aegyptium inflagranti delicto occu
paret, potuit eum occidere per modum de
fenſionis, nam vnuſquiſque ius habet vim
vi repellendi non ſolum a ſeipſo ſed a fra
tre ſuo. Et hac uia Ambroſius libro de Of- Ambr.
fic. Moyſe excuſat a culpa. Si autem vel
iam ceſſauerat Hebræum percutere, vel oc
ciſio non erat ad defenſionem neceſſaria,
neceſſe eſt dicere quod in vindictam illum
occidit. Et re vera hoc gratius annuere
videtur hiſtoria. Sed tunc cum publi
cam non haberet auctoritatem, non po
teſt a culpa excuſari, niſi dicatur id reue
latione diuina feciſſe. Atque hanc ratio
nem approbare videtur illud Act. 7. quod
percuſſo Aegyptio exiſtimabat Moyſes
intelligere fratres ſuos, quoniam Domi
nus per manum ipſius daret ſalutem in
Iſrael. Et quamuis non expreſsè illam di
catur percuſſionem iuſſiſſe, ſed Moyſen
ſic exiſtimaſſe ſeruaturum populum, ta
men profecto videtur illic percuſſio excu
ſari, quare vtraque iſtarum ſolutionum D. Tho.
poteſt optimè defendi. At vero Sanctus Augu.
Thomas. Auguſtini ſequaciſſimus eum li
bentius amplexari videtur, qui in quæ
ſtione ſuper Exod. non excuſat illum a
culpa, ſed eum potius confert cum beni
gniſſimo nouali quod cum primo ſe-

ritur

ritur de herbarum quoque inutilium luxurie ac fertilitate laudatur propter ſpem quam promittit futuræ frugis. Et ſic interpretatur illud Act. 7. quod cum animo plenus eſſet ad liberandum populum, illa ratione arbitrabatur rem perfecturum. Ad tertium denique reſpondetur, quod cum ſpiritualis poteſtas ſuperemineat ſeculari, poteſt Eccleſiaſticus Prælatus ſeculares iudicio cogere in his quæ ad gratiam, & ad gloriam pertinent.

Ad tertiũ arg.

QVÆSTIO V.

DE DIVISIONE IVSTITIÆ.

S. Tho. 2.2. quæſt. 61.

ARTICVLVS I.

Vtrum particularis iuſtitia recte in diſtributiuam & commutatiuam diuidatur.

POſtquam de iuſtitia in genere, deque ſuo contrario, iniuſtitia, atque de eius annexis, iure ſcilicet & iudicio quantũ res poſtulabat, diſſertum eſt, ſupereſt vt ad illam eius celeberrimam diuiſionem deſcendamus, qua in diſtributiuam & commutatiuam diſpartitur. Eſt ergo quæſtio ordine quinta huius libri, vtrum particularis iuſtitia recte in diſtributiuam & commutatiuam diuidatur? Quæſtio hæc autem quatuor articulis abſoluetur. Quorum primus diuiſionis rationem doceat, ſecundus vtriuſque medium, tertius materiæ diuerſitatem, quartuſque tandem formam. A parte ergo negatiua quæſtionis

Primũ argum.

arguitur primo, Cum tres ſint reipublicæ ordines, nempe totius ad partes, partium ad totum, & partium inter ſe, pulchrius, atque ad artem proprius fieret ex æquo trimembris diuiſio, nimirum in legalem, quę primum inſtituit ordines & diſtributiuã, quæ ad ſecundum ſpectat, & commutatiuam, quæ circa tertium verſatur inepte ergo fit bimembris. Secundo arguitur. Si vlla eſſet huius diuiſionis ratio, ea vel inde oriretur, quod habent diſtincta ſubiecta, nempe quod diſtributiua eſt in principe, cui incumbit bona publica diſtribuere, commutatiua vero in ſubditis quorum pax & tranquillitas hac ratione continetur quod quiſque ius ſuum alijs ſeruat, hoc namque diſcrimen prima fronte videtur hæc diuiſio inſinuare, at vero quecunque iuſtitia ſpecies tam in ſubditis eſt quam in principe, in hoc nimirum ad gubernandum atque in illis vt gubernentur, vt q. 1 de legali dictum eſt, nam commutatiua eadem ratione eſt in omnibus, ergo ex hac differentia non poteſt ſumi diuiſionis ratio. Quod ſi dicas differentiam inde ſumi, quod diſtributiua iuſtitia penſatur in ordine ad plurimos quibus facienda eſt diſtributio commutatiua vero eſt vnius ad alterum, contra facit, quod vnum & multa ſpeciem non mutant. Eiuſdem quippe ſpeciei eſt vnus homo cum duobus atque cum tribus. Deinde arguitur tertio, quod diuiſio manca ſit. Iuſtitia enim vindicatiua neque ſub diſtributiua neque ſubcommutatiua comprehendi videtur, nam ſi reſpondeas contineri ſub diſtributiua eo quod princeps vt præmia probis, & ſupplicia reprobis decernit, in contrarium eſt, tum quod & perſona particularis poteſt licite vindictam petere, tum etiam quod vindicta debet fieri ad æqualitatem delicti, quod officium eſt commutatiuæ iuſtitiæ. Quod ſi hac ratione victus pertinere dixeris ad commutatiuam reclamare hæc ratio videtur quod ſoli principi incumbit pœnas exigere proculpis, quod ſpeciem gerit diſtributiuæ iuſtitię. In contrarium eſt authoritas Philoſophi. 5. Ethico. diſtinguentis duas iuſtitiæ ſpecies, quarum altera eſt diſtributionum directiua, altera verò commutationum.

Arg. 2.

Arg. 3.

Ariſt.

Quo reſponſo queſtionis lucidior fiat à terminorum expoſitione proficiſcamur. Cum iuſtitia in genere, auctore Ariſtot. 5. Ethic. ſic virtus qua quiſque iuſtus dicitur, ſit vt iuxta nomina ſua. iuſtitia diſtributiua dicatur particularis iuſtitia, qua homo in bonorum communium diſtributione iuſtus ſit. Commutatiua vero ſit illa itidem particularis, qua quiſq. in commutationibus iuſtus eſt. His facile intellectis tali reſpondetur affirmatiua concluſione. Iuſtitia particularis ſuapte natura in hæc duo diſſecatur membra ſpecie differentia, quæ ſunt commutatiua & diſtributiua. Cõcluſio eſt Ariſt. 5. Ethic. c. 2. cuius ideo au-

Conclõ rñſiua.

Ariſtot.

Probō concluſionis.

ctoritate fulcitur. Probatur nihilominus & ratione Diſtinctio habituum, ſi ſpecifica ſit, ab obiectorum natura deriuatur, nam habitus diſtinguuntur per actus, & actus per obiecta, eſt autem in republica, in qua iuſtitia æquitatem conſtituit, duplex ordo, idemque particularis, ac diuerſus, videlicet totius ad partes, & partium inter ſe, ergo per illos duos ordines duæ etiam ſpecies iuſtitiæ diſcernuntur. Illa autem quæ eſt totius ad partes, puta quæ communia bona ciuibus bene diſpenſat, nominatur diſtributiua, altera vero quæ æquitatem ſeruat inter partes, nuncupatur commutatiua, ſunt ergo duæ diſtinctæ ſpecies, At licet concluſio hæc non ſolum S. Thomæ, verum & Ariſtotelis ſit plana confeſſio, non deſunt tamen Ariſtotelis interpretes qui contrarium opinentur. Buridanus enim in eundem locum 5. Ethicor. q. 7. non arbitratur virtutes has ſpecie diſtare. Neque vllo prorſus argumento vtitur, præterquam quod rationes, inquit, partis contrariæ nō ſunt ſatis validæ. Hæc autem argutio nullum philoſophum hominem contra Ariſtotelem mouere deberet, niſi validioribus ipſe niteretur præterquam quod ratio hæc ſacta abunde rem monſtrat in philoſophia morali, a qua non eſt expetenda mathematica demonſtratio, vt ſtatim in principio Ethic. Ariſto. docuit. Arguitur autem ſecundo ad eandem concluſionem. Iuſtitiæ munus eſt debitum vnicuique reddere, eſt autem diuerſa ratio debiti in diſtributiua iuſtitia ab illa quæ eſt in commutatiua, ergo virtutes ipſæ ſpecie differunt. Minor patet. Dupliciter aliqua res dicitur hominis. Vno modo ſimpliciter quia propria eius poſſeſſio, altero vero ſecundum quid vt aiunt, quia ſcilicet non eſt ſua propria, niſi quatenus eſt totius, cuius homo eſt pars. Etenim quæ ſunt totius, quodammodo ſunt partium. Et ex his naſcitur diuerſa ratio debiti, alia quippe ratio eſt, quia res propria erat creditoris, alia vero quia erat totius reipublicæ. Igitur cum commutatiua iuſtitia circa debitum poſterioris generis verſetur, diſtributiua vero circa prius, ſit conſequens eſſe virtutes diuerſas. Et ex hoc ſecundo argumento informatur tertium. Illic opus eſt diſtincta virtute ſpecie, vbi operandi difficultas eſt etiam ſpecie diſtincta, ſed experimur aliū eſſe gradum difficultatis in effundendis bonis communibus quæ princeps habet in ſua poteſtate neque vnquam fuerunt ciuium, quam ſit in refundendis illis, quæ ab alijs recepimus, ergo diſtinctæ exiguntur virtutes. Minor patet, nam quòd quiſque reddat quod ab alio accepit, ratio hæc protinus & inclinatio naturalis deprecatur. Non erat tuum ſed alter tibi dedit, peſſimus eſſes ſi non redderes Attamen quando princeps aut cōmunium diſpenſatores penes ſe habent illa bona, egerrime adduci poſſunt vt diſtribuant ſi ſibi vſurpare poſſunt. Hoc porrò nos longa experientia edocet in principibus & in præfectis. Et confirmatur hæc ratio auctoritate Ariſt. 2. Polit. dicentis homines propenſius affici ad bona propria quàm ad communia. Altera ergo virtus eſt diſtributiua, & altera commutatiua.

Buridani ſnīa.

Secūda rō in Buridanū.

Tertia ratio ad idem.

Confirmatio. Ariſtot.

Ad argumētum ergo primum ante quæ ſtionem ſic reſponderetur. Diuiſiones vt exacte fiant, debere fieri in pauciſſima mēbra atq. adeo inter ſe oppoſita Ob idq. cum obiecto iuſtitiæ ſit bonum, idque primo diuidatur in commune & particulare, ſit vt iuſtitia primum omnium diuidatur ab Ariſ. in legale, quæ eſt vniuerſalis, & particularem, vt iuſtitia legalis ſit illa quæ reſpicit ordinem partium ad totum ordinando ciues in commune bonum, particularis veroque verſatur circa particularia bona. Et hæc eſt quæ ſubſequatur in diſtributiuam & cōmutatiuam. Sed nunquid diſtributiua iuſtitia non verſatur etiam circa commune bonū? Reſpondetur quod & ſi circa illud verſetur tamen non hēt illud pro obiecto vt legalis, quæ illud curat augere. Sed materia diſtributiuæ eſt, illa bona diſtribuere ac diffundere inter particulares, & quia habitus denominatur a termino ad quē ſicut calefactio a calore qui gignitur nō a frigore quod abijcitur ideo diſtributiua iuſtitia eſt particularis, vtpote quæ cōia bona facit particularia legalis namq. particularia ordinat in commune. Atqui veluti legalis iuſtitia non ſolū in principe eſt ad regendū, verum & in ſubditis ad obtemperandū, ſic & diſtributiua eſt ēt in ciuibus, vt citra reſponſationē ſint contenti. Præterquam quod poteſt & priuato cuipiam, puta patrifamilias alicuius ampliæ familiæ vſu venire, vt ipſe etiā inter ſuos diſtribuat bona ſua.

Ad primū arg.

Scrupulus.

Solutio.

Ad ſecūdū arg.

Ad ſecūdū aūt, quo indagabatur differentiæ radix inter has ſpecies, per hæc quæ dicta

dicta sunt, satis responsum est. Haud. n. differentia hęc colligitur, vel ex parte subiecti vel ex parte numeris, sed illam perscrutamur, tum ex ordine diuerso vt dictum est, tum ex diuersa ratione debiti, quia cōmutatiua reddit id quod est simpliciter debitum, distributiua vero id quod est quodam modo debitum. Ad tertium argumentum

Ad tertiū arg.

respondetur, bifariam contemplari posse iustitiam vindicatiuam, vno videlicet modo quatenus ad publicam iustitiam pertinet quæ ciues ordinat in bonum commune. Et hac ratione actus est a commutatiua iustitia elicitus, imperatus autem a iustitia legali, quæ est in principe eiusque ministris. Iudex. n. non tātum accusante reo, verum ex proprio (vt aiunt) officio ob trāquilitatem reipublicę crimina vlciscitur. Animo autem esse hoc munus iustitię commutatiuæ, propterea quod nulla sit ibi bonorum distributio, nec propriè malorū, quia mala nō sunt deposita, vt distribuatur, sed fit vendicatio ad æqualitatem sceleris, infligendo supplicium, quæ quidem forma est commutatiuæ iustitiæ, vt confestim videbimus, licet hanc debeant imaginem distributiuæ, quod nequiores acrius puniantur. Imperatur autem a iustitia legali, cuius est per leges & beneficiorum collationem, pœnarumque inflictionem rempublicam administrare, & particularibus virtutibus in hunc finem imperando vti. Si autem vindicatio consideretur respectu particularis personæ ad tollendum eius nocumentum qualiter vindicatiua nō solum est in principe, sed & in particulari ciue iniuria affecto, cui licitum est more & ordine vindictam petere, non vt malum pro malo reddat, sed vt repensatio sibi fiat, quamquam illam, nisi per publicam potestatem exequi nequeat, tunc vindicatio non est iustitiæ actus, sed specialis per se virtutis, quę ad commutatiuam iustitiam reducitur.

Doctrina est S. Tho. 2. 2 q 108. artic 1. Sed interrogas, cur vindicatiua ob commune bonum commutatiua est iustitia, siue in principe siue in ciue, illa autem vindicatio quæ ad bonum particularis personæ refertur, sit specialis virtus? Respondetur, quod respublica per ultionem aqualem crimini, & reddit malefactori quodammodo equale & suum recuperat honorem, quæ vera est iustitiæ commutatio. Quādo vero persona particularis vindicatur, nihil pro amisso honore vel fama recipit, sed alter patitur sicuti & ipse fuerat perpessus, ideoque non attingit metas iustitiæ commutatiuæ, sicuti attingit, cum virtute restitutionis resarcitur eis honor, vel eius loco rependitur vel alius fauor vel pecunia. Vnde S. Thom. comparat hanc virtutem alteri speciali gratiarum actionis pro beneficio susceptio. Illa namque neque simpliciter liberalitas est, quia aliqua illic subest imago debiti, neque vero simpliciter iustitia, quia non est debitum legale, sed morale ob idque, est virtus specialis quæ iustitiæ adhæret. Est hic demum principibus adnotandum circa distributiuam iustitiā quod cum sit virtus inter duo extrema, vtrinque coarctatur. Quare neque tantum sinit bonorum effusionem, vt publicum ærarium, quod quam maxime necessariū est exhauriatur, neque vero permittit principem ea esse parcitate in bonis distribuendis, vt nullum habea apud ciues gratiam, quibus necesse est sæpissime indigere. At vero hoc cum primis cauendum vbique esset, ne publica tributa & vectigalia quæ in publicos vsus statuta sunt & populo decreta, abalienarentur. Inde namque tum respublica grauiter periclitatur, tum etiam & miser populus molestissime aggrauatur & premitur, quippe cum illud in caussa sit, vt tributa in dies auctiora exigantur. Sed hoc in fine quæstionis sequentis latius.

ARTICVLVS II.

Vtrum idem sit medium distributiuæ ac commutatiuæ Iustitiæ.

SEquitur hoc secundo articulo de medio inuestigando harum virtutum, vtrum videlicet eodem modo in vtraque accipiatur? Est enim argumentū a parte affirmatiua, quod cum moralium virtutum medium secundum rationē inter duo extrema limitetur, vt in fortitudine & prudentia cernitur, & iustitia sit earum potissima, consequens esse videtur, & ipsum eodē pacto in omni iustitia designari. Mox cū vtraque tam distributiua quam commutatiua sit particularis iustitia, vtpote quæ ad particulares personas refertur ac terminatur, apparet medium in vtraque sumi secū

Primū argum.

Arg. 2.

dum æqualitatem rei ad rem, puta in distributiua meriti ad præmium, & in commutatiua rei quę redditur ad eam, quę recepta fuit. Tertio denique arguitur. Distribuere communia bona, idem esse videtur officium, quod collatis beneficijs compensare obsequia, & seruitia quæ ciues in rempublicam impendunt, hoc autem iustitiæ commutatiuę munus est, vt eodem loco 2. 2. q. 108. astruit Diuus Doctor: eo quod fieri debent secundum æqualitatem rei ad rē, sicuti & suppliciorum inflictio, licet vtrunque per imperium fiat iustitiæ legalis, ergo nihil restat, quo differat iustitia distributiua a commutatiua. Contraria est Aristot. sententia, eodem loco constituentis mediū in distributiua secundum proportionem Geometricam & in commutatiua secundū Arithmeticam.

Arg. 3.

Aristot.

Ad quæstionem hanc respōdetur duab. conclusionibus. Prior est. Vtriusq; iustitiæ tam distributiuæ quam commutatiuæ medium secundum æqualitatem, quæ in reb. exterioribus fit, constituitur. Conclusio est Aristot. 5. Ethi. c. 3. & 4. Hanc. n differentiam q. 1. huius libri inter reliquas morales virtutes & iustitiam secundum earum naturam meditari sumus, quod cū reliquæ mores componant hominis in ordine ad seipsum, iustitia vero in ordine ad alium, medium aliarum virtutum inueniatur inter duas extremas affectiones, quas virtus moderat̄, & rectificat. Vt fortitudo inter timores & audacias, & temperantia inter exorbitantes concupiscentias & tristitias, quæ de absentia delectabilium tactus oboriuntur. Iustitia vero, quia in voluntate residet; vbi nullæ sunt passiones, non earum moderatrix, sed solum illi incumbit medium ponere in rebus, quæ alijs debentur. Etenim licet quandoque cupiditas & auaritia impedimento sint officijs iustitię, non tamen ad ipsam pertinet illam auaritiam reprimere, sed ad liberalitatem, quæ circa tales versatur affectiones. Posterior conclusio est eiusdem Arist. eodem loco: Aequalitas, quę medium est iustitię distributiuæ, non est eiusdem prorsus rationis atq; in commutatiua, immo in distributiua est Geometrica, & in commutatiua Arithmetica. Aequalitas. n. Arithmetica sumitur secundum exceſſum æqualitatem numerorum, sumiturque minimum in tribus terminis quorum tamen medius bis resumitur. Habet siquidem respectum duplicem, Qualis. n. est proportio Arithmetica duorum ad quatuor, talis ex quatuor ad sex, quoniam excessus sūt pares, licet maior sit proportio Geometrica quatuor ad duo, qua sex ad quatuor, nam illa est dupla, hæc vero sesquia altera. Et dicitur proportio Arithmetica quia est inter numeros tanquam inter proximos proprioſq; terminos, nam ἀριθμὸς numerus est, licet sit pariter inter continuas quātitates. Aequalitas autem Geometrica attēditur per æqualitatem proportionum, vt proportio quæ est inter octo, & quatuor, æqualis est illi quæ existit inter quatuor, & duo quia vtraque est dupla, tametsi excessus sint in æquales. At quoniam medius terminus bis sumitur, ait Arist. hanc proportionum habitudinem consistere minimū in quatuor terminis, vt qualis sit proportio a, ad b, talis sit c, ad d. Nam Arithmetica proportio inter tantum duo fit, vt inter vnū & duo, licet proportionalitas, hoc est, proportionum æqualitas (vt dictum est) tres postulet. Vnde in commutationibus per rerum duarum æqualitatem æquantur duæ personę. Patefit ergo conclusio hoc pacto. Vbi princeps decreuerit decem talenta ciuibus distribuere, debet in tot partes illa partiri, quot sunt ciues, tali tamen ratione, vt qualis sit proportio meritorum Patri ad merita Pauli talis sit & proportio præmij illius ad præmium huius. Si enim merita Petri sunt vt sex, & Pauli vt tria, quę est dupla proportio, & confertur Paulo prę mium vt duo, debetur tunc, Petro præmium duplum scilicet, vt quatuor. Nam tunc fiet, vt qualis sit proportio meriti Petri ad suum præmium, puta subsequi altera talis sit quoque meriti Pauli ad suum præmiū a permutata proportione. Videlicet, si a, se habet ad b, sicut c, ad d, tunc sicut a, se habet ad c, se habebit & b, ad d, hac a, & b, esse merita c, vero & d, præmia. Et hoc est inuenire medium geometricum Sed quæris cur non statuimus talia exempla, vt prę mium esset æquale merito? Respondemus hoc nos consulto feciſſe quoniam accidētarium est iustitiæ distributiuæ, & quod aiūt impertinens, vt præmiū sit merito æquale, aliter hac rōne non differret a commutatiua. Enimuero non semper æqualis bonorū summa distribuitur ciuibus, etiā si semper haberent paria merita, quoniam respublica humana quandoque in bonis plus quan

Prima conclu.

Aristot. Rō conclusiōis.

Aperit conclu.

Obiectio.

Solutio.

Postrema conclusio.

doque

doque minus habet. Nunc enim verbi gratia, diſtribuit triginta talenta quam ab hoſte prædam eripuit, alio tempore viginti, atque alio decem. Et ideo non poteſt ſemper militi obuenire æquale præmium ſuo merito. Atq. idem competitur in publicis fructibus qui nunc benignius, nunc vero malignius prouenium. Et in lege Agraria de diuidundis agris. Quocirca non debet haberi reſpectus niſi ad geometricam æqualitatem. At vero in diſtributione diuinorum bonorum quæ a Chriſto in die iudicij futura eſt, quia infinita ſunt, & quæ exhauriri nequeunt diſtributio fiet, non ſolum ſecundum proportionem geometricam, vt quo quiſque longius antecellet alteri meritis, excedat & præmio, verum etiã ſecundum arithmeticam, vt quiſque tantum recipiat in præmio quantum habuit in meritis, quæ ex diuina gratia proceſſerunt. Ecce de diſtributiua iuſtitia. In commutatiua vero alia eſt habenda ratio, nempe vt ſit æqualitas inter rem acceptam & eam quæ redditur. Verbi gratia antequam duo mercatores ſocietatem inirent, vterq. habebat quinque. Petrus vero per contractum aut mutuo aut quomodocunque dedit Paulo vnum, habet ergo tunc Paulus duo plura quam Petrus, itaq. eſt proportio arithmetica, puta quatuor quæ habet Petrus, ad quinque quę ambo habent, & quinque ad ſex, quæ modo habet Paulus, quorum medium eſt quinque eſt ergo facienda per commutatiuam iuſtitiam taliter reſtitutio, vt Paulus quoque reddat Petro vnum, qua ratione ambo ſidit in medio, nulla, perſonarum qualitate aut conditione exiſtimata. Enimuero ſiue inter magnatem & plebeium, ſiue inter probum virum & reprobum, ſiue inter amicos, ſiue inter inimicos contractus & conuenta more & lege celebrentur, nihil ſubinde commutatiuæ iuſtitiæ variatur. Hac præmiſſa declaratione probatur concluſio. Medium iuſtitiæ, cuius munus eſt, debitum cuique ſuum reddere, attendendum eſt & perpendendum per formalem rationem debiti, a qua virtus ſpeciem ſortitur, rationem vero debiti diſtributiuæ, & commutatiuæ varia eſſe monſtratum eſt, ergo ſecundum illam varietatem variatur & medium. Varietas autem hæc eſt, quod id quod debetur in diſtributiua, non debetur, quia proprium poſſeſſum fuit a ciue, ſed quia pars ille eſt reipublicæ, & quod eſt totius, quadã modo eſt partis, ergo quo quiſq. principalior eſt pars, eadem proportione plus debet bonorum recipere. Exemplum nobis natura perhibuit in ſtomacho, qui cõmune eſt corporis membrum, haud enim idem alimentum ſubminiſtrat pedibus, quod oculis, neque idem iecori, quod ſpleni, ſed vni cuiq. pro ſua natura & dignitate. Debitum autẽ in commutatiua inde exurgit, quod res fuit poſſeſſio alterius, ergo nullo habito meritorũ perſonarum reſpectu, debet vnicuique tantum referri quantum ipſe contulerat. Quod ſi contra ſic arguas. In commutatiua iuſtitia perinde atq. in diſtributiua penſatur nonnunquam perſonarũ conditio, & dignitas. Nam ſicuti qui alapa percutit principem, maiori per vindicatiuam iuſtitiam ſupplicio plectitur, quam ſi percuteret popularem, vt Ariſt. quoq; adnotauit 5. Eth. cap. 5. ita dum per reſtitutionem compenſatio fit, plus debet qui honeſtum ciuem & nobilem cædit, quam qui ſimili plaga plebeium læderet, ergo hac parte nõ differunt iſtæ iuſtitiæ. Reſpondetur qualitatem perſonæ in vtraq. iuſtitia perſpici, at tamen in diſtributiua per ſe, vt ſcilicet per augmentum perſonæ augeatur proportio ad alium, cumulationis nanque meriti eſt inuito ingenuo comitas & humilitas, quã in homine inferioris ſortis, ſed tamen in iuſtitia commutatiua duntaxat attenditur perſona quatenus inde augetur quantitas iniuriæ, quæ ad æqualitatẽ raſarcienda eſt.

Per hæc ergo ſuperiorum argumentorum ſolutio clareſcit. Ad primum enim priori concluſione reſponſum eſt, ſecundum differentiam iuſtitia a reliquis virtutibus. Et pariter ſecundum ſolutum eſt cõcluſione poſteriori. Concedimus enim vtriuſque iuſtitiæ medium conſtitui ſecundum æqualitatem in rebus quæ inter duas perſonas vel plures componitur, diuerſimode tamen, quia medium in diſtributiua attenditur ſecũdũ æqualitatem inter duas proportiones ſcilicet meritorum inter inuicem, & pariter præmiorum: commutatiua vero ſecundum æqualitatem res acceptam & redditam. Ad tertium autem reſpondetur, quod beneficiorum collatio nõ fit niſi pro receptis obſequijs, & laboribus, ob idque habet quandam mercedis rationem, atque adeo commutatiuæ iuſtitiæ munus eſt, Vt cum quis ſtrenue egit in

Argu.

Ariſtot.

Rñſio.

Ad primũ arg.

Ad ſecũdũ arg.

Ad tertiũ arg.

Suadet conclu.

bello ſeu egregium conſilium principi dedit, vel inſidias coniurationeſve detegit. Is namque etiam ſi nullum talibus conſtitutum eſſet ſtipendium, dignus eſt cui iuſta beneficio pro obſequio conferantur.

Tertiũ argum. Diſtributio vero bonorum communium non eſt compenſatio, ſed nuda attributio eorum, quæ totius corporis ſunt ad partes. Quapropter partium merita non eodem pacto in omnibus rebus publicis æſtimantur. vt Ariſt. loco citato meminit, Nam vbi reſpublica per Democratiam, ideſt per popularem potentiam gubernatur, nulla alia merita librantur, quam libertas, vt ſcilicet quia omnes æqua libertate fruuntur, æqua ſuſcipiant. Niſi forſan libertinis, qui mancipia erant, minus, illis autem qui ingenui tate clariores ſunt, plus obtingat. Sed in Oligocratia, hoc eſt paucorum potentia, ſecundum diuitiarum quantitatem fit æſtimatio, vt quo quiſq. plus habeat, eo plus recipiat, quæ iniquiſſima eſt omnium diſtributio. At vero in Ariſtocratia, hoc eſt, optimorum potentia, vſus diſtributionis eſt ſecundũ virtutum merita. Et talis debet in regno perſpici, quod rex optimus regit. Nã cum honos alat artes, nullum inter mortales valentius eſt virtutũ incitamentum & fomentum, quam cuiq. pro meritis honores deferre. Etenim qui ſolo virtutis amore, futurum inſpectantes ſeculum, ad officia accenduntur, impendio quam rariſſimi ſunt. Ob idq. Cato admonere Patres Conſcriptos conſueuerat, vt bene conſultarent, quibus virtutibus præmia ponerent, quoniam non alias poterat inuentus perſequi quam quibus poſſent ſtatos ſibi honores aſſequi.

ARTICVLVS III.

Vtrum eadem ſit in materia diſtributiuę, & commutatiua iuſtitia.

DE materia autem harum ſpecierum quæritur hoc tertio articulo, vtrum eadem ſit vtriuſque iuſtitiæ, quæ in has tantum ſpecies ſpecialiſſimas diuiditur? Apparet enim primum eſſe eandem materiam, alias eſſent vſq adeo virtutes ipſæ diuerſæ, vt non continerentur ſub vna cardinali virtute iuſtitiæ, diuerſitas enim materia temperantiæ, & fortitudinis, conſtituit duas per ſe virtutes cardinales, conſequẽs autem eſt falſum & contra Ariſtot. ſententiam atque omnium quatuor duntaxat diſcernentium cardinales virtutes. Mox arguitur contra id, quod queſtio latenter etiam interrogat. Iuſtitia commutatiua diuiditur in ſpecies multas, ergo iſtæ non ſunt ſpecialiſſimæ atque atomæ. Antecedens patet. Ariſtoteles connumerat diuerſas materias, quin vero formas commutatiuę iuſtitiæ, altera quippe eſt commutatio voluntaria, atque altera inuoluntariam per vim, & inuoluntariam per fraudem, non ergo vtraque ſpecialiſſima ſpecies eſt. In contrarium eſt Ariſto eo loco vbi ait diſtributiuam diſtributiones dirigere, commutatiuam vero commutationes, cuius tamen commutatiuæ nullas diſtinguit ſpecies. Ariſtot.

Quæſtio duas habet particulas, ad quã perinde duabus operæpretium eſt concluſionibus reſpondere. Prior ſit hæc: Materia quam remotam appellant, eadem eſt vtriuſque iuſtitiæ, proxima vero diuerſa. Prior pars ſic oſtenditur. Materiæ remotæ harum virtutum ſunt tam perſonæ inter quas, quam res in quibus ſic diſtributio & commutatio, hæc autem eadem, ſunt, ſit enim tam diſtributio, quam commutatio exteriorum, rerum, nempe frumenti, vini, olei, & pecuniæ inter eoſdem ciues. Poſterius itidem concluſionis membrũ eſt etiã liquidum. Materia ſiquidem proxima eſt, rerum vſus, & conſtat diſtributiuam iuſtitiam dirigere vſum illum, qui eſt res adiudicare ciuibus ratione debiti, nõ quod proprium erat ſingulorum, ſed quod erat totius reipublicæ, ad quam (vt diximus) functionem alia ratio exigitur, aliaque exiſtit difficultas, quam in commutatiua. Facultas autem commutatiuę eſt vſum rerum moderari in reddendis debitis ſingulorũ peculiaribus. Vnde patens fit ad prius argumentum reſponſio. hæc nanq. vſum diuerſitas, etſi diuerſitate ſpecierum virtutis conſtituat, non tamen tantum quo minus ambæ contineantur ſub ſpecie iuſtitiæ particularis, quæ in rebus verſatur extrinſecis, earũq. vſibus circa particulares perſonas. Secus autem de temperantia & fortitudine, quippe quarum altera verſatur circa tactus delectationes, eorum ſenſibilium, quæ-

Prima conclu.

Probõ prior ps concluſionis.

Probõ ptis poſterioris.

Primũ argum.

nos

nos ad ſe alliciunt & pertrahunt, altera vero circa obiecta iraſcibilis appetitus, quæ ſua nos arduitate & horrore conterritant & a ſeipſis auuerſantur. Eſt enim hęc tanta diuerſitas, vt diuerſas conſtituat cardinales virtutes, Poſterior concluſio eſt.

Secũda conclu. Materię varietas quæ commutatiuæ iuſtitiæ ſubiicitur, neutiquam eamdem virtutem in ſpecies plures diſiungit, ſed eſt vnica eademque atoma Huius autem veritatem concluſionis hac diuiſionum ſerie venari ſane poſſumus Prima enim diuiſio ſumitur ex commutationũ diuerſitate per ordinem ad voluntatẽ commutatio

Duplex cõmuta tio. num nanque altera eſt voluntaria, altera vero inuoluntaria. Inuoluntaria quippe commutatio eſt, quando quis rem ſibi alienam vſurpat, vel perſonam, vel opus inuito domino, vt in furto; voluntaria vero quando quis rem a domino volente & cõſentiente ſuſcipit vt in mutuo. Vbi adnotandum ſubinde eſt commutationis nomen non ſimplicem denotare vel dationem, vel receptionem; vbi enim res gratis datur, donoq. recipitur, nulla eſt commutatio, ſed tunc datio proprie eſt commutatio (vti nomen clamat) quando alter dat, vt recipiat, alter vero recipit vt reddat, vt patet in mutuo in depoſito, in venditionibus cõductionibus, reliquiſque id genus ciuibus pactis Quocirca commutatio in vniuerſum ſpontaneam quampiam atq. voluntariam actionem ex vtraq. parte ſignificat, videlicet tam conferentis, quam recipientis. Contraria rationem inuoluntaria cõmutatio inuoluntariam ſupponit actionẽ, tam ex parte patientis, quam ex parte auferentis. In furto namq neq. dominus dat vt recipiat, neq. furripit vt reddat, ſed ille cõtra ſuam voluntatem patitur, hic autem libere accipit quod nollet vnquam rependere. Attamen dum poſtea reſtituit, nihil refert, vltrone reddat pœnitentia ductus, an a publica poteſtate compulſus. A priori namq. radice acceptiones, puta ab inuolũtaria oblatione nuncupatur commutatio inuoluntaria vel voluntaria. Nam & vbi fuit acceptio voluntaria, poteſt etiam redditio, eſſe inuoluntaria, vtputa quando infidus emptor vi cogitur pretiũ ſoluere. De donatione autem dubiũ eſt, vtrum vtriuſque partis euigetur aſſenſus, videlicet non ſolum dantis, verũ & accipientis, an ſcilicet

Dubitõ ſi Petrus animo ſuo, vel verbo inſcio Paulo quidpiam donaret donatione illa teneretur antequam alius acceptaret. Et videtur teneri, quia cum quis Deo apud ſe quidpiam vouet, illico obligatur, pariformiter ergo ligari videtur qui donauit. Reſpondetur tamen quod cum datio relationem dicat ad accipientem, non videtur ori ri obligatio antequam alter acceptet. Et ideo reuocari forte poteſt, etiam abſque vlla iuſta cauſſa. Secus de voto Deo facto; quia ipſe, ſi iuſtum eſt, ſemper acceptat. Si autem ſolenniter coram teſtibus donatio fiat abſenti, tunc ſtandum eſt iuri ciuili. Arbitror enim abſq. donatarij conſenſu, vel legitima cauſſa iure reuocationem non ſinere. Quod ſi ita eſt, nec conſcientia id permittit. At vero quoniam Ariſt. 3. Ethi. duabus de cauſſis accidere docet inuoluntarium, ſcilicet aut vi & metu, aut ignorantia, ſubdiuit in 5. lib. inuoluntarias commutationes in duo, ſcilicet in eas quæ occulte & ignorante domino per fraudẽ fiũt, & eas quę per violentiam manifeſte. Atq. vtraq. denarrat illic Ariſtot. locupletius autem S. Thom. 2. 2. q. 61. art. 3. vtraq; enim cadere poteſt, aut in rem tuam, aut in tuã perſonam, aut in tuos, ſcilicet in eos qui aliqua ſunt tibi neceſſitudine coniuncti. Res igitur tuæ aut ſubdole tibi & occulte furripiunt quod vocatur furtũ, aut manifeſte, & id appellatur rapina. In tuam autem perſonæ ſubſtantiam committi poteſt homicidiũ, læſio alia, aut occulte, vt per veneficiũ ſeu per inſidias, manifeſte autem per apertam vim. Et rurſus perſonæ dignitas impeti poteſt aut clanculum, vt per falſa teſtimonia, perque latentes detractiones, quibus fama æſtimatioq. deteritur, & corrodituꝛ, manifeſte autẽ aut per calumniam in iudicio, aut per conuitia, quibus honori detrahitur. In perſona autem ſibi coniuncta poteſt cuipiam iniuria fieri vel in vxore per occultum adulterium, vel in ſeruo, qui vt fugiat ſeducitur. In quibus etiam poteſt & manifeſtarijs quis iniurijs onerari tametſi quod de ſeruo dictum eſt, rapinæ habeat aut furti rationem. Commutationes itidem voluntariæ per ſua quoque membra articulatim ſubſecantur. Enimuero primum, dum quis rei ſuæ dominiũ in alium transfert non animo quidquam recipiendi, vtputa dono aut legato, non eſt proprie commutatio, vt iam modo dicebamus; Quapropter neque ad iuſtitiam com-

Solutio

Diuiſio ſpontaneæ cõmutationis.

Ariſtot.

S. Tho.

Multiplex genus cõmutationum.

commutatiuam hęc actio pertinet, ſed ad virtutem liberalitatis, quoniam nulla illic ſub eſt ratio debiti. Commutationum ergo diuiſio quæ ſponte fiunt, ſic ingenere habet. Aut enim eſt mutatio, puta vbi quis rei vſum gratia alteri concedit cum pacto recuperandi rem, nam ſi præter rem aliquid pro vſu recipiat, tunc in his quæ vſu conſumuntur, vt pecunia, frumento, & ſimilibus, vſura eſt, ad rapinam pertinens in his autem quæ vſu non conſumuntur, locatio aut conductio. Si autem quis rem ſuam tradit non ad alterius vſum, ſed vt ipſam rurſus recipiat, tunc id ſi fiat conſeruationis gratia depoſitum eſt, ſi autem vt alterum tutũ reddat, vn tunc aut impignoratio eſt aut fideiuſſio. Dum autem quis rẽ ſuam in alterius dominium transfert, nõ animo eam rurſus recipiendi, ſed eius tãtum pretium, tunc eſt venditio. His ergo præcuiſis probatur ſecunda conclõ. Spẽs virtutum, vt dictum eſt diſtinguuntur per obiectorum rationes & formas, ratio autẽ debiti, quod obiectum eſt iuſtitiæ commutatiuę, eadem in his omnibus materijs exiſtit, ergo vnica eſt ſpecies iuſtitię ad omnes patens. Probatur Minor, quoniam iuſtitia commutatiua tantum hoc reſpicit in radice debiti, quod res ſublata propria fuerit poſſeſſio domini hoc enim differt a diſtributiua. Quod autem res illa iuſte vel iniuria, per fas aut per nefas fuerit ſublata, nihil ad ipſam. Etenim quantum ad reſtitutionem ſpectat, ad eãdem æqualitatem fieri debet. Et per hoc patet ſecundi argumẽti ſolutio. Negatur enim antecedens. Neq. Ariſt. ait voluntarium, & inuoluntarium in commutationibus duas diſcernere ſpecies iuſtitiæ, ſed duas partes. Nam etſi illæ differentiæ duas ſpecies diſtinguant in genere morum reſpectu voluntatis, eo quod inde naſcitur diſtinctio inter iniuriam & iuſtitiam, tamen ratio iuſtitiæ commutatiuæ minime in illam diuerſitatem fertur,

Probõ concluſionis.

Ad ſecũdũ arg.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum eadem ſit vtriuſque iuſtitiæ forma.

SVpereſt deniqne, vt quarto loco exploremus, an forma iuſtitiæ perinde ac remota materia, eadem ſit in vtraque virtute? Id quod potiſſimum in gratiam Ariſt. interrogamus, quippe qui 5. Ethico. cap 5. diſputat an iuſtitiæ forma ſit quædã repaſſio? Et arguitur a parte affirmatiua ex finali iudicio, vnde maxime ſumenda eſt regula. Illic enim (vt ait Paul.) debet vnuſquiſque recipere prout geſſit in corpore & Chriſtus Matth. 7. in quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua menſura menſi fueritis remetietur vobis. Quibus verbis colligitur vnumquenque repaſſione plectendum, ſecundum quantitatem actionum quibus praue egit. Itẽ arguitur ſecundo loco. In vtraque iuſtitia attenditur repenſio quædam ſcilicet in diſtributiua præmij ad meritum & dignitatem perſonæ. & in commutatiua rei ad rem, ſiue in iuria aliqua interceſſerit ſiue nulla, vt in ſuperioribus dicebamus. Idem autem eſſe videtur repaſſio quod repenſio ſiue boni ſiue mali, pro eo, quod quiſque recipit, ſeu vi abſtulerit, ſeu domini voluntate. Conſiſtit ergo cuiuſque forma iuſtitiæ in repaſſione, vel quod munus Latine dicitur, in contrapaſſiones Contrarius eſt Ariſt. cod. 5. Ethic. contra Rhadamantum, aſſerens quodlibet iuſtum in ſimplici repaſſione cõſiſtere.

Arg. 1.

Arg. 2.

Ariſtot.

Vt reſponſio quæſtionis huius lucidius inſtituatur, premeditanda cum S. Thom. eſt nominis ſignificatio repaſſionis, ſeu vt ipſe ait, contrapaſſionis. Primæua enim huius verbi ſignificatio ad id tantum accommodatur, quod quis contra ſuam voluntatem patitur. pari enim violentiam ſonat, eſt autem violentum, ſecundum Ariſtot. Ethic 3. cui paſſum non confert vim. Ob idque in moribus iniuriam ſignificat, quam quis inuitus accipit. Quapropter repati idem eſt, quod tantundem pati, quantum quis vi aut fraude alteri intulit ſiue fiat in perſona, quod maxime proprium eſt, ſiue in rebus, quod ſuam etiam propter inuoluntarium proprietatem habet. Id quod antiqua lege vtroque modo iuſtum erat, ſecundum illud Exod. 21. Reddet animam pro anima, oculum pro oculo. &c. Et cap. ſequenti. Si quis furatus fuerit bouem aut ouem, & occiderit vel vendiderit, quinque boues pro vno boue reſtituet, & quatuor oues pro vna oue, repaſſio ergo furis non erat reddere ſimplum, nam hoc ſimplex reſtitutio poſtulabat.

Quid repaſſio ſignificet

Ariſtot.

labat, sed vt pro iniuria pœnam lueret. De hac autem propria significatione, nomen ad spontaneas commutationes decidit, in quibus nomen passio non seruat suam iustam significationem, sed est abusus quidã, disputationis tamen gratia vsu receptus. His leuiter præhabitis, Aristo. vnica respõdet conclusione, qua negat iniustitiam vniuersim sub repassionis forma seruari. At vero explicatius tribus conclusionibus fiet quæstionis satis. Prima in distributiua iustitia nulla est repassionis forma, quoniam (vt dictum est) non habetur illic ratio, vt ciuis quantum contulit recipiat, aut quantum iniurię intulit, luat: nam etsi ciues nihil in rempublicam contulissent, præterquam quòd viri sint probi, confertur singulis secundum proportionem suorũ meritorum (vt expositum est) nulla pensata qualitate inter rem & rem. Secunda conclusio. Neque commutatiua iustitia fieret semper iusta repassio, vbi idẽ præcise perpeteretur reus quod auctor ab illo perpessus fuerat, potest nihilominus vtriusque æstimata qualitate fieri iusta. Conclusio est Arist. vbi sententiam Rhadamanthi corrigit: Aiebat enim ille.

Si quæ fecerit, hæc etiam patietur & ipse,
Iudicium fuerit perrectũ atq; exitus æquus.

Redarguit eum tamen Arist. quòd si quis magistratum gerens, percusserit quempiã, aut si rex etiam cõtra iustitiam ciuem vulnerauerit, non est rationi consentaneum, ut idem ipse vulnus accipiat. Et conuersim vbi priuatus homo temerarias manus in regem conijceret, non satis supplicij solueret, si par illi plaga infligeretur: sed qui regi, verbi gratia, manum amputaret, capite plectendus esset, & si quem ipse capite truncaret, non ideo corporis deberet ullo mutilari membro, non ergo iustum commutatiuæ iustitiæ in eiusdem recompensatione consistit. At vero forsan Rhadamãthus non iret huic æquitati inficias. Enim vero res ipsa quæ aufertur, qualitate personæ augmentum suscipit, aut decrementum. Etenim vt atrocior iniuria est, quæ principi irrogatur, ita leuior est coram hominibus, quam ipse infert. Quapropter cum iustum in æqualitate consistat, augeri debet supplicium in percutiente principem, in ipso autem principe pœna diminui. Neque in iniuriis tantum corporalibus res sic habere debet, verum & in exterioribus rebus. Qui enim vi alteri in suis rebus incommodauit, non facit satis idem simplum reddendo, ac si per eiusdem domini voluntatem res suscepisset easdem: sed lege insuper in ipsum agẽdum est pro iniuria, quemadmodum fit in fure. Tertia conclusio: In commutationibus voluntarijs (eo modo quo illic repassionis vtimur nomine) non seruabitur iustum, si quis conferens rem suam, aut suum proprium opificium, recipiat ab altero id simplum, quod ipse habet, vel quod sua arte præstare potest. Conclusio etiam est Arist. nam fieri potest, ut res diuersorum ciuium & artificum non sint æqualis pretij. Exempli gratia: Sutor indiget domo quam alius sibi artifex ædificat: non satis est pro ædiũ fabrica, vt reddat vnum duove calceorum paria, sed deberet tot illi accumulare quãti erat domus fabrica. Pari modo: indiget vnus agricola, qui frumento abundat, vino, vel oleo alterius, non semper vsu venit vt modius frumenti eiusdem sit æstimationis cum modio vini, debent ergo illa quæ vilioris sunt æstimationis, per multiplicationem adæquari rei, quę præstabilior est. Atque hac ratione poterit iustum in repassione cõsistere alias minimè. Ex his ergo inquit Aristot. orta est numorum necessitas. Est enim munus, seu numisma, quasi id quod lex & norma, νόμος enim Gręcè idem est quod regula & lex: Duo ergo sunt numismatis vsus, prior vt sit mensura, res omnes adæquans. Non poterat fabrica vnius domus adamussim calceis, vel caligis, vel alijs opificijs æstimari, vendit ergo tot calceos sutor ut pecuniam conficiat, qua possit domum coemere. Præterea, iste qui modo rebus alterius non indiget forsan indiget alijs, vel egebit ei eisdem futuro tempore, vel in alio loco, numus ergo illi est pro vade, qui ei fideiubet. Nam vbicunque & quandocunque talem exhibueris numum, res habebis indigentię tuæ ac commodam. Quapropter & moneta dicitur quasi monitoria lex & pecunia a pecude, quam Romani auctore Plinio lib. 33. pecudum nota signarunt, eo quod pecuniæ (vt ait Sapiens) omnia obediunt, & in mundi primordijs mobilia bona, & commutabilia plurimum pecus & pecora, armentaque erant. Ex his rursus consequitur numi ualorem (vt eodem loco Philosophus ait) non prorsus

Conclusio tñsiuademẽte Arist.

Altera conclu.

Secũda.

Aristot.

Rõ Aristot pro conclusione.

Tertia concl.

Ostẽdit conclu.

Numisma tum origo.

Duplex pecuniæ vsus.

Vnde dictus moneta.

ex

ex natura rei æſtimandum eſſe, ſitne videlicet,æs, argẽtum,an aurum,ſed ſtatuto & ſigno reipublicæ, aut principis qui ſuam in tali nummo ſculpit auctoritatem tanquam fideiuſſor pro omnibus. Vnde neſſitatis tempore in quacunque materia,etiã viliſſima,vt in ferro, & corio, cudi poteſt, aut ſculpi tametſi pro regionis natura & facultate metallum illud diligendum huic muneri eſt, quod ſolidius ſit & quadam vi gens perpetuitate. Hac enim ratione Plinius libro eodem ſe lectum eſſe aurum aſſerit inter metalla,non quidem ratione coloris,qui in argento,inquit,clarior eſt, magisque diei ſimilis, neque ratione ponderis, aut materiæ facilitate, cum cedat per vtrumque plumbo,ſed quia rerum vni nihil igne deperit,tuto etiam in incendijs rogisque durante materia. Hæc ille. Etenim cum ignis rerum omnium maxime actiuorum edax uoraxque ſit, eo præſtantius eſt aurum quo ab hoc periculo tutius eſt. Fit etiam conſequens(quod Ariſtot.illic prudenter adnotauit) vt quamuis vlla ingruẽte neceſſitate augeri minuique poſſit numorum æſtimatio, id tamen impendio quam rariſſime fieri fas ſit. Quin vero hac ratione debet pecunia legis naturam imitari, vt fixa ſemper firmaque ſit. Enimuero cum per numum (vt diximus) reſpublica & princeps cunctis fidei iubeat, non parum deteritur eiuſdem principis ac reipublicæ fides, quum ciues huiuſmodi ſubmutationibus abſque ingenti neceſſitati defraudantur.

Plinius.

Ariſtot.

Numorum æſtimatio ad mediũlegis fixa & firma eſſe debet.

Ad primum igitur argumentum,quod definali iudicio factum eſt, reſpondet S. Thom.arg.4.q.61.futurum eſſe ſecundum rationem commutatiuæ iuſtitiæ,prout ſcilicet recompenſat præmia meriti,& ſupplicia peccati. Caietanus autem obijciens argumentum ad hominem, videlicet qui 1. par.quæſt.21.art 1.& 4.ſent.diſt.46.art.1. negat in Deo iuſtitiam commutatiuam, reſpondet tam punitionem, quam remunerationem illic fieri ſecundum iuſtitiam diſtributiuam, nam (vt legitur de Iuda, Actu. 1.)vnuſquiſque illic mittentur in ſuũ locum. Habebit autem, inquit, & formam quandam commutatiuæ iuſtitiæ pro quanto res pro re datur,puta,præmium pro merito,& pœna pro offenſa Veruntamen nõ idem ego,niſi fallor,arbitror ſentiendum, neque ſecundum S.Tho. neque ſecundum veritatem de remuneratione bonorum, & de malorum vltione. Collatio namq. præmiorum proculdubio iuſtitiæ diſtributiuæ functio eſt tametſi,vt art.2.dicebamus,hęc illic cõſpiciatur ratio commutatiuæ, quod cum diuina bona infinita ſint, ita reddatur omnibus ſecundum proportionem meritorum geometricam, vt adæquetur quoque ad vnguem præmium merito, quod in republica humana, vbi curta non nunquam ſunt bona,obſeruari ſemper nequit At vero non idem eſt de iuſtitia vindicatiua in delinquentes. Talis enim iuſtitia nequaquamad diſtributiuam pertinet. Id quod expreſſe affirmat S.Thom.2.2.q.108.art.2. elicitur enim vindicta a iuſtitia commutatiua,imperatur autem a legali, vt art.1 huius quæſtionis nos ſupra adnotauimus. Nã punitio, non eſt ſicut bonorum diſtributio. Diſtributiua namque iuſtitia non attendit quid ciues, contulerint vt rependatur eis.ſed quid in ſe quiſque mereatur, punitio vero per ſe aſpicit quam quiſque iniuriam irrogauerit vt pari plectat ſupplicio. Quare non primum attendit ad dilectorum proportionem,ſed ad cuiuſq. quãtitatem,quod munus eſt commutatiuæ iuſtitiæ,ex cõſequenti autem ſeruatur in ſupplicijs eadem proportio quæ erat in crimi nibus. Itaque vindicatio (vt loco citato ait S.Tho.)reſpondet,non diſtributioni bonorum,ſed collationi beneficiorum pro ſuſceptis ſeruitijs, quæ actio pariter eſt iuſtitiæ commutatiuæ, imperatæ tamen a legali. Quapropter diuerſa eſt ratio remunerationis & punitionis, illa nanque per ſe ſeruat proportionem geometricam inter proportionem meritorum & alteram præmiorũ. Sed ex conſequenti, vbi eſt bonorum copia, quemadmodum in Deo, cuſtoditur æqualitas rei ad rem, ſcilicet præmij ad meritum, punitio autem e diuerſo prius vbi qua reſpicit æqualitatem ſupplicij ad delictum ex cõſequenti autem ſeruat proportionem habitudinem geometricam. Atque huic conſonat quod ait Paulus. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam redder mihi in illa die iuſtus iudex ſcilicet per iuſtitiam legalem quæ cũ ſit generalis virtus imperat cæteris, atque adeo tã cõmutatiuæ iuſtitiæ, quã diſtributiuæ. At vero probet denegat S. Tho iuſtitiam cõmutatiuam eſſe proprie in Deo,penſata eius formali rõne: id circo q nihil ipſe à

Obiectio Caietani ad uerſus S.Tho.

Solutio Caietani.

Explodi tur Caietani reſponſio.

S. Tho.

Paulus.

nobis

nobis accepit, quòd illi accreſcat. Nã quis priori, inquit Ioannes dedit illi, & retribue tur ei? neq; nos quidquam ab ipſo qui immutabilis eſt proprie adimere poſſumus.

Ad ſecũ dũ arg. Sed ſi bonis ſumus, nobiſipſi inq. rem noſtram, boni ſumus ad gloriam Dei. Ad ſecundum autem arg. ſatis perſpicue per cõcluſiones reſponſum eſt. Prima enim declarauit quemadmodum in iuſtitia diſtributiua nulla eſt repaſſio propterea q̃ nulla illic habetur conſideratio ciuis, an quidquam præſtiterit aut egerit, cuius æquale recipiat repaſſionis figura, modo iam expoſito.

QVÆSTIO VI.

DE ACCEPTIONE perſonarum.

S. Thom. 2. 2. quæſt. 63.

ARTICVLVS I.

Vtrum perſonarum acceptio iuſtitiæ diſtributiuæ contraria, crimen genere ſuo ſit mortale.

POST diuiſionem iuſtitiæ in diſtributiuam & commutatiuam, rectus ordo poſcit, vt de iuſtitia prius, quæ diſtributiuæ aduerſatur diſputemus. Nam iuſtitia diſtributiua vtpote quæ in principe potiſſimum ꝓminet, qua bona communia ſingulis ciuibus adiudi

Primũ argum. cat, præſtantior eſt quam commutatiua. Qua propter ab ordine D. Thom. digreſſi ſumus. Habebit autem quomodo articulos ſeptem. Primus ac præcipuus eſt de hac iuſtitia, quam acceptionem perſonarum appellant, ſit ne genere ſuo mortale crimẽ. Et primum omnium vt a diuina lege, quę fons noſtrarum eſt, & exemplar, exordiamur. Deus in gratia & gloria diſpenſandis videtur perſonas reſpicere, nam perſonarũ reſpectus tunc accidit, dum nullus meritorum habetur. Deus autem neminem ob noſtra merita in gratiam ſuam recipit, vt Pelagij impietas cogitauit: Vnde Mat. 24. Duo erunt in lecto & unus aſſumetur, & alius relinquetur. Ergo neque inter homi-

Secũdũ nes vitium eſt perſonas reſpicere. Secundo arguitur. Paupercula quæ duo minuta in gazophylacium contulit, ideo cæteris, ampliora mittentibus, ore Chriſti prælata eſt, quod indiga erat, & qui publicum magiſtratum gerẽs præcipue ſpiritualem, idem admittit crimen quod populares, acriori erit ſupplicio dignus ob ſuam ipſius dignitatem. Perſonarum ergo accepto non eſt ceu iniqua vituperanda. Contraria eſt Dei ſentẽtia Deut. 10. de ſeipſo Deus magnus fortis, & terribilis &c. qui perſonas non accipit neque munera & Paulus ad Rom. 2. Paulus. Non eſt acceptio perſonarum apud Deũ. Vnde & Deus ipſe (vt eodem libro Deut. cap. 1. patet) idem cautum etiam eſſe voluit hominibus, dicens. Nulla erit diſtantia perſonarum. Itaque audietis paruum ſicut magnum, neque accipietis cuiuſquã perſonam.

Nomen hoc, perſonarum acceptio, tametſi Ciceroni & priſcorum Latinis non ſit ita vſu frequens, eſt iam nihilominus apud ſacrorum interpres Latinitate donatum. Neque vero a Græca compoſitione abhorret, eſt enim Græcè προσωποληψια, a λαμβάνω, ſeu λήβω, quod eſt accipio. Vnde ad Gala 2. Deus perſonam hominis non accipit. ubi idem eſt verbum Græcũ. Quamuis cum idem quoque polleat, præſertim in compoſitione, quòd reſpicio, optime dicitur perſonarum reſpectus, vt perſona pro facie accipiatur. Eſt ergo decora metaphora, dum iudex inhibetur faciem perſonarum in iudicio ſpectare, vt per Paul. ad Rom. 2. adnotauimus, nempe ne vel a genere, ſexu, ætate, alijſve id genus qualitatibus ſuum ſinat animum affici in iudicio. Eodemque alludit illud Leuit. 19. Non conſideres perſonam pauperis, neque honores vultum potentis. Et de Areopagitis refert in Hermotimo Lucianus, ideo noctu & in tenebris iudicare fuiſſe ſolitos, ne ad dicentes reſpicere poſſent, ſed ad ea quæ dicerentur. Et Socrati ad æquitatis cumulum apponitur quod neque vxorem, neque liberos in iudicium voluit adducere ad excitandam iudicum commiſerationem. Et Ariſto. Rhet. 1. illã Ariſtot. Oratoriæ partem quæ ad commouendos affectus expoſita eſt, condemnat, Areopagum Athenienſium hac maxime ratione comendans, quod illam partem a ſuo iudicio relegatam haberent. Ex his ergo de noïe prænotatis colligitur acceptionis

per-

Definitio acceptionis personarum.

personarum descriptio. Est enim iniustitię crimen, quo in distributione non caussæ ad rem pertinentis sed personæ aliarum que eius qualitatum habetur ratio. Quo alludit glossa super illud ad Ephe. 6. Personarum acceptio nō est apud Deum. Deus iustus iudex caussas, non personas discernit. Et ratio nominis est quòd cum iustitia distributiua nuda synceraque meritorum momenta suis bilancibus perpendat, merita autem sint quæ ex voluntate recte instituta procedunt, quidquid ad huiusmodi meritorum cumulum nihil confert, ad natiuas personæ conditiones attinere censetur. Itaque personæ nomine, natura inelligitur contra rectam voluntatem distincta, atq. adeo actiones alias, quæ extra caussam sunt. Conclusio ergo quæstionis sit. Acceptio personarū genere suo est peccatum mortale. Probatur. Quidquid aduersatur iustitiæ, est genere suo lethale scelus, vt supra q. 34. huius libri, cum S. Tho. definitum est: nam cum iustitiam necessaria sit virtus, quidquid illi obsistit, contrarium est charitati, atque adeo genere suo mortale, acceptio personarum obsistit iustitiæ, quippe quæ impedit legitimam seruari rationē debiti, ergo est mortalis. Quo circa litet S. Thom. q 63. art. 1. tantum asseruerit personarum acceptionem esse peccatum, reliquerat tamen q 69. art. 4. constitutum, peccatum iniustitiæ censeri in mortalium genere, tametsi in rebus exigui momenti contingat esse tantum veniale, vt si quis amicum minus dignū præstantiori præferret in electione ad officium, quod parum reipublicæ refert. Nam & qui minutam pecuniam furaretur, non subinde esset mortalis criminis reus. Qua vtique ratione temperamēto hoc vsi sumus genere suo. Hinc fit consequens, cunctas caussas & qualitates quæ nihil ad dignitatem referunt illius rei, magistratus, vel sacerdotij, aut præfecturæ, quæ per distributionem confertur connumerari cum personis, vt ad earum acceptionem attineant. Potest namque eadem cā in vnius distributione legitime animaduerti, quam in destributione alius rei minime pendere licet. Qui enim consanguineis ratione generis aliquid bonorum suorum donat aut legat, non est personarum respector qui autem illa caussa sacerdotium ei conferret, in tale crimen impingeret. Pari modo qui virum egregiè doctum, non tamen vsque adeo compositorū morum, sancto viro ignaro tamē, in optione ad Cathedram anteferret, non haberetur personarum acceptor, veluti si illū præferret in alia electione, vbi vir exigeretur probitate conspicuus. Sed de huiusmodi meritis in sequentibus articulis emūctius.

Glossa.

Conclusio rñsiua.

Probō.

S. Tho.

Corollarium.

Per hæc ad primum argumentum patet responsio. In Dei namque distributionibus altera habēda est consideratio, dum hominem (siue in puris cum naturalibus contemplemur, siue peccati labe maculatum) in suam gratiam primum recipit, altera vero dum iam in eādem admisso, eius perpendimus virtutum officia. In priori namque modo cum nulla illic subsit ratio, debiti nullum locum habet iustitia distributiua, quæ (vt dictum est) debitum quodam pacto præsupponit, & ideo neque illic subnotari potest personarum acceptio, sed est mera liberalitatis donatio, sicut si princeps bona sua propria, quibus liberet, impartiret. Nemo enim (vt ait Ioannes) prior dedit Deo, vt retribueretur ei. Vnde in euangelica parabola Matth. 20. An non licet mihi quod volo facere? Tolle quod tuum est, & vade. Quod quidem Paulus in altitudinem incomprehensibilē diuitiarum scientiæ Dei refert. In posteriori autem modo iustitia effulget distributiua, de qua deo ait Paulus. Qui reddet vnicuique secundum opera sua. Et alibi. Oēs nos manifestari oportet ante tribunal Cristi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Nā qui per Christi gratiam eius facti sunt membra, bene subinde de Deo merentur. Quapropter neque illic Deus est personarum acceptor, sed reddet vnicuique secundum meritorum pretium, quæ de diuina gratia promanant. Ad secundum autem respondetur, quod quando personæ qualitas meritum auget aut crimen, tunc nulla est acceptio personarum illam inter caussas præmij adscribere. Paupertas enim illius euangelicæ viduæ in caussa fuit, ut tenuis eius eleemosyna maioris esset prætij, quam si diues tantundem largiretur, ob idque cumulatiori premio digna fuit. Et vice uersa quoniam delinquentis præeminentia & locus culpam delicti aggrauat, fit vt dignitatis illius consideratio nihil vindici Dei iustitiæ officiat, si acrius in eum animaduertat.

Ad primū arg.

Paulus.

Ad secūdum.

ARTI-

ARTICVLVS II.

Vtrum in ſpiritualium diſpenſatione poſſit accipio perſonarum contingere.

Ad primũ arg. PRæmiſſa natura & qualitate acceptionis perſonarum, quæ cũ iuſtitiæ ſit contraria delictum mortale eſt, ſubſequitur vt videamus in quibuſnam materijs verſetur, & primo in hoc ſecundo ar vtrum in ſpiritualium diſpenſatione locum habeat? A parte .n. negatiua arguitur. Sacerdotia & ſpirituales præfecturę non tam ſub iuſtitia ſunt diſtributiua quã ſub commutatiua, acceptio autem perſonarum, vt dictum eſt diſtributiuę aduerſatur, non ergo in huiuſmodi ſpiritualibus locũ habet. Prior aſſumpta probatur. quoniam ſacerdotia hæc & eccleſiaſticę præbendæ, & vt aiunt, perſonatus, nõ habent rationem præciſam bonorũ communium, ſicuti prouentus reipublicæ, qui eo ꝙ ſunt totius, ſunt quodammodo partiũ, ſed ſunt ſtipendia populi miniſtris eccleſiarum conſtituta, debentur ergo perſonis dignis non propter ſeipſas, ſed quia perſonæ tales debentur eccleſijs hoc eſt diſpenſantur per ſonis in mercedem pro ſeruitio per eam iuſtitiam, qua dignus eſt operarius mercede ſua, hæc autem iuſtitia, non diſtributiua, ſed

Secũdũ. plane commutatiua eſt. Secundo arguitur, Chriſtus redemptor noſter viſus eſt in ſuorũ apoſtol. optione, quæ ad vitam ſpiritualem quã maxime referebat, perſonas reſpexiſſe & accepiſſe, quoniam nulla eorũ merita perpendens, a piſcatoria, & campſoria, alijſq; id genus vilibus artibus, veluti infirma abiectaq; huius mundi, vt ait Paulus, eos euocauit. Quin vero in hoc præterea vſus fuit perſonarum acceptor, quod nõ niſi Galilæos ex patria ſua, cognatoſq; ſuos aſſumpſit, nam vt legitur Act. 1. de hoc turbæ mirabantur, quod varijs linguis loquentes Galilęi eſſent: Chriſti autem operaexempla

Tertiũ. nobis ſunt. Nullum ergo hoc vitiũ eſt. Tertio arguitur. Iure etiam Can vr̃ non ſolum permiſſa, ſed iuſſa in electioni, perſonarum acceptio, vt patet eo tit. c. cũ nobis olim. vbi licet electus, non eſſet eminentis literaturæ probatur electio. Et c. cum dilectus, pariter approbatur, licèt fuiſſent in eadem eccleſia (vt illic legitur) alij digniores. Quarto argui

Quartũ. tur: Eccle etiam decretis ſancitum eſt, vt nõ fiat electio, niſi ex perſonis eiuſdem eccle. dummodo illic dignus inuentatur, etiam ſi alibi foris inueniantur digniores, vt patet di. 61. c. nullus, & c. obitum, & di. 63. c. metropolitano. Quin vero vt ait gl. in c. cũ inter. can. de ele non valet poſtulatio ex aliena eccleſia niſi duabus patribus conſentientib. Et debet fieri a Pontefice Maximo, vt latè patet in tit. de poſt. præla. Non ergo explorandi ſunt ſemper digniores, etſi facile in alienis eccl. inueniri poſſent. Adhęc & nobis hoc vſus eccle palam facit. Cernimus. n. in Epiſ electi. non tam meritorium quam perſonarum, aut generis, aut potentiæ rationẽ duci. Adde, ꝙ & in ſuprema electione Pontificis Maximi iam pridem vſus inoleuit, vt nemo niſi a reueren. Card. aſſumatur: cum tñ poſſet quandoque extra illum ordinẽ alij diſquiri, quorũ fortè electio gratior Deo eſſet & acceptior. Quinto ac poſtremo ar-

Quintũ. guitur. Papa vt aiunt, eſt beneficiorum bonorum eccleſiæ dominus, ergo non arcetur digniores eligere, ſed põt quib. libuerit, ea dẽ largiri. In contrariam aũt eſt Iac. Apoſt. 2. c. ſuæ Can Noli e in acceptione perſonarum habere fidem Dñi noſtri Ieſu Chriſti.

Ad quæſtionem hanc decem concluſionibus reſpondetur. Sit tñ prius adnotemus quid hic nomine ſpiritualiũ intelligamus: quod lib. ſub tit. de ſimonia, emunctius dilucidabimus. Haud. n intelligimus cũcta quæ in intellectu ſunt, nam ſcia & artes doceri prætio poſſunt, ſed intelligimus illa quę gratis nobis a Deo donantur non peculiariter tantum in vtilitatem recipientiũ, ſed in vtilitatem communẽ de quibus ait Chriſtus: Gratis accepiſtis, gratis date: vt ſunt ſacerdotia, ſacerdotales ordines, & ſacrorũ vſus. Prius ergo circa materiam primi arg. præ-

Prima conclu. noſſe oportet, iſta eccleſiaſt. ſacerdotia non ſolũ ratione diſtributiuæ iuſtitiæ pendẽda eſſe, verũ commutatiuæ lineam ingredi. Sit ergo prima cõcluſio: Negari nõ debet quin ſacerdotia, & eccleſiæ præfecturæ ſpeciem habeant diſtributiuæ iuſtitiæ, pro eo quod illis honorificentiora & pinguiora debentur, qui preſtantioribus ſunt meritis, & ideo in nona concluſione adſtruedum nobis eſt in huiuſmodi electionibus digniorem eſſe

Scda cõ cluſio. cæteris anteferendum. Huic nihilominus concluſioni ſubtexitur ſecunda. De eccleſiaſticis beneficijs ſacerdotalibuſq; munerib. ac dignitatibus quæ ad eccleſiarum obſequia pertinent, per iuſtitiæ commutatiuæ regulas præcipuè cenſendum eſt. Probatur.

Proba-- tio concluſiõis.

Deci-

Decimæ quas populus Chriſtianus perſoluit, non conuenit vt præmia ſint meritorũ perſonarum, inſtar bonorum quæ in reipublicæ depoſito exiſtũt, ſed vel ad hoc ſolum vel ad hoc præcipuè inſtitutæ ſunt, vt ſtipẽdia ſin miniſtrorum eccleſiæ. Itaque religio Chriſtiana, niſi eccleſias haberet neceſſarias nunquam Chriſticolas cogeret decimas cõtribuere. Idemque inferius dicturi ſumus de ſecularibus tributis, vt inter quæ & ſacerdotia hoc ſolum diſcriminis interſtat, quod illa ſtipendia ſunt pro ſecularibus adminiſtrationibus iuſtitiæ, hæc autem pro ſpiritualibus eccleſiarum functionibus. Fit ergo ex hoc conſequens, rationem illam diſtributiuæ iuſtitiæ, quæ in hiſce diſpenſationibus reperitur, ad commutatiuam ordinari, quæ eſt inter Pontifices, iam Maximum quam reliquos diſpenſatores ac prouiſores bonorum eccleſiæ ab vna parte, & eccleſias ex altera. Enimuero quia ob id ciues decimas pendunt ut ſibi ſacramenta adminiſtrentur, verbum Dei exponatur, & eccleſiaſtica iuſtitia ſeruetur, per iuſtitiam commutatiuam debentur eisidonei horum munerum adminiſtri, veluti operarij vineæ Domini. Neque obſtat decimas (non dico quotam) eſſe de iure diuino. Nam cenſendum hic arbitror inſtar principis, qui certa ſtipendia perpetua ſtatuit famulis hac miniſtris domus ſuę, præcipiens vt dignioribus qui haberi poſſent diſpenſarẽtur. Hic enim profecto plus commutatiuæ iuſtitiæ ſubeſt, quam diſtributiæ. Sicut facta beneficij collatione, eadem iuſtitia conſtituitur inter miniſtrum & ſuam eccleſiam. Itaque vt explicationis gratia dicam, ratio diſtributiuæ iuſtitiæ in iſtis habet ſe materialiter ad rationem commutatiuę. Nam ideo electores tenentur ſecundum merita perſonarum ſacerdotia diſtribuere, non quia præmia ſunt meritorium ipſorum, ſed quia electores tales miniſtros debent eccleſijs, & miniſtri talia eiuſdem obſequia, pro ſtipendio ſibi repenſo. Concluſio hæc ſic expoſita non ſolum ratione quæ manifeſta eſt verum & ſacris oraculis comprobatur. Et primo, vt a lege veteri initium ſumamus. Leuitis ſimiliori ratione decimæ erant decretæ. Sic enim legitur Nu 18. Filij Leui dedi omnes decimas in poſſeſſionem, pro miniſterio quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis. Sic & paulo inferius de decimis ſubditur. Quia pretium eſt pro miniſterio quo ſeruitis intabernaculo teſtimonij. Et Lucæ 10. dum Chriſtus Apoſtolos tanquam operarios & meſſores dimiſit in orbem, ſubiunxit in eadem autem domo manete, edẽtes, & bibentes quæ apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Merces autem per iuſtitiam commutatiuam redditur. Et Apoſtolus primæ Corinth 9. in eadem ſententiam ait. Neminem ſuis ſtipendijs mihi taſſe vnquam, citans illud Deut. 25 Non alligabis os bouitriuranti dicens propter nos illud fuiſſe ſcriptum, vnde ſubdit, Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus? Quibus verbis commutatiuam iuſtitiam inſinuauit. Et primæ ad Tim 5 Qui bene, inquit, præſunt presbyteri, duplici honore digni ſunt. Non ait, qui boni ſunt, ne quis fallatur quod perſonis ipſis ob ſua merita per iuſtitiam tantum diſtributiuam debeãtur honores ac præbendæ, ſed qui bene præſunt, vt diſcamus beneficiũ dari potiſſimũ propter officium quaſi ad normam commutatiuæ iuſtitiæ, ſecundum verbum eiuſdem eodem loco Qui in ſacrario operantur quæ de ſacrario ſunt, edunt, & qui altari deſeruiunt, cum altario participant. Idque confirmatur ex iure Canonico. Nam ca. ſecundum Apoſtolum. de præben. Inn. 3 hęc fermè Pauli verba citans, ait, Cum ſecundũ Apoſtolum, qui altari deſeruiũt, de altario viuere debeant, & qui ad onus eligitur, repelli non debeat mercede, paret a ſimili, vt clerici viuere debeant de patrimonio Ieſu Chriſti, cuius obſequio deputantur. Accedit & verbum iam modo citatum toto iure ſoleniſſimum. ſ. Beneficium non dari niſi propter officium. de reſcrip c. fin. Igitur eccleſiæ bona non intuitu perſonarum vt ipſis tanquam præmia ſuarum virtutum ac literarũ inſtituta ſunt, ceu per meram diſtributiuã iuſtitiã illis deputanda, ſed re vera tanquam miniſtrorũ merces pro obſequio eccleſijs impẽſo. Exquo infra illaturi ſumus eligendorũ qualitatẽ, meritorumq; momẽta non abſolute, ſed in ordine ad prouinciam ſuã & functionem eſſe penſanda. Accedit & huc proximè qđ Chriſtus in eccleſia (vt habetur ad Epheſios 4.) quoſdam dedit Apoſtolos, alios autẽ Paſtores & doctores &cęt. in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, ergo eccleſiaſtici ceu miniſtri recipiunt ſubſidia ſtipendiaque populi. Atqui concluſio hæc reuiſenda

Suadet concluſio teſtimonijs ſacrarũ literarũ.

Confirmatio prima.

Confirmatio ſecunda.

da eſt,dum libro ſeq.ſub titulo, de reſtitutione,in diſpenſationem protulerimus, is qui prętermiſis dignioribus aut dignis per acceptionem perſonarum ſacerdotia confert, cui debeat damnum reſtituere,eccleſijſne an perſonis ipſis prætermiſſis. Tertia concluſio ad quæſtionis titulum: Acceptio perſonarum in ſpiritualibus genere ſuo peccatum mortale eſt,tantoque grauius ac peſtilentius quanto ſpiritualia temporalibus antecellunt. Concluſio hæc clarius liquet,quam vt multis egeat teſtimonijs. Spiritualium enim nomine cenſentur eccleſiaſtica ſacerdotia, quibus Chriſtiana reſpublica ad ſempiternam fœlicitatem promouetur, ſacerdotum enim miniſterio ſacris Chriſtiani initiantur, per quæ d uinam gratiam tum ineunt, tum etiam recuperant, eorumque ope & auxilio eandem gratiam colunt. Igitur cum nihil nobis tã ti referat quam per eandem gratiam Dei gloriam promoueri, nihil nobis in exitum eſſe poteſt præſentius crimine illo, per quod in hoc progreſſu vel impedimur vel remoramur, quale eſt perſonarum acceptio in huiuſmodi ſacerdotibus & miniſtris optandis. Attamen quoniam non ſatis eſt huiuſmodi perſonarum acceptionem condemnare, niſi eligendorum merita explicentur, notandum eſt cum D.Thom. duobus modis conſiderari poſſe cuiuſque merita ac dignitatis excellentiam, videlicet aut abſolute & ſimpliciter ſecundum indiuiduam perſonam,quẽ admodum Ariſto. 5. Ethic. cap. 2. conſiderat virum bonum. Secundo modo, quemadmodum illic conſiderat bonum ciuem, vtputa ſi perſonam contempleris in ordine ad munus illud, & magiſtratum ac functionem ad quam aſſumitur,Sit ergo quarta concluſio. Dignitas perſonæ perpendenda eſt, & exigenda in ordine ad talem finem,qui electionis ſcopus eſt. Hoc clariſſimum eſt, quia a fine ſumenda eſt mediorum ratio, & 1. Corinth. 12 ait Apoſtolus, Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem, ſcilicet ad commodum Chriſtianæ reipublicę. Adnectitur autem concluſio quinta. Primum ac potiſſimum quod in eo qui in ſpiritualibus præficiendus eſt populo,æſtimandum venit, eſt morum compoſitio,virtutumq. ornamentum. Hanc eandem concluſionem de reliquis ciuilibus magiſtratibus in ſubſequentibus conſtituemus,eſt enim omnibus communis, at verò præcipuum robur habet in eccleſiaſticis prælatis, cuius ratio patentiſſima eſt. Enimuero finis proximus ciuilium magiſtratuum eſt tantum naturalis, nempe tranquillo ſtatu & pace rempublica conſeruare,licet ille ad diuinam quoque fœlicitatem ordinem habeat,finis autem & ſcopus proximus prelatorum ſpiritualium eſt ſempiterna felicitas,ac ſubinde eorum munus auxiliares eſſe Chriſti miniſtros iuxta uerbum Pauli, Sic nos exiſtimet homo ſicut Dei miniſtros, Quibus idcirco vna cura eſſe debet,Chriſti ſanguinem colere, eiuſque redemptionem promouere, atque ad diuinum amorem ſubditos prouocare, & ad Dei charitatem referre omnia, nihil eorum cogitantes quæ cum mundo diſpereunt,ſed ſempiterna illa quæ nos in cœlis manent Hæc autem nemo curare poteſt, & pro dignitate adminiſtrare, niſi in quo idem Chriſti ſanguis feruefcat, idemque inardeſcat amor. Sexta concluſio Præter charitatem & honeſtatem morum requiritur ſtarim ſacrorum ſcientia,prudentiaque & ſolertia,& reliquę animi vires,ac dotes ad gubernandum neceſſeriæ, iuxta verbum domini. Qui putas eſt fidelis ſeruus & prudens? Mat. 24. Adeo vt liceat nõ nunquam expediatq. huius gratia, eo quĩ ſimpliciter moribus præſtantior eſt poſthabito,alterum vita inferiori pręeligere,dum tamen prauus non ſit & corruptis moribus,nam cui refragatur vita, nulla alia ratio ſatis ſuffragatur, vt fas illum ſit ad eccleſiæ gubernaculum admonere. Hoc plane conſtat. Eſt enim primum prælati, ſacra docere, & per eorum doctrinam & exempla ſubditos ad diuinorum amorem allicere ac promouere. Mox quia id regimen,opus eſt prudentiæ,vt 6. Ethic. Ariſt. auctor eſt,& vt ibidem ſubdit, cum prudẽtia virtutes omnes connectitur,cunctis huiuſmodi dotibus pręſtare debet. Enimuero vt niſi quod ignitũ eſt, calefacere nequit, ita niſi quę charitate ardet, vel lucere alijs poteſt vel virtutũ calorẽ excitare Attuero quoniam ex his dubiũ hoc loco præcipuũ relinquitur, an.ſ.vt ab hoc crimine acceptionis perſonarũ caueat, neceſſarium ſit præſtantionẽ dignioremq ſemper eligere ſtatuitur ſeptima conclõ. Acceptio perſonarum tunc affert manifeſtarium crimen, qñ prætermiſſo idoneo eligitur indignus tunc

Tertia conclu.

Documẽtum S.Tho.

Ariſto.

Quarta conclu.

Quinta conclu.

Rõ concluſiõis.

Paulus.

Sextacõ cluſio.

Probatio concluſiõis.

tunc enim imprudenter, & contra iuſtitiam commutatiuam in eccleſiam peccatur, & contra diſtributiuam in eum, qui dignus eſt. Concluſio eſt omnibus extra controuerſiam in confeſſio. Vnde de præben. cap. graue. Alexan 3. in concilio, Graue, inquit, nimis eſt & abſurdum, quod quidam eccleſiarum prælati cum poſſint viros idoneos ad eccleſiaſtica beneficia promouere, aſſumere non verentur indignos, quibus neque morum honeſta, neque literarum ſcientia ſuffragatur, carnalitatis ſequentes affectum, non iudicium rationis, vnde quanta eccleſiis damna proueniant, nemo ſanæ mentis ignorat. Subtexitur deinde huic octaua cõcluſio, Ad hoc vt ſecundum exterum ius fori canonica ſolidaque ſit habenda ac valida electio, ſatis eſt eligere dignum. Concluſionem hanc confirmant Canones tertio argumento ante quæſtionem adducti, eorum autem rationem San. Thom. & Doctores hanc reddunt, quod alias vna quælibet electio calumniam pateretur, haud enim tali foro facile expendi poſſunt librarique meritorum momenta, vt conſtet quis eſt optimus. Vnde dum Rex aut quiuis alius iure patronatus eum eligit dignum, cui iura non refragantur, nequit vel Papa, vel inferior Prælatus electionem in fauorem dignioris perimere. Addiderim hic, quod qui dignum elegerit non tenebitur ad reſtitutionem nec dignior, nec eccleſiæ, vt lib. ſequenti ſub titul. De reſtitutione, videbimus. Nona concluſio, Quo ad culpam, in foro conſcientiæ & poli, præceptum eſt eligere digniorem. Et primum, ne quis exiſtimet ſolius eſſe opinionem S. Thom. qui eam incunctanter, veluti rem conſtitutiſſimam, adſtruit. 2. 2. q. 63. art. 2. & in quolibet q. 6. & 8. quem ſui ſequuntur. Fuit quoque Alexan. de Hales 2. part. qu. 139. membro 2. & Nicol. de Lyra Ioann. 21. Neque vero Mendicantium vtriuſque ordinis, verum & Henri & Godofr. in ſuis quolibus. Fuitque Hadrian. poſtea Papæ in materia de reſtitu. & ex Doctoribus iuris Can. Arch & aliorum. Hos denique Maioris poſt modum in 4. diſ. 24. q. 8. & 9. ſequitur. Patroni autem contrariæ, ſi tamen contrarium tueantur, ſunt Hugo & apparatus ſuper cap. licet ergo 8. q. 1. & cap. Monaſterium 16. qu. 7. quibus referente Adriano, acceſſit Io ann. And. Dixerim ſi contrariam tueantur, quia illi forſan id duntaxat contendunt, quod in foro exteriori non ſit electio refellenda, nam de foro interiori nihil decernere debuiſſent. Quod ſi ſententia diui Thom. vera eſt, per nullam poteſt deſuetudinem vel contrariam conſuetudinem abrogari. Eſt enim de iure diuino, contra quod vſqueadeo nullo tempore preſcribitur, vt quo longior fuerit eius abuſus, eo fiat, delictum grauius. Neque in his ſatis eſt auctores numero æſtimari, aut dicere, hoc tenent Canoniſtæ hoc vero Theologi, ſed aut ſcultandæ ſunt ſacrorum auctoritates, rationesque examinandę. Arguitur enim primo ex iure naturæ: Eccleſiaſtica beneficia (vt ſecunda concluſione aſſerebamus) ex bonis communibus populi, veluti ſtipenda inſtituta ſunt, & eccleſiæ miniſtris propoſita. Ex hac ergo parte contra iuſtitiam commutatiuã fidem populo & eccleſiæ frangit, qui non optimum ei miniſtrum abſq. fraude & dolo prouidet. Mox peccatur & contra iuſtitiam diſtributiuam, eadem enim virtus quæ iubet ſeruare in præmijs proportionem, quæ eſt in meritis, ſubinde admonet vt optimus qui rationabili diligentia inueniri poteſt, cæteris præferatur. Deinde accedit tertio, quod Antiſtites tenentur beneficia gratis conferre, qui autem meliori poſt habito confert minus digno, ille certe alia cauſſa mouetur humana, alioqui illud non faceret, atque adeo neq; aut gratis, neque ab acceptione perſonarum manet incolumis. Ad hæc qui ex duobus ſacerdotijs pinguius confert ſacerdoti minus digno, manifeſte iuſtitiam diſtributiuam acceptione perſonarum præuaricatur, nam id patrare non poſſet niſi reſpiciendo perſonam, puta qualitatem extra cauſſam, ergo eadem labe contaminaretur, qui vnicum beneficium minus idoneo adiudicaret. Præterea, horum collatores munerum, diſpenſatores ſunt, vt ait Paul. 1. ad Corin. 4. miniſteriorum Dei, in quibus, vt inibi ſubiungit, fides ſincera requiritur ſecundum verbum Domini cum citatum Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens? principis aut œconomus & diſpẽſator, qui quos poſſet optimos ſeruos eodẽ ſtipendio nõ aſciſceret in ſeruitium domini, reus profecto eſſet aut defectæ fidei, aut neglectæ prudentiæ. At vero ius diuinum eſt quod huic concluſioni firmiorem

adſtruit

Probat concl.

Octaua conclu.

Nona conclu.

S. Tho.

Alexan Halen. Nicolaꝰ Lyranus Hẽricus Adrian. Archid. Maioris hugopatronus cõtrarię opinio. Io. and.

Prima rõ ĩgratiamprimæ opinionis.

Secũda.

Tertia.

Quarta. Paulus.

adstruit fidem. Atque in primis exemplum Christi. Ioan. 21. in electione Petri, quod abunde rem patefacit. Ille quippe qui nemini iniuriam irrogare potuit, nempe qui non merus dispēsator, sed dominis rerum erat, non alium se legit, qui suus sibi vicarius succederet, quam omnium tunc tēporis Apostolorum optimū. Neque vero satis duxit eū instituere quem ipse nouerat esse prestantissimū, sed id prius voluit vt omnibus innotescere. Hac.n vt arbitror, tātum de caussa ter publice Petrum rogauit, an se plus cæteris diligeret (qui numeros iudicia libus monitionibus solennis est) vt cunctis liquidū fieret iure, & ordine optimū eligere, docereтq. perinde eos vt eādē legē in similibus electionibus sanctissimè custodirēt quapropter absq. vlla cunctatione asserere soleo illo tunc tēporis articulo quo Petrus electus est in Christi vicariū omniū fuisse Apostolorum optimum neq. tantum arbitror hoc denegare. Liquet enim solam Dei charitatem, esse normam, per quam iudicare licet bonitatis gradus apud Deū. Præterea, neque hoc negare licet, quin eo gradu quo quis diligit Deum diligitur ab illo. Si ergo Petrus Christum plus iunc cæteris Apostolis amabat plus, & ab ipso amabatur, atque adeo optimus erat. Quod enim præ cæteris tunc Christū diligeret, ambigi nequit, quoniam Christi interrogatio non orebatur ex dubio quippe quo ipse non tenebatur, sed erat velut assertio. Etsi quamuis Petrus ad comparationem respondere citra temeritatem non valuit eo qđ neq. suorum erat, neque alienorum meritorū ponderator tamen suum responsum. Tu scis quia amo te, Christus pro cōparatiuo iuxta suam ipsius interrogationem accepit, & ideo a tertio responso continuo subiunxit. Pasce agnos meos. Dico stetisse optimum tunc simpliciter, quia nihil obstat quo minus Ioannes indulgentius, diligeretur alioque forte tempore fuisset melior, nam de intemerata Virgine hæsitare nefas esset longe meritis cunctos anteciisse Apostolos. Secundo loco accedit, & Apostoli-
Secūdus locus ad idem. cum testimonium. 1. Timoth 3. Qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat, hoc est, ipse consulte videat, quantum sibi oneris imponat, quia omnium est optimum numerum quæ in Ecclesia sunt, atque adeo gubernatum difficilimum Vnde subdit, Oportet enim Episcopo irreprehensibilem esse, &c. Vbi tam amplā tamq. diuitem virtutum supellectilem ab Episcopo desiderat, vt licet nullam faciat comparationem vix illæ possint, nisi in eo qui prestantissimus est aceruari. Quapropter inferius capit. 5. eundem admonet discipulum vt nemini cito manus imponat. Vbi porro docet quan um debeat examinis precedere antequam huiusmodi sacerdotio distribuantur, vtpote quę discussio illa finalis iudicij imitari pro humana fragilitate deberet, vbi æquissima meritorū trutina vnicuique remetiendum est. Accedit tertio loco Ius canonicum sanctorumque decreta, & in primis Hieronymus super Leuit. c. 8 Hieron.
qui refertur 8. q. 1. c licet ergo. Refert namque illic Leuitica historia, qđ quando Aarō iussu Dei in sacerdotem vnctus fuit congregata fuit omnis turba ante fores tabernaculi. Super quibus verbis ait. Hieronymus, quòd licet dominus de constituendo principe precepisset singulare mque elegisset tamen conuocatur etiam Synagoga. Requiritur ergo, inquit in ordinando sacerdote etiam populi præsentia, vt sciant omnes & certi sint quod qui prestantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur, ad sacerdotium, & hoc attestante populo, secundum illud Pauli, Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt. Hæc Hieron. Et est alluſio ad exemplum Christi, qui in præsentia apostolorum testimonium tulit excellentię Petri. Hac tamen non obstante verborum inculcatione Hieron. temperat illic eius sententiam, imo denegat. Hugo, dicens satis esse eligere dignum. Cui apparatus adhæresci. Verumtamen nisi intelligant in foro duntaxat exteriori, non sunt cōtra textum audiendi. Sunt & verba acer Auguſt.
bissima Aug super verbo, Iacobi citato, dicentis, Non est putandum leue esse peccatum in personarum acceptione habere fide Domini gloriæ Quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris gloriæ ecclesiæ, contempto paupere instructiore & sanctiore? Auscultas verbum, ad sedem honoris gloriæ ecclesie, Consentit & Leo Papa, cano. Metropolitano. dist. 63 vbi docet, qđ sit eligendus optimus Sed est Chrysi sententia, lib. 2. de sacerdotio, quam maxime me- Leo Papa
ditanda, admonet enim de suo nomine Chryſo.
ecclesiasticos pastores quod tanto debent

meritorũ interuallo an testare gregi, quanta præstat excellentia pecori pastor. In cuius sententia Bernard. De consideratione
Bernar. ad Euge. per multa, eademque peregregia congerit. His vnicũ illustreq. adiungitur, c. extra, vt ecclesia benefic. fine dist. confer. vbi in reprehensionem episcopi apponit. q̃ non ex affectu carnali, sed stricto iudicio debuit ecclesiastica beneficia in persona magis idonea dispensare. At qui in pragmat. conc. Basil. h. hæc forma iuri eligen-
Cõciliũ Basiliẽs. tium. Ego N iuro & promitto omnipoten ti Deo, & sancto, cuius nomini dedicata est hæc ecclesia, eum eligere quem credam esse in spiritualibus & temporalibus meliorem. Neque tantũ Canonicũ, verum & ius Imperatorium idem sanctissime admonet vt est videre in Auth. de monachis. §. ordinationem, iubet quippe eum Imperator, qui prius optimus inter monachos apparuerit, præfici in pastorem. Quod si monachus optimus est p̃ficiendus, profecto multo est sanctius eadem regula in episcopis obseruanda, vt quorum ordo sit instituto monachorum excellentior. At qui argumẽta hęc si in primordijs etiam ecclesiæ, & qñ illustribus pollebat personis vim suam tenebant, quanto nunc maiorem, quando illa laboramus personarum inopia, vt vix optio permittatur, immo citra dignissimũ vix possint reperiri dignus. Tẽpore Aug. Amb. Matt. Nicolai, atque id genus mortalium, non esset immane scelus non perquirere digniorem, modo aut digno conferas dignissimum debes inquirere, adeo omnia iacent. Et quando eorum quæ facta sunt ar-
Postremarõ. gumenta nullum existeret, hoc rem inelucta biliter conuincit, quod postquam in dispensatione beneficiorum nõ habetur exacta meritorum ratio, nemo est qui literarũ studia sequatur nemo qui alijs imbuatur moribus, quam qui ad Curiam fuerint aptiores. Vnde quanta detrimenta ecclesię Christi eius sanguine fundatę succreuerint & hæresum pestes & animarum neglectus
Prima limitatio conclusionis. apertissime testantur. At vero antequam decimam conclusionem statuamus operæ pretium est nonnulla dubiola, quæ hinc emergunt, diluere. In primis non contendimus, in has angustias timoratos animos conijcere, vt quando munus ad quod persona eligitur exigui momenti est, censeatur peccatum mortale, digniorem prætermittere. Mox neq. est tale peccatũ timendum etiam in rebus maioris momẽti quãdo meritorum excessus non est tantus, vt videat ad rem multum referre, quoniam & furari exiguam monetam, non est peccatum mortale, neque nos Deus cogit tã anxie personas explorare, sed secundum prudentiam pro rei qualitate & conditione. Secũda
Præterea, maxime adnotandum, non esse attendendum ad cauillas metaphysicæ possibilitatis, sed vt materia moralis exigit, ad id quod secundum prudentiam speratur futurum. Enimuero licet occurrat vir literis clarissimus & prudentia conspicuus, est in uecors, vel alijs implicitus negotijs, de quo nõ est tanta spes, q̃ prædicabit aut gubernabit secundum suas dotes, vel certe etsi sit optime moratus publicis tamẽ est negotijs ineptus, huiusmodi certe hominib. ille præferẽdus est, qui licet huiusmodi dotibus non sit tam potens speratur tamẽ curam solicitius habiturum diligentiamque adhibiturum ad suum exequendum munus. Euentus autem rei qui præter eligentium spẽ obsequuntur, nihil electionem vitiant vt si negligens postmodum reperiatur, qui diligens credebatur. Emergit autem ex superioribus contra hanc nonam conclusionem arg. primum. Dictum est iustitiã di-
Primũ argum. stributiuam in his sacerdotijs ad comutatiuam referri, dum autem prælatus tribuit ecclesię curatum vel alium ministrum pro rõne suarum decimarum dignum, quia. s. hẽt exilia subsidia per illum satisfacit iustitiæ commutatiuæ, non ergo tunc tenetur alium eligere qui cumulatoribus meritis poleat. Respondetur duo. Primum non seruaretur tunc ratio distributiuæ iustitię, ni-
Solutio. si forte in breui expectaretur locupletior præbenda pro illo digniori Deinde, quantum ad iustitiam commutatiuam cum dignitas personę non habeat certam præscriptam mẽsuram fit vt ubi alius est dignior, vix inferior censendus sit dignus præterquã quod fides dispensatoris ministeriorũ Christi expostulat vt cuicunque ecclesiæ adscribat ministrum optimum illorũ, qui illo stipendio haberi potest nam ecclesia si loqueretur talem eligere, licet hec culpa non sit tanta vt ad restitutionẽ obliget, si secundũ existimationẽ dignus eligatur, vt supra diximus Hinc autẽ exurgit argumẽtum secundum contra eandem nonam Secũdũ
conclusionem, quod sequeretur ex ea non argum.
nunquam ut elector esset perplexus. Verbi

gratia,

gratia: Duobus vacantibus beneficijs quorum quod vberius & pinguius nullam habeat animarum curam? alterū vero, quod fructibus eſt ſterile, eandem habeat anexā, vel plures habeat ſub ſe parœcios, pluſque doctrina indigentes, vt eccleſia nunc Toletana, quæ locupletiſſima eſt vacante, & ſimul Granatenſi, quæ licet ſit pauperior, habet tamen multos ex Mahometiſmo neophytos, perplexus tūc eſſet & Papa & Rex. Nam ſi diſtributiuam iuſtitiam ſpectes debet tunc illud quod eſt digitus, digniori attribui, ſi autem publicam eccleſiæ neceſſitatem, potius deberet illi maior cura animarum demandari. Ad hoc reſpondetur, plures ſemper eſſe habendam rationem publicæ neceſſitatis ad quā nos Chriſti charitas arctius aſtringit: Et ideo animarū cura digniori eſt commendanda deq; inde damnum de ſua dignitate reportare cenſetur. Nam & ſi bene præſidentes presbyteri auctore Paulo, duplici ſint honore digni, ille tamen qui apud Deum nos manet, in primis æſtimādus eſt eo vel maxime, quod (vt dictum eſt) hæc ſacerdotia in eccleſiarum commodum ſunt inſtituta. An vero ille dignior acceptare teneretur, alterius diſputationis eſt. Et tanta eſſe poſſet neceſſitas vt teneretur. Verum ex hoc tamen aliud enaſcitur dubium vtrū lex hęc eligēdi dignioris, vſq; ad illos etiam eſtēdatur, qui iā ſunt ſuis eccleſijs collocati, videlicet vtrum vacāte pinguiſſimo beneficio vel epiſcopatu debeat Rex & Papa quiſpiam ſuis locis dimouere vt omnes per gradus euehat? Videtur. n. nonę concluſioni concors. Reſpōdetur de hac re non poſſe certam ſtabiliri regulam. Enimuero mutationes iſtæ & accenſius quam fieri poſſit maxime cauendi ſunt, tum quod fomentum ambitioni ſubminiſtrant, ſunt enim in cauſſa, vt epiſcopi ſemper ſint animi pendentes, & ſicuti prima materia, nnnquam ſua forma contenti. Quare neque charam habere poſſunt ſponſam, neque iuſtam illius gerere curā, tum quod non eſt paſtori ætas in cognoſcendis ſubmu andiſque nouis ac nouis gregibus tranſigenda. At vero neque hoc nimium cauendum eſt, quando quidem expediens nonnunquam ſit & condecens, vt epiſcopus ad aliam ſedem comigret. Non n vanus eſt titulus de poſtul prælat. Sequitur poſt hæc dubiū de electionibus, ſiue dum religioſi & Canonici prælatum eligunt, ſiue dum Scholaſtici publium prę lectorem Cathedræ, vtrum teneatur quiſq; ſemper eligere meliorē etiam ſi videat nihil ſe ſuo ſuffragio profuturum. Ad hoc reſpondetur, ſemper in electionibus animad uertendum eſſe, opus vanum non eſſe opus charitatis, omneſq; ideo leges ad mores, prudentiæ iudicio eſſe applicandas. Sit ergo prima reſponſio: Indigno nemo debet ſuo calculo ſuffragari, etiam ſi conſtiterit illum a reliquis omnibus optari, quoniam talis non niſi per nequitiam obtrudi tur, cui nullo colore fauendum eſt, neq; aſſentiendum: Si tamen qui eligendus ſpera tur, dignus eſt, tunc licet ac decet digniſſimum qui eligi non poteſt, prætermittere, vt dignior eligatur. Sunt tres, quorum Petrus digniſſimus eſt, Paulus medius, Ioannes vero infimus. Quod ſi ego in Petro perſiſto, neq; Paulus ſed Ioannes eligetur, me autem accedente ad Paulum, ipſe vincet. Hoc ego conſilium ſequi debeo etiam ſi iureiurando me adſtrixerim eligere dignio rem. Intelligitur nanque iuramentum inter poſſibiles. Hoc autem, ſimilique ceſſante caſu, ſemper eligendus eſt dignior, nam præter quam quod ei ſeruandus eſt honor, & legi dignitas, ad hoc etiam prodet, vt electus admoneatur æquos electores non ei ſeuiſſe. Sic enim fiet in regnando cautior Contra hæc tamen continuo ſe offert argumentum quod ſi ſemper dignior eligendus eſſet, ſequeretur quod ſi minus dignus electionem acceptaret, per inde peccaretat que collator, quoniam videtur cauſſa eſſe rei illicitæ. Ad hoc autem reſpondetur nō eſſe rationem parem, nam recipienti non incumbit conferendi cura, ob idque neq; cenſetur iniquæ collationis cauſſa, perinde atque conferens. & maxime ſi ſit dignus. Quinimo in re dubia non tenetur ipſa ſeipſum examinare, ſed illi qui confert. Quare licet epiſcopatum ambire, delictum ſit: oblatum tamen citra culpā ſuſcipi poteſt. Enimuero licet quis prætermiſſo charitatis ordine eleemoſynam porrigat, non patri indigeti, ſed extraneo, vel præteritis pauperibus prodigat in hiſtriones, ob idque delictum faciat, illi tamen qui recipiunt, non irretiuntur eodem delicto Mox alia uia arguitur ex cap. monaſterium 16. q 7. quo habetur, quōbi quis dominus inſtituerit Oratoriū uel Capellaniā poſſit cuicunq; presbytero dare arguitur ergo. Pōtqs ea le

Reſponſio.

Dubiū.

Dilutio

Dubiū alterum de electionib.

Reſponſio.

Primū arg.

Solutio.

Secūdū arg.

ge ſacerdotiũ inſtituere, vt ſolis ſuis agnatis aliuſve deſignatæ proſapiæ in perpetuũ obueniat, nam quicũque quorumlibet bonorum dominus poteſt ea pro ſuo libito diſpenſare: ergo tali caſu non eſt neceſſariũ, immo non licet digniorem exquirere. Sũt qui dicant etiam in tali caſu inquirendos eſſe digniores, ſi opus fuerit extra illam familiam. Attamen & vſus ratio in contrarium reclamant, ſatis enim eſt inter illos deſignatos, & vocatos præſtantiorem eligere, niſi vnus ſit tantum, vt puta ſanguine proximus appellatus. Nam cum tali inſtitutori ac fundatori non incumbat munera ſuo & officio diſtributionem facere, & illa ſint ſua bona, non adſtringitur ratione habere dignioris. Haud tamen erat cur Hoſtienſis & Abbas ex hoc diſſimilimo textu inuitum argumentum traherent ad diſtributiones bonorum communium eccleſiæ, nempe quòd ſatis ſemper ſit eligere dignum. Duo hic tamen illius textus moderamina recolenda ſunt. Prius, quòd ſi qui deſignatus eſt fuerit omnino indignus, alius ſubſtituendus venit quia nemo neque de ſua ſubſtantia poteſt ſacerdotium contra naturale ius ac diuinum creare. Secundum eſt, ꝙ ſi inſtitutio illa annexam hẽat curam aliquam animarum vel gubernationem, tunc iniquiſſima eſt, & non ferenda, quatenus obſtiterit, vt dignior eligat. Vt ſi quis prouentibus ſuis monaſterium fundaret eo vinculo, vt Prior vel Abbatiſſa nõ niſi ex ſuo genere aut patria crearetur, non eſt in contumeliam Euang. lex illa ſeruanda. Enaſcitur autem hinc præterea dubium de beneficijs patrimonialibus, ad quæ non recipiuntur, niſi ciues, vel qui inde ſunt oriundi. Videtur enim ſententiæ nonæ cõcluſionis derogare, ſi quidem poſſent præſtantiores aliunde quandoque acciri. Reſpondetur leges illas æquiſſimas eſſe, quas vtinam de beneficijs ſaltem parœcialibus, quibus annexa eſt animarum cura, vbique ſanciret eccleſia, quemadmodũ & in Trid Conc. ſummo omnium conſenſu, me præſente, conſultabatur. Eſſet. n. illis decretis conforme, quæ in quarto argumẽto accerſita ſunt, decernentibus, vt electio ex eadem eccleſia fieret. Nam vt modo dicebam, non parui æſtimandus eſt ingenitus amor, quem quiſque ad natiuum ſolũ habet. Præſertim quod licet poſſent nonnunquam inueniri extranei meritis præſtantiores: multo eſſet tamen eccleſiæ conducentius, vt ambitionibus & litibus ſibi moleſtiſſimis ac peſtilentiſſimis obuiaretur, præterea vt incolæ ſpe illa animarentur, liberos & literis & moribus informare His ergo abſolutis dubijs ad decimam cõcluſionem deſcendamus, qua ad illam triuialem reſpondeamus quæſtionem vtra. ſ. facultas alteri præferenda ſit in diligendo epiſcopo, Canonici. Ciuris, an Theologiæ. Neque vero erat cur aſſertio hæc in controuerſiam vocaretur, ſed Hoſti cui Abb Panormit. ſubſcripſit, ſuper cap. 1. de conſan. & affinit. fuit, qui neſcio quo iure hanc cõteſtatus eſt litem. Aiunt enim quod vbi hę reſes pullulant, præferendus eſt Iuriſconſulto Theologus, alibi vero econuerſe. Et quamuis mea me profeſſio in ſuſpicionem de hac re adducere poſſit, haud tamen idcirco his maxime temporibus, diſſimulanda eſt rei veritas, ego enim minime de me ipſo ignoro quam ſim talium meritorum expers. In primis ſi mea opinio illius eſſet momenti, quæ in conſilium admitti deberet mallem vt poſt morum honeſtatem prudentia viri, roborque animi manſuetudine inſignitum, atque in agilibus dexteritas perpenderetur, quam ſcientiæ eminentia, dummodo illa doctrina mediocritate polleret, quæ pondus ei auctoritatis adiungeret. Itaque perſona æſtimanda cum primis eſt, non hæc aut illa ſcientiæ facultas. Tametſi ille, quem hæc omnia ornamenta doctrinæ illuſtrarent, maiori iure eſſet ſuper eccleſiæ candelabrum erigendus. Sed tamen quòd cæteris pariter cõcurrentibus Theologia ſit peculiaris Epiſcopi ſententia, quam hic concluſionem decimam facimus, neſcio quis ambigat. Nam vt ab ipſo paſtoris nomine, quod epiſcopi proprium eſt, exordium ſumamus, ecquis dubitet præcipuum paſtoris munu eſſe ſacrorum eloquia reuoluendo, recolere ac meditari, vnde doctrinæ pabulum gregi ſubminiſtret? Scientia eſt Hieron. in Leui. 36. diſtinct. cano ſi quis vbi ait: Deo ſunt Pontificis opera, vt a Deo diſcat legendo ſcripturas dininas & ſæpius meditando, vt populum doceat. Et diſtin. 38. can. omnes, admonetur Antiſtes, vt in promptu legem habeat, videlicet tam ſacros Canon. & ſanctum Euãgelium, quam diuinũ apoſtolorum librum & omnẽ diuinam ſcripturam: Canones ſcilicet Conciliorum, vt ſtatim

Solutio quorundam. Reprobatio.

Hoſtiẽ. Abbas.

duo moderamina textꝰ citati.

Alterũ dubiũ.

Reſponſio.

Quæſt. triuialis

Decima concl

Hiero.

Augu. tim ſubditur ca. placuit. Vnde Aug. in epiſtola ad Paulinum, quæ eſt 59. illud Pau. ad Ephe. Quoſdām autem dedit paſtores & doctores, pro eodem vſurpat, nempe quod Epiſcopi eo ſint paſtores, quod doctores Quid ni? nunquid non Apoſtolorum ſucceſſores ſunt? ergo proprium eorum eſt, vt quam fidem ipſi diuulgarunt, populum docean', eiuſque mores ſecundū euangelicas normas componant, & veluti canes contra vitia indefeſſe oblatrent. Sed quid in re non dubia teſtibus vtimur non neceſſarijs? Non interrogabantur olim dum inſula inſigniebantur, an ius noſſent vtcumq;, ſed an vtrunq ſcirent teſtamentum, vt Richard quo lib. 4. & Syluester, in verbo, Epiſcopus, adnotarunt, licet iam collapſis rebus, non interrogentur niſi an velint ſe diuinæ ſcripturæ ſenſibus accommodare, & quę inde hauſerint, plebem docere. In cuius ſignum confertur eis euangelicum, quod admonentur populo ſibi commiſſo prædicare Adde, quod ex priſcis Epiſcopis neminem niſi Theologum comperias. Nam iura canonica theologi in Concilijs ſanxerunt, & Pontifices maximi ex ſacris collegerunt oraculis. Quapropter ſi nominis etymologiam inſpicias, quam Aug. (vt refertur 8. q. 1 cap. qui e piſcoparum) interpretatus eſt, nempe vt idem ſit epiſcopus quod ſuperintendens, in hoc etiam deberet ſuperintendere canonico iuri licet non illud memoria retineret. Enimuero cum ex Theologia ius eccleſiaſticum pro manauerit, per eandem facultatem debent legitimi ſenſus canonum examinari, præſertim cum illa iura quæ ad munus epiſcopale quidquam referunt, Theologi, ſi modo ſecundū nomen ſcientia polleant, occultius emunctiuſq. callere debeant. Quod ſi minus calleant, multo eſt Epiſcopo dignius, vt veluti de Moyſe, Exod. 18. legitur viros idoneos audiendis ſecularibus cauſſis exponat, quo ipſe ſacroſanctæ meditationi & Chriſtianę doctrinę incūbat, quam vt vice verſa, a dulcedine ſcripturę auulſus ſecularibus implicetur. Vide ergo quam lōge ab ſcopo haberrent qui epiſcopi munus non aliud exiſtimant, quam hæreſes extirpare, cum alia præterea ſint multo illis magis peculiaria, quam cauſſas audire, eo vel maxime quod ſi tunc ſunt neceſſarij, quando hæreſes pullulant, fit ſubindé vt magis ſint ſemper neceſſarij, ne vnquam ſeran-

Richar. Sylueſt.

Secūda.

Auguſt.

Prima rō ꝓ cō cluſiōe.

tur. Chirurgi ſunt & caſſidici, qui cum litibus victirent, nollent iurgiorum cauſſas præſcindi. Cura autē epiſcopalis longe alia eſſe deberet, nempe vt populus adeo eſſet ſemper fide inſtructus, moribusq. compoſitus, vt neq hereſibus neq. litibus vlla relinqueretur anſa Quapropter non ſolum vbi hæreſes pullulant, ſed vbi litiū diſſidia ſerpunt, illic optatior eſſet Theologus epiſcopus, aut certe vir probitate inſignis, qui lites abſque prolixis terminis iuris componeret ac reſcinderet. Video enim proh dolor, plures foueri lites in foro eccleſiaſtico quam in ciuili, cum totus conatus Epiſcopi eſſe dꝛet internas hominū conſcientia ſarcire, diſcordiarum gramina conuellere, & non illuc curam extēdere, vt pueros poma ficusq hortorū ſuſſurantes (quia hæc eſt officialiū ſagina) excommunicationis internecione ferire, quod adeo eſt abſurdum, vt excuſare ſe iā eccleſiaſtici iudices nequeant niſi affirmantes propoſitū non gerere ligādi. Sed & ob hoc deberent eſſe Theologi vt cognoſcerent quanto illis eſſet habenda maior ratio, ne populus in obedientiæ crimine, quam ex communicatione feriretur nam quamuis iudices tale non habeāt propoſitum, populus tamen qui illud neſcit, nihilominus conſcientiam ſibi vulnerat, dū fictæ non paret excommunicationi. Sed de hoc ſatis in præſentia. Nam Theologos & epiſcopos eandem video ire viam.

Poſtrema rō.

Ad primum ergo argumentum, quęſtionis prima concluſio, reſpondit, nimirum concedens perſonatus iſtos, quos vocant, & ſacerdotia plus commutatiuæ iuſtitiæ reſpectu eccleſiarum habere, quam diſtributiuæ. Ad ſecundum inter probandam nonam concluſionem reſponsū eſt, vbi commonſtrauimus, vſq. adeo a Chriſto abfuiſſe perſonarum acceptionem, vt Petrum tunc Apoſtolorum optimum, atq. ad regimen accommodatiſſimum, elegerit, & matrem filiorum Zebedæi petentem filijs ſuis ſedes a dextram & ad ſiniſtram repulerit. Quod autem plebeios homines & literarū rudes ad functionem euangelicam aſciuerit, bina fuit cauſſa. Prior, quod ipſe eos & docere potuit, & tales efficere, quales ad rem decebat, electores autē humani, quia dignos eos facere nequeunt, quos eligunt, eos debent ad eligendum conquirere, quos dignos inuenerint. Mox, quod expediebat ſupernaturalem fidem nō ab hominibus pro

Ad primū arg.

Ad 2.

mulgari, qui eſſent humana doctrina illuſtres, ne in ſuſpicionem veniret quod de humana ſciẽtia procederet. Ideo enim iuſſi ſunt coram regibus ac prẽſidibus non cogitare quomodo aut quid loquerentur, ſed quæ Spiritus ſanctus ſuggereret, illa diuulgarent. Quod autem Galilæos cæteris mortalibus prẽtulerit, myſterium fuit, de quo fuerat Iſaias vaticinatus, cuius ideo prophetiam Matth. cap. 4. citauit. Terra Zabulon & terra Nephtalim, &c. Galileæ gẽtiũ. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Et Dauid. Principes Zabulon & principes Nephtalim (hæc enim erat Galilæa) duces eorum. Ad tertiũ, quod

Ad 3. aduerſus, nonam concluſionem intendi videbatur, itidem ſatisfactum eſt, dum conceſſimus ſecundum forum exterius ſatis eſſe digno conferri ad ſuccidendas calum-

Ad 4. nias, ſecus autẽ in foro interiori. Ad quartum reſpondetur, iura ſanxiſſe, dignitates & præbendas perſonis eiuſdem eccleſiæ

Cæleſt. concedi ob hanc cauſſam (ut ait Cœleſtinus eo cap. nullus. 61. diſt.) quod vnuſquiſque ſuum fructum militiæ habeat in eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſe-

S. Tho. gitæratem. Cui & alteram S. Thom. cauſſam ſubnectit, quæ mihi eſt probatiſſima, videlicet, quod plurimum vnuſquiſq. propenſiorem habent aïum ad ſuam propriã ciuitatem & eccleſiam in qua nutritus eſt, qua vtiq. ratione vtilior eſſe poterit. Vnde Deuter. 17. Non poteris alterius gentis hominem facere regem, qui non ſit frater tuus. Et ideo licet non exquiratur extraneus dignior per hæc fit compẽſatio. Quin-

Ad 5. tum autem argumentum omnia, quæ dicta ſunt, concutit. Etenim ſi vera eſt quorũdam opinio, ne dicam aſſentatio, cui ſanctiſſimus Papa nunquam aſſenſiſſe credendus eſt, videlicet quod eſt dominus beneficiorum, pugnantiſſimum extruitur inde argumentum quod non teneatur digniores eligere, imò quod poſſit ſuper hoc cum inferioribus prælatis diſpenſare. Reſponſio ergo non eſt alia, quam quod nullatenus eſt dominus. Alias profecto ſicuti de illo dictum eſt qui de ſuis proprijs bonis ſacerdotium creat, liberum ei eſſet tanquam vero domino conferre cui mallet, quod nemo auderet aſſeuerare. At nullo opus eſt argumento vbi apoſtolica tuba canit. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti & diſpẽſatores miniſterioru Dei 1. ad Cor. 4. Quin vero & Chriſtus Luc. 12. Quis, inquit putas eſt fidelis diſpenſator & prudens quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam? Neq. vero ſacri Canones tranſuersũ unguem ab hoc euangelio diſcrepãt, quia neq. diſcrepare poſſunt, Quare nõ pigebit iuris hic verba audire. De præben. libr. 6. cap. 2. ſic habet, Licet eccleſiarum, perſonatuum, dignitatum aliorumq. beneficiorum eccleſiaſticorũ plenaria diſpoſitio ad Roma noſcatur Pontificem pertinere. Nõ dicit dominium ſed plenaria diſpoſitio. Et Cle. vt lit. penden. nihil inno. ſi duobus, hoc modo. Salua tamen in præmiſſis omnibus Ro. Pontificis poteſtate, ad quem eccleſiarum, perſonatuum, dignitatum alioriũque beneficiorum eccleſiaſticorũ plena & libera diſpoſitio ex ſuæ poteſtatis plenitudine noſcitur, pertinere. Perſpice ergo quo pertingit pontificiæ poteſtatis plenitudo certe non vt dominus ſit ſed vt plenariam habeat diſpoſitionem. Nam quod ait libera, hoc tantum ſignificat quod nullum agnoſcit in terris ſuperiorem. Idem patet ex ſuperioribus. Commonſtratum enim reliquimus hæc bona eccleſiaſtica ſtipendia eſſe populi pro miniſtris, quorũ idcirco Papa merus eſt diſpenſator. Imò arbitror illos qui dominũ beneficiorum eum appellant, propriam vocem ignorare. Nam ſi dominus eſt, retinere ſibi põt, & in proprios vſus conuertere, ac pro libito eis vti quod tamen nemo ſanæ mentis admittet. Si aũt pro libito non poteſt vti, ſed tenetur ratione diſpenſare, non eſt dominus. Quocirca S. Tho. 2. 2. q. 63. art. 2. vbi ait prælatũ eccleſiaſticum non eſſe dominum ſed diſpenſatorem, Põtificem etiam maximũ cõplectitur, vt Cardinalis etiã Caiet. Lateralis Papę ſcite adnotauit. Sed heu, quanta mala ex cõtrario, eodemque fallo principio eccleſia quotidie patitur. Cum tamen quo ſanctiſſimus Papa cæteris honore, & dignitate in eccleſia Dei præſtat, fortiori nexu teneãtur digniores ſemper optare. Niſi forte (vt ad calcẽ quarti argumenti rideamus) Cardinales in Põtificis electione ob eandem sũmã vicarij Chriſti dignitatẽ ſanctiori fide perſtringuntur optimum eligere. Quapropter nunquam rumorẽ illũ perſuadere mihi potui, videlicet ſtatutum illis eſſe, non poſſe deligere niſi ex ſuo gremio. Ettandẽ ab ipſis Dominis Cardinalibus audiui falſum eſſe. Enimuero q̃ actiuas voces ad

S. Tho.

Caiet.

Falſum eſt non

ipſum

posse eligi pontificē nisi è cardinalium cætu.

ipsum sacrum senatum ecclesia retulerit, decentissima ratio persuasit. 23. dist cano. In nomine Domini, &cę. licet, extra, de electio. & vbi periculum eod. li. 6. videlicet, ne tantus episcoporum cœtus a remotissimis regionibus Romam ad eligendum cogeretur. Attamen cum tanti referat, optimum episcoporum orbis ad summā sedem euehere, quod intra paucos vrbis passiua electio coerceatur, licet sit credibile inter eos nūquam defore dignū, certe synceritas euāgelica, non permittit. Vnde in eo c. In noīe Domini. si in Romana ecclesia nō inueniatur idoneus, ex alia sumi iubetur. Igitur cōclusio noua suis radicibus fixa perstat, quæ non solum in antistitibus creandis, verum & in alijs dispensandis sacerdotijs quib. iniuncta est aīarum, sancte seruanda est, nam in alijs qui tali cura vacant, licet præteritis dignioribus contra iustitiam distributiuā delinquatur, non tamen subest tm̄ periculi. Atqui ea ob rem aut nunquam aut perquā raro peccatū illic mortale committitur, dū modo non concedantur indignis. Ex hac autem definita conclusione dubia nonnulla suboriri videntur, quę idcirco necesse est vt per ordinem examinemus. Primū est, ꝙ proximis verbis de beneficijs cura aīarum carentibus appendet, an. s. pēsiones annuæ quæ a 50. hinc annis percrebuerunt in ecclesia, tuto & imponantur beneficijs, & recipiantur abijs quib. exhibentur? Ad hoc primum oīum respondetur, pensiones hmōi non hr̄e annexos ecclesiasticos titulos, quia pensionarius non fit beneficij possessor, sed tm̄ possidenti imponitur onus soluendi Et potest imponi vel personæ quamdiu posse deris, vel quod multo est vsu frequentius, ipsis fructibus beneficiorum. Qua de re neque alia hn̄t annexam curam, neq; canonicum persoluendi officium. Atq; hac vtiq; rationi huiusmodi redditus tutissimi existimantur, nēpe ꝙ nulla sint cura onusti. Ego vero, licet de plenaria Pontificis potestate in dispensandis beneficijs nihil ambigam, semper tn̄ arbitratus sum hæc esse periculosissima omnium beneficiorū, idq; propter eandem rationem qua alij censent, esse tutissima. Nam si verum est, quod paulo ante commonstrare nitebamur, nempe summum Pontificem non esse dn̄m, sed dispēsatorem beneficiorum, quæ sunt ecclesiarū stipendia, cōsequens inde fit, vt illa adiudicare nequeat nisi pro altaris (vt ait Paulus) ministerio, vel tanquam mercedē pro aliquo seruitio ecclesiæ, ēt si non esset spirituale, vt puta duci aut militi, qui ecclesiam tēpore necessitatis propugnat qua de caussa decimarum tertiæ Regi Hispaniæ tributæ sunt. Et congruentius posseut illi concedi quę negotia ecclesiæ gereret, vel in cōcilio, vel incuria, uel alibi, sicuti olim mos erat his qui prælatus in adiutoriū adhibebātur, prouentuum quotam impertiri. Pręterea, qn̄ dubialis super aliquo sacerdotio dirimi aliter non posset, liceret aliquam portionē parti cedēti in bonum pacis addici de quo vno pensionum genere vnicus est textus in toto iure c. Nisi essent de præb. At quod citra hunc casum absq; vllo titulo, & obligatione bona ecclesiæ possint hoc modo dispēdi non apparet quomodo intra limites dispensationis cōtineatur. Et re vera rei nouitas eam in suspicionem vehementer adducit. Alterum dubium est de illis qui neq; eligunt neq; beneficia conferunt, nihilominus sunt causa vt vel dignitate inferiorib. vel prorsus indignis conferantur, vtrū delictum illis sit? Et peculiariter fit interrogatio de resignatorib. Resignat quis sacerdotium suum in manibus Prælati, sed tn̄ in fauorem consanguinei vel alterius certæ personæ indignæ, & nō alias videtur ille extra culpam esse, nam Prælatus est, cui collatio incumbit. Rn̄detur tamen Prælati delictū non excusare resignantem, vtpote qui vere est cā iniquæ collationis Vbi de hoc maxime admonere nō præteribo videlicet quā sit cauendum, ne pueris beneficia præbeantur, nam etsi contingat, vt optima sint indole, non solum ius Canonicum, verum neque naturale reputat eos dignos. Dignitas enim spem sed rem dicit Atqui plurimū vsu venit, vt qui de se pueri bonam fecerūt spem, quam si absque diuitijs ecclesiasticis manerent, ad vberem frugem perducerēt, cum primum ditantur, superbire ac ferocire incipiunt. Permulta alia dubia impræsentiarum pręterimus, ne extra rem & caussam distrahi videamur.

Prima dubitō d' annuis pēsionibus.

Auctoris limade ꝓposita quę stione.

Dubiū alterū.

Rn̄sio.

Bn̄ficia pueris minime cōferenda.

ARTICVLVS III.

Vtrum beneficiorum pluralitas sit iure permissa.

SVperiori articulo annexum est in hoc tertio de beneficiorum pluralitate dispu-

diſputare, vtrum ſit quoquo pacto iure
Primũ permiſſa? Pugnant enim parte negati-
argum ua Canones plurimi, tam conciliorum
quam ſanctorum patrum. In primis eſt
decretum Synodi 7. Conſtantinopolitanæ vt refertur 21. quæſt. 1. capitulo clericus. Clericus ab inſtati tempore non connumeretur in duabus eccleſijs, negotiationis enim hoc eſt & turpis lucri proprium commodum, & ab eccleſiæ conſuetudine alienum. Vbi citatur verbum Domini, Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Et 70. diſt. cap. ſanctorum. ait Vrbanus, Omnino in duabus eccleſijs aliquem intitulare non liceat, ſed vnuſquiſque in qua intitulatus eſt, in ea tantum canonicus habeatur vnde extra, de præbend. capitulo quia perhibetur præbendarum multitu-
Secũdũ dinem canonibus eſſe inimicam Secunda
Chryſo. allegantur a S. Thom quolib. 9. artic 15. ſanctorum dicta. ait enim Chryſoſt. Quod tenebræ erubuit, lumen erubeſcat, quod figuræ non fuit conceſſum, rei reor eſſe illicitum, figuræ autem, hoc eſt, legi veteri, non fuit inter Leuitas conceſſum, vt qui capiebat in Bethlehem, caperet Hieruſalem. cum nos ergo perfectiores eſſe debeamus, qui capit in Tyro, non capiat
Bernar. in Damaſco. Hæc Chryſoſt. & Bernandus.
Qui non vnum ſed plures eſt in bene-
Tertiũ. ficijs, non vnum, ſed plures erit in ſupplicijs. Item id eſſe videtur contra rationem, & ius naturale, & diuinum iam modo citatum, Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Cui inſuper accedit iuramentum quoquiſque iure antiquo fidem ſuam aſtringit ſeruire eccleſiæ, cui ſe mancipare conſtituit. In contrarium faciunt iura quæ plura beneficia eidem perſonæ indulgent, vt tum alibi, tum 21. quæſt. prima frequentes Canones docent.

D. Tho. Quæſtionem hanc differit D. Thom quolibet. 9. citato artic 15. Atquia rei huius abuſus nimium in perniciem eccleſiæ obrepſit, non erit ſuperuacaneum rem denuo ac ſedulo examinare. Nam cum (vt ait illic S. Thom) ius hic naturale ac diuinum implicetur, & humanum quantum ad duo priora, rei huius definitio ad Theologos pertinet, licet quantum ad tertium ſpectet ad Iuriſconſultos. Placet ergo, veluti primum fundamentum, diſtinctio illa S. Thom. Triplex eſt actionum ordo, ſcilicet aut, quæ deformitatem habent inſeparabilem, vt mendacium, aut quæ indifferentes ſunt, vt deambulare, aut tertio, quæ licet per ſe nude & abſolute conſideratæ deformitatem quandam repræſentent, circunſtantijs tamen veriſſimæ licite fieri poſſunt, vt hominem occidere, quod iudici, & defendenti ſe licet. His præactis reſpondetur ad quæſtio. ſeptima concluſionibus. Prima. Habere plures præbendas, non eſt res primi ordinis. Hæc concluſio inde fit liquida, quod multis caſibus ſuper hoc ſancta iura diſpenſant, vt ſtatim patebit. Secunda. Neque eſt ſecundi ordinis. Non enim eſt perinde indifferens atque habere plures veſtes, hoc quippe abſolute conſideratum, nullam implicat aut malignitatem aut indecentiam, habere autem plures præbendas, ſi nude ſpectetur, ſtatim ſonat quoſdam ordinis peruerſiones. Primum, quia ratio docet vt vnicuique miniſterio ſuus proprie deputetur miniſter, alias vnus plurium perſonas induit. Secundo. Cultus diuinus detrimentum patitur. Tertio, cum bona hæc (vt duximus) ſtipendia ſint eccleſiarum, suo defraudantur iure. Id quod rerum vſus & experientia docet, Aggeratis ſiquidem præbendis multis ad perſonarum paucitatem vix vlla reſtat eccleſia, cui pro rationem ſuarum decimarum ſeruiatur digne. Et 4. inde ſequitur diſtributiuæ iuſtitiæ præuaricatio, videlicet vt digni multi egeant, alij vero exundent. Quinto eſca & fomentum ambitionis inde ſubminiſtratur, nam interdicta præbendarum accumulatione, ſacerdotes non tam audè ſiurent atque ambirent bonis eccleſiæ ditari. Et ſexto, id in cauſſam eſt, vt literarum ſtudia negligenta iaceant, vtrinque etenim ſpes bonorum debilitatur ſcilicet, & meritorum ratio non habetur, & quod auida diuitiarum auaritia impedimento eſt, ne inopes promoueantur. Quinuero ſeptimo, & tranſgreſſio quædam eſt illius Paulini præcepti, Vnuſquiſq; in ea vocatione qua vocatus eſt, maneat. Atque illius preterea ad Rom. 12. Sicuti in vno corpore multa mẽbra habemus. quod Gregorius ad hoc propoſitum ciſauit 89. Gregor.
diſt. n. cap. ſingula vbi ait. Singula eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſque perſonis ſigillatim committi iubemus. Sicut. n. in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non vnum actum habent,

Prima cõcluſi. Suadet conclu. Secũda Probẽ

habent,ita in eccleſiæ corpore multa membra ſunt, & idem diſtincta officia eſſe debent, & eccleſiæ diuerſis perſonis commendandæ, alias totum corpus eſſet oculus,aut totum auditus, aut vnus multorum corporum oculus. Tertia concluſio. Habere plures præbendas res eſt tertij ordinis ſcilicet quod licet per ſe abſolute librata in malum ſonet,vt proxime nunc rationes comprobant poteſt nihilo ſecius talibus circūſtantijs exornati vt fiat licitum. Ad huius autem lucidam intelligentiam diſtinguere de beneficijs operæpretium eſt. Alia enim ſunt, quæ reſidentiam habent annexam, alia vero quæ liberiora ſunt vt ſimplicia ſacerdotia quæ præſta meræ vulgo dicuntur. Atque illorum quibus reſidentia annectitur,alia ſunt quibus iniuncta ſubin de eſt animarum cura vt epiſcopatus & parœciæ,aliæ vero,quę hoc onere ſunt immunes. De his ergo non arbitror eodem eſſe pacto cenſendum. Hoc ſuppoſito ſex caſus notantur 21 q 1. in Summa iuridici, quibus licite compati ſe duæ præbendæ valent in eadem perſona. Primus ratione tenuitas quia non poſſunt ſingulæ ſingulos alere ſacerdotes, vt habetur 10. q. 3. vnio. Qui quidem caſus verus eſt etiam in his ſacerdotijs qui curæ ſubdūtur animarū quin etiam poſſet idem & in epiſcopatibus licere. Poſſent inquam eſſe adeo tenues (quales frequenter ſunt in Italia) vt neuter poſſet epiſcopum pro ſua dignitate ſuſtentare, poſſentque eſſe tam proximi vt ab eadem valerent perſona adminiſtrari. Et eſt tex. 21. q 1 c. illud. vbi conceditur vt idem ſit archiepiſcopus Tarraconenſis & Epiſcopus Fundenſis. Secundus caſus,quādo vna eſt eccleſia ab altera dependens vt legitur. cauſa eam te. extra,de eta.& qualit.& ordi. præfi. Quomodo autē fiat eccleſiarū vnio, patet, extra de reli.dom.ca.quia monaſterium. Neque quis fallatur,arbitratus in eūdem caſum reſidere nam primus intelligitur etiam vbi eccleſiæ non ſint vnitæ. Pōt ſiquidē Papa ſine vnione adiudicare duas eccleſias propter tenuitatem vni ſacerdoti,etiam cum titulo vtriuſque & tamen hic conſulte animaduertendum, quod in hac tenuitate meditanda non eſt reſpectus habendus perſonæ ſed communis vtilitatis eccleſiæ in quē cuncta hęc referenda ſunt. Enim vero ſi perſona ſupra dignitatē ſuā, & conditionem contendit amplam familiam ſplendoremque vitæ ſuſtentare, non illa lance æſtimanda eſt prouentuum tenuitas,ſed ad hoc ſpectandum quid eccleſiæ conducat. Præterea cauendum maxime,ne præbendarum vnio in fauorem perſonę fiat,& fraudem eccleſiæ. Eſt illuſtris quiſpiam pluralitate beneficiorum preſſus qui ad eximendum ſibi ſcrupulum cōſciētiæ procurat per annexionem cuncta in vnum coadunare. Profecto is arbitratu meo dum hoc ſophiſmate faſcinare cogitat diuinos oculos grauius turpiuſque delinquit,quam ſi plurium figuram retineret debet.n. vnio eccleſiarum in emolumentū ipſarum abſque dolo malo fieri,& ſit legitima. Tertius caſus eſt propter paucitatem clericorum:vt 21.q.1.cap.clericus adnotatur. Quamuis illic non dicatur niſi propter inopiam hominum quod referri poteſt ad incolarum raritatem. Veruntamen raritas etiam ſacerdotum neceſſitatem inducit demandandi vni plures eccleſias. Atqui iu dicāda eſt paucitas, quādo rari ſunt digni qua porro de cauſa nō inhibere in prouincijs probitate & doctrina ſacerdotū deſtitutis,vnum pluribus eccleſiis deputari. etiā cum cura animarum quippe cp in rem eccleſiæ fœlicius cederet quam ſacerdotes penitus in idoneos populo Chriſtiano præficere. Quartus caſus pluritatem excuſans occurrit qñ quis vnā habet præbendā in titulo, atque alteram commendatitiam, vt habetur eadem cauſſa & qō. c. qui plures. Admonendum tamen eſt de intellectu huius textus. Enimuero iuris prudentes, qui ad forū iudiciale penitus attendūt tutā forſan arbitrantur cuiuslibet conſcientiā hoc pacto poſſidentis duas præbendas at vero qui penitus iudicium diuinū introſpiciūt, aliter cenſebunt. Etenim eædem cauſſæ, imo (vt reor)iuſtiores coire debent vt quis digne in conſpectu Dei altera fruatur præbenda ſub titulo,altera vero ſub commendatione, quam ſi ambas haberet in titulo. De commēdationibus quippe loquor petuis quæ hoc ætatis habentur in vſu. Eſt lex prohibens, ne Cardinales qui Romæ reſident fiant Epiſcopi,& ne huius fiat præuaricatio legis commendantur illis eccleſiæ perpetuo nihilo differentius quam ſi titulus illis inſcriberetur. Profecto ſi ſis eſſet ira loqui hic commendationis prætextus præuaricatio eſt legis. e ſi perſonata,& forte eo criminoſior,quo fit magis in frau-

Tertia conclu.

Diſtinctio.

Primus caſus.

ſecūdus

Adnotatio.

Tertius caſus.

Quartꝰ caſus.

Qualiter præfatus ea ſus ſit intelligendus.

fraudem legis. Nam in fraude legis facit qui saluis legis verbis sententiam eius circumuenit. l. contra. ff. de legibus & C. eo. ti. Non dubium est in legem committere eũ, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem l. non dubium. Et enim si causſa ferendæ legis fuit necessaria Episcopi residentia in sua ecclesia quidnam quæso refert commendatarius ne absens sit an verus Episcopus? Ratio namque quæ iustã faciat ac legitimam cõmendationem, hæc esse debet, quòd haberi tunc persona non potest cui legitime sub titulo adscribatur, non autem commẽdatarium ditare. Haud quidem inficias ierim quin possit Episcopus Romam a Pontifice Maximo ob publicas causſas acciri, tamen quòd illic perpetuo maneat nihil obmurmuro, sed tamẽ neque ambigo quin multo sanctiori fide & diuino mandato teneatur Episcopus Cardinalis præsens esse ecclesiæ suæ quam Romæ, si quidem Episcopi iure diuino instituti sunt. Cardinales vero post Apostolorũ seculum creati. Quintus casus est quando Papa pluralitatem concedit, vt habetur eadem quæst. cap. relatio & sextus si dispenset episcopus, vt habetur 70. distin canone sanctorum. Hi autem duo casus ad normã quarti modo expositi auscultandi sunt, videlicet, quòd quantum ad forum exterius cẽsentur legitime possidere, tamen vt Deo dispensat o sit accepta debet legitimis causis circumuestiri. Quamuis iam non est in vsu, vt Episcopus possit super præbendarũ pluralitate dispensare, quia cap. dudum ecclesiastica. extra de elect. videtur ius antiquum abrogatum, nempe vt solus Papa dispenset vt illic notauit Panormit. Tametsi hoc intelligendum sit sub ambarum titulo quia commendare ob necessitatem bene potest Episcopus dum non patet ad curiam additus. Septimus casus additur extraordinarius propter sublimes & literatas personas, quæ maioribus beneficijs sunt honorandæ vt verbis vtamur cap. de multa. de præben. sublimes enim (vt aiunt) refertur ad sanguinem. Attamen neque illud ad illustrium commodum est referendum, sed ad ecclesiæ splendorem. Ecclesia enim dum vagiebat in cunis, & potentia seculari premebatur, opus habebat illustrium viribus suffulciri, qua de causa indulgebatur, vt aliquanto plus stipendiorum sortirentur. Iam vero hoc ætatis, si fas est dicere verum nescio an eadem dispensationis causſa tam legitima existat. Porrò cum rerum vsu palam doceat sublimium potentatum ita grassatum esse in ecclesiastica sacerdotia, vt hæc fuerit non minima causſa ruinæ in qua modo iacet ecclesia, tametsi nunquam negabo, quin si ingenui & natalibus præclari, moribus sint cum primis, mox literis ornati, plurimum splendoris ac roboris reipublicæ ecclesiasticæ afferant. Subsequitur hic tandem dubitandi ratio, an præter hos casus licitum sit Papæ dispensare, & compatibiles facere plures præbendas & personatus? Hoc in disputationem produxerim propter multa, & varia, quæ a doctoribus iuris Canonici affirmantur, vt videre quisque poterit apud Syluestrum, in verbo, Beneficium quarto. Aiter enim in primis Archidiac. casus istos superiores coercendos esse ad præbendas, qui absque cura sunt animarum, sed profecto nulla hoc ratione probatur. Quin vero episcopatus pro causſa vt supra citauimus, cap. illud 21. quæst 1. possunt eidem permitti, nedum parœciæ si proximæ sunt & tenues, quamuis tunc decentius esset vniri. Alij dicunt extra hos casus nemini licere plures habere præbendas. Intelligendum est tamen absque legitima dispensatione: alioqui dubitare non licet, quin eadem potestas quæ superioribus casibus dispensauit, si occurrerint alij nondum cogitati, æqui tamen & iusti, possit dispensare. Consule si lubet de hac re Syluestrum & alios Summistas. Duo tamen hic restant dubia. Prius, vtrum absque dispensatione duo possint beneficia ab eodem possideri? Posterius, vtrum vbi dispensatio requiritur, ille qui absque legitima causſa dispensationem nactus est, curam habeat conscientiam? De priori dubitatione distinguendum est inter beneficia, quantum ad residentium & curam: qua distinctione prahabita statuitur conclusio, quæ sit huius articuli ordine quarta: nam tres supra præmisimus. In beneficijs simplicibus, scilicet, neque habentibus curam, neque residentiam exigentibus qualia sunt præstamera, nulla est necessari dispensatio, vt plura eadem persona obtineat.

Scio glossas sacrorum Canonum multas in contrarium ire, sed tamen non solum iã receptus vsus verum & ratio nostra conclusio-

Quintus casus.

Septimus casus.

Du bitã

Syluest. Archidiacon.

Solutio.

Alterũ dubiũ.

Distinctio.

Quarta conclu.

cluſionem edocet. Eſt enim adnotandum fundamentum, quod ex S. Thom. ſupra de ſupſimus, videlicet in his ſpectandum eſſe trinum ius, ſcilicet diuinum, naturale, & humanum, quorum hoc vltimum per deſuetudinem legis aut contrariam conſuetudinem abrogatur. Quod autem quis duo habeat ſimplicia beneficia, non eſt vſque adeo contra naturale ius & diuinum, vt conſuetudo illud nequeat abrogare. Probō concluſio.

Hoc patet quoniam licet habendus etiam oculus in iſtis ſit ad iuſtitiam diſtributiuam, potiſſimum tamen ad commutatiuam, per quam eccleſijs de miniſtris prouidendum eſt, vbi autem reſidentia non eſt requiſita, ibi eccleſia nō læditur ob præbendarum pluralitatem. Verum eſt Adriani mitigare verbum, dicendo hanc non eſſe proprie abrogationem, ſed derogationem, propterea quod talis prouiſio, non poteſt fieri abſque vlla prorſus cauſſa, ſed aliqua interueniente. At vero iam nunc profecto licet nulla interueniat ratio, conferuntur ab inferioribus Prælatis ſine vlla diſpenſatione. Quinta concluſio. In his quæ reſidentiam requirunt, ſed curam non habent, vt ſunt canonicatus nondum ius abrogatum eſt, ſed manet vſus vt abſque diſpenſatione non acceuentur eidem, facilius tamen poteſt in iſtis procurari concedique diſpenſatio, quam in habentibus curam. Quin vero in beneficijs cānonicatu minoribus quæ ſeruitio etiam intereſſendi ſacris obnoxia ſunt, nullus eſt diſpenſandi vſus. Addiderim autem concluſionem ſextam, quod huiuſmodi beneficiorum coaceruationes, ſiue per diſpenſationem fiant, ſiue ſecus, carere non poſſunt culpa etiam quandoque mortali atque graui ſcandalo, in eccleſiarum detrimentum idque potiſſime, vbi nimium accumulantur, & perſonis deputantur indignis. Concluſio hæc inter probandum concluſionem ſecundam conſiſtit. Iam enim nulla ſpectantur aut deſiderantur merita, ſed perinde, quin etiam turpius atque impudentius quam ſecularia & profana ambiuntur, cambiuntur, vaneunt, hæreditantur, regreſſantur, profanantur, ac dilapidantur. Septima concluſio. Paræciæ & id genus ſacerdotia, quæ in animarum curam inſtituta ſunt, vſque adeo non poſſunt abſque legitima diſpenſatione ab eadem obtineri perſoua, vt ſi legitima non fuerit, nequeant tuto inſoro conſcientiæ apud Deum poſſideri. Non ſolum ſententia eſt S. Tho. quolibeto citato, atque Adriani in De plural beneficio, verum & ſacri canones id inſinuant, eiuſque interpretes aperte pronuntiant. Quin vero doctores concluſionem non moderantur, vt de illis ſolis intelligatur, ſed de cunctis (quod veriſſimum eſt) quæ diſpenſatione indigent, vt poſſideantur. Eſt tamen enormitas turpior in his quæ curam habent animarum itaque, & Papa ſine legitima cauſſa diſpenſans grauiter delinquit, & eius delictum non liberat ambientem, obtinentem, & retinentem a culpa. In primis, quod Papa delinquat ſententia eſt Apoſtoli ſupra citati. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpēſatores miſteriorum Dei. Et ſubdit. Hic iam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inueniatur. Quin uero Chriſtus Lucæ 12. Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens? Et re uera nullibi tanta fides exigitur quam in committendis concredendiſque animis Chriſti ſanguine redemptis, illius curæ, qui pia ſens ſemper gregi ſuo proſpiciat. Vnde Bernard. de conſi ad Eugenium lib. 2 cap. 6. ait, potius Pontificem ſummum, qui ſpiritualis eſt, omnes iudicans & a nemine iudicatus, debere non ſua uoluntate pro lege uti, ſed Chriſtum præ omnibus imitari, qui non ſuam, ſed patris uoluntatem uenit facere, ut omnia non pro ſua utilitate, ſed pro communi commodo diſpenſet, alias, ut diſſipator cenſendus eſt. Nam etſi iura ſupra citata plenariam ei tribuant poteſtatem diſpenſandi, id tamen intelligunt, quia non habet ſuperiorem in terra, a quo poſſit iudicari, mittimus conſilium in cauſſa hæreſis. Attamen apud Deum exactiſſime reſpondere tenetur, ſi fidem in diſpenſatione defregerit. Ratio ergo concluſionis eſt hæc, Sacerdotia quæ curam habent annexam, recte nequeunt adminiſtrari ſine præſentia, tanta eſt uigilantia quæ animabus curandis ac proſpiciendis neceſſaria eſt reſidere autem ſimul nemo poteſt in eccleſijs pluribus, ergo ſine urgentiſſima cauſſa eademque eccleſiæ neceſſaria non poteſt citra atrocem culpam ſuper hoc diſpenſari. Sed ait forte ille. cum quo diſpenſatum eſt, Papa diſpenſauit, ipſe ſibi uiderit, ergo immunis ſum. Hic tamen cauillus ſecu-

Quinta concluſio.

Sexta cōclu.

Contra abuſum in cābie disbene ficijs.

septima concluſio.

D. Tho. Adrian.

Papa delinqt ſine cā diſpēſans. Paulus.

Bernar. Senſus illius.

Papaple nariā ha betdiſpē ſandi po teſtatē.

Rō con cluſiōis.

Inanis ac ſtulta obiectio

ros

ros multos reddit, tutum vero neminem, quoniam Papa non eſt Dominus, vt idem dictum eſt, ſed diſpenſator, ideoque qui iniquam diſpenſationem petit, iniquitatis cauſſa eſt, & qui ea vtitur, eadem ſemper irretitur iniquitate. Accedit ius Concilij Lateranenſis, de quo extra, de præbē. ca. De multa, & ca. Dudū eccleſia. de elect. vbi nullatenus permittitur duas ſimul poſſideri paræciales eccleſias. Et Hoſtien. & Panorm. & reliqui ſuper cap. extirpandæ, de præben. indubiè conſentiunt, reſidentiam ſimilium curatorum non poſſe per vicarium ſuppleri. Et ratio eſt, quia cum beneficium conferatur intuitu perſonæ, ob ſuam ſcilicet ipſius dignitatem, illa ſupleri non poteſt per pauperem mercenarium, qui vt plurimum indignus eſt, quam libet dignus eſſet, vt locum haberet mercenarij, non tamen pro ratione fructuum beneficij. Soluit eccleſia iuſta ſtipendia pro viro docto & graui, qui ſi præſens adeſſet, ſuis eleemoſinis, conſilijs, fauoribuſque auctoritate poſſet ſuo gregi proſpicere ac deſeruire, non ergo hæc poſſunt per mercenarium perfici. Miraculum eſt, q̄ liceat curato ob eum ſolum curam & onus quod vicarium vilius quam potuit, ſibi ſubſtituit, amplitudinem fructuum perciperet, reclamante Paulo. Qui non laborat, non manducet. Sed ais, ſatis eſt laborare per alium. Profecto ſi non debet manducare niſi qui laborat, fit vt qui non per ſe, ſed alium laborat, non debeat ipſe manducare, ſed contentus eſſe, ſi loco illius alius manducet. At fortaſſe parœcius beneficij: poſſeſſor, ſatis eſt huic eccleſiæ hunc vicarium ſubſtituere. Reſponderet autem Eccleſia ſi fari ſciret, Ergo ſatis eſt ei hæc quam tu illi tribuis, merces. Cur ergo reliquum ex me abſque vllo ſeruitio furripis? Inſinuabat ſe huc de reſidentia Epiſcoporum ſermo, ſed hic adeo amplius eſt, vt illo totum fere librum nonum compleuerimus. Audiant ergo interim ſupremum Paſtorem ſuum, qui animam ſuam dedit pro ouibus ſuis, eos admonentem, quemadmodum mercenarius & qui non eſt paſtor cuius nō ſunt oues propriæ videt lupum venientē, & dimittit oues, & fugit.

Ad argumenta ergo in contrarium cōcluſiones reſpondent Commonſtrant. in illa iura naturam & ingenium, rei vbi nude præbendarum aceruus conſideretur, vt ſecunda concluſione explicitum eſt cui tertia nō repugnat, nempe vt ob legitimas circunſtantias id fieri poſſit licite. Et pariter reſpondetur ad ſanctorū dogmata, ac ſubinde ad rationem tertio loco adiectam.

Concil. Latera.

Hoſtien ſis. Panor.

Ratio ſe cūda cō cluſiōis.

Paulus 2. Ti. 3. Qui per alium laborat, p alū mā ducet.

Sn̄a au ctoris d̄ reſidentia Epiſcoporū

Adargumenta.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in collatione ſæcularium magiſtratuum ſubeſſe poſſit crimen acceptionis perſonarum.

POſt hęc, quæ de Eccleſiaſticis bonis dicta ſunt continuo in hoc 4. ar. ſimilis ſe inſinuat diſputatio de ſecularibus magiſtratibus publiciſque officijs ac muneribus, quæ adminiſtrandæ iuſtitię creari cōſueuerunt in republica, nempe vtrum in illis conferendis ac diſpēſādis ſubeſſe quoque poſſit crimen acceptionis perſonarū. Arguitur enim primo a part. negatiua: Bona hæc (veluti de eccleſiaſticis diximus) ſunt ſtipendia erecta & ſtata miniſtris Rei publicę, qui illa mercede ſua quiſque obſequia impendit, ergo non pertinet ad diſtributiuam iuſtitiam ſed Reſpublica, vel rex in quem publica poteſtas translata eſt, veluti propria bona poteſt cui libuerit elargiri, veluti conductis operarijs, ac ſubinde fit conſequens, vt nullum ibidem locum habeat perſonarum acceptio. Immo appertius ex eadem radice ſecundo arguitur. Reſpublica atque adeo rex non ſolum illa publica ſtipendia, verum & iura quæ quiſque ſoluit, miniſtris iuſtitię pro ſuo placito inſtituit ergo nulla ratio vetare videtur quin magiſtratus ipſos, & officialium loca vendere poſſit, tantum abeſt vt in eorum prouiſione peccare poſſit perſonarum reſpectu. In contrarium reclamat vox populi.

Primū argu. a parte negatiua.

Arg. 2.

Qō huius articuli perea', quæ in proximo dicta ſunt, per quam facile definitur. Eſt. n. prima concluſio ſecundæ ſuperioris ſimilima: Bona hæc ſecularia miniſtrorū iuſtitiæ, licet imaginem, & rei nonnihil gerant iuſtitiæ diſtributiuæ, non tamen tali ſolum ratione æſtimanda ſunt, ſed velut materia iuſtitiæ commutatiuæ. Enim vero non ſunt ea lance liberanda ac ſi eſſent reipublicæ bona, ea tantum ratione applicanda ciuibus q̄ ſint prouentus publici, aut tali ratione ac ſi ſint præmia propoſita

Prima conclu.

poſita honeſtis viris, probis & ſapientibus, pro ſuis virtutibus & exhauſtis laborib. per literarum ſtudia, ſed tanquam ſtipendia publicis miniſtris iuſtitiæ decreta, pro ſuis obſequijs quæ reipublicæ impendunt. Hæc concluſio potentior etiam eſt quam quę de eccleſiaſticis bonis aſſerebatur. Enimuero niſi neceſſaria eſſet iuſtitia adminiſtratio, nunquam ob præmium virtutum aut literarum contributa eſſent, a populo, vel impenſa exærario regis. Quapropter rex per iuſtitiam commutatiuam debet tales miniſtros regno pro tributis quæ populis illi numerat. Debet enim ſuis ciuibus protectionem ab extero hoſte mox iuſtitiæ cuſtodiam aduerſus internos malefactores.

Secũda cõcluſi. Hinc ſubſequitur concluſio ſecunda, Licet in collatione huiuſmodi magiſtratuum atque officialium illa inſpicienda ſit facies diſtributiuæ iuſtitiæ, vt dignioribus maiora conferantur, illa in ſuper ſeruanda eſt iuſtitia commutatiua, vt tantum ſtipendij cuique reddatur, quanti penditur eius labor, cura, & functionis qualitas. Concluſio hæc compertior per ſuperiorem fit, quam vt alio præterea egeat teſtimonio. Tertia cõcluſio ſuperioribus agnata. Perſonarum merita quibus publicæ adminiſtrationes & munera demandantur, non ſunt æſtimanda præciſè ſicut in diſtributiua iuſtitia ſecundum eorum abſolutam conſiderationem in ordine ad ſeipſos, ſed reſpectu finis & functionis ad quam aſſumuntur, an ſcilicet ſint ad ſubditos accommodi, & ad magiſtratum illum gerendum idonei. Ex his fit conſequens, quod ſi indigna ſit aſſumptio huiuſmodi claſſis hominum, non tam penſanda eſt iniuria, quæ fit dignioribus, quam illa quæ fit ciuitati, vel genti cui talis perſona præficitur, vel toti regno, ſi ſint Regiæ curiæ, vel præſidentes, vel aſſiſtentes. Etenim ſola (vt inculcanter repetam) populi neceſſitate inſtituti illi ſunt honores, & ſtipendia decreta, quæ illis obueniunt, & non propter perſonas ipſas, quibus deferuntur, ſicuti bona, quæ per diſtributiuam iuſtitiam communicantur. Ex hoc ergo conſequitur quarta concluſio. Quando digni non obtinent iſtos honores & ſtipendia, acceptionis perſonarum crimen committitur, vinculumque inde adeo reſtitutionis oritur, non tamen quæ facienda ſit ipſis, qui obtinere deberent, ſed certe populo qui damnum accepit & incommoda. Hæc in quam concluſio ex ſuperioribus liquido patet, quia in populum tunc peccatur contra commutatiui, quæ militat ſub legali vniuerſalique iuſtitia principis. Licet denegandum non ſit, quin contra iuſtitiam diſtributiuam iniuria fiat etiam & dignioribus, porro qui cum illo intuitu literis vitutibusque inſudent, quodam pacto defraudantur. Bene enim conſulteque & Solon & Democritus aiebant duo hæc diuina numina cuncta gubernare, præmium ſcilicet, & pœnam, quibus ideo omnis reſpublica continetur. Secundum quos philoſophos, Vlpianus de Iuſtitia & iure libro primo. Bonos, inquit, non ſolum metu pœnarum, verum etiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupimus. Illud tamen perſonarum qualecunque ius non inducit reſtitutionis ligamen, quæ illis ſit facienda. Habet nihilominus (vt dicebam) locum & in iſtiuſmodi diſtributionibus perſonarum acceptio. Vt verbi gratia, ſi Rex Salmantinos tantum ad publica munera accerſerit, aut ad alias præbendas, ea tantum ratione, quod Salmantini ſunt. Secus autem, ſi hoc argumento vteretur ad explorandum eorum merita. Sed roges quis fortè, quænam merita liberanda ſunt, & conquirenda tam in publicis magiſtratibus quam in alijs miniſtris inferioris ordinis, vt ſunt ſcribæ & alij huius claſſis, vtrum ſola eorum probitas? Hanc interrogationem perneceſſariam dixi ne cuius, ideo gratia hanc appendimus longiuſculam meditationẽ. Statuitur quin a concluſio. Nemo qui improbis eſt moribus, quacunque, vel ſcientia, vel prudentia, quæ protinus in viro prauo erit aſtutia, præpolleat, ad huiuſmodi prouincia eſt promouendus. Enimuero artes quæ ſolo intellectu conſiſtunt poteſt quidem vir nequam probe exercere, vt fidibus dulciter canere, pulchre pingere, adfabre ſculpere illam vero practicam quæ in iuſtitiæ adminiſtratione poſita eſt, nemo niſi virtutum vniuerſitate prædituς exequi valeat iuſte. Cuius ratione in promptu eſt, quod (vt 6. Ethicor. Ariſtot. ductor exiſtit) regere atque imperare, prudentiæ munus eſt prudentia autem ſecum habet cunctas virtutes connexas, & potiſſimum prudentia iudicis. Eſt nanque (vt 5. Ethic. docetur) iuſtitiæ cuſtos

Solon. Democritus.

Vlpianus.

Tertia conclu.

Propter populi neceſſitatẽ inſtituti ſũt magiſtratus.

Quarta conclu.

Quinta conclu.

Rõ concluſiõis.

Illuſtratur ſatis conclu. Ariſtot.

stos haud tamen iniquitates omnes reipublicæ exagitare potest, ac secundum leges vindicare, nisi fuerit virtutum omnium decore perornatus, nam qualis vnusquisque est talis sibi finis esse videtur: ob idq; de officijs nō potest quis iudicare bene, qui maligne illis affectus est. Quin vero (vt rerum vsu & experientia constat) corruptus animus non potest non æquitatem iustitiæ labefactare. Qua vtique de causa Aristot. Politic. 3. postquam disseruit non idem esse, vt quis bonus sit ciuis, atque bonus iudex, exceptionem statim subdit videlicet eum ciuem, qui præsides est & princeps, virtutibus omnibus viri boni indigere.

Aristot.

Quin age, hac ratione 5. Ethic. asseruit magistratū ostendere virum, quod cum virtutes reliquæ hominem in seipso componāt, iustitia vero ipsum ad alios ordinet, facilius est virtutes reliquas colere quam iustitiam, ob id que non satis virtus dignitasq; personæ habetur explorata, quousque magistratum ineat. Ad hæc, cum iustitiæ ministri, membra sint principis, in ipsis debet suam ipsius pulchr tudinem exhibere ciuium oculis. Nulla enim de re certius perpenditur qualis sit princeps, quam de ministrorum integritate, aut corruptela. Neque enim quidpiam illi aliud, seu diuinum ius spectes, seu naturale, seu humanum, arctius iniunctum est, quam vt iustitiam custodiat, quæ non tam legum ui, quam ministrorum prudentia, & cum primis charitate & probitate custoditur, tenetur, & vegeatur. Adde quod dum hominis iniquitas auctoritate publica coarmatur, nihil est reipublicæ pestilentius potest. Ecquid. n. iniquius atque peruersius, quam eadem auctoritate quæ in custodiam iustitiæ diuinitus creata est, in eius exitium & internicionem abuti? Quam hæc omnia prudenter vnico verbo. 7. Ethic. Aristo. concluſit: vbi iudicem pronunciauit debere esse iustum ipsum viuens hoc est iustitiæ spiritu cuncta disponens. Quare leges vt sint ipsæ sanctissimæ, tamen sine recto iudice cadauera sunt defunctæ rationis præterquam quod dum subiectus populus videt iustitiæ custodem impune delinquere, non solum iustitiam despectui habet, deliquendiq; ansam inde nanciscitur verum in odium virtutū detrahitur, quam sic pessum ire videtur. In ter iudicis autem vitia auaritia nihil est pestilentius. Quod authen. Iustiniani. Vt iudices sine quoquo suffragio fiant. dissertissimè pandit. Vbi ait imperator se nō suffice re, considerare, & exponere quanta ex furto prouincialium iudicum fiant pessima. Sanctissimum. Oratoribus fuit, vt nemo in illum ordinem admitteretur, nisi in primis vir bonus esset, ac mox dicendi peritus. Quanto ergo Christianis hoc debet esse sāctius in iudicibus creandis? Scopum profecto optimè ille coniectauit Moyses socer, dum genero huiuscemodi cōsilium dedit, Exod. 18. Prouide ex omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas: & qui oderint auaritiam: & cōstitues eos tribunos, & centuriones, & quadragenarios, & decanos qui iudicent populum omni tempore. Huic autē propositioni sex tam adhibeamus, Non solum prætermorū honestatem scientia, prudentia, & solertia, atq; in primis animi robur necessaria sunt ei qui sessurus est iudex verum etiam expedit nonnunquam eum, qui non est tam ornatis moribus, alteri qui illis abundat, anteferri propter alias dotes, quibus præditus est, ad regendum accommodas. Atq; hoc suo gradu in inferioribus etiam ordinib. ministrorum iustitiæ obseruandū est. Quin vero in magistratibus nonnullis creandis, & generis nobilitas æstimanda est, quæ nō solum splendorem, verum & auctoritatis pondus secum affert.

Auaritia inter iudicis

delicta primis tenent. Iustinianus. Iethro. Sexta cōclusio.

Per hoc solutū restat argumentū prius: Conceditur enim stipendia publica ministrorum iustitiæ, esse reipublicæ, vbi seipsa gubernat, atq; adeò regis, vbi regnū re nihilominus rex debet reipublicæ per iustitiam cōmutatiuam idoneos ministros pp tributa quę illi contribuuntur, quos si non dederit, tenetur illi dāna sarcire. Sed ingerit se statim dubitatio secundi argumenti non facilis an videlicet rex possit hmōi magistratus & officia vendere? Obijcere se. n. videtur statim verbo ipso venditionis, horribilis quædam turpitudo ac deformitas. Quæstionem igitur opus est euoluere, de suisque principijs deducere. Est. n. D. Tho. qui (vt legitur Opusculo, quod inter sua est. 21.) interrogatus fœmina Duce Brabantiæ, an liceret illi huiusmodi officia vendere, vel mutuo a Baliuis, & Officialibus aliquid certum recipere, donec ex officijs suis eandem summam reficeret? Cui respōdit, licere quidem, minime tamen expedire, aut decere. In quam sententiam Caiet. pro-

Ad primū arg.

Dubiū circa secūdum arg.

Argm a parte negatiua. D. Tho. interrogatus a Duce Brabantię. Caiet.

propendet in ſumma,verbo . Vænalitas. At quia ſolutio quæſtionis huius in diuerſa extrema trahitur, dum alij exiſtimant ex naturę rei eſſe illicitam venditionem,ac ſi ſtipendia illa iuraque officialium ſua eſſent propria iure hæreditario acquiſita vel acquirenda. Alij vero rem nimium relaxantes eadem officia vænalia perinde arbitrantur atque prædiorum fructus. Mediam ſententiam,neſcio an falſus conſtituere curabo,quæ ſubiectis concluſionibus patebit.

Prima conclu. Prima. Si munia hæc, magiſtratus & officia per ſe,nude & abſque circunſtãtijs,quæ vſu veniunt,ſpeculatiue tantum, vt aiunt, exiſtimentur, ſcilicet vt vere dignis perſonis venderentur,qui iuſtitiam recta, bonaque fide ad miniſtrarent, neque vllum eis offerretur periculum petendi quidpiã aut recipiendi præter ius ſuum, nihil in ſe habent quo minus licite vænalia ſint.

Probatio concluſio. Probatur : Venditionis huiuſmodi iniuſtitia aut inde exiſteret,quod ſpiritualia ſunt, & ideo veluti eccleſiaſtica beneficia gratis cõferẽda:impedimentum autem hoc palam eſt nihil loci impræſentiarum obtinere : ſi quidem mere ſecularia ſunt,aut quia ſunt bona communia veluti præmia eorum, qui literis & probitate pollent atque adeo illis propter ſeipſos peculiariter debita, ſicuti prouentus reipublicæ,vel ſicuti in die iudicij bonis debetur præmia. Et hoc iam modo excluſum eſt, nimirum dum monſtrauimus non eſſe niſi ſtipendia & mercedem pro ſeruitijs & obſequijs eorum, qui reipublicæ inſeruiunt . Alia autem ratio non apparet iniquitatis huiuſmodi venditionis,ſi nullus aliarum circunſtantiarum habetur reſpectus,ergo eſt per ſe licita.

Argumẽtum prīceps pro auctore. Secundo & maioris clari atis gratia arguitur : Demus rempublicam quæ ſeipſam, verbi gratia per conſules regit. Illa facultatem habet & arbitrium conſtituendi ex ſuo ærario ſingulis magiſtratibus & officialibus ſtipendia, tanta vel tanta : ergo quando perſonam quamlibet huic aut illi officio deputat,cum illa perſona nullum prorſus habeat acquiſitum ius , poteſt ei ſtipendium vel augere vel minuere, ergo eadem ratione poterit illi imponere in tributum quotam partem eiuſdem ſtipendij quam ſoluat reipublicæ. Et eadem ratione poteſt illam quotam pretio taxare, atque adeo officium illi vendere. Poſſet autem hanc noſtram concluſionem quis hoc pacto inficiari: Reſpublica debet æqua iura conſtituere ciuibus,quæ ſoluant officialibus. Verbi gratia,pro ra i ſcripto tantum pro ſigillo tantum pro ſubſcriptione, &cę. Quod ſi pretium exuperat qualitatem officij,imperare debet ciuibus minora iura & ideo nihil eximere poteſt ab illo ſtipendio, atque adeo neque illud vendere, ſed remittere ciuibus. Porro autem exceptio hæc & reſponſio non eneruat argumentũ noſtrum. Enimuero cõtingere poteſt,vt ex pediens ac decens ſit tanta iura imponere litigantibus ad reſecandas lites atque ad arcendos a tribunalibus ciues, vel quia illud eſt vnum iuſtum tributum pro republica. Hoc autem ſuppoſito forte ex altera parte nimium creſcunt ſcribæ, verbi gratia, aut prætoris prouentus, ita vt pro dignitate perſonarum redundent Illo ergo caſu nõ video cur nequeat reſpublica in ſuam propriam vtilitatem quotam illorum ſtipendiorum vertere,atque adeo vel locare officium, vel vendere. Exemplum in hiſce noſtris ſcholis patet Iura ſcribæ ampla sũt & aucta vniuerſitate decet illa perſolui,factum eſt tamen plus nimio fructuoſum officium : ob idque conſtituit Vniuerſitas ſibi capere iura illa,& tabellario certam conſignare pecuniam . Profecto non video dum officium prouidetur , quidnam iniuriæ ſit,illa conditione miniſtrum ſuum recipere. Siuis tantum,ſin vero,abi,alius accipiet. Quod ſi huc licitum eſt,licuit etiam totum officium cum ſua amplitudine, vel locare,vel vendere,vero præterea exceptionem forſan quiſpiam obijciat. Eſto, reſpublica quæ per ſe regitur, hoc poſſet, rex tamen non item,quoniam merus eſt diſpenſator officiorum & ideo non poterit quaſi ſua illa vẽdere,ſed tenetur quaſi reipub. officia diſpenſare. Attamen obiectio hæc niſi fallor,nullatenus concluſionem nr̃am expugnat. Rex.n non tanquam diſpenſator, ſed tanquam ipſe eadẽ reſpub.reputandus. Enimuero non eſt æſtimandus tanquam reipubl.vicarius, ſicuti Venetorum Dux, qui ſp eſt e repub. pendens , ſed tanquam plenſſimam habent ptãtem reipub. eandẽ .ſ.quam ipſa habebat.Sic n expreſſe habet legalis,Quod principi.ff.de conſtit. princ. Quod principi placuit, legis habet vigorem , vt pote cum lege regia quæ de imperio eius lata eſt , populus ei & in eum omne ſuum Imperium & poteſtatem con-

Alia obiectio.

Soluitur dubitatio.

Obiectio

Dilutio obiectionis.

tulerit Hac enim lege atque hac de cauſſa non poteſt illum vllo pacto dimouere, neque filios iure hæreditario regnandi expoliare, ſi illud ſemel illi contulerit, niſi vbi aperta tyrannide regnum peſſundaret. Et tunc ſolo beneficio naturalis iuris quo vim vi repellere licet. Itaque regnum eſt ſuum, ſicut cuiuſque ciuis ſua eſt domus, atque adeo quæcunque facultas & ius reipublicæ penes ipſum eſt, licet non reſpublica propter ipſum, ſed ipſe propter rempublicam ſit inſtitutus, & ideo omnia debet in publicum commodum referre. Hinc fit, quod magnates & domini qui ſub ditione regia ſunt, non habeant ex naturali iure eã dem facultatem officia vedendi, quia Ducatus, verbi gratia, vel Marchionatus non cenſen ur tanquam per ſe reſpublica, neq; ad illum abſolute pertinet iura quæ ſubdit ſo'uunt inſtituere, ſed dependenter a rege. At tenentur miniſtros iuſtitiæ decenti ſtipendio conducere. Verum eſt, quod oppida & vaſſalli ſunt vera eorum poſſeſſio, & ideo ſi expedierit in bonum commune populi ſui quo tam aliquam eximere ab illis officijs, nulla eſſet iniquitas. Sed eſt differẽtia inter regem & illos, quod quidquid rex reciperet vel exciperet ab iſtis officijs reputatur, eſſe in bonum publicum, ſiquidem illi incumbit regnum protegere, ſicuti ſi ipſe eſſet reſpublica, ſecus autem domini inferiores, non. n. quidquid ſibi vſurparẽt ex huiuſmodi officijs reputareẽ cedere in bonum publicum, niſi ipſi ad tale bonum applicarent, puta ad reparationem murorũ, aut põtium &c. Igitur nullam iniuſtitiam deprehẽdere inde valeo, ſi dum rem nude ſpecularemur, rex iuris officialiũ probono publico venderet, vt prẽturam, v.g. aut ſcribæ officium ſuis aulicis donaret, qui poſsũt alios ſubſtituere a quibus aliquam partem ſuſciperent, ſi fructuum vbertas id ferret, dummodo cunctis incommodis bona fide obuiaretur, ſcilicet vt qui officium adminiſtrarent digno eſſent, neq; fraudes, neq; latrocinia facerent, quib. prætium quod imperanderant, corraderent. Secunda cõcluſio. Si res hæc non ita ſpeculatiue, ſe practice, & per appellationem ad vſus atque ad affectuum abſurditatem qui ferme neceſſario inde ſequuntur, conſideretur, non ſolum nunquam aut expedit, aut decet, vtrum ſecundum moralem prudentiam ne que licet. Concluſio hæc multis modis demonſtratur. Primum eo ipſo quod officiũ res ſit venialis, non penditur perſona cui venditur meritis, ſed pecunia quo nihil poteſt iniquius eſſe. Obueniunt. n. tunc plurimum magiſtratus viris ambitione, & auaritia corruptis, ſanguine infimis, abſq; prudentia & literis, quo nihil in republica peſtilentius eſt, præterquam quod magiſtratus indeuileſcunt. Mox & ratione via ſternitur ad diripienda ciuium bona, nam eadem de cauſſa auaritiæ vitium palliatur. Etenim qui gratis officium receperunt, niſi impudentia inſignes fuerint, non audent vltra ſuum ius pro ſuo miniſterio petere, qui vero coemerunt, occaſionem, ſaltem fucatam habẽt dicendi quod quæ prius emerunt, vendere iure poſſunt ad redimendã vexationem ſuam, quamuis reuera nullã habeant excuſationem Nam cum iure taxata ſint, ſua culpa eſt, ſi officium emunt ex quo legitime non poſſunt & pretium & victum cõficere. Quod ſi officiales huiuſmodi & iuſtitiæ miniſtri repetundis pecunijs ac rebus, quas contra ius extorquent, ſint populo graues, quomodo audebit qui læſus eſt principem aut dominum cõqueſturus adire? immo quomodo dominus non erubeſcet miniſtrum corripere, a quo ipſe pecuniam prius extorſerat, quam ille a plebe deprædatur? Exiſtit præterea & aliud dãnum, quod huiuſmodi venditiones afferũt porro quod homines diuertit ab alijs artibus, quas exercere poſſent vt ſplẽdidius de rapina viuant. Præterea, & leges ipſæ & iura hac ratione violantur & peſſum eunt. Nam ſcriba, aut prætor, aut quiuis alius officialis, qui prætium empti officij extorquere debet a miſeris ciuibus, quoniam putas modo non violabit fidem ſuam? quam nõ iniuriam intentabit, vt miſerorum pecuniam emungat? Præter hæc demum, quando hæc ſcuncta ceſſarent, cum princeps inferioreſque domini pro ſtipendijs quæ a populo recipiunt, iuſtitiam adminiſtrare teneantur, ita ſe gerere, vt non ſolum non eam gratis adminiſtrarent, verum neque contenti litigatorum cõtributionibus pro miniſtris, imperare nouum quoque lucrũ ex adminiſtratione iuſtitiæ ſibi extorqueãt profecto non poteſt culpæ abſurditate vacare. Hæc omnia ſanctiſſimè Imperator Iuſtinianus in Authentico illo aureo: Vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant quo maxime ambæ noſtræ concluſiones corroborentur.

Qui poſſunt inuenire officia.

Diſcrimẽ inter regẽ & alios, p ceres rei publicę.

Secũda cõcluſi.

Oſtẽdit concluſ.

Authenticũ aureũ Iuſtiniani.

roborentur, luculentissime disserit. Illic enim personæ quæ publicis officijs addicuntur, singulis sine mercede percipiant, nihil omnino dantes neque occasione suffragiorum. Verba sunt Authentici, Tamen in causam non adducit, quod illa natura sua vendibilia non sint sed omnibus, inquit, manifestum est, quoniam qui aurundat, & ita administratione emit, non hoc solum, sed & aliud extrinsecus addit, amplius occasione commodi. Et sic vno principia illicito dato, multæ subsequuntur rapinæ. Legitur præterea iure communi eadem prohibitio l. Hæc lex ff. ad leg. iul. de ambi. Quapropter & secundū ius communē Catholici Hispaniarum Reges lege etiam prohibent (vt inter eorum Pragmticas extat) ne electiones officiorum & potissimum scribarum, pretio fiant, eademq Pragmatica auctoritate etiā inuictissimi Cæsaris confirmata est. Tertia conclusio. Cunctis alijs hos esset pestilentius decorem reipublicę turpius offendens atq. adeo scandalosum, si iudicatus venderentur, aut loca eorum qui regi sunt a publicis consilijs, vt audiui in quodam prouincia extra Hispaniam fieri, nam inde præsentissimum periculum existeret iugulandi præuaricandiq. omnia iura. In locis autem Senatorum vendendis, quos vulgo rectores vocant eo minus absurditatis apparet, quod non vsque adeo sunt iustitię administratores. At vero quia & vrbem suo ordine regunt, & multa publica munia gerunt, aliaq. dispensant, & non unquam in consilium iustitiæ adhibentur non potest non esse incongruum, si non meritorum sed pretij æstimatione eligantur, hoc autē est hic apprime considerandum, quodetsi necessitas, legis nescia, principem quādoq. compulerit huiusmodi loca diuendere, emptores tamen, neq. vllus alius vendendi ius habent hoc enim esset munus eligendi senatorē vsurpare, quod rex nemini committit. Quapropter nisi facultate regis obtenta, ad quem electio pertinet, nemini licet quantouis pretio emerit, in alterū vel numis, vel gratis transferre. Neq translatio, nisi post regis assensu rata haberetur, vllius esset valoris. Quod si quis a rege facultatem transferendi locum suum perierit, nō explicando venditorem, arbitror sic peccare vendendo vt ad restitutionem pretij teneatur, quia neminifas est vendere, nisi regi. Vbi autem rex eandem largiatur facultate cessat restitutionis obligatio, non tamen ratio peccati postquam venditio nō fit in bonum publicum. Subiecerim preterea quartam conclōnem, Senatores vrbiū, quibus concessum est scribarum functiones eligere, non solum propter incommoda, quæ secunda ac tertia conclusione expressa sunt, nequeunt vllo pacto pretio suffragia vendere, verum naturę & conditioni suæ functionis illud repugnat. itaq. etsi regni iuxta tenorem primæ conclusionis aliquando forte liceret, illis tamen nequaquā pretium recipere fas est. Ratio est quia ipsi non sunt in quos respublica potestatē publicam transtulit, veluti in regem, sed sunt meri dispēsatores & ex priuilegio simpliciter electores, quorum ideo singulariter talem ausum cohibet Pragmatica illa regni ciuata. Ex quo fit, vt neque possint stipendia iuraque scribarum per modum pēsionis dispertiri, aut cogere scribam, vt tantum alteri soluat. Ita enim solet inter istos senatores conuenire. Eligamus tuū hominem, qui tamen meo aliquid repend at. Revera non auderem tutas asserere taliū conscientias, hoc enim est pretio estimare suffragium. Quapropter tota pecunia restituēda est electo scribæ, tanquam per iniquitatem extorta. Quinta postremaq. nostra cōclō sit. Inter hos omnes iniustissime ac fædissimè ecclesiastici Antistites huiusmodi munia vænundant. Nam præter absurda, quę superius numerata sunt, scandalo Christianos oculos offendunt. Gratis enim acceperunt, gratis dent, non solum spiritualia, sed secularia quæ ad custodiam spiritualium instituta sunt. Haud equidem me latet, neque uero negauerim, quin aliqua iura & munera Antistitib. obuenire possint, quæ antiquissima consuetudine bona fide firmata sunt, vt castatutum. Clemētina de electionibus, adnotatur, vbi habetur quidquid emolumenti episcopo pro venerit ex iurisdictione & sigillo curiæ Ecclesiasticæ vel secularis, futuro successori fideliter reseruandum. Neque denegandum, quin forte litigantibus etiam in curia ecclesiastica æquum sit aliqua minutissima iura impendere ad obuiandum litibus. Id tamen multo est moderatius faciendum quam in foro seculari. Fieri enim non potest citra scandalum, immo forsan neq. citra iniuriam, vt sigilli prouentus & subscriptionum tam

Reges Catholici. — Cæsar. Tertia conclu. — Quæ officia turpius vēdantur. — pragmatica regni. — Quinta conclu.

immodici ſint, cum illa teſtimonia, ſi ampli epiſcopatuum fructus ſpectentur, epi vi deantur gratuito debere ſubditis. In illos enim multo vehementius militat arg. ſuperius, quod cum gratis debeant adminiſtrare iuſtitiam, contenti ſint exiguam pecuniam pro miniſtris a litigantibus extorquere abſq. eo, quod inde ſibi aliud lucrũ augeant. In calce denique quæſtionis poſtremum hoc verbũ adhibuerim quod auctiora iura litigantium vel imponere vel diſſimulare & permittere eo intuitu, vt offi cium pluris vendatur, ſceleſtius eſſet iniuſtitiæ crimen. Ex his ergo ſolutum reſtat argumentum ſecundum.

Ad ſecũ dũ arg.

ARTICVLVS V.

Vtrum in iudicijs dicendis interuenire poſſit perſonarum acceptio.

POſt hæc quæ de magiſtratibus, deque alijs reipublicę munerib. atque adeo de iudicantibus inſtituendis ac diſpenſandis dicta ſunt, conſequitur in hoc 5. arti. vt examinemus an etiam in iudicijs dicũdis crimen quoq acceptionis perſonarũ committi accidat? Videtur enim nullum illic locum attingere. Nam dictum eſt vitium hoc iuſtitiæ diſtributiuæ contra pugnare. Dictio autem iuris ad iuſtitiam commutatiuã pertinet, ſiue illam partem ſpectes, qua inter particulares perſonas æquitas ſeruatur, vt quiſque quod contulit, recuperet, ſiue alteram malorum, vindicatricem quæ ad æqualitatem vlciſcitur mala, vt ſupra quæſt. proxima declarauimus. Præterea, ſecundo arguitur. Ariſt. 5. Eth. præcipit, vt iniuriæ magiſtratibus irrogatę acriori animaduerſione vindicentur, quam quæ in perſonas inferioris claſſis inferuntur. Et Eccleſiaſt. 4. iubetur. In Iudicando eſto pupillis miſericors. Vtraq. autem præceptio videtur perſonas reſpicere, non ergo in huiuſmodi perſonarum acceptione vitium æſtimatur. Tertio ſi in iudicijs acceptio perſonarum verſari poſſet. nunquam deberet quidpiam illuc admitti, quod ab gratiam attineret, nã certe cũ iudex gratuito quidpiam concedit alteri partium, videtur perſonæ reſpectu illud facere, conſequens tamen falſum apparet, nam primũ videtur ratio poſtulare, vt ibi iudici copertũ eſt innocentem dolo malo deferri, poſſit in eius fauorem multa tũ indulgere, tũ diſſimulare, quę in fauorem nocentis non poſſet legime, Adde quod & extra hunc caſum in arbitrio iudicis apparet eſſe poſitum vt infra latitudinem iuris poſſit terminos quandoque protendere, quandoq pertingere, hisque & alijs modis, & parti vni præ altera fauere in his, quę lex nõ vetat. Et tertio, ſupremus princeps poteſt vitam nonnunquam vni reo donare, quam alteri ſimili denegat, eſto vterq. condemnatus eſſet capitis. Quarto demũ arguitur. Occurit nonnunquam ius dubium de quo varie inter doctores opinatur tunc ergo facultatẽ videtur iudex habere vt amicitiæ, cauſſa nũc ſecundũ vnam opinionem ſententiam ferat, poſt vero contrarie ſecundum alteram intuitu etiam perſonæ, ergo perſonarum acceptio non ſemper eſt in iudiciis illicita. In contrarium autem eſt illud Prouerb. 18. Accipere perſonam in iudicio, non eſt bonum.

Primũ argu. a parte negatiua.

Arg. 2.

Arg. 3.

Arg. 4.

Queſtio hæc facilis expeditionis eſt, porro quę vnica abſoluitur concluſione. Acceptio perſonarum in iudicijs dicundis ſæpenumero committitur, eademque ſcelus eſt, & immane crimen. Probatur. Iudicium eſt recte iudicatio iuſti atque iniuſti, puta qua rei duntaxat cauſſis ſincera & candida ratione perpenſis, æqualitas tam inter perſonas quæ per dationem & receptionem in æqualia habebant, conſtituitur, quam inter crimina atq. ſupplicia. Hoc autem iudicium corrumpi conſueuit quoties non ad cauſſam, ſed ad perſonam, eiuſve preces aut pretium, aut ad odium, vel fauorem conijcitur oculus, ſed hoc perſonam accipere ſeu reſpicere, poteſt ergo tale vitium in huiuſmodi iudicatus obrepere. Quocirca præiudicium inde nomen trahit, quod iudicium ante cauſſarum legitimam cognitionem præcipitatur. Immanitas autem huius criminis inde proditur, quod cũ iudex (vt 5. Ethico. auctor eſt Ariſtot. vnde id Cicero li. de Legibus, deſumpſit) cunctos ſit vſque adeo iuſti, vt eũdem iuſtitiam ipſam appellauerit animatam, nulla eſſe poteſt prætenſior peruerſio, quã a iudice iuſtitiam corrumpi. Eſt enim perinde ac ſi ipſa ſe iuſtitia ſuis manibus dilaniaret, aut certe ſi ratio ipſa cõtra ſeipſam ageret.

Vnica conclu.

Probatio concluſiõis.

Immanitas crĩminis huius. Ariſtot. Cicero.

ageret Debet enim iudex (vt ibidem ait Cicero) non vt homo, ſed vt ratio dominari, vtpote ad quem ita concurritur, vt ad uiuam ipſam rationem, atque adeo ad loquentem æquitatis normam. Obidque (vt in art. 1. ex eodem Ariſtotele dicebamus) neque admittenda eſt in iudicium ratio illa commouendi affectibus iudicis animũ neque ille debet niſi clauſis corporeis oculis iudicare, ne perſonarum aſpectus eum commoueat, tantũ abeſt, ut vel auries precibus vel largitionibus manus ei liceat aperire. Quapropter nulla eſt bene inſtituta reſpublica, in qua non ſint acerrimæ pœnæ in iudices decretæ, qui largitionibus vitiari ſe corrumpique ſinunt.

Ad primũ arg. D. Tho.

Ad primum ergo argumentum reſpondetur cum Diuo Thoma, quòd iudicium, ſi rem ipſam iudicatam ſpectes, vtriuſque iuſtitiæ rationi commune eſt, poteſt enim iudicio definiri, & quemadmodum bonorum communium facienda ſit reſtitutio, & quo quiſque pacto aliena repenſet, ſed tamen ſi formam conſideres & ipſa etiam iuſtitia commutatiua imaginem quandã diſtributionis gerit, quatenus iudex ab altero capit, quod alteri tribuit, & ideo illic poteſt acceptio perſonarum latitare. Secundum autem argumẽtum iam ſuperius dilutum eſt, nam acerbior vindicatio iniuriæ principi magiſtratuiue illatæ nihil cũ acceptione perſonarum habet commune, immo cum perſonæ dignitas quantitatem iniuriæ augeat, æquitas eſt, vt ſupplicium cumulatius ſit. Sententia vero Eccleſiaſtici per alteram Exod. 23. moderanda eſt. Debet enim iudicem commiſeratio pauperum nonnihil mouere, hoc tamen intra iuſtitiæ limites, nempe vt tanta ſit miſericordia in pauperem, quanta ſufficit eum a potentia diuitis protegere. Sed quia poteſt etiam commiſeratio exorbitare, admonemur. Exod. 23. Pauperis quoque non miſereberis in iudicio. Solutio autem tertij argumenti meditationem deſiderat conſiderationem, haud enim dubium eſt quin vſq; ad gratuita valeat nonnunquam inſerpere perſonarum acceptio. Gratuita namque appellamus illa quæ iudici iure licent. ſunt autem huiuſmodi nonnulla, nempe quæ cum lege non ſint determinata ſuo arbitrio relinquuntur. Igitur ad primum membrum illic deſignatum reſpondetur primum, quòd re dubia an accuſatus, innocens ſit, non licet iudici in eius fauorem contra tenorem iuris perpendere, tum quòd alias periculo ſe errandi exponeret, tum etiam, quod eſſet anſam iudicibus porrigere ad libitum ſuum arbitrandi ac ſubinde calidè innectendi fraudem. Vbi vero rei innocentia in propatulo illi ſit, nõ ſolum poterit, ſed etiam decebit in gratuitis, quæ iure non ſunt cohibita, innocenti quam fieri poteſt maxime poterit, citra ſcandalum tamen fauere, non tamen liberum illi erit legis neceſſaria prætermittere, aut diſſimulare, propterea quòd cum ſit legum cuſtos, debet ſecundum allegata & probata iudicium ferre. Adiecerim tamen huic ſecundum propoſitionẽ quòd prætermittendo aut violando iura in fauorem manifeſti ſibi innocentis licet delinquat etiam non nunquam mortaliter, tum contra officium ſuum legem prævaricando tum etiam propter ſcandalum ad reſtitutionem tamen nequaquam tenetur actori, quia nihil quod ſuum eſſet, illi abſtulit.

Prima propoſitio.

Secũda propoſitio.

Tertia propoſitio.

Tertia propoſitio. Nunquam neque in gratuitis inclinare liberum eſt iudici contra innocentem, hoc enim eſſet iniquitatem fouere. At verò vbi iuſtitia vtrinque dubia ſit tunc non eſt apertum vitium in his, quæ mere ſunt gratuita, alteram partium alteri anteferre, dummodo citra ſcandalum fiat, & citra alterius damnum. Nam ſi in fauorem amici tempus probationis, aut alios terminos prorogauerit vt alter expenſas maiores faciat aut temporis diuturnitate laſſatus lite abeat iniuria eſt. Quod ſi gratuitum huiuſmodi beneficium pecunia vendat hoc quidem, præterquam quod ſemper eſt iniquum, inſigniter fœdum eſt. Quin vero addiderim, niſi id quod lege conceditur, temperatiſſime fiat, illico in acceptionem perſonarum vergere. Quod ſi contra arguas huiuſmodi vitium non exiſtere niſi contra iuſtitiam, id negatur, immo & contra æquitatem committitur, & iniquitate non caret, quòd gratuita omnia in fauorem vnius partis congerantur, reſtitutio autem non habebit locum niſi vbi lex concutiatur. Ad tertium denique membrum reſpondetur, neq; carere ſemper acceptione perſonarũ vbi princeps gratis quibuſpiam condemnatorum uitam, aliudve ſupplicium remittit, quod ſimilimis denegat. Enimuero quamuis non iuſtitiæ rigor, æquitas tamen volatur, atq.

Obiectio. Dilutio.

Ad tertium ar.

Ad tertium mẽbrum.

Ad primu mẽbrum.

id conſideratius prælatis præfectiſque Eccleſiaſtici, & maxime in religionibus animaduertendum eſt, ne in legum diſpenſationibus etiam quæ iure illis licent, aut in pœnis relaxandis ſint perſonarum acceptores, nam profecto & in his quoque culpa hæc obrepere aſſole. Adquartum argumentum eodem ferme pacto reſpondetur haud enim dubium quin & vſus ille impingere poſſit in acceptionem perſonarum. Igitur in primis neceſſarium ſemper eſt ſententiam ſecundum probabiliorem opinionem ſubſcribere, etiam ſi alt era ſit probabilis. Inſpeculabilibus nanque ſcholarum diſputationibus nullum inde conflatur periculum quod quiſpiam minus probabilia ingenij gratia defendat, in practicis vero quæ aliena iura reſpiciunt nefas eſt iudici infirmiorem opinionem ſectari: ſicuti & medico in practica ex qua ſalus pendet infirmi, ac multo magis Theologo in his quæ ſunt fidei. Quin vero index aliter faciens reſtitutioni fieret obnoxius. Ex quo fit, peſſime ſibi communique bono conſulere iudices atque etiam medicos, qui poſtquam ſemel vnam opinionem imbiberint nulla ratione poſſunt ab illa dimoueri, cum tamen ne iniuriam alijs intentarent poſthabere tenerentur honorem proprium, & ad alteram, cum primum probabilior appareret commigrare. Secunda propoſitio ſit, vbi pariles eſſe omnino contingerit opiniones non eſſe apertum ſcelus nunc vnam nunc alteram opinionem amplexi, vix tamen carere poteſt ſcandalo In his autem cunctis vigilanter cauendum eſt ne vel amicitia vel quicunque alius affectus caliginem intellectus offendat ut eam opinionem probabiliorem iudicet, quam pro ſua libidine mallet.

Adquartum mẽbrum.

Prior ꝓpoſitio.

Poſterior probatio.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in priuatis honoribus deferendis interuenire poſſit perſonarum reſpectus.

NOn ſatis eſt de publicis communibuſque honoribus dixiſſe, niſi in hoc ſexto articulo de illis etiam ſermonem ſubijciamus, quia a priuatis perſonis ſibi inuicem deferuntur. Videtur enim nulla in his poſſe vſu venire perſonarum acceptio. Enimuero cum hoc vitium ſolius ſit iuſtitię inimicum videtur non protendi vſque ad gratuita, qualis eſt vrbanitas & comitas in multis honoribus. Quoniam ſi quis digni honorem deferat, nemini iuiuriam facit, dumtamen eoſdem honoris nutus ac titulos erga indignos quoque vrbanitatis gratia oſtendat. Secundo arguitur. Et ſi honor, vt omnis philoſophia proclamat, ſoli, debeatur virtuti, tamen multi ſunt praui quibus honor lege defertur, vt prælati, parentes, ſenes, & illuſtres, etiam ſi corruptis ſint moribus. Contra hæc nihilominus nos Iacob capitu. 2. ſuæ Canonicæ, ſub hiſce verbis inſtituit. Si introierit in conuentum veſtrum vir aureum annulum habens in veſte candida, intrauerit autem pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum, qui inductus eſt veſte præclara, &cet.

primum arg.

Argu. 2.

Hanc quæſtionem ob hunc præcipuè locum Iacobi ſubmouimus, vt exploremus quale peccatum ſit indignis perſonis ob humanas ſeculareſque cauſſas honorem exhibere Sit ergo prima concluſio. Etſi honos reuerentia ſit cuique obſuam excellentiam exhibita, tamen id cui propriè & ſingulariter honor debetur, eſt virtus. Huius ſententiæ 4. Ethic. cap. 3. auctor eſt Ariſto. vbi ideo ſubiunxit, honorem maximum eſſe externorum bonum, quo re vera ſolus bonus dignus eſt, Atque eandem ob rem lib. 1. docuerat a viris probis elegantes honorem expetere in teſtimonium virtutis. Ob idque honor a voce. Honeſtum deſcendit honeſtas autem vni competat virtuti. Quapropter Roman. ille Marcus Marcellus ea lege Honori in media vrbe templum erexit vt nemini illuc niſi per ædes Virtutis pateret aditus. Et de Chriſto prænunciat regius Pſaltes. Gloria & honore coronaſti eum Domine Et Paul. ad Tim. 1. Regi ſeculorum immortali, &c. honor & gloria. Atque eiuſdem duobus membris ad Roman. 2. ſempiternæ illius fœlicitatis qualitatem expreſſit dicens. Hi qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam & honorem, &c. Secunda concluſio. Nihilo ſecius præter virtutem ſunt quoque aliæ excellentiæ, quarum ob cauſſas hoc ſeculo mortalibus honores debentur, nempè primum propter diuinam repræſentatio-

Prima conclu.

Ariſtot.

Marcus Marcellus.

Paulus.

Secũda conclu.

tionem, veluti principibus & magiſtratibus qui Dei perſonã gerunt. Vnde Ariſt. eod. loco 4. Ethi c. 3. honore digni cenſentur qui in poteſtatibus ſunt conſtituti. Et li. 5. c. 6. Honor eſt merces & præmium magiſtratus. Eundemque dominis ſerui debent, iuxta verbum Pauli ad Timot. 6. Qui cunque ſunt ſub iugo ſerui dominos ſuos honore dignos arbitrentur. Mox debetur honor in teſtimonium alienę virtutis, Qua ratione honoramus, illuſtres & ſanguine ingenuos quippe quorum maiores arbitramur virtutis gradibus ſublimem, conſcendiſſe locum. Et multo iuſtius parentibus, qui nos genuerunt & ſenibus. Nam Leui. 19. præcipitur Coram cano. capite conſurgere & Honora perſonam ſenis. Tametſi legamus Sapien. 4. Senectus venerabilis eſt, non diuturna neque annorum numero computata. Caniaũt ſunt ſenſus hominis & ætas ſenectutis vita eſt immaculata. His igitur honorem deferre, etſi virtus eiſdem abſit, nulla eſt perſonarum acceptio, quia cauſa non deeſt honoris. Quocirca Prou. 26. ſicut qui mittit lapides in acerum Mercurij, ita qui tribuit inſipienti honorem Id quod non modo Sanct. Tho. verum & alij ſui ordinis egregij auctores ſic interpretatur, vt aceruus Mercurij calculorum congeries cenſeatur, quibus in ſubducendis rationibus dari & accepti negotiatores vtuntur, propterea quod eiuſmodi rationem Mercurius habebatur Deus. In huiuſmodi nanque ſupputationibus pro libito, immo caſu vt manui occurrerit lapillus, qui modo valet vnum, inſtituitur in denarium, ac ſubinde vt centum valeat aut mille. Sic licet quiſpiam abſque meritis magiſtratum euehatur, locus tamen faciat eum honore dignum, tametſi, ſecundum Hebraica lectionem ſenſus longe ſit diuerſus. Habetur enim apud Hebræos, ſicut qui mittit lapidem in palma fundę, videlicet vt vi eum ſurſum contra eius naturam eijciat, ſic qui inſipienti, hoc eſt, meritis vacuo. honorem tribuit. Tertia concluſio, quæ mentis Iacobi interpres ſit. Etſi diuites ratione loci honorare quem in republica ſublimem habent, officium ſit, tamen intuitu tantum diuitiarum eiſdem honorem deferre peccatum eſt acceptionis perſonarum. Prior pars tum ex ſuperioribus colligitur tum etiam & Ariſt. aſſertio eſt 4. Eth. c. 3. vbi cõiũctim affirmat honore dignos cenſeri eos qui in poteſtatibus ſunt, & diuites, Secunda tamen particula aſſeritur à D. Tho. 2. 2. q. 63. ar. 3. vbi tamen nullam ſubiunxit cauſa quam quod ei elici vt ex verbis Iacobi, licet quol. 10 art. 12. emuntius cum exponat. Sed re vera neq. ratio deeſt naturalis quæ illi patrocinetur. Enimuero diuitiæ ſeorſum exiſtimate nullam præſeferunt excellentiam honore dignam, honorabile enim & laudabile (vt 1. Ethi. c. 12. Ariſtot. diſſerit) penes hoc differunt, quod ſola illa quæ ſunt per ſe bonam quippe quæ honeſta dicuntur, honore ſunt digna, vtilia vero, ſunt illa, quæ non per ſe, ſed ad aliud relata, bona ſunt, & ideo laudari quidem poſſunt, honora, i. vero, non item diuitiæ autem nihil boni obtinent præter vſum. At vero expedit acerbitatem concluſionis temperare. Intelligenda quippe eſt non de his extrinſecis quibuslibet honoris ſignis, ſed de veris honoribus. Honor enim legitimus eſt quando ſigna hęc extrinſeca vt capitis derectio, & humiliatio tanquam teſtimonia exhibentur intrinſecæ exiſtimationis, atque hęc eſſet perſonarum acceptio videlicet ſi diuiti aliorum omnium meritorum vacuo taliter ex animo haberemus honorem. Et hoc eſt quod Iacobus condemnat. vnde ſubdit. Nonne iudicatis apud voſmetipſos, ſcilicet dum pauperibus diuites præfertis & facti eſtis iudices cogitationem iniquarum? Ecce ergo peccatum iudicare diuitem ob ſuas diuitias pauperibus vera dignitatem præſtare. Oſtendere autem diuitibus extrinſecus citra internum iudicium talia ſigna, vt loco cedere, caput aperire, inuitare, &c. nullam habet rationem culpę, ſed eſt triuiali vrbanitati conniuere. Quod niſi faceres, inſolens haberetis. Vnde Aug. gloſ. ibidem, ſi hanc diſtantiam ſedendi & ſtandi ad honores Eccleſiaſticos referamus vt diuites pauperibus (in conferendis ſcilicet ſacerdotijs) anteferantur, non eſt inquit putandum leue eſſe peccatum. Et infra. Si autem de quotidianis confeſſibus loquitur, quis non id peccat? Non tamen peccat niſi cum apud ſemetipſum intus ita iudicat, vt ei tanto melior quanto ditior videatur. Hoc enim videtur ſignificaſſe ſubdendo, Nonne iudicatis voſmotipſos, &c. Hæc in gloſſa.

Ad primum igitur argumentum reſpõdetur. Primò quod non eſt gratuitis habendum

Paulus.

Explicat locus ꝓ uerbioſũ elegãtiſſime.

Altera explicatio iuxta elegans.

Tertia conclu.

Prior pars probatur.

Ariſtot.

Poſterior pars ꝓbatur. D. Tho.

Ariſtot.

In quo differũt laudabile, & honorabile

Tẽperatur poſteriorpars cõcluſionis.

Auguſt.

Explicat plane locus D. Iacobi.

Ad primũ arg.

dum, ſed contra iuſtitiam interpretandũ, quod diuites vel alios quoslibet in quibus nihil virtutis aut legitimæ excellentiæ exiſtit, quiſpiam animo reputet ſecundum rei veritatem alijs anteferendos, qui virtute pollent aut alia dignitatis excellentia. Secundo & hoc quoq. mente ſpeculandũ eſt, quod & in gratuitis honoribus acceptio cõtingere poteſt perſonarum, Nam illos honoris titulos qui dignis debentur. ſic euulgare ac demittere vt indignis quoq. adſcribantur, non caret iniuria, quæ dignis irrogatur. Enimuero cum honor in excellentia conſiſtat, quando honoris nomen ex æquo in commune omnibus inuulgas, facis tunc illud non eſſe honoris nomen, ac ſubinde dignos iure ſuo depellis. Verbi gratia ſi eodem titulo & Antiſtitem ſalutares quo ſimplices ſacerdotes, eodemque magnatem atq plebeium magiſtrum ac diſcipulum, nobilem & ignobilem. Secundum autem argumentum concluſio ſecunda abunde diſſoluit. At vero regi honores pro libito inter ciues impartire liceat, & quartus partim articulus declarauit, & ſubſequens id faciet plenius.

Ad ſecũ dũ arg.

ARTICVLVS VII.

Vtrum in tributis exigendis peccari poſſit acceptione perſonarum.

SVpereſt poſtremo in hoc 7. art. de tributis verbũ adijcere, Vtrum & in illis quoq. vſu venire poſſit perſonarum acceptio? Exiſtit enim a parte negatiua primum argitur. Acceptio perſonarum in bonorum diſtributione committitur, tributorum aut exactio bonorum communiũ collectio eſt, & accumulatio potius ergo (vt nomen ſonat) eſt contributio quam diſtributio. Atq. adeo illic nulla eſſe videtur perſonarum acceptio. Secunda arguitur. Cap. licet multum extra, de cenſio iubetur rationem haberi cæci, ne tributorum iugo afflictetur, & ff. eo. tit. l. ætatem ſancitur quoq. & ætatem eſſe conſiderandam, nempe vt neq. pueri, neq. ſenes cenſus ſoluant. Et tertio arguitur. Nobiles tributorum exactione liberantur, quos rex pro ſuo arbitratu creare poteſt, ergo acceptio perſonarum non eſt in huiuſmodi tributorum exactionibus illicita. In contrarium tamen eſt quod principes populum tributis vexantes neque tam ob cauſſas legitimas, quam propter odia vel fauores, eadem exigentes, non ſolum apud Philoſophos & ſecularis Hiſtoriographos, verum & in ſacris peſſime audiunt. Hanc enim ob rem (vt 3. Reg. 12. ſacra refert hiſtoria) Roboam maxima fuit regni portione mulctatus, quod præ patre ſuo moliebatur plebi graue iugum imponere.

Primũ argu. a parte negatiua.

Arg. 2.

Arg. 3.

Roboã.

Quamplurima tributorum nomina iuris prudentes multiplicant, quæ inter alios Syluester ſub verbo, Gabella, propemodũ connumerauit, vt penſio, quæ dſia pendendo, hoc eſt ſoluendo, guidagium, &c. Quatuor tamen ad rem ſpectantia huc acceſſimus. Primum eſt cenſus quod a cẽſendo deriuatur, eo quod recenſeri facultates debent, quo inde tributa pro earum ratione ſoluantur, vt habetur l. forma, de cenſib. At vero peculiare nomen ſit ab alijs diſtinctũ penſionem illam ſingulariter ſignificat, quam ciues vtitim pro capite principi pẽdunt, hoc enim eſt de quo Iudæi Chriſtũ conſciſcitabantur, vbi quærebant, an liceret Cęſari cenſum ſoluere? Tributa enim quę pro defenſione & gubernatione Reipublicæ imperabant, tribuere nihil recuſabant, ſed illud, quod iugum ſubiectionis deſignabat a qua ipſi ſe liberos arbitrabantur tanquã filij Abrahæ. Vnde alibi, Nos filij Abrahæ ſumus & nemini ſeruiuimus vnquam. Huiuſmodi autem cenſus inter Chriſtianos principes non eſt vſu frequens, eo quod ad ſuperbiæ tumorem potius & ad auaritiæ ſitim attineat, quam ad publicorũ ſumptuũ neceſſitatem. Satis nanque ſe ciues ſubditos profitentur, cum alia iuſta capeſſunt. Illam ergo ob cauſſam Cæſares deſcribi orbem iubebant. Vnde Dauid (vt 2. Reg. 24. memorie proditum eſt) inde tam acerbas dedit pœnas numerati populi. Atque huc referebatur quod Chriſtus interrogauit, Cuius eſt imago hæc. ſ. numiſmatis, quaſi ſolũ in ſignum ſubiectionis & adorationis Cæſaris, illud exolueretur Tributũ autem (vt nomen ipſum ſonat) a tribuendo ſeu contribuendo dicitur, eo quod quiſque ſtipem tribuat. Et quoniam antiquitus illa ſtipum contributio non fiebat niſi ad alendum publicum militem, inde etiam ſtipendiũ deriuatũ eſt. Vtrunque

Sylueſt.

Quatuor tributorum noĩa.

Cenſus. Qđ tributum erat aquo ſe Iudæi exonerare cupiebant.

Dauid.

Tributũ

que habetur le ager ff. de verb. & rer. signi fic. Differt ergo tributum a censu tam ratione materiæ, quam ratione finis. Tributum enim de terræ nascentibus in subsidium Regis vel reipublicæ contribuitur, census vero de capite ad profitendam subiectionem. Tertium autem genus pensionis est vectigal, ab vtroque differens, sine pariter & materia. Soluitur enim de mercimonijs quæ vehuntur negotiationis gratia, ad murorum, pontium, aiorum que id genus publicorum operum refectionem. Dicitur ergo a vehendo vectigal, idēque a portu, portorium, quia portiori soluitur. Quare in oratione de prouincijs cōsularibus vtrunque Cicero coniungit, vectigal ac portorium, indeque Hispanè *Portazgo*. Quartum tributum est pedagium, materia idem vectigali, quia ex mercemonijs soluitur, fine tamen distans quia custodiæ viarum, quæ latronibus aut hostibus sepiuntur, dicatum est. De his ergo cunctis sit prima concluſio. Hæc omnia pensionum genera si ob prædictas causſas imponantur iustæ sunt, debenturque adeo principibus a ciuibus in conscientia, iuxta verbum Pauli ad Roman. 13 Ideo necessitati subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam: Ideo enim & tributa præstatis, ministri enim Dei sunt. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal. Et refertur ad hoc propositum in decreto Augustini extra. de censibus, capitu. Omnis. Aiecit ergo Paulus Dei esse ministros, vt intelligamus ab eius numine deriuari legem soluendi tributa ad alendos principes. At uero (vt illic bene Diuus Thomas adnotauit) nihil in præmium debent expetere, sed solum ad sustentationem status & necessarios sumptus. Nam (vt ait Aristot. 5. Ethico. capitu. 6.) proprium præmium principis, est honor, quoqui non est contentus, tyrannus est: Honorem autem illum Christiani non ad humanum qui vanus est, sed ad diuinum, qui in cœlis nos manet, referre debent Secunda concluſione est. Si tributorum onera non pro ratione cuiusque facultatis & substantiæ, aut pro ratione vecturæ ac negotiationis, aliusve legitimæ causſæ, sed alius intuitu, quæ ad rem non pertinet, exigatur, acceptio est personarum. Id quod non tam crebrò principi contingere potest, quam ciuitatis quæstoribus & senatoribus, qui ideo restituere tenentur, si fraude aut vi vtantur vlla. Principi enim aliud periculum imminet, nempe auctiora exigendi, quam pro regni necessitate. Hæc enim semper pensanda est, vt cessante tributi causſa, cesset & tributum. At quò aliquod specimen legitimæ formæ tributorum exhibeamus, sit tertia concluſio. Tributa facultatibus potius, possessionibus, ac negotiationibus imponenda sunt, quam personis, nempe vt quò quis bonis locupletius abundant, aut plus lucratur, plus soluat, non quò plus indiget. Causſa autem huius explicandæ concluſionis, illud tributi genus, quod non modo Hispaniæ, verum & in alijs quoque prouincijs in vsu est, explicemus. Id nostrates *Alcauala* vocant, Hæc enim tributi forma a cētum paulove pluribus hinc annis ortum apud nos habuit, idque iusta de causſa: nimirum dum Rex Alphonsus regnum Granatæ bello petebat. Post vero non modo durantibus, uerum crescentibus belorum malis, factum est perpetuum. Et habet quidem nonnullam uectigalis imaginem, pro eo quod ex mercimonijs quoq; soluitur. Differt tamē latiori materia, quia non solū ex illis, quę a loco in locum transuehuntur, sed ex rebus quibusq; venditis corraditur, a cuius præterea solutione neque nobiles eximuntur. Quin & sine quoque differt. Quoniam non rārum reficiendis mutis ac pontibus adscriptum est, sed publicis regis sumptibus. Haud tamen inde iniquitatis condemnandum est, quòd nouum sit. Nam dum tributa alia facultatibus ciuium, & negotiationibus impoſita alendo regi sustentandæque reipublicæ non sufficiunt, necesse est alia uia id prouidere. Neque uero ideo arguendum est iniustitiæ, quod nobiles etiam comprehenderet. Enimuero cum plebes reliqua potis non sit tam immodicos ferre sumptus, æquitas fert ut nobilium auxilio eleuetur. Hoc tamen iniustitiæ specimen præ se fert, quam lex Vniuersi. C. de uectiga. cauere in tributis iubet, nempe ne pro his rebus, quæ ad usum proprium pertinent, exigantur. Enimuero quod coempto res, qui ut reuendant, coemunt, quotam venditionis exoluant, rationi profecto consentaneum est. Illis enim idem est, lucrum, quid agricolis, fructus, sed tamē quod qui vt propriæ necessitati succurrat, domum suam,

Differētia inter tributū, & censū

Vectigal. Interstitiū inter vectigal cēsū, atq; tributū.

Vectigal a vehēdo dicitur.

Cicero.

Pedagium

Prima conclu.

Paulus.

Augusti.

D. Tho.

Aristot.

Secūda conclu.

Tertia conclu.

Tributū quod apud Hispanos. Alcauala uocitetur.

Rex Alphōsus.

Interest iter hoc tribu i, genus & uectigal

Iniustitia huius tributi.

suam, aut rem aliam vendit, tributum pendat, & lex illa, & ratio reclamare videntur. Nam tunc non qui plus habeat, plusue lucratur, sed qui pluris eget, amplius soluit. Cæterum, re vera nisi bellorum necessitas in caussa fuisset, vt fructus huius tributi diuenderentur, via erat paratissima substentandi regni, regisq; ætarium. Id tamen nõ potest non monstrũ apparere, quod ciues ciuibus tributum soluant, illudque maximè quod regi penditur in commune bonum. Cui & aliud adiungitur incommodũ videlicet, quod miseri ciues, quibus seruitia imperantur, inde grauius premuntur. Nã quantum venditur, tantum ipsi replere coguntur. Etenim cum sumptuum necessitas in dies magis ac magis regi crescat, necesse est populum multis nominibus in dies molestius vexari. Adde quod domini quibus huiusmodi tributum venditur, ad rigorem illud exigunt, vt decimum quemque numum exactissimè exposcant, cum tamen rex vix vnquam vigesimum percipiat. Et profecto quamuis decima sit consignata, tamẽ nisi vbi vrgens regni necessitas illud postularet, nimis graue esset, tributum hoc ad rigorem exigere. Quod quidem rex sanctè animaduertens, de huiusmodi quota solet cum regno componere ac pecisci, vt remissior fiat pensio ac tolerabilior, quod tamen inferiores domini non faciunt. Huic autem & aliud accedit damnum, quod cũ leges exigendi huius tributi, si regijs tantum quæstores existerent, tollerabiles sint, tamen reliqua quæstorũ turba in fraudem populi illis abutitur, vt illa vexatione non decimam tantum, sed plusquam octauam extorqueant. Nihil contra regum necessitatem obmurmuro, quæ legem non habet & eorum iustos animos cogere potest, sed rei tantum naturam explico, vt si possibile esset alijs vijs publicæ necessitati prospisci, ab huiusmodi alienationibus publici ærarij caueretur. Puteus enim quotiescunque opus fuerit exhauriendus est, uenas tamen fontium præscindere ius naturæ non sinit. Quod si quis instantius sciscitetur, an, hæc tributa sic in conscientia debeantur vt quisq; neque a quæstore neque a portiore requisitus teneatur vltro ea offerre? Respondetur primum, nemini licere latenter exactorem eludere, nisi vbi parentissima esset vectigalis iniuria. Secundum membrũ responsionis sit, quod dum hæc magno cũ rigore exiguntur, satis est quod quisque dũ tributum petitur, soluat obedienter, maximè vbi debitum non est magni momenti. Quarta conclusio. Nulla est personarum acceptio, si nobiles & id genus a tributorum solutione eximantur tum ob maiorum clara gestorum stemmata, tum quia reipublicæ tuendę designati sunt. Quin vero & assertioni huic subiecerim, quòd potest rex vrgente regni necessitate huiusmodi honores vendere, si tamen duo caueantur. Primum, ne adiunctam habeant iustitiæ functionem aut administrationem aliam, aut gubernationem, vt articul. 4. de senatoribus dicebamus. Mox, ne id fiat in aliorũ iniuriam. Potest inquam tali ingruente necessitate rusticos & humiliter natos pretio tributorum libertate donare. Nihil enim inde iniustitiæ contrahitur. Et fauere videtur l. hoc iure. ff. de donationibus, & l. si pollicitus. ff. de pollicitatio, quibus permittitur pollicitatio, quæ gratia obtinendi publici honoris fit: sed tamen hoc cauendum est, ne tributum, quo vnus leuatur, onerentur reliqui oppidani, sed excipiatur a summa quam oppidum soluit.

Per quã apta similitudo.

Dubitatio.

Solutio.

Quarta conclu.

Per hæc ergo solutum est primum argumentum in frontispicio ante quæstionem obiectum. Enimuero vt in distributionibus sic & in contributionibus existere potest personarum acceptio. Ac subinde diluta sunt reliqua duo argumenta, quoniam a quitas misericordiæ cæcis ac truncis patrocinatur, ne miseris afflictio addatur. Et de nobilibus quarta conclusio respondit.

Ad primũ arg.

Ad alia duo argumẽta.

Finis Libri Tertij, de Iustitia & iure.

FR.

FR. DOMINICI SOTO

SEGOBIENSIS, THEOLOGI,

Ordinis Prædicatorum.

Liber Quartus de Iuſtitia & iure.

PROEMIVM.

De altera iuſtitiæ ſpecie, quæ è ragione ad diſtributiuam ponitur, nempè de iuſtitia commutatiua, ſermonem nobis ineuntibus operæpretium prius eſt de duobus eius præambulis videlicet primum de rerum dominio, mox de earum reſtitutione, hoc quarto libro diſſerere. Enimuerò dominum huiuſmodi rerum, earumque diuiſio, baſis fundamentumque eſt omnium contractuum conuentorumque & pactorum, quæ per commutatiuam iuſtitiam celebrantur. Ac perinde cuncta quæ huic virtuti aduerſantur vitia, violationes quædam ſunt & corruptelæ dominorum rerumque poſſeſſionum. Quæ ſubinde iniuriarum genera contractaque debita reſtitutionis beneficio repenſari debent. Quinque ergo conuenit de rerum dominio diſputare quæſtiones. Primam de re ipſa deque eius ſubiecto. Secundam, de eius obiecto, nempè quotuplex ſit, & quarum rerum. Tertiam de dominorum diuiſione ac legitima translatione. Quibus ſubinde de ſingularibus quorundam dominijs quarta adhibetur diſputatio. Ac demum quinta de dominiorum translationibus. Sit ergo primus quæſtionis titulus. Partitio libri.

QVAESTIO PRIMA.

DE DOMINIO IN GENERE.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum dominium idem ſi quod ius & facultas rerum.

QVÆSTIO præſens in duos articulos ſecari ſe poſtulat, quorum alter definitionem dominij, alter vero ſubiectum nobis cõſtituat, Quæritur ergo, an dominium idem ſit quod ius facultaſque rerum? Et arguitur a parte affirmatiua. Ius idem eſt, quod facultas diſponendi de rebus, libereque illis vtendi idem autem proſus videtur eſſe dominium. Secundo, Mendicantes monachi quoniam ius habent vtendi, cibis, veſtimentis, atque alijs vtenſilibus vſque ad rerum ipſarum conſumptionem, dicuntur eſſe earundem rerum domini, vt Ioan. 22. in Extrauagan. ad conditorem, concludere ſibi videtur, nulla ergo reſtat ratio diſcriminis inter ius & dominiũ. In contrarium autem eſt, quòd dominus, & ſeruus ſunt correlatiua. Inſtit. autem de iure perſona. diſtinguuntur homines in liberos & ſeruos, ergo illic denotatur quod liberis præeſt, licet habeat ius illis imperandi,

Primũ argum.

Arg. 2.

Ioa. 22.

di, non tamen habet eorum dominium.

Duo proposita argumenta duo nobis membra designant. Est autem illico in quęstionis introitu adnotandum hanc vocem, Dominium non esse tam vsu frequẽtem apud oratores & priscos Latinos, quã dominatus, ac dominatio, quę quidem duæ voces in malum crebrius apud illos, quam in bonum vsurpantur. Significant enim quandam tyrannidis effigiem, videlicet quando quis in rem suam abutitur sibi subditis. Vnde Cicer. Tuscul. quæst. lib. 5. de Dionysio, Dum, inquit, duo & viginti natus annos dominatũ occupauisset, &c. Et lib. 2 de Oratore: Brutus populum Romanum dominatu regio liberauit. Nam illa quorum homines domini sunt, facultates dicuntur Latine, ac substantiæ, & possessiones. Sed iurisconsulti sunt, qui hac voce vtuntur, ad significandum id quod pariter vocant proprietatem rerum, quæ ab earum possessione distinguitur, atque ab vsu & vsufructu. Neque vero vox hæc secundum hunc significatum ceu barbara aut inusitata habenda est. Versatur namque inter illustres Latinos, vt apud Varro. de re rustica lib. 2. In mercando in emptionibus & traditionibus dominium mutant: Et habetur in sacris literis, vt Thobiæ 8 Fecit hãc scripturam, vt pars dimidia quo superat, Thobiæ dominio deuenire. Et 1. Machab. 11. Rex Ptolemæus obtinuit dominium ciuitatum. In iure autem vsurpatissimum verbum est. Extant quippe in Digesto Nouo, lib. 3. distincti tituli de acquir. rerum dominium & de acquir. vel amitten. posses. At vero circa vocis descriptionem plus operæ insumunt inuiores, quam opus esset, vt puta Gerson de potestat. Eccl. consid. 13. & tractatu De vita spirituali, lect. 3. cui plurimum astipulatur Conrad. tract. t. 1. de contract. & aliorum nõnnulli 4 distin. 15. Primum enim omnium aiunt isti ius bifariam accipi. Primo pro lege, quo significatu dicimus, Ius Ciuile, & Canonicum. Secundo, pro legitima potestate, qua quis fungitur in personam aliquam vel rem. Deinde aiunt dominium idem esse prorsus, quod ius secundo modo acceptum. Quapropter dominium, inquiunt, est potestas seu facultas propinqua assumendi res alias in suam facultatem, vel vsum licitum, secundum iura rationabiliter instituta. Sic isti de dominio loquuntur, an vero proprie, id perpendamus. Primo, pro eodem vsurpari iuris nomen ac dominij, reuera voces ipsæ a grè ferunt. Ius nanque vt supra visum est, idem est (vt ait lib. 5. Isidor.) quod iustum. Est enim obiectum iustitiæ: puta æquitas quam iustitia inter homines constituit, dominium autem facultas est domini (vt nomen sonat) vt seruos vel in res, quibus suo arbitratu, ob suum quæ commodum vtitur. Fit ergo vtius non conuertatur cum dominio, sed sit illi superius & latius patens. Habet enim vxor ius quoddã in maritum: iuxta illud Pauli 1. ad Corint. 7. vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Et filius in parentes, qui curam suorum habere tenentur, ac serui in dominos, è quibus pasci sustentarique debent. Et eadem ratio e subditus ius hẽt in prælatum, a quo est instuendus & gubernandus, & tamen nullus istorum quamuis nomen extendas, dominus est appellatiue põt sui superioris. Sed ait Conra. Saltem negari non debet, quia proprie ius quodcũque superioris in inferiorem, dominiũ sit censendum: ita vt dominium vltra ius p̃ci sè addat superioris rationem. At profecto neque hoc ego istis facilè concredã. Enim uero pater ius habet in filios: dominium autem si propriè fandum est, non item. Est inquam æquum & iustum atque adeò ius, vt pater filijs imperet ob suum ipsorum bonum, quos propter ipsos diligit, instituit, & educat. Dominium autẽ non quodcunque ius & potestatem significat, sed certè illam, quæ est in rem, qua vti pro libito nostro possumus in nostram propriam vtilitatem quamq; ob nosipsos diligimus. Id quod palam nomen ipsum auribus exhibet. Dominum siquidem correlatiuum est seruus, qui quidquid est, totum est domini, veluti pecus. Nisi quòd seruus occidi non potest: quia solus Deus est vitæ dominus. Vnde Aristot. 1. Poli cap. 3. distinguit inter imperium ciuile seu regium, & despoticum, quod est dominicum, dicens, animam habere in corpus Dominicum principatum, mentem vero in appetitum, non nisi ciuile & regium, quod non est dominium. Et 5. Ethicor. cap. 6 distinguit inter ius herile & paternum, pater namque possidet filium ante legitimam ætatem, non tanquam dominus seruum, sed tanquam partem sui: & ideo ius illud non est

Dñium dominatus dominatio

Cicero.

Varro.

Quid sit dñium.

Gerson.

Conradus.

Aliena dominii definitio impugnatur.

Paulus.

Obiectio.

Dilutio.

Definitio propria dominij.

Aristot.

eſt dominicum herus autem poſſidet ſeruum tanquam inſtrumentum quo vtitur.

Obiicit Richardus. Arguit vero contra Richardus. Si quis aut filium patri, aut marito vxorem raperet, diceretur fur, furtum autem non committitur niſi inuito domino, ergo & pater filij dominus eſt, & maritus vxoris. Ad hoc tamen lib. ſequenti, quæſtione de furto reſpondebitur, raptum filiorum aut vxoris non eſſe proprie furtum, ſed captiuitatem, vel aliam iniuriæ ſpeciem, ſed ſeruum ſurripere, proprie eſt furtum. Præterea, ſatis eſt ad rationem furti, quòd fiat vel inuito dominio, vel eo inuito, ad quem res pertinet, etiam ſi non ſit dominus, ſed alio iure poſſidens. Quapropter Inſtitut. de iure perſonar. diſtinguuntur ſtatim homines in liberos & ſeruos, quoniam ius in liberos non proprie dicitur dominium, ſed in ſeruos. Princeps enim licet dominus ſit vrbium ac poſſeſſionum ciuium tamen non

Solutio. eſt dicendus niſi rex, aut dux, &c. Imo vero cum dominat vagit in ſubditos, vtendo ſcilicet illis ad ſuam propriam vtilitatem, tyrannus fit. Quare neque iudex neq. prælatus, etſi ius habeat in ſubditos, dicitur proprie eorum dominus. Et hoc notauit Chriſtus Matth. 20.

Dñium Princeps gentium dominantur eorum &c. non ita inter vos. Etenim (vt in ſumma iam dicamus) dominium ſolus eſt ius quo quis vtitur ad ſuum proprium commodum, ius autem non hoc ſolum ſignificat, ſed amplectitur ius etiam, quo ſuperior ac præfectus in ſubditorum rem, & bonum ipſis vtitur. Quocirca ius tanquam ſuperius genus ponēdum eſt in definitione dominij tantum abeſt vt conuerſim dicantur. De viro autem reſpectu vxoris mouere quempiam forte poſſet illud Geneſ. 3 Sub viri poteſtate eris, &

Dubitatio ſolui tur. ipſe dominabitur tui. Haud tamen hoc ad dominium ciuile referendum eſt. Immo Ariſtot. loco citato illud ius viri in uxorem innominatum eſſe ait. Sed dicitur dominari, primum quantum ad vſum coniugalem, quia cum natura integra ſine vlla fuiſſet turpitudine, laboriſque moleſtia, poſt peccatum, quia in dolore paritura mulier erat dicta eſt eſſe ſub viri poteſtate. Præterea quia in potentia ſuperſtite nullus eſſet ignorantiæ locus, vtpote quæ peccatum ſubſecuta eſt: ideo quantum ad regimen dominari dicitur vir vxori, quam docere debet, ſicut infra dicturi ſumus, elegantiores rudibus dominari, non quidem legali dominio, in bonum proprium dominorum, ſed vrbano, in rem ipſorum, diſciplinæ egentium. Hinc ſequitur neque iſtorum definitionem, quam dominio adſcribunt, legitimam eſſe, neque exacte conſtructam. Et quia (vt 1. de Anima, tex. 85. auctor eſt Ariſtot.) ex recto ipſum obliquum cognoſcimus, rectum pro captu noſtro ſtatuamus definitionem, per quam de altera iudicemus. Dominium ergo, ſi ſecundum artem deſcribas, eſt, propria cuiuſque facultas & ius in rem quamlibet, quam in ſuum ipſius commodum vſurpare poteſt quocunque vſu lege permiſſo. Poſitum eſt ergo loco generis, facultas potius quam poteſtas, non vtique ratione illa Ioann. Gerſon cap. 3. De vita ſpirituali, videlicet quia facultas dicitur a fas, quare poteſtas latronis vtendi alienare, non eſt facultas. Etenim facultas non a fas, ſed a facile deriuatur, vt ſit quaſi facilitas. Sunt etenim contraria, facultas & difficultas. Ob idque poteſtas genus eſt plura comprehendens, quam facultas. Poteſt quippe tyrannus abuti ciuium bonis, non tamen habet facultatem ideſt, facilitatem, quia id ſine licentia & facultate domini aut iuſta intercedente cauſſa, non poteſt. Quare minime opus eſt addere, propinqua, nam facultas hoc ipſum ſonat. Poteſtas ſiquidem remota vtendi alienare, non eſt facultas. Addiderim autem, propria, vt dominium diſtinguatur a mera poſſeſſione, vſu, & vſufructu. Etenim qui tantum habet vſum, aut vſumfructum, non habet propriam facultatem, ſed dependentem a vero domino, vel a iudice id permittente. Itaque quod non ſoli barbari, verum & Latiniſſimi iuris prudentium more, iam proprietatem dicunt, id magis Latine dicitur propria facultas. Neque opus eſt addere cum Gerſone, aſſumendi res alias. Nam & homo per propriam voluntatem que motrix eſt omnium potentiarum, vtitur etiam ſuis proprijs membris, in quæ (vt paulo ante ex Ariſtot. citatum eſt) habet anima domini cum imperium. Adiectum tamen eſt definitioni, quòd dominium ſit facultas ad proprium vtentis commodum. quo differat ab alijs iuris ſpeciebus, quibus ſuperior inferiores ob ſuum ipſorum bonum gubernat. At dictum eſt deinde vniuerſaliter, quemcunque

Statuit ac declarat dñij definitio.

Facultas vnde deriuetur.

que vſum, vt diſtinguatur dominium ab vſu & vſufructu. Eſt enim dominium facultas non ſolum vtendi fruendique re, verum & ipſam diſtrahendi donandi, vendendi, negligendi, &c. Veruntamen adhibitus eſt modus, vt vſus ille ſit lege permiſſus, ad diſſoluendam obiectionem qua quis tentaret infirmare definitionem. Enimuero pupillus ante ætatem legitimam dominio rerum ſuarum pollet, quarum tamen potiundi liberam facultatem non habet, cum talia bona neque donare valeat, neque vendere, quoniam lege humana prohibetur ea dilapidare. Nam cum dominium fundetur in libertate, licet ante vſum rationis vere ſit dominus, quia vere liber, & non ſeruus, vſus tamen dominij ei ob bonum ſuum interdicitur, quoadusque rationis lux illi affulgeat. Vnde vt ait Paulus quamdiu hæres paruulus eſt nihil differt a ſeruo, non quidem quantum ad dominium, ſed quantum ad vſum, & ideo eſt ſub tutoribus. Et ſimile ſit argumentum, de illo, cuius bona vinculo primo genituræ obligata ſunt, qui cum ſit vere eorum dominus, illa tamen non poteſt ratione aliqua alienare eo, quod ciuili ſit lege prohibitus. Nam quod vere ſit dominus, inde patet, quod alias illa bona carerent domino. Præterea cum rex cuiuſpiam poſtulationi annuens, bona eius vinculo primogenituræ alligat, quæ prius erant libera, nullum ei adimit dominium, neque poſtmodum quando poſſeſſori facultatem cõcedit alienandi, nauem illi confert proprietatem aut dominium, ergo ſemper eſt dominus prohibitus tamen ſicut pupillus. Abſit autem de illis hic nonnis meminiſſe, vtrum dominium ſit res ipſa quæ poſſidetur an dominus, an potius relatio? Hoc veruntamen admonere non præteribo ut philoſophi caueant barbaras illas Terminiſtarum locutiones. Ecquis enim audiret ferat dominum equi, eſſe vel equum vel equitem? Eſt enim dominum illa rerum habitudo inter poſſidentem & poſſeſſum, puta facultas poſſidentis in rem poſſeſſam. Ob idque definitur per ſuum actuum qui quidem modus definiendis potentijs, peculiaris eſt. Etenim vt viſus eſt potentia ſentiendi colores, & auditus potentia ſentiendi ſonos ſic dominium eſt facultas vtẽdi re fruendique &c. Ad hæc adnotandum eſt diuerſam rem eſſe, titulum dominij ab ipſo dominio, id quod negligentius quidã Pariſienſium conſiderant, arbitramentis cum ſuo cancellario eandem facultatem quæ eſt dominium, eſſe & titulum. Enimuero titulus baſis dominij eſt ſeu radix ex qua pullulat. Eſt autem dominio um titulus vel natura, vel lex, vel contractus, vel electio, &c. Exempli gratia, Titulus dominij naturalis quod homo habet in terræ naſcentia, eſt naturalis vita quæ ſine illis conſeruari nequit, ratione cuius Deus & natura homini dedit una cum appetitu ſeruandi ſe, ius etiam vtendi neceſſario alimento, veluti titulus iuris (non dicam dominij) quod parentes habent in ſuas proles, eſt naturalis genitura, Titulus autem quo quiſque propria poſſidet, eſt ius gentium quo facta eſt rerum diuiſio. Titulus vero epiſcopi eſt electio. Et titulus quo quis poſſidet domum, eſt vel natiua hæreditas vel emptio vel præſcriptio, &c. Ex hac conſtituta definitione dominij colligitur differentia inter ipſum, & vſum, atque vſumfructum. Dominium enim eſt facultas in ſubſtantiam rei, vſusfructus vero non niſi in eius qualitate & accidentia. In ſubſtantiam in quam rei, quia ſi eſt vſu conſumptibilis, veluti cibus & veſtitus poteſt eam dominus conſumere, ſin minus poteſt illam donare, & vendere, vt domum & ſeruum, quin vero & occidere vt pecudem. At vero vſusfructus eſt ius alienis vtendi ac fruendi rebus, ſalua eorum ſubſtantia, vt habetur. ff. de vſufruct. & inſtit. eod. titu.

Obiectio cũ ſua deluſione.

Titulus a dñio diſtatuis per oĩa.

Quid ſit titulus.

Diſcrimẽ inter dñiũ, vſum ac vſumfructum.

Nam qui habet vſumfructum agri vel hortorum, poteſt non ſolum fructus edere, verum etiam & vendere, quin vero & agrum alteri locare. Nudus autem vſus eſt ius rebus alienis vtendi ſalua earum ſubſtantia, non autem fruendi. Quocirca, vt habetur Inſtitu. de vſu & habita, minus iuris eſt in vſu quam in vſufructu. Fruitur enim ille re, qui in fructus habet plenam poteſtatem, quos ſcilicet non ſolum edere verum quomodocunque alienare poteſt, vtitur autem, cui tantum illis veſcilicet, vel ſua alere armenta, haud tamen illos aliter diſtrahere, vt qui habet nudum uſum agri, poteſt illuc intrare, comedere poma, & fœno iumenta ſua & pecudes paſcere, vendere tamen fructus aut locare non item. Quapropter in vtraque definitione dictum eſt, alienis rebus,

Vſusfructus.

Vſus nudus.

bus quoniam verus dominus non dicitur vsurarius aut vsufructuarius, sed ille qui præcisum habet vsum vel vsumfructum tametsi emphyteuta dicatur habere dominium vtile ad differentiam domini directo, quod simpliciter est dominium. Hæc autem non sunt nostræ modo speculationis. Attamen quoniam mendicantium religionem profitemur, institutio nos admonet nostra circa hanc constitutam definitionem quadamtenus disputare, an in rebus vsu consumptibilibus, possit vsus a dominio distingui? Res enim vsu non consumptibiles sunt quarum vsus non est consumptio, ueluti prædium, domus & huiusmodi. Res autem vsu consumptibiles sunt illæ, quarum vsus non est nisi distractio rei vel consumptio veluti est pecunia, cuius vsus est illam in alienum dominium trãsferre, & panis cuius est ipsum comedere. De his enim quę vnico actu consumuntur (vt gratius sit dubium) sermo nobis est in proposito, nam inueste licet usu atteratur, tamen quia non unico actu contrita perit, posset utcunque discerni usus a dominio. Mouemus autem potissimè dubium propter institutum eorum qui sub sancta regula diui Francisci degunt, & eorum qui ex nostris in eodem instituto perseuerant. Aiunt enim. Minores omne abdicasse dominium, adeo ut neque pecuniæ, neque panis neque eduliorum quibus uescuntur dominio fungantur, ut possint dici (si suo uti licet uerbo) proprietarij. Neque uerò tantum inter Theologos lis hæc controuersa est & contestata, uerum & a summis Pontificibus uariæ sunt de hoc pronunciatæ sententiæ. Extat enim. Constitutio Nicolai III. in cap. Exiit qui seminat de verb. sign. libro sexto ubi declarando dicta Gregorij aliorumque Pontificum luculenter affirmat permultisque adiectis uerbis confirmat, Fratres minores nullũ habere dominium, neque in communi neque in particulari utensilium, aut uictualium, sed meros esse usurarios. Dominium autem pecuniæ semper apud erogantes remanere, cibariorum uero, & utensilium apud summum Pontificem. Eadem ferè extat sententia Clementis V. clem. Exiui de paradiso. eod. titul. Contrarium uero sententiam his obiecit Ioann. 22. in Extrauagant. ad conditorum, & cum inter nonnullos, & quia quorundam de uerb. significa. ubi in dubius asserit. in rebus usu consumptibilibus usum minime distingui a dominio, neque ullo pacto posse ab illo separari. Res certe est difficilis. Et primum, ut ab ipsa natura rerum initium contra arguendi sumamus apparet, quod cum usus huiusmodo rerum fit earum consumptio, nemo possit re uti, nisi tanquam uerus dominus. Verum enim dominium, si eius definitionem supra constitutam respicias in hoc consistit, quod in omnem usum res possit assumi, postquam autem consumitur, nullus sit ei reliquus usus. Vnde S. Thom. 2. 2. quæst. 78. artic. primo pro constanti habet, in uino & in pecunia, & in rebus huius modi neutiquam computari seorsum posse vsum prꝫter rem ipsam, sed cuicunque conceditur vsus, eidem concedi rem, atque adeo eius dominium. Et tamen si vsus huius generis rerum a dominio secerneretur, fieret inde aperte consequens posse locari vsum, distincto pretio ab illo, quo res æstimatur, vt quis mihi daret pro usu tantum & insuper pro capone quantum ualet. Secundo loco iuris auctoritate arguitur, nam ff. de usufruct. erat rerũ quæ usu consu. l. 2 cautio fit, pecuniæ vsumfructum non posse legari absque ipsa pecunia, neque aliarum rerum, puta vini & olei, quæ vsu consumuntur, quia nemo potest his vti nisi consumendo, ob idque quantum ex illo titulo syncere colligitur, usus fructus harum rerum ad genus quoddam mutuationis spectat. Ille enim cui usus fructus pecuniæ uel frumenti legatur, tenetur cautionem dare quod totam rem restituet legitimo hæredi. Et ff. de usufruct. & quemadmodum quis utatur. l. omnium §. constituitur, prohibetur vsumfructum perpetuum esse, ne inutilia sint dominia, nam frustra esset rei dominium, qua nunquam liceret vti. Ex his ergo sumitur argumentum. Si panis & uini mendicantium vsus est apud illos, & talis vsus, vt nunquam rem teneantur restituere: compertum fit, & dominium esse penes eosdem. Respondent autem hac distinctione usus. Aiunt, inquam, ut habetur in dicto cap. exiit, duplicem esse rerum usum, alterum uidelicet iuris, atque alterum facti. Vsus iuris est concessio legis, & hic in hisce rebus non separatur a dominio, hoc tamen aiunt carere mendicantes. Vsus autẽ facti

Emphiteuta.

Qõ gratiuius.

Primũ ar. a parte negatiua.

S. Tho.

Secũdũ arg.

Nicolaꝰ tertius.

Clemẽs V.

Ioã. 22.

facti eſt actio ipſa comedendi & bibendi, atque hic tantum illis conceſſus eſt. Sic ait Nicolaus Pontifex eod. capit. exijs. At vero diſtinctio hæc non eſt intellectu tam facilis, quam dictu. Nam vſus iuris non alius intelligitur, quam quod ius ex voluntate domini permittit. Legauit mihi quiſpiam uſum fructum pecuniæ, inde fit, vſum eſſe mihi legitimum. Si ergo legitimus eſt, ergo iure conceſſus. Pari modo, ſi erogas mendicanti panem, cur vſus ille mendicantium non erit iuridicus: Accedit huc, quod eodem loco ait Papa, perinde illis concedere vſum, ac ſi eſſent vere domini, quin vero Ioann. 22. palam ingenueque fatetur nullum ſe habere dominium rerum mendicantium, & ſi quod habet, libentiſſimè renuntiare. Hiſce tamen minime obſtantibus, ſi quæſtio non tantum de nomine eſt, ſtatuitur concluſio in gratiam Mendicantium, quæ ſit huius articuli ſecunda: Vſus rerum comeſtibilium & vtenſilium diſtinguitur quodam a pacto a dominio, ita ut mendicantes abſque ulla (ut aiunt) proprietate illius utantur. Probatur: Ad uerum dominium non ſufficit ut cui liceat rem conſumere, puta alienare, uendicare in iudicio, legare, negligere, &cet. Minoritæ autem non poſſunt neque conuentu iuncti, talibus modis rebus ſuis tui. Quin uero qui pecunias illis largiuntur, poſſunt pro libito amouere quoties libuerit tanquam ueri domini. Aliorum uero vtenſilium, atque alimentorum Papa ſe dominum pronuntiat. Itaque quemadmodum dum quis, amicos conuiuio excipit, non facit eos dominos eſculentorum, & poculentorum, quibus menſa exuritur, quia neque illis facit faculiatem illa ſurripiendi, ut in proprias domos importent, ſed tantum ut ſedentes ueſcantur illis, eodem pene modo Papa inuitat quotidie fratres, quibus tamen non facit faculiatem edendi ac bibendi, ueſtiendi, &cet. Quare etſi eis illa de medio tolleret, nullam eis faceret iniuriam, neque eſſet habendus tanquam fur & latro, ſed tanquam dominus, qui ſua repetit. Facit in fauorem huius concluſionis illud Act. 2. ubi habetur, Omnes credentes habuiſſe omnia communia quod de illis intelligendum eſt, qui Hieroſolimis agebant: omnia ergo uſque ad alimenta erant illis communia, & gerebant ſe ueluti conuiuæ ad menſam conuiuatoris. Præterea, ego met mihi hac ratione idem adſtruxerim. Fatentur namque impugnatores huiuſmodi pauperratis, poſſe monachos habere proprium in communi, licet nemo illud habeat in particulari. Vtamus ergo confeſſione ſua: Poſſum ergo particularis monachus ueſci communibus, quamuis non ſim particularis eorum dominus, poteſt ergo pari modo totus conuentus & totus ordo, eiſdem uti, tametſi omni careat dominio. Neque multum mouere debet uerbum Ioan. 22 dicentes ſe abdicaſſe tale dominium. Primum, quia id non fecit legitime, & ſi fas eſt dicere, nec iuſte, ſed certe in odium forſan Occham & aliorũ ſui ordinis, qui fuerunt ei infeſtiſſimi. Deinde, quia ſuam renuntiationem ſucceſſores eius in eadem ſede nondum probarunt, ſed exemplo ſuorum anteceſſorum idem retinent dominium. Eandem concluſionem corroborat Lex Deuteron. 23. quia ingredientibus vineam proximi permittebatur vuarum vſus abſque dominio. Ait enim. Ingreſſus uineam proximi tui comede uuas quantum tibi placuerit, foras ne efferas tecum. Non ergo faciebat unarum dominium, ut poſſet uendere aut pro alia re cambire, ſed tamen ut tanquam cõmunia paſceretur. Item Inſti. de uſu & habita ei, qui fundi nudum habet uſum, nihil ulterius conceditur, quam ut oleribus, pomis, floribus, &c. ad uſum quotidianum utatur. Videtur ergo uſum illic diſtingui a dominio. Ad idem pertinet, quod qui extrema laborat neceſſitate, poteſt alieno pane ſibi ſuccurrere, non tamen vt illum vendat quare profecto non videtur illic transferri dominium, ſed alieno legitime vti, tametſi ubi quiſpiam laboraret inopiam panis, poſſet rem aliam capere, quam cum pane permutaret. Et ſumitur coniectura quod non transferatur dominium in extrema neceſſitate, ex eo quod alias ille, qui ſub illum articulum mutuo non ſuccurreret, maneret reſtitutioni obnoxius nam ſi tenebatur tranferre dominium in alterum, perinde habuit ac ſi retineret rem alienam. Hæc profector rem faciunt multum probabilem, ex quibus modo aliquo clareſcit id quod ait Nicolaus Papa ſcilicet quod Minores habent vſum facti, & non iuris, puta uſum in actu & non in habitu. Vſus enim iuris ſeu in habitu eſt, quando talis uſus non

Ioã. 22.

Secũda conclu.

Probõ conclu.

Simili tudo q̃ adpoſita.

Secũda ratio cõcluſiõis.

In extrema neceſſitate nõ trãsferẽ dominiũ.

Vſu facti uſus iuris.

non poteſt a domino impediri, qualiter nō eſt apud Mendicantes, ſed tantum dum actu veſcūtur. Secus autem res habet in pecunia, nam cum talis vſus ſit illam alienare, aſſumitur in omnem vſum, atque adeo nemo ea legitime vtitur, niſi verus dominus. Et per hæc reſpondetur ad rationes in contrarium. Ad primum enim dicendum, quod etſi poſt conſumptionem harum rerum nullus alius reſtet vſus, non tamen cōtinuo ſequitur vt aſſumatur in omnem uſum, quod ratio dominij deſiderat. Sed arguis inſtantius, Si Mendicantes, non poſſunt illas alienare illud eſt quia ſunt lege prohibiti, ſicut pupilli, & primogeniti, non ergo obſtat, quo minus ſint veri domini ſicut illi. Negatur antecedens, quoniam nulla ciuili lege prohibentur illa vendere, vel donare, &c. Sed quia verus dominus eiuſmodi facultatem eis non permittit. Ad iura autem ſuperius allegata, & ad auctoritatem Diui Thomæ, negantis in hiſce rebus poſſe ſeorſum computari vſum ac dominium reſpondetur, ſolum illis iuribus conſtitui, quod non poſſit ſeorſum pretium ſumi pro vſu aliud a pretio rei. Haud tamen negant quo minus dominus poſſit vſum reſtringere vt alter illo duntaxat modo vtatur, & non omnibus modis, qui requiruntur ad verum dominium.

Ad primā rōnem.

Obiectio.

Dilutio Ad ſecū dūrōnē & ad D. Tho.

Ad primū arg. principale.

Argumenta in capite quæſtionis obiecta ſatis liquido ſoluta ſunt. Primi.n ſecunda præmiſſa. falſa eſt, nempe dominium & ius equipollere, immo ratio dominij plus ponit quam ratio iuris, & inde ius generalior vox eſt. Et pariter reſponſum eſt ad aliud nempe non ſufficere ius illud Mendicantium in cibos & vtenſilia, vt ſin eorum domini. Secundi autem vtraque præmiſſa vera eſt, vt ſecunda concluſio oſtendit, ſcilicet Mendicantes alimenta veſtimentaq; conſumere, quorum tamen non ſunt domini, non tamē inde fit conſequens definitionem noſtram non eſſe legitimam. Immo per eandem docetur, non eſſe illarum rerum dominus, quippe cū nequāt illa abaliena re.

Ad ſecū dū arg.

ARTICVLVS II.

Vtrum tantum Deo intellectualibuſque ac rationalibus creaturis competant rerum dominia.

PRæfixa ergo dominij definitione, ſubſequitur articulo ſecundo ius ſubiectū explorare videlicet inquirere quibus proprie competat rerum dominium, an ſcilicet ſolis poſt Deum angelis, atque hominibus? Arguitur enim quod brutis animalibus ſuo ordine congruat dominium, vt puta herbarumque vt legitur Geneſ. conceſſæ illis ſunt in pabulum. Quin videtur dux apum dominium in ſuum gregem obtinere, & inter grues illa quæ aciem ducit, apparet cœlerarum eſſet regina. Et inter feras ferociſſimus Leo dominari videtur reliquis beſtijs, & accipiter dominatum pariter gerere in miſeras aues. Secundo ad idem arguitur de inanimis cœlis qui huic ſublunari mundo dominantur, vtpote cui calorem, virtutemque influunt quibus fouetur ac vegetatur. Vnde Ariſt. 1. Meteor. Neceſſe eſt mundum hunc inferiore ſubiectum eſſe lationibus ſuperioribus, vt eius inde virtus gubernetur. Vnde Geneſ. 1. creatus legitur eſſe ſol vt præſit diei lunaque vt præſit nocti. In contrarium tamen eſt, quod eodem loco Geneſ. . . ſolis hominibus adiudicatur orbis dominium, Faciamus inquit hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus, &c.

Primū argu a partene gatiua.

Secūdū arg.

Ariſtot.

De hac quæſtione Neoterici, Gerſonem ducem ſequuti, multa comminiſcuntur rationi parum conſona. Ille namque grauis alioqui auctor, complures dominiorū ſpecies locis ſupra citatis multiplicauit. Inter quas & multa tribuit dominia brutis multaque ſubinde inſenſibilibus rebus, vt argumentis ſupra formatis explicatum eſt. Hæc autem (bona venia dixerim) an tam ratione & iudicio inuenta ſint, quam prolibito aſſerta examinare oportet. Etenim rerum naturam conſulentibus illico fiet compertum ratione dominij, non tam late patere. Sit ergo hæc. Prima concluſio. Solis illis qui intellectu & libero arbitrio vigent conuenit dominandi, ratio, Illisque adeo ſolis habere rerum dominium, nēpe

Io. Ge.

Prima conclu.

Quarũ rerũ Deus hẽat dñium.

cum primis Deo, mox intellectuali naturę angelicę, deinde rationali homini, Deus inquam, cuius (vt ait Pſa.) terra eſt, plenitudo eius iure creationis dominium gerit ac principatum rerum omnium quas ipſe cõdidit vt habet Sapientis illa confeſſio, dominus vniuerſorum tu es. Fuit quidem ab æterno, poteſtate Dominus, ab orbe tamẽ condito, vſu & actu. Nam antea nullæ erãt res quæ illi parerent. Eſt n. nefas eouſque abuti nomine (quod quoſdã non repudet) vt dominiũ inter diuinas perſonas nominetur, quippe cum nihil in Deo ſit eodem ipſo inferius, ſed quidquid illis eſt, infinitũ exiſtit. Neq; vero filius vllo pacto ſubijcitur patri, vtpote cui ſumme æqualis eſt. Ob idque tota trinitas par habet dominium idemq; abſolutum creaturarum. non ſolũ quantum ad vſum, verum & quantum ad eorum naturas, vt pura cui non modo pro ſuo arbitratu cunctis vti liceat, verum & earum naturas creare, annihilare ac præter naturæ leges alterare, vt ignem ne calefaciat impedire, aquam abſque igne calefacere, & tanquã dominus vitę & mortis non ſolum reliqua animalia, verum & hominẽ vita priuare. Angeli autem dominium habent ſuarum tantum naturalium actionũ, mundi vero huius non perinde atq; homines. Quandoquidem propter ipſos qui nullo egent corpore, nequaquam creatus eſt, ſed propter ſolos homines quibus angeli ſunt ad miniſtratorij ſpiritus, tametſi ipſorum Hierarchiæ per ſuos. Principatus ac Dominationes ſint diſtributę, alijque adeo alijs imperent. Hoc autem perparum ad rem noſtram attinet. Deſcendamus ergo ad genus noſtrum, cui ſoli competere deprehendimus ſublunarium dominium. Primo Dominus niſi ineptiſſime voce abutamur, ille ſolus eſt, in cuius facultate eſt ſitũ, reſic, aut aliter in ſuum commodum vti, hoc autem niſi per intellectum ac voluntate nemini congruit, ſolus ergo homo in terris dominij ratione fulget. At quo res clarius eluceat arguitur ſecundo, Dominium exterarum rerũ nemini niſi hac ratione conuenit quod ſit ipſe ſuarum actionum dominus, dominium enim quod quiſque habet in ſuos actus, cauſſa eſt & radix eius quod habet in alias res, eſt autem ſolus homo ſuarum actionum dominus (vt 1.2 quæſt. 1. auctor eſt S Thom) per intellectum & voluntatem. Eadem ergo ratione ius illi ſoli conuenit vt dominus ſit aliarum rerum. Minorem huius argumenti præter S. Th. uel uſus ipſe loquendi hominum demonſtrat. Dum enim quis mente capitur, dicitur non eſſe ſui ipſius dominus, ſed ſui impotens. Maior autem in ratione naturali poſita eſt. Ete nim qui ſui non eſt, dominus eſſe nequit aliorum. Sed & teſtimonio ſupra citato ſcripturæ ſacrę, qui interpres naturæ eſt, eadem concluſio tertio comprobatur. Dixit n. Deus Geneſ. 1. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrã, & præſit piſcibus maris, & uolatilibus cæli, & beſtijs, &cęt. Hoc eſt, in hoc eum faciamus ad noſtram imaginem, ut reliquæ creaturarum uniuerſitati, quæ noſtra caret imagine, dominus conſtituatur, fieri autem hominem ad imaginem & ſimilitudinem Dei, eſt fieri intellectu & uoluntate liberum, hæc enim eſt facies Dei. In reliquis namque creaturis veſtigium eius tantum relictum eſt, ſicuti humani pedis relinquitur in puluere per qđ eiuſdem hominis facies agno ci nequit. Igitur quia duæ iſtæ potentiæ, intellectus & uoluntas, communicatæ ſunt homini, per hoc conditus eſt ad imaginem Dei, in deque adeo ius fortius eſt dominandi in cęteras animantes, rationis expertes. Haud equidem ignoro quoſdam diſtinguere inter dominium regale & naturale, dicentes ad priorem ſpeciem libertatem requiri, non autem ad ſecundam. ueruntamẽ hoc gratis dictum eſt quia natura ipſa nemo eſt dominus rerum, niſi qui dominus eſt actionum ſuarum, & ideo neque rerũ Quarto arguitur, Dominium quempiam rei gerere (ut ſupra oſtendimus) eſt ipſi uti. brutæ autem animantes uti neutiquam poſſunt, ergo neque ullum habere dominiũ. Minor eſt S. Tho 1.q 16. ubi docui brutis non competere uſum, ſecundum illud Augu lib. 83. quæſtionum. Vti aliquod nõ poteſt animal, niſi rationis particeps. Et ratio eſt, quoſt uti eſt rem in finem ordinare, qñ quidem uoluntas eſt finis, uſus autem mediorum ad finem, & pecudes nihil agunt propter finem, quippe quem non cognoſcunt, ed aguntur potius naturę inſtinctu. Et ſimili in uperratione id cõfirmatur. Domini. n. eſt imperare hoc autem idem eſt quod rem in alium finem ordinare, quod ideo a brutis alieniſſimum eſt, ut idem S. Th. quæſt. ſtatim. 17, commonſtrauit. Quin to ad-

D. Tho.

Tertia rõ cõcluſionis.

Quarta rõ cõcluſionis.

S. Tho.

Aug.

S. Tho.

Angeli quibus reb. dominentẽ

Concluſio oſtenditur.

to ad eandem concluſionem arguitur. Qui cunq; dominium habet cuius libet rei, iniuria afficitur, dum illi aufertur. Bruta autē animalia neq. iuſtitiæ capaces ſunt, neq. iuriæ, neque quam non cognoſcunt, fœlicitatis, vt patet, ex Ariſt. 10. Eth. c. 8. Cuius ratio eſt, quod cum non ſint libera, non ſunt ſui iuris, ſed quidquid ſunt, hominis ſunt, propter qui orbis conditus eſt. Et ideo qui iumento, & armento, vel pabulum ſuſtulerit, vel vitam, nullam ei irrogauit iniuriā, ſed domino, & qui equo regis loco cedit, nullum ei honorem defert, ſed regi, nullū ergo pecudes habent dominium neq. ius in herbas, ſed tantum appetitum naturalem, atq. etiam poteſtatem. Quod ſi brutis nullum poteſt dominium competere, liquido fit, multo minus cęlis ac rebus inanimis conuenire poſſe. Eſt ergo homo hac ratione medius inter Deum, & bruta. Nam irrationale animal nullum habet dominium, Deus vero ſupremum, nempe & quantum ad vſus, & quantum ad naturas rerum, ſed homo quantum ad vſus, attamen quantū ad naturam minime, vtpote quas mutare non poteſt, niſi applicando actiua paſſiuis.

Ariſtot.

Ad primum igitur argumentum reſpōdetur, perimendo totum accedens. Haud enim bruta vllum habent herbarum dominium, quod eadem ipſa Geneſ. auctoritate contra citata comprobatur. Haud enim legūtur ibi herbæ pecoribus & iumentis cōceſſæ, ſed ſolis hominibus. Ecce enim, inquit, dedi vobis herbam afferentem ſemē ſuper terram, &c. vt ſint vobis in eſcam & cunctis animantibus terræ. Ius ergo herbarum non eſt conceſſum brutis, ſed nobis pro illis quæ nobis ſeruiunt. Neq. in apibus eſt niſi metaphoricus rex, quia neq. examē in finem ordinat, ſed inſtinctu naturæ vna præit reliquuſque exercitus ſequitur. Multoque minus aut feræ beſtiæ aut rapaces aues dominantur cæteris, licet illis velut alimento vtantur. Mox ad ſecundum pariter reſpondetur, cælos longe minus proprie dominium habere eo ſignificatu quo nomen impræſentiarū vſurpamus, ſed dicuntur prædominari, quia eorum influxu hæc inferiora coaleſcunt, fouentur, alterantur, ac ſubmutantur, ſicuti & in ſingulis elementis illa qualitas dicitur prædominari, quæ alteri præeminet.

Ad primū arg.

QVÆSTIO II.

DE REBVS QVARVM HOmo eſt Dominus.

ARTICVLVS I.

Vtrum rerum omnium, quæ ſunt in mundo ſit homo iure aliquo dominus.

POſtquam conſtitutum nobis eſt homini ſolū in creaturis corporalibus dominium rerum congruere, cō ſequens eſt, vt diſputemus quotuplici, quarumq; rerum dominio fiuatur. Et habebit quæſtio duos articulos. Prior erit generalis, poſterior vero de duob. dominijs peculiaris. At arguitur a parte negatiua, quod non omnium prorſus quæ condita ſunt in terrarum orbe, ſit homo dominus. Etenim aut illi naturali iure conueniret, diuino, aut humano. Non naturali, quia vniuerſale dominium conceſſum eſt ei a Deo in eius creatione. Neq; prorſus diuino, quoniam tunc iure charitatis eſſet homo dominus cuiuſcunque rei indigeret, cademq; charitate amiſſa, eodem decideret iure. Nam Deum ſolis amicis condecet bona ſua elargiri. Conſequens autem eſt falſum, & contra humanum morem, etiam Chriſtianorum in quibus multi iuſti rerum egeſtate premūtur omnium dominio orbati, multique contra iniqui, & praui bonis huius mundi, ſecūdum leges, quę a diuina regula non exorbitant, potiuntur. Quod autem iure mere humano non ſit homo dominus, patet, quoniam antequā leges humanæ eſſent, Deus noſtro generi indulſerat, rerum dominium, quod fundamentum eſt humani iuris quo earum dominia diuiſa ſunt. Secundo arguitur. Homo non eſt dominus elementorum neque cęlorum, quia illa non ſunt nominata Geneſ. 1. vbi homo conſtitutus eſt rerum dominus. In contrarium eſt, quod omnia facta ſunt propter hominem, vt 1. Polit. au-

ctor eſt Ariſt. Dauid Pſal. 8. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.

In hac quæſtione illi recentiores magiſtri, quorum ſuperior quæſtione meminimus, quam plurima confarcinant dominiorum genera. Ioannes enim Gerſon ſex connumerauit, alij vero vſque ad nouem, Sed Conrado tract. 1. q. 6. vigintitria collibuit recenſere. Aiunt enim illud eſſe dominium beatificum, quo beati potiuntur gloria, & aliud gratificum, quod habent iuſti in omnes res creatas, vt illis iure charitatis vti poſſint, iuxta illud ad Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Et aliud eſt naturale & aliud euangelicum, &c. Iſti aut (vt ſalua eorum exiſtimatione dixerim) duplici ſiniſtra cauſa hęc dominiorum genere gratis multiplicant. Primo quia perſeuerant credentes, idem eſſe dominium, quod ius, mox, quod dominia ex parte materialium obiectorum diſſecant, quæ quidem ſectio, quia arte canet, in infinitum poſſet abire. Diſcerni quippe debent duntaxat ſecundum titulos, ex quibus oriuntur. Sit ergo prima huius rei conclō.

Prima conclō. Dñium tm̃ quadruplex.

Dominium quadruplex tantum eſt, ſcilicet naturale, diuinum, & humanum, quod diuiditur in duo, ſcilicet in illud quod de iure gentium oritur, & alterum quod acquiritur iure ciuili. Concluſio hæc firmior per ſe apparet, quæ etiam pluribus confirmari indigeat. Dominia enim iure, aliquo introducta ſunt, ius autem (vt ſuperioribus ambobus viſum eſt) non eſt niſi naturale, & gentium, & ciuile, quibus & diuinum additur poſitiuum hoc eſt, quod non conuenit homini ex debito, ſuæ naturæ, ſed eſt ei diuinitus ad naturam ſuperadditum. Hoc enim dicitur diuinum poſitiuum, contra naturale diſtinctum, cuius etiam Deus auctor eſt. Igitur quod non ſint plura quam hæc dominiorū genera, inde patet, quod nullo præter hæc poſt iure quiſpiam vllū obtinere dominium. Nulla ergo ratio permittit diſtinguere dominium originale, & beatificum, &c. Nam ius quo Adam defunctus eſt in lignum vitæ, quod iſti vocant originale, diuinum erat poſitiuum, hoc eſt ſupra naturam conceſſum tametſi ſtatui illi naturale quodammodo exiſtebat, nempe quo poſſent homines non mori. Multo autem debilioti occaſione noua ſpecies fingitur dominij Gratifici, operum enim gratiæ non habemus dominiū, quia non per nos, ſed De fauore ſupernaturali ea exequimur. Et idem eſt de iure beatorū. Nam primum, licet ius habeant gloria perfruendi, illud tamen non propriè eſt dominium, ſed ius merū conceſſum a Deo, qui Dominus eſt gloriæ. Alias cum gloria in Dei viſione conſiſtat, eadem facultate dicere tur beatus dominus eſſe Dei. Secundo, & ius illud, quando permitteretur dominiū dici diuinū, eſt poſitiuum. Ius enim huiuſmodi diuinū in rebus præcipue eſt ſupernaturalibus, vt hoc nunc dictum, & ius euangelicū quo miniſtri eccleſiæ habent abſoluendi a peccatis, conferendiq. alia ſacra, dandique fidem. Quod re vera inepte dicitur dominium, ſed eſt ius miniſtrorū Dei. Quis enim mortaliū dicatur ſacris dominari. Extenditur etiā ius diuinum poſitiuū ad res naturales. Quale eſt ius decimarū, quod iidem habent ſacerdotes, ſcilicet metendi (vt ait Paulus) temporalia proſpūalū ſeminatione. Quamuis & hoc ius fundamēto innitatur naturali, quod dignus eſt operarius mercede ſua, ideo namque exemplū a triturante boue Apoſtolus attulit. Ius itē ac dominium quod Dauid habuit ad regnum, diuinum etiam fuit poſitiuum quippe cum a Deo fuerit electus, non ſicut cæteri reges a republica. Et dominium quo populus Iſrael in terram promiſſam poſitus eſt. Quin vero & in angelos ſunt qui cogitent nos dominio fungi propter aſſertum Pauli ad Hebr. Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capient ſalutis? At vero abuſus eſſet vocis, homines angelorum dominos appellare, quod vni homini Chriſto propriū eſt, ſed funguntur hac parte miniſterio Dei, ſicuti neq. inferiorū dęmones tam domini ſunt animarū quas cruciant quam diuinæ iuſtitiæ executores per ſupplicia, quæ ipſi quoq perferunt. Secunda concluſio. Homo dominium habet naturale, non ſolum in omnes terræ fructus, verum etiam quodam pacto in elementa cæleſque orbes, qui vel vt tectum ſunt ſui domicilij. Deterrenorum dominio patet Geneſ. 1. Faciamus hominem vt præſit, &c. Et rurſus? Creſcite & multiplicamini, & replete terram & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, &c. Illud enim dominium non cenſetur poſitiuum diuinum ſed naturale. Hæc enim iura & dominiorum genera non differunt ratione auctoris,

Secūda conclu.

ctoris, nam hac de cauſſa omnia dominia dicerentur diuina, cum omnis poteſtas a domino Deo ſit, ſed differūt per hoc quòd naturale eſt naturæ debitum, alterum vero ſuper naturam adhibitum, & dominiū rerum congruit homini priori modo. Nā quatenus homo corporeus eſt, debentur illi ea quæ ad vitam eius ſunt neceſſaria. Hanc enim ratione collegit Ariſt. omnia corpora eſſe facta propter hominem. Itaque quemadmodum licet Deus per miraculum creauit homines, nihilominus mēbra & potentiæ naturales naturæ ſuæ debita ſunt, ſic illa collatio dominij rerum fuit explicatio quædam naturalis iuris, veluti debiti humanæ naturæ, ſuppoſita eius exiſtētia, quam ei per creationem gratis contulerat. Et pari ratione dominium habet quodammodo in cœlos, qui ſunt veluti tecta ſuarum ædium, atque in elementa, inque ſolis calorem, & lucem qua vtitur, & in alias influentias, atque in pluuiam & nium, quæ illi naturali iure ſeruiunt ad vitam ſeruandam, atque ad alimenta terrena operanda. Dictum eſt autem cum moderamine, dominium nos habere in cęlos, & elementa, quia non poſſumus, aut illa cō ſumere vt terræ naſcentia aut eis vti vt animalibus. Tertia concluſio. Iure etiam humano quod ſuperiori libro in ius gentium & ciuile partitum eſt, multis abundat homo dominijs. Iure enim gentium (vt paulo poſt dicemus) propria dominia diuiſa ſunt, vt Meum, & Tuum, audiretur in orbe. Iure autem ciuili, hoc eſt cuiuſque ciuitatis ſeu regni propria multa quoque mortales poſſident, vt iure præſcriptionis, iure hæreditario, iure primogenituræ, &c. Hæc autem omnia clara ſunt & patentia. Illud autem quod Gerſon, & latius Richardus tractat. n. q. 2. de dominio gratifico diſſerūt animaduerſione opus habet. Bifariā enim & per vtrunque extremum peccare de hac re contingit. Iſti quippe nominati auctores aiunt, eos qui in amicitiam Dei eius gratiam recipiūtur dominio fungi in res, quę alio ab ipſis titulo non poſſidentur, ut puta in res omnes cuiuſcunque poſſeſſoris, quia iure charitatis poſſint omnibus vti. Contra hos autem ſtatuitur quarta cōcluſio. Qui eſt in gratia Dei nihilo plus habet aut dominij, aut iuris vtendi re aliena, quam qui eſt in peccato vterque enim in extrema neceſſitate vti poteſt rebus ſibi nec. ſſarijs, cuiuſcunque ſint poſſidentis, neuter tamen citra illam. Cuius porrò contrarium, & falſum eſt, & aſſertu periculoſum. Enimuero titulus quo mortales dominio rerum donati ſunt non eſt charitas, vt Vvicleff, & lib. 10. Armachanus, falſo arbitrati ſunt, ſed ius (vt diximus) naturale aut humanum. Deus namque ſolem ſuū oriri facit ſuper malos & bonos & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos & ideo quantum vis quiſque charitate polleat nullum tamē ius nouum in res has caducas & lubricas acquirit, ſed in regnum cęlorum, de cuius tantū hæreditatè ait Paulus. Si filij, & hęredes p Chriſtum. Neque mos & vſus reipublicæ Chriſtianæ admittit vt charitatis titulo qs valeat aliena rapere, immo vero per hoc ab eadē charitatis virtute decideret. Quin etiam Chriſtus hęc omnia contemnere nobis iuſſit. Neque Paulus ipſis ſanctis euangelij concionatoribus alio titulo concedit poſſe temporalia metere, quam velut laboris mercedem, quia ſpiritualia ſeminant. Illud autem quod pro ſe illi adducunt, Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, nullo colore eis patrocinatur, quoniam Paulus nihil aliud voluit, quā quod diligentes Deum, nullis ſuperantur turbulentis incurſionibus huius mundi, ſed cunctis vruntur ceu virtutum ſuarum adminiculis. Et quod adijciunt amicis omnia eſſe communia, hoc tantum conuincit, q̄ amicis Dei communia ſunt eius ſempiterna bona. Nam hæc temporalia nō ſunt digna quæ vult præmium ipſe charis ſuis impartiatur. Tametſi iuſtos (vt ait Pſaltes) in neceſſarijs non derelinquat. Hoc autem per eleemoſinas prouidet, aut alia via legitima. Nam ſi charitatis titulo ius cuipiam faceret vſurpandi res alienas, paci tunc & trāquillitati reipublicæ offendiculum poneret. Horum n. temporalium tituli debent eſſe in foro exteriori patentes, vt quiſque palam ſciat, quid a ſe iure, quidque iniuria petatur. Charitas autem in pectore delitescit. Parum profecto hęc abeſt opinio ab illa Lutheranorum, quam cap. 4. ſuper epiſtol ad Rom. impugnauimus, ſane qui ex illo verbo Pauli de iuſto Abraham & ſemine eius, vt hęres eſſet mundi, illum exprimunt ſenſum, quod liceat iuſtis quocunque mundi cibo, & veſtitu ornatuque ac delicijs frui. Sed de hac falcitate nihil ad pręſentem locum. Ex eadem ra-

Tertia conclu.

Gerſonis opinio impugnat.

Quarta concluſ.

Charitatem non eſſe rerū poſſeſſarum titulum.

dice nempe charitatem esse rerum possessarum titulum, Vvicleffistæ, in quos (vt dicebamus) Armachanus lib. 10. capit. 4. impegit, illum exprimunt sensum quod nemo extra charitatem vllum retinet vel spiritualium ius, vel temporalium dominium. Est autem hæc fatua hæresis sæpe ac sæpius condemnata. Nam licet iniquus per modum meriti non sit dignus pane, quo uescitur, neque qua viuit vita (vt Augustinus, & reliqui sancti aiunt) perstat tamen in eo naturæ ius, vt sole fruatur, quem Deus oriri facit etiam super malo: Celebrat enim scriptura sacra multos reges etiam dum erant in peccato, non solũ Gentium, vt Nabuchodonosor, & alios tã Caldæorum quam Persarum verum & Hebræorum vt Saulem. Salomonem, quin & ipsum Dauidem Missum pręterea facimus quanta incertitudinis nebula obtenebratam sanctam ecclesiam susque deque vesania hæc confunderet. Nam huius huiusmodi oppugnatio nõ est præsentis loci. Haud tamen eadem nota Gersoni & Richardo inurenda est, qua denotantur hæretici quoniam secundum illos licet ille qui gratia Dei decidit, ius charitatis amittit, amittat fruendi alienis rebus retinet tamen naturæ ius, quo sua propria possidet, atque alia iura siue ecclesiastica, siue ciuilia.

Ad primũ arg. Argumenta igitur non alia noua indigent responsione. Iam enim negata est illa consequentia primi argumenti, videlicet, Dominium rerum fuit homini a Deo donatum, ergo non est ei naturale, quoniam fuit, non tanquam naturæ adhibitũ sed tanquam naturæ debitum. Ad secundum etiam respondetur, quod licet substantiæ cœlorum non sit homo dominus, vt possit eos alterare, est tamen dominus qui eis vtitur tanquam domicilio, & ad alia naturalia commoda. Et multo melius est elementorum dominus, vt aeris ad respirationem, & maris ad nauigationem, & terræ ad culturam, & ignis pariter ad metheoras impressiones.

Ad secũdum.

ARTICVLVS II.

Vtum homo hominis dominus esse possit.

Consequitur in hoc secundo articulo de hac singulariter dominij specie dicere: an videlicet esse possit homo alterius hominis dominus? Et arguitur contra affirmatiuam partem: Nullum ius potest naturali derogare, naturali autem omnes homines nascuntur liberi, id legis ipsis latronibus plane confitentibus. Inst de iure person. & ff. de sta. homin. le. libertas. quod seruitus sit, qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur. Et Gregorio idem asserente, vbi ait contra naturam esse homines hominibus dominari, rationeque idem demonstrante, nam homo eo cæteris animantibus, præstat, ꝙ ratione viget & libertatis arbitrio ergo nullo iure in genus nostrum obtrudi seruitus potuit. Fecit enim Deus hominem rectum, vt habetur Eccles. 15. & posuit eum in manu cõsilij sui. Atque hac de caussa homo cum primum creatus fuit, cæteris ore Dei prælatus est creaturis, non autem homini. Secundo id præcipue confirmatur in Christianis Haud enim decet vt quos Christus in filios Dei adoptans, libertate donauit serui esse permittantur, nam ut ipse Dominus intulit Matt. 17. Liberi sunt filij. Contrarium decernunt iura titulis citatis de statu hominum, & in Institut. & præterea Arist. Polit 1. quibus locis multiplex seruitutis species distinguitur & approbatur.

Ad hanc quæstionem quatuor conclusionibus respondetur. Prima est. Homo tã iure naturæ quam iure gentium potest esse alterius hominis dominus. Duplicem. n. seruitutem scitè Arist. dignouit 1. Poli. Alteram quidem naturalem, alteram vero legalem. Naturalis est, qua homines elegantioris ingenij reliquis hebetibus ac rudib. dominãtur. Enimuero, vt in eodem homine anima corpori, ita & in toto humano genere bono homini (vt ait Comicus) longe p̃stat. Quocirca sagax ipsa natura alios homines ingenio ad imperandũ dotauit, alios vero corporeis neruis ac membris ir roborauit ad seruiendum. Et ꝙ ista dominatio naturalis recta sit, probatur nam hominis natura est, vt secundum rationem uiuat,

Prima conclu. Duplex seruitus ex Arist.

viuãt, eiquẽ adeo eidem obtemperet, ergo ſicut perfectio appetitus ſenſitiui in homine eſt rationi parere, ita & inter homines perfectio agreſtium ſcientiarumque rudium eſt ſapientiũ gubernatui ſubdi. Altera eſt ſeruius legalis. Et hæc eſt duplex vt inſtitu. de iure perſo. refertur. Alij enim ſunt ſerui, qui libere cum ætatem viginti annorum exceſſerint, vendunt ſeſe, cauſſa participandi pretium. Cuius quidem ſeruitutis vſus fuit in lege veteri. Legitur enim Exod. 21. Si emeris Habræum ſex annis ſeruiet tibi in ſeptimo autem egredietur libr. Et Leui. 25. Si paupertate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus, non opprimes eum ſeruitute famulorum, & infra. Seruus & ancilla qui in circuitu veſtro ſunt. hoc eſt ex Gentibus hos habebitis famulos & hereditatis iure tranſmittetis ad poſteros ac poſſidebitis in æternum. Fratres autem veſtros filios Iſrael non opprimatis per potentiam. Interiectum ergo erat diſcrimen, quod ſerui ex gentibus eſſe poterant perpetui. Habræi vero minime ſed temporarij. De hac ergo ſeruitute ponit 2. concluſio. Talis ſeruitus eſt licita. Nam etſi homines facti ſunt a Deo liberi tamen tam in natum eſt animantibus cunctis deſiderium ac ius ſeruandi vitam, vt poſſint ſe eius gratia miſeri in ſeruitute adigere. Nam licet,

Non bene pro toto libertas venditur auro.

Vendi tamen pro vita fas eſt, quæ omni eſt pretioſior auro. Immo & parentes egeſtate compulſi, liberos ſuos antiquo iure vænundare permittebantur vt eodem loco Leui. 25 memoriæ proditum eſt. Et cap. de patribus qui filios ſuos diſtraxerunt l. 2. & inſti. de patria poteſt. in glo. licet iam inter Chriſtianos huiuſmodi leges non ſint in vſu. Aiunt tamen apud Aethiopes eundem adhuc vigere morem, quo ad eorum mercatum Luſitani ad nauigant. Quod ſi libere væneunt non eſt cur mercatura illa crimine vllo denotetur. Veruntamẽ ſi quæ iam percrebuit, vera eſt fama, diuerſa eſt ferenda ſententia. Sunt enim qui affirmant fraude & dolo calamitoſam gentem ſeduci, ineſcatique neſcio quibus iocalibus, & aſtu pellici verſus portum, & nonnũquam compelli, & ſic neque prudentes, neque quid de illis fiat opinantes huc ad nos trãſmitti & vænundati. Quæ ſi vera eſt hiſtoria, neque qui illos capiunt, neque qui a captoribus coemunt, neque illi qui poſſident tutas habere vnquam conſcientias poſſunt quouſque illos manumittant, etiam ſi pretium recuperare nequeant. Nam ſi quis rem alienam poſſidet, etiam ſi mercatu vel alio iuſto titulo eam acquiſierit, cum primum alienam eſſe reſciuerit, tenetur cum pretij etiam diſpendio dominio reddere quanto magis liberum natum hominem per iniuriam manu captum aſtringitur in ſuam reſtituere libertatem? Quod ſi quis id ſibi prætexere cogitauerit, quod preclare cum illis agitur dum pro ſeruitute beneficium eis Chriſtianiſmi rependimus iniuriam ſe nouerit eſſe in fidem, qua ſumma eſt libertate docenda ac perſuadenda, tantum abeſt, vt eorum excuſationem Deus admittat. Tertia ſeruitutis ſpecies eſt etiam legalis. Vnde (vt lege citata & ff. de ſtatu hom. l. libertas docemur) ſeruitutis nomen deriuatum eſt, videlicet quod imperatores bello captos vendere neq. occidere ſolent, ſed ſeruate. Et iſti dicuntur mancipia, quia victores quos gladio transfigere poſſent manu capiunt, vt ſeruent Ac de iſta ſeruitute ſubditur tertia concluſio. Non modo eſt licita verum de miſericordia profecta. Si enim quis gratia ſuſtinendæ vitæ libertate ſe priuare poteſt, ſatius quiſque ducere debet ſeruitutis quam morti tradi, eſt autem latum inter has ſeruitutis ſpecie interuallum. Nam genus illud dominij ſeruitutiſque naturalis non plenam attingit rem quam nomen ſonat ſecundum ea quæ precedenti queſtione explanat ſunt. Seruus enim ſecundæ ac tertiæ ſpeciei, quia liber non eſt quidquid eſt, domini eſt, neq. dominus eo vtitur in bonum ipſius ſerui, ſed ad ſuam propriam vtilitatem ſicuti iumento Vnde Inſtit. Per quas perſonas nobis acqui. § item nobis, & de acquirendo rerum dominio. l. etiam inuitis quidquid ſeruus acquirit adiudicatur dominio. Quãuis & inter duas iſtas ſeruorum ſpecies nonnihil mihi videatur diſcriminis inſpicere. Illi enim qui ſe inopia preſſi ſeruituti manciparunt, quia libere ſe pretio vendere fugere, iure nequeunt, ſicuti neque furari quem vendidiſſent equum, ſeruos autem bello captos non auderem in has cogere anguſtias. Eſt quid in gloſſ. ſuper c. ius gentium. diſt. 1. quæ ait ſeruos in genere non poſſe aufugere, quam ſentẽtiam elicit ex c. ſi quis ſeruus. 17. q. 4. ſed tamen

Seruitus legalis duplex.

Secũda conclõ.

Tertia conclõ.

Q̃ liceat ſeruis fugere.

illud caput ſolum prohibet non quis ſeruum vt recedat, ſolicitet, quod de emptijs intelligi poteſt. Neque (vt reor) diſcrepantia eſt inter Chriſtianos atq infideles, quoniam ius gentium gentibus cunctis æquale eſt. Quamuis Chriſtianis etiam a Chriſtianis captiuis congruētiori ratione fugere liceat, niſi pollicitus quis non fugere ſuam impignorauerit fidē, quam poro ſeruare conſtringitur. Pariformiter mihi videor vere ac legitime inter has ſeruorum ſpecies diſtinguere quantum ad ea, in quibus tenentur dominis ſeruire. Chriſtiani nanq. a Chriſtianis bello capti, non tenentur vt mancipia ſeruire, neq. eorum bona, niſi quæ tunc in bello prædam deuenerint, ſunt dominorum. Imò neq. mancipia, quæ ab infidelibus Chriſtiani iure belli arripiunt, ſic arbitror quidquid ſunt, dominorum eſſe, vt quidquid vel dono ſuſceperint, vel hæreditario iure vel licito ludo fuerint lucrati, teneantur in conſcientia dominis exhibere, quoniam enim non ſua ſponte in illam conditionem inciderint non eſt eorū miſeria tanta afflictione coercenda, quandoquidem, vt eſt in regulis iuris. Fauores ampliandi ſunt, pænæ vero reſtringendæ. De illis autem qui ſeipſos vendiderint, aliquātulo eſt ratio apparentior, quod quidquid ſint, domini ſint, iuxta præſcriptum legum, quas nuperrime citauimus, tameſi de horum omnium iudicio, iuris pendentibus deferendum eſt. Veruntamen de prima ſpecie ſeruitutis, longe alter ſpeculandum eſt. Etenim qui natura eſt dominus, nequit natura ſeruis veluti rebus poſſeſſis in ſuum ipſius commodum vti, ſed tanquam liberis ſuique iuris hominibus in rem ac bonum ipſorum, eos ſcilicet docendo moribusque inſtituēdo. Qua propter neque illi tenentur, veluti mancipia eis ſeruire, ſed æquitate quadam & honeſtate naturali, niſi vbi eſſent mercede cōducti. Et per hæc ſatisfieri illis debet qui ſciſcitantur verū iure naturalis dominij poſſimus Chriſtiani infideles armis infeſtare, qui pro ſuorum morum ruditate naturales videntur eſſe ſerui? Nullum enim inde ius contra eos acquirimus vi illos ſubiugando, eo quod ſeruitus illa libertatem non tollit veluti illorum conditio, qui vel ſe vendiderunt, vel bello capti ſunt, & cum fundamentum dominij ſit libertas, nullū amittunt ſuarum rerum ius. Ariſtoteles enim non ſuum conſtituebat illam ſeruitutem inter vnam nationem & aliam, verum inter perſonas eiuſdem vrbis & eiuſdem domus. Sunt enim in eadem Chriſtianorum vrbe natura ſerui, qui tamen non ſubinde poſſunt ſuis expoliari, etſi parere natura dominis renuant. In eo autem quod idem ait Ariſto. 1. Pol. c. 3. ſcilicet quod ſicut beſtias venari, ita contra eos homines, qui ad parendum nati ſunt, poſſumus bellum moliri, eatenus audiendus eſt quod illos qui ferarum more palantes oberrant, nulla ſeruantes gentium fœdera ſed aliena petentes quocunque graſſantur, poſſumus vi abigere & ſubigere, & in ordinem cogere. Sed de hoc latius in libello noſtro. De ratione promulgandi Euangelium, vbi de dominio & iure, quo catholici reges in nouum orbem oceanicum fungūtur, amplior patebit dicendi locus.

Quib. rebus poſſint ſerui vti tā quā propijs, & quiſerui hoc poſſint.

Ad argumentum ergo in contrarium reſpondetur, per ſeruitutem non contrarij aut proprie derogari naturali iuri haud enim ius naturæ prohibet ſeruitutem, tanquam peccatum. alias nunquam eſſet licita. Sed (vt 4. ſenten. diſt. 36. auctor eſt San. Thom.) bifariam aliquid eſt a natura intētum. Vno modo ſecundum intentionem primam, quemadmodum generationem intendit, corruptibilis naturæ conſeruatricem. Altero modo, quantum ad ſecundam intentionem quo pacto corruptionē intendit vt generet. Vnde Ariſtot. 2. cæli, tex. 37. ſenium ait eſſe præter naturam. Simili ergo ratione aiunt iura, ſeruitutem eſſe contra naturam, nempè contra primam naturæ intentionem, qua cupit omnes homines ſecundum rationem ſtudioſos eſſe. Attamen illa deficiente intentione, ex culpa ſubſequuta eſt pœna quæ eſt conformis naturæ corruptæ. Atque inter pœnarum genera vnum eſt legalis ſeruitus. Non ex peccato originali ſubſequuta eſt egeſtas & bellorum turba, quæ homines in ſeruitute adigunt. Quare neque Chriſtianis eiuſmodi ſeruitus repugnat. Chriſtus enim liberos a lege nos tantum peccati & mortis fecit, vt ad Rom. 8 ait Paulus. Nulli tamen nos iuri gentiū exemit. Immo ad Titū 3. admonet ſeruos obedire dominis, & Petrus addit, etiam diſcolis. ſ. infidelibus qui extra eccleſiam vagantur. & 1. ad Corint. 7. monet. vt qui ſeruus vocatus eſt, ſeruus maneat. Verum eſt tamen, quod propter

Ad arg.

Intētio nūdiſtin ctio.

pter decentiam Christianæ libertatis consuetudo iampridem obtinuit, ne Christiani bello capti more mancipiorum seruiãt, vt Bartol. adnotauit in l. hostes de capt. & post. reuer. Seruitus autem naturalis nõ in cidisset in statum innocentię, vti modo existit, quia null. essent rudes & ignari, tametsi infantes & pueri non omnia scirent, quæ adulti. Neque fuissent omnes eodem ingenij acumine nati. Fuit ergo seruitus per idem peccatum ingressa, per quod (vt ait Paulus) introiuit mors, Quod autẽ Ambr. ait (vt refertur d. 35 can. 6. die) per ebrietatem obrepsisse seruitutem in orbem, fateor me non intelligere nisi seruum appellet ebrium qui rationi vsu orbatus, fit sicut iumentum. Videri autem cuipiam possunt iura supra citata secum pugnare. Asserunt quippe ex vna parte seruitutem iure gentium esse constitutam, ex altera vero Imperatorum esse sanctionem. Haud tamen vllam habent contra pugnantiam. Existit enim seruitus de iure gentium, vt expresse habet Canon Gregorij cum Redemptor. 12. q. 2. vbi ait homines quos ab initio natura liberos protulit ius gentium iugo subiecit seruitutis. Dicitur enim ius gẽtium propterea quod ratio naturalis omnes gẽtes illud ius docuit. Dicitur vero & imperatoria constitutio eo quod Imperatores tũ ratum illud habuere, tum more & vsu confirmarunt.

ARTICVLVS III.

Vtrum homo sit vitæ suæ ac famæ dominus.

REstat in hoc tertio articulo de dominio propriæ vitæ ac famæ tantillum sermonis adijcere. Vtrum scilicet homo suæ propriæ vitæ ac subinde honoris & famæ dominio fungatur. Arguitur enim de vita quod sit suæ quisque dominus, ex illo Ecclesiast. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu sui consilij. Relinquere nanque in manu consilij sui nil aliud esse apparet, quam facere eum dominum sui, atque adeo suæ propriæ vitæ. Secundo. Propter quod unumquodque tale (vt est in Poste. Analyticis) & illud magis est autem homo dominus reliquorum bonorum propter vitam, ergo excellentius est dominus vitæ. De fama autem arguitur tertio a parte negatiua quod non sit homo suæ propriæ dominus ex illo sapientis præcepto Eccles. 41. Curam habe de bono nomine, vbi custodes institui videmur famę, non domini vt pecuniæ. Cui & illud accinit Prouer. c. 22. Melius est bonũ nomen quam diuitię multæ. Quarto arguitur auctoritate Aug. de bono viduitatis, c. 20. quod refertur 11 q. 3. c. Non sunt audiẽdi. vbi in reprehensionem eorum qui propria negligunt famam, subdit, Quia nobis necessaria est vita nostra, alijs vero fama nostra, Quibus verbis insinuare vt dominium famæ nostræ non esse penes nos sed penes rempublicam. Item primo de Ciuitate Dei, cap 20. ait, illo præcepto. Non falsum dices testimoniũ, prohiberi quemque aduersum se falsę testari, sicuti aduersus proximum. Quemadmodum alio præcepto, Non occides, vna & proximi homicidium & proprium prohibetur. Ex hoc ergo arguitur. Pariter hæc duo præcepta prohibent tam testimonium aduersus propriã famam, quam proprium homicidium, & ex hoc secundo colligitur hominem non esse dominum vitæ, ergo ex altero pariter elicitur neminem esse dominum suæ propriæ famę. Contra partem autem affirmatiuam prioris membri extat illud Sapien. 16. Tu es Domine, qui vitę & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis, & reducis. vbi solus Deus insinuatur, vitæ dominus de fama autem in contrarium facit quod ipsa & honor connumerant in bonis proprijs acquisitis, quibus ad fœlicitatẽ vti mur, ergo sicut quisq; vti potest facultatib. suis & possessionibus sic ut in alienando nemini faciat iniuriam, ita vti potest honore & fama, atq; adeo simili modo talium bonorum homo est dominus.

Etsi duo hęc quæsita contrarijs responsionibus dissoluatur coniugauimus tamen ambo sub una disputatione, ut contrariæ ipsorum rationes è regione oppositę apertius res ambas elucidarent. Ad quæstionem ergo respondetur quatuor conclusionibus. Prima est Homo non est suę uitæ dominus. Probatur primo tam auctoritate Sapientie modo citata, quam ex illo Deuterono 22. Ego occidam, & ego uiuere faciam. Quibus locis probatur dominum uitę nostrę Deum sibi reseruasse. Deinde ab effectu

Prima concluſ.

effectu probatur ratione, quæ a definitione dominij ſupra poſita colligitur. Dominus rei cuiuſq; ille eſt, qui citra iniuriam, quæ cuipiam irrogetur, poteſt illa, vt libuerit, vti etiam vſq; ad eius diſpendium & cõſumptionem, homo autem occidere ſe nõ poteſt, lege iuſtitiæ id vetante, ergo nemo eſt ſuæ vitæ dominus. Meminerim legis iuſtitiæ, ne quis obijciat legem etiam prohibere, ne quis bona ſua exteriora abſque vllo fructu dilapidet, quorum nihilominus eſt dominus. n. vero licet lex charitatis, qua ſe quiſque & ſua diligere tenetur, id prohibeat, non tamen lex vlla iuſtitiæ, & ideo citra iniuriam poteſt talia bona effundere tãquam verus dominus. Præterea, pupillus alienare vetatur bona quorum eſt dominus, non tamen lege iuſtitiæ, vt qua prohibeſ aliena furari, ſed vt propria cuſtodiat. Secus autem de vita, lege enim iuſtitiæ prohibetur homo ſe occidere, ſicut & alios, quia non eſt magis dominus ſuæ, quam alienæ vitæ. Sed ais, hoc eſt principium petere. Inde enim monſtratur, præceptum ne ſe homo interficiat, eſſe preceptum iuſtitiæ prohibentis rem alienam auferre, dicere. n. quis poteſt eſſe tantum iuſſionem charitatis ſimilem alteri qua prohibemur bona noſtra per prodigalitatem decoquere. Arguitur ergo ſecundo, ne petitio principij cenſeatur. Si homini dominium conceſſum eſt proprie vitæ, hoc eſſet, vt aliquando poſſet illam diſpendere & a ſe alienare, ſicut poteſt iuſtis de cauſſis alia bona, nam fruſtra eſt potentia & facultas quæ nunquam exire poteſt in actum, homo autem nullam ob cauſſam quouis colore cenſeatur iuſta, poteſt ſe vita priuare, ergo ſignũ eſt non eſſe dominum. Tertio arguitur a priori & a legitima cauſſa. Si aliquo iure homo eſſet vitę dominus, id eſſet naturale, aut diuinum, aut humanum, naturale autem nõ, quoniam primum naturalium appetitu, atque adeo temporalium ſummum eſt, quo vnaquæque res appetit ſe conſeruari in eſſe, iuxta illud demonis, ſed tamen verum apud Iob, Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet, dabit homo pro anima ſua. Quare nulli rei natura tribuit ſeu qualitates ſeu inſtrumenta quæ in ſuam eſſent internecionem, ſed illa quibus conſeruaretur, vt igni calorem, & aquæ frigiditatem, & cunctis animantibus ſuas debitas qualitates, ergo ius naturæ neutiquam permiſit homini ſe interimere, atque adeo nec ei tribuit vitæ dominium. Cum autem ius naturæ effectus munuſque Dei ſit, fit vt nec iure diuino poſitiuo cõceſſa ſit talis facultas. De iure autem humano clarum eſt, eo vel maxime, quod nec diuinum nec humanũ de hac re vſquam legitur verbum. Nam Gen. 1. vbi factus eſt homo omnium dominus, etiam animalium, quæ ideo in ſuos vſus mactare poteſt, non ſimul tradita ei eſt ſuæ vitæ poteſtas. Ecce concluſionis origo. Cum vita ſit fundamentum bonorum omnium temporalium quam quidem vitã homo non per ſe acquirit, ſed Dei beneficio parentumque opera recipit, non decuit illi concedi eius dominium, ed vt Deus eius auctor id retineret, vt nefas homini eſſet, in iuſſu ipſius de vita, in quam ipſe per ſe non ingreditur, exire. Id quod & lumine naturali notum fit. Sic. n. ait Lyricus, & Nemini iniuſſu Regis de vita exeundum. Sed de hoc iterum lib. ſeq. ſub titulo De homicidio. Conſtitutus ergo iure naturali ac diuino homo eſt ſuæ vitæ cuſtos, porro quã ſuſtentare tenetur, non autem dominus. Quod ſi contra obijcias, hominem poſſe etiam priuata auctoritate vitã pro amicis exponere, imò ẽt ad defendendum ſua propria bona, poſſeq; membrum ſalutis gratia abſcindere, cũ tamen mẽbra ſint pars vitæ, quæ omnia atteſtari videntur dominiũ penes hominẽ eſſe ſuæ propriæ vitæ. Reſpondetur, nequaquam id conſequi, nam mẽbra abſcindere non licet niſi in cuſtodiã vitæ, & vitam exponere pro amico vel bonis tẽporalibus non ad hoc reducitur, quod eſt hominem ſe occidere, id quippe illic non intenditur, ſed ad hoc quod eſt mortẽ perpeti, ne homo deferat virtutum officia, quod tam diuinum quam naturale ius approbat. Secunda concluſio. Non ſolum homo priuatim, verum nec reſpublica nec princeps abſolutum habet dominium vitæ ſubditorum, ſed ſolus Deus. Hoc patet quoniam princeps non poteſt innocentes vlla ratione interficere, ſed ſolũ nocentes, aut qui tales fuerint legitimo teſtimonio probati ad vindicanda crimina, id q̃ non arguit principem eſſe dominum vitæ, ſed iudicem malefactorum. Poteſt præterea in bello ciues obijcere periculo mortis ad defenſionem reipublicæ, ſed nec hoc indicium eſt dominij vitæ, ſed huius prorſus quod ſit reipublicæ cuſtos. Igitur quoties

Secũda conclu. Solus Deus eſt dñs vitę.

audie-

Reſpublica tũ vitæ cuſtos.

audieris qui ſe vel alterum necauerit, iniuriam facere reipublicæ, quod Ariſtotel. ait lib. 5. Ethic. cap. 11. neutiquam ideo referas, quòd dominium vitæ ſit penes rempublicam, ſed eo, quòd ei cuſtodia, ac tutela vitæ ciuium commiſſa eſt, ipſaque ſola poteſt homines vita multare. Tertia concluſio, Deus eſt abſolutus vitæ Dominus, nempe qui non ſolum, tanquam iudex puniendo, vel tanquàm cuſtos defendendo, ſed abſolutè, tanquam humanæ vitæ auctor poteſt homines morti tradere, ſicut vnuſquilibet iumentum ſuum, ſua tamen inenarrabilis miſericordia eſt, quòd nunquam hac abſoluta Domini poteſtate vſus eſt, nec in vitam noſtram, nec in reliqua bona. Etenim ſi Hebræis iuſſit, vt expoliarent Ægyptios, iuſto id iudicio fecit, quoniam Ægyptij mercedem eis debeant pro ſeruitio luti, ac lateris. Et ſi Oſeæ præcepit, vt ex meretrice filios tolleret, quod tanquam Dominus corporum poterat, credibile tamen eſt Prophetam illam prius duxiſſe in vxorem, vt eam iure etiam humano cognoſceret. Et ſi Abrahæ tanquam Dominus vitæ præceperit, vt filium in ſacrificium immolaret, id tamen poſt non permiſit. Etſi Exod 32. præcepit per Moyſen, vt vnuſquiſque occideret fratrem ſuum, id iuſſit tanquam vindex conflati vituli. Vide ergo quam contra naturam ſit immanitas illa (ſi vera fama eſt) Turcæ, & quorundam barbarorum Principum, qui in ea ſunt cæcitate, vt ſe dominos exiſtiment vitæ ſubditorum, ita vt poſſint illos abſque vlla, vel culpa, vel cauſſa, veluti pecora, trucidate. De fama autem, quia id copioſius in noſtra relectione tegendi, & detegendi ſecretum, tractauimus, vnica hic concluſione, quæ ſit ordine quarta, ſatis eſt reſpondere, contraria illi quæ aſſerta eſt de vita. Homo dominium obtinet honoris ſui, & famæ, nempe vt poſſit illis veluti pecunijs vti, licet pretio ſint maiori æſtimanda. Scio equidem multos, etiam ex noſtris, vt Caietanus diuerſam ſecunda ſecundæ quæſtione 73. & in ſua Summa, ſequi ſententiam, ſemper mihi tamen hæc gratius arriſit. Ad intelligentiam autem huius concluſionis adducenda eſt in iudicium contraria ſententia, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant. Triplex eſt noſtrorum bonorum genus, Primum eſt vita, poſtremum temporalia bona, medium honor, & fama. Et quidem de extremis nulla eſt diſceptatio, quin omnium eſt confeſſio, neminem eſſe vitæ ſuæ Dominum, vt poſſit ſe vllam ob cauſſam citra iniuriam necare, ſed eſſe iniuſtitiæ ſcelus. Et per contrarium extremum fatentur eſſe quemcunque bonorum exteriorum dominum, ſinè quæ poteſt citra cuiuſpiam iniuriam alienare, ac diſpendere. Opinio ergo noſtræ contraria, collocat honorem, & famam in ordine vitę, nos autem in ordine bonorum exteriorum. Et ratio noſtra prima eſt ſuperiori contraria. Homo verè, ac legitimè eſt ſuorum bonorum omnium dominus, vt citra cuiuſpiam iniuriam, quæ propriè ſit contra iuſtitiam, poſſit illa diſpendere, ac negligere, illiſq; vti, honor, & fama ſunt propria hominis bona, ei iure naturali conceſſa, atque ab ipſo acquiſita, & aucta, neq; vlla iuſtitiæ lege, ſi eſt priuata perſona, prohibetur illa diſpendere, ergo nemini iniuriam facit, ſi illa reijciat, atque adeo eſt verè eorum dominus. Dixerim nulla iuſtitiæ lege, quo verbo res tota detegitur. Prohibemur enim charitatis lege, qua nos & noſtra diligere tenemur, prodigos eſſe honoris, & famæ (ſicuti & externarum facultatum) ne abſque cauſa ea negligamus, vt patet locis ſupra citatis, Curam habe de bono nomine, &c. nulla eſt tamen iuſtitię lex quę nos vetet eadem expendere, tanquam aliena. Atque hoc eſt, quod probare intendimus. Enimuero de vita extat (vt nuperrimè dicebamus) Deuteronom. cap. 23. Ego occidam, & ego viuere faciam, & Sapient. 16. Tu es Domine, qui vitæ, & mortis habes poteſtatem. Ex quibus colligitur minimè nos eſſe vitæ dominos. Atque his accedit naturalis ratio. Vita namque fundamentum eſt omnium bonorum temporalium, quam homo ipſe non acquirit, ſed diuino beneficio, parentumque opera recipit. De honore autem, & fama nullibi tale legitur. Imò ratio naturalis contrarium docere videtur. Honorem enim, & famam, vt proximè dicebamus, noſipſi poſt receptã vitã acquirimus, & cõparamus. Adde q̃ honor, vt 1. & 10. Ethic ait Ariſtot. præmium virtutis eſt, virtus autẽ naturalis ſaltẽ proprium opus eſt noſtrũ, per cõcurſum generalem Dei, ſicuti & virtus ſupernaturalis, quodammodo ẽt noſtra per eius ſingulare auxilium. Item honor, & fama, vt ibidem ait

Tertia concluſ.

Fera cęcitas.

Quarta concluſ.

Opinio Caiet.

Opinio Auctoris.

ait Ariſt. pars ſunt fœlicitatis, fœlicitas autem proprium noſtrum bonum eſt, ſumus ergo eorum domini, vt ſi velimus illa prodigere, nemini faciamus iniuriam, niſi quis perſona eſſet publica. Loquimur enim ſecundum rei naturam omnibus circunſtantijs nudam. Et confirmatur hæc noſtra ſententia auctoritate D. Thom. ſecunda ſecundæ, q. 64 artic. 5 vbi ait, q̃ occidens ſeipſum non ſolum facit contra charitatem, ſed contra iuſtitiam reſpectu reipublicæ, cuius eſt vita hominis. De fama autem nihil ſimile ſubinfert. Quin vero in ſolutione ad tertium contrarium de ipſa ſentire videtur. Ait quippe licitè poſſe hominem de ſeipſo diſponere quantum ad ea quæ pertinent ad hanc vitam, quæ hominis libero arbitrio regitur, ſed tranſitus de hac vita ad aliam fœliciorem, non ſubiacet libero arbitrio hominis, ſed poteſtati Diuinæ, & ideo nemini mortem oppetere licet. Videtur ergo vniuerſa hominis bona ſubiecisſe eius dominio præter vitam. Secundo, concluſio hæc lucidius probatur ex his proximis verbis S. Thom. Si non eſſemus aliter domini famæ, & honoris quam vitæ, ſequeretur q̃ nullo fine, neque propter ipſam vitam ſpiritualem ad euitandum peccata, & conſequendum vitam æternam poſſemus honorem famamq́ue poſtponere, & abijcere, quod planè abſurdum eſt. Conſequentia patet, quoniam (vt loco modo citato auctor eſt D. Tho. & in lib. 1. de Ciuitate Dei, cap. 20. Auguſt.) nec cauſſa fruendi æterna fœlicitate liberum eſt homini mortem ſibi conſciſcere, atque adeo neque qui cognoſceret vitam temporalem eſſe ſibi peſtiferam ad ſalutem animæ, manifeſtamq́ue inferni cauſſam, poſſet ſe illa priuare. Longè tamen ſecus de honore, & fama. Ecquis enim ambigat quin ſi perſona priuata reſciſceret famam ſibi, & honorem impedimento eſſe ad vitam æternam, poſſet talia bona ſubterfugere, & oblata negligere? Quin vero etiam ſi eſſet perſona in dignitate conſtituta poſſet magiſtratu excedere, honoresq́ue, ac famam poſthabere, ergo eſt homo dominus honoris. & famæ, aliter quam vitæ. Iam idem Diuo Ambroſio teſte confirmatur, ſi eius vera eſt hiſtoria, vbi legitur fœminas in cubiculum incluſiſſe, vt per illam infamiam eriperet ſe ne in antiſtitem eligeretur. Et Auguſtin. multa ſuorum peccatorum detegit, & Anſelm. amiſſam virginitatem lamentabiliter deplorat. quod illis profecto nefas eſſet, niſi propriæ eſſent famæ domini. Tertio idem patet, quia vitam nemo poteſt, vbi inuaderetur, ſibi adimi permittere, ſaltem vbi illam ſeruare poſſet ſine alterius detrimento, puta fugiendo, vel alia ſimili via, famam vero quiuis poteſt, modo ſit perſona priuata, cum ſibi auferatur relinquere, ac deſerere, etiam vbi illam poſſit tueri. Sententia eſt S. Thom. 2. 2. quæſtio 37. articul. 4 ad primum, vbi ait, quod in cuiuſque arbitrio eſt detrimentum ſuæ famæ pati, niſi hoc vergat in periculum aliorum. Nequiuerat profecto apertius affirmare hominem eſſe dominum ſuæ famæ. Quarto arguitur. Etſi fama, & honor præſtantiora ſint bona, quam pecunia, tamen ingens aceruus pecuniæ pluris æſtimatur humano vſu quam tenuis honor, & fama, quare poteſt repenſatio honoris, & famæ fieri per pecuniam, ergo ſi homo eſt pecuniæ dominus, eſt etiam & famæ. Quinto id confirmatur Redemptoris auctoritate, qui nos ſplendorem omnium bonorum temporalium, honorum ſcilicet, & gloriæ humanæ, deſpectui habere admonuit, nempe vt honores, & primas ſedes, & ſecularem faſtum fungeremus, tantum abeſt vt nos illa obligaret ſeruare, perinde atque vitam. Hunc articulum in hac materia dominij adhibere operæpretium duximus, qui eſſet plurium aliorum locorum huius noſtri operis fundamentum. Hinc enim quæſtione ſexta elicienda eſt reſponſio illius quæſiti, an liberum ſit homini reſtitutionem remittere ſuæ famæ, quod contra aduerſam ſententiam concedemus. Item lib. ſequenti in materia de detractione. per hoc examinabimus quale quantumq́ue committat crimen qui ſeipſum infamat, & vtrum id aliquando liceat. Enimuerò vt perfunctoriè impræſentiarum hæc prælibemus, cum perſona priuata per ſui criminis detectionem ſe infamat, nullatenus contra iuſtitiam peccat, neque vlli iniuriam irrogat, quare genere ſuo non eſt, niſi veniale contra ſui ipſius charitatem, licet grauius, quam pecuniam prodigere, quia fama pretioſius bonum eſt. Poteſt tamen fieri mortale, ſi de ſua ſe iactando turpitudine id faciat. Vnde Dauid, Quid gloriaris in malitia?

Priuatus pō famā relinquere, & eā tueri poteſt.

Factum Ambroſij dubium.

malitia? Et Esaiæ. 3. obiurgantur qui peccata sua sicut Sodoma prædicant. Item si sit persona publica, qui famam suam & bonã existimationem in bonum subditorum obligatam habet contra iustitia mortaliter peccaret. Attamen qui non in vanum, sed bona causſa tale occultum crimen suum propalaret, vt si latro quo acerbitatem tormentorum euaderet, certe nihil delicti cõmiteret, quin forte probe id ageret. Immo verò si mentiendo se tunc infamaret, quãuis culpam mendacij admitteret, non tamen esſet pernicioſum, atque adeo neq. genere suo mortale. Secludimus tamen semper personas publicas, præterea absurdiſſima nefandaq. flagitia, quæ aures exhorreſcunt, nam de illis se hominem infamare, vix posſet a lethali scelere excusari

Ad primũ arg. Ad primam igitur Eccleſ auctoritatem respondetur sensum esſe, quod Deus fecerit hominem dominum suarum actionũ, hoc est enim relinqui in manu sui consilij,

Ad 2. non tamen inde sequitur esſe dominum vitæ. Ad secundum negatur illud axioma Philoſophi, Propter quod vnumquodque tale, &c. apte ad rem præsentem accommodari. Esſe enim nos rerum dominos propter sustentandam vitam, solũ arguit nos esſe custodes vitæ non autem dominos. Sumus etenim domini actionum propter amicitiam Dei comparandam, tamen non sumus eiusdem gratiæ diuinę & amicitiæ domini. Auctoritas autem Eccleſ. tertio loco allata de fama id prorsus conuincit, quod tenemur præcepto charitatis nostri curam habere, hõoris, & famæ, non tamẽ quod contrarium delictum in persona priuata sit iniuria cõtra iustitiam, sicut si quis se occiderit, quo utiq. scelere & in Deum iniurius esſet penes quem dominium est vitæ, ac subinde in rempublicam, quæ eiusdem est custos. Adde quod modus procurandi bonum nomen, ille est penitus vt curam habeas colendi virtutes quas, veluti membra sequitur honor & fama Et ideo in bonum virtutis possumus illa, si opus est dispendere, tanquam veri illorum domini. Auctoritas autem prioris argumenti nihil nos oppugnat, nam si ex illo secundo membro, quod fama nostra est alijs necessaria, inferre contenderes dominum, eius non penes nos, sed penes rempublicam esſe parter ex priori quo ait vitam nostram esſe nobis neceſſariam, inferres dominium vitæ nostræ penes nos esſe, quod Aug. non concederet. Hoc ergo præciſe nos admonet, vt non simus negligentes propriæ famæ, qua possumus reipublicæ seruire, vt sine legitima causſa illam despiciamus, & maxime quando sine scandalo non possumus illam prodigere. Loquebatur enim mulieribus quibusdam quæ cum egregrio sanctitatis loco haberentur in populo, moliebantur humilitatis prætextu siniſtram, de se suspicionem generare, vt vilius æſtimarentur, per quod scandalum dabant. Posterior vero eius auctoritas primo de Ciuitate Dei, quæ Paulo vrgentior est, hoc solum conuincit, quod illo præcepto, Non falsum dices, prohibemur teſtimonium aduersus nosipsos dicere, quia hoc est contra charitatem, vt subiuncta eius verba docent, ratio tamen inde consequitur, vt sit perinde peccatum iniuſtitiæ, acsi te occideres, aut falsum teſtimonium proximi proferres, detegereſve secretum crimen. Quocirca ex illa præciſa forma præcepti, Non occides, non colligitur proprium homicidium esſe contra iuſtitiam, sed esſe peccatum. Aliæ nanque nos rationes erudiunt, quas supra inſtruximus non esſe nos dominos vitæ, ex quibus concludimus esſe contra iuſtitiam.

Ad posteriorẽ argumẽti locũ.

Optimꝰ inquirẽdi honoris modus.

Ad prioꝛẽ argu. locum.

QVÆSTIO III.

DE RERVM DIVISIONE.

ARTICVLVS I.

Vtrum humano iure rerum dominia fuerint olim diuiſa.

POſt constitutum tam subiectum quam obiectum dominiorum, ordo postulat vt tertio loco de eorum diuiſione diſſeramus. Atque a parte negati ua more nobis consuetio arguitur vt supra de seruitute. Iuri naturali nullũ humanum contrauenire poteſt, quod autem bona huius mundi in commune possideãtur, cõstitutio est naturalis iuris, vt patet, Geneſ. 1.

vbi

vbi homini in commune conceſſa eſt rerum poſſeſſio. Idemque affirmat Iſidorus lib. 5. quod refertur diſtin. 1. cap. ius naturale. Neque vero tunc tantum integra natura, verum & poſtea iam corrupta, ſimile legimus Geneſ. 9 Noe dictum & filijs eius: Creſcite, & multiplicamini, & ingredimini ſuper terram, & implere eam. Vbi Deus nihil videtur voluiſſe fore diuiſum. Secundo id apertius confirmatur ſententia Clementis in epiſtola 4. quæ refertur 12. q. 1. can. dilectiſſimis, vbi legitur, Communis vſus omnium, quæ ſunt in hoc mundo omnibus eſſe hominibus debuit, ſed per iniquitatem alius hoc dixiſſet eſſe ſuum, & alius iſtud, & ſic inter mortales facta eſt diuiſio, iniquitas autem contraria eſt iuris æquitati. Tertio loco accedit & charitatis ratio. Nam ſi omnia in commune poſſiderentur, multo eſſet firmior inter mortales amoris nexus. Nam cum vbi eſt theſaurus tuus, ibi ſit & cor tuum, ſi nihil haberent diuiſum nihil reſtaret cur animis diuiderentur. Vnde in primordijs Hieroſolymorum eccleſiæ, quo feruentius omnium amor coaleſceret (quod in acta Apoſtolorum relatum eſt) in communi viuebant, atque hoc exemplum monachorum vitæ inſtitutæ ſunt. Quare Auguſti. in regula. Sit vobis anima vna & cor vnum in Deo, & non dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia. Innuens cordium vnitatem non aliter uegetari poſſe quam ablegatis, Meum ac Tuum. Id quod nec Chriſtianum illum Poetam latuit, qui ait.

Si duo de noſtris tollas pronomina rebus,
Prælia ceſſarent, pax ſine lite foret.

Atque hac de cauſſa illud axioma celebratiſſimum ſemper fuit, Amicorum omnia ſunt communia. Qua vtique ratione ſancti patres illo idiomate ſemper loquuntur, ut omnia ſint communia. vt Aug. ſup. Ioan. tract. 6. & habetur diſtin. 8. can. quo iure. Et Ambroſ. 47. diſtin. ſicut hi: Nemo dicat proprium, quod commune eſt. Chryſoſt. ſuper Lucam ca 6. A Deo percipimus omnia, quod autem dicimus, Meum & Tuum, mendacij ſunt verba. Neuri quam ergo licuit diuiſionem rerum facere.

Contraria eſt ſententia Chriſti Redemptoris noſtri, Matt. 22. Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.

De hac quæſtione etiam inter philoſophos depugnatum olim fuit. Enimuero Plato (cui Ariſtoteles hanc rempublicam in fronte 1 Polit. aſcribit) omnia contendebat debere eſſe communia, non modo poſſeſſiones, verum & vxores & natos. Quamuis Socrates apud alios feratur talis reipublicæ primus auctor, quam Plato in Timæo inducit loquentem idemque ipſe Ariſtoteles ſtatim cap. 4. inſinuat: Meminit quoque idem Plato de huiuſmodi republica, quinto dialogo de republica. Hanc autem nimiam rerum communitatem ea ratione conabantur perſuadere, quam modo nos formabamus, nempe ut omnium corda in vnum maxime coadunarent ac compingerent. Iſti autem eo non erant digni, qui audirentur, quòd naturam noſtram in ea prorſus innocentiæ ſynceritate contemplabãtur, in qua a Deo per miſericordiam creata fuit, neſcientes a parente noſtro per inuſtitiam fuiſſe inde depulſam.

Vxores & liberos cões eſſe voluit in republica Plato.

Reſponſum ergo huius quæſtio, quinq. concluſionibus conſtat. Prima eſt: Vt ſtatui innocentiæ concors erat rerum poſſeſſio in communi præterquam vxorum, quã poſſeſſionis figuram ius naturæ docebat, ſic & conditioni & naturæ corruptæ vſque adeo congruens eſt dominiorum diuiſio, vt citra miraculum neutiquam poſſet aliter genus humanum longo ſeculo durare. Prior pars per ſeipſa liquet: Tunc enim temporis, terra, vel inculta, ſua ſponte fructus tuliſſet, vel illa indiguiſſet per praua cultura, quam refugiſſet nemo, vt ſic illud intelligamus Geneſ. 2. Tulit Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum. Et præterea neminem rerum tunc auiditas exercuiſſet. Nam poſt peccatum dictum eſt, In labore vultus tui veſceris pane tuo. Illum quippe ætatis florem olfaciebat illic Ethnicus ille,

Prima conclu.

Ipſe quoque immunis, raſtroque intacta, nec vllis,
Sauci a vomeribus, p ſe dabat omnia tellus,
Contentique cibis, nullo cogente creatis.

Quapropter nullum extitiſſet periculum aut ꝙ fructus terræ deficerent, aut ꝙ vlla inter fœlices illos oriretur diſcordia. Poſterior autem pars ex duabus contrarijs radicibus probatur. Illam enim ſeu Socraticam, ſeu Platonicam vxorum natorumq communitatem non opus eſt multis

tis hic concuti , vt eius appareat abſurditas. Primum enim eadem charitas,quæ per illam curabatur fulciri , per eandem labefactatur . Aiebant enim illi Philoſophi, quod tunc omnes viri vocarent quamcunque mulierem: Mea vxor,& pueros omnes, Mei filij: & iuuenes ſeniorem quemlibet, Meus pater . Id autem optime Ariſtoteles redarguit . Si enim intelligerent nomen. Omnes collectiuè,verum eſſet,complexim nam omnes ſenes eſſent patres illorum filiorum. Attamen perparum id ad charitatem referret. Eſſet enim tunc tenuis exiliſque ille amor in tota republica , ſicuti mellis tantillum in multa acqua , quam dulcorare nequiret : Immo inde citius langueſceret amor , nemo cognoſceret ſuum proprium ſeu filium , ſeu patrem . Si autem intelligerent diuiſiuè de ſingulis,nempe quod ſinguli eſſent ſingulorum filij , id certe plurimum ad amorem conduceret , ſed tamen eſt impoſſibile , quia vnus nequit eſſe niſi vnius matris filius , & forte niſi vnius patris . Quinetiam inde fieret neglectus filiorum , quod raro quis cognoſceret ſuum proprium , Ad hæc,ſæpe de lineamentis vultus depræhenditur proles,cuius ſit patris ob idque tunc non poſſet non eſſe propenſior animus illius hominis in ſuos liberos,quam in alienos . Itaque natura ipſa illi confuſæ communitati reclamabat , præterquam quod poſt collapſam naturam fieri non poſſet minus quin inter homines iurgia oborirentur,ac ſubinde inter incertos patres, & natos,tum impiæ fierent cædes , tum nefandi inirentur amores & coitus . In ſumma , adeo eſt naturalis vxorum natorumque diſtinctio , vt etiam natura integra , vbi nullus patebat locus prauis iſtis affectibus , non fuiſſet intruſa ab ſurda illa vxorum permiſtio , ſed quiſque haberet ſuam . Nam erunt, inquit , duo in carne vna . Expediebat namque etiam tunc , vt quiſque noſſet qua eſſet neceſſitudine , & ſanguinis glutino cum alijs coniunctus . Et quamuis lex priſca,gratia propagandi peculiarem Dei populum in hoc diſpenſauerint,nunquam tamen vt vna vxor duobus nuberet viris ſane vt caueretur proliũ in certa turba. Hac ergo de lira communi rate prætermiſſa , reuertamur ad demonſtrandum quam ſit congruens naturæ corruptæ poſſeſſionum diuiſio . Idque ex duabus corruptis radicibus , nempe ex humana negligentia,& ex cupiditate. Etenim dum terra ex vna parte ob hominis rebellionem ei ipſi rebellans,ſpinas & tribulos ferre cæpit, ſudoreque humani vultus indigere,vt hominem ipſum aleret, atque homo ex altera poſterum ligni vetiti tam multis fuit cupiditatibus oppletus ea fuit rerum poſſeſſio neceſſaria,quæ rei vtrique commodiſſime ſeruiret ſcilicet,& terræ colendæ.ne fructus deficerent & reprimendę humanæ auaritiæ,quæ vix ſatiari poteſt, talisautem poſſeſſio eſſe non potuit in cõmuni ergo neceſſaria fuit diuiſio . Probatur hæc poſtrema ſubſumpta. Nam (vt ait loco citato Ariſt.) rifariam intelligere poſſumus hanc in communi poſſeſſionem,nempe quod vel fundi eſſent proprij , fructus vero communes vel contra , vt agri eſſent communes , poſt vero fructus diuiſi,aut ꝙ & agri & fructus eſſent communes . Si primum largiris,tunc anſam porrigis diſcordijs quia tunc labores eſſent impare , nam qui plus haberet ſoli plus laboraret,fructus tamen pariter cunctis pro cuiuſque neceſſitate obuenirent,& tamen nemo æquanimiter ferret,non tanto plus fructuum percipere,quanto plus hauſiſſe laboris. Si autem agros vellent eſſe communes,inde occaſionem homines nanciſcerẽtur ignauiæ & ſocordiæ.nam ineffabile eſt quam ſit ardens amor ad propria,quamq; deſes & languẽs ad communia,ſicuti dum multi ſerui,eo pe ius ſeruitur, quod quiſq; alios expectat , vt faciat quæ ipſæ eras facturus Hunc quippe in modum tali reipublicę vſu veniret. Quavtiq; ratione maligne prouenirẽt fructus. Idemq; ſequeretur in commodũ, & ſi fructus & fundi eſſent communes. Ac ſubinde aliud,quod prę humana rerum ſiti tũc pro ſe quiſq, contenderet,quantum poſſet fructuum arripere. Per quam viam neceſſe erat pacem & tranquillitatem ciuium , & quam illi philoſophi fauebant, amicitiam perturbari. Secunda ratio ſumitur ex debito ordine in republica,qui aliter nequiret cum decoro ſeruari . Neceſſarij quippe ſunt diuerſi ordines, diuerſæque claſſes hominũ,vt Socrates ipſe agnouit. Tres.n.ordine , conſtituebat , ſcilicet agricolarum , quibus connumerandi ſunt opifices, & cuſtodum , nempe militum ac nobilium, tutamini reipublicæ adſcriptorum . Et tertio legum prudentum,qui ius dicant,& de rebus

Triplex rerũ cõitas impugnat.

Tres hominũ ordines ſecũdũ Socratẽ neceſſarij.

rebus dubijs reſpondeant. Hinc ergo arguitur: Si omnia eſſent communia, vnuſquiſque recuſaret agricolarum onus anhelaretque vt eſſet miles. At imminenti bello, niſi propria eſſent ſtatuta præmia, omnes ſe periculo ſubducerent, quotquot denique poſſent ad gubernacula inhiarent. Mox, cum iſti ſupremæ claſſis pluribus indigerent, ſuccederet vt alijs maiora onera, alijs vero maiores honores decernerẽtur. Quod, niſi eſſent dominia diuiſa, non poſſet non vehementer. Reſpublica inquietati. Tertio eadem patet concluſio. Quemad modũ conceſſa vxorem communitate tollitur temperantiæ virtus, qua quis abſtinet ab alieno toto, ſic conceſſa poſſeſſionũ cõmunitate tollitur, & virtus liberalitatis, qđ non infimum eſt reipublicæ lumen. Qui enim proprium non habet, liberalis eſſe non poteſt, & qui omnia poſſidet, alienæ liberalitatis non eget. Et ſic periret virtus ſuſcipiendi hoſpites, & peregrinos, ſuccurendique miſeris ac ſubinde animorum gratitudo pro ſuſceptis beneficijs. Eſt ergo aſſertio diuiſionis rerũ eo gradu certa, vt eiꝰ negatio hæretica ſit, vt ait Auguſ. in lib. de hæred. vbi 40. loco Apoſtolicorum hæreſim refert, qui illo ſe nomine iactabant, eo quod in ſuam communionem non recipe rẽt vtentes coniugibus, & res proprias poſſidentes. Et in Concilio Conſtant. de hoc etiam damnatus eſt Ioannes Hus, qui clericos poſſe negabat proprium quidquam poſſidere. Quod ſi arguas, per rerum diuiſionem non ſatis itum fuiſſe obuiam huiuſmodi malis ac reipublicæ incommodis, nam & ſunt modo ꝑp hominũ ignauiam incultæ terræ, & homines ambitione, ac rerum ſiti inferente ſe in aliena iura, & id genus reliqua mala: Reſpõdetur non eſſe neceſſarium ad æquitatem legis vt perfecte finem aſſequatur ſuum, ſatis quippe eſt illa pro ſua facultate ſtabilire, quæ ad illum finem accommodantur, nam effrẽnis hominum libertas nullis poteſt habenti in totum compeſci. Secunda concluſio. Et ſi cõueniat res quãtum ad proprietatem & dominium diuiſum poſſideri, vt ſuum quiſq. iuſtitiæ lege cognoſcat ab alienoq. manus abſtineat tamen quantum ad vſum, debẽt permiſericordiæ & liberalitatis benignitatem eſſe communes, vt qui abundat, det egenti, & qui eget, gratias illi referat. Hac enim ratione mortalium amicitia facilius coaleſcit, quam ſi omnia communi dominio poſſiderentur. Hinc namque elicitum illud axioma eſt. Amicorum omnia ſunt communia. Tertia concluſio. Prima rerũ externarum diuiſio facta fuit iure gẽtium, licet poſtea iure ciuili plures acceſſerint. Iam enim 1. libro quæſt. 5. ius humanum hæc duo ſectum eſt. Patet hac ratione cõcluſio. Porro dominium ab orbe condito (vt ſupra diximus) cœpit. Tunc enim primum Deus habere cœpit quibus dominaretur, ac perinde tunc tam angeli quam homines ſuapte natura & iure cœperunt eſſe domini ſuatum actionum, vt illa libertate creatori ſeruirent. Quo fit, vt aliqua dominiorũ diuiſio iure naturali facta fuerit, nempe hæc actionum, & quod homo habet, pprij honoris & famæ. Haud enim iure gentium, ſed naturali factum eſt cuique proprium. Poſſeſſionum autẽ (vt prima concluſio docuit) non fuit facta diſtributio ante peccatum, ſed poſt ſtatim, nam inde (vt diximus) enata eſt ratio diuiſionis, Quocirca cõfeſtim legimus inter duos fratres diuiſa eſſe peculia, obtulit quippe Cain. de fructibus terræ, & Abel de optimis ſui gregis. Quod ſi ſua non eſſent cuique propria, nullam mereretur, vel Abel laudem, vel Cain vituperationem. Dicitur autem diuiſio facta iure non naturali ſed gentium propterea quòd ius naturale nulla indiget ratiocinatione, ſed ſcriptum eſt in cordibus, vt coniunctio maris & fœminæ, ius vero gentium eſt aliud quod collatis principijs ratio cuiuſque infert. Et ideo dicitur gentium, ideſt hominum, quibus proprium eſt ratiocinari. Enimuero ex principijs naturę corruptæ docta fuit ſtatim familia. Adę ac deinceps in vniuerſum gentes, vt ſuum quiſque poſſideret. Quod ſi quæras, quis primum huiuſmodi diuiſionem fecit? ſunt qui reſpõdeant, Adam primum fuiſſe diuiſorem, verumtamen alij contra arguunt ipſum non habuiſſe regiam poteſtatem, auctoritatemve reipublicæ coerciuam, ſed tantũ fuiſſe patrem familias, qui non poruit filijs diſtribuere niſi proprium peculium, Attamen argumentũ hoc non eſt ita multũ vehemens, tum ꝙ forſan (licet nullibi legatur) auctoritatẽ habuit princip's, ipſo forſan iure, quod fuit primus ſolus que parens humani generis. Nã veriſimile nõ eſt vt aliquo eſſet tpe mundus abſq. humano principe,

Hæreſis eſt negare rerũ diuiſionem.

Secũda concl.

Tertia concl.

Dñium cœpit à principio orbis.

Dñiorũ diuiſio iure naturæ cõſtans.

Quidius gẽtium.

Adã prĩceps eo ipſo iure quo & primus parẽsgn & dominus totiꝰ orbis.

cipe, qui posset malefacta vlcisci, tum etiã quod iure etiam paterno potuit suas facultates, quibus amplissimis affluebat, distribuere filijs. Immo neque esset absurdum dicere, fuisse dominum totius orbis, quãdo quidem mundus propter hominem factus est, & tum ipse fuit solus. Neque erat mundus tam frequens hominibus, quin posset illos per suos ministros regere. At vero quãtum ad diuisionem de iure gentium, non est nobis necesse hisce angustijs coercui. Illa enim, quæ tali iure statuuntur, neque indigent principe, neque vllo reipublicæ consentu. Hac nanque ratione ius gentium differt a ciuili, quod scilicet ratio ipsa singulos seorsum homines illud docet. Quare ex condicto poterãt fratrum singuli, ac deinceps nepotes ac pronepotes singulos fundos & agros occupare, & peculium augere, ipsa docente ratione, vt res dominorum nesciæ, primo occupanti cederent, ab eisdemque alij abstinerent, vt habetur Instit. de iure perso. §. feræ. Quod enim inquit, ante nullus fuit, id naturali ratione occupanti conceditur. Et in hoc quod dicit naturali ratione intelligit ius gentium, id ex principijs naturalibus colligentium. Sic enim legitur, Cain vrbem ædificasse, & Genes. 10. dispersam esse propaginem. Noe ad diuersas regiones & insulas orbis. Sic statim cap. 11. disgregatam progeniem Nemrod, & eorum multitudinem, qui cum eo conspiraverant, vt turrim extruerent. Sic & statim Genes. 13. legitur diuisio pacto facta inter Abraham & Loth. Ecce vniuersa terra coram te est: recede a me obsecro: si ad sinistram ieris, ego dextram tenebo: si tu dextram elegeris, ego ad sinistram pergam. Ex quo fit, non solum diuisionem in genere, verum & quod istæ nationes hanc regionem possideant, & aliæ aliam, esse de iure gentium. Contra quam Caiet. 2.2. q. 99. artic. 2. opinatus est. Etenim San. Thom. dicit in solutione ad primum, quod diuisio rerum pertinet ad ius positiuum, & tamen q. 57. dixerat esse de iure gentium, existimans Caietan. diuersa esse dicta, intulit quod diuisio in genere est de iure gentium, appropriatio tamen in particulari, de iure positiuo, hoc est ciuili. Attamen S. Thom. ius positiuum extendit ad omnes ius humanum, vt includat ius gentium. Secundum autem conclusionis membrum, nempe iure postmodum ciuili, hoc est singularium ciuitatum & regnorum multa esse adiudicata particularie dominia, clarissimum est. Indè nanque temporum lapsu respublicæ imperium suum, & regnorum dominia in reges transtulerunt, vt habetur leg. Quod principi placuit, ff. de constitu. principi. Atque inde per legem. Aggrariam communes agri diuisi, & iure diuino positiuo (vt supra diximus) promissa est, donataque. Chananæorum regio Israelitis, ac Sauli Dauidique regnum, & post Leuitis decimæ, & nunc ecclesiasticis. Quarta conclusio, Complura manserunt communia iure naturæ, quorum dominia ius gentium disperiri nequiuit Puta locus, vt ait illic Aristoti. nempe ciuitas, itinera &cet. Et vt refertur eodem Institut.) elementa, videlicet aer, acqua, littora, & portus, pisces, feræ, aues, &cet. Iure enim naturali, & permissione iuris gentium, piscatio, & venatio communes sunt, licet iure postea ciuili, forsan non tam æquitare, quam licentia, & consuetudine, plus nimio interdictæ sint.

Quarta concluſ.

Quinta conclusio eademque facilis est. Trãslatio dominiorum omni iure fieri potest. Primum enim suppositis per rerum diuisionem peculiaribus dominijs, & possessionibus, iure naturali libertatis quo liber est homo, suorum dominium in aliũ transfert. Tum spontanea donatione, tum etiã quacunque alia libera commutatione, scilicet vendendo, cambiendo, &cet. vt libro proximè præcedenti adnotauimus, & in subsequentibus fusius expendetur. Præterea & hereditariam successionem filiorum in bona paterna iure gentium arbitror fuisse constituta. De hoc enim ratio naturalis statim vniuersitatem gentium erudiuit, scilicet vt in filijs & substantia quodammodo patris permaneret, & nomen & bonorum ius. Deinde ius ciuile particularium regionum adhibuit iura primogenituræ præscriptionis, & alia, quibus dominia transferuntur. Præterea contra domini voluntatem transferuntur dominia in vindictam & vltionem criminum. Priuantur enim homines suis bonis, ob hæresis impietatẽ, ob crimen læsæ maiestatis & ob alia id genus multa. Item caussa rescindendarum litiũ, vt in præscriptione.

Quinta conclu.

Ad primum argumentum varij existunt respondendi modi. Sunt enim qui

axioma illud, Iure naturali omnia ſunt cõmunia, non uniuerſaliter, ſed ſtrictim intelligat, ſcilicet autin neceſſitate extrema, aut inter amicos. Huic autem ſenſui neque res ipſa neque iuriſconſulti applaudunt. Intelligunt enim illud de generali communitate, quę poſtea iure gentium diuiſa fuit, ut patet loco citato apud Iſidorum, & diſtin. 9 capite differt. apud Gratianum Scotus autem 4. diſtin. 15. qu. 2. ſcite illud uniuerſaliter recipiens, ait poſt naturam corruptam idem ius naturę derogatum eſſe. At uero ſalua Doctoris auctoritate, minus hoc rationis congruens apparet. Primum, quia naturale ius immobile eſt, ut patet per Iſidor diſtinct 6. canon. Non eſt peccatum. §. is itaque. Inde enim colligi' precepta Decalogi eſſe immutabilia, quod ſunt de iure naturę. Item aut fuit pręceptum iuris naturę quod res in communi poſſiderentur, aut nullum fuit tale. Si prius dederis membrum, tunc uel illud pręceptum uniuerſale fuit pro quocunque ſtatu, & hoc nemo ſanæ mentis fatebitur, nam error eſſet ſic dictare, ut in natura collapſa perſeueraret idem poſſeſſionis modus, aut fuit particulare pro illo ſtatu innocentię, & illius nulla eſt facta derogatio, nam quod diuiſio fiat in noſtro ſtatu illi equitati non derogat, ut perdurante innocentia communis poſſeſſio perduraret. Reſponſio ergo legitima extat apud S. Tho. q. 66. artic. 2. licet emunctius per diſtinctionem reſpondebitur. Eſt enim in rebus conſiderare & dominium & uſum. Et quantũ ad dominium, ius naturæ nunquam pręcepto inhibuit rerum diuiſionem, quod per contrariam legem fuerit derogatum, ſed eo ſenſu negatiuo dicitur communis poſſeſſio de iure naturæ, quod nunquam lex naturalis eandẽ præcepit diuiſionem, ſed permiſit hoc uel illo modo poſſideri, quo pacto diuerſis hominum ſtatibus commodius eſſet & expeditius. Quare ius naturale non eſt mutatum, ſed res. Sententias eſt Aug. lib. 1. confeſ. quam optimo exemplo clarificat. Eſt inquit, medicinalis regula, vinum eſſe hominibus congruum: hæc autem minime derogatus dum infirmo potus vini interdicitur, ſed mutatio fit in homine, cui perpetua illa regula non congruit. At vero quantum ad vſum, poteſt quodammodo affirmari ius nature pręcipere omnia eſſe communia in neceſſitate. Ad ſecundum argumentum, quod ex dictis Clem. in canon. Dilectiſſimus. factum eſt mirabilis eſt expoſitio glo. Ioan. Theuthonici. Ait tex. vſum omnium rerum omnibus eſſe debuiſſe communem, ſed perinde quitatem alius dixit hoc eſſe ſuum, alius iſtud. Ait vero gloſſ. per iniquitatem id eſt per conſuetudinem iuris gentium, equitati naturali contrariam. Profecto ſi ius gentium iniquitas eſſet, neutiquam iuris appellatione cenſeretur. Planus ergo ſenſus eſt, per iniquitatem, id eſſe, quod per originale peccatum, quo diſſoluta libertas contineri non poterat niſi facta rerum diuiſione. Ad tertium negatur quod corrupta natura, firmior fuiſſet amoris nexus inter mortales rebus in communi poſſeſſis, vt concluſionum ſerie ſatis liquet. Exiguus enim monachorum numerus, monaſterio rum clauſtris circunſeptus, poteſt quidem pacifice in communi uiuere, uaſtę tamen mortalium reſpublicę, quarum ciues ad res ſeculares tam anhelant auide, non itẽ. Dictum autem Poetę, quod duo pronomina, Meum ac Tuum, litium pręliorumque ſemina exiſtunt & fomenta, ingenue fatemur, multo tamen oborirentur plura, ſi omnia in communi poſſiderentur. Sancti uero loquuntur de rerum uſu quando proximi pauperes indigent. tunc enim iam dictum eſt, uſum debet eſſe communẽ, quatenus ad liberandam miſerorum inopiam ſatis fuerit.

Scotus.

Ad ſecũ dũ arg.

Ad tertiũ arg.

QVÆSTIO IV.

DE PECVLIARI QVORVNdam dominio.

ARTICVLVS I.

Vtrum hominum quiſpiam totius ſit orbis dominus.

POST diſputationem de dominio in genere, ſequitur, ut peculiariter de ſingularium quorundam dominijs diſſeramus. Primum enim de Chriſto ſeruatore noſtro arguere pro parte

parte affirmatiua poſſemus . Extat enim Ioann. auctoritas Apoc. 9 Qui vidit in veſtimento & in fœmore ſedentis ſuper equum album, hoc eſt ſuper eius innocentiſſimam eandemque candidiſſimam humanitatem, cuius virtute veluti fœmoris, filios progenuit cæleſtis regni hæredes ſcriptum, Rex regum, ac Dominus dominantium. Mox & de Pontifice Maximo idem ſentiendum apparet, vtpote quem idem Redemptor vicarium in terris ſibi ſubſtituit, quia ſua fungeretur poteſtate, Attamen quia in præſentia de Imperatore peculiariter diſputatio inſtituitur, arguitur primo quod nullus ſit legitimus rex . Deus (vt in Eccleſiaſtico citatum eſt) reliquit hominem in manu conſilij ſui hoc eſt liberum, quem vtique ab initio conſtituit rerum dominium, nemini au em ſubiectum, ergo nemo eſſe legitime poteſt aliorum princeps. Mox arguunt, qui hoc ſequuntur commentum, neque ante diluuium, neque poſt aliquo tempore vllius ſit memoria principis vſq. ad Nemrod, qui per tyrannidem & vim, poteſtatem regnandi obtruſit in orbem, nulla ergo regnandi eſt via, legitima. Quare eos qui Reges Roma. exigerunt, & qui Iulium Cæſarem enecarunt, laudibus Romani Annales efferunt. Accedit, aiunt deinde quod præter Saulem & Dauidem, quos Deus creauit reges, atq. Dauidis ſucceſſores, nemo legitur diuino iuſſu aſcitus in regum, intruſi ergo ſunt omnes contra ius. Adiungunt denique in ſuum patrocinij peculiariter de Chriſtianis illud Chriſti, Matth. 17. Reges terræ a quibus accipiunt tributum vel cenſum? nam reſpondente Petro, ab alienis, intulit dominus Ergo liberi ſunt filij. In contrarium autē eſt ad Rom. 13. Paulus Omnis poteſtas a Domino Deo eſt.

An Xps fuerit totius orbis dns.

In hac quæſtione de tribus eſſet nominatis perſonis diſputandū, nempe de Chriſto Redemptore noſtro, deq. eius vicario Pontifice Maximo, ac demum de Imperatore. Enimuero de Chriſto qui rem ſuperficie tenus cogitant, inficias ire non audēt, quin fuerit inquantum homo in temporalibus orbis dominus. Neque tamen alia ratione mouentur, quam quod erat Deus. Sic habet Ioanne Faber egregius auctor ſuper lege, Cunctos populos . C. de ſum. Trin. Et Burgen. additione tertia ſuper ca. 1. Matthæi. Ex quo principio doctores plurimi canonici iuris idem Summo Pontifici tribuūt temporalium dominium ac pleniſſimam poteſtatem, addentes inſuper eundem imperatorem ab illo imperialem ſuſcipere, ac ſubinde reges omnem regalem. Attamen de Chriſto hic non diſputabimus, neque deeius vicario, eo quod in Commentarijs noſtris ſuper Matthæū ſuis (vt reor) numeris eaſdem quæſtiones pro exiguitate noſtra abſoluimus, nempe de Chriſto ſuper cap 1. & de Summo Pontifice ſuper vigeſimo. Impræſentiarum autem non de ſpiritualibus illis quæſtionibus quæ Euangelij Commentarijs aptius accommodatur, ſed de ſecularibus diſſerendum inſtituimus . Quod ſi iudicium noſtrum, quod illic abundantius ac locupletius patefecimus, ſummatim audire libet, perſuadere ibi contendebamus, vtriuſque quæſtionis, ſcilicet tam de Chriſto, quam de Papa, negatiuam partem. Primum inquam ſuppoſuimus fidei confeſſionem . Porro quod Chriſtus inquantum Deus, dominus ſit, non modo terræ, & plenitudinis eius, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus, verum & cælorum cæleſtiumq ſpirituum, eo iure quo cuncta ex nihilo condidit, & in nihilum redigere poteſt. Deinde quantū ad eius humanitatem pariter ſecūdū eandem fidem catholicam agnouimus eundem quatenus hominem iure redemptionis vnicum fuiſſe regē regni cælorum, quippe cui incubebat cuncta, quæ ad ſempiternam hæreditatē attinent, diſpenſare, adminiſtrare, ac diſponere nempe eccleſiā fundare, ſacramēta inſtituere, magiſtratus eccleſiaſticos creare, leges condere, ac demum omnes iudicare, & cuique pro meritis præmia æterna ac ſupplicia decernere. Subindeq reges vniuerſos, vt ſuis legibus parerent cogere, eorumq. leges, qua parte ſuis aduerſarentur, abrogare, vniuerſa denique temporalia, quoties ad ſuum ſpūalium finem opus eſſet, in ſuū vſum aſſumere. Cæterum quantum ad ſecularem ptātem contrarium arbitrati ſumus, videlicet, quatenus hominem, non fuiſſe regem, nō quod nō potuit erat quippe Deus, ſed quia neq. eam decuit, neque ſubinde voluit. Enimuero cum non venerit in mundum (vt confeſſio habet catholica) niſi tanquam Redemptor propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, nullam huius mundi poteſtatem.

Neque Xps neque Papa eſt totius orbis dns.

Exponitur quō Xps fuerit rex inquātū homo

ſtatem aſſumpſit, niſi quæ illi negotio deſeruiret, nihil. n. honoris illis, qui Deus erat furilia hæc & lubrica ligna accumulabãt, ſed omnia contempſit vilipenſaque abiecit Regnum autem quod illi tribuunt hæreditarium, per Dauidis proſapiam deſcendens illud quidem particulare erat ſuper tribus Iſrael, idque iam prorſus in Ioachim filio Iechoniæ ſeu in eius patruo Sedechia ceſſauerat, iuxta vaticinium Hiere. 22. Deinceps namque non in regibus, ſed in ſacerdotibus, & in Machabæis perſiſtit ſceptrum Iuda vſque ad Chriſtum, atque hac ratione (vt illic meminimus) impleta eſt prophetia Iacob, Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux, &c. (dux inquit, non rex) donec veniat qui mittendus eſt. Conſtat præterea, nullam talem poteſtatem vſu exercuiſſet, vt contrarij fatentur, in vanum ergo eam aſſumpſiſſet. Et ideo in Pſal. 2. Ego inquit conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, ideſt ſuper eccleſiam, prędicans præceptum eius & Matth. 28 Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra Euntes ergo docete omnes gentes &c. Regnum ergo ius fuit prædicare & docere fidem. Vnde ad Pilatum, ſic non negauit ſe regem, vt tamen fateretur non eſſe regem veluti reges mundi. Regnum enim inquit, meum. non eſt de hoc mundo. Docens (vt Eſaias cap. 9. prædixerat) regnum ſuum in ſempiternum duraturum, & vt eſt in Pſal. regnum omnium ſeculorum nullum ergo habuit caducum ac temporale. Erat. nihilominus (vt ait Ioannes) Rex regum, & Dominus dominantium, quia ſpiritualis eius ſcopus finitemporali omnium regum præeminet, & ideo cũctis poterat ad illũ finem vti. Quod ſi ipſe tale regnum non aſſumpſit, citra controuerſiam certiſſimum eſt, neq. illud reliquiſſe vicario ſuo Pontifici Maximo, ſed illam prorſus poteſtatem qua ipſe functus eſt, illi commiſit, nempe vt quotics ad illum fidem neceſſarium eſſet, regibus cunctis imperaret, leges eorum corrigeret vniuerſa denique temporalia vſurparet. Sunt nihilo ſecius ſpiritualis ſeculariſque poteſtates vſq adeo diſtinctæ, vt ſecularis non deriuetur ab ſpirituali, ſed illa præciſa ratione ab illa dependeat, ita quod ſi ab illa per rebellionem exorbitauerit, poſſit coerceri ne diuinas, & eccleſiaſticas præuaricetur leges, quod quam proxime declarabitur. Et hæc eſt plana ſententia ipſius Summi Pontificis eodem, cap. Solitæ vbi ait ſe eſſe Solem qui ſpiritualium diei præeſt. Imperatorem vero. Lunam quæ præeſt ſecularium nocti. Quare in ſpiritualibus aſſerit ſe illic ſuperiorem, præcellere autem imperatorem fatetur in temporalibus. Et idem ferme habetur 96. diſtinct. can. Duo ſunt Horum omnium fundamenta, cui placuerit, vbi prædictos, commentarios noſtros in Matthæum citauimus, fuſe firmiterque corroborata poteſt inſpicere His ergo non tam impræſentiarum prætermiſſis quam alibi pro virili noſtra conſtabilitis, duobus articulis quæſtio hæc abſoluetur. Prior eſt, vtrum ciuilis, tam imperialis, ſcilicet quam Regia poteſtas diuinitus ſit inſtituta? Poſteriori autem explorabimus, vtrum imperator vniuerſale dominium habeat totius orbis? Et quidem quantum ad primum, duæ ſunt inter ſe per extrema diuerſæ ſibi opiniones, de quibus non eſt, cur hic late diſputemus. Sunt inquam qui imperatori non ſolum iuriſdictionem orbis tribuant, verum & dominium, ac proprietatem bonorum omnium eumque adeo appellãtes proprietarium dominum. Quin vero Hoſt. in tit. de præſcr. §. quæ autem. omnes principes facit hoc modo proprietarios. Et afferunt pro ſe verbum l. bene a Zenone. C. de quadr. præſcr. Omnia ſunt principis. Et aliud in auth. vt de cætero, &c. colla. 7. vbi habetur, quod imperium poteſt aliquando aliquid accipere venerabilium domuum dum voluerit. Eſt tamen inopinabilis opinio. Quare vt bene adnotauit Ioann Fab. ſuper eadem l. Codicis, communis opinio eſt in contrarium. Et hæc ſit prima hic noſtra concluſio. Neque imperator neque principum vllus eſt hoc pacto poprietarius. Tu ca enim eſt, qui vt ferunt, illa dominatur tyrannide, vt cunctas ſubditorum ſubſtantias, tanquam ſuas proprias ſic poſſideat vt pro libito, vniuerſa ſibi, vt putat poſſit vſurpare. Iure autem naturæ etſi tãſtulit reſpublica in principem poteſtatem ſuam & imperium, ac iuriſdictionem, non tamen proprias facultates, quibus ideo princeps vti nequit, niſi quando eidem reipublicę tuendę & adminiſtrãdę neceſſe fuerint. Quod autem lex ait, omnia eſſe principis, de his quæ fiſco aut publico ærario obueniunt, intelligi. Aliorum

Artic. 1.

Prima conclu.

Spũalis & ſecularis diſtincte ſunt poteſtates o'no, li

cet hæc illa vt cũ que ſub ſit.

Secũda conclu contra ſecundã opinionem.

præterea Chriſtianorum opinio eſt per aliud extremum. Quod principes omnes per tyrannide reſpublicas obtinent, illis. ſ. rationibus argutantes, quas a parte negati ua quæſtio obiecimus. Hic autem non opi nio ſed manifeſtarius error eſt totiuſq; rei publicę peruertio. Quin vero contraria veritas vt meridies lucida eſt, quam ſecundã hic ideo concluſionem ſtatuimus: Nempè regiam Imperatoriamq; poteſtatem cæterorumq; principum auctoritatem non hominum eſſe inuentum, ſed Dei ſanctiſſimã ordinationem. aliam tamen a poteſtate ſpirituali Haud.n. per ſe ipſe Chriſtus immediatè inſtituit, cui ceu caput vicarium ſuũ præfecit eidemq; ſubinde vicario poteſtatem ſuam contulit perpetuo in eccleſia duraturam. Itaq; poteſtas illa neq; facta eſt a republica neq; per rempublicam deriuatã, ſed a ſolo per ſe Chriſto. Poteſtatem autem ciuilem Deus per legem naturalem quæ ſuæ ſempiternæ participatio eſt ordinauit. Hoc autem ſic pater, Deus per naturam dedit rebus ſingulis facultatem ſe conſeruandi ſuiſque reſiſtendi contrarijs, non modo quantum ad incolumitatem temporalis ſalutis, verum & per eius gratiam quantum ad proſperitatem ſpiritualis. Hanc autẽ homines facultatem cũ exequi commodè diſperſi nequirent, adiecit eis inſtinctum gregatim viuendi, vt adunati alij alijs ſufficerent, congregata vero reſpublica neutiquã ſe poterat gubernare, hoſteſq; que propulſare malefactorumq; audaciam cohibere, niſi magiſtratus deligeret, quibus ſuam tribueret facultatem, nam alios tota congregatio ſine ordine & capite neq; vnum corpus repreſentaret, neque ea prouidere poſſet, quę expedirent, ergo eadem ratione dicte diuinitusque inſtructæ reſpublicæ, aliæ annales Conſules, alię alias publicarum ad miniſtrationũ formas ſibi inſtituerũt. Atq; eodem iure quælibet potuit ac debuit vbi expedire cognoſcet totam ſuam poteſtatẽ & imperium in vnum regem (qui ſecundũ Ariſt. optimus genere ſuo eſt principatus) transferre, vt lege ſæpe citata. Quod principi placuit, ſancitur, penes quem ſumma eſſet rerum. Ecce quemadmodum publica ciuilis poteſtas ordinatio Dei eſt, non quod reſpublica non creauerit principes, ſed qđ id fecerit diuinitus erudita. Vnde illud Sap. 14. Tua pater prouidentia ab initio cũcta gubernat, per leges naturales intelligẽdum eſt, tam per illas quas rebus irrationalibus ingenuit vt mari & ventis, quam per illas, quas indidit hominibus. Et ideo Pau. ad Rom. 13. auctoritatem principum non in rempublicam tantum, ſed in Deũ ipſum refert. Omnis, inquit, anima poteſtatibus ſublimioribus, ſubdita ſit. Non eſt.n. poteſtas niſi a Deo, quæ autem ſunt, a Deo ordinata ſunt, itaque qui poteſtati reſiſtit. Dei ordinationi reſiſtit. Et ad Tit. 3. Admone illos, principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedientes. Neque vero poteſtates tantum Chriſtianorum principum, verum & quæ ſunt penes infideles, a Domino Deo ſunt, quia fideles naturam non deſtruxit, ſed perfecit. Et per illas poteſtates gubernare poſſunt plebes in his quæ ſunt naturalis iuris. Sic enim Dan. 2. legitur. Deum cœli regnum & imperium tradidiſſe Nabuchodonoſor. Sic & Chriſtus ait ad Pilatum. Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper, vnde etſi in primordijs Eccleſiæ omnes fere principes, infidelitate tenerẽtur, præcipit nihilominus Petrus Chriſtianis 1. Pet. 2. vt ſubiecti eſſent omni humanę creaturæ propter Dominum, ſine regi, inquit, quaſi præcellenti, &c. Et infra: Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis, non ſolũ bonis & modeſtis, ſed etiã diſcolis. At hinc fit vt lib. 1. quæſt 6. dicebamus, principem poteſtate fungi ferendarum legum quibus rempublicam coerceat. Fitque præterea vt non ſolum ſingulis reipublicæ membris ſuperior ſit, verum & totius collectim corporis caput, totique adeo ſic eminens, vt totam etiam ſimul punire valeat. Quare neque per rempublicam Rex poteſt regni iure expoliari niſi fuerit in tyrannidem corruptus. Per hæc demum id quod ſupra diximus, clareſcit, videlicet poteſtatem ciuilem non ſic dependere a ſpirituali, vt ab illa inſtituatur ſuamq; accipiat facultatem, ab illave poſſit vel amoueri rex, vel cogi vel corrigi, niſi quando a diuinis legibus fineque ſpirituali rebellaret. Nam etſi ambæ a Deo procedant: non tamen altera per alteram ſed modis varijs, prior ſcilicet a Deo immediatè. poſterior vero mediante lege naturæ per ciuilem rempublicam. Atque hoc pacto intelligendum eſt verbum Authen. de inſtrumen cau. & fid. col. 9. Imperium Deus de cęlo conſtituit. Atq; aliud Authent. quomodo oportet epiſco-

Poteſtatem ciuilem lege naturæ conſtare optime probat.

Reſpublica nõ põt regem regno ſpoliare, niſi ob tyrãnidẽ.

pos,&c.vbi legitur ſacerdotium & imperiũ dona eſſe Dei,a ſuperna collata clementia. Hęc ergo non animaduerterunt,qui aiunt rempublicam ciuilem ab ſpirituali ſcilicet à Sumo Pontifice facultatẽ ſuam mendicate.Quorum eſt Bart.ſuper Extrauagan.Ad reprimendum.

Argumenta ergo in contrarium nullo ſunt pondere, nam etſi homines naturaliter liberi creati fuerint eiuſdem tamen naturæ inſtinctu,ſeu ciuilia animalia, quo re pro naturali appetitu conſeruent, Reges ac Principes ſibi præficiunt,quibus obtemperantes,tutius fœliciuſque viuant. Et quãuis in Bibijs ante Diluuium nullus legatur princeps,eſt tamen vero proximum, illos Patriarchas illic recenſitos, monarchas extitiſſe,vt li.15.de ciui. Dei,ait de Cain Aug. qui ciuitatem condidit,vel gentes illas Ariſtocratiam aliamve gubernationẽ habuiſſe. Quod autem de Nemrod,ſubijcitur,fatemur & tyrannis inuaſas reſpublicas. Nãetſi poteſtas principium ordinatio Dei ſit vſurpatio tamen earum quando violato iure fit non eſt a Deo precipiente,ſed tamẽ id in punitionem ſubditorum permittente,de quibus per Oſeam cap.4.ait Deus,regnauerunt,& non ex me principes extiterunt,& non cognoui,& Iob.34.Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Et Prouer.28.Propter peccata terræ multi principes eius. Quemadmodũ & poteſtatis vſus quando legitimè fit inſpiramen Dei eſt. De hoc.n vſu peculiariter illud intelligitur Prouer.8. Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt,nam de alijs (quod lib.1.citauimus) lamentatur Iſaias c.10.vbi ait, Væ qui condunt leges iniquas:quæ re vera Deo nõ auctore,ſed permiſſore inſtituũtur. Ad aliud de Saule & Dauide conceditur,quod etſi illos tantum diuino iure poſitiuo Deus inſtituerit,ordinauit tamen iure naturæ vt alij a republica eligerentur. Quod autem de Chriſto afferunt,qui aſſeruit filios eſſe liberos neutiquam ſic audiri poteſt,vt Chriſtianos omnes principum poteſtate liberauerit,quandoquidem eius. Apoſtoli nos admonitos curauerint,vt eiſdem obſequeremur,ſed id peculiariter ſacerdotibus competit.Quod ad præſens nihil attinet negotium.

Ante diluuium fuit etiã aliqua lia principatus.

ARTICVLVS II.

Vtrum imperator ſit dominus orbis.

POſtquam fundamenta Reipublicę ciuili in perfunctorie iecimus ſequitur vt hoc art.ſecundo ad id quod de imperatore propoſuimus, deſcendamus, an ſcilicet ſit dominus totius orbis? Et arguitur a parte affirmatiua. In primis(vt extra de maiorit. & obed.c.ſolitæ habetur) Summus Pontifex & Imperator duo ſunt in orbe luminaria magna.Summus autem Pontifex vnus eſt totius orbis in ſpiritualibus,quia decuit vniuerſæ corporis Eccleſiæ vnum eſſe caput,ergo eadem fuit ratione congruens,vt in temporalibus eſſet vnum caput quod nequit aliud fingi,quam Imperator. Accedit huc tam ius canonicum,quam ciuile.eſt.n.tex.Hier.7.1.can. In apib.vbi ait,quod ſicut in apibus vnus eſt princeps, & inter grues dux vna,ſic imperator vnus. Et C.de bonis quæ libe.& c.l.cum multa,imperialis fortuna omnes ſupereminet alias. Et ad leg Rodiam de iactu l.deprecatio, ait Antonius. Ego mũdi dominus & Extrauag.Ad reprimendum quomodo in læſæ maieſt.&c. ait Henricus Cæſ. In traquilitate Romani Imperij totius orbis regularitatẽ requieſcere. In contrarium autem facit lex,Cunctos populos C.de ſum.Trin.& fide cath.vbi Iuſtinianus ait,Cunctos populos,quos clementiæ noſtræ regit Imperium quibus verbis limites Imperio ſuo circumſcribit.

De hac quęſtione bipartiti ſunt vtriuſq; iuris doctores.Nam Hoſt.& Io.And.&(vt fertur) Itali opinionem ſuſtinent, quod ſit vniuerſalis orbis dominus. Et peculiariter Bal.ſuper citata,cunctos populos. Et Bar.l. Hoſtes.ff.de cap.& poſt li.reuer. Vbi addit, forſan qui negauerit hæreſim incurrere,eo quod Luc.2.legitur edictum à Cæſare Auguſto exijſſe vt deſcriberetur vniuerſis orbis. Et in fronte tract. ſuper Extrauag. Ad reprimendum idem repetit veluti de fide. At vero Faber ſuper eandem,l. Codicis & vltramontani contrariam tuentur ſententiam. Veruntamen quia de re hac ſola legum citatione controuerſantur quæ amphibolis loquuntur verbis,opus eſt,rationibus earum mentem eruere.

Eſt ergo huius articuli concluſio, licet impe-

imperatoria maieſtas donum inſtitutioq. Dei ſit, tamen quod totius orbis imperio fulgeat nulla fit ratione credibile. Prius membrum ſatis ſupra confirmatum eſt, poſterius ergo commonſtrare reſtat. Et ne vergi ſignificatio ancipites nos teneat orbem appellamus, totum terrarum a-
Sentẽtia auctoris quarumque globum & ambitum, nam orbem Romani appellabant illam terræ portionem ſibi cognitam, quam ſuo imperio ſubiugauerant, de quo alia eſt quæſtio, ſed in ſenſu, quem verba faciunt, probatur concluſio. Et loquimur (vt ſupra diximus) de dominio iuriſdictionis, nam de rerum proprietate iam id priore concluſione ſuperioris articuli negatũ eſt. Igitur quamuis neganti hanc imperij infinitatem, opinionem ſuam probare non incumbat, ſed qui aſſeruerit, prouinciam ſubeat tale ius demonſtrandi, nihilominus pro aſſerta concluſione arguitur. Si imperator eſſet Vniuerſi dominus, aut id ſibi iure diuino competeret, aut naturali, aut humano, gentium videlicet aut ciuili. nullo autem iſtorum, ergo, &c. Primum, quo de iure diuino poſitiuo vt a naturali diſtingui tur, arguamus, Sauli quidem, Dauidique & eius proſapiæ ſacra referunt oracula cõceſſa fuiſſe regna, quippe quos Deus ipſe ore ſuo inſtituit, præterea nemini. Ius autem naturæ nude conſideratum nullum mortalium cæteris dominio prætulit. Omnes enim naſcuntur liberi, vt iam monſtratum eſt. Confirmatur autem hæc veritas. Si vagi homines diſperſique viuerent, nullus eſſet cæterorum dominus, dum ergo in vrbes & oppida ſeſe receperunt, nullus iure naturæ erat reliquis ſuperior legali dominio, quo reliquos poſſet legibus cogere, ſed tantum naturali, quo ingenio præſtantes rudibus dominantur, qui (vt dictum eſt) vi non vrgent coerciua, ergo ſi aliquis eſt dominus orbis, is creatus eſt auctoritate & conceſſu reipublicæ, quo pacto dictum eſt diuinitus eſſe ordinatam poteſtatem ciuilem. Quod autem hoc modo non fuerit creatus, probatur. Ad hoc, quod aliqua reſpublica Regem ſibi vel imperatorem inſtituit, in quem ſuam transferat poteſtatem, requiritur publicus eius conſentus, vt ſaltem maior pars in talem conſentiat electionem. Vniuerſus autem terrarũ ambitus nunquam talem fecit conſenſum, nec vero pars decima ſi mentis oculis Antipodas cunctasque nationes in gyrum luſtraueris, ergo nunquam vnus extitit dominus orbis. Neque Romanorum Cæſarum nomen & fama vſque ad Antipodas & Inſula res nobis repertos vnquam penetrauit. Secundo arguitur. Dato vniuerſas mundi nationes vel in vnum locum conuenire poſſent, vel per literas conueniri, vt vnum eligerent Monarcham, id tamen minime iure naturæ expediebat. Ariſto. nanque Polit. 7. cap. 4. docuit rempublicam non eſſe meliorem eo quod maior, ſed tantam debere ſub vno principe agere, quantam ipſe per ſe vel per ſuos poſſet commode adminiſtrare. Veluti nauis neque iuſto minus nauigationi apta eſt, nec ſi duorum eſſet ſtadiorum, poſſet commode gubernari. Et Auguſt. libr. 4 de Ciuit. Dei, cap. 15. Iniquitas, inquit, ampliora fecit regna Et perdomitis gentibus dilatare regnum, malis videtur fœlicitas, bonis neceſſitas, nempe quod hoſtium iniquitas cogit, vt bello ſupprimantur, noſtroque adhibeantur imperio. Hæc ferme illic. Eſt enim Rex anima regni, vnde ſicut auctore 2. de Anima, eodem Philoſopho, nõ poteſt quæuis anima quantumcunque animare viuificareque corpus, ſed quorumcunque natura conſtantium præfinita eſt methodus & menſura, quia neque formica ad hominis proceritatem augeri poteſt, neque homo ad illam, quæ eſt elephantis, ſic neque princeps calore ſuo totam poteſt rempublicam nationibus ac regionibus vaſtiſſime diſperſam fouere, vt valeat, quæ quaque prouincia ſiunt, noſſe, emendare, corrigereque ac diſponere, vnus namque non poteſt vndecunque orbis nuntios breui tempore ſuſcipere, neque quocunque gentium prætores ſuos, miniſtrosque alios dimittere, & quæ vbique fiunt, caſtigare, immo neque eius metus ad tam vaſta locorum ſpacia poteſt pertingere. Igitur cum poteſtas ſit propter vſum, ſi vſus ampliſſimæ huius poteſtatis non eſt poſſibilis, fit, vt vana fuerit talis inſtitutio, Deus autem & natura nihil faciunt fruſtra. Sed ſit qui contra hoc inſurgat. Chriſtus prudentiſſime inſtituit vniuerſalem vicarium mundo, vt in primo argũ dicebamus, cur ergo non potuit per vnum idem mundus in temporalibus gubernari, ſicut in ſpiritualibus? Reſpondetur multo eſſe rationem diſparem. Nam Chriſtus fuit vniuerſalis Re-

Ariſtot. Princeps in eos tã tũ rectè imperat quos cõmodè adminiſtrare poteſt.

Notãda differen

tia inter principatũ Eccleſiæ & Ciuilem.

demptor, ac ſubinde Rex vnicus Regni cœlorum toto orbe diffuſi, qui ſua infinita virtute cuncta diſponit. Et ideo poteſt per vnum vicarium totum regere orbem eo vel maxime, quod ſub illo vicario inſtituit ordinarios Patriarchas, Archiepiſcopos aliosque Antiſtites, ac ſacerdotes, qui affla tu Spiritus ſancti ſpiritualia adminiſtrarẽt, de quibus rebus non eſt neceſſe tam crebo in vniuerſale Concilium omnes coire, ſed ſatis eſt eius ſanctiones quocunque dimitti. Reges autem qui à ſuis regnis poteſtatem recipiunt, non eſt cur ab vno omnes dependeant in toto orbe. Tertio arguitur. Si vnus eſt orbis vniuerſalis in temporalibus monarcha, vel hoc introductum fuit iure naturæ ante Chriſtianiſmum, vel iure Euangelico. Non primum, quia ante natum Chriſtum viguerunt tres illæ monarchiæ ſcilicet Chaldæorum, Perſarum, & Græcorum, quibus, ſeculo propemodum Chriſti ſucceſſit quarta Romanorum. has quippe in illa ſtatua inſpexerat Daniel, vt legitur c. 2. ſuę prophetię. Nulla autem illarum fuit totius orbis domina, ſed nationum, quæ certis erant limitibus circunſeptæ. Chriſtus autem in Euangelio de ciuilibus monarchis nihil diſpoſuit, aut mutauit, quare neque Papæ hoc commiſit, niſi ratione prędicta, in quantum ſpiritualium finis id exigeret. Quantum ergo mihi ſumo ualidum argu. ex cap. per uenerabilem qui filij ſint legi. Vbi Innocentius iij. fatetur, Regem, ſuperiorem in temporalibus minime recognoſcere. quod licet gl. id de facto intelligat, non autem de iure, profecto non probat, quia caput quod citat, in apicibus id non concludit, vt confeſtim patebit. Et quamuis interpretes verbum peculiariter intelligant de Rege Franciæ, textus tamen hunc non patitur limitem, nam abſolute de rege loquitur quatenus rex eſt. Haud quidem negauerim. Imperatorem Chriſtianis regibus eſſe ſuperiorem. Eſt enim fidei protector ac propugator, per Pontificem ad hoc coronatus, & ideo in cauſſis fidei ſcilicet tam ad inimicos crucis arcendos & abigendos, quam ad reſtringenda ſchiſmata, poteſt Chriſtianos reges conuocare. Quo autem in ordinarijs cauſſis ad illum fiat prouocatio, nõ eſt in vſu niſi in ciuitatibus, nationibusque ac prouincijs imperialibus. Exiſtit autem argumentum, quod exteris vrgentius cenſetur contra hanc (quam arbitror) veritatem, idque ſumitur ex Auguſtino. libr. 5. de Ciuitate Dei cap. 12. & 15. Vnde multi exiſtimat elici de iure diuino imperatorem eſſe mundi dominum. Ait enim quod cum diu fuiſſent regna Orientis illuſtria, voluit Deus & Occidentale fieri, quod tempore eſſet poſterius, ſed imperij latitudine, & magnitudine illuſtrius, idque Romanis contulit, qui pro ſuo modo boni erant. Deus ergo illis dedit imperium (vt etiam Opuſcu. de regimin princip. li. 1. ait S. Thom.) ob ſuas ſcilicet morales virtutes, quanquam illi non promeruiſſent fœlicitatem æternam, potiſſimum propter amorem patriæ, zelumque iuſtitiæ, ac ciuilem beneuolentiam. Accedit autem, veluti huius ſententiæ robur, quod neque Sylueſt. Chriſtianiſſimo Conſtantino, neque Theodoſio Ambr. ſcrupuſum iniecerit vllum, vt imperium abdicaſſent. Ad hoc autem non vno reſpondetur modo. In primis ſæpe admonui, quam fuerint Augu. hoc loco ſiniſtre vulgo intellectus, haud enim aſſererе cogitauit, quod Deus quaſi præmium ſuarum virtutum imperium Romanis adiudicauerit. Ex profeſſo nanque ambobus capitulis citatis monſtrare contendit, quidquid illi faciebant, intuitu mundanæ gloriæ, ſuique nominis ampliandi geſſiſſe, quare aut neminem aut vnum aut alterũ cenſet fuiſſe vere ſtudioſum pro eo quod appetitus ille peccatum erat, ſaltem veniale. Quapropter licet Catonis, inquit, virtus propinquior eſſet veræ virtuti, quam virtus Cæſaris, neutra tamen fuit proprie virtus, ob peccatum autem Deus nullum repenſat præmium. Sed ait Deum illud iuſto iudicio permiſiſſe, eo modo quo ait Chriſtus eos qui iuſtitiam ſuam faciunt coram hominibus, recepiſſe mercedem ſuam, nempe ab hominibus ipſo permittente ac res naturali curſu diſponente. Vnde poſt verba citata in calce cap. 12 ait Quia pro vno iſto vitio, id eſt amore laudis pecuniæ cupiditatem & alia multa vitia comprimebant, conceſſit illis Deus illud imperium. Si ergo pro vitio, non aliter intelligitur conceſſiſſe quam permittẽdo. Denique ad idem propoſitũ cap. 15 ſic concludit. Non eſt quod de ſummi & veri Dei iuſtitia conquerantur. quia perceperunt mercedem ſuam. ad Euangelium nimirum alludens, de his qui ob vanam gloriam operantur.

Vnde dicant q. dã imperatorem eẽ mũdi dñm iuẽ diuino. Romanorum dotes.

Nemo ſuperior rege in tpalib. Quo imperator ſit Chriſtianis regib. ſuperior.

Haud

Haud ergo eos Deus fecit dominos, vt Saulem aut Dauidem reges, sed vel iure belli, vel per suam tyrannidem id permittente. Præterea, quamuis praue super hoc intelligeretur August. ac si vellet Deum tanquã legitimarum virtutum mercedem contulisse Romanis imperium, non de alio loquebatur imperio, quam de illo quod ante a fuerat Orientale, in Caldæis scilicet, & Persis, & Græcis: illud autem nunquam fuit vniuersale totius orbis, sed regionum quarundam. Et ideo subdit Romanorum imperium fuisse extensius, non tamen totius globi. Scio Bart. tracta illo citato supra, extra. cap. 5. ad reprimendum contrariam tenere sententiam s. regem Nabucho donosor, regem fuisse vniuersalem orbis, citans illud Dan. 2. Tu rex regum es. Deus cœli regnum, & fortitudinem, & imperiũ, & gloriam dedit tibi. Illud autem hoc tantum significat, q̃ erat regum unc cognitorum maximus, vti ait Nicolaus, haud tamen quod dominium, & imperium in totum haberet mundum. Profecto si fundamentum imperij Christiani firmius non esset, quam quod Orientales subindeq. Romani vsui parunt in orbe, exilius esset & infirmius, quam vt tutas reddere posset imperatorum conscien ias. Ambigere nanq. nemo potest quin ius potissimum habuerint in armis, atque adeo potentatum potius, quam iure perterritas gentes suppeditauerunt. Nam etsi aliquæ nationes legantur ob fœdera rupta, bello ab ipsis lacessite, fuerant tamen fœdera illa extorta, quæ frangere nefas non erat. Quid enim iuris habebant in remotissimas gentes? & vt alias mittamus, in terram Israel? quam Deus illis promiserat & concesserat, & quibus lege prohibuerat (vt legitur Deut. 17.) ne regem facerent alienigenam. Neque vero Christi verbum. Quod est Cæsaris, date Cæsari, in contrarium vllo aculeo pugnat, illic enim non approbauit Cæsaris dominatum, sed exinde se volens ab illo iudicio, ius tantum naturæ retulit. Si quid Cæsari debetis, soluite, sed in primis Deo, quod illi debitum est. Sed hoc est quod multi non animaduertunt, nempe quòd cum ob peccata forsan illarum nationum, permisisset eas Deus sub iugum Romanorum venire, inferant iure ipsos illas subegisse, cum re vera nulla sit consequentiæ uis. Tradidit enim Deus sæpe Israeliticũ populum in manus Philisthinorum, & Chaldæorum, & tamen error esset aper issimus affirmare ius factum fuisse illis debellandi illum popolum, & in captiuitate redigendi. Ad hæc, Iulius Cæsar priuata auctoritate rempublicam peruasit, ac subinde per iniuriam eius obtinuit dominatum, de quo supplicum capitis pertulit. Ius ergo legitimum Christiani imperij, hoc est quod vel in Augustum, vt fertur, vel Christianos post successores, vt in Constantinum respub. consensit, cuius consensu legitimus est Christianorum imperator. Hic ergo prius a Græcis eligebatur, postea vero anno Domini DCCVI. pontificia auctoritate translata est electio ad Germanos, vt ad perpetuam memoriam scriptũ est, capitu. venerabilem. de electio. Igitur vt rem summatim concludamus, iure optimo est vnus Christianorum imperator, feliciſſimo & inuitiſſimo. Quod tamen totius sit orbis dominus, neque ratio neque ius patrocinatur, nam pars quæ consensit, perexigua erat respectu totius orbis. Quare iure reclamante naturæ non potuit illa Antipodibus reliquisque regionibus imperatorem præficere. Papa vero, quia vt articul. proxim. dicebamus auctoritate Christi non est rex in temporalibus, nisi quatenus ad finem spiritualem sunt necessaria nusquam legitur tale imperium ampliasse.

Iulius Cæsar priuatã iniuriã dominatus est.

Ius Christianiim perij.

Imperatoris electio a Græcis in Germanos trãsfertur.

Ius imperatorũ antiquorũ potissimũ in armis fuit.

Ad argumenta in contrarium, vt doctoribus respondere incipiamus, re uera Bal. (si quæ dicta sunt, respexeris) ne quidquã conatus est contrariam sententiam in iure naturæ fundare, neque vero mirum hoc est, cum ad iuris prudentes non attineat ius naturæ perpendere. Sed multo (vt cum bona venia dixerim) absurdius Bart. ad ius Euangelicum supra suam facultatem gressum fecit, vbi hæresim censuit, negare, propter verbum Lucæ, imperatorem esse dominum orbis Euangelista nanque hanc tantum historiam nude retulit quod exierit edictum a Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis, nullatenus, tamen affirmat edictum illud legitimo iure ꝓdijsse. Perinde est si inferas. Regius Psaltes affirmauit, Dixit insipiens in corde suo, non est Deus, ergo affirmauit, non esse Deum. Quinimo si mysterium inediteris, apertius vr̃ Euangelista edictũ illud cõdẽnasse. Apparet namq. spumosam illam Augusti

Ad argumenta.

Chr̃s nõ ꝓbauit dñatum in Iudæos.

guſti inſolentiam in hoc retuliſſe, admoneret, non ipſum (vt ſe iactabat) ſed illum qui naſcebatur, eſſe orbis dominium, quippe quem, & legibus vniuerſum obligauit, & in iudicium eſt demum conuocaturus. Præterea, neque illic nomine vniuerſi orbis intelligitur totus globus. Haud enim tam fuiſſet Auguſt mentis inops, vt iuberet deſcribi Antipodes atque alias tot milliaribus a ſe diſtantes ſibique inauditas nationes, ſed vocabat vniuerſum orbem, vniuerſam ditionem ſuam, quæ latiſſime petebat. Quo idiomate & nos Inſulas & Continentem vaſtiſſimis ſpatijs iacentem. Nouum orbem, Nouumque mundum appellamus. Sic enim frequenti erat Latinis in vſu appellitare orbem, orbis portionem. Vt Lucanus in tertio,

Ignotum vobis Arabes, veniſtis in orbem.

Peius autem in ſupradicta extrauag. idem Bart. ad reprimendum impingit in Paulum. Ait enim Apoſtolus Roman. 13. nihil aliud quam. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, Refert vero ipſe eos, qui Romano Imperio non obtemperant, diuina præcepta demoliri, vtpote quibus iubetur. Omnis anima Romanorum principi ſit ſubiecta Paulus enim non loquebatur de Romano principe, ſed in genere de omnibus poteſtatibus, vt ſuis ſinguli præfectis obtemperarent. Adiectio ergo illa, præuaricatio fuit ſacræ ſcriptaræ. Ad illud autem in fronte quæſtionis citatum, capit ſolitæ. iam ſatis reſponſum eſt. Vbi explicuimus, quomodo poteſtas ſpiritualis, ac ciuilis duo ſunt luminaria. Sol tamen totius orbis immediate à Chriſto oriens diuino iure poſitiuo. Luna vero ab eodem Deo mediante iure naturæ per rempublicam dimanans, quæ tamen non potuit vnum eligere totius orbis, ſed Chriſtianiſmi. Illud autem Hieronymi can. in apibus hoc tantum docet, quod ſit vnos Imperator vnius reipublicę, haud tamen affirmat vniuerſum orbem ſub vno Imperatore degere in temporalibus, ſed quod in toto Chriſtianiſmo eſt vnus, ad quem etiam Imperia Turcarum, & Sarracenorum regna, quæ Chriſtiani iuris fuerit, attinent. Quia neque inter apes vnicus eſt dux omnium, quæ ſunt in orbe, ſed cuiuslibet aluearis vnus. Quod autem ex l. cum multa. citatur Imperialē fortunam cæteris antecellere, id fatemur ingenue, quia eſt omnium præſtantiſſima, haud tamen inde fit, cunctis totius orbis vnicum dominari. Eſt enim regalis dignitas excellentior Ducatibus, ac Marchionatibus omnibus, non tamen Rex vnicus cunctis præeſt ducibus orbis, ſed iis qui in regno ſuo vitam viuunt. Verbum autem Antonini in l. deprecatio. negari non poteſt arrogantiam redolere, quis enim citra talem notam dicere potuit. Ego mundi dominus? vni namq Deo eſt illud proprium. Et ideo illius aſſertio nullam facit fidem. Modeſtius namque longe ait in cōtrarium citatus Iuſtinianos. Cunctos populos quos clementiæ noſtræ regit imperium, quia quidquid gloſſematum commiſcantur interpretes, ſyncerus tamen ſenſus eſt, quod voluerit ſuum Imperium nō ſolum de iure, ſed de facto limitibus circūſcribere. Et l. In nomine Domini. C. de offi. præf præ. Afri terminos quoque nominat regionum ſuarum. Et inſti. qui modis ius patriæ pręt. ſolu. §. ſi ab hoſtibus ponitur limen imperij, vnde deriuatur nomen poſtliminium. & l. Mercatores. C. de commer. diſtinguit inter ſuos & regis Perſarū ſubiectos. Et clement. Paſtoralis de ſententia & re iud. vt Papa præſcribere terminos imperij. Illi ergo qui reſpondent quoſdā aut præſcriptione aut priuilegio eſſe exemptos, deberent prius fundere vniuerſale eius dominiū in totum orbem, vt inde inferrent quotquot modo extra imperium agunt, particulari iure eſſe exēptos. Super alia vero lege, citati in Extrauag. Ad reprimendū, multa Bart. cōminiſcitur, Imperatorem affirmans eſſe vniuerſalē. Orbis dominium, atque hoc per Pontificis ſummi inſtitutionē, quod profecto neq. unquam vllus Cæſarum admiſit neque docet ratio, nam vt ſupra dictum eſt, per electionē ciuilis reipub deſcendit ciuilis poteſtas. Sed eodem modo intelligendus eſt hic totus orbis, quo ſupra dictum eſt, ſcilicet amplitudo portionis illius mundi tunc notæ, quæ Romano imperio patebat. Vel forte vult dicere Cæſar, quod per regularitatem imperij Romani non ſolum eius ſubditi in tranquilitate erant, verum & extranei reges metu eius deterriti conquieſcebant. Haud enim occultate inſpexit Bartol. quemadmodum ciuilis poteſtas per ius naturæ, perque ideo reipublicæ cōſtitutionum a Deo deſcenderit, atq. adeo

neque

neque ante aduentum Chriſti vnum fuiſſe totius orbi Monarcham, neque vero eundem Seruatorem noſtrum ius gentium hac parte demutaſſe. Depoſcere hic ſeries videbatur, vt de ſingulari dominio, quod Catholici Reges erga infideles illos occidentales a quinquaginta hic annis inuentos habent, quæſtio adhiberetur, fuiſſet tamen nimis longa, quam ideo in libello de ratione promulgandi Euangelium, quem paratum habemus, diſputandam repoſuimus.

QVÆSTIO V.

DE TRANSLATIONE dominiorum.

ARTICVLVS I.

Vtum ſua quiſque voluntate, naturali iure valeat rei ſuæ dominium in alterum transferre.

QVÆSTIO hæc demum poſtrema de dominiorum tranſlatione, ad materiam iam reſtitutionis proximè appropinquat. Obligatio namque reſtituendi ex ratione, & modo quo tranſlatum fuerit dominium, dependet. Quæritur ergo primo, vtrum ſua quiſque voluntate naturali iure rei ſuæ dominium valeat in alterum transferre? Et arguitur a parte negatiua

1. Argu. primo: Si pro ſua quiſque voluntate tranſmittere poſſet dominium, ſequeretur actu quoque ſolo mentis interno id poſſe, quia mentalis conceptus vera loquutio eſt, cuius voces ſecundum Ariſtotel. 1. De interpretatione, ſunt ſigna, qua vtique ratione votum Deo mente factum validum eſt. Si ergo voce quiſque donare poteſt, fit vt & mente poſſit, conſequens tamen videtur falſum: nam matrimonialis conſenſus per quem vterque coniugum alteri ſe tradit, niſi voce extra, aut nutibus

Argu. 2. explicet, minimè ſolidus eſt. Secundo: Si id vnicuilibet ius naturale indulgeret, vt ſuæ eſſet arbiter voluntatis in rerum ſuarum dominiis transferendis, ſequeretur eiuſmodi voluntatem neutiquam ciuili lege poſſe cohiberi: nam humanæ leges, vt lib. 1. & 3. monſtratum eſt, nullum obtinent contra ius naturæ vigorem, conſequens autem creberrimus vniuſcuiuſque bene inſtitutæ Reipublicæ ſtatus oſtenditeſſe falſum. Prohibentur namque minores ætate viginti quinque annorum ſua alienare bona, vt patet ff. eodem titulo, l. prima. Item legibus quorundam Regnorum particularibus ſic ſunt maioratuum iura inſtituta, vt eorum poſſeſſores nequeant vinculata bona diſpendere. Item neque Eccleſiæ bona alienare pro libito poteſt, aut prælatus, aut Capitulum, niſi de certis cauſſis, certisque præſcriptis modis, vt patet ex Decreto Leonis 12. quæſtio. 2. cano. ſine exceptione. & toto titulo de rebus Eccleſ. non alien. Tertio, Si Argu. 3. vnuſquilibet poſſet ſuo arbitrio rem ſuam alienare ſequeretur eundem perinde poſſe pretij mercedisque dominium pro re turpi in alterum traducere. Conſequens tamen eſt falſum. Nam qui corrumpendo iudici, aut aſſaſſino, vt hominem occidat, aut per vſuram, aut per ſimoniam quidquam confert, etiam ſi vltro id faciat, dominium non transfert, vt iura ſanctè decernunt, ergo ius naturæ non eſt, vt quiſque poſſit liberè ſua donare. Neque verò deſunt qui idem de meretrice ſentiant, quæ merito ſui corporis nullius poteſt mercedis dominium recipere. Quarto Argu. 4. arguitur, Iura nonnulla particularia in Hiſpania, atque in alijs quibuſpiam Regnis animum cohibent parentum, ac præcipuè ſacerdotum, ne ſpurijs ſuis filijs quidquam ſuorum bonorum impertiantur, & tamen ſi ius naturale libertati cuiuſcunque concederet ſuam diſtrahere ſubſtantiam, leges illæ nulla ſe æquitate protegerent, ergo libera alienatio non eſt iuris naturæ. In contrarium eſt iuris auctoritas, Inſtitut. de rerum diuiſio. §. Per traditionem, & ff. de acquir. rerum dominio. l. qua ratione § literæ qua habetur nihil eſſe tam conueniens naturali æquitati, quam voluntatem domini volentis rem ſuam in alium tranſferre, ratam haberi.

Quæſtio, vt dicebamus, per quã neceſſaria eſt cognitu ad materiam nõ modo reſtitutionis, verum & totius iuſtitiæ commutatiuę. Ad cuius intellectum primum omniũ noſſe operæpretium eſt, duobus tantũ modis poſſe transferri dominiũ, nempè, aut domini voluntate, aut lege. Dico duobus

tantum

tantum: nam loquor non de acquisitione quacunque dominiorum, sed peculiariter de translatione. Dominium namque non solum per trãslationem ab vno in alterum transit, sed iure quoque gentium per diuisionem, atque per inuentionem, vt titulis modo citatis ff. & Institut. patet Enimuero res quæ primo occupanti conceduntur, nõ acquiruntur per translationem. Quapropter nullam hic mentionem facturi sumus de rebus inuentis, in cuius veniunt dominium, sed vsque ad quintum librum, sub titulo de furto, id nobis est differendum. Translatio ergo dominij, est trãsmissio rei ab eo qui prius legitimè possidebat in alterum, qui perinde incipit esse dominus. Hæc ergo non fit nisi, aut voluntate legitimi domini, aut lege in ipsum potestatem habentis. Secundo notandum, ꝙ lex non solum diuina, verum & humana duplicem vim habet in translationem dominiorum. Potest enim translationem impedire tam cohibendo domini voluntatem, ne det, quàm adimendo alteri facultatem, ne recipiat Et secundo potest translationem facere inuito domino, tam in pœnam criminis, quam in subsidium tuendæ Reipublicæ. De his itaque tribus membris dicendum est quæstione præsenti, videlicet de voluntaria trãslatione deque legali impedimento, ac de translatione itidem legali. His ergo præhabitis duabus cõclusionibus ad quæstionem respõdetur. Prior. Vnusquisque mortalium ius habet naturale donandi, & quomodocunque alienandi res, quam verè, ac legitimè dominus est. Conclusio hæc ex superioribus elicitur. Diximus namque fundamentum dominij rerum naturale, ac diuinum esse humanam rationem, ac libertatem. Enimuero, quia Deus hominem ad sui imaginem condit, hoc est, rationalem, ac liberum, per quam rationem, & voluntatem dominium habet suarum actionum, inde factus est rerum dominus. secundum illud Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, vt præscit piscibus maris, &c. Qua vtique de caussa soli homini demonstrauimus inter sublunares creaturas competere, vt sit rei alicuius dominus. Si ergo per voluntatem constituitur dominus, per eandem potest dominium ab se quodcunque abdicare. Secundo id probatur. Res vniuersæ propter hominem conditæ sunt, atque adeo illis quas ipse possidet, ad libitum potest vti. Quin vero, vt in definitione dominij supra posita videre est, nihil aliud est dominium rei, quàm facultas, & ius eadem vti, quocũque vsu lege permisso, puta donandi, vendendi, consumendi, & quomodocunque alienandi. Res est clarissima. Quin vero non modo res quisque suas, verum & seipsum potest vendere, vt supra assertum est. Nam etsi nemo sit vsque adeo sui dominus, vt ita se valeat iure priuare, est tamen eius custos, vt quo vitam seruet seipsum vẽdere queat. Posterior conclusio. Eodem naturali iure nihil obstante, lex potest tum voluntatem domini cohibere, tum etiam ipso inuito suorum dominio, priuare. Conclusio hæc nihilo obscurius, quam superior ex naturæ principijs colligitur. Est enim homo naturaliter animal ciuile, coalescere autem in vnum mortalium vita non potest, nisi à publica auctoritate in pace contineantur, quæ quidem auctoritas tum custos est Reipublicæ, tum & iustitiæ iudex. Ad legitimam verò custodiam primum necessarium est, vt ciuibus prospiciat, ne antequàm eorum libertas pleno iudicio rationis ducatur, sua bona dilapident. Quamobrem prohibentur pupilli de bonis suis disponere; sic ut eorum alienatio irrita sit, & nulla. Secundo & necessarium est sumptus eidem Reipublicæ necessarios a ciuibus colligere. Nam iure naturæ, partes sunt propter totum. Ac demum tanquam iudex custosque iusti ad eum spectat maleficia vlcisci, quare sicuti vita ita & bonis potest quemlibet ciuiũ expoliare. Vide ergo duas conclusiones, quæ primo aspectu secum potius pugnare videntur, quã sint eodẽ naturali iure parente progenitæ. Est inquam ius naturale, vt quisque sua volũtate possit de suis bonis disponere, sed tamẽ quãdo volũtas, possit ratione duce nõ errare. Quocirca eadem l. 1. de minoribus. Præcor inquit naturalem æquitatem secutus, &c. cauit, ne pueri, quorũ consilium infirmum est multorumque insidijs expositum, suam dispensarent substantiã. Quare etsi l. 1. de pact. idem Vlpian. æquitatem quoque naturalem appellasset, vt pactorũ fides seruaretur, subdens Quid enim tã congruum fidei humanæ quã ea seruare, quæ inter homines placuerũt nõ est tamẽ peritus, & æquitatẽ quoq; appellare naturalem, vt qui in tenera ætate de rebus suis paciscuntur, fidei suæ stare non obligentur.

Domini volũtate aut lege transfertur dñiũ alijs vero titulis acqritur de nouo.

Definitio translationis dominij

1. Cõcl.

2. concl.

Quare respublica ciues in rectis vsib. contineat.

At

At vero quamuis conclusio vtraq; liquido constet, argumenta tamen in contrariũ ambiguitate non carent. Et quidem primo dubium est, quo forte quispiam moueatur, vtrum per actum interiorem possit transferri dominium, hoc autem lib. 8. sub. tit De voto vbi D. Tho. ait promissionem non fieri inter homines, nisi per actus exteriores, emunctius examinabitur. Interim autem per hæc dicta ad argumentum respondetur. Primum, translatio est duplex Alia, scilicet quæ per transactionem fit & contractum, nempe quo, vt ait Iurisconsultus l. Labeo. 2. ff. de verb. sig. vltro citroque nascitur obligatio. Et de hac nemini dubium quin absque extera significatione fieri, non possit, quandoquidem illic non est simplex datio, sed hypothetica mutua, scilicet do vt des, vt patet in emptione, & venditione & similibus. Ac præcipue in contractu matrimoniali, cuius ideo consensus nullus est nisi extrinsecus explicetur. Alia vero est simplex translatio, qualis est donatio quæ nullam ab altera parte obligationem expostulat. Et de hac est dubium. Etenim si ego firmato consensu mente do aut polliceor rem aliquam postquam illa est vera assertio, vt hominem ligare. Quare nullum est quorundam argumentum (inter quos est Almayn. in 4. dist. 15. q. 2.) qui ex hoc, quod coniugalis consensus expressionem externam requirit, inferunt nullum posse dominium per mentalem donationẽ in alterum traduci. Sed arguis, dare, correlatiuum huius est, quod est accipere, ergo vsque quo alter accipiat, nulla fit translatio. Respondetur, argumentationem hanc verissime concludere, hoc tamẽ est de quo controuertimur, vtrum qui mente apud se dixit, Dotali inopi puellæ hanc dotalem eleemosynam, aut tali hospitali tantam pecuniã, teneatur postea illis, quibus interest, mentem patefacere suam, quam si acceptauerint, obligatur implere. Nam si votum fieret Deo, non est dubium quin teneret, vnde aliquanta cum probabilitate infertur, vt teneatur etiam patefacere nominibus, quæ illis pollicitus est, teneatur inquã lege naturæ in conscientia. De iure nanq; ciuili palam est, neminem cogi posse per actum interiorem quo ad vsque foris expliciti sit tametsi perquam probabile quoq; sit vt talis mentalis donatio antea quam alteri innotescat, possit mutari forte pro libito. Id quod loco citato. li. 8. pluribus rationibus vtrinque disputauimus. Ad secundam conclusione responsum est, vbi reddita est naturalis ratio cur expedierit ne in ætate pupillari commiteretur puero suorum dispensatio. Sed neque de primogenituris ratio deest naturalis, cui fuerint illo vinculo colligatæ, ne dispendi possent. Nã etsi ex vna parte argumentum sit haud infirmum iure naturæ repugnare, propterea quod omnes liberi eorundem parẽtum æqua forte nascuntur, ac per inde æquo iure nutriri debent atque educari, propter quã rationem multæ respublicæ iure primogenituræ non sic augent, vt in totam substantiam paternam primogeniti succedant, tamen ex alia parte id non solum in decorẽ reipublicæ, verum & in eius emolumentũ & firmamentum cedit. Haud ergo arbitrẽtur magnates ipsorum causſa maioratus esse institutos, scilicet vt eorum prosapiæ perpetuo durarent, sed in bonum respublicæ. Expedit namque vt eius commune corpus ossa habeat & neruos, quibus fulciatur. Ob idque decretum est, vt tanquam reipublicæ robora aliquæ persisterent illustres domus, tum vt a concilijs essent, tum etiã vt tempore belli eius essent sustentacula. Et quoniam, vt ait Lyricus.

Et genus, & virtus, nisi cũ re, vilior alga est.

visum merito est regibus, domorum perpetuitati sic consulere, vt domus in primogenitum descẽderet, reliquæ vero proles suis essent alimentis contentę. Similes namque est agricolatum prudẽtia, quia arbori & viti minores ramunculos circunquaque amputant, vt præcipuum germen in truncum excrescat. Fit ergo, vt tam primogeniti, quã illi qui legitimã non sunt ętatem ingressi, sic iure, & merito cohibeãtur bona sua abalienare, vt alienatio irrita nullaque sit, vtpote per quam nullum transfertur dominiũ. De Ecclesiasticis autem bonis aliæ sunt nõ inferiores rationes, nam cum Ecclesiasticum seruitium, non minus necessarium, quã religiosum, sine bonis quæ hominum pietas huic muneri mancipauit, perdurare nequeat, & ex vna parte. Capitulum & prælatus non tantam illorum curam gerant quam si essent propria, sed ex altera secularis auiditas quocunque se inferat consultissimum fuit arctissime cauere, ne eiusmodi facultate Ecclesiasticæ, nisi iustissimis causſis, consultissimisque formis

Dubiũ.

Ad primũ arg.

Ad secundum.

De primogenituris.

Institutionis maioratuũ rõ.

Horatius 2. Serm. Sat. 4.

De bonis ecclesiasticis nõ alienandi.

Ad tertiũ arg.

mis alienarentur. Ad tertium paulò differentius reſpondetur. Princeps enim ſicuti quia reipublicæ cuſtos eſt, cogere poteſt ciues vt vbi opus fuerit, contribuant, ſic quia iuſtitiæ iudex, poteſt & propter crimina tum dominos bonis ſuis priuare, tum alios, ne recipiant, inhabiles efficere. Atque hac ratione & qui vel corrumpendo iudici vel aſſeſſori pecuniam offert, eadem mulctatur, & quibus offertur, inhabiles meritiſſimo fiunt, ne eius dominium acquirant. De qua re quæſtione ſeptima explicatior habebitur ſermo Et idem cenſendum de ſimoniacis, niſi quod ratio reſtituendi paulo eſt differentior, vt in calce ſexti libri diſputabitur. De lucro autem meretricio, quæſtionem eadem 7. idque diuerſa ratione dicendum nobis reſtat. Quar

Adquar tũ argu.

tum autem argumentum præcipuam mihi ambiguitatem offert, ſaltem de filijs ſacerdotum. Sunt enim ſuperiorum atque eorum qui non ex legitimo matrimonio naſcuntur quatuor genera, quę notantur cap. Niſi cum pridem. de renuntiatione ſunt inquam manzeres, qui ex ignoto ſcorto, puta ex vaga meretrice, quæ omnibus expoſita eſt, naſcuntur. Spurij autem qui ex peculiari concubina ſuſtolluntur. Et iſti dicuntur naturales, quamuis ſi Etymologiam Græcam ſequamur, ſpurius idem eſt, quod ſine certo patre natus atque adeo melius conueniret illis, qui vago concubitu generantur. Nothus vero, vt Quintil. lib 3. inquit, eſt ille, qui ex vxore non legitima natus eſt, nempe ex adulterio. Nam quia Latinum nomen non habemus, peregrino vtimur. Græci nanque quidquid illegitimum eſt. 1. legem non ſeruat, Nothum appellant, vt febrem notham dicunt illam quæ legitima periodum & terminũ non ſeruat. Impræſentiarum autem manzeres, & ſpurij eodem gradu æſtimantur, quantum ad ſucceſſionem hæreditatis. Enimuero eiuſmodi ſpurij non ſuccedunt in hæreditatem neque patris neq. matris ſi filios habeant legitimos. Nam teſtator nõ videtur alienas ſucceſſiones proprijs anteponere l. cum acutiſſimi. ff. de fideicom. vnde l. 9. Taur. originem duxit, quæ ſpurios ad hæreditate repellit Poteſt tamen illos mater ex 5. parte aſſis hæredes inſtituere. Si autem mater legitima careat prole, ſuccedunt illi ab inteſtato, non tamen patri, quia eſt certus. Si vero ſint ex damnato cõ-

Superiorũ quatuor genera.

cubitu nati ex parte matris, puta ex inceſtu, aut ſtupro, & potiſſimum ex adulterio, non ſuccedunt, neque ex teſtamento neque ab inteſtato, non tamen prohibetur quin tam mater quam pater poſſit illis quintam etiam partem legare. Hæc autem extra vllam ſunt cõtrouerſiam. Quod autem in litem huc vocamus, eſt vtrum pater nel mater extra teſtamentum poſſit illis aliquid in conſcientia relinquere contra legis prohibitionem, vel amici fidei cõmittere, qui illis poſtea tradat? Et de vtroque reſpondendum eſt ſcilicet an ſit peccatum mortale, tam patri quam amico, quã etiam filio recipienti: Et vtrum eiuſmodi bona ſint reſtituenda, & cui. In eiuſmodi ergo caſibus diſcernendum eſt naturale ius a ciuili. Si enim ad merum ius naturale ſpectemus, dubium non eſt quin pater poſſit ſua bona notho filio, ſicuti cuicunque donare citra culpam, & alter etiam poteſt illa abſq. culpa poſſidere, niſi forſan alios haberet liberos, quos illa cauſſa in pauperiem adigeret, quod ad præſens negotium nihil attinet. Sed dubium eſt, vtrum lex ciuilis ſic fecerit inhabiles eiuſmodi nothos ad fruendum paternis bonis, vt nullatenus poſſint dominium acquirere, vel vtrum ſolum per modum pœnæ eiuſmodi bonis illos priuet? Per multum enim refert, nam ſi inhabiles fiunt, quemadmodum pupilli ad dandum, & ſimoniacus ad ſuſcipiendum, nulla ſpectata ſententia tenetur illa reſtituere. Si vero lex tantũ eſt pœnalis, tunc, vt lib. 1. latiſſime diſputauimus, ante latam in iudicio ſententiã poteſt ea filius cum bona conſcientia poſſidere. Et ne longius diſputationem protrahamus, arbitror ſub diſtinctione reſpondendũ de filijs nothis ſecularium, & de filijs clericorum aut religioſorum. Enimuero de iure cõi nihil expreſſum reperitur, quo prohibeantur parentes extra teſtamentum aliquid illis, aut viuentes donare, aut morientes relinquere. Sed leges particulares regni ſunt, quæ rem in dubiũ reuocant. In legib. autem regni nihil arctius contra filios nothos ſecularium decretũ inuenitur, quam quod l. 3. definitur, tit. 5. part. 4. nempe quod non poſſunt hæreditario iure ſuccedere in bona paterna Et l. 1. fori, tit de hered. ſucceſſionem prohibentur, ne poſſint in hæreditatem ſuccedere, quod & 9. Taur. citata cõfirmatur. De iſtis ergo aſſeruerim, quod ſi

Quid poſſit pater iure naturæ, cũ filijs nothis.

Quid lex ciuilis de filijs nothis ſecluriũ, ſtatuat

pater

pater aliquid fidei amici committit, quod det suo filio ex adulterio susceptо, amicus ille tenetur ius naturale seruare, hoc est dare filio, & filios potest recipere perinde ac si esset extraneus. Itaque omnia sua bona potest illi pater dare, si filius non habet legitimos, si autem legitimos habet, non potest illos exheredare, nisi vsque ad quintã. Neque arbitror vllum interuenire peccatum. Cum autem fiscus petierit, standum est iuri exteriori Conclusionem hanc mihi eo persuadeo, quòd lex illa, cum sit in odium filiorum non est vlterius dilatanda, quam sonat, non autem prohibet nisi esse hæredes, ergo pater extra testamentum bona sua donans non facit contra rigorem legis, neque vero in eius fraudem, quia lex pœnalis tantum ad id obligat, quod sonat.

De filijs clericorum & religiosorum.

Dubium autem intricatius restat de filijs clericorum, hoc est, sacris initia totum, & de filijs religiosorum. De his namque licet non in iure communi, tamen in iure particulari regni verba habentur multo significantiora atque strictiora. Extat enim lex 22. lib. 1. tit. 2. & l. 2. tit. 3 lib. 5. regalium ordinamenti, in hanc formam, Quo nulla offeratur occasio, vt vlla mulier clericorum concubinatui addicatur, si clericorum filij in eorum bona hæreditario iure succederent, constituimus & præcipimus, vt eiusmodi clericorum filij, & l. 9. tanti extenditur perinde ad filios religiosorum, neq; habeant, neque hæreditent, neque hæreditare possint bona suorum parentum, neque aliorum consanguineorum. Et sequitur, Neque suscipiant. Hoc enim Hispane sonat nox, Ni ayant, neq; potiri possint quocunque legato, aut donatione, aut alia collatione quæ illis fuerit facta. Quæ quidem verba non solum eos excludunt ne hæredes esse possint, verum etiam videntur eos facere inhabiles & incapaces ad vllo pacto possidenda paterna bona, nisi peculiari regis concessione. Et quod tam strictam legẽ rex possit facere, nõ est ambigendum, nam vt lib. 1. decisum est leges humanæ obligãt in foro cõscientiæ, quando sunt iustæ, eiusmodi vero odium in clericorum sobolem, æquum est. Quare profecto mihi est probabile, eandem legem non modo esse pœnalem, verum & impeditiuam translationis dominij, ficut si vel pupillus donaret, uel simoniachus vel assassinus susciperet. Nihilominus pater tenetur eum alere, quã diu viuit & educare, quia ius illud naturæ non est reuocabile. Potestque adeo ei viuens donare vnde vitam sustentet. Ad casus ergo consuetissimos vt respondeamus, nempe cum sacerdos vel clericus in sacris bona sua amici fidei concredit, vt det suo filio, primum quantum ad culpam forrasse mortaliter peccat contra legem illo rigore obligantem.

Secundo, pro captu meo censuerim, illum fideicommissarium nullatenus teneri eadem bona filio clerici adiudicare etiam si pollicitus fuerit id facere. Nam fidem contra ius ciuile impignoratam, lex naturæ seruare non cogit. Quæritur ergo quantum ad restitutionem, quid de illis bonis agendum sit? Respondetur, si meum iudicium vllius est momenti, quod si clericus amico det, non sub conditione vt reddat filio, sed absolute, neque alter sub illa conditione recipiat loco filij, sed tanquam sua, etiam si clericus fiduciam certam conceperit, quòd amicus esset traditurus filio, & alias non illi relinqueret nihilominus ille amicus potest tuto in conscientia bona illa possidere tanquam sua. Et ratio nostra est, quòd etsi lex filium inhabilem fecerit ad suscipiendum illa, quæ nondum possidebat, priuare tamen clericum suis bonis non potuit nisi in pœnam, quę ante iudicis condemnationem vt lib. 1 dictum est, non obligat, & ideo donatio facta amico tenet, quoadusque per condemnationem priuetur. Imo nec per se fiscum condemnari ille potest nisi probetur præsumptio, quòd recepit vt redderet filio clerici. Quod si nunc amicus tanquam propria bona vult donare eidem filio clerici etiam tenebit donatio. Si uero clericus dedit amico non absolute, sed sub conditione, vt daret filio, neque ille suscepit nisi sub ista conditione, tunc neque donatio facta amico tenuit, quare ipsa retinere non potest, neque vero ipse potest dare filio clerici. Arbitror ergo de illis bonis antequam condemnatio fiat, in conscientia censendum esse ac si ab intestato relinquerentur, nam fiscus non habet ius quoadusque fiat condemnatio, & ideo si clericus hæredem ab intestato legitimum reliquit sua sunt, sin minus erogãda esse in pios vsus, si modo ille fideicommissa ius tutus esset numquam id in notitiam fiscalis peruenturum, nam si id metueret, consultius esset fisco patefacere. Hæc

tam

tam multis expreſſerim, quia creberrima de hoc conſilia petuntur.

ARTICVLVS II.

Vtrum per ludum dominium transferatur.

CIrcam hoc membrum ciuilis poteſtatis, qua dominiorum translationem irritare poteſt, diſputandum ſequitur de his, quæ ludo acquiruntur. Vt namque nullum earum rerum acquiri dominium, ſed nulla expectata ſententia reſtitutioni eſſe obnoxias. Eſt enim ludus, potiſſimum alearum ac perinde quicunque id genus fortunæ ſubiectus, vtroque iure prohibitus clericis, videlicet iure canonico, vt patet, De vita & honeſtate clericorum. cap. clerici, 2. diſtin 15. can. epiſcopus, vbi & laicus iubetur aut a ludis deſiſtere, aut communione priuari. & in Authentica de ſanctiſſimis epiſcopis. §. interdicimus. Ac perinde laicis iure ciuili, vt videre eſt. l. alearum vſus, C. de religioſis, & l. ſolent, ff. de aleatoribus. Et præterea particularibus regni legibus. Hæc autem prohibitio eiuſdem arguitur eſſe generis, quo pupilli vetantur ſua alienare bona, & quo, vt proximo articul. dicebamus, clericorum filij adeundis hæreditatibus redduntur inhabiles. Nam pariter in odium ludi ille ſancitæ ſunt leges. Secundo id confirmatur. In ludo tot coeunt vitiorum genera, vt merito ſit dominiorum per ipſum translatio interdicenda, quoniam vt habetur eadem lege, alearum licet res eſſet antiqua, prodit tamen pro tempore in lachrymas, nam quidam ludere neſcientes, proprias ſubſtantias perdiderunt conſequenter autem ex hac inordinatione blaſphemare conantur. Et præter illa, quæ illic commemorantur, ille, qui ludit, tam ſuorum profuſus eſt, ac prodigus, quam alienorum auidiſſime cupidus, generat enim ludus inſatiabilem lucrandi ſitim, quod adeo ad auaritiam attinet, vt in furtum vergere videatur. Vnde Ariſt. 4. Ethic. c. 1. aleatores cum latronibus cõponit, deq. auaritia infamat, & illiberalitate, quippe qui ab amicis eripiunt quod potius illis deberent elargiri. Denique tertio arguitur ex verbis legis citatę, Alearum C. de religio. vbi habetur, quod ſi contra factum fuerit, ideſt ſi quis ludo fuerit quidpiam luctatus, nulla ſequatur condemnatio, qua ſcilicet cogatur qui perdidit, ſoluere, quòd ſi ſoluerit, ſolutum reddatur. In contrarium autem eſt quod iure naturæ quiſque poteſt per ludum ſua bona alteri tradere quare non eſt ciuilis cohibitio latius extendenda, quam ratio perſuadet, & legum verba ſonant, & iudiciorum vſus habet. Hæc autem non aliud videntur contendere, quam quòd qui perdidit, repetitionem habeat in iudicio, vt illico monſtrabitur. Obidque dum ille non repetit, lucrator legitimè poſſidet, atque adeo verũ habet dominium.

Ad quæſtionem hanc, de qua plus forte Doct. iuſto reperias controuerſos, quatuor concluſionibus reſpondetur. Prima Ludus ſi in genere nomen accipias, rem de ſe licitam iure naturæ ſonat quin & virtus eſſe poteſt, vt S. Th. 2 2. q. 168. auctor eſt. Enim vero etſi homo ad laborem natus in ſudore vultus veſci debeat pane ſuo, haud ramẽ. cum corruptibilis ſit in labore durare põt niſi animi nunnumquam recreatio laborẽ interpollet, ſudoremque abſtergat. Licet ergo animi leuandi gratia nonnunquam ludere, dummodo moderamen non abſit. Quo fit, vt ſicuti alias animi recreationes moderato prætio licet pro cuiuſque ſtatu procurare, vt venationẽ, & ſimilia, ſic nonnunquam liceat, quin vero & virtus etiam eſſe poſſit, in pecuniam ludere. Hoc patet, quia ſicut in cibos honeſtos quibus corpus refocillatur, licet ſumptus erogare, ſic cum & luſibus quoque & animus vegeret, & corpus, non eſt cur & in illis non liceat aliquid expendere, quod maiori neceſſitati non ſubtrahas. Vnde Ariſt. 2. Ethic. c. 6. vt in cæteris virtutibus ſic & in loco mediocritatem conſtituit, quam εὐτραπελίαν, vocat, nos autẽ iucunditatem dicere poſſimus, quare & deficere quoque cenſet nõnũ quã hoïes a luſibus quos ideo agreſtes appellant. Cicero lib. 1. de offic ait, ludo & ioco vti quidẽ licere, ſed ſicut ſomno & quiete, quæ & ſeipſa non ſunt neceſſaria, ſed vt recreati vegetiores ab laborem reſurgamus. Secũda concluſio. Ludus vt ex multis accidentibus honeſta, ſic & ex plurimis vitiatur. Prior pars probatur. Primum, vt eamittamus, quæ in ſolẽnitatibus eccleſiaſticis, vt in feſto ſacratiſſimi Corporis Chriſti inſtar Dauidis coram Arca Domini ſaltantis, quod 1. Reg. 6. legitur, permittuntur, leges ipſæ id conteſtantur. Lex enim citata,

Prima concluſ.

Secũda concluſ.

citata. Solent, qua ludus in pecuniam prohibetur, permittit hastiludium, lactumina, atque alia pugnæ simulachra, bellorumq; meditationes, quod virtutis, inquit, hoc est fortitudinis, exercendæ caussa fiunt, quæ quidem exercitia, l. alearum. nominibus Græcis iterum referuntur. Quare & pila ludere nulla respublica prohibuit. Quin vero ad neruorum consolidationem membrorumque agilitatem comparandam nobilibus decori est. Hæc autem ad rem modo nihil attinent. Accidentia vero quæ ludos illicitos constituunt quam plurima sunt. Primum est periculum, qua ratione propetitulum de homici. adhibiti iure Canon. & alij sunt quibus torneamenta & sagittariorum ars anathematis interminatione vetantur. Secundo, præcipue ludus dehonestatur ex gestibus aut verbis turpitudinem præ se ferentibus, quales potissimum gentibus in vsu erant. Qua vtique ratione in sacris literis male audiunt ludi. Vnde Thob. 3. Nunquam cum ludentibus miscui me. & Hierem. 15. Non sedicum ludentibus in consilium. Quare passim apud sanctos conuitia legas quibus ludos vituperant. Adeo vt Chrisost. hom. 6. super Matth. in hæc verba proruperit, Non Deus dat ludere, sed diabolus, sedit, enim inquit, populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Tertio accidit, vt ludus sit peccatum propter scandalum personæ, qua ratione clericis ob eorum honestatem interdicti sunt ludi alearum, debet namque esse luctui potius dediti quam effusis gaudijs. Hæc autem atque his similes circunstantias, puta loci, vt si in ecclesia fiant, aut temporis, vel vti ad rem præsentem parum attinentia, missa hinc faciamus. Ad id quod modo in controuersiam adsciuimus, non est nisi vt de ludo acquisitis examinemus, quid nam iuris in se habeant. Aliud ergo accidens quod ludos facit esse reprobos, est, quod & homines facit & sua propria prodigere & alienis inhiare. Vnde multa alia suboriuntur mala, atque id potissimum vbi nihil artis aut exercitamenti inest, sed multum desidiæ, & secundum humanum iudicium fortunæ plurimum. De hoc ergo ludi genere sit ad nostrum propositum tertia conclusio. Alea ludere reliquisque lusibus lege prohibitis quæ a populo recepta est, neque per consuetudinē abrogata est peccatum. Probatur conclusio, Nam lex iusta nihil, vt lib. 1. diximus, prohibere potest, nisi quod ita decere iudicatur. Quod ergo lex prohibet, illicitum facit, atque adeo culpam ad quam absque dubio lex ciuilis obligare potest. Huiusmodi autē ludi prohibiti sunt quia pernitiosi reip. iudicati, ergo peccatum est huiusmodi leges vioalre. Neque obstat quod pœnę sint transgressorib. positę quin vero, vt hic abūde vt reor, commōstrauimus, pæna si id nominis mereatur poni non potest nisi pro culpa. Et quamuis iure communi chartarū ludus non sit interdictus prohibetur tamē iure regni, vt patet. eod. tit. de collusoribus An vero genere suo sit peccatum mortale, non facile decreuerim Hoc. n. ex natura & grauitate operis, vt eodem lib. dicebamus perpendendū est. Et quidem eiusmodi ludi si cunctis suis prauis qualitatibus eos denudes, cum non sint genere suo aut contra charitatem, aut contra iustitiam, non apparent mortali charactere denotandi. Quin vero vel ad conuiuia ludere vt habetur. l. quod in conuiuio. de alea vel in paruā pecuniam virtus esse potest. Vix tamen dum ampla pecunia exponitur, absq; prauitate exerceri possunt, puta absque litibus, periurijs, atque blasphemijs. Præterquam quod illa vna est omnium paratissima via ad dilapidāda bona, demoliendasq; illustres domos. Vnde Lyricus.

Quē dānosa Venus quē præceps alea nudat.

Quam ob rem vsque adeo receptores aleatorum inuidiam in republica odiumque contraxere, vt olim qui eos aut verbo, aut verbere, aut alio damno dato læsissent, impune id facere permitterentur, vt habetur, l. prætor. de aleato. Sacerdotibus autem vix citra mortale vti licet ludis vetitis, ac præsertim religiosis, & anstitibus, quoniam ludus illis non qua ratione secularibus, sed quia contra eorum est honestatem prohibitus est. Vt autem simul ambæ mutuo se dilucident subiungitur quarta conclusio. Illa quæ ludo acquisita sunt, in dominium lucrantis transeunt, quapropter antequam qui perdit repetat, non sunt restitutionis vinculo alligata. Ad conclusionis euidentiam ius prius naturale consulendum est, vt inde fiat ad ciuile descensus. Enimuero quod iure naturali vnusquisque possit per viam ludi bona sua in alterius dominium traijcere, nemini potest in dubium cadere. Nam vt supra diximus nulla est do

Quæ ludum dehonestāt

Tertia conclu.

Quarta conclu.

Iure naturali potest quis bona sua per

miniorum translatio naturæ germanior q̃ quæ libera domini voluntate fit. Sed secundo id explicatius probatur. Si eiusmodi dominij traductio iure naturali esset inhibita, id maxime vel ex forma, vel ex obiecto, vel ex affectu, vel aliunde. Primum ex forma non vitiatur iure naturæ, nam præterquam quod posset vterque ludentium gratis donare, illa non est simplex donatio, sed quædam pactio, Do ut des, nempe meam pecuniam periculo expono, vt tu uicissim exponas tu. Et tanti æstimatur periculum vnius quanti, alterius. Neque vero condemnada est, quia res ancipiti fortunæ, committitur, hoc est euentui cuius caussa nescitur nisi a Deo, hoc enim modo nihil absurdi sonat inter Christianos fortunæ, nomen. Enimuero multa sunt alia humana negotia licita, quæ dubiæ illi varietati committuntur. Primum diuisoriæ sortes, videlicet, cum qui de re qualibet diuidunda conuenire non possunt, rem sorti committunt, quod S. Tho. ex sententia Aug. 2. 2. qu. 95. licitum censet. Mox & depositiones, videlicet dum de aliqua re decertantes sequestrum faciunt, quod illi obueniat, a quo steterit veritas. Atque aliud sortium genus dum pecunia multorum congesta iocalia coemuntur, quæ inter eos fors prolata distribuit. Et (de qua lib. 6. dicturi sumus) contractus assecurationis maritimarum mercium vno Doctorum consensu tãquam licitus habetur, in quo tamen plurimum dominatur humano loquendi more fortuna. Neque obstat, quod in ludo ille, qui perdit, nihil recipit emolumenti pro sua pecunia. Nam vt diximus, illud sua sponte dedit pro spe si sibi alea caderet. Quod autem rem quibusdam magis facit dubiam, est auaritia, puta immauis cupiditas rei alienæ. Sed neque ista peccati per se est caussa mortalis, tantum abest, vt oneri restitutionis lucrantem subijciat. Auaritia nanque vt D. Thom. 2. 2. quæst. 11. docte admonuit duplex est. Altera quæ opponitur iustitiæ, videlicet quando quis contra appetit alienum. Et hæc genere suo mortale est. altera vero quæ opponitur liberalitati, Latineque eicitur Illiberalitas, scilicet ardens illius cupiditas, qui tamen nihil contra ius vult recipere, & hæc non est genere suo peccatum mortale, nisi eo vsque animum occuparet, vt opera charitatis necessaria impediret. Ad propositum ergo quod collusor lucrari exoptet nullum est peccatum, non solum eo quod pugnanti victoria dulcis est verum & amore lucri. Neque si ardentissime id cupiat dum tamen iustitiæ iura non violet, peccatum mortale est, vtpote dum cum illo non ludat qui si iuris non est alienandum bona sua, neque vim inferat, nec fraudem nectat, vt S. Thom. 2. 2. quæst. 2. artic. 7. auctor est. Quocirca non aliter necesse est moderari cupidinem, quam secundum iustitiæ lumina, vt non sit genere suo lethale crimen, quamuis eximia sitis bonorum temporalium de se sit peccatum veniale. Neque vero ludentium prodigalitas, genere suo est peccatum mortale, nisi ea prodigentur, quæ vel alendæ familiæ necessaria sunt, vel ad implendum præcepta Dei. Igitur secundum merum ius naturæ neq; peccatum est mortale ludere neque vlla inde nascitur restituendi obligatio. Quocirca seculares si qui sunt imperialibus legibus exempti, ludendo non peccant. Nam vt ibidem S. Tho. de hac ipsa re loquens, ius ciuile nõ omnes obligat neque illi, apud quos eiusmodi leges per contrariam consuetudinem abrogatæ sunt. Quo fit, vt aliquod interueniat peccatum, aut restituendi vinculum, hoc a iure ciuili pendeat, vel communi vel particulari. de his igitur videndum est quomodo prohibeant ludum. Etenim si traductionem dominij vetant, clarum est eum, qui lucratur, perinde, ac vsurarium nulla expectata sententia, restitutionis lege teneri. Si autem lucrans non nisi per modum pænæ lucro priuetur, aut ad alterius repetitionem tunc ad nullam antea restitutionem tenetur quia vere acquirit dominium. Et quidem quod prohibitio illum faciat priorem sensum, hoc vnicum inuenio verbum iuris quodammodo insinuare in citata lege alearum. quod inter arguendum retulimus videlicet si contra factum fuerit, nulla sequatur condemnatio scilicet perdentis vt soluat, sed solutum reddatur. Si ergo reddendum est, videtur dominium non transferri. Hoc tamen verbo nihil obstante, certo credo non esse tantum rigorem legis. Primum quia hoc quod dicit solutum reddatur, statim imperator exponit subdens & actionibus competentibus repetatur abijs qui dederunt. Debet ergo reddi si petatur, alias qui perdidit verum dominium transtu-

Ludũ in aliũ trãsferre.

Diuisoria sortes licitę

Assecurationis contractus licitus secũdum oẽs Doct.

Auaritia duplex.

Lucricupiditas si citra fraudem se contineat, non est mortalis.

Secũdũ ius naturæ in ludo nec peccatũ est mortale, nec restituẽdi obligatio.

Sentẽtia Paul. de restitutione lucri.

tranſtullt. Et ratio id profecto egregie per ſuadet. Nam cum illic nulla interueniat vis aut fraus, ſed libera pactio, non eſt cur cohibendi eſſent animi colludentium ne poſſent in ſe mutuo tranferre dominium. Satis enim eſt, quod dentur perdenti inducię ad repetendum. Item ſi lucrans tenere tur ad reſtitutionem, vel teneretur domino qui perdidit, vel pauperibus. Palu. in 4. diſt 15. q. 3. adſtruit quod debet reſtituere pauperibus antequam ſit a iudice condemnatus. Nam iure, inquit naturali tenetur pauperibus, & ſolo iure ciuili repetenti. Quare ſi priuatus dedit pauperibus, poteſt poſtea in iudicium vocatus excipere coram iudice etiam ius naturæ ſeruaſſe. Quod autem iure naturæ teneatur indignis, probat ipſe. Quia colludentes dant operam rei illicitæ & ideo qui perpendit amiſit dominium, & alter non acquiſiuit. Veruntamē opinio hæc nullius eſt prorſus probabilitatis. Immo iure naturæ nemo prohibetur illa via omnino alienare ſua bona. Quare lucrans nulli teneretur reſtituere. Et ſi teneretur, id deberet facere vere domino, nam mendici iure naturæ non ſuccedit, niſi vbi non haberetur cōpia domini. Cum ergo ipſe ſua ſponte dederit nulla reſtat reſtitutionis obligatio, niſi idem ipſe iure ciuili repetat. Hęc demum omnia liquido confirmantur, tum lege particulari regni, tum etiam vſu. Extant enim leges tit. 10. regalium ordina, qui eſt de colluſoribus, nempe prima de militibus dum ſub vexillis agunt, quod quicunque ab illis quidquam tunc lucratus fuerit teneatur eiſdem protinus reſtituere, vbi certe inſinuatur impediri translationem dominij, quod non videtur ab æquitate longe diſtare, in fauore militis agentis in bello. De alijs autem generaliter ſequitur 2. lex Ioann. 2. verbis à priori deferens ſub hac forma. Præcipimus vt quicunque aliquid ludo perdiderit poſſit ab eodem repetere qui fuit lucratus, dūtamen id faciat intra terminum octo dierum, quod ſi illo termino non petierit, poſſit quicunque alius id petere, atque alio deficiente, iudex ipſe & prærer officio ſuo id repetat. Et hæc eſt lex quæ vſu habetur. Ex quo fit, ſi non repetatur optimè qui lucratus eſt poſſidere poteſt, neque reſtituere tenetur. Reſtat hic tamen ambiguitatis non nihil ex verbis S. Thom. loco iam bis citato 2.2.q. 32. artic. 7. Ait quippe, quod circa illa quæ per aleas acquiruntur, aliquid eſt illicitū iure diuino & naturali, ſcilicet quod aliquis lucretur ab his, qui rem ſuam alienare non poſſunt, vt ſunt minores & furioſi, & quod aliquis trahat aliquem ex cupiditate lucrandi ad ludum, & quod fraudulenter ab eo lucretur. Et in his inquit caſibus tenetur lucrator ad reſtitutionem. Adnotandum hic tamen primum de minoribus & pupillis quia id ſcholaribus ſæpe vſu euenit quod illos quos patres in ſtudio vel in curia ſubſtentant credibile eſt poſſe paruam aliquando quantitatem reſpectu ſui ſtatus ludere, vt qui centum ducatos quotannis exponit, ſi quatuor aut quinque ludo diſpendat, vero ſimilium eſt patrem ſuum habere ratum, nam probe ſciunt vix iuuenes poſſe ſine illis diſpēdijs viuere. An vero ſcholaſticus, hoc eſt ſcholarum magiſter qui eſt non ſolum conſtitutionum, ſed legum omnium cuſtos poſſit rem hanc arctius conſtringere? prohibet quippe verbi gratia, ne cui vltra duos argēteos ludo perdere liceat vtrum obliget? Ad hoc non ſimplex, ſed multiplex eſt reſponſio. Primum enim penes huiuſmodi magiſtratuum nulla eſt poteſtas condendi leges hoc enim ad ſolam pertinet. Vniuerſitatē ſed hoc tantum iuris habet, vt leges, tam vniuerſitatis quam alias cuſtodiri ab ſcholaribus faciat. Quo fit, vt non poſſit ipſe nouam legem facere de ludo, nempe prohibere ne ſcholaris qui ſui iuris eſt, vltra quam ipſe præſcribit, dominium ludendo transferat. Immo ſi iuri cōi, & regni id licet, non obſtante eius lege fiet translatio, etiam ſi bona ſua cuncta ludat. Habebit autem repetitionem. At vero poteſt per ſuam legē nouas pœnas legibus tam vniuerſitatis quam alijs adhibere, vt cautius ſeruetur (puta excommunicationes atq. alias pecuniarias.) Quare ſi quis vltra eius præſcriptū ludat, ad ſolam tenebitur pœnam ſi condēnetur, quanuis & nonnullam contraheret ino edientiæ culpam, & quidem mortalē ſi pœnam adhibeatur excommunicationis, ſed tamen qui lucratur quātumuis maiorem quantitatem ad nullam tenetur reſtitutionem niſi fiat repetitio, aut niſi ille qui perdit fuerit filiusfamilias. Aliud dubium eſt vtrum ſi filiusfamilias aliquid ab alio lucretur plus quam ipſe perdere poterat teneatur ipſo facto ad reſtitutionem? Apparet enim non teneri, nam ſcienti &

Quādo pauperibus rei alicuius dñium acquiritur.

Leges q̄ & coluſoribus extant.

Dubiū ex verbis Sancti Tho.

volenti non fit iniuria, quare cum ille qui cum illo ludebat probe ſciret ſe non poſſe quidpiam a filio familias legitimo iure lucrari, & nihilominus ludere voluit, viſus eſt ſua ſponte donationem illius facere quod ipſe perderet. Et ita forſan res poteſt ſuſtineri, nihilominus probabilius eſt, quod niſi re uera alter extra conditionem ludi donationem f cerit, filiusfamilias non acquirit dominium illius, quod lucratur. Debet enim colludentium vtriuſque conditio par eſſe, quare nulla eſt æquitas, vt filij familias plus poſſint in conſcientia lucrari, quam perdere. De illo autem qui alium ad ludum trahit, an reſtituere teneatur, licet id D. Thom. affirmet, merito ambigitur. Vnde Adrianus qui 4. in mæteria de reſtitution cap. quia in ſuperioribus, hactenus nobiſcum conſentit, videlicet quod lucrans non teneatur ad reſtitutionem, in hoc tamen deſerit D. Thom. quoniam qui alium trahit, nihil facit contra iuſtitiam. Reſpondetur autem S. Thom non id cenſere de quocunque tractionis genere. Nam propterea quod quis alium inuitet, & quadamtenus ad ludum moueat, nullo ſe grauat reſtituendi onere dummodo alter ſua ſponte veniat, vtpote qui alias paratus erat, vel facili negotio adductus eſt, ſed tractionis nomine, intelligit, quando quis alterum inuitum trahit, ſcilicet aut vim ei infert, aut fraude eum ineſcat. Tun cenim clarum eſt ad reſtitutionem teneri, quia ab inuito lucratur. Neque ſolus cenſendus ille eſt inuitus trahi, qui ſimpliciter vt illata ludit, ſed ille etiam qui improbis precibus & verbis eouſque inſtigatur. vt niſi luderet, pudore ſuffunderetur & haberetur tanquam inurbanus & ignobilis. Eſt verbi gratia, ingenuus qui piam vel optima exiſtimatione habitus, & homo, qui aliquo ſplendore vitæ viuit, quem alter cum verborum improbitate pudore ſuffundit, niſi ludat, qui tamen conſtitutiſſimum habebat non ludere profecto tenetur tunc tractor ille ad reſtitutionem. Nam ludus debet eſſe prorſus liber. vt qui perdit transferre dominium videatur, aliud vero verbum quod illic ſubdit S. Thom. ſcilicet quod qui regibus ciuilibus ſunt aſtricti tenentur reſtituere, contrarium videtur noſtræ quartæ concluſioni. Attamen vel intelligit, quando lex ciuilis exprimeret non transferri dominium. Aut intelligit quod reſtituatur ſi repetatur. Alias profecto duriſſimum verbum eſſet. Vnum autem non eſt hic in calce ſilendum, videlicet vtrum qui non in præſentem pecuniam, ſed in abſentem & creditam impignorata fide ludit ſoluere? Apparet enim pars affirmatiua vera iure naturæ, poſt quam pollicitus eſt, neque vero lege ciuili prohibitus dare. Reſpondetur nihil ominus quod dum non niſi ſimpliciter pollicitus eſt non eſt cenſendus renuntiare iuri ſuo, quod habet beneficio ciuilis legis repetendi. Et ideo ſicut ſi ſoluiſſet, nihilominus potuiſſet repetere, ita qui pollicitus eſt poteſt inconſcientia iudicio ſe defendere vt non ſoluat. Neque facit contra ius naturæ, licet inter nobiles daretur ei opprobrio. Si autem expreſſe pollicitus eſt ſe non vſurum beneficio legis repetendi, credi potuit ſua ſponte ab ſuo abſcedere iure, ad minus, ſi iurauit, tenetur ſtare iuramento, niſi tanta eſſet bonorum iactura vt poſſet diſpenſationem petere. Sit autem poſtremum verbum. Eſt verbi gratia qui amplam pecuniam ludo perdidit, veretur tamen publico iudicio id repetere, vtrum poſſet latente via id ab altero ſuffurari. aut recompenſationem ſibi facere aliorum debitorum, quæ alias illi forſan det & quidem loco citato Adrianus id licere cenſet, nam poſtquam ille poteſt publico iudicio petere, poteſt, inquit, & alia via recuperare. Neſcio tamen, ſalua auctoritate viri, an adeo ſit certum vt ipſe arbitratur. Nam poſtquam vera ſit translatio dominij, non poteſt alia via recuperare, quam vtendo beneficio legis in primi infra terminum lege præſcriptum puta infra octo dies 1. Hiſpania. Nam quod lege alearũ iubetur, vt horũ præſcriptio ante quadrageſimũ annũ non fiat, nullibi eſt iam in vſu. Deinde forſan debet repetere in iudicio. Alias alter conſcientia non tenetur, quia leges nihil aliud decernunt, quam quod detur illis iudicialis actio, quãuis de hac non ſum vſque adeo certus. Hęc ſecundum leges hactenus relatas. Nam edita fuit poſtea lex. Matriti. vt nemini liceat in creditam pecunia ludere, qua non modo prohibetur executio cuiuſcunque obligationis & promiſſionis, verum etiam ciuſmodi permiſſiones, & obligationes, pro-

Adriani ſentẽtia.

D. Tho. aduerſa Exponitur ſnĩa D. Tho.

Dubiũ de his, q̃ ludũt in abſentẽ pecuniã data fide.

Dubiũ notãdũ.

Additio auctoris

pronuntiantur omnino nullæ & cassæ. Vbi non solum in foro exteriori, verum & interiori prohibetur vt reor translatio dominij sicuti in actione pupilli. Quare qui promisit, non tenetur soluere, & si soluerit, alter in conscientia ante repetitionem tenetur restituere. Neque valeret, si ludens legi renunciaret quoniam data est, non solum in fauorem illius, sed & in bonum commune. Posset tamen fieri libera donatio quam uis semper suboleret fraudem.

Ad primū arg.

Ad primum igitur argumentum, nempe ad iuramentum ludentis respondetur est, quomodo id prohibeant. Neque clerici, si lucrentur, neque alij, qui lucrantur ab illis, aliter teneri videntur ad restitutionem, quam fit inter seculares. Nam etsi propter scandalum ac propter suam honestatem grauius peccent, tamen obligatio restitutionis nō est alia quam inter seculares. Quæ enim sacerdotes ludendo perdunt, facultem habēt perdendi, etiam Episcopi, vt lib. 9. patebit, sunt enim suorum bonorum domini. De religiosis ãt diuersa est ratio. Negat ergo leges prohibēres ludere, perinde prohibere trãslationē dominij arq; pupillis & simoniacis. Ad secundū autem respondetur, quod etsi illa vitia, quæ ludis permiscentur mortalia esse possint nulla tamen si inde oboritur restituendi obligatio, nisi modo exposito. Enim uero licet prodigalitas non nullū peccatum sit, prodigus nihilominus domini nium transferet. Et ad verbū Aristotelis coniūgentis aleatores cum latronibus respondetur, non id fecisse quasi eadem sit vtriusque ratio, sed quia aleatores illiberales sunt, & contra ius amicitiæ delinquentes. Debet enim homo cum amicis ludere, quibus potius debet elargiri sua, quam eorum bona ab illis corradere. Ad tertium denique etiam respondetur est, vbi expoluimus verbum illud iuris, solutum reddat, scilicet si reperatur.

Sacerdotes, Episcopi ēt possunt rem ludere, vt alij.

Ad secūdū arg.

Ad tertiū arg.

ARTICVLVS III.

Vtrum per contractum, qui nullus est iure ciuili transferatur dominium.

CIrca idem membrum ciuilis potestatis quo voluntas domini cohibetur transferre dominium examinare pertinet, vtrum contractus, qui est nullus iure ciuili sit etiam in conscientia nullus ita, vt vere dominij translationem impediat? Et arguitur à parte negatiua: Vbi finis ciuilis legis cessat, lex ipsa vim suam amittit, atque adeo standum est, tunc naturali iuri nisi autem legum contractuum solemnitatem iubentium est, vt fraudibus & dolis eatur obuiam, ergo vbi constat nullam interuenisse fraudem, contractus tenebit in conscientia. Secundo ad declarationem prioris præmissæ arguitur: Lex diuina cessante fine non obligat, ergo tanto minus humana, quanto inferior est. Probatur. an recedens in præcepto correptionis fraternæ, quod vbi nulla est spes correctionis quæ correptionis finis est, non obligat, ait quippe August. de pœnit. distinct. 10. sextima can. si quis, 2. si scirem non tibi prodesse, non tererem, non te admonerem. Pari ergo modo, vt exempli gratia dicamus vbi ciuilis solennitas testamento defuit constat tamen testatoris voluntas, standum est iuri non ciuili, sed naturali vt eadem impleatur voluntas. Tertio arguitur: Si illo rigore seruandum esset ciuile ius, vsu sæpe veniret, vt nu latenus morti proximus suam posset explere voluntatem, vt puta si legitimi testes haberi non possent. Quod tamen concessu videtur absurdum, in contrarium tamen est quod leges ciuiles, vt lib. 1. dictum est obligant in foro conscientiæ, per quas tamen absolutæ habiuntur contractuum solennitates, sub illo verborum rigore vt alias contractus pro infecto habeantur, vt de testamento patet l. hac consultissima, C. de testamen.

Quæstio præsens non est magnopere inter doctores agitata, sed Innocent. in c. quia plerique, de immun. eccle. vnum ait obiter verbum, scilicet quod qui per contractuum, cui deficit solennitas iuris, aliquid possider, tenetur ad restitutionem. Vbi docet contractus minus solennem esse nullum in conscientia, subdit autem exemplum de contractu qui per volentia rem pupilli sine assensu tutoris factus est. Panormitan. vero super eodem capite, Antonio de Butrio adhærens contrariam est sententiam amplexus, videlicet quod vbi fraus abest & dolus standum est naturali iuri, vt contractus teneat, non

Snīa Innoc.

Snīa Panor. contraria Inno. quæ communis est.

obſtante ciuili lege. Atque in hanc ſententiam ſuperipſit Sylueſtr. in verbo, Alienatio §. 12. & verbo teſtamentum, 1. §. 5. Et poſtea Adria. quolib. 6. art. 1. propter rationes quas modo in fronte quæſtionis recitauimus, & quidem Ant. de Butr. ſic aſſerit conſuluiſſe, vt legata illegitimi teſtamenti nihilominus ſeruentur, in quorum conſequentiam addit in ſuo tractatu Minoritano, quod legatum minoritæ factum licet iure humano inhabilis ille ſit ad recipiendum, eſt nihilominus perſoluendum conſcientia. Hæc ergo eſt opinio communis. Sunt tamen profecto argumenta in contrarium adeo multa, eademque non infirma, vt contrariam ſententiam maiori cũ probabilitate confirment. Audiui ego iam pridem in his noſtris ſcholis contrariã ſententiam, ceu multo probabiliorem defenſari, nempe contractum nullum iure ciuili eſſe etiam in conſcientia nullum. Haud tamen ego tam abſolute opinionem hanc aſſerere audeo, vbi caſus huiuſmoei mihi occurrunt, ſed mediam ſententiam vtrinque temperatam pro captu meo amplector.

Documẽtum auctoris

Ad cuius explicationem notandum eſt, rẽpublicam & principem ſecularem bifariam poſſe dominiorum tranſlationem impedire. Vno quidem modo abſolute, cuius exempla in pupillo ante legitimam ætatẽ & in maioratus poſſeſſore produximus, per quos idcirco proculdubio dominium non tranſmittitur. Altero vero modo non ſimpliciter, & abſolutè, ſed per modum contractus ad obuiandum fraudibus præſcribendo, ſicut reſpublica ciuilis iubet teſtamentorum ſolennitates & eccleſiaſtica, formas contractuum quibus eccleſiæ bona alienantur. Et de iſtis ad quæſtionem hãc concluſione reſpondetur. Contractus, cui deeſt eſſentialis ſolennitas iuris, licet in conſcientia non ſit ipſo facto ſimpliciter nullus, veluti ille, qui fieret a pupillo, illegitimę ætatis eatenus tamen eſt nullus, vt bona conſcientia poſſit quiſque legis beneficio in tali caſu vti. Exponitur concluſio: Vbi frater meus liberis orbus per teſtamẽtum minus ſolenne, puta cui ea ſolennitas iuris deeſt, cuius defectu in iudicio merito pronuntiabit tanquam nullum (nam cui minor ſolennitas defuerit, pro legitimo eſt habendum) vbi inquam frater meus, cuius ego ab inteſtato hæres ſum, per tale teſtamentum extraneum nuncupauit hæredem, ego tuta conſcientia poſſum hæreditatem adire, & defendere me nullitate teſtamenti, quamuis ſciam abſq; fraude in fratrem meum aliter diſpoſuiſſe. Ac proinde dum mihi in foro exteriori adiudicabitur, poſſum optima fide hæreditatem poſſidere. Eodem modo, ſi pater meus per huiuſmodi teſtamentum legata fecit (pia modo miſſa faciamus) ego non teneor in conſcientia legata implere. Cur autem fuerim concluſionem ſic moderatus, quod non penitus tranſlatio dominij in his euentibus ipſo facto irritatur & annullatur, dicam in calice probationum concluſionis. Neque vero concluſionem ſic audeo aſſerere, vt contrariam omnino exiſtimauerim improbabilem, quoniam vbi aſſertionem noſtram apud alios non inuenio paulo ſoleo eſſe cunctantior ad aſſerendũ. Nihilominus argumenta ſubijciam, quæ mihi profecto multo probabiliorem hanc faciunt opinionem, quam eſt contraria. Et ſi ego inter theologos vllius eſſem auctoritatis, profecto iudicium iuris naturalis, ac potiſſimũ conſcientiæ, non alijs quã Theologis eſt deferendum. Supponamus ergo ciuilium legum tenorem. In teſtamento, verbi gratia, nuncupatiuo, puta vbi ſine tabellionis ſubſcriptione verbo nuncupantur hæres & teſtes, requiruntur ſeptem teſtes, vt habetur Inſtit. de teſtamentis, §. fi. Et pariter in teſtamento ſubſcripto, ſed tamen occluſo & obſignato vt habetur l cita ta, Hac conſultiſſima C. de teſtamentis, & l. peculiari regni 3. Tauri. Tametſi in teſtamento aperte ſcripto ſufficiant tres teſtes cum tabellione & quinque ſine illo, quamuis antiquo iure quandoque requirantur plures quandoque pauciores, vt in teſtamento Imperatoris, & in teſtamento militis, & in teſtamento cæci, &cęt. vt in gloſſis ſuper eiſdem titulis inſtit. & C. & ff. late à doctoribus adnotandum eſt. Requiruntur etiam teſtes legitimi, puta vt neque mulier, neque ſurdus, neque mutus, neque infamis admittatur, vt in eodẽ Inſtitutio. §. teſtes cauetur. Quamuis de hoc nihil hic definimus, ſed id ad iudicium ſeculare deferimus. Similiter iure Pontificio cautiſſimum eſt, ne res eccleſiæ ſine tribus contractibus diſtrahantur, vt 10. q. 2. ca. ea enim, & 12. q. 2. can. ſine exceptione, & de reb. eccle. non alien. à Doctoribus adnotatur. Ait ergo contraria opinio, quod

Sententia auctoris.

Solẽnitas teſtamentorum deſcribit.

etiam

etiam ſi in foro exteriori teſtamẽtum pronuntiaretur nul um, ſtandum tamen eſt in conſcientia voluntati teſtatoris, vbi non interfuit fraus. Et pariter dum in alienatione bonorum Eccleſiæ defuerit contractuum ſolennitas Nos autem in contrarium hæc ſubijcimus argumenta. Supponamus enim primo ex lib. 1. leges ciuiles obligare in conſcientia, vt ipſe idem Panormit. eodem loco cum eodem Innocentio planiſſimè conſentit. Tunc inquam arguitur ſic. Leges eiuſmodi nullam prorſus exceptionem faciunt, ſed abſolutè aiunt. vbicunque defuerit talis ſolennitas, nullum eſſe contractum. Sic enim concludit dicta lex Codicis. Hac conſultiſſima. vbi teſtamentum non fuerit ſubſcriptum, pro infecto haberi conuenit. Et rurſus ex imperfecto autem teſtamento voluntatem tenere defuncti non volumus, niſi inter ſolos liberos a parentibus vtriuſque ſexus habeatur, videlicet niſi liberi in ſola diuidunda hereditate voluntate habeant patris, vt gloſſa. Et Inſtitution. quibus modis teſtament. infirmentur. § ex eo ait Iuſtinianus. Imperfectum teſtamentum ſine dubio nullum eſt. Et poſtea ait ſe velle eiſdem legibus viuere. Et l. Regni citata. 3. Tauri habetur, quòd vbi teſtium numerus iuſtus non fuerit, teſtamentum nullam fidem faciat, neque in iudicio, neque extra. Et in can. citato, ſine exceptione habetur, quod alienatio inconſulto factę rerum Eccleſiaſticarum, ſit irrita. Cum ergo lex eandem vim habeat, quam verbis perſonat, fit, vt ſine vllo interpretamento ſit illi obediendum. Sed ais, Leges non adhibent verbum, in conſcientia. Hic autem cauillus eſt: nam non eſt in more legislatoribus talia adijcere verba, ſed ex natura legum ſequitur obligatio in conſcientia. At quo rei punctum patentius fiat, arguitur ſecundo ſic. Lex, vt ſolenniſſimum habet doctorum axioma, accidentarios caſus nõ reſpicit, ſed ea, quę vt plurimum contingunt. Iura enim, vti ff. de leg. Pomponius ait conſtitui debent in his quę accidunt, & vſu venire poſſunt, non timen in his, quę prẽter opinionem, & inſpirato contingunt. Igitur licet ratio iſtarũ legũ fuerit, vt fraudibus doliſq; obuiaretur, nihilominus etſi in aliquo caſu finis ille deficiat, lex ſuũ retinet vigorem. Exempla ſunt frequentiſſima ac patentiſſima quæ demirandum eſt Panormitanum & ſuos non inſpexiſſe. Prohibet lex, vt art. 1. dicebamus, pueros ſua propria ſponte bona ſua alienare, cuius vtique finis eſt, ne per eorum imprudentiam male dilapidentur. Contingit eſſe puerum decem vel duodecim annorum, qui ſapienter & in rem ſuam poſſit de ſuis bonis diſponere, vtrum propterea contractus inconſulto tutore ab ipſo factus, tenebit inconſcientia? Profecto non tenebit. Item legis ieiunij fines, eſt corporum maceratio. Vtrum propterea, quòd quis illa maceratione non indigeat, fiat exemptus a lege? minime gentium, Prohibet etiam ex arma nocturna, vtrum qui pacificus, poſſit illa deferre? Nequaquam. Eodem modo in propoſito, licet in aliquo caſu nullus interfuerit dolus, nihilominus vis legis non extinguitur. Et ratio huius eſt patent iſſima, quia alioqui leges ſcrupulos puſillorum conſcientijs inijcerent. Sæpe enim obſcurum & ambiguum eſſet, vtrum tanta eſſet fraus vt ſufficeret ad parendum in ciuili legi, an vero tam parua, vt propendendum eſſet in ius naturæ. Noluit ergo legislator ciues eſſe horum iudices, ſed quòd ſyncere auſcultarent legi, quandiu non eſſet contra ius naturæ. Sed ais, Contra ius naturæ eſt, vt ſi quis ſic voluit diſponere de ſuis bonis propter defectum ſolemnitatis, non impleatur eius voluntas profecto non eſt. Imo quam maxime eidem naturæ conſentaneum, nempe vt fraudes tollantur & deceptiones, quas in defuncto humana fallacia extrueret. Hac enim de cauſſa ait. 1. dictum eſt poſſe rempublicam naturalem voluntatem ciuium cohibere in ſuis diſpenſandis rebus, atque adeo modum illis præſcribere. Imo vero arbitror, quòd ſi ex occulto modo ſoluendi debita fraudes crebreſcerent, poſſet princeps leges ſarcire, vt ſolutio quæ coram teſtibus non ſicut, non valeret, adeo vt in conſcientia poſſet, quod contra leges ſolutum eſſet, iterato peti. Sed quidquid hoc veritatis habeat, ambigendum non eſt, quin poſſit conſcientia pro infecto haberi ille ſitimus contractus, etiam ſi fraus non interfuerit, ob id, quod intereſſe potuit. Quo ſi id poteſt, neſcio quam efficacius verborum ſignificatione efficere potuit, quam iſtorum. Sit teſtamentum nullum, habeatur pro infecto.

Opinio auctoris patet.

Ratio 2

Solutio.

Põt lex ſolutionib mo dum ſtatuere.

Et ſi fuerit imperfectum, voluntatem defuncti non teneat, ſit irritum, nullam fidem faciat, neque in iudicio neq; extra. Tertio arguitur. Qui teſtamentum reliquit illegitimum, perinde decedit ac ſi abſque vllo prorſus moreretur, quando quidem iure illud nullum eſt, ergo ſic prorſus de tali defuncto cenſendum eſt ac ſi inteſtatus deceſſiſſet. Si autem quis abſque vllo teſtamento legata feciſſet, aut hæredem nuncupaſſet, profecto hæres ab inteſtato non teneretur in conſcientia illa implere etiam ſi nulla interfuiſſet fraus, ergo neque vbi teſtamentum non eſt iuridicum. Exempli gratia. Si quis abſque liberis moriens præſente fratre diceret. Ego conſtituo talem hæredem extraneum, autem tale facio legatum, quod non eſſet donatio, frater tamen non polliceretur id ratum habere, imo renueret, & haberi non poſſet copia a bellionis atque teſtium, vt ſecundum leges conderetur teſtamentum, profecto ille frater legitimus hæres licet optime nouiſſet defuncti voluntatem, neque vllam iniectã fuiſſe fraudem, non teneretur in conſcientia aut alteri hæredi cedere aut legata implere, non obſtante iure naturæ. Nempe quia lex iuſte ad euitandas fraudes voluit ne defuncti voluntas vlla eſſet niſi per teſtamentum conſtaret. Quin vero & id iuſte potuit facere in pœnam negligentiæ teſtatoris, vt ſtatim de præſcriptione dicimus. Ergo vbi teſtamentum non fuerit iuridicum, idem erit iudicium. Quarto arguitur. Idem eſt penitus iudicium in foro conſcientiæ, quod in foro exteriori vbicunque res geſta conſtat, vt iudicium externus non procedat ex falſa præſumptione, ſi quis autem inteſtatus decederet, licet legitimus hæres ab inteſtato fateretur in iudicio aliũ fuiſſe inſtitutum hæredem, aut alia defunctum feciſſe legata, ſine teſtibus tamen talis hæres ab inteſtato non compelleretur hæreditatem alteri concedere, neque legata implere. Ergo idem dẽt iudex pronuntiare quando teſtamentum eſt illegitimum, quãdoquidem iure eſt nullum atq; adeo ille ab inteſtato hæres manet tutus in conſcientia, quandoquidem ſententia non emanauit ex falſa præſumptione. Scio equidem de hoc variatum nonnunquam eſſe inter iudices, quando ſcilicet hæres fatetur volũtatẽ defuncti, ſed profecto crediderim perinde pronuntiandum eſſe, ac ſi nihil defunctus diſpoſuiſſet. Sed ais, tales ſententiæ ſolum tenent in foro exteriori, non autem in foro conſcientiæ. Imò vero ſi non obligarent in conſcientiæ, tunc leges illa conſciẽtiarum eſſent illaque atrices, nec deberent ab eccleſia tolerari, ſecundum verbum illud in c. quoniam, de præſcrip. Quod abſque peccato mortali non poteſt obſeruari, derogandum eſt. Enimuero ſi dum iudex non ex falſa præſumptione procedens ſed ſecundum eius confeſſionem, qui reus ſit, eum abſoluit non manet in conſcientia tutus, iniqua eſt lex, cum tamen merito non ſint abrogatæ, ſed approbatæ. Quinto arguitur. Ex contraria huic noſtræ opinione conſequitur vtiuenire poſſe, vt quiſpiam abſque vlla ſua culpa nullaque alia illata vi, ſed ob ſolum tenorem legis cuita re aliter peccatum mortale non poſſet quã grauiſſimam faciendo ſuorum bonorum iacturam. Sit enim pupillus ab inteſtato defuncti hæres, qui alium extraneum per teſtamentum illegitimum hæredem nuncupauit. Tunc tutor ſi hæreditatem pro ſuo pupillo non petat, reus ipſe fiet in iudicio, & ob negligentiam condemnabitur, vt pupillo refundat quæ ſua cauſſa perdidit. Si autem petat, manifeſte peccat ſecundum opinionem nobis aduerſam, quãdoquidem ſciens & prudens petit quod non eſt pupilli. Supponimus enim ei conſtare nullam inter fuiſſe fraudem. Hoc autem non eſt concedendum. Sexto denique ac poſtremo arguitur. Niſi eiuſmodi leges in conſcientia obligarent non ſatis eſſet illi fini prouiſum ob quem inſtitutæ ſunt. Prouidit exẽpli gratia eccleſia ne eius bona niſi cum tali ſolennitate & cautione alienarentur, ſi ergo ab illo qui aliter emit, nõ poſſent rurſus clerici ac religioſi bona conſcientia repetere, fruſtranea fuiſſet cautio legis. Nunc igitur explicatio opus eſt cur dixerimus non prorſus per tales cõtractus impediri dominij trãſlationẽ. Cauſa enim eſt, quod tunc ſi ille nuncupatus hæres per inualidum teſtamentum forte hæreditatẽ poſſideret, deberet abſque vllo iudicio & petitione illa reſtituere hæredi ab inteſtato. Et pariter ſi legatarius legatum poſſideret, deberet illud protinus eidem hæredi reddere, quod tamen eſſet nimio rigore leges intelligere. Crediderim ergo quod qui poſſidet rem aliquam per contractum minus ſolennem ſibi acquiſitam dummodo

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Poſtrema rõ.

do fraus omnis, vis, & dolus abfuerit non tenetur. restituere nisi vocatus in iudicium & condemnatus. Et eodem modo, si quis iusto pretio emit bona ecclesiæ sine dolo, & fraude, licet non interuenisset solemnitas contractus, iuste potest ecclesia tacente, possidere, sed & ecclesia etiam potest bona conscientia repetere & ratio mea est quod iura humana nihil aliud volunt, quã quod in iudicio tales contractus habeantur nulli, non autem quod ipso statim facto translatio sit nulla. Quare etsi ille cui competit repetitio ob ignorantiam non perit, nẽpe quia nescit testamentum aut contractum non fuisse legitimum, quamuis possessor id sciat non tenetur ei reuelare.

Si autem exempli gratia (de quo casu ego ipse consultus fui) defunctus per illegitimum testamentum nuncupauit extraneum hæredem, & neque ille neque frater ab intestato succedens possessionem adiuit, sed vterque est ea probitate, vt nolit possessionem capere, nisi sibi ius faueat, absque dubio nuncupatus hæres debet cedere, & posthaberi, & succedens ab intestato hæreditate potiri. Hæc & si non pro demonstratis dixerim, crediderim tamen esse verissima.

Si quis autem cõtraria teneatur opinione, illam aut respuat, aut sequatur, quoniam qui contra conscientiam agit prauus est secundum illud. Quod non est, ex fide, peccatum est. Verumtamen nihilominus huic nostræ assertioni non nihil ambiguitatis obmoliri quispiam posset. Primum Panorm. pro se in contrarium adducit regulam eiusdem Innocentij, capit. quod sicut de elect. Vbi ait electionem quæ iuri naturæ consentit, licet non seruentur iuris solennitates tenere. At vero profecto salua existimatione solennis Abbatis & eius sequacium non est ab illis sincere & candide in ellecta, neque vero citata regula Innocentij. Ipse enim non loquitur vbi electio nulla est iure positiuo, sed vbi esset infirmanda, vt ait text. si in iudicium deferretur. Subdit enim exemplum vt si aliquis electorum ex contemptu non fuisset vocatus, tunc enim si electio sit a maiori parte, illo connumerato, tenet quidem iure tam humano, quam naturali. Quamuis contemptus ille possit agere ad infirmandam electionem. In tali inquam casu ait electum tutum esse in conscientia quousque quassetur electio. Quæ quidem sententia adeo non est contra nos, vt non sit etiam pro nobis, nam licet iure naturæ fateatur Innocentius electionem valere, dicit quod potest iure humano infirmari. Haud ergo credendus est Innocentius sibi ipse contra dixisse. Neque alia regula eiusdem illic Panormitani quidpiam contra nos impræsentiarum agit, nempe quod quando ius ciuile aliquid disponit contra ius naturæ, standum est iuri naturæ. Hæc enim legis dispositio non est contra ius naturæ, sed eius moderatio & restrictio pro bono pacis. Quod autem omnium vehementissime contra nos pugnare videtur, est cap. cũ esses. de testa. vbi Alexander 3. videtur contrarium decernere. Fuit enim de consuetudine interrogatus quæ erat in Episcopatu Host. vbi nullum testamentum nisi secundum leges humanas, puta septem aut quinque testibus subscriptum ad mittebatur, & respondit, tales leges a diuina lege & sanctorum patrum institutis, & a generali ecclesiæ consuetudine esse alienas, & ideo stãdum esse contra illas iuri naturali, secundũ quod in ore duorum vel trium stat omne verbum. Et ideo vbi quis parœcianorum coram presbytero suo & tribus & duobus alijs testibus testamentum ediderit valere decreuit. At vero (vt cum debita reuerentia ad textum respondeamus) licet ius naturæ sit vt duo vel tres testes sufficiãt, nam vbi homines naturali synceritate viuerent ille sufficeret numerus, tamen nullatenus negari potest quin vbi humanæ fraudulentiæ in rempublicam serperent neque tuta esset fides sanctissimum sit numerum testium lege augere. Nam ius naturę non est prohibitiuum, s. ne plures exigantur testes, sed synceritatis humanę expressiuum, nempe q̃ vel tres sufficiant, qui ideo numerus, licet plurimum in caussis tam ciuilib. quã ecclesiasticis sufficiat, tamen merito in aliquibus requiruntur plures vt lib. nos. 3. tractabimus. Vult enim eadem ipsa ecclesia, vt patet 2. quęst. 5. canon. Præsul. in nõ nullis caussis plures testes esse necessarios nempe ad condemnandas personas Curiæ insignes vt puta Cardinales, presbyteros &c. Cum ergo eadem sancta ecclesia quæ ob personarum dignitatem, quorum crimina difficile creduntur, voluerit augeri testiũ numerum, nõ est cur leges repellat ad confirmandam defuncti voluntatem, qui si calletur

Arg. cõtra sententiam auctoris

Secũdũ.

Tertiũ ex ca. cũ esses, de testam.

Exponitur illd̃, in ore duorum vel triũ, &c.

Rñdet̃ ad ca. cũ esses.

Personę in dignitate constitutę ñ facile criminib. notãdæ.

calletur pro ſe loqui non poteſt amplioꝛem quoque numerum requirit, præcipue vbi teſtamenta, aut nõ ſunt ſubſcripta, aut ſunt occluſa, nam in apertis ius naturæ ſeruatur trium teſtium cum tabellione. Igitur illic pontifex ſumus non eſt credendus leges eiuſmodi abrogaſſe, quia non habet auctoritatem in leges principum niſi quatenus ſunt contra ius diuinum, vt ipſe Papa fatetur, can. cum ad verum & cano duo ſunt. 96. diſt in. neque abrogationis verbo illic vtitur neque talis abrogatio recepta vnquam a principibus fuit. Igitur licet alijs præterea duobus modis gloſſa illic textũ interpretetur, ſatis ſit nobis altero duorum modorum reſpondere, ſcilicet aut q̃ id reſtringendum eſt ad pia legata vt explicatur cap. ſtatim proximo relatum quæ quidem legata minorem exigunt ſolemnitatem. Vel forte melius quod cum epiſcopatus Hoſtienſis eſſet in territorio eccleſiæ potuit Papa præcipere, vt non ſeruarentur leges ciuiles. Nam profecto neque in pijs cauſſis vbique admittitur iure legatum illegitimi teſtamenti, tametſi hęredes de honeſtate illa doceat implere.

Alię ſolutiones c. cum eſſes.

Argumenta autem in capite quæſtionis obiecta nullius ſunt ponderis. Reſpõdetur enim ad primum finem legis duplici ex cauſſare poſſe, ſcilicet aut generaliter in republica aut in particulari caſu, & quando ceſſat primo modo, ceſſat lex, quando vero non niſi in particulari, non ceſſat, vt late expoſitum eſt. Quod autem Adrianus ſubdit de correptione fraterna, nulla ſimilitudine pugnat. Præceptum nanque correptionis fraternæ non habet pro fine cõmune bonum, ſed particularem emendationem fratris, & ideo quando ille ceſſat, ſuperuacanea eſſet correptio. Finis autem legum annuantium illegitimos contractus, eſt bonum commune, quod nunquã ceſſat. Item præceptum correptionis fraternę, eſt affirmatiuum, quod non obligat niſi quando & vbi oportet, leges autem illæ ſunt generales. Ad tertium demum reſpondetur, nullum eſſe inconueniens, vt quis citra ſuam culpam & negligentiam ob fortuitum euentum cohibeatur de ſuis bonis diſponere, vt pax tuta ſit in republica. Leges namque non valent ſingularia cuncta cauere.

Ad primũ principalem principio cõcluſionis.

Ad 3.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum præſcriptio dominium in poſſeſſorem transferat.

EXpediuimus membrum prius publicę auctoritatis, quę cohibere poteſt legitimum dominium, ne ſua bona pro ſuo libito diſpendat. Sequitur ergo ſecundum, quod eſt ad auferendum quoque ciuibus eadem ipſa bona. Et peculiariter id diſputabimus in præſcriptione, de qua quæritur vtrum præſcriptio dominium ab inuito domino auferat, & conferat poſſeſſori? Et arguitur de more a parte negatiua. Reſpublica, niſi quando ipſa indiguerit neminem ciuium expoliare poteſt inuitum ſua ſubſtantia, præterquam ratione delicti, vſu autem venire poteſt ut abſq; vlla prorſus domini culpa aut negligentia quiſpiã triginta quadragintaque annis poſſideat alienum, ergo tunc nulla eſt cauſſa cur eiuſmodi poſſeſſor dominum acquirat. Secundo. Si præſcriptio tanta polleret vi, ſequeretur vt poſſeſſor malę fidei præſcriberet. Nam ſi cauſſa legis fuit dominium ob negligentiam punire, non eſt dignus minori pœna, dum poſſeſſor mala fide poſſidet, quam dum poſſidet bona. Tertio arguitur. Si mala fides intra tempus præſcriptionis ad reſtitutionẽ obligat, ſequitur q̃ etiam quando poſſeſſor dubitat an res quã poſſidet, ſit aliena, ius præſcriptionis impediatur. Conſequens tamen videtur eſſe cõtra Auguſt. 34. quæſt. vnica, cano ſi virgo, vbi ait, Tandiu quenque poſſeſſorem bonę fidei rectiſſime dici, quandiu ſe poſſidere ignorat alienum. In contrarium autem eſt auctoritas Gelaſij 16. quæſt. 3. can. Præſulum, & can. quicunque can. placuit 1 quibus decernit præſcriptionem triginta annorum, etiam inter epiſcopos & eccleſias vim obtinere.

Secunda pars humanę poteſtatis, qua princeps reipublicę tam eccleſiaſticę, quã ciuilis poteſt ab inuitis tum bona ſua auferre, tum etiam in aliorum transferre dominium. Primum ratione ſubueniẽdi reipublicę, vt art. 1. dictum eſt, vim ſuam exercere poteſt, nempe vt dum ei opus eſt ciuium ſubſidio, eos ad contributionem cogat, quoniam ſumus, vt ait Paul. ad Roma. 12. membra vnius corporis, & ideo tenemus

Quib. ti tulis poſſit reſp. ab inuitis ciuibus bona auferre.

mur succurrere corpori nostro. Secundo præterea ratione delicti potest malefactores bonis suis multare. Etenim quòd per quodcunque peccatum mortale ipso facto delictor suis sit priuatus bonis, iam supra tanquam hæreticum reiectum est.

Præscriptionis definitio.

De alijs autem modis, quibus princeps hac fungitur potestate, nihil ad præsentem locum, solum enim de præscriptione nobis est quæstio. Igitur præscriptio nomen iuris est, idem nimirum significans, quod per possessionem præscriptio a lege tempore protractum, dominium rei acquiret. Et quamuis non solum inter Doctores, verum & quandoque in iuris contextu explicationis gratia distingui consuescat inter præscriptionem, & vsucapionem, quòd præscriptio sit rerum immobilium, vsucapio vero mobilium, tamen crebro etiam iura ambabus promiscuè vtuntur vocibus. Vsucapere enim nihil aliud est, quàm vsu vendicare. hoc est per vsum legitimo tempore continuatum rei dominium acquirere, vt legitur ff. de vsucap. l. vsucapio. idque ipsum est præscribere, loquendum autem est, vt plures, & sentiendum, vt pauci, & ideo non est, cur non eodem vtamur distinctione. Itaque vsucapio duobus modis differt a præscriptione, scilicet, & ratione materiæ, vt modo dicemus, & ratione temporis, vt dicere pergimus. Igitur quoniam hic tantum de foro conscientiæ disputamus, supponamus tam Imperatorum, quam Pontificum leges.

Quanto tpe fiat vsucapio.

Vsucapio namque rerum mobilium triennio fit, aut quadriennio, vt habetur Institut. de vsucapio. & C. eod. l. quas actiones.

Præscriptio longi tēporis, & lōgissimi.

Præscriptio vero altera est longi temporis, altera vero longissimi. Præscriptio longi temporis per decennium inter præsentes, & per 20. annos fit inter absentes, vt eod. Instit. subsequitur, & ead. l. C. & C. de præscript. longi tempor. l. malæ fidei. Ratio enim postulat, vt præsentium negligentia, nempe, qui in eadem prouincia, vel in eadem vrbe commorantur, breuiori tempore puniantur, quam absentium, ad quos nō tam cito penetrare potuit rerum notitia. Præscriptio autem longissimi temporis est triginta annorum inter præsentes, & quadraginta inter absentes, quæ in rebus Ecclesiasticis est necessaria.

Quod ī rebus ecclesię lo-

De qua ideo præscriptione plura extant, cap. 16. quæst. 3. Et l. citata, quas actiones. hæc omnia distinguuntur, scilicet ꝙ decennalis, & vicennalis præscriptio in secularibus sufficiat, triennalis autem, & quadragenalis competat religiosis rebus. Vsucapio vero triennio fiat, inter præsentes, aut quadriennio inter absentes. Atque hoc proprie loco vsucapio a præscriptione distinguitur. Romana vero Ecclesia, vt illic subiungitur, gaudere debet tempore centum annorum, itaque contra illam breuius non præscribitur.

cum nō hēat nisi quadragenalis pręscriptio.

Contra Ecclesiā Romanam nō p̄scribitur nisi centum annis.

Quocirca etsi Imperator præcedenti lege, Vt inter omnibus Ecclesijs hoc tempus centum annorum indulsisset, modo tamen sola Ecclesia Romana illa gaudet, iuxta tenorem eiusdem authentici, quas actiones, vt habetur 16. quæstio. 3. cap. nemo. His ergo prænotatis quæstio nostra est, an in conscientia qui præscriptis temporibus rem possedit, quamuis postea resciuerit ea esse alienam, tuto illam possideat? De qua re tres sunt diuersæ opiniones duę nimirū extremę, quarum altera tenet, ꝙ semꝑ est iudicandū secundum leges concedentes præscriptionem cum mala fide. Et hæc est glo. cap. fin. de præscriptionibus.

Opiniones duæ extremę.

Altera vero, ꝙ quamuis bona fide toto tpe legis quis rem possideat, nihilominus quotiescunque resciuerit eam esse alienā, etsi in foro exteriori res sibi possessa adiudicetur: tñ in conscientia nunquā est totus quousque eā restituat. Et hęc est summa Rosellæ, in verbo, pręscriptio Inter has ergo nos media via incidentes, duabus conclusionibus ad qōnem respondemus. Prior est: Nemo beneficio humanæ legis sana cōscientia præscribit, nisi toto præscriptionis temporis bona fide possideat. Conclusio est expresse asserta in illa regula Iuris, Possessor malę fidei non pręscribit. Est autem recolendum, secundum ciuiles leges olim possessoribus ēt malę fidei rem possessam fuisse adiudicari solitam, vt Gratianus ad notauit. 16. q. 3. cano. dilectio. § potest. Et expresse habetur cap. vigilanti. de pręscriptio. vbi refertur Ephesinum legislatorem propter vitandam miserorum segnitiem, & longi temporis errorem, & cōfusionem, primum omnium tricennalem, vel quadragenalem præscriptionem lege sanxisse. Alexand. vero Tertius, eodem capitu. easdem leges, vel confutat, vel saltem moderatur, quantum ad hoc quod possessoribus malæ fidei non faueant, eandemq; reuocationem, seu moderationem. Innocentius

Prior cōclusio.

Olim possessor malę fidei pręscribat secundū leges.

Corrigitur ius antiquũ

tius Tertius in Concilio Lateranen. confirmauit eodem tit. cap. fin. Et ratione probatur, Poſſeſſor malæ fidei dicitur ille, qui conſcius eſt, aut dubius rem, quam poſſidet, non eſſe ſuam. Accipitur enim hic fides pro conſcientia, ſecundum illud Pauli, Quod non eſt ex fide, id eſt conſcientiæ contra, peccatum eſt. Qui autem contra conſcientiam rem alienam poſſidet in peccato perdurat, & qui addubitat, ſcrutari tenetur veritatem, peccatum autem nemini ſuffragatur, ergo eiuſmodi poſſeſſori nullum patrocinatur ciuile ius. Atque hãc rationem huius concluſionis aſſignat eodem capite Innocent. Quare glo. quæ dicit non credere Papam potuiſſe leges illas reuocare, nullius profecto eſt probabilitatis. Nam etſi poteſtas Imperialis diſtincta ſit a Pontificia, neque ſit (vt illi aiunt, quos ſupra refellimus) ſimpliciter, & ab oluè illi per omnia ſubdita, tamen quia quantum ad animarum regimen ſpirituali tẽporali diuinitus eſt prælata, poteſt leges ciuiles delictorum fautrices de medio tollere, qualis certè eſt, quę poſſeſſoribus malę fidei faueret. At quo res patentior fiat, vel gloſſa illa vult leges ciuiles poſſeſſoribus malę fidei in conſcientia tradere rem poſſeſſam. Et iſte eſſet intolerabilis error, eſt enim contra naturam quòd latro, aut qui mutuum accepit, propterea quòd decem, aut viginti annos in mora ſit ſoluendi, dominium acquirat. Aut vult id tãtum, vt ſentire uidetur, & S. Thom. quolib. 12. art. 25. interpretari, quòd negligenti domino poſt illud tempus non detur petendi ratio, quemadmodum decepto citra dimidiũ iuſti pretij denegatur in iudicio actio, licet alter teneatur in conſcientia exceſſum iuſti reſtituere. Sed neque hic ſenſus ulli eſt equitati conſonus, quoniam in emptionibus, & uenditionibus præſumptio legis eſt, quòd cum pretia rerum non ſint ita planè omnibus comperta, poſſet quis ignoranter, & bona fide ſeſqualtero pretio rem uendere ultra iuſtum, & ideo denegatur alteri actio ad reſcindendas lites. Quod autem nefarius latro, aut uſurarius, aut qui mutuum accepit per manifeſtum, diuturnumque peccatum ius acquirat, vt legum beneficio protegatur, ne cogatur ſoluere, nulla fert ratio, etiam ſi alterius negligentia id contingeret.

Poſterior concluſio.

Poſterior concluſio: Poſſeſſor bonæ fidei elapſo legitimo tempore, tuta conſcientia rem tanquã propriam poſſidet, quoniam lex ciuilis dominum ipſum re vera conſtituit. At, ne per ignota vlterius progrediamur, explicare congruit, quænam ſint ad bonam fidem requiſita. Ad quod reſpondetur, exacta eſſe quatuor. Primum omnium requiritur ſubſtantia ipſa fidei, hoc eſt ſcientia, vel credulitas, quod res ſit tua. Vbi enim fundamentum hoc non adeſt, tota præſcriptionis machina labaſcit. Secundo requiritur poſſeſſio. Nam vt habet regula iuris, ſine poſſeſſione non præſcribitur, neque vſu capitur, vt ff. de vſucapio. l. i. ne poſſeſſione. Quapropter cum ius ſpirituale laicis non competat, licet laicus ius allegare poſſe dicere exigendi decimas quadraginta vel quinquaginta annis, nunquam præſcribit, quia non eſt poſſeſſionis capax, neque res illa eſt præſcriptibilis. Poteſt inquam laicus decimas recipere ex conceſſione, non tamen quod penes ipſum ſit ius exigendi, hoc eſt imperandi earum ſolutionem. Pariter neque ſeruus, neque Mendicantium religioſus poſſidere poteſt, atque adeo neque præſcribere. Tertio depoſcitur titulus, vel naturalis, vel iure legitimus, vel præſumptus. Qua ratione fur, & vſurarius nullo tempore præſcribit, quia poſſidet ſine titulo per vim. Eadem ratione neque mutuatarius. Nam licet titulo mutuationis acquiſierit dominium, illo tamen pacto, vt redderet. Si autem lationis filius bona fide hæreditatem paternam adiuit, nimirum credens bona ille legitimè fuiſſet acquiſita, & toto tempore præſcriptionis illa fide poſſidet, tranſacto illo quamuis innoteſcat, fuiſſe aliena, tutus manebit in conſcientia. Et pari modo, qui a latrone bona fide rem alienam emit, vt habetur ff. de vſucapio l. ſi aliena. Nam licet ille titulus non ſit verè naturalis, eſt tamẽ lege præſumptus. Eadem rõne in calce ſuperioris libri diximus, quod cũ ſententia iniqua neminem in conſcientia ius auferat, aut conferat, ſit, vt qui per tã eam ſententiam mala fide rem acquiſiuit, nempe quia quando lata fuit, ſciebat eſſe iniuſtam, nullo tempore præſcribat. Nam perinde recipit, ac latro. Si autem arbitratus eſſe iuſtam, poſſidere cœpit, ſed tamen infra tempus præſcriptionis in notitiam ſibi venit ſententiam fuiſſe iniquam, tenetur reſtituere. Attamen vbi legitimum tempus præſcri-

Quæ requiritur ad bonã fidem.

Laicus nõ poteſt percipere eius exigẽdi decimas.

Mẽdicãtium religioſus non põt quouis tẽpore præſcribere. Quia latrone rẽ emit, poteſt illã præſcribere.

Neque unt leges ſecũdum aliquos veros dominos dñio priuare, propter negligẽtiã repetendi.

præſcriptionis tranſierit, licet poſtea id noverit, non tenetur. Nam poſtquam legitimo titulo, hoc eſt lege præſumpto, rem bona fide poſſedit, factus eſt eius dominus. Quarto requiritur eandem bonam fidem toto tempore abſque interruptione continuari, vt expreſſe habetur cap. fin. de præſcriptio. Nam ſi interrupta fuerit, nempe quia dominus petijt, aut alia uia, tunc tempora illa interrupta non cenſentur vnum legitimum conſtituere. An vero qui de re illa quam poſſidet, ambigit, ſit ne ſua præſcribat, quia longiuſcula eſt diſputatio, poſt concluſionis demonſtrationem adiũgitur. Reuertamur ergo his ſuppoſitis ad ſecundam concluſionem, quam vt dicebam, Summa Roſella ſimpliciter negat in verbo, præſcriptio, & vt Sylueſt. eodem verbo. §. 13. refert Anton. quoque de Butr. in cap. vigilanti, quia credere nequeunt, leges vero dominium legitimos dominos priuare poſſe, eò quòd in eui ſint negligẽtiæ culpa, eſſet enim vt arbitrantur, contra ius naturæ, ſed tantum denegat eis petitionis actio. Et aiunt iſto more ſuo hanc eſſe opinionem Theologorum quos tamen ſi vidiſſent ſecus pronuntiaſſent, cum D. Th. quolib. 12. art. 25. & Scotus 4. diſtin 15 & omnes concluſionem à nobis aſſertam meritiſſimo teneant Adria autem eo modo procedit, quo ſuperiori articulo, nempe, qꝑ vbi negligentia veri domini ad culpã pertingit mortalem, tunc qui preſcripſit tutus eſt in conſcientia, etiam ſi poſtea intellexerit rem eſſe alienam. Cui quidem iuri illud ſupponit fundamentum quod Imperator eſt dominus orbis & ideo poteſt dominium ab vno in alterum transferre. Attamen ſi ille non fuit mortaliter negligens, tunc licet in foro exteriori res præſcribenti adiudicetur tenetur tamen in conſcientia reſtituere Ratio eius eſt illud ſuũ axioma perperam intellectum. Ceſſante cauſſa legis, ceſſat ſubinde eius vinculum. Cum ergo lex præſcriptionis in culpa negligentis rem ſuam fuerit condita, illa ceſſante, ceſſat præſcriptionis cauſſa His veruntamen non obſtantibus abſolute aſſeritur cõcluſio, quòd qui bona fide præſcripſerit ſiue dominus negligens fuerint, ſiue ſecus, tutus manet in conſcientia quamuis tranſacto præſcriptionis tẽpore, reſciuerit alienum eſſe, quod poſſidet Concluſio probatur non ſolum auctoritate D. Tho. & Scoti, & Theologorum, vt modo dicebamus verum & ſacrorum Canonum Gelaſij, & concilij Toletani 16. quæſt. 3. & Auguſtin. loco citato, can. ſi virgo 14. quæſt. vnica, & & de præſcriptio. can. ſanctorum & multis alijs. Et quod dictæ leges non ſolum approbentur a Pontificibus in foro exteriori, ſed etiam conſcientiæ, ſolidiſſimum ſumitur argumentum ex cap. vigilant, & capit. final. de præſcriptio. Nam poſtquam illic conſultiſſimi Pontifices præſcriptionem duntaxat malæ fidei irritauerint a contrario ſenſu illam confirmant quæ bona fide ſubnititur. Sed quoad rationes deſcendamus, nulla eſt illa Adr. nempe quod Imperator ſit dominus orbis, tum quod illud falſum eſt, vt ſupra commonſtrauimus, tũ quod etiam ſi dominus eſſet regnorum orbis, non tamen rerum habet dominium, vt pro ſuo libro poſſit res alienas vſurpare. Quod ſupra quoque oſtenſum eſt. Præterea, quia non ſolum Imperator verum & reges & inferiores principes poſſunt facere leges de translatione dominiorum etiam ſi non ſint rerum domini.

Reſpondetur. Adrian.

Opinio Adriani

Ratio ergo eſt quam artic. 1. declarauimus, nempe quòd reipublicæ princeps, tãquam pacis cuſtos vt poteſt criminoſos ſuis bonis multare ita & ab ipſis inuitis pro bono pacis ſuorum dominia in alios traducere, idque lege, vt ſupra diximus in foro poli cogente atque adeo poſſidentis conſcientiam pacante. Alioqui, vti ſupra arguebamus, ſi conſcientiam poſſidentis eiuſmodi leges non inquietarent tum fruſtraneæ eſſent, tum etiam iniquæ, quandoquidem ei rem adiudicarent qui tamen eam tuta conſcientia poſſidere, nequiret, eidemque per ſententiam, quæ non ex falſa præſumptione, ſed ex certa ſcientia procederet. Iſti enim talem principibus negantes in conſcientia facultatem, tanti faciunt hęc bona exteriora, vt arbitrentur eſſe ceu ſupremum reipublicę finem, cum tamen nos Chriſtus tantopere contra admonitos curauerit, vt ad redimendum tempus contendentibus nobiſcum de tunica relinqueremus & pallium. Hęc quippe ſancta meditatio antiquis legislatoribus altius in corde incidebat quam iudicibus modo, & ideo huiuſmodi condiderunt preſcriptionis leges hinc ergo gradum aduerſus Adrianum faciamus. Quatuor enim inter alia, argumentis eius

Snĩa auctoris.

opinio

quattor arg. confutatur ſcntẽtia Adria.

opinio confutatur, hæc ſcilicet quod ſi dominus non fuit mortaliter negligens dominium non amittit. Primum quod in iure nulla eiuſmodi legitur exceptio, quam tamen ſancti Pontifices conſcientiarum conſultores non prætermiſiſſent: Secundum quòd etſi vulgo non alia præſcriptionis cauſa circunferatur, quam culpabilis domini negligentia ſi iura tamen, & rationes conſulas, non hæc eſt potiſſima, ſed certe bonum publicũ, vt ſcilicet certa ſint dominia, & error longi temporis tollatur, & tranquilla ſit rerum poſſeſſio. Audi legem primam ff de vſucapi ono publico introducta eſt vſucapio, ne ſcilicet quorundam rerum diu & fere ſemper incerta dominia eſſent, cum ſufficeret dominis ad inquirenda res ſuas ſtatutis temporis ſpatiũ. Et cap. vigilanti. de præſcript. Epheſinus inquit legislator, ſolum propter vitandam miſerorum ſegnitiem & longi temporis errorem & confuſionem, primus tricennali, & quadragenali præſcriptioni vigorem legis impoſuit, non ergo lex punitiua fuit alienę culpę, ſed conſultiua communis boni. Atque adeo non ille, ſed hic fuit potiſſimus fin s. Quapropter illo ceſſante nihilominus lex præſcriptionis ius tribuit in conſcientia. Tertio in corroborationẽ huius arguitur. Si culpa domini finis fuiſſet legis, profecto vel iniqua fuiſſet vel quam rariſſime ſuum aſſequeretur effectum. Nã culpa negligentis bona ſua per quam rariſſime (quod iſti non aduertunt) eſt peccatum mortale. Enimuero prodigalitas, vt omnibus in confeſſo eſt, genere ſuo non eſt mortale. Obidque neque qui ſua bona negligit, mortaliter vnquam peccat, niſi accidentarie, nempe in caſu grauis neceſſitatis familiæ aut pauperum quos ſibi alere incumbit, ergo propter illam culpam raro contigeret præſcriptionis iuſtitia, non ergo illa fuit cauſſa. Quarto denique vt ſuperius arguebamus, etſi ille fuiſſet finis, nihilominus illo in euentu particulari ceſſante, non ſubinde legis vigor extinguitur, ſed ſi in communi ceſſet. Eſt ergo tutus in conſcientia, qui legitime præſcribit, etiam ſi poſtea illi innotuerit, rem poſſidere quæ fuit aliena. Supereſt ergo tandem id examinare quo ſupra in lite reliquimus. Diximus enim ad bonam fidem exigi, ut neque poſſeſſor dubitet rem eſſe ſuam, ſed id certo credat alias poſſeſſor eſſet malæfidei. Enimuero glo. cap. fin. c. de præſcrip. aliter ſentit, nempe quod dubitans, etiam ſi iuſtam habeat dubitandi cauſam, nihilominus eſt in bona fide. Et citat pro ſe. §. bonæ fidei. l. qui ſcit ff. de vſuris. Eodemque vergit Panormitan. quòd ait ad literam probari. ex cap. ſi virgo, ſupra citato. § 4. quæſtio. vnica, vbi ait Auguſtin. tamdiu bonæ fidei poſſeſſorem rectiſſimè quen quam dici, quamdiu poſſidere ſe ignorat alienum, cum vero ſciuerit, tunc eſſe malæ fidei. Qui enim dubitat, vt cenſet Panormita. ignorat. Et arguitur præterea in fauorem huius opinionis. Qui dubitat rem quam poſſidet, eſſe ſuam poteſt illam bona conſcientia in iudicio defendere, donec a ſe euincatur, hoc eſt, iudicio ſubtrahatur, manet ergo ſemper in bona fide. At vero abſque dubio contrariam ſententiam crediderim, nempe quòd tempus quo, quis non quidem tenui ſcrupulo, ſed probabili coniectura dubitat rem eſſe ſuam, non annumeratur præſcriptioni, immo tempus eius legitimum interrumpit. Et ratio eſt, quòd iam habet conſcientiæ vulnus, atque adeo fides eius non eſt bona: nam bona idem eſt quod ſana, & quieta, atque adeo ille iam non ignorat rem eſſe alienam, vt vult Auguſt. quod re vera Panormitan. vt probe Adria. in 4. in quæſtione de præſcriptione ait, non attentè animaduertit, quia non erat Dialecticus. Ignorantia enim altera eſt puræ negationis, id eſt carentia ſcientia, quæ ſtat cum dubio, altera vero prauæ diſpoſitionis, quæ eſt contrarium iudicium. Auguſtin ergo non loquitur de hac poſteriori, vt putat Panormita. ſed de priori. Haud inquam vult poſſeſſorem in bona fide manere quandiu ignorat, hoc eſt quamdiu non certè iudicat, aut opinatur rem eſſe alienam, ſed quamdiu ignorat, id eſt, nullam habet, vel probabilitatẽ, vel coniecturam, ſed certo credit eſſe ſuã. Id enim ſonat bona fides, id eſt illæſa conſcientia. Neq; illud § citatum. ff. de vſur. contrarium inſinuat. Illic enim tm̃ habetur, ꝙ ſi qs ſundum bona fide ab vſurario emit, ſed antequã fructus perciperet agnouerit eſſe alienum, hoc eſt probabiles habuerit coniecturas, põt quidẽ fructus percipere quoadusq; fundus euictus ſit, hoc eſt publico iudicio ſublatus. Non autem habetur quòd illa conſcientia tempus præſcriptionis legitime cõtinuet. Ad rationem autem quam nos adiecimus

Opinio, ꝙ iure dubitãs, an res ſit ſua, bona tamẽ fide poſſidet.

Contraria ſnĩa auctoris

Ad arg. p o prima opinionẽ.

cimus Adrianus reſpondet, nemini eſſe licitum rem illam poſſidere, quam dubitat eſſe ſuam, niſi quantum temporis ſibi conceditur ad inquirendam veritatem. Quin vero ſubdit paulo inferius regulam, videlicet, quòd ſicut iniuſtè quis capit rem, de qua dubitat, an ſit ſua, ita & iniuſtè tenet, & poſſidet. At vero profecto regula hæc in primis falſa eſt, totique iuri adverſa. Enimuero cum melior ſit poſſidentis conditio, non tanta ſcientia requiritur ad retinendum id, quod poſſides, quanta ad capiendum priuata auctoritate id, quod non poſſides. Et ideo ſub dubio tueri poſſum quam habeo poſſeſſionem rei, quam ſub eodem dubio non poſſem ab alio ſuſcipere. Quando ergo rem habeo, de qua dubito, hoc eſt ſub formidine iudico eſſe alienam, ſi nemo ex me petat, explorare teneor veritatem, quam ſi aſſequi neutiquam poſſum, non ideo teneor totam dimittere, ſed pro ratione dubij, vel cum illo diuidere, quem dubito eſſe dominum, vel partem erogare in pauperes. Ratio ergo quare dubium tollit bonam fidem, non eſt quia ſub illo non poſſum rem in iudicio defendere, vel illa vti, ſed qua, vt diximus, ſaucia tunc conſcientia non meretur nomen bonæ fidei ad præſcribendum. Poſt hæc autem non eſt ſilentio prætereunda opinio, quam Adria. ex his modo dictis ſibi elicit, nempe vxori, quæ hæſitat, an vir cui coniungitur verè, ac legitimè ſuus ſit, non ſolum non licere officium debitum ab illo exigere, verum neque ipſi exactum reddere. Et ad cap. dominus, de ſecundis nuptijs vbi præcipitur reddere reſpondet id intelligendum eſſe in foro exteriori, cogetur enim habitare cum illo tamen ei non licet cum ipſo ſe amplexu maritali commiſceri, perinde, ac ſi poſt clancularitas nuptias, viuente priore viro cogeretur habitare cum ſecundo. Ratio vero eius eodem ſemper peccato delinquit. Patet enim, quod ſicut dubius de re ſua, non poteſt illam poſſidere, ita & dubia illa non poteſt ad virum accedere. Quæ profecto concluſio, ſicuti & ratio falſiſſima eſt, & illi cap. dominus. planiſſimè contraria. Illic enim non dubitatur de foro exteriori, ſed de conſcientia. Ob idque diſcrimen interponitur inter debitum reddere, & poſtulare. Et ratio eſt plana. Nam maritus legitimam habet poſſeſſionem vxoris, qua ideo non poteſt vxor eum expoliare per hoc, quod habeat dubium, quouſque ſit certa, ſicuti ego non poſſum ſurripere ab alio ſua bona, per hoc, quòd dubitem eſſe mea. Et ideo illa legitima poſſeſſio vxorem excuſat a fornicatione, dum debitum reddit. Idque expreſsè habetur cap. laudabilem, ne lite penden. longeque apertius cap. inquiſitione, de ſentent. excommunicatio. a quibus profecto capitulis Adrianus in omne vertens latus neutiquam ſe extricare valet. Quod enim in cap. inquiſitioni, de ſedaneis conſcientijs habeatur ſermo, planè inde colligitur, quod ſit trimembris diuiſio, nempe vt quì coniugum certus eſt coniugium non eſſe legitimum, potius ſententiam excommunicationis humiliter ſubſtineat, quam vt reddat, vel petat, qui vero leui temerariaque credulitate id credit, Confeſſario ſuo parens, reſputo ſcrupulo, & reddat, & petat. Qui vero probabili credulitate laborat, non reddat, ſed petat. Hoc autem mihi profecto maiorem injcit ſcrupulum, quod in illis capitulis, Dominus, & inquiſitioni. ille qui dubius eſt petere cohibetur. Ex quo ſtatim fit conſequens, vtroque hæſitante neutrum poſſe debitum petere. Et ratio ſcrupuli mei eſt, quod ſi qui dubitat indagandæ veritati diligentiam adhibuerit ſufficientem, neque tamen illam poſſet aſſequi, non eſt cur arceatur a petendo, alias maneret abſque ſua culpa ſemper ligatus, vt neque præſente coniuge vti poſſet, neque ad alterum tranſmeare, quod conceſſu durum eſſet. & ideo exiſtimo dicta cap. ſic intelligi, quod ille, qui probabiliter dubitat dum non facit diligentem inquiſitionem, reddere quidem poteſt, ſed nõ petere, quia eſt in mala fide, illa tamen facta, arbitror ſub aliorum cenſura, poſſe etiam petere, qui iam eſt in bona fide. Nam tunc vanum eſt habere poſitiuè aſſenſum, virum illum non eſſe ſuum. Argumenta ergo omnia in aſſertis concluſionibus planè ſoluta ſunt. Primi enim antecedens negatur, nempe nõ poſſe rempublicam quēquam niſi propter crimen ſuis bonis priuare, imò poteſt propter pacem. Et quantum ad ſecundū iam ſatis explicatum eſt quēadmodum poſſeſſor malæ fidei non præſcribat, & circa tertium pariter quemadmodum dubitatio bona nam etiam fidem interrumpat.

Regula Adriani

Regula impugnatur.

Quare dubium tollit bonā fidē.

Opinio Adri. de redditione debiti.

Impugnatur opinio Adria.

Ad argumēta in prin cōcluſionis.

QVÆ-

QVÆSTIO VI.

DE RESTITVTIONIS Subſtantia.

S. Thom. 2. 2. quæſt. 62.

ARTICVLVS I.

Vtrum reſtitutio ſit actus commutatiuæ iuſtitiæ.

ALTERVM præambulum quod vitijs pertractandis, iuſtitiæ commutatiuæ contrarijs debet quiſque prænoſcere, eſt reſtitutionis neceſſitas, eiuſdemque legum modus, & forma, nempe vt quæ in ſubſequentibus libris oſtenderimus, aut ſublata per iniuriam eſſe, aut retineri, conſtet qua lege ſint redhibenda. Prima ergo quæſtio eſt de reſtitutionis ſubſtantia, in cuius primo articulo interrogatur, an reſtitutio ſit actus commutatiuæ iuſtitiæ? Primum enim quod ad inueſtigandam definitionem inquiritur, eſt genus. Arguitur ergo a parte negatiua. Primo ſic: Reſtitutio nil a ſatisfactione diſtat, promiſcue namque vtimur vtroque nomine, quin vero, & iura pro eodem vtrumque videntur accipere, vt extra, de iniur. & dam. dato. cap. ii culpa. vbi cum iubetur tam pro damno dato, quàm pro iniuria ſatisfactionem fieri, vtraque eodem nomine, ſ. tam damni reſtitutio, quam ſatisfactio pro iniuria comprehenditur, ſatisfactio autem eſt pars pœnitentiæ pro offenſa in Deum commiſſa, inter Deum autem, & nos non eſt ratio iuſtitiæ commutatiuæ, quia (vt 5. Ethic. Ariſt. auctor eſt) Dijs & parentibus æquale reddere non valemus, reſtitutio ergo non propriè ad commutatiuam attinet iuſtitiam. Secundò arguitur: Reſtitutio non tantum locum habet in commutationibus, verum etiam in diſtributionibus, vt dum quis non diſtribuit præmia ſecundum meritorum pondera, refundere ei tenetur, qui minus iuſto recepit, ergo non tantum commutatiuæ, ſed & diſtributiuæ etiam actus eſt. In cõtrarium eſt, q̃ reſtitutio ablationi opponitur, ablatio autem alienæ rei peccatum eſt in iuſtitiæ circa commutationes, reſtitutio ergo eiuſdem eſt iuſtitiæ actus, quæ in commutationibus dirigendis verſatur.

Reſtitutionis etymologia.

Pro ſolutione quæſtionis notandum eſt reſtituere (vt nominis compoſitio præ ſe fert) idem eſſe quod iterum quempiam in ſuum locum & ius ſtatuere, huiuſmodi enim huiuſmodi nominum alluſiones & etymologiæ vilipendendæ ſunt, quõniam cum nomina ſint conceptuum notæ, talia curare debent linguarum conditores rebus indere, qualibus rerum natura explicetur, primum imitantes parentem noſtrum, qui idem obſeruauit, ſecundum illud Gen. 2 Omne quod vocauit Adam animæ viuentis ipſum eſt nomen eius. Eſt autem reſtitutio, verbum Latinis celebre. Dicitur enim quiſque in ſuum locum dignitatem, ac ius reſtitui, perinde atque homini reſtitui bona ſua. Vnde ff de verb. & rer ſignifi. l. plus eſt habetur plus eſſe in reſtitutione, quam in exhibitione. Nam exhibere, eſt præſentiam corporis præbere, reſtituere autem eſt etiam poſſeſſorem facere fructum reddere, &c. Vt ſi quis vi raptus eſt, aut per iniuriam in carcerem intruſus, fuiſſeq; bonis expoliatus non reſtituitur, licet exhibeatur, hoc eſt, libere permittatur ad proprios lares remeare, niſi in locum ſuum priſtinum ſtatuatur. Hinc ergo colligitur concluſio huius quæſtionis. Reſtitutio eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ. Probatur: Contraria ad idem genus pertinent, vt in præd. c. 8. Ariſt. docet, auferre autem rem alienam inuito domino, eſt vitium iniuſtitiæ circa commutationes, reſtitutio autem eſt res compenſatio contraria. Eſt ergo eiuſdem generis iuſtitiæ. Secundo: Reſtitutio, vt legitima ſit, fieri debet ad æqualitatem rei q̃ ablata eſt, ſiue per iniuriam ſublata ſit, vt furto & rapina, ſiue per domini voluntate, vt mutuo & cæteris contractibus æqualitas autem rerum (vt 5. Ethic. Ariſt. docet) per iuſtitiam commutatiuam cõſtituitur, hac namq; rõne a diſtributiua diſtat, q̃ illa non conſtituit æqualitatem, niſi inter proportiones meritorum, & proportiones præmiorum. Eſt ergo reſtitutio actus commutatiuæ iuſtitiæ. Ex quo fit, vt reſtitutio proprie locum non habeat niſi vbi ratio debiti intercedit. Si. n. quis dono mihi dedit centum, poſt vero ego, vt gratiam

Conclu. Iuſtitia cõmutatiua, & diſtributiua qũ differãt. Reſtitutio non eſt vbi debitum nõ erat.

iam illi referam, tantumdem repono, nõ eſt cenſenda hæc mea gratiæ relatio reſtiturionis nomine. Nam etſi ſimilitudinem quandam reſtitutionis habeat materialem vt aiunt, idcirco quòd res eadem reducitur, deeſt tamen reſtitutionis forma, puta obligatio, a qua reſtitutio & ſpecies & nomen ſortitur. Ob idque donatio illa non ad iuſtitiam commutatiuam, ſed ad liberalitatem potius ſpectat. Neque vero opus eſt ad reſtitutionis naturam, vt eadem numero aut ſpecie res quę accepta fuit, reddatur tametſi primæua eius ſignificatio id videatur auribus exhibere, ſed ſatis eſt, quod tantundem valeat. Enimuero ſicut commutationis appellatio, quæ proprie in rebus fit, vt commutatio vini pro oleo, & merces pro pecunia, ad actiones, & paſſiones eſt more, & vſu trãſlata, ſic & reſtitutionis nomen extenſum eſt. Vt ſi quis mihi contumelioſo verbo iniurius fuit, quem ego poſtea fuſte cecidi, quædam fieri poteſt commutationis compenſatio. Et pari ratione qui iniuriam irrogauit, poteſt eam pecuniam reſarcire.

Argumenta vero in contrarium obiecta, nonnihil afferunt difficultatis. Ad primum ergo reſpondetur, quod etſi nonnũquam duo hæc nomina, ſatisfactio, & reſtitutio, vſu confundantur, quando ſcilicet res in controuerſiam non veniunt, longo tamen interuallo actiones ipſæ differunt. At vero quæ differre monſtrantur, oſtendi prius debent, quo pacto conueniant. nam (vt initio huius ex Ariſtot. 5. Ethic. cap 1. citatum eſt) quo res æquiuocæ viciniores ſunt & propinquiores, eo magis æquiuocatio latet. Sit ergo primum noſtrum aſſertum. Satisfactio perinde atque reſtitutio ad iuſtitiam pertinet commutatiuam, nam vtraque fit ſecundum æqualitatem rei ad rem, in quo commutatiua iuſtitia a diſtributiua ſe iungitur, qua præmia ſecundum dignitatem perſonarum diſtribuuntur. Enimuero qui iniuria alium læſit, ad æqualitatis menſuram debet eis ſatisfacere. Scio equidem Scotum in 4. diſt. 14. q. 2. conſtituere pœnitentiam ſub iuſtitia vindicatiua, quam ſpeciem eſſe putat diſtributiuæ.

Ad primũ arg.

Opinio Scoti de pœnitentia.

Conſiderat. n. pœnitentem non ſolum tanq̃ reum, verũ tamquam miniſtrum iuſtitiæ Dei, qui quidem pœnitens de ſeipſo ſupplicium ſumit. Quapropter eum ſatisfactio ſit pars pœnitentiæ, ſubſequenter concedere ad eandem iuſtitiam pertinere, vt puta cum quis ieiunijs, & vigilijs ſe affligit. Atque hanc ſententiam amplexus videtur S. Thom. 4. diſtinct. 15. quæſtio. 1. articul. 1. Attamen multò fortè congruentius pœnitens non conſideratur ceu miniſter iuſtitiæ vindicatiuæ, ſed tanquam offenſor, qui de iniuria lata ſe accuſat, & pro eadem ſatisfacit ei in quem commiſit offenſam, puta Deo, vel homini, vt iudicis vindictam effugiat. Quam ob cauſſam idē Sanctus Doctor. 3. par. quæſtio. 85. artic. 3. pœnitentiam ſub iuſtitia commutatiua collocat, etiam quantum ad ſatisfactionem, ſi bene inſpiciatur articulus: nam afficere quenquam iniuria, eodem redit, ac ſi rem illi abſtuleris, & ideo ſatisfacere pro offenſa eiuſdem eſt iuſtitiæ, ac ſi rem abſtam rependas. At vero quoniam Deo corporeum aliud poſt contritum animum reddere gratius non poſſumus, q̃ corporis caſtigationem, apparet in ſatisfactione reſpectu ipſius quædam punitionis forma ſecundum famoſam illam Auguſt. definitionem. Pœnitentia eſt quædam dolentis uindicta, ſemper puniens in ſe quod dolet commiſiſſe. Huic igitur rationi in qua reſtitutio cum ſatisfactione conuenit, ſubijciuntur ſeptẽ differentiæ inter eaſdem duas uirtutes. At qui prima ſumitur ex parte materiæ, quam differentiam conſtituit S. Thom. 4. diſtinctio. 15. quæſtio. 1. artic. 5. Inæqualitas nanque, quæ iuſtitiæ commutatiuæ contraria eſt, duobus modis uſu uenit. Vno in rebus exterioribus, ut dum quis rem alienam occupat, altero uero in actionibus, & paſſionibus iniurioſis, ut cum quis ciuem uiolenter uerberat, aut conuitijs aſpergit. Modus prior reſtitutionem exigit, qua in rebus ablatis æqualitas conſtituitur, poſterior uero expoſtulat ſatisfactionẽ, ut uidelicet de commiſſa culpa fiat proximo cõpenſatio. Itaq; ſatisfactio non eſt, niſi ubi iniurioſum crimen adfuit, reſtitutio uero etiam, ubi nulla interfuit ablationis culpa. Hoc autem diſcrimen, uel ex ipſis uocibus innoteſcit. Reſtituere namque eſt reddere, quod ablatum eſt, ſatisfactio uero, quia pars eſt pœnitentiæ, eſt iniuriam reſarcire. Conſequitur ergo ex hac propoſitione tanta diſgregatio inter ſatisfactionem, & reſtitutionem, ut licet quãdoq, ambæ concurrãt, poſſitq̃ altera abſq; altera reperiri. Exemplũ

Opinio D. Tho. de pœnitentia, alia ab Scoti sẽtentia.

Septem differentiæ inter reſtitutionẽ, & ſatisfactionẽ.

De quibus reſtitutio, & de quibus ſatisfactio.

accipe: Latrones & vires qui vi aut furto alienam domum compilauerint, tenentur in primis ad restitutionem eorum, quæ rapuerint, & præterea de illata iniuria satisfacere, puta aut petendo veniam, aut alia via. At vero cum quis nihil surripuit, sed tamen aut conuitio, aut manuum iniectione iniuriam fecit, satisfacere potest per supplicem submissionem, vel per alia grata officia citra restitutionem. Et econuerso, qui æs creditori debet, quod ab illo mutuatus est, restituere quidem tenetur, satisfacere vero non item, quia nullum commisit crimen, quoadusque in mora est soluendi. Secunda differentia ex hac prima enascitur, respectu illorum, quibus fit satisfactio & restitutio. Illa enim non solum hominibus, verum & Deo, eidemque præcipue fit, restitutio vero proprie solis hominibus. Prior pars est certa. Quoniam licet in proximos contingat etiam peccare, quos diligere vt nos ipsos tenemur, atque adeo illis ratio vlla satisfactionis debeatur, proprie tamen in Deum solum peccatur, dicente Augu. peccatum esse dictum vel factum &cet. contra legem Dei, & regio Propheta confitente: Tibi soli peccaui. Haud enim proximorum læsiones scelera essent, nisi Dei auctoritate fuissent inhibita. Nam etsi lex naturæ obliget, illa etiam obligatio ab auctore Deo dimanat, sicut & lex humana, nam per me inquit Sapientia, Prouerbiorum octauo, Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Ex quo fit consequens, vt ei proprie debeatur ad iustum satisfactio, quæ vel hic, vel in purgatorio persoluenda est. Vnde Leuit. 6. cautum erat, vt ille qui vi aliquid extorsisset, aut fecisset calumniam, aut quidpiam simile commisisset, omnia integra primum restitueret, mox pro peccato offerret Deo arietem immaculatum. Fit ergo propriè satisfactio Deo. Haud quidem negandum, vt quidam contendunt, quin suo quoque gradu fiat hominibus, sed tamen maximè fit Deo, restitutio vero non illi, sed solis hominibus. Et ratio est in promptu, quia Deo nihil proprie auferimus, neque auferri vllo modo potest, licet per analogiam ad nos, dicamus illi per peccatum honorem adimi, sicut ait Paulus ad Romanos 2 Tu autem Iudæus cum sis, Deum inhonoras? Præterea, neque ei possumus quidquam reddere, quod illi accrescat. Etenim quia Deus est, nostrorum bonorum non indiget. Quamuis pereandem analogiam satisfactio quæ illi fit, dicatur esse honoris restitutio. Ex his rursus sequitur tertia differentia inter has virtutes, ab effectuum diuersitate præcepta. Per restitutionem non remittitur peccatum, sed tantùm cessatur a peccando, per satisfactionem vero remittitur quantum ad pœnam, remissa culpa, eo quod est solutio pro peccati debito. Hunc ergo effectum sortitur virtute passionis Christi. Quod id circo caret, si extra ejus gratiam fiat. Restitutio autem legitime fieri inter homines extra gratiã Dei po est, quin etiam extra amicitiam humanam, quod satisfactioni repugnat. Et hæc est quarta differentia. Enimuero qui inimico, quod ab illo mutuo receperat, integrũ reddit, perfecte restituit, licet eum in suam amicitiam non recipiat, ei autem qui iniuria affectus est non fit satis, nisi per amicitiæ reconciliationem nisi forte per ipsum quo minus fiat, steterit. Hæc quippe ex diuersis debitorum radicibus pensanda sunt. Restitutionis inquam debitum non nascitur ab iniuria, sicuti satisfactionis. Et ideo licet illa non habeat pro fine amicitiam, hæc non fit legitime nisi illa recuperetur, quæ amissa fuit, gratia. At vero etsi ob satisfactionem, quæ Deo fit, pœna ab ipso condonetur peccatori, non tamen ideo censenda est proprie restituta, vt in quarto, distinctione 15. art. 5. placet Richardo. Arbitratur enim quod peccator restituit quod Deo debet. Est enim hęc verbi abusio, quia vt diximus, neque. Deo quidquam adimimus, neque illi acquiritur quod in remissionem culpæ ei offerimus. Immo fit tunc debiti remissio. Huic ergo quartæ subnectitur quinta intercapedo, videlicet restitutionem non esse pœnitentiæ partem, veluti est satisfactio, sed duntaxat est præambulum, vt quis a peccato desistat. Etenim si quis alienũ æs contraxit, quod dum est solueudo, inuito domino, retinet, vel iniuriã, quam illi intulit, diluere recusat, nõ potest dignè ad pœnitentiam accedere, nisi ab illo delicto per restitutionem euellatur. Itaque restitutio contritionem quæ ordine prima est pœnitentiæ pars, antecedit, satisfactio vero etiam confessionem, quæ secunda est subsequitur. Ex quo denique colligitur sextum discrimen. Satisfactio arbitrio

Secũda differentia.

Quibus fiat restitutio, quibus itidẽ satisfactio.

Propriè ī solum Deũpeccatur.

Omnis obligatio legũ auctore Deo est.

Tertia differentia.

Extra gratiã p satisfactionẽ nil pœne remittitur.

Quarta differentia.

Quinta differentia.

Sexta differentia.

facer-

sacerdotum virtute clauium constituitur, eademque in illic tribus generibus scilicet in oratione, ieiunio, & eleemosyna, restitutionem vero ad æqualitatem quisque tenetur sua sponte facere, vel sententiæ patere iudicis. Septimum præterea si libet interuallum accipito. In purgatorio nulla fit, fieri ve expectatur restitutio, sed tantum fit satisfactio, seu potius satispassio. hoc dixerim ad depellendum errorem vlgi, quod arbitratur defunctos in purgatorio remorari quousque restōnes quas hic suis commendarunt, executioni mandentur. Est enim deridiculum. Haud siquidem lex esset digna Deo, si sanxisset vt quis pro ea culpa pateretur, quæ nullatenus in sua est iam libertate. Alioqui si hæredes nunquam restitueret, nunquam miser ille exiret illos purgatoris carceres, qua vtique ratione purgatorium verteretur in infernum. Viderit sibi scilicet quisq. quomodo in hoc seculo restituere mandauerit.

Septima dr̄ia Nulla hic restitutio facienda hoīem ē purgatorio remorat̄.

Nam si negligens fuerit etiam si culpa remittatur, luet in purgatorio pænas, quāuis post eius obitum illico fiat restitutio, illis autem pænis persolutis, etiam si nunquā restitutio fiat, liberabit̄, Ineptissime enim in contrarium adducitur, quod ego meis auribus audiui, illud Augustini, quod statim articulo proximo audiemus, Non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatū. Illud nanque de remissione culpæ intelligitur in hoc seculo, quia qui non restituit, reus est semper culpæ. Ecce quanta intercapedine satisfactio & restitutio distent. Ex qua dilutio colligitur prioris argumenti. Ad posterius autem probè respondet San Tho. quod restitutio illius, quod per iustitiam distributiuam conferri omissum est, ad iustitiam spectat commutatiuam. Nam quamuis illud nunquam fuerit ab illo, cur dandum erat possessum, fuit tamen debitū & ideo quodammodo sublatum, ac subinde functio commutatiuæ iustitiæ est idem rependere. Quo fit, (vt scite Caieta colligit) quod si princeps aut dominus aliquot annis distributionem prętermiserit, quam inter conscriptos ciues facere tenebatur, & postea pœnitentia ductus restituere constituerit, non debet præsentibus tunc ciuibus restitutionem facere, sed eorum defunctorum hæredibus, quibus viuentibus debebatur.

Ad arg.

ARTICVLVS II.

Vtrum sit ad salutem necessarium, rei, quæ ablata est, restitutionem fieri.

SEcundo articulo, qui apud S. Tho. primus est, supposita restitutionis interpretatione, de ius est necessitate respondēdum: Vtrum scilicet ablati restitutio sit ad salutem necessaria? Et arguitur ad negatiuam partem. Ad salutem animę, hoc est ad vitam æternam consequendam, satis est seruare mandata, secundum verbum Domini, Matth. 19. Si uis ad vitam ingredi, serua mādata. Quod si quis in culpam fuerit collapsus, satis est, quod per pænitentiā quę secunda est tabula post naufragium, conscientiam abluat: restitutio autem neque inter præcepta, neque inter partes pænitentię, vt supra dictum est, connumeratur, ergo non est hominibus necessaria Secundo arguitur. Si restitutio esset necessaria, maxime quia aliquo est pręcepto imperata, id autem in Decalogo nullum extat præter illud, Non furtum facias, hoc vero negatiuum est, præceptum autem restitutionis affirmatiuum esse deberet, vt nomen ipsum sonat. ergo nullum est tale præceptum. In contrarium est Aug. in epis. ad Mace. quæ refertur 14. quęst. 6. Si res aliena propter quam peccatum est, reddi possit & non redditur, & pœnitentia non agitur, si simulatur. Si autem veraciter, non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum.

Quæstio hæc nemini dubia esse potest. Vnica ergo conclusione absoluitur. Ablatorum restitutio sic necessaria est vt absque illa durare nemo posset in gratia Dei illamve recuperare. At vero in gratiam sancti Thom. exponendi sunt termini, eo quod hic secundus articulus subobscurus, quin truncatus etiam nonnullis videtur. Ait, enim, id quod iniuste ablatum est, restitutione esse obnoxium, quod vero iuste minime. Cum tamen tam mutuatum, quod quis iuste sustulit, quam pretium rei credito emptæ sit etiam restituendum. Notandum ergo est, quemadmodum nos sanctus Tho. proprias rerum locutiones docuerit. Illius enim quod quis vel mutuo vel quolibet ciuili contractu accepit, non

Conclō Exponitur.

D Tho.

Qñqs in t̄pe reddit quod ex cōtractu aliquo ciuili debet non dr̄ restituere.

proprie ad reſtitutionem conuincitur, quo ad vſque ſit in mora & culpa, nam mutuum vel pretium ante ſtatutum tempus reddere, non eſt neceſſarium. Et dum in tempore redditur, non dicitur proprie reſtitutio, eo quòd cum credito illuc vſque ſua ſponte careret illa re, non dum cenſebatur minus iuſto habere, aut ſuo iure, & ſtatu eſſe deiectus, ſed dicitur illa vel ſimplex redditio mutui, vel ſolutio pretij, quamuis largo modo reſtitutio dicatur. Nomen igitur reſtitutionis ſtricte ſolum in rebus ablatis locum habet, puta quæ vel per iniuriam ſurreptæ ſunt, vel ſi iuſte fuerint acceptæ, iniuſtæ tamen vltra conſtitutum tempus retinentur. Et ideo ait Aug. non dimittit peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Quod autem ait D. Thom. id quod iuſte ablatum eſt, inæqualitatem eſſe reſtitui, non intelligas de mutuato, aut de pretio rei futura moneta venditæ, aut de ſimilibus, quæ iuſte accipiuntur, ſed vt reddantur, at de illo quod quis quia ſuum erat accepit, vt depoſitum ſuum, aut laboris mercedem, aut dono datum, aut quid ſimile. His præhabitis probatur concluſio. Iuſtitia commutatiua eſt ad ſalutem obſeruatu neceſſaria, reſtitutio autem importat redditionem illius rei, quæ iniuſtæ vel auferꝛur, vel retinetur, quæ quidem redditio opus eſt iuſtitiæ commutatiuæ, ergo illa eſt neceſſaria. Hinc fit conſequens, præceptum extare reſtitutionis, idque ſua reatu mortalis culpæ obligans. Aliter non eſſet ad ſalutem ſimpliciter neceſſaria. Etenim qui rem detinet alienam inuito domino, & iuſtitiam violat, & ſubinde proximi charitatem. At pro exactiori eiuſdem concluſionis examine, intelligamus in primis, quo gradus certitudinis habenda eſt, an ſcilicet ſit pro veritate Catholica reputanda. Hoc pro eo interrogauerim, quòd Carmelita inter Græcorum alias, hanc quoque hæreſim connumerat, quòd eorum ſacerdotes nullã furibus, & latronib. reſtitutionem pro manifeſta rapina iubebant, ſed oleo ſimplici illos inungentes abſoluebant, illa duntaxat iniũcta pœnitẽtia, vt ſibi ipſis furtorum partem impertinent. Neſcio tamen qua eſſent inſania illi correpti, qui ita deſiperent. Lutherani nanq; (vt eſt art. 35. Lutheri ad Leonem videre) ſatisfactionem inficiãtur, hoc tamen colore quòd Chriſtus abunde delictis totius mundi ſatisfecit, neſcientes diſcernere inter ſatisfactionem, quo ad ſufficientiam, & qua ad efficaciam. Quod autẽ reſtitutio non ſit neceſſaria non ſolum hæreſis, verum phreneſis eſt. Hic autem lectorem admonitum facere non præteribo, vt ſi inciderit in Eraſmi annotationes, vſque ad quartam editionem, caueat ab illo adnotamento quod Luc. 11. ſuper verbo illo Quod ſupereſt, date eleemoſynam, ſubijcit tale. Illud adnotandum, cum modo fecerit mentionem rapinæ, non fieri in remedium mentionem reſtitutionis, tantum pollicetur eleemoſyna data, omnia fore munda. Quo ſane loco viſus eſt reſtitutionis neceſſitatem vel infirmare, vel negare. Poſt tamen editione quinta, notam hanc, qui ſibi ipſe inuſſerat, abraſit. Ad rem igitur vt redeamus, merito dicebam huiuſmodi hæreſim in phreneſim incidere. Cantum. n. in decalogo eſt. Non furtum facies. Qui aũt rem alienam inuito domino retinet, perinde habet ac ſi furtum faceret, pro eodem. n. proſſus recepit, rem alienam ſurripere eandemq; retinere. Vnde Pau. ad Ro. 53. Reddite omnibus debita, cui tributũ, tributum, &c. Et vt cuncta expreſſori emphaſi complecteretur, ſubdit negatiue. Nemini quidquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis. Huius autem voculæ, Niſi, ille nobis ſenſus placuit, qui non eſt exceptorius, ſed potius expoſitorius. Nam cum rem alienam vſurpare, lectioni proximi obuerſetur, admonet nos vt nihil debeamus, videlicet vt ſyncere diligamus. Tametſi Chryſoſt. & Aug. veneranter ſint auſcultandi, qui exceptionis gratia illud Pau. aiunt addidiſſe. Quia ſi admonuiſſet vt dilectionem ſemper deberemus, quippe cuius debitum quantumcunque ſoluatur nunquam ceſſat. Item Chriſtus Matth 22. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Immo vero qui rem non abſtulit, ſed bona fide poſſidet quoties conſtiterit eſſe alienam, naturali ratione doctus, tenetur illam domino, tradere. Vnde Thobias, vt eius tradit hiſtorias, c. 2 cum vocem balantis hædi quem vxor attulerat, audiſſet. Vide te, inquit, ne forte furtiuus ſit, reddite eum dominis ſuis, quia nõ licet nubis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. In ſumma, Deus Exe 33. nemini pœnitentium veniam pollicetur, niſi prius pignus rapinam, quæ reddideris. Adde quòd eodem iure quiſquis rem nouit furto ſublatã, tenetur eam domino

Reſtitutio ſolũ locũ hẽt in reb. iniuſte ablatis, vel retentis.

Improbatur cõcluſio.

Græcorũ amentia ex Guidone.

Lutherani ſatiſfactionẽ inficiantur.

Eraſmi documẽtũ reijcitur, qđ & ipſe reiecit.

domino indicare. Sic enim intelligendum est verbum Hieron. super illud Prouer. 26. quod refertur extra, de fur. cap. qui cum fure, ubi ait qui furi partitur, uel secundum aliam litera, participat scilicet in crimine, occidit animam suam. Non ergo fur solus, uerum & ille reus tenetur, qui furti conscius, quærente possessore non indicat. Haud tamen tenetur occultum furem prodere, sed furtum pandere.

Ad argumẽta

Per hæc ergo ad primum argumentum contra quæstionem respondetur, concessa priori assumpta: nempè satis esse ad salutem, si quis innocenter uiuat per expletionem mandatorum, posterior uera perimitur. Etenim qui furto commisso, aut illata iniuria corruerit in culpam, numquàm inde resurget, nisi præuia restitutione: nam alias semper tenebitur reus furti, aut illatæ iniuriæ, quod est contra Decalogi prohibitionem. Contra hanc autem solutionem

Arguit cõtra solutionẽ.

non desunt argumenta. Primum enim statim præ foribus extat huiusmodi. Nemo reus est furti aliusuè detentionis, cui constat legitimum dominum consentire, aut consentire debere, lex autem charitatis hoc uinculo uidetur mortales, & maximè Christianos conglutinare, ut corporalia hæc, & tẽporalia quisque propria saluti spirituali proximi posthabeat, ergo quisq; consentire tenetur, ut alius possideat bona sua, ne iniustè alius retinẽdo occidat propriam animã. Hoc argumentũ sunt qui arbitrentur alicuius esse ponderis, cum tamẽ nullius sit prorsus. Respondet. n. Adrianus, q̃ etsi dñs rei fortè consentiat hoc tñ non constat ei q̃ iniustè possidet, & ideo contra conscientiam retinet. Solutio autem non eneruaret argumenti uires si ullas haberet: nam satis esset, q̃ illi constaret, debere dominum consentire. Respondetur ergo facillimè, quod quãuis quisque teneatur salutem animæ proximi, ordine charitatis proprijs bonis corporis, & uitæ ẽt t̃pali anteferre (ut S. Tho. 2. 2. q. 26. art. 5. auctor est) attamen hic charitatis ordo solum obligat exponere corporalia bona pro tuẽda salute animæ proximi, quando uel talia bona sunt illi simpliciter necessaria, vel quis ex proprio officio curam gerit animæ illius. Alioqui solum ad perfectionem charitatis hoc pertinet. Vnde cum ille qui alienam rem iniustè usurpat, non id propterea facit, quod extremam necessitatem illorum bonorum patiatur, sed ex sua libidine, & corrupta uoluntate, non tenetur dominus consentire in illam iniustam possessionem. Simile est in mortis articulo, cum quis alium inuadit occidendi animo. Aiunt enim quidem nimirum misericors, quòd inuasus potius debet permittere sui occisionem, quam alium mortaliter delinquentem in efficiat, vt sua temporali morte æternam euitet in proximo. Sed re uera nulla hoc ratio probare poterit, quia uita illius qui inuaditur, non est inuadenti necessaria, & ideo quia iniustè illam petit, potest alius illam defendere, etiam si sciat alterum in peccato mortem obire. An uero sit consilium suam ipsius mortem permittere pro salute alterius, non est præsentis negotij disputare, maiorem enim charitatem nemo habet, quam vt animam ponat pro amicis suis. Secundo argumento petitur

Ad secũdũ arg. Dubiũ an eodẽ p̃cepto p̃hibeatur furtũ, & p̃cipiatur restitutio.

dubitationis solutio, quæ forsan non tam ad rem spectat, quam ad nomen: Videlicet, an diuersa sint præcepta, quo furtum prohibetur, & quo restitutio præcipitur. Etenim quòd eadem sit præceptio, est argumentum primum, quod idem pollere videtur: Non furtum facies. & Non retinebis alienum. Sic enim negatiuè ait Paul. Nemini quidquam debeatis. Et S. Thom. 2. 2. quæstio 66. articul. 3. detinere, inquit, id, quod alteri debetur, eandem rationem nocumenti habet cum acceptione iniusta. Et ideo sub iniusta acceptione intelligitur etiam iniusta detentio. Mox arguitur, quòd si præceptum restitutionis singulare esset, non posset nisi affirmatiuam existere, præceptum autem affirmatiuum non obligat pro semper. restitutio vero facienda est absq; mora: nam quamdiu quis in ære alieno manet inuito dño, quasi fur reputatur. Vnde fit, vt semp̃, & pro semper teneatur restituere. Nihilo

Solutio dub.

secius exactior loquutio erit, si dicamus duo esse quodammodo præcepta, illud. s. abstinendi a furto, mere negatiuum: hoc autem restitutionis, affirmatiuũ, implicans in se negationem, quo prohibemur rem alterius detinere, vt 2. 2. q. 62. artic. 8. auctor est S. Tho. Et hoc patet ex obiectorum diuersitate. Actiones enim malæ prohibentur negatiuis præceptis, bonæ autem affirmatiuis mandantur, furari autem malum est, restituere vero, bonũ. Idẽ patet ex forma Christi: Reddite q̃ sunt Cæsaris, Cæsa-

ri. Quare Paulus ambo copulauit, ſ. reddite omnibus debita, & nemini quidquam debeatis. Falſum ergo eſt idem eſſe prioris vel obiectum vel præceptum, reducitur tamen hoc ad illud Decalogi non furtum facies. Et per hoc reſponſum eſt principali argumento. Ad illud autem quod modo de præceptis affirmatiuis ſubijciebamus, reſpõdetur, quod licet mandatum reſtituendi affirmatiuum ſit, nihilominus propter id negationis quod includit, non habet circunſtantiam tẽporis, ſicuti alia, definitam, ſed ſua ſubſtantia eſt vt ſtatim & abſque mora fiat. Hæc autem mora accipienda eſt ſecundum ciuilium morem. Dicitur enim quis eſſe in mora cum rei opportunitatem nactus, non ſtatim operatur. Quapropter (vt poſtremo articulo huius libri repetendum eſt) obligatio huius præcepti quantum ad actum animæ interiorem, eſt, vt cum primum cuique conſtiterit rem poſſidere alienam, animo proponat reddere, non tamẽ eſt in culpa, ſi ſtatim non reddat, quouſq; habita tum creditoris copia, tum oportunitate ſoluendi, ſoluere amplius diſtulerit. An vero quandiu quiſque in mora durat tandiu creſcat culpa. & an aliquando eadem innouetur, ad eundem poſtremum articuli huius libri pertinet ſatisfaciendo reſpondere.

ARTICVLVS III.

Vtrum omnia in uniuerſum quæ quis uel ab alio abſtulit, vel inuito domino retinet teneatur reſtituere.

POſt ſubſtantiam neceſſitatemque reſtitutionis, videre tertio loco reſtat ampliſſimam eius obligandi vniuerſalitatem. Quæritur ergo, vtrum omnia in vniuerſum ablata & retenta, teneatur homo reſtituere? Et arguitur parte negatiua, Duo sũt bonorum genera in quibus quis alteri nocere poteſt, ſcilicet ſpiritualium, & temporalium, ſpiritualium autem non eſt neceſſaria reſtitutio, ergo cum ſint temporalibus præſtantiora? ſit, vt neque temporalium ſit neceſſaria. Minor exemplo monſtratur. Enimuero qui alterum ad peccandum induxit, nihil illi reſtituere tenentur. tum quod ille libere fecit, tum quod & ipſe ſe poteſt in priſtinum ſtatum inſtituere. Secundo, Si quis a monachatus profeſſione vel cohibuit, vel abſtraxit, eiſdem prorſus rationibus modo adductis, nihil ei reſtituere cogitur, ergo neque in hoc caſu reſtitutionem facere eſt operæpretium. Tertio. In bonis temporalibus maximum eſt vita, ſed qui vitam alter, vel membrum abſtulit nulli reſtitutioni manet obnoxius, quam ad impoſſibile nemo obligatur, quale eſt vita aut membrum reſtituere. Quarto. Nemo ad peccatum obligatur, quandoque autem fieri nequit reſtitutio citra culpam, vtputa cum quis alienam famam reuelatione occulti criminis denigrauit, ergo eiuſmodi reſtitutio neutiquã eſt neceſſaria Quinto, Honor quem quis alteri contumelijs deturpat, nullatenus reſtitui poteſt. quia ad præteritum non eſt potentia, ergo illic locum non habet reſtitutionis vinculum Sexto. Deum quis cuipiam impedimento eſt, ne aliquod ſpirituale ſacerdotium aſſequatur, auferre id illi cenſetur, nam (vt Philoſo. 2. Phyſ. text. 46 auctor eſt) quod parum diſtat a re nihil diſtare videtur, & tamen nullo innodatur reſtitutionis nexu, quia præbenda non debet ab altero auferri, vt prior conferatur, ergo non eſt omnium in vniuerſum neceſſaria reſtitutio. In contrarium eſt diuina ſententia, Ezech. 33. Si impius egerit pœnitentiam a peccato ſuo, fecerique iudicium & iuſtitiam, & pignus reſtituerit, rapinamque reddiderit, &cet. vita viuet vbi gominum inſinuatur neceſſaria reſtitutio.

Quæſtionis huius concluſio ſtatuitur affirmatiua. Omnium in vniuerſum quæ quis vel iniuſte ſuſtulit, vel iuſto aliquo ciuili contractu accepta retinet, præceptum eſt reſtitutionem fieri. Neque vero nouis opus eſt teſtimonijs aut rationibus poſtea, quæ proximo articulo dicta ſunt. Enimuero vt prohibitio furti ſic reſtitutionis præceptio generalis eſt, vniuerſa complectens. Et ideo niſi aliqua de cauſa excuſatio contingat, aut attenuatio culpæ, ſemper eſt mortalis eius tranſgreſſio. Excuſatio autem fit aut per ignorantiam aut per impoſſibilitatem, abſolutio vero ab obligatione per domini voluntatem, illam remittentis, ſed attenuatio contingit ratione tenuitatis materiæ. Nam qui parum retinet, nihil retinere videtur, ideoque leui tangitur culpa. Conclu ſio.

At ve-

Tria hominum bona.

Bona animæ subdiuiduntur.

At vero argumenta quæ obiecta sunt, non parum considerationis postulant. Et quoniam tria sunt mortalium bona (vt 7. Politic. cap. 1. Arist. meminit) scilicet animę & corporis, atque illę facultates quæ extrinsecus possidentur, dicere existimauimus, secundum eorum dignitatem ordinem sequi dicendi, bonorum autem animæ alia sunt naturalia vt intellectus, alia vero acquisita, sed tamen temporalia, vt scientia, alia denique simpliciter spiritualia, vt virtus & gratia. At vero de prioribus nulla est necessaria peculiaris disputatio, sunt enim simpliciter temporalia bona, & idcirco qui hominem (vt exemplum ponam) vel præstigijs vel alia via dementerat, vel per vim aut fraudem a literarum studio diuerteret, teneretur ad arbitrium prudentium, damnum, sicuti in alijs temporalibus, reficere. Restat ergo, vt ab spiritualibus exordium capiamus, qualis est gratia, & quibus ipsa nutritur, virtutes. De his enim primum argumentum propositum est. At quod Scotus 4. distinct. 15 q. 3. artic. 1. & Richardus eadem distin. artic. 4. qu. 2. quem ibidem sequitur Paludanus, & in materia de restitutione Adrianus, respondet affirmando quod quicunque alteri est causa peccati ipsum scilicet inducendo, obligatus sit restitutioni, sicut commodiori qua poterit via eum teneatur in Dei gratiam reuocare, suadēdo illi vt respiscat orandoque pro eo, eumque pro posse iurando. Quin vero addit Adrianus neminem posse suorum restitutionem bonorū spiritualium remittere veluti corporaliū, vtpote quorum nemo præter Deum dominus est. Et quidem si iacturam tantum in spexeris quam homo facit cum de diuina gratia decidit, hoc certissimū est, quod tanto exitialius priniciosiusque nocet qui proximo consulto in talibus bonis nocet, quam si noceret, in corpore, quanto anima pretiosior est corpore gratia Dei vniuerso orbe. Vnde Gregorius, quod refertur 6. q. 1. ca. ex merito. Deteriores, inquit, sunt qui vitam, moresque bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorum prædiaque diripiunt. Attamen licet alij prudē tius me forsan iudicent, nihilominus nullam mihi videor rationem videre, quæ hanc sententiam confirmet quam præfati doctores affirmant. Et primū omniū quantū ad culpā. Qui dedita opera idq; ex odio contendens proximū procurat de gratia Dei expellere, & in eius inimicitiam cōijcere, enormius peccat quam si vitæ tēporali pararet insidias, quia longe nocētius malū intendit. At vero cuius propositum nō est proximo sic enormiter in spiritualibus nocere, sed vel suum commodum assequi, vel suam explere voluptatem, non tanta graui tate delinquit, quam si eius diriperet bona temporalia, Ecquis enim asserat eum qui liberam mulierculam corruptam absq; vlla vi & fraude soliciter, etiam si vel prece, vel pretio vrgeat, tam graui crimine complicari quam si bonorum eius copiam depredaretur? Re vera nulla est in taii assertione apparentia rationis. Fallax ergo est argumentum. Plus nocet, ergo grauius peccat. Cætera enim nō semper sunt paria. Enimuero qui aliena bona surripiunt, id faciunt inuito domino, vnde iniuria ac subinde culpa suscipit incrementum, qui vero aliū allicit ad malum, nullam infert vim aut necessitatem, atq. adeo neque iniuriam. Sit ergo secunda cōclusio superioris expositoria. Qui alterum in crimen conijcit vi aut fraude, tenetur eatenus illi restituere, vt quem seduxit, veritatem doceat, & si vim intulit liberum relinquat, vt in bonam redeatur mentem. Decepit quis forte hominem, do cet non inesse culpam vbi erat, puta quem piam contractum non esse vsurarium, qui tamen erat ob quam deprecationem exercet ille talem contractum, in tali casu tenetur fallax ille homo docere alium veritate, ne falsus male agat. Quapropter hæresiarcha qui hæreses seminauit, tenetur recantare palinodiam, & quantum in se fuerit, cōuellere iniqua semina. Eodem iure si ego quempiam in duxi vt inimicitias gereret cum inimico meo, & mea causa illas exercet, teneor illū liberum relinquere, ne sim illi causa mali. Conclusio manifesta est, quoniam ego sum causa non solum ob quam deliquit, verum ob quam in delicto persistit. Tertia conclusio. Si quis alium absque vi, & fraude induxit, in peccatum, etiā si consulto & ex animo induxit, alius autē scit se esse in peccato; estq. ei liberum exire dū voluerit, tunc inducens non tenetur peculiari præcepto iustitiæ commutatiuæ restituere, sed generali præcepto correctionis fraternæ sicut cæteros. Prior pars proba-

Ad primū arg.

Scotus.

Adriā.

Nō semper qui plus nocet, grauius peccat.

Secūda conclu.

Tertia conclu.

tur. Primum, iſte inducens proprie loquendo nihil ab altero ſuſtulit: nam aufert nemo quidpiam niſi ab inuito, qui autem ſciens, & prudens peccat, quantumuis precibus alterius ſuccumbat, non facit inuitus, aliter non peccaret, dicente Auguſ. in De vera relig. & 1. lib. retract. Peccatum adeo eſt voluntarium, vt niſi ſit voluntarium, non ſit peccatum, 15 q 1. c. quod autem reſpondent autem Scot & ſui, quod licet taliter inducens non ſi tota cauſſa peccati, exiſtit nihilominus pars cauſſæ & occaſio, & ideo manet quodam pacto reſtitutioni obnoxius. Contra hoc tamen eſt argumentum. Quando ego precum improbitate donum aliquod ab amico citra vim, & fraudem extorqueo, nullatenus illi teneor, vt reſtituam vi iuſtitiæ, niſi mea liberalitate illi decreuero eſſe gratus. Pari ergo iure qui a muliere, vel prece, vel pretio conſenſum expreſſit in malum, poſtquã illa vltro conſenſit liber eſt qui extorſit, a reſtitutioni ſciẽti. n. & conſentienti non fit iniuria, de reg. iur. in 6. Et facit ad idem text. eod. tit. cap. nullus eodemque titulo, ff. l. conſilij, quibus nimirum docetur neminem ex conſilio, quod fraudulentum non ſit, reſtitutioni obligari. Secundo aliter idem comprobat. Nemo ei reſtituere tenetur, in cuius poteſtate non eſt reſtitutionem fieri: Deus autẽ ſolus eſt auctor gratiæ, homo ergo eodem vinculo eſt ſolutus. Quod ſi vrgeas ſaltem obligari ad id quod poteſt, aliter argui. Nemo ei adſtringitur reſtituere, qui ſua ſponte condonat quod ſibi ablatum eſt, ſed ille qui non vult reſipiſcere a peccato, virtualiter condonat ꝙ ablatum ſibi eſt, quoniam cum in ſua poteſtate per ſolius Dei auxiliũ poſitum ſit diuinam gratiam recuperare, ſi non recuperat, videtur illam ſua culpa negligere, atque adeo alter ſit à debito liber, quia non retinet alienum. Etenim ſi ego furto ſuſtuli auri pondus, quod expoſitum manifeſtumq; relinquo domino, vt quãdo ei libuerit poſſit ſine mea nulliusve alterius opera capere, profecto ſi non capit, cenſetur illud tenuere atque adeo ego non amplius teneor facere. Etenim neque obligor illum admonere vt capiat, neque rogare. Ecce quod tuum eſt aut cape, aut abi. Ad noſtrum propoſitum. Vnde quæſo obligat iniquum in bonam mentem reuocare, ſi cum ipſe abſque opera mea poſſit, minime vult emendari? Accedunt & argumenta alia minora, nam ſecundum auctores contrariæ ſententiæ conſequens ſit primum, vt ſi quis mulierem quæ in ſordibus iacebat ad ſordidum actum induxit, teneretur eam emendare, quod nulla ſuadet ratio. Item, quòd qui non poteſt eum, qui corrumpit in viam reuocare, teneatur ſaltem pecunia pro poſſe ei ſatisfacere, licet diuina gratia nulla ſit exiſtimatione pendenda, nam in honoribus ita vſu fit, quòd tamen in ſpiritualibus nuſquam obſeruatur, nulli. n. confeſſariorum tales reſtitutiones iniungunt. Tertio ſequeretur, vt qui publice peccauit, ſingulis eorum quibus fuit occaſio ruinæ, teneretur reſtituere. Et accedit profecto (vt ait Sylueſt. in uerbo, reſtitutio) non debile argumentum in fauorem huius ſententiæ, ꝙ cum S. Tho. ſolertiſſimus omnium ſcrutator de hoc genere reſtitutionis nihil uſpiam meminerit, nullatenus iudicauerit eſſe neceſſarium. Adiecimus autem in ſecundo membro, ꝙ ligamine correptionis fraternæ, ꝙ eſt charitatis, tenetur talis homo corripere fratrem, & forſan arctiori uinculo, quam reliquos cæteris paribus, nam alioqui quem in maiori periculo uideo citius teneor corripere. Atque cum maxime quem quis illata vi in peccatum compulit, utputa ſi quis mortis comminationem uirgini ſtuprum obtulit. At neque uinculum hoc exit lineas correptionis fraternæ. Non inquam ingreditur iuſtitiæ limites, unde Exod. 21. ſolum ſancitur, vt qui dormierit cum uirgine, docet eam, ducatque in vxorem, quòd autem procuret eam emendare, non adhibetur. Hæc dicta ſunt, non ut habenas perditis hominibus laxemus, eſt enim enorme ſcelus hominem alienos mores veluti iniquitatis magiſtrum dæmonisq; ad miniſtrũ deprauare. Nam etſi poſtmodum tanta adhibetur cura, vt errãtem in uiam reduceret, peccatum tamen ipſum, & tempus quo in peccato durat, reſarciri vix poteſt. Sed tamen admonita ſunt, vt quiſque intelligat quouſque Lex reſtitutionis obligando pertingat. In ſecundo argumento tangitur aliud dubium huic affine de illo, qui quenquam a religiones profeſſiones retraxit, aut inde detraxit. De hoc. n. pari iure, ut ex eis appareret, iſti ſupra citati auctores pronuntiant. Palud. nanq. eodem loco citata adſtruere non

De ſecũdo arg.

Palud.

non formidat eum qui alteri propoſitum religionis ſic diſſuaſit, vt ne intrare perſua deret, vel alia via eum vitæ monaſticæ ſub duxit teneri ad reſtitutionem in integrũ, nempe aut illi ingreſſum rurſus perſuaden do, aut alterum eius loco ſubſtituendo, aut ſi neutra iſtarum via patuerit, obſtringi tur, inquit, idem ipſe intrare. In eandem ſententiam ſubſcribit Anton. Florent. 2. parte tit. 2. cap. 2. Et ne opinio hæc mona chorum tantum cenſeatur propria, ſequi eandem Adrianus in 4. in eadem citata quęſtione. de bonis animæ reſtituendis. Et præterea Maior quæſt 17. & adducit Palu. exemplum Raymundi celeberri i gene ralis ordinis noſtri, qui eadem de cauſſa ha bitum noſtrum induit Argumentum iſti venantur ex cap ſi ſeruus, primo, diſtin. 54 vbi iubetur epiſcopo ordinati ſeruum ne ſciente domino duplum eidem reddere.

Inde ergo & fortiore (vt putant) ratione colligunt obligationem reſtituendi religio ni in eo exurgere, qui eidem religioni mo nachum ſubtraxit. Verum eſt tamẽ Adria num, & alios ſententiam mitigare, dicen tes tunc eſſe veram, quando quis vel reli gionis odio vel alio malo animo id feci ſe cus autem, ſi amicitia ad id adductus eſt, aut parentum commiſeratione. Nam tunc etſi peccatum committatur, reſtitutionis tamẽ lex non ligat. At vero neque opinio hæc multum probabilitatis habet. Prima ergo concluſio ſit ſecundum moderationẽ Adriani. Qui bona intentione impedimẽ tum eſt volenti monaſticum inſtitutum ca peſſeret nullam facit religioni iniuriam, quippe quæ nullum tum ius acquiſierat. Cui præterea accedit, quòd licet monachatus profeſſio in genere, adeo ſit Euangeli cum conſilium, vt nullo ſit alio opus parti culari, tamen quod hic & modo & cum cæ teris circũſtantijs tale inſtitutum ſuſcipiat, res eſt, quæ citra iniuriam in conſultationẽ poteſt aſciſci. Sit autem ſecunda conclu ſio. Nemo qui alteri, etiam iniquo animo monachatum diſſuaſerit, vel alia illi rõne obſtiterit quo minus monachus fiat, obnoxius ſubinde ſit reſtitutioni vel eidem fa ciendæ vel conuentui de rigore iuſtitiæ, ſed tãtum tenetur charitatis lege & correptio nis fraternæ. Concluſio hæc perinde atque ſuperior, quin vero firmius demonſtratur. Primum enim illi qui a religione reiectus eſt, nulla debet reſtitutio, quia neque vi co-

Prima conclu.

Secũda conclu.

hibitus eſt, neque fraude ſeductus, atque ad eo neque iniuſtitiam paſſus, nam vbi non inuenitur inuoluntarium, ſed ſpontanea conceſſio, nulla ſubeſt iniuſtitia, atq. adeo neque iuſtitia reſtitutionem iniungit. Sed tantum eſſe illic poteſt peccatum contra charitatem, quæ ideo charitas poſtmodũ admonet correptionem fraterne fieri. Enimuero quandam radicem habuerit pec catum, ſcilicet vel contra charitatem vel contra iuſtitiam, talis eſt virtus cui emen datio competit. Secundum argumentum eſt ſuperiori ſimile. Ille qui a religione eſt impeditus, in ſua poſt habet libera pote ſtate ſuum prius propoſitum exequi, ſi au tem non vult, tunc ille qui eum adduxit, exoneratus eſt onere reſtitutionis. Et ſunt argumenta hæc inde fortiora, quòd pernicioſius eſt hominem in peccatum contra legem adducere, quam a conſilio religio nis reducere. Neque vero reſtitutio neceſ ſario eſt religioni facienda. Nam nullo pa cto viget argumentum, quod religio illa & ordo ius quoddam habebat, ſaltem pro ximum. Enimuero illud ſemper dependebat a voluntate illius, qui poterat a propoſito retrocedere. Quod ſi ſua ſponte muta uit, nulla reſtat obligatio reſtituendi. Im mo eadem ratione addiderim, quod etiam ſi quis a profeſſione neophytum, puta qui habitu indutus eſt cathecumenus, abſque vi & fraude abduxit, licet graue commit tat peccatum, tamen dum non ſit niſi con tra charitatem, nulla iuſtitia eum obligat ad reſtitutionem. Nam ſi ego iſtum iam adornantem intrare hanc religionem ad aliam diuerterem, non fio debitor priori conuentui, ergo nullum habebat ius quod me obligaret etiam ſi ſimpliciter extraxiſ ſem. Quin uero neque ille qui iniquiſſi mo animo profeſſo perſuaſerit exire, pla ne video quo iure ad reſtitutionem te neatur. Neque argumentum quod a ſer ui ſimilitudine deducitur, prorſus in cõtra rium cogit Etenim quidquid de ſeruo ſit, de quo idem iudicium erit in conſcientia, quod ſecundum leges ciuiles fuerit, non tñ eadẽ apparet rõ de monacho. Mancipium enim dominus in ſuã propriam vtilitatem veluti equum ſuum poſſidet, de monacho autẽ non ſic cenſendũ. Nam qui ſe diuino obſequio manciparũt, etſi aſtrictiſſimi ſint religionis voto, non tamen poſſidentur vt ſerui, ob Prælatorum temporale commo-

Aliorũ.

dum,

dum, ſed ob ſuum ipſorum ſpirituale. Qua re ſeruitus illa libertate plena eſt, qua licet monachus abutatur, habitum exuens, tantum obligatur lege obedientiæ redire, dignus efficiatur regno cœlorum. Et ideo ſi ſua ſponte exierit, nulla inde naſcitur ciuilis obligatio ad reſtitutionem.

Tertia conclu. Tertia concluſio eſt. Si quis alium ui, vel nimis, vel fraude, ſeu retraxerit ſeu extraxerit a uita monaſtica, vtpote dicendo non eſſe bonam, ille, quia contra iuſtitiam fecit inuoluntarium hominem promouendo, tenetur, fateor, detecta fraude veritatem docere, & vim amouere, vt libere poſſit redire, teneturque forſan propter illatam iniuriam procurare, vt iterum in conuentum recipiatur. Si tamen non redit, nullum tamen ſuper eſt reſtituendi ligamen. Quarta concluſio. Quamuis quis iuuenem vel impedierit vel abduxerit, vel vi a monaſterio expulerit etiam illum qui fuerat profeſſus, neque tenetur alium loco ipſius ſubrogare, neque ipſe intrare. Hanc concluſionem præterquam ſuperioribus rationibus, hac præſertim mihi perſuadeo. Conſilium religionis nemo niſi cum omni libertate ſequi tenetur. Eſt enim religio, quippe qua homo ab ſe abdicat propriam libertatem, perdifficilis, ob idque lege ſancte decretus eſt annus integer probationis. Nullo ergo aut metu aut commiſſione delicti poteſt quis in religionem obtrudi, etiam ſi quis monachos plures vt exirent peruerteret. Neque vllus poteſt caſus dominicum illud verbum mutare, quo ait. Si vis perfectus eſſe, vade, &c. ſed vniuerſum hoc relinquendum eſt libero cuiuſque arbitrio. Nemo ad fidem niſi ſponte admittitur. Qua ergo lege poſſumus ad opera conſilij inuitum cogere? Contrarium porrò vos canonicæ leges docent, quæ licet vel adulteras, vel hæreſiarchas, vel ſceleſtiſſimos alios intra monaſteriorum ſepta atque in arctiſſimas cellulas occludant. neminem tamen ad profeſſionem religionis cogunt. Iſti ergo qua ratione putant inſtitutis monaſticis fauere, ſunt forte in religionis uota, quæ liberrima eſſe debent, in iurij, eaque dum homines eo cogunt, odioſa reddunt. Accedit huc, quod forſan retrahenti alium minime illud congruit inſtitutum religionis, neque forte conuentui expedit. Hac enim de cauſſa ſtatutus eſt profeſſionis annus, ergo ſi ante ingreſſum ſcit ſibi non eſſe ſalutare, neutiquam intrare tenetur. Pugnat aduerſum iſtos validum argumentum. Sequitur enim ad eorum opinionem quòd qui profeſſum monaſterio ademit, profiteri cogatur. Conſequens tamen eſt contra ius concedens probationis annum, quo quis expertus fuerit, non ſibi ex re eſſe tale inſtitutum, libere recedat. Accedit præterea, quod non ſemper eſt perſonarū pari tas. vtrum vir illuſtris aut egregiè doctus teneatur ideo religioni ſe mancipare, quod religioni vel parum vel nihil vtile extraxerit? Extat deinde argu. quod reſtitutio in foro conſcientiæ non obligat niſi illis caſibus, quibus ſi veritas publice cōſtaret, obligatio ſecundum leges oriretur in foro exteriori. At vero neque Papa, neque Prælatorum vllus talis reum criminis compellere illo pacto reſtituere, nulla ergo eſt obligatio in conſcientia. Quinta nihilo ſecius adhibenda eſt concluſio. Qui conuentum aliquem aut religionem perſona aliqua ex poliauit, quæ religioni erat frugi (nam de inutilibus nullus iubeſſe poteſt ſcrupulus) forte teneretur de damno dato, neque vero integrum, ſed ad prudentium arbitriū, vt qui rectorem Cathedræ vel fraude dementaret, vel vi exire conſtringeret, teneretur de damno ceſſantium prouentuum. Haud tamen hoc tanquam mihi compertiſſimum ſtatuerim, immo ſtandū arbitror tunc foro exteriori, nam (vt dixi) non eadē eſt hic prorſus rō quæ de ſeruo. Hæc autē diſputata ſint de iuſtitia, nam de conſilio aliud eſt. Peregregiè namque fecit Raymūdus, per ſuum ipſius ingreſſum damnū cōpenſando, quod religioni dederat. Tertiū arg. iam nos in conſiderationem mittit reſtituendorum temporaliū bonorū. Hæc autem in triplici ſunt dñia. Alia quippe ſunt corporis, alia vero exteriores facultates, ac tertia inter hæc media, puta honor & fama. Quod Ioannes in ſua Canonica dixit. Omnia quæ ſunt in mundo, aut ſunt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorū, aut ſuperbia vitæ. Inter hæc autē illa ſunt nobis congenita penitius ac natiua, atque adeo potiora, q̄ ad corpus attinent. In quibus primū eſt vita, qui per homicidiū tollitur. De qua S. Th. ac Theologi ſummo conſenſu rident in tali caſu, quia æquiualens reſtitui nequit, ſat eſſe ut fiat poſſibilis compenſatio, veluti quia Deo & parentibus

Quarta concluſ.

Optime explicat quando in cōſcīa quis ad reſtōnē tenetur.

Quinta conclu.

De tertio arg. Tria bonorū tēporaliū genera.

Qualis dēat fieri p vita ablata compenſatiuo.

tibus reddere ad iuſtum non valemus, vtpote a quibus ſuſcepimus vitam, ſufficit eis reddere quantum poſſumus. At vero operæpretium eſt hoc preſſius explicare. At qui in primis recolendum eſt ex ſuperioribus neceſſariam eſſe homicidæ, & reſtitutionem facere damni dati, & ſatisfactionem de iniuria, & ideo de vtraque eſt dubium in foro conſcientiæ: nam in foro exteriori poſita eſt talionis pœna, vt iuxta verbum Domini, Qui gladium acceperit, gladio pereat. Hoc autem nihil ad nos, qui tantum inſtituimus confeſſarios ad pœnitentias iniungendas. Dicamus ergo prius de damno dato. De quo eſt omnium concluſio, quòd ſi occiſus familiã ſudore proprio alebat, tenetur tunc homicida illud damnum compenſare, alendo eandem familiam. Et ratio ſit illis comperta ex natura commutatiuæ iuſtitiæ. Suſtulit illæ viduæ, & orphanis alimoniam, reddat ergo. Sic enim decretum eſt cap. fin. de iniur. & dam dat. Si tua culpa datum eſt damnum, iure ſuper his ſatisfacere te oportet. Hi autem ſermones vniuerſales, ſunt magis veri, & minus vtiles. Opus eſt namq; reſpondere an quicunq; ſit illi homicida, & quantacũque fuerit defuncti familia, debeat illã perpetuo ſuſtentare. Maioris 4. diſt. 15. q. 19. dubio poſtremo ait teneri homicidam tantum reddere heredibus defuncti, quantum ipſe iudicio prudẽtium lucratus fuiſſet tota vita, deductis laboribus, quia non tantũ, inquit, debetur quieſcenti homini, quantũ laboranti. Hoc autẽ nihil eſt dicere, quoniã ſi illi qui ſuis manibus victitat, laborẽ ademeris, nihil relinquis, ceſſans quippe ab opere nihil lucraretur. Itẽ argum. eſt contra hoc vrgentiſſimum. Si enim quis quenquã ab opere, & labore cohibet, in integrum tenetur de damno, ac ſi ille laborarer: nam ille accinctus eſt operi. Si tu ergo illi obſtas, adſtringeris ei quod ipſe lucraretur, reſundere. Et ideo Scot. diſt. 15. quæſtio. 3. ait tale homicidam teneri ad ſuſtentationẽ familiæ defuncti, non ſolum vxoris, & liberorũ, verum ſi ille matrẽ quoque, & propinquos nutriebat, vniuerſos quoq; cogitur ipſe paſcere. Et ſequitur eum Adria eadem diſt. citatq; in eandem ſentẽtiam Specul. & Panor. dicẽtes, ꝙ quilibet hæredum poteſt agere pro ooperis defuncti, quas poſſet exercere toto ſuæ vitæ tempore. Hæc autem regula nõ eſt ad amuſſim certa, ſed dura valde circunſpectorum conſcientijs. Sequeretur enim, quòd homicidia ante iudicis condemnationem in ſummam pauperiem redigi deberet, & talem deberet imponere confeſſarius pœnitentiam. Vnde ſi homicida pauper eſt, qui tantum lucratur, quantum ille lucrabatur defunctus, teneretur totum dare, & nihil ſibi reliquum facere. Quòd ſi fortè ille occiſus erat mercator, cui ampli prouentus proueniebant, & homicida itidem eſt mercator, teneretur tantundem hæredibus refundere. Adrianus concedere videtur. Maioris vero negat. Nam dicit, quòd poſtquam familia habet aliunde victum, non tenetur homicida illum illi ſuppeditare. At verò hoc nihil refert: nam ſi nudam commutatiuam iuſtitiam conſideres nihil intereſt ſint, ne hæredes diuites, an pauperes. Etenim (vt 5. quæſtio. ſuperioris libri dicebamus) non hoc attendit, ſed præcipit, vt quantum ablatum eſt reddatur, modo qui abſtulit, ſoluendo ſit. His ergo prætermiſſis certiſſima quæ hic poteſt concluſio ſtabiliri, eſt hæc. In his quæ ſecundum ſpeciem reparare nequeunt, reſtitutio eſt ad arbitrium prudentium facienda. Neque particularius aliud S. Thom. reſpondet, nimirum intelligens nihil poſſe certius conſtitui. In hoc autem arbitramento habenda eſt ratio perſonarum, tam occiſi, quam occidentis, quam etiam hæredum: nam (vt modo diſputabamus) nulla aliarum regularum eſt ſolida. Quapropter hæc eſt quæ prudentibus habetur in vſu. Atque adeo plus huc conducit prudentum ſententia, quam Theologorum ſcientia, vel Iuriſconſultorum. Quando enim homicida eſt diuitijs præpotens, maior eſt ei reſtitutio iniungenda, quàm ſi egeret, & ſi occiſus inutilis erat ſuis minor quam ſi erat frugi. Eſt præterea in hiſce iniurijs conſiderandum, quòd qualitas defuncti non tantum penſari habet ex vtilitate ipſius, indigentiaq; ſuorum, verum etiã ex valore, & dignitate perſonæ. Nam qui virũ ingenuũ literisve, aut alia rõne inſignẽ occidit, ad maiorem multo reſtitutionẽ tenetur, quã ſi perſonam inferioris claſſis trucidaret. Falluntur ergo, qui arbitrantur ob id, ꝙ non reliquit familiam inopẽ, non eſſe reſtitutionem neceſſariam, qm̃ talis perſona multo pluris erat q̃ alia. Quin verò, & occidendi modus, ſi per inſidias, aut fraudẽ, aut per inſignem atrocitatem

Dubiũ. Opinio.

Maioris

Impugnatio.

Scotus.

Improbatio.

citatem homicidium perpetratum est. Hęc inquam omnia venire debēt in consilium, vt restitutio legitimè fiat dummodo hæc omnia iniurius possit soluere, etiam cum graui detrimento suorum bonorum, tametsi, vt ad super us quoddam verbum respondeamus, non sit propter restitutionem in foro conscientiæ in extremam, aut grauem necessitatem quisquam conijciendus. Sed & restat insuper in huiusmodi casibus animaduertendum, id quod in spe est, tantum, nō æquipollere ei, quod est in re: nam poterat defunctus cito mori, aut languere, ita vt non posset familia sustentare. Idem prorsus dicendum de mutilatione membri, vt qui manum alteri abscidit, tenetur soluere operas Medici, & damna, cessantesque labores in integrum, ad arbitrium tamen sapientum virorum. Quod si quis sententiæ huic obijciat illud Exod. 21. quod iure etiam Can. de iniur. & damno dato. capite si rixati. pro lege susceptum est, nempe quòd si percusserit alter proximum suum, lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ille qui percusserit, opera eius, & impensas in Medicos restituat, cæterum innocens erit. Respondetur, quòd erit innocens respectu homicidij, & si ille, qui læsus est, plenè conualuit, euadet tūc, & percussor prorsus liber. Ex his fit consequens, quod non debet æstimari pretium huiusmodi læsionum ad libitum illius, qui damnum accepit. Amputauit quis manum alteri, aut eruit oculum, vtrum teneatur tantum reddere, quantum ipse peteret, si ante mutilationem ipse vellet reddere membrum suū? Minimè gentium. Est plebeius, qui pro mille aureis nollet orbari oculo, & tamen postquàm ablatus ei est, non tenetur qui enim eruit, tm̄ reddere. Non. n. est eadē hic habēda ratio, quæ in rebus recuperabilibus. Si furto surripui equum, debeo, vel ipsum reddere, vel simpliciter quantū valet, at quia mēbra nō possunt eadē restitui, non debēt tanti æstimari, quanti homines illa faciūt, q̄n habēt, quāuis etiam deformitas, quæ in mutilo restat, si etiam repensanda. Sed est tandēm notandū, q̄ inter illustres istāc restitutiones non petuntur. Nam damna facilè condonant, iniuriæ. n. sunt quas nunquā obliuioni tradunt. Secundo, Præter damna data tenetur iniurius satisfacere pro iniuria, sed de hoc quoque diuersæ versantur opiniones, est inquā Scoti grauis seueraq; sententia loco citato. Ait, inquam, quòd vbi lex talionis iure sancita est, illa est sancta, & legitima, & ideo iustè, inquit, debet illic homicida patienter soluere illam pœnam. Quod si intelligat, dum captus fuerit, supplicioque destinatus debere patenter tolerare, verissimum est. Attamen si intelligat, q̄ ipse se debeat offerre Prætori, hoc profecto nulla probabilitate sustineri potest, quoniam nemo reus esse tenetur, ac simul actor, vt spontè se patibulo obijciat, esse enim hoc contra ius naturæ, quod tam truces leges, & præcepta nō admittit. Haud tamen credibile est grauem Doctorem ita sensisse, d quod ex subiunctis statim verbis conijcitur. Subdit namque q̄ vbi lex talionis non fuerit statuta, reus non tenetur sibi eam inferre, quia nullus debet esse homicida sui. Hinc enim colligitur, quod neque vbi statuta fuerit, tenetur reus obijcere se iudici. Hoc enim eodem recideret, ac si eam sibi inferret. Adijcit nihilominus expedire tunc tali homicidæ, vt exponat vitam suam in causa iusta, vtpote in bello contra inimicos Ecclesiæ pro restitutione facienda illi cuius vita abstulit. Et subdit, q̄ si æque tantam restitutionem velit facere, non potest omnino esse immunis a restitutione. Et satis seuera, & rigida censura, quam videtur sibi satis corroborare verbo Christi. Qui gladio occidit, gladio peribit. Et Adrianus consentit cum illo. Ego vero fateor, quod neminem possem sic obligare. Christus namque de vindice gladio Reipublicæ loquebatur, quo malefactores pereunt. Immo vero probo viro, qui ira succensus vnum homicidium fecit, non subinde consilium esset illa de causa committere se bello secus, si esset eousque perditis moribus, vt esset velut publica pestis. Aliter ergo facienda est satisfactio pro iniuria, petendo videlicet suppliciter veniam, uel arbitria pœnitentia. Quando uero nulla alia patet restituendi uia, commoda restitutio est, si interfector orationibus, & præcationibus mortuum suum apud Deum adiuuet. Idque saltare est, ut in sacramentali confessione pœnitentiæ loco iniungatur, tametsi ut uerum fatear, iustitiæ obligationem de huiusmodi spirituali restitutione planè non uideo. Neque S. Thom. illius meminit, quamlibet Scot. loco citato necessaria existimet. Neque uerò in foro iudiciali cōpulsio fit, nisi de damno tem-

Præter damnatā iniuria com

pensanda Scotus.

Nemo reus esse tenet, & actor.

Improbatio.

Quō faciēda satisfactio iniuriæ.

temporali dato, deque compensatione iniuriæ. Sed est nihilominus saluberrimum consilium, quando interfectus indiget. Nā si à fide catholica alienus vixisset, ridicula esset talis restitutio. Restat autem dubitationis nonnihil, qui sint illi hæredes, quibus facienda est restitutio de necessitate.

Dubiū quib. debeat fieri restitutio.

Ait enim Scot. quòd si ille defunctus alebat parentes & alios cognatos, & propinquos, omnes tenetur interfector pariter sustentare. Et eum sequitur Adrianus, & alij.

Snīa auctoris.

Respondetur tamen per temperamentum huius sententiæ. Sunt enim aliqui hæredes necessarij nempe qui tale ius habent, vt nequeant in totum ab hæreditate excludi, sicut sunt vxor maritus, parentes, & filij hos enim tenebatur pater sustentare si egerent. Quapropter & hic hæredum ordo succedit in ius defuncti, quibus ideo de iustitia facienda est restitutio. Et ratio est, quòd homo est quoddam bonum, non solum suū, sed vxoris, & prolium, & parentum. Et ideo qui hominem gladio sustulit illis sustullit. Alij vero sunt hæredes solum ab intestato, qui tamen non sunt necessarij, vt fratres, & inferiores cognati. Et his rigore iustitiæ, in conscientia non tenetur homicida, nam licet defunctus sua liberalitate illos aleret, non ideo illa obligatio transit in homicidam. Alias teneretur pariter alere amicos, & famulos, & quoscunque ille in domum receperat. Verum est tamen, quòd in foro exteriori fratribus & reliquis, agnatis, quia ius habent agendi de iniuria, solet, vt eam remittant, pecunia rependi, non tamen quod pro damno dato illis quidquam debeatur. Quod si super his per conteris, vtrum hęredes homicidæ si ipse viuens nō satisfecit, teneantur de damno in conscientia? Respondetur, ipsos teneri, si defunctus bona reliquit, alias minime. Iniuriam autem compensare, non item conuincuntur, nisi viuens homicida condemnatus esset, transiretque in rem iudicatam, vt pro iniuria tantum solueret

Dubiū an obligatio restituēdi transeat ad hæredes.

De 4. argum.

Sequitur, in 4. argumento de fama, & honore læsis, quomodo debeant restitui. Qualiter autem fama & honor differant, li. seq. q. 9. vbi eorum tractatus proprium habet locum, explicabitur. Nunc autem latis est nosse famam quæ bona est existimatio de homine publicitus habita per detractionē denegari ob idque infamator commodiori aptiorique possibili modo restituere, resarcireque eam tenetur. Est enim in bonis temporalibus post, vitam præcipuum. Neque vero est, sicuti ablata vita, irrecuperabilis, potest enim in integrum restitui. Attamen præstituenda est statim in fronte regula. Quod læsa fama non est necessitate salutis restituenda, nisi quando contra iustitiam aufertur, quæ regula vniuersalis est in omnibus bonis. Vnde cum S. T. tres assignet infamandi modos. Primus, inquit, cum quis s. verum dicit, & iuste non obligat ad restitutionem. At quia de hac re variæ circunferuntur opiniones, ne tanta auctorum citatione stylum obnubilemus, subiectis notabilibus rem aperiamus. Primum, vt obligatio restitutionis famæ oriatur, requiritur, vt vere fuerit oblata, vel obscurata, nam quandoq. ratione obiecti apparet auferri, quæ tamen re vera non aufertur. Id quod quatuor modis contingere potest. Primo, si quid diffamatur, tali homo est, cui secundum humanam reputationem illa non est infamia. Dixisti aulicū hominem seruire, vt ipsi aiunt, aulicæ etiā fœminę, licet suspicio inde oriatur, si modo fœminam nullatenus infamares profecto viro non teneris ad restitutionē. Neq. si diceres descendisse in duellum cum alio, quamuis hoc secretum esset & forsan mendaciū, quia tali hominum ordini nulla aut p. rquā exili oboritur ex his infamia. Secūdo neque aufertur fama quando persona iā publice erat infamis. Mentitus es, v. g. meretricem tali nocte admisisse leonē, quē non admiserat, re vera non esset peccatum mortale non restituere ei famam, quia nullam inde macolam ipsa contraxit. Tertio, si infamia est de re leuissima. Vt si quis aliū infamaret ꝙ esset negligens in studio, & ꝙ non ieiunaret. Quadragesimam totā, quamuis mēdaciū esset, si persona illa erat vulgaris ꝓ nihilo ducit. Quarto, si infamator vel non est fide dignus, vel ioco vr̄ dixisse, qm̄ cui nulla datur fides, & si delictum incurrat, qa tn̄ nullam generat infamiam nullo se illaqueat restitutionis nexu. Præterea, requiritur vt alius famam obnubilet per iustitiæ delictum. Etenim qui more & lege vetum crimen propalat, nihil aufert restituere teneatur. Vt si quempiam in iudicio recte accusasti, aut si per fraternā correptionē ad maiorē emendā prudēter plures accersisti testes, quibus proximi delictū patefaceres, aut si bono amici tui cōsules

Regula de fama restituēda.

Primū notabile.

Quatuor modis obiectio crimine homo non diffamat.

Secūdū notabile.

lens, qui criminosum aut male fidum seruum recipere in suam familiam adornabat, id ne faceret admoneueris, nullus istorũ casuum iugo restitutionis hominem subdit. Mox, si quis quempiam infamet contra charitatem, non violando iustitiam, neque sic innectitur restitutionis necessitate. Detulisti criminosum in iudicium, qui re vera erat dignus supplicio, & testibus conuinci poterat, non tamen ad bonum suspiciens, sed iniquo animo, puta ex odio aut ex auaritia, vt illi in sua dignitate per ambitionẽ succederes. Deliquisti quidem contra charitatem & liberalitatem, non tamen restituere conuinceris, quia non fecisti contra iustitiam. Pari ratione si prælatus prodere reum, quem licitè condemnauit, prodere autem quibus illud erat ignorũ. Impingit quidem in charitatis iura, haud tñ restituere tenetur. Neq. vero qui legitime diffamatũ in vno loco traducit in alio, vbi res nondũ erat audita. Ad hæc requiritur tertio q̃ qui læsus est non alia via famam recuperauerit, nam tũc immunis fit ille qui infamauit à restitutione, quippe cum alteri iã habeat quod perdiderat. Vt si ille quem de concubinatu traduxi, adeo se compurgauit vt nulla mihi amplius habeatur fides, onere sum restituendi exoneratus. Ecce ergo tres conditiones ex quibus obligatio cõflatur ad restitutionem. s. vt auferas famã, & contra iustitiam, & quam alter non iterũ in integrum reparauit. Post hæc ergo ad singularia descendentibus dicendum restat, quod duobus modis (vt ait S. Tho.) vsu venit contra iustitiam infamato scilicet quando quis falsum crimen imponit atque iniustè, secundo quando imponit verum, sed iniustè. Sed nunquid fieri põt vt impositio falsi criminis sit vnquã nisi iniusta? quid ergo opus erat post falsum, addere iniuste. Respondemus fuisse necesse, nam (vt lib. seq. q. 4. visuri sumus) iudex ante cuius tribunal ille legitime probatur nocens, quem ipse nouit esse innocẽtem, tenetur ipsum supplicio addicere, quo vtique casu falsum illius crimen facto ipsa affirmat, iuste tamen, & ideo ad nullam cogitur restitutionem. At vero neque iudex extra illum casum, neque vlla priuata persona sciens ac prudens falsum de alio crimen adfucere valet citra iniustitiam. Tunc ergo ille nõ faciet idoneã restitutionẽ antequã asserat se esse mentitum, nisi forsan inter illos cõuenerit, vt alia sit remuneratione contentus. De quo statim verbum alterum adhibebimus. Quin vero & hoc obseruandum est documentum, quòd non satis est coram eisdem quibus mendacium dixeras, te mentitum asserere, verum teneris contrariam, quam feceras fide facere, videlicet quia homines procliuiores sunt ad credendum mala quam bona, iureiurando si opus fuerit, adhibitisque insuper testibus, monstrare te debes falsum dixisse vt qui tua culpa fuerat infamia respersus, tua quoque diligentia repurgatus euadat. Secundo modo, obseruatio alienæ famæ fit contra iustitiam, quando quis verum crimen detegit, tamen contra iuris necessarium ordinem. Vt si quis occultum crimen vel extra iudicium propalauit, vel in iudicium accusando detulit, quòd tamen probare nequiuerat. Quando vero alias prætermisit ordinis minutias, non fit subinde restitutioni obnoxius, vt puta si accusauit die festo, aut loco indecenti, aut non seruatis alijs ceremonijs, quæ rei substantiam non mutant. Veruntamen hic restitutionis casus, perquam difficilis est, si fieri rite debet ac recte. Enimuero hoc certum est non licere illi infamatori dicere se fuisse mentitum, esset enim hoc ipsum mẽdacium, quod pro salutes totius mundi nequiquam dicendum est. Atqui id quod S. Tho. & Scotus & plerique Doctorum aiunt, debere. s. illum tũc dicere se perperam illud dixisse, atque inique proximũ diffamasse, neque esse sibi habendam fidẽ, vsque adeo vel parum vel nihil ad restitutionem confert, vt citius ac sæpius noceat. Alij ergo recentiores aiunt, infamatorem tunc debere vti amphibolis verbis, vt sic ipse non mentiatur, vt tamen alij arbitrari possint, fuisse mentitum. Sed re vera præterquam quod hoc genus esset mendacij, nihil vtilitatis afferret. Ob idque satius mihi semper visum est, quod & hic Caiet. ait, nõ amplius talem detractorem coram eisdẽ de re illa fari debere, sed bonam vbique eiusdem hominis existimationem dispergere, videlicet quantum citra mendacium valet. Et quamuis inde alij, quod non se ipse retractat, colligant verum dixisse, non tamen ipse amplius facere valet. At vero tenetur ei, cuius famam vulnerauit, de damno dato, nempe si causa illius iniuriæ aliquam iacturam suorũ bonorũ fecit. Nõ tamen in integrum, ac si per mẽdacium eum diffa-

Tertiũ notabile.

Duob⁹ modis quis cõtra iustitiam infamatur Dubiũ.

Notandum documentũ in restitutione famæ.

Secundus modus.

diffamaſſet, ſed ad arbitrium ſapientum prudentumque virorum. Veruntamen in his reſtitutionibus faciendis penſanda eſt rei poſſibilitas. Ecquis enim reſtituere valeat ſi ei quem diffamauit impedimento fuit, ne epiſcopatum, aut egregiam cathedram amplamve dignitatem obtineret? Debet ergo in hiſce caſibus conſilium teneri ſapientum. Tertius vero modus qui ab Scoto, & Richardo, & cæteris adijcitur iniuſtè infamandi, vſu venit, quando quis negat occultum ſuum crimen, quòd alter iniuſtè detegit, ſiue in iudicio, ſiue extra. Vt dum occultus concubinarius, aut fur, præter ius denuntiatus, ait denuntiantem fuiſſe mentitum. Dubium enim eſt, teneatur ne illi reſtituere famam quam ei ſanciat, dicendo illum eſſe iniquum delatorem? Et quidem Caiet. hic, & in Summa, in verbo reſtitutio, vtrumque eorum ait teneri alteri reſtituere, quādo mutuo ſunt ſibi inuicem iniurij, & nullus, vt ipſe arbitratur, poteſt ſuam famam remittere. Scot. vero, & Richard. mitius reſpondent, nempe illum concubinarium non teneri ſic denuntiatori reſtituere famam, vt occultum ſuum crimen fatea tur, ſed alijs verbis eum excuſando, nempè dicendo bona intentione, & zelo illum fuiſſe adductum. Crediderim tamē, ſi meū eſt auſcultandum iudicium, quod licet hoc, quod Scotus admonet, ſalubre ſit conſiliū, tamen ſecundum iuſtitiæ rigorem ille iniuſtè infamatus, nullatenus tenetur denuntianti, vel accuſanti reſtituere, etiam ſi ſuū crimen negauerit, ex qua negatione colligatur alium fuiſſe, vel mentitum, vel falſum locutum. Id quod & ante nos Sylueſt. adſtruxit, in verbo, reſtitutio. 3. § 3. Nam qui ſuo vtitur iure, nemini iniurius eſt, atque adeo rigore iuſtitiæ, non cogitur illi quidpiam reſtituere, ille autem qui tali caſu ſuum celat crimen, ſuo vtitur iure. Quod ſi arguas, illum dum negat crimen quod fecit, mentiri, & ſi cum iuramento id negat, peccare mortaliter, ex quo conſequens apparet, alteri ad reſtitutionem teneri, reſpondetur primum q̄ pōt celare tacendo, ſ. neque affirmando, neq; negando. Secūdo reſpōdetur, q̄ ēt ſi negando citra iuramētū peccet, non tamē mortaliter, quia non perniciosè mentitur, quandoquidē ius habet celandi. Et quāuis deierans mortaliter peccet contra Deum, non tamen iniuſtitiam cōtra reuelatorem committit. Neque vero, vt Scotus putat, contra rempublicam, quoniam quamdiu ipſe habet ius ſuum contegendi crimen, non eſt inobediens iudici, atque adeo neq; ad reſtitutionē cogitur. Eſt enim alta mente, illa ſuprapoſita regula ſeruanda. Nullum peccatū ad reſtitutionem obligat, niſi ſit contra iuſtitiam. Quocirca metaphyſica hæc diſtinctio Caietani, ſ. q̄ accuſator poteſt conſiderari, vel tanquàm iniuſtè accuſator, & tunc alter crimen negando, non facit ei iniuriam, ſed tamē poteſt etiam conſiderari, tanquam homo, & tunc fit illi iniuria. Metaphyſica inquam hæc diſtinctio, profectò nihil ad mores refert: nam cum ipſiſſimus homo ſit, qui accuſat, nullam ei irrogat iniuriā, qui ſe ſuo iure ab illo tuetur. Præterea, inanis eſt ille modus mutuæ reſtitutionis. Nam ſi qui accuſauit, non poteſt dicere falsò ſe accuſaſſe, quia mentiretur, ſed accuſaſſe iniuſtè, per hoc non reſarcit alterius famam, immo potius confirmat rem veram affirmaſſe. Item poſtquam alter non tenetur crimen ſuum occultum confiteri, ſi diceret, vt vult Caiet. alterum non fuiſſe calumniatorem, illa eſſet quaſi confeſſio proprij criminis. Ille ergo infamatus, non tenetur reſtituere accuſanti, ſed ſi alteruter, potius accuſator qui priorem intulit iniuriam tenetur accuſato. Præter hæc quando vterque teneretur, certum eſt, contra quam Caietan. cenſet, locum habere compenſationem, vt ſcilicet iniuria pro iniuria remitteretur. Poteſt enim quiſque ſuam famām, & remittere, & commutare, vt ſtatim videbimus. Quartus denique modus iniuſtè infamandi eſt tanto pernicioſior, quanto vſitatior, & minoris æſtimatus, nempè dū quis quæ audiuit retulit. Audiſti ſcilicet vicinā tuam amicum receptare, id autem, vt ingenium eſt hominum, ſtatim in aures vicinæ hiſce verbis ſuſurras. Hoc autem illud audiui, ego quidem non credo, ſed audita refero. Et profectò ingenioſus, ſed peſtilēs detrahendi modus. Nam quō tu te ipſum ſanctius iuſtificas, maiorem tibi arrogas fidem, & ideo peius infamas. Sic enim fama, vt ait ille, vires acquirit eundo. Quare etſi Scotus loco citato diſtin. 15. q. 4. & Caiet. 2. 2. q. 73. art. 2. illam cenſeant non eſſe directè infamationem, quia ex natura rei non aufert famam, neq; obligare putant ad reſtitutionem, niſi ratione ſcandali, profectò ego nō ſic auderem tutas reddere conſcientias.

Tertius modus infamādi iniuſtè.

Caiet.

Scotus.

Sententia auctoris.

Caiet.

quartus modus infamādi iniuſtè.

Scotus, & Caietanus.

tias. Immò qui ſic infamat, licet non teneatur dicere ſe eſſe mentitum, quandoquidem id audiuit, tenetur tamen non ſolum dicere leuiter ſe eſſe locutum, verum & operam dare, vt opinionem quam alij conceperunt, illis adimat. Niſi fortè res ſit tam publica, vt alia via inſerpſerit. Cauendum ergo eſt maximè ab huiuſmodi ſuſurris. Præter hæc autem de hac famæ reſtitutione multa Doctores controuerſantur dubia, quæ ſunt ordine diſcutienda. Primum eſt, vtrum cum detrimento propriæ famæ reſtituenda ſit aliena? Apparet enim id non eſſe neceſſarium, tum quòd vnuſquiſque debet potius ſuæ famæ cõſulere, quàm alienæ, tum etiam quòd fama quam ego alteri abſtuli, non mihi accreuit. Debeo inquam quos deprædatus ſum nummos eo reſtituere, quòd mihi accreuerunt, ob id autem quòd famã alterius obſcuraui mea, non ſuit facta clarior. Reſpondetur, nihilominus procul dubio cum propriæ famæ detrimento eam tenemur, quam laceraũimus, reficere. Nam licet noſtræ propriæ quam alienæ accuratius debeamus proſpicere, haud tamen vlli liceret cum alterius iniuria ſibi conſulere. Neque diſſimile eſt in alijs bonis temporalibus. Si enim alienam domum incendio abſumpſiſti, aut hominem coegiſti ſuas merces, in vndas iactare, licet nihil tibi accreuerit, teneris nihilominus reſtituere. Vnde acutè profectò Ariſtot 5 Ethic docuit in huiuſmodi iniurijs, licet non proprium tamen metaphoricum eſſe lucrum, nempe quod tuam explens voluntatem, alium deuiciſti, ob idq; perinde teneris reſtituere, ac ſi quod abſtuliſti, tibi eſſet appoſitum. Hoc autem dubium, alterum partu rit, vtrum ſcilicet vſq; adeo hoc ſit verum, vt nullam exceptionẽ admittat? Eſt enim pregraue, vt ſi Antiſtes, vel alter egregiæ exiſtimationis, famã priuati hominis maculauerit, teneatur cum tanta iactura ſuæ alienam reficere, dicẽdo ſe eſſe mentitum, vel quid ſimile. Reſpondetur leges has morales nõ eſſe tanto cum rigore auſcultandas, ſed vt ſapientiſſimus quiſque ponderata perſonarum qualitate cenſeret. & ideo perſonæ illuſtri ſatis eſt, ſi quam obtenebrauit alterius famam, pecunia, vel alia ratione compenſet. Quod ſi alter noluerit, non tenetur infamator amplius facere: nam etiã in pecunijs ſi debeo decẽ quæ ſoluere nõ poſſum, niſi cum millium detrimento, profectò differre poſſum ſolutionem, vel aliam viam indagare ſoluendi. Grauius autem dubium huic affine, eſt, vtrum fama ſit cum detrimẽto propriæ vitæ reſtituenda? Caiet namque 2.2. quæſtio.62.artic.6 quem iuniores nonnulli ſequuntur, tres rerum ordines diſtinguit. nempè pecuniam, honorem, ac ſimul famam, & tertio vitam. De quibus hanc conſtituit regulam. Rem inferioris ordinis nemo tenetur cum detrimento rei ſuperioris reſtituere, vt pecuniam cum detrimento ſeu famæ, ſeu honoris, nec famam, vel honorem cum detrimento vitæ. ſed rem cuiuſcumque ordinis cum detrimento rei eiuſdem ordinis. Regulas autem eiuſmodi ex viſceribus metaphyſicæ expreſſas, multo plus nimio Caietan. ad morum philoſophiam accommodauit, quæ ideo non poſſunt non eſſe fallaces Profectò non eſt, quòd ambigi poſſit, quin pecunia debeat nonnunquam cum detrimento famæ reſtitui. Primum en m nemini fas eſt cum detrimento, & iniuria alterius ſuum protegere honorem, & famam, neque alter, qui la ſus eſt, tenetur iuri ſuo etiam pecuniario cedere, vt qui iniuriam intulit, ſuam protegat famam. Suffuratus es verbi gratia, amplam pecuniam, haud dubium quin debeas omnem adhibere diligẽtiam, vt ſecreto reſtituas. Si tamen neutiquàm ſine famę, & honoris periculo potes, nõ ideo debet alter ſua denudari ſubſtantia, maximè cum damnũ illius graue eſt. Haud.n.negamus quin debeat reſpectus haberi famæ & pecuniæ, ſed tñ, cæteris paribus, maius eſt ius innocentis qui a te iniquè læſus eſt. Secũdo, quãuis metaphyſicam rationẽ inire velimus, etſi fama genere ſuo præſtantior ſit q̃ pecunia, tamẽ tantum poteſt æris accumulari, vt cumulus ille multo ſit præſtantior fama tua. Eſt quidem aurum ſuo genere argẽto prætioſius, ſed tamẽ tantum eſſe poteſt argenti pondus, vt multo æſtimetur pluris, quàm minus auri. Porro ergo illa regula valde pernicioſa eſt in rẽpublicã, quam idcirco abſit, vt vllus credat qui ſuæ ſtudet conſciẽtię conſulere. De vita autem, q̃ quis cum eius periculo aliquam teneatur reſtitutionẽ exequi, vigentius dubium eſt. Etenim cũ, vt ſupra diximus, nõ modo nemo ſit dominus vitæ, verum neq; ob id vllum delictum teneatur ſe morti offerre, vt libro proximo dicturi ſumus, aut mortẽ ſibi

Primũ dubiũ.

Alterũ dubiũ.

Tertiũ dubiũ.

Bonorũ diſtinctio.

Reg. Caiet.

Reprobatio.

An cũ periculo vitæ teneat quis reſtituere.

An cum periculo vitæ teneat̃ qs restituere.

sibi ad quam condẽnatus est, asciscere, consequens esse apparet, vt cum eius periculo nemo ad restitutionem teneatur. Respondetur ergo, quod secundum communem legum ordinem & morem nullus tenetur cum periculo mortis restituere, non solum pecuniam aut famam. verum neque vitã quam alteri abstulit, etiam si insignem vnum occiderit. Et in hoc esse fallit regula posita. s quod res debeat semper restitui, ẽt cum periculo rei eiusdem ordinis. Secũdo nihilominus, saluo meliori iudicio, crediderim singularem posse euentum contingere, quo quis cum periculo proprię vitæ teneatur restituere, non solum famam & honorem, verum etiam forte rem pecuniariã. Exempli gratia, Si quis illustrem familiam de hæresi aut de crĩe læsæ maiestatis mendaciter diffamasset, ita vt nisi mendacium retractasset, eadem prosapia perpetua illa labe maneret infecta, deberet quidem omnem adhibere diligentiam, vt vitam propriam in tuto constituendo testimonium peremisset. At vero etiam si nõ posset sine periculo vitæ, credo nihilominus quod teneretur. Veruntamen prudenter discernẽdum est, dilectum ne & damnum iam transierit an vero sit semper dependens. Occidisti hominem, vt dicebam, quem iam in lucem restituere non potes, non teneris vt pecuniam pro illo restituas, periculo te mortis exponere, neque si famam denigrasti, quam infamatus recuperare nõ potest. Sed tamen de illo casu loquor, quando ex te fama actu pendet vt recuperari possit. Idem censuerim de vita, vt si ob tuum solum falsum testimonium vinctus quispiam est, qui morti addicitur, profecto teneris etiam cum periculo vitæ tuæ illum morti eripere, in quam tu illum adigis. Secus, si tu crimen commisisti, ob quod ille falso condemnatur. Enimuero si tu illi non imposuisti, nihil tua refert, ob idque nulla lex te ipsum nunc prodere cogit.

Notãda distĩctio D. Tho. & Scot⁹ Syluest.

Quid autem, dum quis famam restituere non potest? D. Thom. ait debere aliter compensationem facere, idemque Scotus in 4. distinct. 15. secundum tenorem illius glossulæ super cap. ecclesia. vt lite penden. nihil innoue. Cum res restitui non potest in alio æquiualenti fieri debet restitutio Syluester vero in verbo, detractio. § 4. affirmare audet contrarium, illa nimirum similitudine ductus, quod sicut pecuniæ debitor dum non est soluendo, non tenetur honorem aut famam exhibendo recompensare, ita neque qui famam restituere nequit, tenetur pecunia satisfacere. Et habet probabilitatis nonnihil. Nam alias qui neque per pecuniam potest restituere, deberet eam orationibus vel alia via repensare.

Sentẽtia auctoris.

Nihilominus non est ab opinione regia diuertendum. Enimuero cum pecunia pretium sit omnium rerum, illa æstimatur & honor & fama. Et ideo per illam aut per aliud pecunia æstimabile, facienda est horum restitutio. Quando vero illa deest, non est cur per orationes vel per honores restituatur, quia hæc non sunt rerum pretia. Super his autem omnibus potissima hic quæstio de hoc disputatur, vtrum fas cuique sit suæ remittere famæ restitutionem? Cuius vtique partem negatiuam tuetur Caietanus 2.2. quæst. 73. articu. 2. & in sua Summa, verbo, detractio, cui non desunt alij recentiores sequaces. A qui fundamentum eius est hominem nõ plus esse famæ suæ & honoris dominum quam vitæ, atque adeo sicuti occidere se non potest, neque eandem facultarem alteri facere, ita neque famæ suæ restitutionem remittere. Sed tamen hæc quæstio non est quod magnum nobis negotium hic facessat. quippe qui supra quæstione tertia contrarium fundamentum iecimus & vt arbitro constabiliuimus, nempe quod homo est honoris sui & famæ dominus sicuti pecuniæ, tametsi in eodem ordine pluris habenda sit quam pecunia, secundum illud Prouerbiorum 22. Melius est bonum nomen, quam diuitiæ multæ. Ex quo quidem contrario fundamento contrarium modo elicimus conclusionem. vide licet remittere famæ restitutionem atque honoris, genere suo non esse peccatum mortale nisi circunstantia personæ scilicet quia est in publica dignitate aut magistratu constituta, aut forte alia ratio mortale illud sufficiat. At si absq; vlla causa illam quis remittat, aut se non grauiter infamet, erit ei peccatum veniale, sicuti prodigalitat pecuniæ quæ genere suo non est mortale, vel saltem in eodem ordine paulo deformius Et ratio est quia eiusdem ad seipsum in his quorum homo est dominus nulla intercedit ratio iniustitiæ, sed erit peccatũ præter charitatem, qua quisque tenetur se & suã dili-

Caiet.

Solutio dubij.

Prima conclu.

gere, quod quidem in temporalibus non
Secũda conclu. attingit ad mortale. Ex qua quidem concluſione ſubinfertur ſecunda ſcilicet quod ſi quis aliqua bona & honeſta cauſſa et qui ſe infamauit citra aliquam reſtitutionem parcat: nempe vt illius qui alias probus eſt, honori conſolat, aut propter aliam pietatis rationem, non ſolum nullam contrahet culpam, verum & officium præſtabit charitatis. Loquimur enim ſemper abſque circunſtantia perſonæ publicæ. Concluſio eſt non ſolum noſtra, verum Adriani, auctoris non infimæ notæ, in quarto, quæſtione penultima, de reſtitu quinetiam S. Thomæ expreſſe, quidquid Caietan contra conetur. Ait ſiquidem ſecunda ſecundæ, quæſtione 64. artic. 5. hominem eſſe conſtitutum dominum ſuiipſius per liberum arbitrium, & ideo licite de ſeipſo diſponere poſſe quantum ad ea quæ pertinent ad hanc vitam. Neque quidquam excipit præter tranſitum huius vitæ ad aliam. Vbi palam aſſerit omnium præter ſolam vitã eſſe hominem dominum, & q. 53. art. 4. abſque ullo ænigmate expliciſſime ait in arbitrio hominis poſitum eſſe detrimentum ſuæ famæ pati, niſi hoc uergat in periculũ aliorum vt puta ſi quis perſona ſit publica, ſem-
Grego. per illud Grego. hom. 9. ſuper Ezech. Linguas detrahenſium ſicut noſtro ſtudio nõ debemus excitare, ne ipſi pereant, ita per ſuam malitiam excitatas debemus æquanimiter tolerare, ut nobis meritum creſcat. Quin uero non ſolum ex doctoribus uerum etiam ex Euangelio id non eſt illatu difficile. Haud enim Chriſtus tantã honoris & famæ curam nobis commendauit ut declararet, non habere nos illorum dominium. Immo Matth. 5. & alibi ſæpe, honores omnes cum ſplendoribus huius mũdi impendio nos admonet ut abijciamus. Et alibi, ne optemus primas cathedras. Et de fama ait Paul. pro minimo habere, iudicati ab hominibus. Non ait pro nihilo, ſed pro minimo, quia fama aliquod bonum eſt, ſed non præcipuis. His adiecimus loco citato ſanctorum exempla puta, Ambroſij, Auguſtini, & Anſelmi, qui ſeipſos in ſuis ſcriptis humilitatis gratia diffamarunt. Quod certe non feciſſent, niſi intra limen uirtutus id illis licuiſſet. At ſi fundamentum illis ſatis demonſtrauimus, quod arbitror demonſtraſſe, nempe hominem eſſe dominum ſuę famę, nulla eſt ratio cui hic in confirmandis his concluſionibus immoremur ſane quę inde plane colliguntur. At uero quando infamia eſſet hereſis aut apoſtaſię quæ contra fidem & religionem è religionem militant talis infamia non eſt ferenda, ſed omnino repellenda, & quã fieri maxime poteſt abſtergenda, exemplo Chriſti, qui, ut legitur Matth. quarto, cum alias ſibi illatas a dæmone iniurias æquanimiter tuliſſet, ubi de idololatria eum tentauit acerbitate uſus in eum eſt. Iſtæ autem concluſiones apertius etiamnum dilucidabuntur lib. proxime ſequenti, quæſt. 10. ubi ex eodem fundamento collecturi ſumus non eſſe homini contra iuſtitiam ſeipſum infamari permittere, quin uero quandoque uirtutem. Et reuera contraria huic noſtræ opinio turpiter derogat iuribus amicitię. Poſſem enim pro amico uitam exponere, quanuis illius non ſim dominus, cur ergo non poſſim exponere famam & honorem? At uero non deſunt in contrarium nonnullę obiectiones. Prima uidelicet, quæ ex Sapiente adſciſcitur. Curam habe de bono nomine, bonum enim
Argu. contra conclu. nomen melius eſt quam diuitię multę. Reſpondetur tamen curam, quę habenda eſt boni nominis, eundem eſſe, quę nobis uirtutis incumbit, vtpote cuius præmium eſt bonum nomen. Debemus ergo bonũ procurare nomen inſequendo virtutem, eſt enim eius vmbra. Quapropter ſicut eũ, qui recta pergit ad ſolem vmbra ſequitur, ſic & qui virtutes colit ſubſequitur honor. At
Coléda uirtus q̃ ſequitur honor. quia, vt ait Ariſtot. honor non eſt in poteſtate honorati, ſed honorantis, non eſt tanta cura facienda per ſe bonis nominis. Propter quod dicebat Paulus, perparui facere iudicari ab hominibus. Et Aug. 11. q. 3. can. ſenti. ait Secundi Manichęo. Sentit de Aug. quidquid liber, ſola me in oculis Dei in cõſcientia non accuſet, immo qui bonum nomen niſi per virtutem procurat nunquam illud attingit, ſicuti qui Soli terga vertit, vmbram quam perſequitur nunquam aſſequitur. Quod ſi nobis eundem Auguſtinum obijciamus. 11. q. 3. can. uolo vbi homines crudeliter ait propria famam contenere. Nam vita, inquit noſtra, eſt neceſſaria nobis, ſed fama noſtra neceſſaria eſt alij. Reſpondetur non inſinuaſſe Augu. dominium famæ noſtre non eſſe penes noſipſos. Imò id potius vita debuiſſet aſſerere, cuius nõ ſumus dñi & tñ ait, quod vita nobis

bis est necessaria. Sed tantum ait, quod licet fama res sit propria nostra, sicut nostra pecunia, vbi tamen opus illa fuerit reipub. debemus per bonam nostram famem ei seruire, sicuti qui diues est suis pecunijs. Attamen inde hoc tantum sit consequens, quod homo in dignitate constitutus, aut reipub. necessarius, famam propriam functioni mancipatam habeat & obligatam, vtpote sine qua gubernare nequit subditos, & ideo non ita possit eam negligere. Haud tamen inde sequitur, quod priuatus homo teneatur suam seruare famam, sicut neq. alia bona tẽporalia, præter quam quod Augustinus loquebatur quibusdam mulierculis, quæ consulto humilitatem vendicantes, diffamabant sese admittentes ad se viros, quod certe non erat licitum. Hinc ergo ad præfectos gradum faciamus. De quibus prima sit nostra assertio, quod prælatus quandiu prælatus est, contra iustitiã mortaliter peccaret, si in re præcipui momenti suam negligeret famam, quando, vt modo dicebam, habet illam officium mancipata. Attamen si non esset persona adeo egregie vtilis reipublicæ, & vellet magistratum abdicare, non magis teneretur seruare famam, quam persona priuata secus, si vult in loco publico perseuerare. Ex his autem pleriq. colligunt, eum qui prælati famam dilacerat, non illi tantum obligari ad restõnem, sed etiam subditorum collegio. Nam fama, inquiunt, non sua est tantum sed & collegij. At vero absq. moderatrice distinctione non id crediderim. Fama enim prælati sua est propria, ac si persona esset priuata, licet ad suam functionem illa indigeat. Ob idq dum infamia de prælato tantum dispersa est, puta quod concubinam haber, vel aliud crimen in quo subditi cum illo non participant, illi satis est restitutionem fieri, licet maior sit faciendi obligatio quam si persona esset priuata. Si tamen ipse ab restitutione infamatorem absoluat, profecto crediderim, licet ipse male faciat, alium nihilominus tutum manere, neque quidpiam amplius debere collegio, sicuti si suam prodigeret pecuniam, qua egebat vt erogaret in pauperes. Nam ipse est dominus suæ famæ, licet male dispenset. Secus si crimen totum collegium subnotaret, vtputa si infamaretur de simonia, aut de hæresi vnde subditi infamiam participij contraherent, tunc etenim & collegio debetur restõ. Ex his, quæ dicta sunt, dubiolum aliud solutum euadit, nempe vtrum possit compẽsatio fieri in fama? Plane enim colligitur fieri posse, vt si tu meũ de re aliqua corosisti nomen, atq. ego vicissim tuum, non solum cõuenire possumus, vt vterq. cum suo maneat vulnere, si personæ sumus priuatæ, verum etiam mihi licebit non tibi velle restituere nisi eandem tu mihi solutionem facias. Probatur, quoniam, vt diximus fama potest per pecuniã repensari, & ideo sicut in nummis, ita & in fama locum habet huiusmodi cambium. Haud tamen Infamatus potest per modũ vindictæ infamatoris nomen lædere, sed tunc duntaxat, vt vim vi repellat, prodendo scilicet aliquod verum eius crimen, quod ad labefactandum illius testimoniũ necessarium est. Quintum argumentum. Vbi de honoris restitutione inquisitio fit, non est tante ambiguitatis. Differunt autem honor & fama, vt q. 9 latius dicturi sumus, quod bona fama est bona existimatio & opinio quæ de homine habetur, quæ ideo per detractionem denigratur, nempe aut per impositionem criminis falsi, aut per veri propalationem. Honor vero est reuerentia quæ alteri sit propter aliquam excellentiam, aut virtutis, aut generis, aut magistratus, aut doctrinæ, &c. quiquidem honor deteritur auferturque per conuitia aut contumeliam. Ob idq. facilius restitui potest, quam fama scilicet per contrariam reuerentiam. Sed de hac tamen reuerentia hæsitari assolet, vtrum ad honorem rependendum satis sit veniã petere? Ad quod Caiet. q. citata. 2. 2. q. 72. art. 3. impertinentem esse censet ad honoris restõnem, veniã petere. Haud tamen tam absolutum verbum profere ausim, sed per hæc documenta potius ineunda est responsio. Primum, petere veniam, decentissimus est & rei accommodatissimus modus honoris restituendi, quã doquidẽ restõ per antidotum fieri debeat hoc est per contrarium. Vnde cum contumelia & conuitium signa sint contemptus videlicet quam contumeliator vt superiorem si gerit alterum subigens, propriũ antidotum est contraria humiliatio, etiam corporis inflexio. Secundum assertum est hoc neq. sufficere semper, neq. semper esse requisitum, sed prudenti arbitramẽto opus esse. Quod enim non semper sufficiat, patet nam aliquando contumelia est tanta, vt id

Prælatꝰ negligens famã peccat mortaliter. Quorũdam opinio.

Infamãdo vim vi repellere liget.

De qnto arg. d ffere. famæ & honoris Dubiũ.

Opinio. Caieta.

Primũ documẽtum.

Secũdũ.

non ſufficiat, ſed alia ſit compenſatio requiſita. Quod autem neq. id requiratur, liquet ex regula beati Aug. qui ait, non dicere prælatos veniam a ſubditis petere. Quare neq. plebeius homo iuſta ratione a viro illuſtri tantam humiliationē exigeret, ſed aliter fieri poſſet reſtitutio. Quia adde cum mos inter nobiles & illuſtres non ſit hmōi venias petere, non ſunt a confeſſoribus ad illas cogendi, ſed more ſuo, qui tamen ab euangelico non exorbitet, eiuſmodi reſtitutiones facere. Ad hęc diſcerniculo quoq; opus eſt, quantum ad illos qui ſunt cōtumelias paſſi, quo ſit eorum conſcientia ad remittendum iniuriam ſtringenda? Tenētur enim non hꝛe aīum vindicandi ſe priuata auctoritate. Nam vt habetur Deu. 32. & ad Rom. 13. Mihi vindictam, & ego retribuā ſed tamen non tenentur aut̄ damnum ac ceptant iniuriam remittere, dūtamen more & ordine per publicā ptātē eā exequāt̄.

De his qui paſſi ſunt iniurias.

Ad ſextū argu.

Ad ſextum argumentum de eo, qui obſtaculum eſt alteri, ne beneficium adipiſcatur, S. Tho. reſpondet tribus dictis. Primū: Si quis iuſtè, puta intendēs honorem Dei, vel eccleſiæ commodum, minus dignum impediat, vt ſacerdotium digniori conferat, nulla inde emergit reſtitutionis obligatio, quia nulla interuenit culpa. Secundum dictum eſt. Si quis iniuſte, odio ſcilicet cū conſilio, vel alia via qui dignus eſt & idoneus impediuerit, antea tamen quam prælatus aut electores firmatum habeant animum ei conferendi, tenetur ei compenſationem aliquam facere, conditionibus perſonarum perpēſis & propinquitate, in qua erat ad obtinendū, ſecundum ſapientis arbitrium. Non autem, tenetur in totum, eo quod prouiſio illa impediri poterat. Tertium aſſertū. Si autem eum quis impediat ne beneficium obtineat cui prælatus firmiter iam conferre cōſtituerat in totum, per regulam Ariſtotelicam argumento citatam. Quod parum diſtat a re, nihil diſtare videtur, ſecundum tamen poſſibilem facultatem. Antea vero quam ad iſtorum examen deſcendamus, quæ de impediente, aſſerta ſunt, explorandum eſt de conferente, an ſi non conferat digniori, aut ſaltem digno, ad reſtitutionem teneatur, & cui ſit illa facienda? Hoc enim hic a D. Tho deſideratur, eum tamen inde res tota pendeat. Et quidem Caiet. hic, artic. in dubio tertio prō indubitato habet, quod non conferens digniori, teneatur eidem ad reſtitutionem. Nam peccat inquit, contra iuſtitiam diſtributiuam, & certum eſt huiuſmodi in iuſtitiam obligationem patere reſtituendi, nā diſtributor tenetur id quod eſt totius reipublicæ, partibus applicare. Quare ſi alicui pro merito non conferat, deinceps diſtributiua iuſtitia vertitur in commutatiuam ſecundū quam reſtituere ei tenetur vt plane D. Tho. art. 1. huius quæſtionis in ſolut. tertij docuit. Et quidem ſi Caiet. fundamētum eſſet veritatis germanū, indubitabilis eſſet concluſio. Arbitratur nanq; bona eccleſiaſtica perinde omnino ſe hꝛe ac bona reipublicæ, quę ſola diſtributiua iuſtitia debentur ciuibus, vtpote quæ in bonū eorū inſtituta ſunt. At vero fundamētū pro hoc noſtra virili falſitatis redarguimus li. prox. q. vlti. vbi & ſacris oraculis & bonis rationibus contrariū conſtabiliuimus, nēpe quod quamuis negandum non ſit quin beneficiorū collatio inſtar fieri dēat diſtributiuæ iuſtitiæ, finis tamen eius eſt æqualitatē conſtituere commutatiuæ, eo quod decimę nō ſunt inſtitutæ in præmiū perſonarū pro eo quod literis, & moribus pollent. Nam ſi eccleſiæ non eſſent nobis neceſſariæ, nunquā fuiſſent Chriſtianis decimæ imperatæ. Sūt ergo mera ſtipendia eccleſiæ, miniſtris pro eorū miniſterio inſtituta, quæ dantur illis, non quia boni ſunt presbyteri, vt illic adnotauimus, ſed quia bene prę ſunt, iuxta verbū Chriſti, Dignus eſt operarius mercede ſua. Et illud Pauli. Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, non eſt magnū ſi carnalia veſtra metamus. 1. Cor. 9. Eadem ratione imperatæ fuerūt olim Leuitis. Hæc autem omnia iam illic ſatis explicuimus, quæ iō repetitione non indigent. Meditanda ergo hic eſt potiſſimū commutatiua iuſtitia, per quam pontifices electoresq. miniſtrorum eccleſiæ debēt eiſdem eccleſijs idoneos miniſtros pro ratione ſtipendiorū quæ ſingulæ illis perſoluunt. Contēplandus enim eſt Chriſtus tanquam inſtitutor Chriſtianę familiæ, qui miniſteria eccleſiæ inſtituit; & miniſtris decimarū mercedem propoſuit, & fidelitati prudentiæq. diſpenſatorū commiſit, vt idoneos miniſtros ſuis prouiderēt eccleſijs. Ex his ergo plane, nihil fallor, duæ colligūt̄ cōcluſiones. Prior. Prouiſor tenet̄ p iuſtitiā cōmutatiuā dignū eccleſiæ prouidere. qđ ideo qui nō facit, ſed illo repulſo præfert indignū, tenet̄, nō illi quē ptermiſit,

Tertiū.

An qui non cōfert digniori vel digno teneat̄ ad reſtitutionem

Opinio Caieta.

Fundamen. Caietæ.

Priorcō cluſio. Adria.

sit, sed ecclesiæ restituere. Atqui hoc ipsum Adrian. postea Pontifex censuit in illa restitutionis quæstione quæ est. De collatione beneficiorum, tametsi rem non vsque ade differuit. Conclusio est nota, quia ille non peccat contra iustitiam commutatiuam nisi in ecclesiam, quæ stipendia soluit. Nam dignus nullum habet ius acquisitum, neque eius caussa, quæ præcipua fuerit, institutæ sunt decimæ. Et confirmatur similitudine iam insinuata. Si enim paterfamilias œconomum suum conductum operarios mitteret, ille autem illos studio conduceret, qui non essent ad operas idonei, restituere profecto teneretur, non illis idoneis, quos prætermisit, sed domino, cui damnum dedit. Atque huic porro sententiæ communis animorum cõceptio applaudit. Si enim Rex aut Pontifex in idoneo atque in digno ecclesiam aliquam desponsaret, consensus populi non cẽseret eum teneri ad restitutionem illi, cui non dedit, sed re vera ecclesiæ. Cui idcirco deberet alium episcopi adiutorem adhibere, vel alia ratione prospicere, vt dãnum illi in detrimentum animarum datum, alleuiaret. Posterior conclusio est, quod vbi digno sacerdotium confertur, digniore prætermisso, quamuis grauiter electror aut prouisor peccet, tamen non est quod rigore iustitiæ ad restitutionem condemnetur. Prior pars iam satis illic à nobis demonstrata est, vbi malorum turbam protulimus quæ inde nascuntur, quod digniores non eligantur. Posterior tamen in de veritatem sortitur, quod tunc non peccatur contra iustitiam commutatiuam appellamus enim dignum pro ratione prębẽdæ. Si ergo ecclesię minister applicatur pro quantitate sui stipendij, non fit ei iniuria contra rigorem iustitiæ commutatiuæ, vt debeatur ei restitutio. Diuerim contra rigorem, quia semper fit ei aliqua iniuria cõtra fidelitatem, postquam alius dignior potest ei prouideri. Contra hęc autem est argumentum, quod vulgus nobis obmoliri potest, isti namque qui ad hæc sacerdotia anhelant, sibi potius cum Caietano arbitrãtur faciendam esse restitutionem, quia peccatur contra iustitiam distributiuam. Eisdem autem non sic est respondendum, ut negetur in iustitiam distributiuam obligari ad restitutionem illis faciendam, quibus distribuitur. Sed tamen id intelligitur, quãdo illa est mera iustitia distributiua, s. qua distribuuntur bona quæ ciuibus ob suam ipsorum causssam sunt instituta. Hæc autẽ iustitia non est in proposito, vt expositũ est quoniam etsi sacerdotia & præbendæ debeantur dignis, & ditiora dignioribus, hoc tamen non est propter ipsos, sed propter ecclesias quibus ministeria debẽtur. Haud tamen diffitendum, quin obuiolatam distributiuam iustitiam debeat prælatus illius dignioris prætermissi, vbi alia electio occurrerit accuratiorem rationem habere. Idem affirmatius & clarius asseruerim de conferendis magistratibus secularibus, qui administrandæ iustitiæ seruiunt. Debẽtur inquam dignioribus per distributiuam iustit am, sed tamen si illi præter mittantur, restitutio non est facienda prætermissis, sed populo, qui stipendia contribuit, & damnum accipit, iniuriaque afficitur. At vero statim contra hæc insurgit argumentum, nimirum quod si hæc vera sunt, inferri inde protinus apparet, vt neque qui alterum a cõsecutione beneficij per iniuriam impediuit, teneatur eidem ad restitutionem. Cuius tamen contrarium & S. Tho. & vniuersi Theologi docent. Respondetur nullam esse consequentiam. Nam etsi qui male eligit, commutatiuam iustitiam aduersus ecclesiam violat, nihilominus qui capax est sacerdotij, atque ad illud idoneus, ius habet peculiare petendi & procurandi, atque, si ei concedatur, possidendi, ob idque qui contra hoc ius illum obtinere conantem impedit, eidem facit iniustitiam, atque adeo restituere debet. Quocirca falsa est illa regula, ac seductrix Geraldi Oldonis, quam recitat Adrian. illo cap. de restitutione. Consequenter, quæro videlicet quòd impediens aliquem ab eo quod nondum erat sui iuris, sed dependebat ab alterius mera voluntate, non sit ei ad restitutionem obnoxius. Falsa inquam est. Nam etsi in arbitrio prælati sit dare huic, vel alteri, nihilominus alter expoliatur iure particulari, quod habet petendi. Sicuti qui pauperem per vim, aut fraudem impediret eleemosynam petere, tenetur illi ad restitutionem. Nam licet alij gratis conferant, ille tamen ius habet petendi. Hæc ergo præmeditati, ad litteram S. Tho. descendamus. Atque circa primum eius assertum, s. qui alicui impedimento est, vt detur digniori, restitutioni funiculo non liga-

Posterior conclusio. Quo tenetur prælatus digniori, prætermisso.

Regula Geraldi falsa.

Littera S. Tho. exponit.

ligatur, dubitas forte an idem de illo sit pariter intelligendum, qui digno obstat, vt detur alteri digno? Respondetur idem esse iudicium, quia cum ambo habeant ius petendi, possum ego ei fauere cui voluero, eò vel maxime, quod tunc distributiua iustitia non violatur. In his tamen omnibus hæc apprimè regula meditanda est, ne uis aut dolus intercedat. Si enim ego vim intulero aut fraudem digno ne obtineat, haud dubium quin iniuriam illi irrogauerim, atque adeo ad restitutionem illi teneat, quamuis si in gratia alterius digni id fecerim, forte non teneat in totum. Neque refert vtrum alium impedias vt detur alteri digno, an vt tibi ipsi, qui etiam dignus es. Quicunque enim ius habet pro se petẽdi illa quorum dignus est. Et quamuis procurare beneficia quæ habent annexam curam animarum, peccatum sæpenumero sit non tamen ideo restitutionis nexum iniicit. Illa tamen sententiam Scot. in Quarto distin. 15. ibidemque Richardi non est hic absque examine prætercunda. Aiunt enim quod si quis sibi vel alteri præbendam procurans sit alteri obstaculo ne obtineat, idque faciat non vt alteri noceat, sed vt sibi vel amico prosit, ad nullam tenetur restitutionem. Si vero facit alterius procurans nocumentum, tunc tenetur. Cui quidem sententiæ & Caietan. in dubio hic secundo videtur subscribere. Atque in eandem sententiam citant leg. 2. de noui oper nuntia. quæ tamen illic non est, sed est l. 2. ff. de acqua pluuia. arcen. § idem Labeo. 2. vbi habetur quod qui non animo nocendi aquæ ductum qui per suum fundum ad vicini possessionem deriuatur rumpit, non est iniurius. Si vero id faciat non vt sibi prosit, sed vt obsit vicino, iniurius est illi. At profecto regula illa iuris malè ab istis intellecta est. Animus enim nocendi potest quidem esse peccatum contra charitatem: sed tamen obligare ad restitutionem, vt supra sæpe diximus, non potest nisi vbi fuerit cõtra iustitiam. Videndum ergo est quantum ad restitutionem res attinet, non quo animo id facias, sed quo iure. Et sic est intelligenda lex, nam qui non vt sibi prosit, aquam vicini arcet, videtur non facere iure proprio, & ideo potest in foro prohiberi. Si autem vult fundamentum muri ducere per acqueductum, qui per suum transit fundum, ob idque venas aquæ rumpit, licet ex odio faciat inimici & charitatem violet, nihil ei tamen restitutionis debet.

Dubiũ.

Regula.

Sẽtẽtia Sco. & Richar.

Caiet.

Ad propositum igitur nostrum qui suo vtens iure præbendã absque vi & fraude sibi vel amico procurat, etiam si ex odio alterius id faciat, & contra charitatem delinquat, ad nullam tenetur restitutionem. Et per hoc claret ratio secundi dicti San. Thom. nempe quod qui impedit eum, qui in via erat, ad obtinendum, si iniuste id faciat, tenetur ad restitutionem. puta quia intendit eius nocumentum propter odium aut vindictam. Facere enim ex odio aut vindicta, non te onere restitutionis grauat, sed facere iniustè, scilicet nullo tuo iure, sed violando alienum, facere tamen ex odio, est signum aliquod nullo tuo te iure vti. In tertio vero dicto explicando multo operis Caietan. insumit, nempe ad explicandam illam regulam Aristot. 2. Physic. tex. 46. Quod parum distat à re nihil distare videtur. Obijcit nanque exceptiones multas in materia morali. Qui enim parum abest, vt peccet, non ideo peccat. Et multo minus qui parum abfuit, vt hominem occideret, non punitur tamquam homicida, neque ad restitutionem tenetur. Sicut neque ille qui parum abfuit vt furaretur sed qui re vera furatur. Quemadmodum si parum abfuit vt rex in insidias incideret, licet fortunatus ipse fuerit, non tamen qui illas tenderant, tenentur ei ad restitutionem. Hisce ergo, nisi ego fallor, obiectionibus falsus plane Caietan. aduersatur menti S. Thom. immerito regulam eius inficians. Has vero omnes exceptiones potuisset excusare, si mentem D. Thom. tantisper fuisset speculatus. Laborauit enim amphibologia. Longe quippe aliud est parum abesse vt damnum des, quam damnum dare, in eo quod parum abest, vt sit. Et D. Thom non somniauit, quod qui parum abest, vt damnum det, teneatur ad restitutionem, vt Caietan. putat, sed qui re vera damnum dedit in re, quæ parum abest vt sit. Exempli gratia. Est vinea aut sunt fata, quorum fructus iamiam maturescent, si parum abfuit, vt venator cum suo comitatu circumcurrens illa pessundaret, ad nullam tenetur restitutionem, qui nullum dedit damnum, sed si medius transiens illa pessundabit, tenetur in totum, quia damnum dedit in fructu qui per parum aberat vt esset. Pariter

Explicatur secũdum dictum S. Tho.

Explicatur tertium.

Caiet.

Explicatio auctoris.

riter in propoſito. Si parum abfuiſſet vti impedieris hominem a præbenda, certe nulli eſſes reſtitutioni obnoxius, quia nullum dediſti damnum. Si tamen re vera impedimento fuiſti quare ille non eſt aſſequutus, damnum dediſti in re quæ parum aberat vt ipſe haberet, atque adeo ſecundum tuam facultatem teneris in totum. Addidit tamen prudenter hoc verbum D. Tho. ſecundum ſuam facultatem, quia profecto in huiuſmodi impeditionibus vix poteſt contingere vt fieri poſſit in integrum reſtitutio. At vero quoniam hæc in vſum venire poſſunt, non te pigeat ſi rem vrgentius exprimamus. Quando ait S. Tho. tunc impeditorem teneri in totum quando firmatus eſt animus electori huic pare, aut intelligit quando iam dedit, & hoc non eſſet impedire, ſed auferre. Aut intelligit quando nondum dedit, & tunc apparet quod non eſt perinde, ac ſi dediſſet vt impeditor teneatur in totum. nam poterat elector mentem mutare. Quin vero iuſte, ſi alter poſtea occurreret dignior, aut æque dignus. Reſpondetur non eſſe intelligendum quando iam dedit. Tres enim gradus diſcernit D. Thom. Primus eſt, quando elector nondum animo conſtituerat huic dare, ſed erat tamen in via, & tunc reſtitutio eſt facienda ad arbitrium prudentis. Tertius eſt quando iam contulit, & de hoc nihil meminit, quia hoc non eſſet impedire, ſed tollere. Quare ſi quis collatio ne facta poſſeſſionem iniuſte impediret, manifeſtum eſt teneri in totum. Medius autem caſus eſt de quo S. Thom. loquitur, quando ſcilicet prælatus conſtituerat illi dare. Et tunc ait Caiet. in quarto dubio, ideo impedientem teneri in totum, quia iam elector tenebatur dare illi. Hoc autem neſcio vnde intulerit ex S. Tho. neque ſecũdum veritatem. Nam D. Tho. radicem reſtitutionis non illis collocat quod elector tenebatur dare, ſed quod conſtituerat iam dare. Quare licet ille non fuiſſet dignior, ſed dignus, ſi impediens per vim vel fraudem mutauit animum collatoris, profecto tenetur in totum. Nam licet collator ſua ſponte conferret, neque teneretur iſti dare, nihilominus ipſe ei per fraudem abſtulit, quod iam pene habebat. Et iſtud ſignificat D. Thom. quando dicit, iniuſte & propter indebitam cauſſam. Ex quo ego infero, quod ſi non per vim aut fraudem id impediens faceret, ſed precibus pateſaciendo veritatem, licet mutaret eius voluntatem in fauorem alterius digni, non teneretur ad reſtitutionem. Atque inde ſecundo infertur idem eſſe cenſendum in legatis teſtamentorum. Caietanus enim & nonnulli alij diſcrimen conſtituunt inter impedientem aliquem a conſequutione beneficij, & impedientem legatarium ne teſtator illi faciat legatum, dicēres quod impediens legatarium nullo modo tenetur ad reſtitutionem. Mihi autem, nifallor, diuerſa arridet dicendi ratio. Vtendum in quam arbitror diſtinctione poſita, an videlicet per vim & fraudem impedias, an precibus. Si enim vim facias aut fraudem, ne ille qui paratus erat legare ſua bona Petro, id perficiat, reſtituere teneris. Nam licet teſtator ſua ſponte id faciebat, tu tamen per iniuriam abſtuliſti ab illo ius quod habebat recipiendi, id eſt facultatem, & capacitatem, & proximam aptitudinem. Si tamen neque vim intuliſti neq; fraudem creaſti, non teneris, licet id precibus feceris. Poſtremum deniq; in gratiam noſtrorum Scholarium operæpretium eſt verbum impræſentiarum adhibere, quomodo ſcilicet aut Scholares qui ſuffragia præſtant, aut alij aliter quempiam impedientes, ne cathedram aſſequatur, teneantur ad reſtitutionem. Ad cuius vtique incundum reſponſum hoc primum omnium non eſt curin dubium reuocetur quin. Scholares quin ſuffragia præſtantes non teſtes, vt aliqui opinantur, ſed vere electores ſint. Et enim ſi eſſent teſtes, non opus eſſet vniuerſos auditores accerſere, ſed ſatis eſſet iuſtum numerum ſciſcitari, neque opus eſſet ſuffragiorum numero ſtare, neque per ſecretos calculos ſententias rogare. In ſumma, non ſolum ſuffragandi forma, ſed re ipſa oſtendit eſſet electores, quandoquidem Rector ſtare omnino tenetur eorum ſuffragij. Quo ſit, vt compelli ceu teſtes non poſſint ad ſuffragandum, ſed poſſunt renunciare iure eligendi, niſi quandoque Rectori, & qui ei ſunt a conſilijs, vel propter paucitatem, vel ad reſcindendas alias fraudes ratio apparet, vt compellerentur. Hoc ſuppoſito ſic de illis omnino cenſendum eſt, ac de prębendis diximus, nempe quod qui prætermiſſo pigniori, dignum eligit, licet mortaliter contra iuſtitiam diſtributiuam peccet, nullo tamen reſtitutionis nexu illaquea

Caie. ex poſitio. Reprobatio.

Corolla riumpri mum.

Corolla rium ſecundũ.

De Scholaribus ſufragia præſtantibus.

tur, quia Vniuersitati dat quod ei de rigore iustitiæ commutatiue debet. Sin vero prætermisso digno eligat indignum, atq; ea, quod arbitror, vera sunt quæ supra diximus, restitutioni tenetur, non illi prætermisso digno, sed Vniuersitati, si id modo posset restituere. Nam stipendia Vniuersitatis non sunt instituta in rem ipsarum personarum, sed sunt mera stipendia quæ Vniuersitas soluit suis ministris. Vnde sicut Rex qui non pręficit dignum ministrum reipublicæ, nihil debet digno prætermisso, sed reipublicæ, ita qui eligit indignum, dānum non dedit nisi reipublicæ, quę suum soluit stipendium. Et ideo elector licet cathedram debeat digniori, hoc non est propter ipsum sed quia per iustitiam commutatiuam, debet Scholis talem ministrum Haud tamen negauerim quin aliquam ei faciat iniuriam, & ideo teneretur in alia cathedra, cæteris paribus, illi fauere. De impedientibus autem alia est ratio. Qui enim per vim vel fraudem aliquem impediret ne obtineret cathedram, non dico alteri suffragium suum pręstando, sed si arceret eum ne cathedram peteret, quam certum erat se alioqui obtenturum, aut si deciperet electores, ne illum eligerent, quia spoliat ipsum eo iure quod appetendum habet, tenetur ei vel in partem, vel in totum probatione fraudis aut vis. At de priuatione sufragantium, lib. 1. tetigimus, & nunc amplius dicere repetimus. Bifariam nanque Scholares iniustitiam faciunt sufragando. Vno modo, dum furtim se ingerunt, cum non sint eiusdem cathedræ auditores, atq; isti si damnum dent, statim restitutioni tenentur, quia re vera nullum habent suffragandi ius. Alio modo quia auditores sunt, tamen suffragandi iure propter delictum, verbi gratia ambitus, &, qđ aiunt, subornationis, sunt priuandi. Et tūc antequam condemnentur, sufragari vtiq; possunt. Quocirca si Rector eos delictū nō interrogat, non sunt sufragando iniqui, si autem interrogantur, fateri tenentur veritatem, maxime si sunt suspecti, & condemnati, tenetur parere. Nam si nulla infamia aut indicijs laborant, iniuriosa est interrogatio & ideo, dumcitra mendacium id valent, tacere possunt. Si aūt iuste interrogati veritatem celant, tunc perinde ac si condemnarentur iniquissimè faciunt, & contra iustitiam si suffragium præstant, quandoquidem per iniuriam rectum iudicium suffugerunt. Et idem de illis censendum, qui Scholarium albo non sunt adscripti. Haud enim ipso facto suffragandi iure carent, si re vera sunt ordinarij auditores. Et ideo nisi per sententiam priuentur, eodem possunt iure vti. De his quæ ludo acquiruntur quemadmodum sint restitutioni obnoxia, si petantur, aut si vis dolusve interuenerit, satis quæstione præcedenti dictum est. De inuentis autem, libro sequenti quæstio. de furto dicendum.

Notāda distinctio

ARTICVLVS IIII.

Vtrum satis sit id simplum restituere, quod iniustè sublatum est.



NOn satis est definisse omnia, quæ ablata sunt restitutionis onere esse grauata, sed & id quoque perscrutandum, vtrum satis semper sit simplum restituere. Et arguitur a parte negatiua. Legitur nanque Exod. 22. Si quis furatus fuerit ouem, aut bouem, & occiderit, aut vendiderit, quinque boues pro vno boue restituat, & quatuor oues pro vno oue. Illud autem fuit iudiciale, cuius instar similia sunt sub lege gratiæ a principibus constituta. Simile enim dixit Zachæus, vt se apud Christum commendaret. Lucæ 19. Si quid fraudaui, reddo quadruplum. Similisque est fori exterioris praxis, quippe qua fur non ad simplum tantum condemnatur, sed vt multiplicatum reddat, vel supplicium pendat. Cum ergo leges ciuiles obligent in conscientia, fit vt non semper sufficiat simplum restituere. In contrarium autem est, quod restitutionis obiectum non est, nisi inæquale illud, quod per ablationem factum est per æqualitatem ad iustum reuocare, quod fit, si quantum abstulisti, tantundem reddas.

Ad quæstionem duabus conclusionibus rñdetur, iuxta duo huius distinctionis mēbra. Duo namque in oblatione rei alienæ est considerare. Primum, s substantiam ipsam oblationis, ex qua inæqualitas resultat, vt minus ille habeat a quo res sublata est, plus autē ille qui sustulit. Et hoc ipsum commune est tam iustis, q̄ iniustis ablationibus,

Duo in oblatione rei alienę cōsideranda.

nibus. Nam ſiue rem mutuato, ſiue furto accipias, ſiue credito emas tanto alter minus habet, quãto tu plus. Secundum, quod in ablatione conſideratur, eſt modus ipſe auferendi, puta ſi quis per fraudem aut vim quidpiam vel aufert, vel auferre conatur. Et hoc vbique habet conuolutam iniuſtitiam, ſeu re vera rem auferat, ſeu nihil auferat, vt ille quin in conatu ſuo quo præualere non potuit, ſuccubuit. Sit ergo prior concluſio. Quantum ad naturam attinet ac finem reſtitutionis, ſatis in vniuerſum eſt illud ſimplum reſtituere quod ſuſtuleris, ſiue per fas id feceris, ſiue per nefas. Enim uero reſtitutionis nomen officium eſt præciſe iuſtitiæ commutatiuæ, nil attinens ad vindicatiuam. Ob idque nihil ei refert iuſtane fuerit oblatio, an vero iniuſta, ſed ſolum æqualitatem conſtituere. Acceſiſti quatuor ſiue per mutuum ſiue per furtum, totidem ergo via reſtitutionis debes. Conatus aut es furtum facere, nihil tamen potuiſti ſurripere, nihil via reſtitutionis debes. Quo fit, vt reſtitutionis obligatio quando debitum certum eſt, nullam expectet iudicis ſententiam, ſed ex lege ipſa oriatur. De hac autem actuaria reſtitutione, nempe ſi aliquando quis plus ſecundum conſcientiam debeat reſtituere quam abſtulit, libro ſequenti ſub titulo de furto redibi ſermo.

Prima conclu.

Secũda conclu.

Poſterior concluſio. Ad pœnam quæ debetur ratione iniuſtæ acceptionis, nemo ante iuris condemnationem tenetur, ſed tunc quando facta fuerit condemnatio. Concluſio hæc in latiſſimum hi cnos campum diſputandi mitteret, niſi tam longa tamque accurata diſputatione lib. 2. q. 6. fuiſſet a nobis pertractata. Illic enim eius veritatem longa rationum acie conſtabiliuimus, vbi declarauimus quemadmodum ſi ſententia ſit pecuniaria, illico ſit à reo ſoluenda, ſi autem ſi corporalis ſupplicij, non teneatur ſe offerre, ſed ſatis ſi, ſi abſque illata miniſtris iuſtitiæ iniuria, eam patiatur. Quocirca de hac ſecunda concluſione nullum hic verbum addendum nobis eſt ne ſimus noſtra repetitione moleſti. Illic enim cuius inter fuerit inſpiciat. Sed neque de priori concluſione dubium reſtat vllum poſt illa, quæ hactenus dicta ſunt.

Diſtinct. notanda.

Quod ergo ad hunc articulum ſpectat, id tantum eſt, vt diſcernere diſcas quando res ad meram attineat reſtitutionem, quando vero ad pœnam iuris. Illa enim illico nulla ſpectata ſententia reſtitutionis oneri ſubijcitur, hæc vero non niſi poſt latam ſentẽtiam. Exemplũ vnum pro pluribus eſto. Dicebamus enim illic q̃ dum lege frumẽto, aut vino, aut cui uis aliarum mercium pretium ſtatuitur, tunc qui carius vendit, ſtatim ceu fur tenetur ad reſtitutionem exceſſus iuſti pretij, ad pœnam vero non niſi condemnatus Pari modo, qui ouem, aut bouem furatur, ſtatim tenetur valorem pecoris reſtituere, quadruplum vero aut ſeptumplum non, niſi cõdemnatus. Per quod vtique ſatis factum eſt primo membro capitalis argumenti. Horum ergo intar de cæteris conijcito.

Perſpiciendum inquam eſt, an leges pœnales ſint, & tunc non obligant niſi poſt latam ſententiam, ſecus autem, ſi alius generis exiterint. Quo fit, vt vectigalium leges & tributorum quæ publicitus regi tanquã ſtipendia contribuuntur, in conſcientia obligent ad ſoluendum ante ſententiam, quia non ſunt pœnales, dico, dum tributa iuſta ſunt. At qui vbi res eſt dubia, tunc iudicium non pertinet ad ſubditos, ſed recurrendum ad principem, & interim ſeruandæ ſunt leges niſi apertiſſimam præ ſe ferrent tyrannidem. De illo autem tributo, quod noſtri Alcaualam nuncupant, iam in calce ſuperioris libri diſputatum a nobis eſt, vbi quanta polleat iuſtitia, pro captu noſtro diximus Eſt n. ſi cũ moderatione exigatur, æquum & iuſtum. Diximus tñ inter alia hoc forſan moderamine vt in conſcientia licere, quod dum res venduntur, quæ non ſunt grandis prætijs, non tenentur venditores publicanos ad ſoluendum quærere, ſatis. n. eſt ſoluere dum ab illis petitur, dummodo venditores non vtantur fraude & dolo, vt ſe occultent. Leges autẽ, quibus tranſitus mercium prohibetur e regno, pœnales ſunt, & ideo neque ſi frumentum, equos, vel aurum efferas, pœnam teneris ſoluere, niſi captus. Quamuis vt in ſuperioribus tetigimus, peccatum ſi mortale eiuſmodi re, quæ in regni commodũ euehi vetantur, foras aſportare. Neque in contrarium vrget q̃ publicani qui ſua pecunia eiu modi fiſcales pœnas redimũt, ius hñt recipiendi, & ideo qui non ſoluit, dãnũ illis dat. Nõ inquam hoc vrget qñ illa ſe cõditione intelligere debent eaſdẽ redimere fiſcales pœnas, vt ab eis præciſe, quos

Leges vectigalium obligantin cõſcientia.

cepe-

Nota.

ceperint extorqueant. Quin vero hoc impræſentiarum obiter addiderint, quòd in regnorum confinibus, quæ eiuſdem ſunt regis, non deberent hæ mercium extractiones, & commercia prohiberi, quippe quæ non tam in regnorum bonum, prohiberi videntur, quam in quæſtum. Sed nolo in publicas leges oblatrare. Dubium autem hic proprium eſt his, qui furtim in alienis nemoribus ligna cædunt, aut in alienis paſcuis furtim, oues ſuas paſcunt. Putat enim vulgus ob id quòd qui capiuntur, pecunia multantur, quæ pœnali lege decreta eſt, eos qui cuadunt, ad nullam teneri reſtitutionem. Quod tamen manifeſte falſum eſt, immo eadem regula vtendum eſt ſcilicet, vt pœnam a precio rei furto ſublatæ diſcernas. Hac enim ratione claritatis gratia vti pro meo captu ſoleo. Aut enim cædua ſylua, eiuſdem vrbis aut caſtri propria eſt, cuius qui ligna cædunt, ſunt ciues aut incolæ. Et tunc arbitror, niſi inſignem ſtragem faciant, ad nullam teneri reſtitutionē neque pœnæ, neque pretij, niſi capiantur. De pœna enim res eſt certa, ſed & de pretio inde id mihi ſuadeo, quòd oppidum videtur ſuis oppidanis ille lege ligna diſtribuere, vt qui capietur, pœnam luat, qui vero euaſerit, gratis ſibi prædam acquirat. Idque cenſuerim, vt ſi vtrunque duorum oppidorum, quæ propinqua ſunt, nemora habeat, tunc enim videtur etiam ſibi mutuo illa lege ligna condonare. Quare non tenentur ad reſtitutionem niſi inſignem aliquam deprædationem, vt dicebamus, faciant. ſed ſi capiantur, tenentur ſubire pœnam. Aliter vero contingit ligna furtim ex nemoribus euehere, quæ prorſus aliena ſunt, nempe quæ neque ſunt tui oppidi, neque alterius vicini, cuius oppidani viciſſim nemora tui oppidi participant, ut modo dicebamus, quia forte tuum caſtrū nullum poſſidet nemus. Et hoc eſt quod in quęſt. verſatur. Sunt enim qui illam amplexi regulam, quòd vbi lex pœnam adhibet, non obligat ad peccatum, ſecuras eorum conſcientias reddunt, qui ligna furantur, vt niſi capiantur, non ſint reſtitutioni ſubiecti. Hec tamen, vt libro primo late diſcuſſimus. deceptoria eſt regula. Immo propterea lex pœnam imponit, quòd culpa ſubeſt. Pœna enim niſi pro culpa non poteſt poni, ob idque qui ligna ab eiuſmodi nemoribus deprædantur, tenentur omnino ad reſtitutionem pretij lignorum, nā vere committunt peccatum furti, genere ſuo mortale. Atque idem de paſcuis cenſcendum, ad pœnam autem non niſi capiātur, & condemnentur. Secus, ſi forte qui nemus uetat, ſuam explicet voluntatem, quòd ſub illa lege & conditione vult dare ligna, quod tamen nunquam audiui contigiſſe. Nonnulla autem impræſentiarum admonito opus eſt. Primum licitum eſſe cæſionem ſyluæ vetari in bonum reipublicę, nempe ne in eius perniciem diſſipetur. Secundo eſt notandum, quod domini quibus rex oppida cum nemoribus elargitur, non poſſunt alia ratione illa cuſtodire, quā rex feciſſet. Non enim aliud eis ius concedit, quàm habet. Et ideo ſi nemora hoc ferunt, non ſunt oppidanis vetanda ad neceſſarios vſus. Immo vero etiam ſi nemora propria ſint domini, non ſunt eo rigore vetanda vt corporalis in fligatur pœna, neque vero grauis pecuniaria. Enimuero arbores & ligna quæ abſq. cultura terra progenuit, iure gentium communia eſſe debe rent. Nequit enim uita humana ſine quotidiano lignorum vſu tranſigi. Ob idq. eorum furtum non eſt ea lance æſtimandum ac ſi quis ab arca tua, aut de tua domo, nūmos aut ſupellectilem furaretur tuā. Quocirca qui ligna cedunt, nuſquam gentium infamia latronum aut furtum denotātur. Satis ergo eſt moderatas exigere pœnas. Et re uera vbi domini am acerba animaduerſione miſeros ſubditos a nemoribus arcerent, vt prægrauem paterentur inopiam forte ſine mortali culpa poſſent illa ſuffurari ligna quæ quotidianis vſibus ſaltem foci eſſent ſibi neceſſaria. Pari ferme modo eſt de venatione arbitrandum. Venatio enim primum omnium iure gentium communis eſt, nempe vt fera & auis, quæ a nemine capta prius fuerat in ius tranſeat capientis, vt patet Inſtitution & ff de rerum diuiſionum. Vnde Ariſtotel. 1. Politic capitulo quinto venatoriam, partem eſſe vult reipublicæ. Et fundantur hoc ius in illo dominio Geneſ. 1. hominibus datum in cuncta animalia terræ, & volatilia cęli, atque aquarum natalia. Nihilominus vero triplici de cauſa iure venatio uetatur. Primum etſi venationis locus cōmunis ſit ciuitatis aut oppidi, uetari licite poteſt a principe, & a domino per viam gubernationis, nam feræ ac piſces non ſolum

Dubiū de cędētibus ligna in alienis nemoribus.

Diſtinctio.

Regula aliquorum.

Notabile primum.

Secūdū.

Ariſtot.

Devenatione quibus cauſis vetetur.

Prima.

lum ornamento ſunt, & decori Reipublicæ, verum & neceſſitati ſeruiunt. Ob idque non eſt vulgi temeritati venatio committenda, ſed debet ordine, ac lege fieri, ne diſpereat. Secundo, princeps etiam communia loca Reipublicæ poteſt aliquot proprio vſui dicare, neque ad hoc, vt quidam autumant, requiritur conſenſus populi. Iuſtum quippe eſt, vt pro ſua dignitate gratia recreandi animi venationem habeat paratam. Præterea quoniam apros, ac ceruos, & id genus beſtias, non condecet a plebeis venatu impeti: ſed vt reſeruentur ingenuis, qui præliorum ſimulacra aduerſus eas meditentur. Hoc autem non eſt hic abſque admonitione ſilendum, quòd non eſt eadem ratio in magnatibus ad cuſtodiendam ſui gratia, venandamque venationem, quanta in principe, etiam ſi cum ſuis iuribus ea fuerit ipſis largitus. Nam rex poteſt, exempli gratia, in toto Regno decem aut duodecim loca ſibi reſeruare, & forſan non poſſet bis, aut ter centum. Si autem magnatum ſinguli in ſuis oppidis, aut territorijs plura haberent loca cuſtodia, grauamen Regno fieret intolerabilius. Sunt enim feræ aues, & piſces de iure gentium communes, vt locis Inſtitut. & ff. de rerum diui. citatum eſt, & ideo non eſt nimium populus a venatione cohibendus, quandoquidem libertatem etiam habeat illo modo, tum animum recreandi, tum & quæritandi victum. Sed ter io modo, quod ad rem pertinet, cuſtoditur venatio, nempè quia eſt in loco, non communi oppidi, ſed proprio ipſius domini, quo ſuam cuſtodit venationem. Nam, vt habetur locis proximè citatis de rerum diuiſio. poteſt fundi dominus prohibere ne quis venationis gratia illud ingrediatur. At verò in his omnibus primum omnium, vt de ſyluis dicebamus, cauendum eſt ne pœnæ acerbæ ſtatuantur, quia illud non exiſtimatur furtum, aut latrocinium, perinde, ac dum domus, aut burſæ compilantur. Quare profectò crudele eſt pœna corporali plecti ingredientes loca vetita venationis gratiæ ſed ſatis eſt ſi duplum, aut triplum ſoluerent, & plagas, inſtrumenta q; perderent. Præterea hoc ſanctiſſimè admonendũ, vt qui feras cuſtodiunt damna data in integrum ſoluãt, quod q̃ rariſſimè fit. At quo tandẽ prætermiſſis pœnis, quæ abſque dubio ante condemnationem non debentur, ad reſtitutionem valoris beſtiolæ, aut pi catus deſcendamus, dicendum quòd vbi venatio in loco communi ſeruatur, & qui venatur ciuis eſt, arbitror ad nullam reſtitutionem teneri, tam etſi fortè aliqua culpa ſit facere contra legem, quoniam cum venatio illa ſit totius reipublicæ, non præſumitur lex obligare ad reſtitutionem, ſed ad pœnam ſi condemnetur. Id non iuſtius ſanè eſt, quã quod de lignis diximus. Quando verò locus eſt proprius domini, ſi locum ipſum ingrediaris ſpecies eſt furti, & tunc maximè dum muro eſt cinctus, & ideo ad reſtitutionem damni teneris. Dixerim, ſi locus muratus fuerit, quoniam ſi fuerit patulus, non video cur reſtitutionis obligatio emergat. Enimuero etſi fundi dominus id iuris habeat illic venandi, vt alios inde arcere valeat: non tamen inde fit conſequens dominium habere ferarum, quæ illic nutriuntur, perinde atque arborum aut terræ naſcentium. Primum, quòd feras terra non fert, vt cæteros fructus, ſed ipſe ſe animantes propignũt, tum etiam quod eadem animalia, vaga ſunt, & ad quocunq; diuagandum libera, ſi ergo dominus fundi non eſt ſylueſtrium animalium dominus, fit vt qui illa occiderit, non fiat reſtitutionis reus. Atque huic definitioni maximè conſonat l. 16. Partit. 3. tit. 28 qua ſancitur, vt qui a domino fundi non præmonitus quipiam fuerit in fundo alieno venatus, ſibi quod cepit acquirat. Quòd certe iniuſtum eſſet, ſi id ſub dominio eſſet domini. Qui autem præmonitus beſtiolam ceperit, non ſibi, ſed domino fundi obueniat, in pœnam ſcilicet quòd ingreſſus eſt alienum fundũ. Quare forte ante condemnationem in nihilum tenetur. Si autem extra domini locum feram transfixeris, aut laqueo ceperis, certum eſt te a reſtitutionem non teneri, præſertim ſi in prædio tuo illam fueris venatus, ac multo minus ſi feram damnum tibi dantem repereris. Niſi forſan inter oppidanos ac dominum conuentum ſtato pretio fuerit, quod dominus conſtituit, vt nullibi venatione noceret, ſed ſuo venandi, quod gentium eſt, iuri renunciarent. Forte quia dominus & damna bona fide ſoluit, & tributorum remiſſionem illis nõnullam facit, vt eidem iuri renuntient. Aues autem in triplici ſunt differentia, nam aliæ ſunt merè ſylueſtres, & harũ aucupium defendere, etiam in fundo proprio iniquitas eſt,

Secũda.

Tertia.

Qui feras cuſtodiũt ad dãna data tenentur.

De columbis.

eſt, quãdoquidem nullibi, niſi per modum tranſitus commorantur. Præterquam ſi precioſiſſimæ eſſent, vt accipitres, de quibus pluſculum dubij eſſet. Sed tamen nec auderem ad iſtam reſtitutionem obligare venantes. Aliæ ſunt in alio extremo cicures, ac domeſticæ. Quas ſurripere abſque vlla controuerſia furtum eſt, Sed aliæ ſunt mediæ, vt columbæ, quæ nec prorſus domeſticæ ſunt, nec prorſus ſyluestres. Et de his haud dubito, quin ſtandum ſit municipalibus legibus, ſicuti de alueariibus, nempè quòd ſi lege præſcripta eſt periodus, vt ſcilicet intra tot paſſus nemo illas capiat, cenſendum eſt vſque ad illam lineam eſſe domeſticas. Quare extra illam poteſt eas quiſque captare, modis tamẽ lege permiſſis. Nam poteſt etiam Rex vetare ne certis laqueis, aut plagis irretiantur, tunc autem non emerget reſtitutionis obligatio, ſed pœnæ poſt condemnationem. Si autem infra ſpatium lege præſcriptum capiantur, fortè non ſunt captores a reſtitutione immunes, quandoquidem vſque ad limitem illum factæ ſunt columbæ domeſticæ. Tametſi nec ſummo ſunt rigore vrgendi, ac ſi de ipſo columbario illas furarentur. Vbi autem nullæ extant ciuiles leges, ſi ſolum naturale ius conſulas, apparet nemini reclamantibus illis quiſata circumcirca habentes damna ſunt accepturi, licitum eſſe columbarium extruere. Quin vero ſi Caietanum in ſua Summa auſcultes, peccatum eſt mortale columbas in aliorum perniciem alere. At vero licet quando ingens eſſet detrimentum id fortè verum habeat, ſi tamen domini pabulum ſufficiens pro columbarum numero in columbario ſuppeditent, non tantum agnoſco criminis. Eſt enim hoc genus auis non ſolum in eſcam, verum ratione ſtercorationis Reipublicæ vtile, quare non eſt cur prorſus a ciuili Republica abigantur.

Argumenta igitur in fronte quæſtionis obiecta, ſolutione non indigent, ſed attentione eorum quæ dicta ſunt. Lex enim illa quadrupli, aut quintupli, iudicialis erat, & ideo furem, quantum ad reſtitutionem ſatis erat reddere ſimplum, ſed condemnatus deberet ſoluere pœnã. Zachæus autem inter alia ſupererogationis opera hoc ponebat, quod reddebat ſua ſponte quadruplum, ſiquid furaretur, non quod ante condemnationem obligatus eſſet. Ad tertium vero membrum negatur conſequentia, iuſtè enim iudex vindictam condemnat reum ad aliquid ad quod antea non tenebatur.

ARTICVLVS V.

Vtrum debeat aliquis id quod non abſtulit reſtituere.

IN quinto articulo, quia apud Diuum Thomam quartus eſt, quæritur, vtrum id debeat quiſpiam reſtituere, quod non abſtulit. Et arguitur a parte affirmatiua. Primum de illo, qui ſemina effodit ne venirent ad meſſem, qui videtur grana debere quorum damnum dedit, quæ ſibi tamen vſurpauit. Secundo de illo qui mutuatum æs, aut aliter debitum vltra præfixum terminum retinet, qui tenetur tam de lucro ceſſante, quàm de damno dato, cum tamen id ſibi ipſe non acceperit. Et tertiò arguitur authoritate Redemptoris. Matth. 25. Sciebas, quòd meto vbi non ſemino, & congrego vbi non ſparſi. vbi inſinuatur, quòd Deo debemus plus quàm ab illo accepimus, & cum humana iuſtitia à Diuina deriuetur, id etiam videtur inter homines obſeruandum In contrarium autem eſt, quod reſtitutio ibi perficitur vbi æqualitas conſtituitur inter acceptum, & datum, ſi ergo quis plus rependere teneretur, quam accepiſſet, reſtitutio illa a iuſtitia exorbitaret.

Quæſtionis reſponſio tribus facillimis concluſionibus conſtat. Prima eſt ceu ſuperiorum repetitio. Vnuſquiſque tenetur damnum quod alteri dedit, ad iuſtum reſtituere. Probatur. Damnum quempiam alteri dare idem eſt, quod quidpiam ab ipſo auferre, ſiue pecunia ſit, ſiue aliud bonũ illa æſtimabile: nam damnum quempiam accipere, vt ait 5. Ethicor. cap. 4. Ariſtot. nihil aliud eſt, quam minus habere, quam habere debuit, qui autem alteri quidpiam abſtulit virtute iuſtitiæ cogitur tãtundem, neque plus, neque minus reddere. At verò bifariam contingit, vt quis quid alteri auferat, nẽpe aut illud quod ille actu habebat, aut quod habebat in potentia. Eſt ergo ſecunda cõcluſio. Quicunq; id alteri adimit, quod actu habebat, tenetur ad æqualitatem idem repenſare, vt ſi domum abſtuliſti teneris

1. concl.

Diſtinctio.

2. concl.

neris de iusto pretio: & si honorem & famam eandem, vt dictum est, secundum facultatē tuam reficere. Res est iam in superioribus liquida. Tertia conclusio: Quicunque alteri in eo damnum dat, quod nondum actu, sed potentia habebat, non tenetur id ad æqualitatem restituere ac si actu illud habuisset, sed ad æqualitatem illius potentiæ, pensata scilicet, quam esset actui proxima, perpensisque personarum, atque negotiorum conditionibus. Vt si fata tuis equis conculcans effodisti semina pensari debet potentia vsque ad messem. Si autem iam albescentes segetes dissipasti, tam ò plus debes quanto iam fruges propinquiores erant. Probatur conclusio. Id enim quod nondum actu est, sed in via & virtute non tanti æstimatur, quanti si esset in actu. Quare si secundum illum actus valorem reddendum esset, non simplum, sed præter iustitiam auctum restitueretur, ad quod vtique ratio iustitiæ nō obligat. De duabus prioribus conclusionibus nihil est, quod in dubium vocari possit. Porrò autem contra tertium argumentum se statim offert, non vtcunque validum. Enimuero si ille qui rem habet in spe, non vult illam in sola spe vendere, sed expectare pericula omnia vsque ad rem, tunc ille qui contra eius voluntatem rem illam diriperet, non solum teneretur restituere quantum in spe valebat, sed, vt apparet, quantum erat res ipsa valitura. ergo conclusio falsa. Accipe antecedentis exempla. Est miser agricola qui semina sua terræ concredidit, & mauult omnia cœli terræque pericula subire, & euentus expectare, quam iacturam seminis certo precio facere. Et merito quidem Nam vt habetur Eccles. 11. Qui obseruat uentum, non seminat, & qui considerat nubes, nunquam metet, ergo si isto inuito fata eius tu destruas, certe ratio persuadere videtur quod tenearis in totum. Est, verbi gratia, totum vnum oppidum, aut castrum, quòd si semina omnia effoderentur, aut cū herbescerem, eradicarentur, non posse non graui postea inopia laborare quæ si non destruerētur, locupletissimas meteret messes & volunt oppidani pericula expectare, cur ergo priuandi sunt inuiti illa sua expectatione? Item habet quis tenerrimū pullum equinum, qui de se magnam promittit spem, tunc ucro non æstimatur nisi decē valiturus tū centū, re vera non apparet iustitiæ consonum, vt res tunc fit compensanda solum secundum potentiam, & non secundum actum. Respondetur ergo, quòd conclusio sancti Thomæ est intelligenda, primum quando damnum datur casu, & non consulto per iniuriam, renuente domino. Tunc enim deducendæ in primis sunt impensæ, quas facturus erat dominus quandoquidem illæ non sunt ei sublatæ, sed penes ipsum manent. Et deinde pericula pensanda, si quæ sunt ad arbitrium prudentium, qui bona fide id iudicent. At vero quando renuente domino damnum per iniuriam datur, multo est auctior æstimatio facienda, & maximè, quando damnum est graue, vt si latissimum vinetum destrueres, aut vastissimum segetum campum, ita vt prouincia, vel ciuitas graue detrimentum pateretur.

Per hæc ergo liquet solutio primi argumenti. Circa secundum uero, dubitationem nobis offert doctrina Caietanus. Ait enim D. Thom. quòd qui in mora est soluendi mutuum, aut alia ratione debitum, tenetur non solum quod accepit, refundere, verum & damnum quod creditor ex dilata solutione patitur, & quod illi cessat lucrum. Quod quidem iustitia præcipit post quam alteri inuito totum illud auferetur. Caiet. autem inde infert eadem ratione & a principio posse inter mutuantem & mutuatarium cōuenire de lucro cessante. Qđ quidem si intelligit a temporis articulo, quo in mora cœperint esse, bona fortè est illatio. Mutuo, verbi gratia, tibi vsque ad festum S. Ioannis decem, quæ si tunc non solueris quia me inuito deinceps retinebis, & sum ego mercator, cui tua culpa cessaturū est lucrum, dabis ergo mihi tantum. Si aūt intelligat lucrum cessans statim a tempore mutuationis persoluendū, profecto illatio nulla est. Tota enim ratio quare ab illo qui est in mora, potest negotiator lucrum cessans exigere, non est ea precisè, quod pecunia negotiatoris in virtute plus valet quam si non esset negotiationi exposita, sed hęc iuncta cum alia causſa, q̄ præter voluntatem ipsius mercatoris retinetur. Quare dum sua ipse sponte alienatam a se habet pecuniā, pernicioſum est concedere, vt possit lucrum cessans exigere. Hoc autem lib. 6. sumus susius disputaturi. Et ideo de hoc modo satis. Solutio tertij argumenti, expositio

Tertia conclu.

Argum. contra tertiam conclusionem.

Expon tur conclusio S. Tho.

De secū do arg.

Sntia Caiet. de restitutione lucri cessātis.

Distinctio auctoris.

Cur liceat lucrū cessans exigere.

Ad tertium.

expoſitio eſt illius loci euangelici. Sciebas quod meto vbi non ſemino, & congrego vbi non ſparſi. Cuius duplex eſt expoſitio. Primum enim hoc nos certiſſimum catholica fides docet, quod radix noſtrorum omnium meritorum eſt gratia Dei, per quam illi ſunt accepta, & ĩo quidquid illi meritorum offerimus ipſe in nos prius ſeminauit. Vnde alibi, ſeminanti ſemen ſuum ſeſe comparauit. Et ideo prior expoſitio eſt, quod verbum Chriſti non intelligitur ſecundum veritatem, ſed ſecũdum exiſtimationem illius verbi nequam, qui ex odio arbitrabatur Deum petere quod ſeminauerat, & ideo ait Chriſtus, ex eius ore eum iudicare, quaſi nõ ex rei veritate Poſterior vero ſolutio eſt, quod aliquid præter gratiam, quam ipſe nobis confert, exigit a nobis ſcilicet aſſenſum noſtrum, vt ſinamus nos ab illo moueri, & præterea vſum eiuſdem gratiæ, quo per meritorum incrementa ipſa augetur. Porro autem ſyncerior apparet prior ſolutio. Nam & ipſe nos mouet ad aſſentiendum, & fruges meritorum noſtrorum ipſe in nobis ſeminauit per gratiam. Vnde Pau. Ego plantaui ſcilicet prædicando, & Appollo rigauit. Deus autem incrementum dedit. Eſt hic autem ab illo Lutheranorum dogmate cauẽdum, quod nos lib. 3. de Nat. & Grat. c. 8 expugnauimus. Aiunt enim opera noſtra non eſſe noſtra merita, ſed Deum per nos mereri. Qua quidem falſitate nihil ineptius dici potuit. Meritorum enim non dicitur niſi vnius ad alterum. Quare cum mereri, non ſit niſi in Deo, & erga ipſum, non poteſt ipſe mereri. Decipiuntur autem falſo intellectu verbi Augu. in Dei gratia & lib. arb. quo ait Deum in nobis coronare dona ſua vbi Auguſ. non dicit quod opera noſtra ſunt merita Dei, ſed quod ſunt dona Dei, & ſimul vtrumque verum eſt, quod ſunt & dona Dei, & merita noſtra. Nam quia non ſunt merita, niſi quatenus è radice gratiæ Dei pullulant, eius dona dicuntur, & ſunt. At quia quatenus ex conſenſu libero voluntatis noſtræ diuinitus motæ ſiunt, ſunt meri ta noſtra. Coronat ergo Deus merita noſtra quatenus dona eius ſunt, & ideo quodammodo illi damus quod nõ accepimus puta auctum, quod in radice accepimus, ſed tamen nihil damus quod ipſe non ſeminauit & incrementum dedit.

Paulus.

Dogma Lutheranorũ.

QVÆSTIO VII.

DE CIRCVNSTANTIIS reſtitutionis.

S. Thom. 2. 2. quæſ. 62. art. 5.

ARTICVLVS I.

Vtrum ſemper oporteat ei reſtitutionem fieri a quo res ſublata fuit.

QVoniam quæſtio præcedẽs ſubſtantiam nobis reſtõnis patefecit, decet vt in hac ſeptima circunſtantias eiuſdem exploremus, nempe cui, quis quomodo, quãdo reſtituere debeat. Eſt ergo primus articulus, qui apud D. Th. eſt quintus, vtrum ſit ſemper reſtitutio ei facienda, cui res ſublata eſt. Apparet nanq. id non ſemper oportere. Primum, quia reſtitutio non debet illi eſſe nocua, cui fit, neq. alteri iniuriosa. Si autem ei cuius res eſt, eſſet ſemper reſtituenda, vſu quandoque veniret, vt in eius perniciem eſſet vel aliorum, vt puta dum domino petenti ſuũ gladium, vt homicidiũ faceret, redderetur, ergo non ſemper eſt vero domino reſtitutio facienda. Secundo. Quæ quiſque iniuſtę prauoque fine dat, indignus ſit, qui eadem recipiat, ſolẽt autem homines aliquid ſimoniace dare, vel ad corrumpẽdum iudicem, vel ad hominem enecandum quæ quidẽ largitiones iniquę ſunt, ergo non eſt illis facienda reſtitutio. Tertio, Nemo ad id cogitur quod impoſſibile eſt, qñq. aũt reſtitutio non eſt facto poſſibilis, ſi ei fieri dẽat a quo res ablata eſt, nẽpe vel quia eſt vita defunctus, vel peregre profectus, vel prorſus ignotus, ergo tunc non eſſe neceſſe reſtõnem eidẽ fieri. Quarto iuſtius homo cogitur ei beneficium reſpenſare, a quo maius accepit, quam ei, à quo recepit minus, ergo ingruente ſimul parentum inopia dum tempus reſtituendi alteri occurrit, ſi vtrumque ſimul non eſt poſſibile, citius rependendum eſt parẽtib. beneficiũ, quã debitum extraneo reſtituendũ. Quinto. Fruſtraneum eſſet, ac perinde vanum id reſtituere quod rurſus in poſſeſſionem reſtituentis eſſet reuertẽdum, dum

autem

autem prælatus quidpiam eccleſiæ debet ſi eidem eccleſiæ reſtituatur, in ſuam ipſius regreditur poteſtatem, quādoquidem ipſe eſt bonorū eccleſiæ adminiſtrator & cuſtos, ergo tunc non decet reſtitutionem eccleſiæ fieri. Atq; adeo non ſemper ei det fieri reſtitutio a quo res ablata eſt. Contrarium au-

Paulus. tem nos Paul. admonitos curauit ad Rom. 13. inquiens. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributū cui vectigal, vectigal, &c.

Aliorū ſententia. Quæſtio huius articuli præcipua eſt in materia reſtitutionis, ad quam pleriq; Doctorum concluſionum multitudine reſpondent, nempe quòd bona defuncti reſtituantur hæredi, & quæ ignoto debentur, reſtituantur pauperibus & horum inſtar fiat de alijs. At vero licet forſan ad rem non ita multum differat, tamen ſi loquendi proprietatem obſerues, multo ſyncerius & ad rem proprius vnica concluſione D. Th. reſpondet, quæ ſit vniuerſalis hæc. Neceſſarium vbique & ſemper eſt reſtitutionem eidem fieri a quo res ſublata eſt. Enimuero hæredes perſonam defuncti gerunt, & ideo quod is conferrur, datur defuncto, & quod reſtituis pauperibus, vero domino reddis, nam illi per ſe nullum acquirunt dominium, niſi quia loco veri domini ſubrogantur Probatur ergo concluſio. Reſtitu-

Concluſio. tio, vt ſupra dictum habemus, eſt actus commutatiuæ iuſtitiæ, per quam æqualitas conſtituitur inter perſonas quæ inæqualia habent, hæc autem rerum adæquatio legitime conſtitui nō poteſt, niſi eidem ipſi id reddas, quod ei abſtuliſti, ſiquidem ille eſt qui propter tuam ablationem minus habet, ergo vero domino facienda eſt

Explicatur concluſio. ſemper reſtitutio. Antea tamen quam ad argumentorum ſolutionem deſcendamus, explicanda eſt concluſio. Conſulto quippe dictum eſt reſtitutionem fiet, debere vero domino. Nam ſi rem ab eo ſuſtuleris, qui eius non erat verus dominus, vtpote a latrone, non eſt ei reddenda, ſed domino, cui ipſe ſurripuerat, ac perinde rem filiosfamilias ademptam. ſuo patri, & quam monacho eripuiſti, eius prælato. Enimuero vt articulo proximo dicturi ſumus duplici ex fonte oritur reſtitutionis obligatio, nempe & ratione acceptionis, & ratione rei acceptæ. Ob idque in hiſce caſibus, etſi nihil ab eiuſmodi dominis acceperis, nihilominus quia eorum res penes deſunt, teneris in eorum poteſtatem tradere. Eſt autem operæ pretium, tria in eiuſdem reſtitutionibus obſeruare. Primum, vt tibi citra vllam dubietatem conſtet, rem quam Petro eripuiſti, non eſſe ſuam, ſed Pauli. Nam dum res tibi dubia eſt, tunc qnam melior eſt conditio poſſidentis, eidem debes reddere, vt ipſe videat cuius eſt. Quandoquidem in foro iudiciali, niſi tu plane probaueris rem non eſſe illius, eidem a quo abſtuliſti, compelleris reddere. Et conſulto dixerim, nō eſſe illius, puta quia nunquam eius habuit dominium, ſed per iniuriam ſurripuit. Nam ſi ille, a quo ſuſtulit ratione mutui vel alius legitimi contractus, rem illam debet alteri, non tu potes, priuata auctoritate reddere, ſed ei ipſi debes, qui dominium habet. Secundo, vt teneatis dare domino, requiritur quòd id poſſis abſque magno tuo detrimento facere, quoniam ſi latronem timeas, aut filiumfamilias, a quibus niſi eis reddas, vapulabis, aut graue aliquod damnum accipies, non teneris cum tuo incommodo reddere niſi eis. Tertio, Quando reſtituis vero domino, teneris tam latronem admonere quā etiam dominum, illum ſcilicet ne poſtea præſentia ductus iterato reſtituat, quod ſemel reſtitutum eſt, hunc autem, ne alia via procuret illud recuperare. Arguitur autē contra ſecundam moderationem, nempe, quod res tunc reſtituenda eſt dño, ſi fieri illud poteſt ſine reſtituentis detrimēto. Ille qui rem ſuſtulit a latrone, tenetur reſtituere vero domino, non ſolum charitatis iure, verum & iuſtitiæ rigore, ergo non ſolum abſque detrimento, verum etiam cum illo debet talis reſtitutio fieri. Probatur primo antecedens. Nam qui rem alienā habet inuito domino, res ipſa accepta, vt modo dicebamus, in cauſſa eſt, vt reſtitutio iuſtitiæ vinculo fiat. Item verus dominus poſſet poſſeſſorem in foro iudiciali compellere vt ſibi conferat, ergo tenebatur de iuſtitia. Nam ad id ad quod ſola charitate tenemur, non poſſumus in iudicio cogi. Item, quia, vt articulo proximo dicturi ſumus, etiam qui furtum a latrone emiſſet, teneretur illud domino reſtituere, ergo quomodocumque accipiat. Conſequentia autē prima inde probatur, quod iuſtitia etiam cum detrimento reſtituere obligat, vt ſupra diximus. Ad hoc reſpondetur, q̄ non ſolum charitas, ſed & iuſtitia obligat ad reddendum vero domino, quo-

Tria in reſtitutione obſeruanda. Primū.

Secundum.

Tertiū.

Argumētum cōtra ſecundam moderationem.

Ad argumētum.

quomodocunque ab iniquo poſſeſſore acceperis. Negatur tamen conſequentia, qua infertur etiam cum detrimento eſſe reſtitutionem perficiendam. Quando enim teneris ratione acceptionis, nempe, vel quia iniquè à domino eripuiſti, vel mutuato, tunc reſtituere etiam cum aliquo detrimento, vt diximus cogeris, haud tamen cum detrimento vitæ. Quando vero non ratione acceptionis, ſed tantum ratione rei acceptæ, tunc nullum cogeris ſubire periculum, ſi re vera periculum eſt alicuius momenti, ſed ſatis eſt tunc, vt eidem reddas à quo accepiſti, admonendo, ſi potes verum dominum. Quandoque autem egregium officium præſtabis amico, ſi periculo te obijcias, vt rem ſuam ſerues. De hoc autem iterum expreſſius articulo proximo.

Ad primũ principale.

Ad primum igitur argumentum reſpõdet D. Thomas, quod caſu quo reſtitutio grauiter ei nocet, cui fit, vel in nocumentum alterius vergit, non ei tunc fieri debet, eo quod reſtitutio in vtilitatem eius fit, cui debetur, ſed debet in tempus congruum prolatari, vel apud alterum res deponi, qui tutius cuſtodiat. Hæc autem reſponſio nonnullas parturit dubitandi ratiunculas. Et quo omnibus fundamentum ſubijciamus, quæritur quo iure depoſitarius teneatur in tali caſu ſeruare depoſitum, atque id domino denegare, charitatiſne, an iuſtitiæ, multum enim refert. Nam ſi iuſtitia illud ſeruare cogit, conſequens fit, vt ſi reſtituat, teneatur ad reſtitutionem damnorum, quæ ipſe intulerit, ſin autem ſolo charitatis vinculo, nulli inde fit reſtitutioni obnoxius. Reſponſio huius in diſtinctione poſita eſt. Aut enim ille qui petit, vult re ſua in iniuriam ſui, vel aliorum abuti, & tunc de iuſtitia teneor ei illam negare. Vt ſi gladium a me inſanus petat, vt ſe, vel alterum occidat, ſi modo tamen ſine meo incommodo poſſum. Non enim teneor ſubire periculum, quod mihi ille offert, ſi non reddo. Sicuti non teneor exponere me periculo ad defendendum vitam proximi. Et quòd qui poteſt ſine periculo, teneatur de iuſtitia negare, inde patet, tum q̃ reddendo, cauſam dat iniuriæ, tum q̃ ſi reddat, condẽnabitur in iudicio, licet non ad totum. Miſſam hic ſemp faciamus ignorantiam, quæ homines poteſt excuſare. Et eadẽ ratione, immo maiori denegare debeo, quando in præiudicium reipublicæ id petitur, vt qui amplam pecuniam deberet tyrãno, quam ipſe vt exercitũ in internecionem reipublicæ armet, petit, tenetur ei tunc temporis de iuſtitia denegare. Si vero dominus rem ſuam petat in aliquem abuſum, qui non habet annexam iniuriam, vt ſi pecuniam quam illi debeo, ad ſcortandum, vel ad ipſam prodigendum ex me repoſcat, tunc de iuſtitia non teneor non reddere, quandoquidem reddendo nullius ſim iniuriæ cauſſa, immo ipſe petit ſuo vtens iure. Teneor tamen ex charitate rei proximi conſulere, atque adeo, ſi poſſum reſtitutionem differre in aliud tempus. At vero emergit a contraria parte argumentum. Nemo habet ius peccandi, ergo quomodocunque ille peccat ad peccandum, etiam citra aliorum iniuriam, denegandum illi eſt de iuſtitia. Quod ſi reſpondeas licitum illi eſſe dare ſcorto pro re illicita, & ideo petere vt vtatur iure ſuo, inſtruatur argumentum de datione, quæ intrinſecè eſt peccatum. Vt ſi petat ad exercendam ſimoniam quę quidem datio intrinſecè mala eſt Caiet. hic ingenuè fatetur tunc etiam non licere ei dare. Nam dicit non licere pecuniã depoſitam domino reddere, vt Cardinalatum emat, & multo minus illi pecuniam in talem vſum mutuare. Sed re vera, quidquid ſit de mutuatione, in quo maior contra eſſe videtur ratio culpæ, quia mutuans cum minus cõpellatur magis videtur eſſe cauſſa, depoſitum tamen tunc reddere, nullam videtur iuſtitiam afferre. Nam ipſe petit quod ſuum eſt, non ad irrogandam iniuriam alicui tertio neque ſibi, ſed ſolum ad peccandum ſicuti ſi peteret, vt mala cauſſa daret amicæ. Et ideo alij volunt eludere argumentum propter vitium appellationis. Non enim ſequitur, nemo habet ius peccandi, & iſte petit pecuniam ſuam ad peccandum, ergo non petit vt vtatur iure ſuo, quia petit ad dandum ad quod habet ius, licet nõ ad culpam, quæ rationi adiungitur. At vero profecto illo modo quo non habet ius ad peccandum, neque ius habet ad dandum, ſi datio ipſa ſit peccatum. Secus de meretricia mercede: quia dare, non eſt peccatum licet fornicatio ſit peccatum. Duobus ergo modis congruentius reſpõdetur. Primo, quidquid ſit de illo vſu ad quem ſuam à me pecuniam petit, tñ petendo vtitur iure ſuo, quia petit ſuum. Sed ais Petit tamen

Dubiũ.

Reſponſio ſub diſtinctionis.

Secũda pars diſtinctionis.

Arg. cõtra ſecũdam partẽ diſtinctionis.

Reſponſio Caietani.

Prima ſolutio.

tamen vt ea vtatur contra ius suum. Respondetur ergo secundo, quod vti quenquam iure suo, bifariam intelligitur. Si. n. ius accipiatur pro lege, nemo habet ius peccādi, quo nem nem lex peccare permittit. Si autem ius vniuscuiusque accipiatur pro eo, quod est suum, scilicet quo citra iniuriā vtitur, tunc ille, qui dat pecuniam simoniace, vel ad corrumpendum iudicem, vtitur iure suo, hoc est dat quod suum est, atque adeo nemini iniuriam facit, sed legi, quam quidem ego qui habeo eius depositum, nō teneor vitare.

Solutio secūda.

Ad secūdum. Illicita datio duplex.

Ad secundum argumentum respondet D. Tho. sub distinctionem. Bifariam enim contingit aliquem quidpiam illicite dare. Vno modo, quia datio ipsa est contra legem, sicuti simoniaca, & tūc, quia dans meretur dominium perdere, quod alter nihilo magis acquirit, restitutio fieri debet, nō ei, sed pauperibus. Si vero datio ipsa nō sit illicitæ, sed caussa propter quam datur, vt scorti merces non restitutioni debita. Et quidem secundum membrum adeo liquidū est, vt nullo indigeret examine nisi quidam nuperrimus auctor Cōplutensis hanc Sententiam S. Thom. quę omnium fere est Theologorum, inficias iuissent. Ait quippe meretricem nihil in pretium & mercedē suæ turpitudinis recipere posse, sed tantum donationis via. Itaque si in pretium recipe ret, restituere teneretur. At vero salua egregij doctoris existimatione, ratio eius tam debilis est, quam conclusio falsa. Inquit enim duo esse rerum genera, quæ diuersa ratione non sunt pretio æstimabilia, nempe spiritu lium, quæ ideo pretio non æstimantur, quod omne excedunt pretium, & operum, quæ delicta sunt, qua propter eorum viliratē nullo sunt pretio digna. Porro autem vtrunque membrum falsum est Spiritualia nanque nō illa ratione iniuste venduntur Nam etsi supranaturalia sint, nihilominus quantum ad humanos vsus attine ,emerent illa homines quanto pretio possunt. Vita.n. omne pretium excedit, & tamen homicida condemnatur vt vitā quam abstulit, ad arbitrium prudentum restituat. Præterea, spiritualia quæ habent fructus temporales annexos, possent tunc illa ratione emi, vt sunt sacerdotia Ratio ergo quare spiritualia venalia non sunt, non est nisi quia gratis sunt diuinitus collata. Et ideo dispensatores illorum cū non in peculiare suum commodum, sed in bonum commune ea receperint, debent quæ gratis acceperunt, gratis dare, vt l bro nono latius patebit. Quare scientia quam quis proprie acquirit, vendibilis est. At vero de peccatis, licet ratione culpæ non solum vilia sint nulloque pretio digna, imò abhorrenda & execranda, nihilominus ratione consensus illius, qui suas locat operas, rationeque voluptatis illius qui conducit, quatenus ad humanos vsus accommodantur, possunt mercede & pretio redimi. Quapropter mulier quæ sui corporis copiam facit, mercedem recipere potest pro voluptate quam vir captat, sicut posset, vt prolem illi gigneret Imò utraque ratione posset etiam masculus à fœmina pretium recipere, quin uero æquius, quia plus præbet. Sicuti Alexander in iure naturæ potuit à duce illa Amazone quæ illum gratia recipiendæ prolis inuisit, quod & prece & pretio, ut fertur, impetrauit Nam illi fœminarum generi in more erat pretio accersere uiros qui ad illas ingrederentur. At uero quia fœminis maior in est pudor, ob idque rariores sunt quæ illi turpitudini uacent, quam uiri, pretium ipsæ iustius recipiunt. Item si caussa salutis quispiam emissione illa egeret, posset amplexum illum pretio coemere, & non obstante innatum haberet flagitium Et quod non solum donationis uia, sed & loco pretij id possit recipere, manifeste probatur, quia respublica non solum miseras illas fœminas permittit, sed & pretium eis taxat, id quod nomē ipsum meretricis admonet, dicitur enim à merendo. Et qui illis statum pretium non persoluerit, cogeretur in foro iudiciali, quod non contingeret, si donatio esset. Idque lege, idem si ob stuprum. ff. de condict. ob turpem causam, adstruit, quippe quę ait meretrice iuste recipere id quod pro iniusto accipit. Meretrix enim inquit turpiter facit, quod sit meretrix, non tamen turpiter accipit, cum sit meretrix. Item arguitur contra huius Doctoris assertum, quo ait, si prostituta quidpiam animo recipiendi pretium accipiat ad restitutionem teneri, si uero aīo recipiendi donationē, minime teneri. Arguitur inquā, quia non tam eius mēs existimari dēt qui ipsa traditio, & re uera consuetissimo usu nemo illis donat, sed pretiū soluit, atq; ipsæ id plane intelligūt, quare semper tenentur ad restōnē. Neq; cōtra

Impugnatur Medina

Quare spiritualia venalia non sunt.

Potest uir à fœmina p̄tium recipere.

Alexan. Amazō

nos quidpiã facit l. ſyncera. C de donat. inter virum & vxo. vbi miles donare prohibetur quidpiam meretrici. Illic enim non iuſtum pretium prohibetur, ſed larga donatio, idque in fauorem militis. Nam alij donare etiam illis poſſunt, vt patet l. actiones ff. de donat. Maiori tamen apparentia obijci nobis illud poſſet Deut. 23. Non offeres mihi turpe lucrum, nempe meretricis. Sed tamen neque hoc quidquam euincit. Ibi enim non condemnatur meretricis pretium, ſed propter fœditatem prohibebatur in templo offerri ſicuti & pretium canis, quia nõ erat animal vtile. Vel quod veriſimilius eſt, vt ait illic Ioſephus in more erat vendere coitum canis ad impræ-

Ioſephꝰ. Aliquorum ſententia.

gnandum capram. Ad nullam ergo meretrices reſtitutionem tenentur. Maius autẽ dubium eſt, an aliæ quæ non ſunt publicitus expoſitæ, ſed maiori cum verecundia copiam ſui faciunt, poſſint pretium recipere? Sunt enim qui hoc propterea negent, quod lex non permittit niſi illas quæ ſunt in fornicibus, neqe alij pretium taxat. Porro autem crediderim has multo iuſtius poſſe recipere pretium, quippe quæ ob maiorem honeſtatem pluris ſunt æſtimandæ. Quod ſi de alijs etiam ſciſceteris, quæ neq; publicitus ſunt proſtitutæ, neque ſe tradere conſueuerunt, ſed ſunt puellæ aut maritatæ quæ ſemel aut bis collabuntur. De his .n. maior eſt apparentia, quod non poſſint pretium recipere, ſed teneantur ad reſtitutionem, eo quod non modo non ſunt lege permiſſæ, verum lege agitur contra illas, aut de ſtupro, aut de adultero, neque in iudicio audirentur, ſi promiſſum ſibi pretiũ peterent. Nihilominus & illis quoque liceret pretium recipere, tenebiturque in foro conſcientiæ, qui illis promiſit, ſoluere, niſi exceſſus iuſtæ eſtimationis pro ratione perſonarum immodicus eſſet. Et ratio eſt eadem S. Tho. Nam licet flagitia illa ſint lege vetita, datio tamen non eſt prohibita. Et ideo iuri naturali ſtandum eſt, vtique iure conceſſio illa corporum æſtimabilis eſt pecunia. Atque ad hoc facit l. ſupra citata, idem ff. de condi. ob tur. cau. vbi ei qui aliquid ob ſtuprũ obtulit denegatur repetitio. Sed tamen quantum ad forum iudiciale eſt differẽtia inter has mulierum ſpecies, quod meretrici datur in iudicio actu petendi pretium, ei autem quæ non eſt publico loco expoſita, denegabitur, quia illis ſolis lege decreta ſunt pretia. Vxoris autẽ & virgines non ſolum a iudicio arcentur ne petant, verumetiam in pœnam ſui criminis priuabuntur acquiſito pretio, ſed tamen ante condemnationem iure naturę illis debetur. Quod autem adduci poteſt ex l. Lucius Titius. ff. de iure fiſc. vbi mulier, q̃ marito venenum propinauerat condemnatur vt quę turpiter in adulterio receperat fiſco applicentur, nihil ad rem facit. Primum, quod ante cõdemnationem iure naturę poterat id recipere, deinde quod condẽnata eſt, non ſolum in odium adulterij, ſed & homicidij. Vtrũ autem maritata teneatur pretiũ reddere viro, ſi id ſaluo pudore ſuo poſſet, & filia patri? Reſpondetur idem eſſe iudiciũ atque de alijs, quę operis manuũ ſuarũ acquiſierint. Poteſt. n. clam marito, & filia clam patre, illa in ſuos vſus vtertere, niſi amplã ſupplectilem illa via acquiſiuiſſet, quę idcirco in vſum mariti venire deberet. Haud ergo eiuſmodi mulieres ad reſtitutionẽ tenentur, niſi ab eo receperint, qui non erat ſui iuris, vt amplam pecuniam poſſit illis vſibus expendere. Nã ſi res eſt modica, pro qualitate perſonę, ẽt ſi à filiofamilias recipiat, retinere põt. Nã præſumitur pater ſcire, rataſq; ſubinde habere eiuſmodi expenſas. An vero vice verſa, qui puellam vitiauit, teneatur in conſcientia in totam dotem? Reſpondetur, q̃ ſi ipſa conſenſit, non tenetur de rigore iuſtitiæ ad aliud, niſi ad id, quod pollicitus eſt. Nam ſcienti, & volenti non fit iniuria. Tametſi æquitas honeſtatis ſit, vt ſi illam ob cauſa nuptui tradi non poteſt, aliquid elargiatur. Neque vero ſi ſit ſub cura parentum, tenetur illam dotare, ſecus, ſi inuitam rapuit. Adiecit tamen præterea hoc verbum S. Tho. quod ſi mulier ſuperfluum per fraudem, & dolum extorſerit, tenetur amaſio reſtituere. Vbi notandũ, q̃ ẽt ſi ſuperfluum recipiat, dum tamẽ neque fraus adſit, neq; dolus, nulla eſt neceſſaria illi reſtitutio. Fraus autẽ eſt, ſi v.g. diceret ſe eſſe viro incognita, aut nõ niſi ſemel, idq; à magnate, qua fraude plus extorquere, reſtituere profectò teneretur. Sed ſi falsò dicat ſe perdite illum deamare, aut facetiis, & illectamentis quidpiam extorſerit, fraus illa nõ obligat ad reſtitutionem, q̃m probè oẽs norunt illas eſſe meretricum technas. An verò contra, ſi quis illis ſuperfluum aliquid polliceretur, teneatur, q̃miſſum ſoluere, ñ detur

Sẽtentia auctoris

Aliud dubium

Solutio.

An maritata teneatur p̃tium ſui corporis viro reddere.

De eo qui puellam uitiauit.

Dubiũ. Iuramẽtum de

re illicita nō obligat.

detur teneri in cōscientia, quia ius hoc naturale docet, nisi excessus ad prodigalitatem pertingeret. Nam tunc malè promissum esset, in quo rescindenda esset fides, etiam si cum iuramento esset promissum: nam iuramentum de re illicita non obligat. Neque simile est de illo qui iurauit latroni pecuniam se largiturum ad redimēdam vitam, qm illud licitè potuit iurare. Consultius est tamē in eiusmodi euentibus relaxationē iuramēti procurare. Retrocedendum ergo est ad prius responsionis mēbrum, qñ ſ datio ipsa est illicita, cuinam sit restitutio faciēda, vt in simonia. Harū ergo quæ illicitæ sunt, dationum triplex est differentia. Vno enim modo datio potest esse mala solum ex parte recipientis, vt si cuipiam pecuniam porrigeres, ne peccatum committeret. Et tunc ille qui dat, potest repetere, eo ꝙ alter tenebatur id gratis facere. De quo extat l. vt puta, ff. de condict. ob turp. cau. Ex qua infert glossa, quam Summistæ sequuntur illum qui recipit ad restitutionem teneri. Haud tamen consequentiæ vim intelligo. Imò crediderim tali esse distinctione vtēdum. Aut inquam vitium a quo illum donario meo cohibere procuro, pernicioſum est alteri, aut nullam habet annexam iniuriam. Si enim est iniurioſum ac pernicioſum, vt puta cum amico munus aliquod offero, ne homicidium, aut furtum faciat, tunc mihi postea repetitio dabitur. Atqui hoc tantum exemplum est in lege. Nihilominus si ego non repeto, crediderim ad nullam illum teneri restitutionem. Nam etsi ille gratis teneretur abstinere, nihilominus, quia in gratiam mei abstinet, alioqui mala illa facturus potest iure naturæ pro sua illa voluntate pretium ex me recipere. Quare lex translationem dominij non prohibet, sed repetitionem concedit, vt in ludo diximus, idque in odium illius crimini, ne homines iniurias, quas in alios meditantur, pretio venderēt. Quando vero vitium non est contra iustitiam, at si ego amico quidpiam darem ne scortaretur, profectò non solum ille recipere potest, neque ad restitutionem tenetur, verumetiā, vt credo, neq; daretur mihi repetitio, qm lex illa pœnalis restringēda est ſ a ſuū ipsius exemplum, quod non profert, nisi in vitijs habentibus iniuriā annexam.

Triplices dationes illicitæ. Primus modus. Distinctio notanda.

Secūdus modus.

Secundus ergo modus dationis iniustæ sumitur ex parte vtriusq; ſ tam dantis, quam recipientis, nō quidem quia actio pro qua munus offertur, non sit natura sua pretio æstimabilis, sed quia habet annexam iniuriam contra iustitiam. Vt si litigatur, aut iudici, aut scribæ, aut testi corrumpendo munera offeret, aut assassino, vt hominem interficeret. Tunc enim vterque delinquit, & ideo tam qui dedit, quam qui recepit, eodem pretio iure mulctatur, ac proinde largitio illa fisco iure addicitur, vt patet l. Mulcta. C. de mod. nul. Non quod actiones illæ, puta hominem occidere, aut sententiam in tuum fauorem proferre, non sint natura sua pretio æstimabiles, sed quia actiones iniurioſæ sunt, indignus iure fit ille, qui accipit vt dominium acquirat. Qua perinde ratione intelligenda est lex illa, ff. de verborum obligationibus Generaliter nouimus turpes stipulationes nullius esse momenti, intelligitur inquam quando vtrinque iniusta est (vt lex statim proxima declarat) veluti si quis homicidium, vel sacrilegium se facturum promittat, quia homicidium, & sacrilegium sunt delicta contra iustitiam. De quibus etiam restitutionibus habetur iure Canonico 14. quæstio. 5. can. Non sanè. qui est Augustini. Interrogas autē cum leges istæ, pœnales sint vtrum qui recepit, teneatur ante sententiam restituere? Videtur enim ex his, quæ diximus lib. 1. non teneri. Respondetur nihilominus, teneri Et ratio est, quia lex fecit eum inhabilem ad recipiendum in odium delicti, quod est contra iustitiam, & ideo nullum acquisiuit dominium. Haud tamen tunc tenetur restituere fisco: nam etsi ille inhabilis fieri potuit ad recipiendum quod non erat suum, alter tamen qui dedit, non potuit re sua, nisi per iudicis sententiam expoliari, ob idque antequam condemnatio fiat, restitutio debet fieri domino qui dederat Nihilominus facta etiā restitutione, vbi fiscus resciuerit, recuperabit. Quādo vero delictū non est iniurioſum, optimè transfertur dominium, quia, vt supra diximus, datio non est illicita. Vnde, vt supra citatum est l. Idem, de condi. ob tur. cau. danti ob fluxum pecuniam non conceditur repetitio. Sed nunquid licebit munera iudici, aut alteri iustitiæ ministro ad redimendam vexationem largiri. Apparet. n. id licere, eo ꝙ cuique fas est suum protegere ius. Respondetur autem nemini id licere, quoniam

Turpes stipulationes nullius esse momēti, ex ponitur Dubiū.

Dubiū.

iuſte, quod iuſtum eſt, exequeris, & quoniam lex huiuſmodi largitiones vetuit, ſubinde cohibuit illa via redimere vexationem. Illo enim palliamento multæ fierent corruptiones. Nam cum quiſque in propria cauſa iniquus ſit iudex cuique appareat ius habere certum, atque adeo ſuam vexationem redimere, quæ quidem in litibus maxima pernicies eſt, nempe dum vterque ligantium vt vexationem redimat, vexando præuenit alterum, datque illi cauſſam, vt & ipſe ſuam redimat. Idque vtinam non vſque ad principum palliandas diſcordias procederet. Tertio modo dationem contingit eſſe illicitam, etiam ex parte vtriuſque tam dantis quam recipientis tamen ratio non eſt eiſimilis quæ in proximo membro ſignabatur, videlicet, quod actio, quæ emitur eſt iniurioſa, ſed quia non eſt pretio æſtimabilis, qualis eſt datio ſimoniaca. Quod enim mihi detur pretio ſacerdotium ſi sũ dignus, non eſt alterius iniuria veruntamen quia res illa quæ emitur, non eſt pretio æſtimabilis, propterea quod Antiſtites gratis acceperunt vt gratis diſpenſet, ſit vt qui pretium pro re ſpirituali recipit, nullum adipiſcatur dominium, ob idque ſtatim tenetur ante ſententiam id relinquere. At vero vtrum tunc teneatur reſtituere pauperibus, an ei qui dederat, dubium eſt. Nam à priori parte facit quod iura in pias cauſas iubent fieri reſtitutionẽ, vt can. qui habetis xiiij. q. v. & can. De hoc de ſimo. cautum eſt. Et in foro exteriori eodem modo fieret condemnatio, eo quod qui dedit meretur dominio priuari, immo iuſtius quam qui dedit ad labefactandum iudicem. Sed ab altera parte eſt argumentum, quod nemo expoliandus eſt re ſua, niſi per iudicis ſententiam. De hac ergo re, loco proprio, lib. ix. diſſerendum eſt. Interim tamen ſtando in iure naturali, dicendum quod ante condemnationem faciendæ eſt reſtitutio ei, qui dedit. Caueat ſibi tamen reſtituens, ne poſtea cum in notitiam venerit eccleſiæ, denuo condemnetur.

"Tertius modus dationis illicitæ.

Dubia.

Solutio tertij argumenti trimembris eſt. Aut enim creditor, cui reſtitutio debetur defunctus eſt aut abſens, aut prorſus ignotus. Et quidem loco defuncti hæredes ſubrogantur, qui in triplici ſunt differentia. Aut enim ſunt neceſſarij vt puta quos teſtator niſi legitima rationabiliſque cauſa, exhæredare non poteſt. Quales ſunt parentum filij, ac filiorum parentes alij vero ſuccedunt ab inteſtato, vt fratres & conſanguinei. Sed alij ex teſtamento, vt alieni. Et Quomodocunque quis ſi alterius hæres eidem eſt facienda reſtitutio. Quinimo, vt dicebamus, vt hærede fit ipſi defuncto. Pulſare autem cuipiam conſcientiam poteſt, an qui inueſtigatis hæredibus nulloque inuento, reſtitutionem in pios vſus confert, poſtea reperto hærede, qui inuentus non fuerat, eidem nihilominus debeatur reſtitutio. Apparet enim id ratio poſcere, quoniam ille non debet inſcius & inuitus priuari iure ſuo. Ad hoc reſpondetur, quod quando reſtitutio alicuius eſt ponderis, hæresque non inuenitur coram publica Poteſtate, debet fieri diligentia, & penes ipſam deponendum eſt debitum. Si autem eius authoritate vel in pauperes vel in pios vſus diſpendatur, tunc reſtitutor tutus manet, tam in conſcientia quam in foro iudiciali. In rebus autem leuioris momenti non eſt tam anxia indagatio neceſſaria. Quando vero creditor abſens eſt, tunc quo commodius fieri poſſet tranſmittenda illi eſt reſtitutio. Quid autem ſi tranſmiſſio ſine magno ſumptu fieri non poteſt? Scotus quidem & Richar. in 4. diſtin. 15. aiunt quod quando ingentibus opus eſt ſumptibus, non tenetur debitos illos facere, ſed poteſt tunc in pauperes quantum debet erogare. At vero San. Thom. de ſumptibus nihil meminit, ſed conſulto id contiuit, quia ſimplicem conſtituere regulam non poterat. Eſt ergo diſcretione opus nempe perpendendum, vtrum id quod debes, per iniuriam retinueris, an vero per contractum licitum puta aut venditione, aut mutuato, &c. Si enim per contractum licitum in tuum ius res illa venit, & ante ſolutionis tempus ille receſſit, nullas teneris facere expenſas ad reſtituendum, quia non plus debes, quam acceperis. At ſi ſine illis tranſmittere nequis, vel cuſtodire debes vel apud iudicem deponere. Nam in pios vſus non licet diſpendere, niſi longo expectetur tempore. Si autem per iniuriam id illi debes, puta ſi furatus es aut ſi quamuis iuſte accepiſſes, tamen ante ſolutionem peregre profectus in malas es fidẽ, abſq. dubio teneris ſumptibus tuis reſtitutionem illi mittere, quandoquidem cum ſtringeris indemnem ſeruare quia abi-

De reſtitutione creditoris abſenti facienda Scotus & Richardus Snĩa auctoris.

Ad tertiũ arg. Hæredes triplices ſunt Dubij.

absque ſua culpa ſuo caret iure. De illo vero, qui prorſus ignotus eſt, grauius eſt vſitatiusque dubium. Hic enim articulus ad iſtos coemptores, & negotiatores, ac ſalſamentarios ſpectat qui minutatim quoſlibet defraudant, atque expilant, ac ſubinde ad illos, qui vrbem aliquam iniuſto bello in prædam dederunt. Præterea, ad illos, qui inuenerunt theſauros, de quibus ſub titulo De furto, dicturi ſumus. Huiuſmodi namque debitoribus ignoti ſunt ſui creditores. Primum ergo omnium admonendi iſti ſunt quiſnam dicatur ignotus. Haud enim quicunque cenſendus eſt debitori ignotus, qui in ſua non eſt notitia, neque memoria, ſed ille prorſus qui facta pro ratione debiti ſolerti diligentia, inueniri non potuit. Quapropter antequam hæc fiat indago, non licet in pios vſus reſtituenda diſpenſare, neque compoſitionem facere auctoritate Cruciatæ Bullæ. Illa enim præcisè dicuntur debita incerta, quorum domini poſt vigilantem indaginem, quæ bona fide fuerit facta, inueniri non poſſunt. Quin vero qui per iniuſtam acceptionem æs alienum contraxerunt, ſuis proprijs ſumptibus tenentur eandem facere inueſtigationem. Quocirca vbi ſub dubio compertum fuerit, iſti aut illi certo deberi, nempe cum duo ad tuam tabernam acceſſerint, & certus ſis alterutrum defraudaſſe, licet ſcire nequeas vtrum eorum, teneris nihilominus inter illos aut ſuos hæredes debitum æs diſperiri, quoniam tunc creditor non eſt omnino ignotus. Qua vtique ratione ſunt qui cenſeat eum qui certus eſt cuius ciuitatis fuerit ille cui reſtitutionem debet, ſi ille neque hæredes haberi poſſunt, reſtitutionem debere pauperibus eiuſdem loci.

Dubiũ quando creditor ignotus eſt.

Bulla cruciata

At vero nulla apparet huius neceſſaria ratio, ſed fortaſſe diſtinguere eſt operæpretium. Dum enim exercitus ciuitatem communi nomine fuerit depredatus, tunc, forte ſi ignoti ſunt domini, faciendа eſt vrbi reſtitutio, vt reſpublica ipſa eam diſtribuat. Quando vero non illo modo per iniuriam toti reipublicæ illatam contractum eſt debitum, ſed per iniuriam ſingularium ciuium, non eſt neceſſarium in eodem oppido fieri. Eſt ergo concluſio doctorum omnium quod ignoto domino, faciendа eſt pauperibus reſtitutio, vel potius ipſi in pauperib. ut ſupra dicebamus

Diſtinctio.

Veruntamen quo modus hic reſtituendi de ſua radice innoteſcat, quæritur quo iure pauperibus elargienda ſint quæ incertis dominis debentur. Vtrum ſit naturale, diuinumve, an humanum? Quis iniquam illos fecit huiuſmodi creditorum hæredes? Et arguitur ſic Obligatio reſtituendi iure naturæ vniuerſos obligat mortales, ſiue Chriſtiani ſint, ſiue ſola lege naturæ viuentes, natura autem non docet, ignoto domino pauperibus id deberi immo videtur tunc res tranſire in ius poſſidentis. Habetur enim Inſtit. de rer. diuiſio. quod res cuius non eſt dominus, occupanti conceditur, quando autem dominus non comparet, perinde habet ac ſi non eſſet. Præterea quod reſtitutio fiat pauperibus, ſola lege canonica introductum eſt, vt patet cap. Cum tu de vſu. & can. Non ſane & Qui habetis, 14. quæſt. 5. Pontifices autem non potuerunt inuitis dominis præter ius naturę debita incerta in vſum pauperum addicere. Nam ante illa ſancita decreta, non appare eiuſmodi reſtituendi modus fuiſſe neceſſarius. Ad hoc primum omnium reſpondetur, eiuſmodi incerta debita ſi ius tantum conſulas naturale, in vſus communes reipublicæ cedere. Nam cum res vniuerſæ, vt lib. precedenti dictum eſt traditę in communi ſint humano dominio, quarum diuiſio iure gentium facta eſt, ſicut dum expectatus legitimo tempore dominus non comparet, iterato veniant in vſum publicum. At vero quoniam Chriſti vicarius tota reipublicæ Chriſtianæ curam pauperum gerit, & merito potuit hæc bona quaſi communia reipublicæ pauperibus applicare, qui eiuſdem reipublicæ ſunt egena membra. Idque Alexand. ſub anno Domini 1170. faciendum Salernitano Archiepiſcopo iuſſit, vt patet dicto capitulo Cum tu. de vſur. Non tamen quod ipſe fuerit primus rei huius auctor, ſed exemplo adductus eſt antiquiſſimorum ſanctorum, Auguſtini ſcilicet, vt cano. citatis, 14. quæſtio quinta, conſtat, atque aliorum. Quin vero & naturali iure edoctus & Euangelio. Nam quod cuique ſupereſt, erogandum eſt in pauperes, eiuſmodi autem bona redundare cenſentur in republica.

Dubiũ.

Reſponſio.

Exquo ſequitur primo dominium harum rerum non tranſire in pauperes, ac ſi

creditorum hæredes eſſent, ſed dum ipſis datur quaſi creditoribus ipſis ſoluitur. Et tunc per dationem ipſam acquirunt verũ dominium, quaſi Papa tunc dominiorum nomine illis tribuat. Subſequitur deinde ſecũdo quod dum reſpublica in alios pios illis debitis eguerit, ceſſat tunc ius erogandi pauperibus. Et poteſt reſpublica illa in tales vſus conſumere. Nam ius poſitiuum non potuit naturali derogare. Ob idque princeps tunc ſecularis forte poteſt incerta ipſa debita exigere & compoſitionem facere, puta pro certa quota reliquum remittere. vt facit Papa, vt illico dicemus. Quod ſi ſciſciteris an quiſque priuatim poſſit illa quæ debet, vt libuerit, in pauperes diffundere. D. Th. nihil hic de hac re faſſus eſt tamen in 4. diſt. 15. q. 1. art. 5. ait debere fieri reſtitutione ſecundum arbitrium epiſcopi vel illorum ad quos pertinet cura ciuitatis. Vbi inſinuare videtur rempublicam ipſam talem habere facultatem. Scotus vero eadem diſtin. quæſt. 2. negat id eſſe neceſſarium, immo ait per ſe quemque id exequi poſſe, quem Richar. ibidem ſequitur, arti. 5. q. 4. Crediderim tamen, vbi modica eſt reſtitutionis quantitas, per ſe quemlibet reſtituere id poſſe. Cum vero res eſt cumulatioris pretij, conſilium eſt vt arbitrio prudentis confeſſari fiat, immo poſſet tam ingens eſſe, vt conſulendus etiam eſſet epiſcopus, vt eius prudentia commodius reſtitutio fiat. Haud tamen id ceu de neceſſitate ſalutis aſſeruerim. Neque S. Thom. diuerſum docuit, maxime cum in Summa de hac reſiluerit. Vtilior autem erit reſponſio, vtrum ipſe qui æs habet ignoti domini poſſet ſibi partem capere dummodo ſit pauper, vel ſuis conſanguineis & familiaribus elargiri. Caietan. quidem id abſolute affirmat, ego vero abſque temperamento non auderem. Si enim hanc facias vnicuilibet licentiam, illico ſibi ſuiſque effinget paupertatem pro ratione ſui ſtatus vt aiunt. Igitur vbi neceſſitas non fuerit patentiſſima & clariſſima, nemo tuto poteſt ſibi vſurpare quod reſtituere debet, licet poſſit reſtitutionem differre. At ſi cogitat ſibi capere, id debet facere auctoritate epiſcopi, aut ſui paræciani curati, aut confeſſarij, ſi prudens eſt & ſapiens. Idque, tunc fieri licebit quando grauiores aliæ miſeriæ pauperum non ſe oculis obijciãt. Quando vero auctoritate prælati aliqua ſibi eleemoſyna ex ijs quæ debebat applicatur, vere fit eius dominus, neque ueniens in pinguiorem fortunam tenetur id amplius reſtituere. Per contraris autem de compoſitionibus iſtis quas nuperrime nominauimus, ſint ne licitæ, vt Cruciatæ forma habet, nempe vt qui in certa debita contraxerit, certam ſoluens portionem liber fiat à reliquo debito. In huius reſponſione interrogationis illud ſemper optima fide cauendum eſt, ne quiſpiam ſeipſum ſeducat, arbitratus quidpiam cenſeri incertum antequam diligens peragatur indagatio ad comperiendum debitorem. Hoc autem ſuppoſito nulla eſſe videtur ambigendi ratio, quin ſi legitima adſit cauſa, poſſit Summus Pontifex eiuſmodi compoſitiones facere, quando quidem iure naturæ, vt dictum eſt illa bona ſunt reipublicæ, quæ tunc in tales vſus illis indiget. Quin vero vt proxime inſinuabam, quando Reipublicæ neceſſitas eſſet apertiſſima, rex quoque forte poſſet id facere. Tametſi qui a Summus Pontifex iuſtior eſt eleemoſynarum iudex, neque cauſſa, ita ſemper eſt euidens, ille adeundus eſt, cuius auctoritate id fiat. Quod ſi quis arguat, ignotos creditores fortam non conſentire id negatur, immo conſentire videntur, quia illa habent pro amiſſis, & liberius quiſque ac gratanuus contribuent centum quæ pro perditis omnino ducit, quam quatuor quæ habet in crumena. Et quamuis non conſentirent, reſpublica id poteſt facere. Sed rurſus arguis, quamuis illa Papa colligere poſſit, qua tamen habet facultatem remittendi partem? Reſpondetur quod tãquam legitimus iam tunc bonorum adminiſtrator propter ingruentem inſtantemque publicam neceſſitatem, vt facilius expedituſque fiat collectio, poteſt partem cõdonare vt reliquum ſoluatur. Hactenus de iure. De facto nanque & executionis modo nihil loquimur. Aequitas enim iuris huius hæc eſt vt per eiuſmodi compoſitiones tanta cõficeretur pecunia publica quæ vel alia tributa vel bonam eorum partem poſſet excuſare, idque ſic fieret, vt non offerretur iniquis ſuæ iniquitatis anſa, & tamen ex centum & quinquaginta argẽteis quæ reipublicæ pauperibuſque debentur, tantum colligere duo, ac remittere reliqua plus detrimenti offert pauperibus, quorum Papa eſt pater, rexque patronus quã

Dubiũ D. Tho.

Scotus.

Richar. Sẽtentia auctoris

Dubiũ.

Caieta.

emo-

emolumenti in bonum pulicum conferrat. Præterea præſentiſſimum creatur periculum iſtis coemptoribus & raptoribus vt huius fiducia nihil faciant quoſcunq. paſſim defraudare. Atque idem periculum fit inde præſentius quod certi ſunt tertio quo quo anno eiuſmodi indulgentias prouenturas. At vero bellorum frequentias quæ non tantum ab infidelibus nobis in dies in gruunt, huius inter alia nobis ſunt cauſſa, mali, vt in conquirendis, vndique ſubſidijs modum non permittat. Quocirca neq. nos in quem quam obloquimur, quia neq. noſtra eſt auctoritas tanta neq audacia. Sed tamen poſtquam ius probamus, admonere ſubinde cogimur fraudatores iſtos publicos, coemptores in quam ac negotiatores ne fiducia iſtiuſmodi immodicæ remiſſionis freti contrahere fraudibus pergant æs alienum, quod ſi fecerint, reſtituere non tardent. Nam qui propoſitum non habet reſtituendi quouſq. veniat indulgentia, in peccato mortali ſe ſciat perſiſtere, quoniã habita reſtituendi opportunitate, per nullum tempus licet alienum retinere.

Adquartũ argu. Ad quartum argumentum reſpondetur, vnumquemque de his quæ ſibi propria ſunt arctius ſtringi parentibus ſuccurrere quam alijs, ea vero quæ aliorum ſunt, potius illis ſunt rependenda quam impendenda parentibus, niſi forſan, vt ait S. Th. in caſu neceſſitatis extremæ, in quo poſſet & deberet quiſque etiam auferre aliena, vt patri ſubueniret. Contra hoc autem poſtremum verbum de tempore extremæ neceſſitatis dubia exiſtunt nonnulla. Atqui vt inde exordiamur, vbi patentior eſt dubitandi ratio, quæritur vtrum debitore & creditore extrema neceſſitate coactis teneatur debitor creditori præ ſeipſo ſuccurrere, an potius ſibi ipſi illo neglecto? Et quidem Scotus 4. diſt. 15. q. 2. hac vtitur diſtinctione. Si creditor in neceſſitatem prius incidit, tenetur tunc debitor illi ſoluere, ſi vero prius debitor, tenetur ſibi prouidere. At qui ambo hæc membra adeo ſunt certa, vt de neutro poſſit vllus dubitare. Nam etiam ſi nihil extrema patienti deberes, cogeris illi ſuccurrere, & quando tu eadem neceſſitate ſtrangularis, quamuis nihil tibi alius deberet, teneretur tibi. Quando autem ſimul eadem neceſſitas ambos occupat, tũc ait Scotus debitorem, vita propria poſthabita debere creditori quod ſuum eſt, redde re, quare homicida, inquit, eſſet, ſi ſibi tũc vſurparet. Neque deſunt alij quorum eſt Richar. qui in eius ſentẽtiam ſubſcribant. Et ratio eius eſt hæc, quod cum ambo neceſſitate pares ſint, hoc iure creditor debitorem ſuperat, quod res illa neceſſaria, nẽpecibus aut pecunia quam debitor retinet, ipſius eſt, ſcilicet creditoris. Et potuiſſet ſuam præterea opinionem inde ſuffulcire, quod in tali neceſſitate neuter poſſet ab altero, quod ei neceſſarium erat, eripere. Ex quo fieri videtur conſequens, vt neque debitor tunc retinere id poſſet, quod alterius eſt. Idem enim eſſe videt ac ſi ab ipſo id eriperet. Nihilominus contraria ſententia non ſolum multo eſt probabilior, verum proculdubio complectenda. In primis S. Thom licet non id expreſſe aſſerat, inſinuare tamen illam videtur, quandoquidem abſque vlla exceptione ait, quod caſu extremæ neceſſitatis citius debitor deberet præſidio eſſe parentibus, & a fortiori, ſibi. Quare Caiet. eandem amplexus eſt ſentẽtiam. Ratio autem eſt hæc, ab illa Scoti diuerſa, Ambo ſunt neceſſitate pares, & poſſidenti is condõ quæ melior ſemper eſt, plus debitori fauet, quam fauebat creditori rem ſibi eſſe debitam, ergo ſibi potius debitor conſulere debet, ſaltem poteſt, quam creditori. Enimuero tam intime innatum eſt homini generaliſſimum illud rerum omnium deſiderium, ac ſubinde ius ſeruandi ſeſe, vt nulli quidquam tunc plus debeat, quam ſibi ipſi. Quocirca ſiue per contractum licitum id ab altero acceperit, ſiue per furtum aut rapinam, ſiue in mora ſit ſoluendi, ſiue ſecus, in ſumma quomodocunque illuc alteri debeat, ius ſibi retinendi natura ipſa concedit. In tali enim caſu vniuerſa cant alia debita. Quare etiam ſi iureiurando te adſtrinxiſſes ſoluere illa die, iure naturæ intell gebatur facta exceptio extremæ neceſſitatis. Et confirmat ſententia hac ratione, ni fallor, manifeſta. Iure naturæ vt dictum eſt, omnia ſunt communia, ſed iure gentium, rerum dominia diuiſa ſunt, ius autem gentium nequit extremæ neceſſitati præiudicium facere, atq. adeo illa preſente, quantum ad vſum, omnis ceſſat vis peculiarium dominiorum, ac ſubinde debitorum. Quocirca etſi dominus prius in neceſſitatem illam extremam impegiſſet, qua ratione ſub reatu homicidij teneret illi, quod debebam ſoluere. Si ta

Dubiũ.

Scotus.

Snia auctoris. S. Tho.

Caieta.

men non ſolui, & poſtea ego in eandem incidi neceſſitatem, iam nunc nō teneor. Reſpondetur ergo, ad argum. quod faciebamus, diuerſam eſſe rationem, tunc rem poſſideas quando extreme pateris, an alter qui ſimile patitur. Si enim ille poſſidet, tu non poſſes ille ſurripere, eo quod tunc ſurripere eſſet occidere, quia eſſet vera actio, qui vitam alteri directe adimis, ac ſi hominem ſtrangulares. Quando vero tu poſſides, id eſt, penes te rem quomodocūq. habeas, nō agis, ſed tantū ceſſas ſuccurrere, cū poſſis. At vero non ſuccurrere, cum poſſis, non eſt directe occidere, neq. vero per accidēs, niſi quādo teneris ſuccurrere, & in tali caſu nō teneris. Sic enim intelligendū eſt Ambroſium verbū, Quem pacere potuiſti, ſi nō pauiſti, occidiſti. Intelligitut enim quando nō te aliud ius excuſabat. An vero parente tuo ac tuo pariter creditore in eandem extremam neceſſitatē coniectis tenearis potius patri quam creditori? arbitror problema eſſe in vtranq. partem probabile. Etqui dixerit, creditori bona quidē ratione tuebitur. Nam ſolū illud ius, quod vnuſquiſque habet ſeipſum ſeruandi, videtur in tali caſu vſum alienæ rei debitori vendicare. Qui vero crediderit parenti potius, & ipſe quoque pietatis officium prætexere ſibi poterit. Nā fere idem eſt patris ac tuam ipſius vitam ſerua e. Sed tunc idem crediderim & vxore & filio. Nam ad fratres minime liceret idem protendere ius. Vtrū vero qui extrema ſuppreſſus egeſtate, rem inuenit, quem alteri vel antea debebat, vel tūc arripit, debito abſoluatur, an vero poſt ditior ſoluere nihilominus obligetur, decidere ſupereſt nam quod prorſus abſoluatur, argum. eſt, quod ſi tunc ab altero eriperet, non teneretur Ad hoc ſcite Scotus loco citato per hāc diſtinctionem reſpōdit. Si ille virtute alius contractus rem illam ante extremam neceſſitatem debebat, non fit à reſtitutione immunis, ſed ſi tunc accipiat, non fit reſtitutioni obnoxius. Et ratio eſt in promptu, quia cū in extrema neceſſitate omnia ſint communia, tunc qui capit nullum contrahit debitum. Nihilominus ſi debitum erat contractum, non eſt cur diſſoluatur præcedens vinculum, manebit ergo. At vero Adrian in materia de reſtitutio, huiuſmodi diſtinctionem non admittit, ſed abſolute tenet, illum qui extremæ ſubditus neceſſitati, aliena capit, pinguiori arridente ſortuna ad reſtitutionem teneri. Cui & ſui aſſeclæ non deſunt. Quin vero eius opinionem corroborant. Et pondus ſuorum argumentorum huc propendet, quod in extrema neceſſitate non omnia ſunt communia, quantum ad dominium. Nam alias qui tunc indigenti non ſuccurreret, ad reſtitutionem poſtea teneretur, quod re vera non eſt credendum, eo quod ſuccurrendi præceptum non eſt iuſtitiæ, ſed charitatis. Sunt ergo non aliter communia, quam ad vſum, quod fieri videtur vtranſacto vſu, tenearis ad reſtitutionem rei. Secundo arguitur. Extreme indigenti abunde ſubuenitur per rem mutuatam, nemo ergo tenetur ſimpliciter dare, atq. adeo qui rem conſumit, ſubiectus manet reſtitutioni, Et tertio. Extreme indigenti non tenetur medicus ſuas gratis impendere operas, neque pharmaco polæ ſua donare pharmaca. Satis enim eſt ſi ſolutionem expectent. Accedit & tex. can. ſi quis de furt. Vbi habetur, quod qui propter neceſſitatem famis aut nuditatis aliena occupauerit, ſi poſtea ablatum reddiderit, non cogatur ieiunare. Vnde à contrario ſenſu colligitur, quod ſi non reddiderit, ieiunare cogatur. His nihilominus nihil obſtantibus perſiſtendum eſt in priori ſententia, dumtamen recte explicetur. In primis, quando res eſt parui momenti, omnes fatentur nullam reſtare reſtituendi obligationem, ſed ſi res qua extreme ille indiget, maioris eſt exiſtimationis, conſiderandum eſt ſitne ille ſimpliciter indigens, nempe qui nullibi habeat vnde ſoluere poſſit, an vero licet id hic non habeat forſan habet alibi vel ei debetur hic enim non eſt cenſendus ſimpliciter indigens & ideo ſatis eſt ſi quis ei credito mutuet vnde ſuę neceſſitati occurrat. Sola enim abſoluta neceſſitas ius in tali caſu accipiendi alienum facit. Si autem ſit ſimpliciter indigens circa controuerſiam eſſe debet, quod ille nulla manet obnoxius reſtitutioni, ſi rem qua indigebat in ſumpſit. Enimuero licet ita ſit, quod tunc ſolum ſint omnia communia, quantum ad vſum tantum, quia in his quæ vſu conſumuntur, ad vſum lege nature ſequitur dominium, vt puta ſi ſit cibus, aut potus, aut pecunia, qui accipit, fit dominus. Et in hoc, ſi nos fallimur, contraria opinio ſuos decipit eſſe enim communia omnia quo ad vſum, eſt quod tunc poſſit indigens res alienas

Ad arg.

Ambr.

Dubiū.

Proble-ma.

Dubiū.

Scotus.

Adria.

Explica tur opinio. Scoti.

alienas insumere, ac si suæ essent. Atque adeo non tenetur creditor recipere, sed alter tenetur gratis dare. Si vero res esset, quæ non vsu consumitur, tunc cessante necessitate teneretur illam reddere, vt si quis equo alieno vteretur vt periculum mortis effugere, aut si indigeret lecto tempore infirmitatis. Per hoc respondetur ad argum. de medico, deque pharmacopola. Porro namque si alter extreme indigeret sua opera vel sua medicina teneretur sub peccato mortali, licet circũstãtes tenerẽtur nihilominus eodẽ legamine contribuere, si res esset adeo pretiosa. Tametsi in his medicinis subtrahendis non adeo sequens contingit culpa sicut in cibo, ac in alijs rebus, quia non ita esse solent necessariæ, neque misericordiæ vinculum obligat, vt morti pauperis admodum pretiosa medicina occurratur, tantave medici solertia. Quod autẽ ex c. si quis. de furt adductum est, nihil sane ad rem pertinet, planum quippe est illic mentionem non fieri necessitatis extremæ, vt bene ait glos. sed leuioris. Ait siquidem tex. Si quis propter necessitatem occupauerit, &c. pœniteat hebdomadas tres, & liquidum est quod cum in extrema necessitate alienum occupare, nulla sit culpa, nulla imponeretur pœnitentia.

De medico, & pharmacopola.

SOLVTIO quinti argumenti in lõga nos hinc transmitteret disputationem de restitutione bonorum clericorum, quæ non rite expenduntur, sed in malos vsus dissipantur, nisi latissimus esset de hac nobis habendus sermo, lib. 9. & 10. à quo ideo impræsentiarum supersedẽdum est. Quod autem ad rem præsentem attinet trifariã prælatus res ecclesiæ vsurpat. Vno quidem modo, si res illa non sibi deputata est, sed alteri puta capitulo. Et tũc qui res illas ab illo præfecto receperit, siue dono siue præcio, tenetur eas ratione rei acceptæ restituere vero domino. Si vero res ecclesiæ, cuæ sub sua sunt administratione, vt si exẽplum ponamus fabrica, vel in alijs, alienauerit in consanguineos vel in alios, illis tenentur restituere, non episcopo, ne illas iterum dissipet, sed Ecclesiæ, vt in deposito sint vsque ad futurum possessorem.

Dequinto arg.

Trifariã post plãtus res ecclesiæ occupare.

Sed si penes illas se retinet & veluti proprias possidet, satis est vt animum illum deponat.

ARTICVLVS II.

Vtrum ille qui accipit, tenetur semper restituere.

POst circunstantiam cui sequitur quis de qua sunt duæ quæstiunculæ. Prior huius secundi articuli est, vtrum vniuersim qui accepit, quisquis ille fuerit, teneatur restituere? Et arguitur a patre negatiua. Restitutio (quod identidem repetimus) est æqualitatis constitutio, quæ scilicet ab eo subtrahitur qui plus habet, & ei apponitur qui habet minus. Vsu autem sæpenumero venit vt qui rem sustulit, citra suam culpam sit illa priuatus, vt si quis ab eo eandem surripiat, ergo tunc non tenebitur eandem restituere. Secundo. Nullus tenetur suum prodere crimen, secundum illud Chrysostomum. Non tibi dico vt te prodas, contingit autem quandoque vt debitor citra suam infamiam restitutionem facere nequeat, ergo tunc iugo restitutionis liberatur. Tertio, Vna res vna simplici restitutione contenta est, contingit autem nonnunquam, vt quam multi furati sunt, vnus in integrum restituat, ergo alij tunc ad nullam amplius restitutionem tenentur atque adeo non omnis qui rem sustulit. ad restitutionem obligatur. In contrarium autem est quod ille qui peccat, satisfacere pro culpa tenetur, culpa autem vt ait Augustinus, non dimittitur nisi restituatur ablatum, ergo eidem incumbit restitutionem facere.

Distinctio.

Quæstio hæc in materia restitutionis egregium obtinet locum. Ad quam ideo distinctione præmissa quattuor conclusionibus respondetur. In eo namque qui rem occupat alienam, duo est considerare, scilicet & actionem quæ eam accepit, & rem ipsam. Est ergo prima conclusio. Quicunque penes se rem habet alienam, ratione rei ipsius, quæ accepta est: tenetur eadem vero domino restituere. Probatur. Quicunque enim habet vltra id quod suum est debet illi reddere cuius est, hoc enim ratio iustitiæ commutatiuæ exigit, quippe cuius officium est æqualitatem inter eum constituere, qui minus habet.

Prima conclu.

habet, & eum qui plus. At vero acceptio ipſa triplex eſſe conſueuit. Quandoq. namque eſt iniurioſa nempe quæ inuito domino, fit qualis eſt furtum & rapina. de quo membro ſtatuitur ſecunda concluſio. Qui cunque rem per iniuriam accepit, tenetur eandem ratione acceptionis reſtituere, etiam ſi illam iam apud ſe non habeat, ſed forte ſibi furto ſublata ſit. Probatur. Quicunque alteri iniuriam intulit, tenetur eãdem retarcire, etiam ſi nulla ſibi fuerit inde lucri acceſſio facta, eo ſcilicet quòd alteri vel famam vel honorem abſtulit, ergo eadem ratione qui rem in iuſte eripuit, quando quidem in te illa damnum dedit, reſtituere iure cogitur. Secundo modo. Actio illa citra donatione accipiendi iuſta eſſe potuit, atque in vſum & commodum ipſius qui accepit, vt cum quis rem ſuſcepit mutuatam, vel credito emptã. de quo ſubijcitur concluſio tertia ſuperiori ſimilis. Quicunque hoc modo rem accepit, tenetur eam vel pretium reſtituere, non ſolum ratione rei acceptæ ſi apud ſe perſeueret, verum & ratione acceptionis, etiam ſi illam qualitercunque amiſerit. Concluſio eſt clara, nam qui alienam rem iuſte citra donationem in vſum ſuum accepit, nõ ſolum propter beneficium acceptum, ſed de iuſtitia obligatur illum indemnem ſeruare. Tertio modo. Acceptio etiam iuſta eſſe poteſt ex voluntate domini, quæ tamẽ nõ vergit in vtilitatem recipientis, ſed in rem ipſius qui dedit. De quo adhibetur quarta eademque bimembris concluſio. Nemo qui ceu depoſitarius rem alienam ſeruat, tenetur ratione acceptionis illam reſtituere, ſed ratione rei quam habet acceptam. Quare ſi citra ſuam culpã illam perdiderit nulli reſtat reſtitutioni ſubditus, ſecus autẽ ſi magna ſua culpa illa amiſerit. Probatur prior pars contrario modo quam tertia, Qui illo modo rem accipit, niſi pretio cuſtodiæ ſuſcipiat, vel aliter ſe ſeruare conſtrinxerit, non fit eiuſdem rei cuſtos ratione iuſtitiæ, ſed ex gratia & beneuolentia, & ideo ſi abſque ſua culpa res perdatur, nõ ipſi ſed domino perijt. Secundæ vero partis probatio eſt. Quod iure naturæ (vt regula habet iuris) qui cauſam damni dat dãnum dediſſe vꝛ. Quare ſi tua grauis culpa in cauſa fuit vt res periret. reus inde fit dãni repenſandi. Vt autẽ concluſiones iſtæ ſuo ordine examinentur, ex duabus priori bus regula cum primis colligenda hæc eſt. Omnis reſtõnis obligatio ex altero duorũ capitum, enaſcitur, videlicet aut rõne acceptionis, etſi rem non habeas, & rõne rei acceptæ quã habes, licet illam non acceperis. Quare ſi accepiſti & habes, vtroque es funiculo colligatus. Nomine autẽ acceptionis quæcunque actio intelligenda venit per quam damnũ dediſti, aut iniuriam irrogaſti, etiã ſi nihil fueris lucratus, vt ſi incendiſti alienas ædes, aut contumeliatus es. Quo fit rurſus, vt quocunq. res in tuam poteſtatem venerit, ſ. iuſte aut iniuſte pretio aut gratis, cum primum reſciueris, eſſe alienam, teneris dño reddere non ſolum charitatis iure, ſed etiam iuſtitiæ. Vt ſi ab illegitimo poſſeſſore, v. g. a latrone, vel furto, vel dono, vel mutuo, vel in depoſitũ receperis, vel pretio emeris, reperto dom no tenearis illi conferre, niſi ius tibi forte fauerit præſcriptionis. Probatur cõclõ. Duobus tantum medijs, q. ſ. diximus rem legitime poſſideri, ſ. aut domini voluntate, aut legis permiſſu. quocunque autẽ ab illegitimo poſſeſſore rem ſuſceperis neutra iſtarum cãrũ interfuit, quia neque verus dominus annuit, nec lex conceſſit, nullatenus ergo dominium nactus es, atque adeo reddere dño cogeris. Quod ſi non feceris, cum ſine tuo magno detrimento vt ſupra diximus, id exequi poſſis, ſed illegitimo reddideris poſſeſſori, reſtitutioni manes obnoxius, quandoquidem de iuſtitia tenebaris Crediderim tamen in hiſce reſtõnibus accidere poſſe ignorantiam iuris, quæ ſi excuſat à culpa, excuſabit ſubinde à reſtitutione. Haud. n. tenetur plebeius quiſque has iuris ſubtilitates ſcire. Et ideo qui. n qui à latrone receperit ignorans, & bona fidei eidem reddiderit, non eſt in conſcia reſtituere cogendus. Exceperim præterea ius præſcriptionis, quoniam poſtquam emptionis titulo aut donationis, qui legitimus eſt, rem bona fide, iuſto legis tẽpore poſſediſti, licet tibi poſtea innotuerit eſſe alienam, immunis es à reſtõne Secus, ſi furto eam ſuſtuleris, quia ſp caruiſti titulo, ideoq nunquã præſcripſiſti. Ratio hinc tñ dubitandi exurgit, quidnã hic rei noïe ſit intelligendũ vtrũ. ſ. res ipſa precisè, an vero ẽt fructꝰ. Et loquamur, exempli gratia, de illo qui non ratione acceptionis, ſed ſolum ratione rei acceptæ tenetur. Emi fundũ a latrone qui mihi fructus tulit, vtrum tenear etiam fructus

Acceptio triplex.

Secũda concl.

Tertia conclu.

Quarta conclu.

Regula notãda

Qui excuſetur à reſtitutione.

Dubiũ quid rei nomine intelligatur.

Regula notãda iuris.

fructus reſtituere? Ad hoc reſpondetur per regulam iure ſolennem, ac celeberrim. m. Quicunque ſolum ratione rei acceptæ reſtitutioni ſubijcitur, tenetur rem, ſeu id quod illius habet, & quicquid quo per ipſam factus eſt ditior, reſtit. ere, non tamen illud quod bona fide conſumpſit per quod non eſt factus locupletior. Regula eſt iuris ff. de petit. hæred. l. Item veniunt. § præter hæc. qua regula ait gloſſ. nullam eſſe veriorem. Et l. ſed & ſi. l. eodem titulo. Exempli gratia, teneris reſtituere fructus arui alieni, non ſolum quos habes, ſed quos illi conſumpſiſti vſibus, in quibus niſi illos haberes fructus, alios inſumpſiſſes, deductis tamen expenſis, & laboribus. Si tamen illos ideo conſumpſiſti, q̃ v.g. amplus fundus tibi donatus eſt, cuius donatione ductus ſtatum mutaſti, & ſplendidius vixiſti, tunc ſanè non teneris, niſi eo quod alias conſumpturus eras. Pari modo ſi veſtem ſericam vili a latrone emiſti qua ratione illam vſu attriueris, cum alias non induereris ſerico, non teneris, niſi ratione veſtis, quam indui ſolebas. Similiter ſi donato tibi a latrone equo vſus es non in neceſſarijs caſibus ad quos equum, vel emiſſes, vel conduxiſſes, nihil pro vſu teneris reſtituere, quia non es factus locupletior. Secus autem ſi eius operas locaſti, quibus factus es ditior, tunc enim deductis ſumptibus in reliquum teneris. Pari modo ſi furtiuas eſcas inuitatus a latrone bona fide inſumpſiſti, in nihilum poſtea teneris, niſi domi eras aliquid inſumpturus. Ex quo fit, quod ſi rem illam, quam ab illegitimo poſſeſſore bona fide accepiſti, citra magnam culpam tuam amiſiſti, nulli manes reſtitutioni ſubditus, Vice verſa, ſi rem furtiuam quam do no receperas, pretio vendideris, teneris poſtea idem pretium reſtituere, vtpote per q̃ factus ex ditior. Intellige autem ſi factus es locupletior ex re ipſa: nam ſi ex tua induſtria id tibi accreuerit, ad illud reſtituendum non perſtringeris? Vt ſi pecunia aliena negotiando tuam auxiſti ſubſtantiam, de ſolo capitali teneris. Per hæc ergo de cæteris conijcito. De illo autẽ, qui per iniuriam rem alienam retinet, alia eſt ratio, tenetur quidem de damno emergente, & de lucro ceſſante, vt ſub titulis de furto, & de vſur. iterum videbitur, atque de omnibus fructibus quomodocumque illos conſumpſerit. Non autem de illo lucro quod per ſuam induſtriam per furtiuam pecuniam acquiſierit, vt locis citatis locupletius monſtrabitur. Contra hanc autem deciſionem eſt argumẽt. illum qui rem a latrone bona fide emit, non teneri gratis reddere vero domino. Dictum enim eſt articulo præcedenti, ratione rei acceptæ neminem ad reſtitutionem cum magno ſuo detrimento obligari, nemo ergo tenetur ſine ſua culpa ſecundum conſcientiam diſpendium pari pretij, quod expendit. Si furto inquam, vel mutuo, vel dono accepit, bene quidem, de emptore autem alia eſſe videntur ratio. Ob hoc fortè non deerit, qui abitietur licere, tunc emptori rem latroni reddere, vt pretium recuperet, nihilominus id falſum eſt. Licitum quidem ei eſt, ſi fieri poteſt, latronem conuenire, & capere a quo pretium extorqueat, tamen periculo rem exponere, vt in manus domini non veniat, non eſt licitum. Res enim ipſa in cuiuſcumq; poteſtate ſit reum eum facit reddẽdi legitimo domino. Quod ſi nõ faciat, ad reſtitutionẽ obligatur, vt ſupra dictum eſt. Et cõfirmatur hæc veritas Nam ſi latro diſparuiſſet, vt comparere non poſſet tunc qui rem emit, debitor eſſet domino eiq̃ue in foro iudiciali compelleretur rem cum iactura pretij exhibere, quod vt ſupra diximus ſignum eſt teneri illum de iuſtitia, ob id autem quòd reperiri latro poſſit, idem dominus nullum ius amiſit, ergo etiã tunc tenetur domino. Et cõfirmatur. Nam ſi in foro iudiciali compertum eſſet illum emptorem, poſtq̃ certo ſciuit rem eſſe alterius domini tradidiſſe latroni, conuinceretur domino ſoluere. Quocirca, quando diximus non teneri poſſeſſorẽ rei alienæ, ratione ſolũ rei acceptæ reſtituere cũ ſuo detrimẽto, intelligitur de illo detrimento, quod ab alio timet, videlicet quo impeditur ipſa reſtituẽdi actio, nõ aũt de iactura, quã ipſe fecit emẽdo. Quicũque enim ſibi videat, dum emit ſciens illo periculo emere, vt ſi res aliena ſit, pretium amittat. Quid autem iuris ſi ille qui a latrone rem mercatus eſt alteri bona fide vendidit, vtrum ſciẽs poſtea eſſe alienam, contractum teneatur reſcindere, reddereq̃ue pretium ſuo emptori, & rẽ domino? Apparet non teneri quandoquidem neque tenetur ratione acceptionis quippe cum neq; ipſe rem accepit, nec fraude vendidit, neq; ratione rei acceptæ,

Arg. cõtra.

Dub. de vẽdente bona fide rem a latrone emptam.

De retinẽte per iniuriã rẽ alienam.

si quidem neque eam habet, neq; per eam factus est ditior. Supponamus enim tanti vendidisse quanti fuerat mercatus. Nam si pluris vendidit, haud dubium quin illum pretij excessum teneatur domino reddere, eo quòd pars illa rei penes se est Argum. sanè est, quod posset multos decipere. Nam si res illa, vt supra diximus, primo emptori citra suam culpam fuisset furto sublata, vel bona fide consumpta. taliter vt non esset factus ditior in nihilum teneretur. Cum ergo bona fide vendidit, idem apparet iudicium. Nihilominus respondetur, quòd etsi domino eiusdem rei non maneat obligatus, vt argumentum conuincere videtur, tamen tenetur emptorem suum indemnem seruare. Et ideo cum sciat nullum in eum tranſtulisse dominium, sed iure restituendi periclitari, iure cogitur suum ei restituere pretium. Perinde ac si à latrone vitrum pro pretiosa gemma magno emisset, eodemque pretio bona fide rursus venderet, sciens namque tum postea rei falsitatem, teneretur contractum rescindere ex quo sequitur, quod si emptor ille secundus non comparat, neque vllus sit metus, quòd sit ab illo exigenda res illa, tunc ille qui bona fide illi vendiderat, licet tunc sciat fuisse alienam, ad nullam restitutionem tenetur, quoniam a domino rei liber est, postquàm nec rem habet, nec factus est per eam ditior, & alteri nullum dedit damnum. Horum instar censendum de illo est, qui bello iniusto res deprædatus est, bona tamen fide, quia putabat esse iustum Tunc enim sciens postea non fuisse iustum, tenetur illa restituere, quibus factus est ditior, non autē ædes, quas incendit. aut animalia quæ occidit. De negotiatorib. autē, qui crebros fecerunt contractus, quos legitimos esse cēsebant, postea vero intelligunt fuisse vsurarios, vtrū satis eis sit illā præcisam pecuniā restituere, q̄ per vsurā lucrati sunt, an vero ēt illam, quā rursus negotiatione eiusdem pecuniæ acquisiuerunt, sunt qui dubitant. Apparet n. eis pecuniā vsurariā cum lucris ēt esse restituendā, illo adducti simili, quod res aliena cū fructibus est restituenda. Sed absq; dubio satis est, si vsurariam pecuniā restituant. Nam cum pecunia de se non sit fructifera, sed per negotiantis industriam nulla a rebus adduci potest similitudo, quæ per se fructificant. De hoc aūt rursus lib. 6.

Solutio dubij.

De præda belli iniusti.

Atque hactenus de primis duabus conclusionibus In tertia vero exiguum latet dubium. Designabatur enim secunda acceptionum species, quando quis iustè quidpiam recipit in suum proprium commodum, & vsum, & mutuum, & asseritum est tunc ratione acceptionis etiam si res citra culpam perdatur, necessariam esse restitutionem Apparet tamen contrarium esse cap. vnicū, de commod. vbi habetur, quòd qui sine sua culpa commodatum perdidit, ad nihilum tenetur. Res tamen est facillima. Commodatum quippe, & mutuum differunt, si ad nomina spectes, q̄ illud restituendum est in propria specie, vt si equum, vel vas commodato receperis, quę vsu non consumuntur, mutuum autem non est necesse in eadem specie restitui, vt si pecuniā, aut vinū, au grana mutuo receperis, quæ vsu consumūtur, satis est reddere pretium. Reale tamen discrimen est, quòd rei commodatæ non transfertur dominium, sicuti rei mutuatæ. Et per hoc detegitur spiritus legis. Rem namque tibi commodatam nō debes ratione acceptionis, quandoquidem non es eius constitutus dominus ob idque dum sine culpa tua perit, non tibi, sed domino perit, sicut si penes ipsum deperisset. At vero commodationis iure teneris, etiam de leui culpa. vt tex. ipse ait, nō quidem in totum, sed in partem pro ratione culpæ. Et quod de accommodato dicimus, de locato quoq; intelligito. Nā si mihi, vel domū, vel equū locasti, quamquā in cōem vtriusq; vtilitatem cesserit, si tamen res sine mea culpa perditur, nihil debeo. Illi.n. se periculo locator subijcit, teneor tamen de leui culpa, in partem, & de graui, in totum. Quando verò res tibi mutuatur, quia dominus eius constitueris, ratione acceptionis efficieris restituendi debitor. Quare licet citra tuam culpam pereat, tibi qui dominus es, perijt one. req; adeo restitutionis nō exoneraris. Atque hinc commodè transitus fit ad quartam conclusionem de deposito, nempe q̄ depositarius non tenetur rem restituere, si citra magnam suam culpam illam amiserit. Ita leges habēt 1. & 2. de deposito. Itaque inter accommodatum & depositū differentia est, q̄ cōmodatarius tenetur de leui culpa, eo q̄ in suū commodum rem perierat, atque adeo de iustitia tenebatur eam custodire Depositarius vero non nisi de magna, quia non in suā vtilitatem

Dub. circa tertiā conclusionem.

Differētia inter commodatū, & mutuatum.

Alia. differētia.

Dequarta cōcl.

ſtratem illam cuſtodiebat, & ideo ſolum charitatis beneficio tenebatur eam ſeruare. Intelligendus ergo eſt depoſitarius, vt ſupra diximus, qui mere eſt depoſitarius, hoc eſt, qui non pretio ſe obligauit cuſtodire, nam huiuſmodi cuſtos etiam ſi citra ſuam culpam rem perdat, de iuſtitia tenetur, ſicuti qui contractu aſſecurationis, periculum mercium ſubit. Quod autem magna culpa eum obliget, ratio eſt quod cauſſam damni dat, & ideo Iuriſconſulti appellant eam latam culpam, & aiunt talem tenere de dolo. Dubium autem eſt, quænam culpa dicatur leuis, quæ vero grauis. Et quidem primo aſpectu videtur culpa leuis illa, cenſeri, quæ apud Deum venialis eſt, atque illa grauis quæ apud ipſum eſt lethifera. At vero non eſt iſto Theologo more differentia hæc penſanda, ſed iuri dico, ſecundum humanum arbitramentum. Crediderim nanque in foro cõſcientiæ leuem culpam commodatarij nõ obligare eum ad reſtitutionẽ, niſi ſit mortalis apud Deum, nam à venialibus vix homo liberari poteſt, quare propter illas nõ eſt homo tanta pœna plectendus aut multandus, ſed dicitur arbitratu humano & iuri dico leuis, reſpectu alterius, qui in depoſitario cumulatior requiritur, vt condemnetur. Hæc autem omnia exiſtimanda ſunt ſecundum iudiciale forum, cuius ſententiæ in conſcientia ſtandum eſt.

Dubiũ.

Ad primum igitur argumentum reſpõſum eſt, quod qui tenetur ratione acceptionis, non ſolum æqualitatem tenetur facere quia plus ipſe habet, ſed quia alter habet minus. Quocirca etſi quomodocunque rem amiſerit, debitor nihilominus manet. Secundum argumentum exquirebat, quomodo ſit facienda ab eo reſtitutio, qui ſecreto delicto rem vſurpauit alienam, nã ille non ſe tenetur prodere. Ad quod D. Thom. nil amplius reſpondit, quam quod tunc id per confeſſarium ſecreto peragi debet. Si autem illo fieri non poteſt ſecreto modo, quid tunc faciendum ſuperſit, nil reſpondet. Caietanus autem arbitratur nunquam cum periculo famæ neceſſariam eſſe reſtitutionem. Haud autem ſuã vniuerſalem regulam ſuperiori quæſtione plane ac plene arbitror eſſe confuratam, immo vero prudenti diſcretione vtẽdum eſt, v. pretium famæ cum iniuria & damno quod datum eſt, conferas, ac perinde iudices aliqua ſit facienda famæ iactura, vt reſtitutio fiat, tum præcipue, quando res pendent, & (quod aiunt) in fieri eſt, vt poſſit recuperare. Dubium autem inter Doctores vulgariſſimum eſt de adultera quæ non hum filium marito ſuppoſuit, vtrum ſi prodere teneatur, ne legitimos hæreditate defraudet? Multa enim tam Theologi doctores in 4. diſt. 15. quam iuris interpretes eademque varia de re iſta commentantur. Extat enim caſus in cap. officij. de pœniten & remiſſio. Et quidem vt à certioribus rem aucupemur, operępretium eſt diſtinguere. Aut enim mulier illa, vel dotem vel bona alia habet propria, eademque libera quibus damnum compẽſare poſſit vero hæredi, & tunc communis confeſſio eſt, quod nequaquam ſe infamare tenetur, ſed ſatis eſt alia via reſtitutionẽ facere. Si vero non habet vnde reſtituat, tunc ſub diſtinguendum. Aut enim credit ſe reuelando profuturã, aut ſecus, ſi enim nil ipſam prodeſſe ſperatur, certiſſimum eſt, nullatenus teneri, quoniam opus vanum, neque opus eſt charitatis neque iuſtitiæ, quare temerarĩ eſſet tunc illa infamatio, quia ſi uſtranea, ſed reputanda illa tunc mulier eſt, ac debitor, qui non eſt ſoluendo. Ait nihilominus Scotus eadem diſtinc q. 2. q. debet tunc quantum poteſt facere vt hæreditas ſpurio filio nõ obueniat, vtputa cõſuluendo ei religionis ingreſſũ. At vero de iuſtitia non eſt cur ad hoc teneatur. Si vero putat ſe profuturam, quia nothus filius ei fidem perhibens hæreditatem recuſabit, vel forte probare taliter poterit vt in iudicio faciat fidem, tunc ſi id poteſt ſine aliquo detrimento aut vitæ aut famæ, conſtantiſſimum eſt teneri, ſi autem non poteſt ſine periculo famæ & honoris Scotus tunc huc inclinat, quod non tenetur, & Caieta. in ſua perſeuerans regula, id certo aſſeuerat. Adrian. vero 1. q. de reſt. contrarium cenſet, nempe ipſam teneri cum detrimento famæ. Attamen iudicio meo (ſi vllius eſt ponderis) per prudentiam libranda eſt tunc adulteræ fama cum iactura, quam vetus hæres facit. Si enim prætioſior eſt multo fama mulieris, alias nobilis & honeſtæ, quam hæreditas, quæ forte tenuis eſt, conſulendum illi eſt, vt taceat. Si autem hæreditas contra maioris eſtimatur, nempe ſi eſt illuſtris maioratus, & illa non eſt tanti nominis, detegere ſe tenetur ſaltem

Dubiũ de adultera.

Diſtinctio.

Scotus.

Scotus. Caiet. Adrian.

Sñia auctoris.

Ad primũ arg.

Ad ſecũdũ arg.

S. Tho.

ſaltem ſub mortis articulum, vt periculum homicidij non ſubeat. Cæteris tamen paribus, melior eſt condicio legitimi hæredis. Hoc tamen contra quam Adrian. cenſet, arbitror. Ait enim ille nunquam eſſe deſperandū quin adultera rem detegendo prodeſſe poſſit, & ideo plurimum in hanc partem inclinādum eſſe, vt ſe prodat. Ego vero contrarium pro meo tenui captu crediderim, videlicet, nunquam eiuſmodi detectionem quidquā prodeſſe, niſi tunc quando euidens eſt tempore conceptionis abfuiſſe maritum, aut quando probari alia via poſſit tunc nō fuiſſe ab illo cognitam, vt habetur l. filium ff. de his qui ſunt ſui velali. iur. Nam ſpurius nullam tenetur matri, quamlibet iuranti adhibere fidem, ſed in iudicio exiſtimandus eſt legitimus, vt eadem iubetur lege. Neque ſuam alleganti turpitudinem vlla debetur fides, ob idque vix offerri poteſt neceſſitas, vt ipſa ſe teneatur infamare. Nam in caſu prædicto euidenti, non opus eſt ſua confeſſione &in alijs nihil prodeſt. Tametſi & hoc non eſt in præſentia ſilentio prætereundum, q̄ tam vehemens eſſe poſſit matris perſuaſio vt adulterinus filius credere intus mente conuincatur, & tunc licet in foro exteriori ſibi adiudicetur hæreditas, crediderim nihilominus ſecundum conſcientiam teneri a ſe illam abdicare, nam tunc ſententia fundatur in falſa præſumptione. Neque in contrarium vrget argumentum, quòd ſi quis mihi legaſſet centum, credens me eſſe ſuum filium, ſua tamē leuitate deceptus, vel ab alio citra meam culpā, ego poſſum iure optimo illa poſſidere. Vnde a ſimili videtur colligi, quod licet relatione matris ego ſciam me ſpurium, ſi pater mihi ſua bona relinquat, poſſum poſſidere. Haud inquam argumentum ſolide urget, neque adducit ſimile, quoniam in illo allato caſu ego nō fui per iniuriam cauſſa illius ignorantię, in noſtro autem præſenti, pater nō ſua me ſponte hæredem inſtituit, ſed lege coactus, nimirum putans me eſſe legitimum. Et ideo quod legis vigore agit, nil mihi ſuffragatur, ſcienti non eſſe legitimum. Grauius autem exiſtit dubium, an teneatur eadem adultera etiam cum periculo mortis ſe prodere. Ad hoc Innocent. Hoſtien & Panormitan. ſuper dicto capit. officij, incunctanter negant illam tenere, nam reuelando, periculum animarum excitat, puta mariti, qui de eius nece meditabitur. Atqui ſecūdum communem legis rationiſque ordinem ita indubie cenſendum eſt. Nam, vt ſupra diximus, vita non eſt pro reſtitutione temporalium bonorū morti offerenda. Nihilominus egregius extraque ordinarius caſus contingere poteſt, vt aliud forſan conſulendum eſſet. Enimuero ſi regnum aliquod aut præclariſſima domus ſilente adultera ad alienos deberet tranſire, vix poſſet aut deberet eiuſdem adulteræ conſcientia pacari, ſi res eſſet certa, quod eſſet omnino ſuo teſtimonio profutura, niſi ſe etiam cum periculo vitæ proderet, dummodo prius nullus nō lapis eſſet motus, vt tale periculum caueretur, nam peccatum mariti ipſa non tenetur cū tanta iniuria veri hæredis euitare. Capitulum ergo officij citatum ad hæc applaudit, quæ dicta ſunt. Delatum quippe illic eſt ad Pontificem, mulierem quandam ſterilem, veritam ne mariti hereditas ad alienos tranſmigraret, ſeſe grauidam finxiſſe, alienumque pro legitimo ſuppoſuiſſe marito filium. Conſultus ergo Innoc. an deberet abſolutionis beneficio gaudere antequam fraudem detegeret, affirmando reſpondet ſcilicet abſoluendam. Et ſubditur exemplum de adultera, cum qua ſimiliter eſt agendum. Cogitauit enim Pontifex, aut quod nihil eſſet reuelando profutura, aut quod ſibi forte periculum mortis immineret, aut quod non erat egregius caſus in quo deberet ſe pro hæreditate infamare, eo præſertim quod cum maritus legitima careret prole, non offerebatur tantum periculum, ſi effectus filius ſuccederet. Iubetur nihilominus, vt competens illi ſatisfactio per confeſſarium iniungatur. Sed moleſtior atque vtrinque vrgentior fuit mihi ſemper impræſentiarum dubitandi ratio de adultero, nempe de illo, qui ex aliena vxore prolem ſuſtulit, vtrum teneatur tum eius marito ea reſtituere, quæ in alendo educandoque ſuppoſitio filio expendit, tum etiam legitimo hæredi eam, qua defraudatur, hæreditatem. Pugnat enim à parte affirmatiua hęc ratio, quod ipſe cauſſam aliquam illius dāni dedit à parte vero negatiua quod ipſe non ſuppoſuit filium marito. Faciamus enim eum nunquam mulieri ſuaſiſſe, vt marito de re illa deciperet, dicens eſſe ſuum. Ad hoc igitur pro captu noſtro reſpondemus

Nota.

Quādo adulterinus tenetur à ſe hæreditatem abdicare.

An cum periculo mortis teneatur adultera ſe prodere.

Quādo cum periculo mortis quis teneatur ſe prodere.

Dubiū de adultero ipſo.

Reſponſio.

mus, adulterum huiuſmodi non tanto reſtitutionis vinculo illigari, quanto adulteram, de qua faſſi ſumus, præſertim ſi ipſa ſua ſponte in adulterium conſenſit. At quorem à prima linea exordiamur, ſi ſoluta mulier cum duobus cõuerſetur, neuter eorum tenetur credere ex ſe habuiſſe in vtero. Imò licet Petrus ſuũ eſſe credat, & Paulus eũ ſuſcipiat, & nutriat, & ditet, non tenetur Petrus rẽ detegere, qñquidem alter, vel ſua leuitate, vel mulieris impoſtura deceptus eſt, neq; ipſe eũ decepit. Pari ergo ferè iure ſe poteſt adulter defendere, ne credere adducatur ſuũ eſſe filiũ. Haud.n. ſcit an aliũ ſecũ illa admiſerit, quæ.n. unũ recipit, abſq; iniuria credi poteſt alium pariter admittere. Quocirca, vt lege, Licius. ſcriptum eſt, ff. de condit & demonſtra. nemo cuius patris filius ſit, ſatis probare poteſt. Hæc ergo prior eſt ratio cur adulter non vſque adeo reſtituere teneatur, ſicut adultera. Poſterior vero eſt, quam proxime faciebamus: nam etiã ſi de facie, vel alia via ei conſtiterit prolem eſſe ſuam, tamẽ ipſa non ſuppoſuit marito. Enimuero etſi fuerit cauſſa remota, quia adulterium commiſit, ipſa tamẽ ſibi vidiſſet, poſtquam ſua ſponte fuit adultera, quid ſibi eſſet de ſuſcepto filio diſponendum. Quocirca ſi domi nutrit, ſibi imputetur. Re vera non planè video cur adulter ad aliquam de iuſtitia teneatur reſtitutionẽ. Nihilominus adiecerim, ꝙ dum certiſſimum eſt, filium genuiſſe, potensq́ eſt aliquam facere, aut marito, aut hæredi compenſationem, aut filium citra periculum, atq; ſcandalum nutrire, tenetur id ob honeſtatem, ac decentiam facere. In tertio argumento poſtulatur regula modi reſtituendi, dum plures in idem furtum coiuerunt. D enim Thom. ſolũ reſpõdet, ꝙ vno reſtituente cæteri non tenetur domino, ſed illi pro rata qui reſtituit. Indiget hoc tamen amplori explicatione q́ reſponſio, quippe quod nõ ſimplex, ſed multiplex eſt. Attamẽ quia articulo proximo eadẽ regreſſura eſt materia, illic exactius decidetur.

De tertio arg.

D. Tho.

ARTICVLVS III.

Vtrum illi etiam qui nihil acceperunt, reſtituere teneantur.

DE circunſtantia, quis, non ſolum examinare oportet vtrum quicũque accepit, reſtitutionis lege teneatur, verum etiam, vtrum & ille quoque qui non accepit? Arguitur enim a parte negatiua. Reſtitutio, quædam pœnæ ſpecies eſſe videtur, pœnæ autem nemo ſubditur niſi ratione culpæ, ergo qui nihil accepit, nihil debet. Secundo. Lex reſtitutionis non exigit, vt plus refundatur, quam fuerit ſublatum, ſi autem qui nihil accepit, nihilominus teneretur, vſu venire poſſet, vt auctior, quàm fas eſſet, fieret reſtitutio, tum quòd ſæpe plures eum qui accepit, vel conſilio, vel fauore iuuant, a quibus ideo pluries deberet fieri reſtitutio, tum etiam quòd nonnunquam dare id damnum connituntur, quod re tamen dare non poſſunt. Quare ſi tunc neceſſaria eſſet reſtitutio, conferretur alteri, quod non fuerat ei ſublatum. Tertio. Si ille, qui non accepit propterea ꝙ aliquam dedit cauſſam reſtitutioni eſſet obnoxius, pari modo, & qui iniurioſæ acceptioni non obſtat, dum poteſt reſtituere cogeretur. Hoc autem falſum eſt, qui nemo propter ſeruandam rem alienam tenetur ſe periculo obijcere, & tamen ſæpè ſe obijceret, ſi in latrones proclamaret, aut illis ſe contra opponeret. In contrarium tamen eſt iſtud. Rom. 1. Digni ſunt morte, non ſolum qui faciunt, ſed ẽt qui conſentiunt facientibus. Enimuero ſi conſentientes digni ſunt pœna, pariter & alij quomodolibet iuuantes.

Ad quæſtionem quatuor concluſionibus reſpondetur. Prima ſit generale cæterarum fundamentum. Quicunque cauſſa eſt iniuſtæ acceptionis, ad reſtitutionem tenetur ratione eiuſdem acceptionis, licet nullatenus fuerit acceptæ rei particeps. Concluſio iam ſupra probata eſt, vbi oſtendimus ex duplici radice oriri obligationem reſtituendi, ſcilicet ratione acceptionis, & ratione rei acceptæ, qui autem cauſſa eſt acceptionis, fit eiuſdem reus. Secunda concluſio. Nouem modis accidere poteſt, vt quis ſit acceptionis cauſſa, qui hoc verſu explicari ſolent.

1. concl.

2. concl.

Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo recurſus,
Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

Numerus quippe iſte hiſce diſtinctionibus colligitur Bifariam poteſt eſſe quis cauſſa, vt alter quid agat, vel accipiat, videlicet directè, & indirectè. Et quidem directè tripliciter, videlicet ex parte acceptionis, mouẽdo, ſcilicet ad ipſam vno quatuor modo-

Diſtinctio.

1

modorum, nempè præcipiendo, conſulendo, conſentiendo, & factum laudando. Secundo modo ex parte accipientis, nempè quia ipſum quis ad ſe recurrentem receptat, aliove modo fouet, ac protegit, quod vno recurſus nomine ſignificatur. Tertio id modo contingit ex parte rei acceptæ, nempè dum eiuſdem furti, vel rapinæ particeps fit, vel maleficij ſocius, & hoc ſignificatur voce, Participans. Indirectè verò quis dicitur eſſe cauſſa, cum quem impedire poteſt, ac debet, non impedit. Et hoc tripliciter, ſcilicet quia præcipere ceſſat, aut ne faciat conſulere, vel quia auxilium quo obſiſtere poſſet ſubtrahit,

3.concl. vel factum occultat. Tertia concluſio. Ex his nouem modis quinque genere ſuo ad reſtitutionem obligant. Primus ſcilicet, ac potiſſimè Iuſſio. Enimuero qui iubet, princeps cauſarum eſt, ac ſubinde præcipuè reſtitutionis legi ſe ſubdit. Secundo loco eſt illius conſenſus, ſine quo res non fieret, vt ſi domus cuſtos furem intus admittat. Tertio, recurſus, qui enim latronum receptator fautorque eſt, & protector, magnam damni cauſſam dat, quippe quibus latrones potiſſimum confiſi, ſuam nutriunt audaciam. Quarto, qui vel in crimine, vel in præda participat. Ac denique quinto, ille qui cum obſtare deberet, non obſtat, vt princeps, aut eius miniſter, ſanè qui in hoc tributa ſtipendiaque recipiunt, vt malefactoribus Rempublicam expurgent. Concluſio hæc pro ſuis omnibus partibus vnica ratione, innititur, quòd iſti omnes iuxta tenorem primæ concluſionis verè

4.concl. ſunt actionis cauſſæ. Quarta concluſio, Ex alijs quatuor recenſitis caſibus non ſemper reſtitutionis vinculũ emergit, eo q̃ nõ perinde, atq; ſuperiores in cauſſam actionis ſuperueniũt. Qui. n. conſiliũ præſtat, nõ ſemp eſt actionis cauſſa, ſicut neque ille, qui adulator, & laudat. Quare niſi quando cauſſa verè extiterint, nõ fiunt reſtituendi debitores. Pariterq; & de mutuo, qui dũ res fit, nõ clamat, & de non manifeſtante poſtquam factum eſt ſentiendum, quia non ſemper manifeſtare tenetur. Ad examen autem accuratius harum concluſionũ deſcendentes, primum circa baſilarem primam con-

De prima concluſio. cluſionẽ exploremus, quiſnam ſit actionis cauſſa cenſendus. Et quia id dupliciter con-

Diſtinctio. tingit, ſ. directè, atque indirectè, de ambobus dicamus modis, idq. a participantibus exordiẽtes, in quibus, res eſt clarior. Adria. namque illa quæſtiuncula de concurrentibus cum fure, quo Sylueſt in verb. Reſtitutio, 5. cum quibuſdam Iuriſc. ſuper c. ſicut dignum, de homicid. alludit, hanc ſibi habet regulam perſuaſam, quòd ille tantum ſit acceptionis cauſa, ſine quo illa non fieret. Vnde iſti inferunt quod ſi fur nihilominus ſine vllo ſocio facturus erat furtum, ille quem ſibi adiunxit, non tenetur inſolidum, ſed pro parte, quæ ſibi obuenit, quia non fuit alteri cum furti. Addit autem eorum interpres Adria quod ſi alter non erat niſi cum aliquo ſocio facturus, licet abſque iſto feciſſet cum alio, nihilominus iſte comes tenetur inſolidum, quia vere eſt cauſſa. Sed profecto nulla iſti probabilitate tueri ſe poſſunt, quod bene Caieta. hic ante nos agnouit. Sequeretur enim in primis eadem ratione, quòd ſi quis plures habens ſeruos, quo ſibi eſſent ad nutum obſequi paratiſſimi, copiam illorum homicidium aut furtum iuberet facere, quod per ſe ipſe paratiſſimus erat facere, vel ſi ſeruus videns herum iamiam ſcelus adornantem, eum ſua ſponte præueniſſet, tunc patrator ille ſceleris non teneretur inſolidum, neque in partem, quoniam herus per ſe ſolus feciſſet, quod tamen conceſſu abſurdiſſimum eſſet. Quod autem conſequentia concedenda ſit, patet. Nam perinde eſt te pro alio facere, quod ipſe per ſe iamiam erat facturus, ac ſi cum ipſo tali caſu concurras, quare ſi concurrens non tenetur, certe nec faciens. Igitur ſine alter cum quo Petrus concurrit, facturus fuiſſet ſine illo cum alio, quia ſine comite non feciſſet, ſine omnino eſſet abſque vllo ſocio facturus, nihilominus. Petrus ſi concurrit, tenetur inſolidum. Quare in huiuſmodi moralibus euentis non requiritur illum, qui ad reſtitutionem tenetur fuiſſe cauſam ſine qua res non fieret. Quocirca null regula ab huiuſmodi negationibus ſumenda eſt, quòd ſine ſocio feciſſet, ſed ad affirmationem tantum perſpiciendum eſt, nempe vt quicunque ceu cauſſa efficax cum altero cõcurrit, vt vnam efficiunt cauſſam, cenſeatur cauſſa, vt teneatur inſolidum. Id quippe ratio naturalis oſtendit. Dum enim duo ignes eidem admouen ur paſſo, licet vterque per ſe illud exureret, nihilominus dum ſimul coeunt, vterque eſt cauſſa. Idque inde præcipue confir-

Adrian.

Syluest.

matur,

matur,quod in foro iudiciali nulla auditur eiuſmodi exceptio, ſi alter eſſet facturus necne,ſed vterque inſolidum condemnatur. Cum ergo leges obligent in foro conſcientiæ, fit ſecundum illas de conſcientiæ ſecuritate iudicandum eſſe. Præterea, conditionales iſtæ nihil ad mores attinent, videlicet neque virtutes augent, neque attenuant peccata. Forſan domus quam diruiſti caſura ſtatim erat, & quas deſtruxiſti ſegetes,turbo ſtatim trāſiēs erat euulſurus, nihil te tamen à reſtitutione liberat. Atque eodem pertinet illud Matthæ.15.Neceſſe eſt vt ueniant ſcandala,ſed væ homini per quem ſcandala veniunt.i. quamuis ſcandalum per alium venturum eſſet, ille tamen ſolus per quem venit in culpa eſt. Ratio ergo qua percipiendum eſt, an aliquis ſit alteri auxiliaris cauſſa, hæc ſola eſt, ſi fecit aliquid quod alicuius eſſet momenti ad rem pertinentis. Obuios noctu habuiſti fures, quibus admouentibus muro ſcalam tu quoque illam tetigiſti,nihil tamen ex te illud pendebat, nam ipſi iam faciebant. Non es ergo ſecundum conſcientiam cauſſa cenſendus. Sicuti neque vſurarij famulus quis qui non aliter quam tangendo vel ſeruando pecuniam eſt cauſſa, quia nihil moraliter loquendo illud ad rem attinet. Illi autem qui ſunt eorum agentes, qui ſcilicet contractus peragunt & negotia tractant, verè ſunt cauſſa,vt lib 6.patebit. Dixerim,dum ambo vel dum plures coeunt in vnam cauſſam, nam ſi ſeorſum exempli gratia, furati ſunt vnus ſcilicet vnum ſcutum, & alius poſtea alium, & ſic ærarium expilaſſent, nemo tenebatur in totum, vt habetur lege, Vulgaris. ff. de furtis. Contra hanc tamen ſententiam aduerſarij obijcere nobis poſſunt verba eiuſdem legis §. qui furti. quæ etiam habentur lege, ita vulneratus. ff.ad le. Aquil. nempe quod ſi duo aut plures ſimul eandem trabem, aut tignū, aut quid uis aliud ponderoſum furtum important, quod ſinguli baiulare nō poſſent, tunc vnuſquilibet tenetur inſolidum actione furti. Ex cuius contrario ſenſu eliciendum videtur, quod ſi ſinguli totum portare poſſent, nemo teneretur niſi pro parte,nempe quia nemo videtur totum capere voluiſſe, ſed partem. Reſpondetur non hanc eſſe textus mentem, imò contrariam. Studuit enim. Iuriſconſultus tacitæ obiectioni reſpondere. Enimuero dum pondus ſinguli portare non poſſunt non ſinguli,ſed collectim omnes ſunt cauſſa. Ne ergo quis inde eliceret non ſingulo, ſed omnes ſimul teneri pro rata ad reſtitutionem, exit obuiam Iuriconſultus admonens ſingulos nihilominus teneri inſolidum. Quare licet quiſque per ſe portare poſſet, actionis vinculo teneretur quiſque inſolidum. Ecce ergo de participante in crimine quomodo ſit cauſſa, teneaturque in integrum. Nam ſi non in crimine, ſed ſolum in præda bona fide participat, iam ſupra dictum eſt, non teneri niſi ratione rei acceptæ pro eo quod habet, & factus eſt ditior. Et per hoc de militibus cenſendum eſt,qui bello iniuſto ſimul domum deprædantur. Nam etiam ſi ſinguli per ſe id facerent, immo mallet vnuſquiſque ſolus domum aggredi, vel duo, vel tres quia non pluribus indigent auxiliaribus, nihilominus quotquot, ceu vna manus,eam expoliant,tenentur inſolidum. Neque contrarium, quidquid alij dicant,aſſertu tutum eſt. Dubium autem reſtat de illis, qui non ſimul vt vna cauſſa, ſed diſiunctim manum damnum dederunt, quomodo culpæ labem, reſtitutioniſque obligationem contrahant, ſi adeo minutatim furati ſunt, vt nulla eorum actio fuiſſet peccatum. Exempli gratia. Singuli tranſeuntium diuerſis diebus prope vineam acceperunt duos aut tres racemos, tandem vero totam illo modo præmature vindemiarunt, vtrum poſtea ſinguli in integrum ad reſtitutionem teneantur? Videntur enim ſic teneri,quia ſi reſtitutio ſub pœna excommunicationis tunc præcipiatur, tenentur ad illam ſub reatu mortalis culpę,cum tamen ſi nullus teneretur niſi pro ſua parte, nemo peccaret mortaliter non reſtituendo, quia rem tam paruam furari non eſt mortale. Reſpondetur eiuſmodi furatiuncula non fuiſſe peccata mortalia,neque propter dānum quod poſtea ingens emerſit, vllius actio fuit facta mortalis. Nihilominus cum poſtea ratione enormis nocumenti reſtitutio ſub pœna excommunicationis præcipitur, quicunque ſub pœna peccati mortalis tenetur vel reſpondere,vel ſoluere id tantum,quod accepit. Quare qui partem ſuam ſoluerit,non tenetur ſe prodere. Qui ſi arguas,excommunicationis cōminatio-

Quādo aliquis ſit alteri auxilio.

Dubiū.

Argu. contra.

nemo non eſſe licitam niſi pro peccato mortali reſponde ur id eſſe per ſe verum ration culpæ, ſecus autem ratione emergentis damni, quando fit graue. Hactenus de cauſſa directa Ad hoc autem quod quis indirecte ſit cauſſa, quam vocãt, etiam per accidens, tria ſunt requiſita. Primum, vt malo non obſtes. Secundo, quod obſtare poſſis. Tertio quòd obſtare tenearis, vt 2. 2 q. 6. art. 3. D. Thom. cum Ariſt. docuit. Ad hoc enim quod alterius actio mihi in directe fiat voluntaria, requiritur, quod cum debeam impedire, non impediam. Nauis quippe gubernator dum illam ſeruare poteſt, quæ ſub ſua eſt cura, cauſſa eſt eius ſubmerſionis. Attamen ſi altera quæ ſibi commiſſa non eſt, ſubmergatur, licet ei potuiſſet ſuccurrere, non cenſetur eius naufragij cauſſa. Quin vero adde non ſatis eſſe, vt malum quod non cohibes, cohibere debeas, vt reſtitutionis nexu irretiaris, ſed requiritur vt ad id re iuſtitia obliget, nam ſolum charitatis præceptum, vt ſæpe in ſuperioribus admonuimus, ad reſtitutionem non obligat. His igitur præhabitis, examinandum reſtat diſcrimen quod tertia quartaque concluſione poſitum eſt, nempe quinque cauſſarum ſpecies ad reſtitutionem obligare, reliquas vero quatuor, minime. Videtur enim neque iubentem neque conſentientem ſemper ad reſtitutionem eſſe cogendos, quia non ſemper ſunt efficax cauſa. Reſpondetur ergo, per prædictas concluſiones illud diſcrimen S. Thom duntaxat conſtituiſſe, quod eſt per ſe cui ideo non obſtat, quin & illa, quandoque non obligent. Exempli gratia dictum eſt participantem in crimine, hoc eſt cum alterο concurrentem per ſe teneri, nihilominus, quando non eſt efficax cauſſa, non tenetur. Similiter iubens per ſe quidem eſt cauſſa motiua, immo omnium potiſſima applicans miniſtrum ad opus, nihilominus nonnunquam contingere poſſet vt iubens nihil ad rem faciat. Primum, quando non ſubſequitur damnum. In his enim omnibus hæc eſt infalibilis regula obſeruanda, quod vbi re vera iuſſio, & conſilium, & reliquæ cauſſæ non fortiuntur effectum, licet peccatum committatur, nulla tamen oritur reſtitutionis obligatio. Item, quando alter ſic eſt certus rem facere, & in procinctu eſt operis vt impediri non poſſet. Tunc qui diceret. Abi ergo & fac, non eſſet cauſa efficax quæ ad reſtitutionem obligaret. Secus, ſi iubendo moueret. Prudentia enim hoc perpendendum eſt. Nam etſi nequam meus ſeruus certus eſſet homicidium facere, nihilominus ſi ego qui impedire poſſem, iuberem, aut iubendo quodammodo mouere, non ſum à reſtitutione liber. Pari modo receptum per ſe ſonat cauſſam. Neque obſtat quin vere ſit cauſa, licet alius receptaſſet, vt dictum eſt. Sed tamen ſi illa receptatio non eſſet efficax cauſa, qui tãtum hoſpicio recipio latronem, neque illum moueo, immo diſſuadeo, neque quidquã furti participio, & ſunt circum multa diuerſoria paratiſſima illum recipere, non ſum in foro ſecreto conſcientiæ condemnandus. Similiter iudicandum de conſentientibus & non obſtantibus, & tacentibus. Si enim non poſſunt obſtare, vel de iuſtitia non tenentur, non ſunt cauſſa. Qua propter illi cui ex officio incumbit, vt princeps & prætor, conſentiens in malum & non obſtans ſemper eſt in cauſa, & tenetur ad reſtitutionem Pariter famulus, qui cuſtos eſt domus, vel ex qua latro exit ad furandum, vel quam adit, ſi conſentiat, ſiue vnus vt exeat ſiue alter vt intret, vere cum eſt, nam de iuſtitia tenetur reſiſtere. At vero ſi vicini domum latronibus imperi vides, aut a furibus perforari, licet non obſiſtas dum poſſis, peccas quidẽ grauiter, contra charitatem, nulli tamen ſecundum conſcientiam, te ſubiugas reſtitutionis iugo. Si autem quiſpiam prauo animo faciat, nempe quia odio vicinum habet, cuius ideo nocumẽtum gratum ei eſt. Richardus & quidam ex Summiſtis arbitrãdi eiuſmodi hominem teneri Melius tamen Scotus & reliquid negant, Perſiſtendum nanque eſt in illa ſuperius aſſerta regula, quod ſola contaminata charitas, niſi iuſtitia violetur neceſſitatem reſtitutionis non inducit. Immo vero cenſuerim, quod etiam ſi latro tunc in flagranti delicto munus vicino offerret, qui de iuſtitia non tenetur inclamare, vt taceret, non fieret ille ſecundum conſcientiam reſtitutionis reus, tametſi in foro exteriori propter præſumptionem condemnaretur. Dico non fieri reum in conſcientiam ſi nõ pecuniam furto ſublatam, ſed aliud pretium reciperet. Et ratio eſt, quia iſte non facit contra iuſtitiam, ſed dũtaxat contra charitatem. Quinimo etſi poſtea

De iubẽte & cõſentiẽte.

Regula notãda.

De tacẽtibus & non obſtantib.

Richar.

Scotus.

Nota.

ſtea interrogatus ſit priuatim ab eo qui dã num accepit, an latrones vel vidiſſet vel audiſſet, non tenetur de iuſtitia reſpondere. Secus, ſi interrogetur à iudice, tũc enim ſi negat, ad reſtitutionem tenetur, vt ſequenti libro ſub titulo de teſtibus, dicturi ſumus. Ad hunc ordinem reſtituendi reducuntur illi, quorum culpa aut damnum datur aut irrogatur iniuria, vt extra de iniur. & damno dato, cap. fina. iubetur. Vnde Exod. 21. Si quis aperuit ciſternam in quam bos aut aſinus cecidit, reus damni fit. Cui conſonat l. qui foueas. ff. ad le. Aquil. Et Exod. 22. Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas, &c. reddet damnum qui ignem ſuccenderit. At vero de alijs cauſſarum ſpeciebus, nempe de illo qui malefactorem laudat, deque alio, qui conſulit, ait D. Th. non ſemper ad reſtitutionem obligare, quia non ſemper ſunt efficaces cauſſæ. Veruntamen de conſiliario dubium ſe offert non diſſimulandum, vtrum ſcilicet qui minus conſuluit malum ad illud euitandum quod nocentius eſt, laqueo reſtituendi innodetur? Vides latronem pretioſum equum furantem, quem nullatenus cohibere vales, conſulis vt ſtrigoſo alio minoris pretij ſit contentus, vtrum tenearis illum reſtituere? De iure quidem & culpa, an vlla ſcilicet ſit minus malum conſulere, quando ad obuiandum grauiori neceſſarium medium iudicatur, libr. 6. ſub titu. de vſur. diſputaturi ſumus, atque in illam partem propenſuri, quod nulla ſit culpa, immo ſit quandoque virtus. Modo autem quidquid ſit de culpa, dicendum de reſtitutione exiſtimo ad nullam prorſus conſulentem teneri. Id quod & Adrian. merito opinatur, nam conſulere minus malum, non eſt conſulere ſimpliciter malum, ſed comparationem illam quæ habet rationem boni. Neque intentio tunc fertur in malum quod minus eſt, ſed in hoc quod eſt maius impedire. Quare non ſolum eſt nociuum, immo eſt commodum. Et hoc profecto ex communi animi conſenſu patet. Quis enim eiuſmodi hominem ad reſtitutionem obligaret? Quin vero neque rei dominus talem reſtitutionem reciperet quippe cuius negotium optime geſtum eſt. Intelligenda enim reſponſio hæc eſt, quando tam res minoris pretij quam res maioris, eiuſdem ſunt domini, nam tunc citra vllius alterius iniuriam rem eius ſeruas. Etenim ſi ad euitandum damnum, quod Petro datur, conſulis vt minus detur Paulo, citra dubium teneris, quando quidem illum læſiſti. Circa hanc totam materiam diſputandum hic fuiſſe quis cogitet, quomodo teneantur aut fures aut teſtes ſecreta debita detegere quando ſub generalis excommunicationis commina-tione præcipitur? Sed tamen de hoc libro proximo quæſt. 6. & 7. latius habendus eſt ſermo.

De eo q laudat.

D. Tho.

De eo qui conſulit minus nocumẽtũ volenti maius inferre.

Adrian.

Primum igitur argumentum iam ſatis ſolutum eſt. Haud enim ille tantum qui in ſcelere princeps eſt, delinquit, verum & quicunque illum vel iuſſu mouent, vel conſenſu, vel conſilio, vel alia quacunq. ope iuuant, & ideo homines eodem reſtitutionis modo complicantur. Circa ſolutionem autem ſecundi notandum eſt, quod dum plures ad idem damnum aut iniuriam concurrunt, ille præcipue ac prę omnibus qui princeps fuit, & alios mouit, reſtituere obligatur. Præcipue inquam, quantum ad culpam, hoc eſt grauius, peccat, ſi non reſtituat, ſiue iuſſor fuerit ſiue quomodocunque aliter, mouens. Nihilominus illo non reſtituente, ſinguli, vt dictum eſt, tenentur inſolidum. Illo autem vel quouis alio reſtituente cæteri non amplius, tenentur vero domino, ſed illi. Indiget hoc tamen, vt ſupra inſinuauimus, amplior explicatione. Vbi notandum eſt, quod non eodem modo cæteri complices tenentur primo reſtituenti, quo omnes antea tenebatur domino, nam illi debitores erant, non ſolum ratione rei acceptæ, verum & ratione acceptionis, etiam ſi rem iam non haberent, reſtituenti vero nihil rationis acceptionis debent, quoniam ab illo nihil acceperunt, ſed ratione rei acceptæ ſcilicet pro ea parte quaquiſque potius eſt. Sint igitur, verbi gratia, latrones tres quorum primus pœnitentia ductus, totum reſtituit, tunc clarum eſt nihil alios in conſcientia debere domino, poſtquam ei redhibitum eſt quod ei fuerat ablatum, & ad pœnam non tenentur niſi condemnati. Vtrum vero cæteri teneãtur pro rata ei, qui reſtituit, diſtinguendum eſt. Si enim eorum quilibet partem prædæ potius eſt, citra dubium ſinguli tenentur pro ſua præciſe parte. Quo fit, vt ſi ille qui reſtituit totum inſumpſerat, reliqui nihil illi debent. Si vero ille nullum furti perceperat fructum, ſed alius vel alij, ille qui

Ad primũ arg.

Ad ſecũdũ arg.

conſumpſit debet ei totum ratione rei acceptę. At vero ſi nulli eorum quidpiam ex illo damno dato ac creuit lucri, nempe quia diruerunt domum, aut quam eripuerant prædam proiecerunt in flumen, ne caperentur, tunc etiam diſcernere oportet, an ille qui reſtituit, alios prorſus ſic adduxerat, vt ſine ſuo perſuaſu illi non feciſſent, & tunc exiſtimauerim, vt hic ait Caietanus, reliquos nihil ei debere, quia non ratione rei acceptæ, poſtquam nullum perceperunt fructum, neque ratione acceptionis, quia ille fuit tota cauſſa. Tametſi & hoc negandum non ſit, quin ſi ille abſque ſociorum comitatu rem non aggrederetur, teneantur etiam de aliqua portione. Si denique omnes ſua ſponte ſeſe ſceleri obtulerunt, tunc ſinguli aliorum debent primo reſtitutori ſingulas tertias partes. Ex dictis colligitur ſolutio alterius dubitatiuncule, vtrum duobus qui furtum commiſerunt in ſolidum obligatis poſſit dominus alteri remittere, & ab altero totum exigere? Planum enim eſt id in præiudicium reſtituentis non poſſe. Si enim totum ab vno extorquet, facere non poteſt, quin alter teneatur reſtituenti pro rata, modo expoſito. Si ergo alterutri donare libuit, debuit tanto minus ab altero extrahere, quantum alteri condonauit.

Caieta.

Soluitur aliud dubium.

Ad tertium demum reſpondetur, illum, qui non de iuſtitia, ſed ex charitate aut reſiſtere malefactori tenetur, aut eum prodere, neque teneri, vt diximus, ſe periculo obijcere, neque ſi non reſiſtat, reſtituere cogi. Secus autem de illis, quibus ex officio incumbebat, vt iam explicatum eſt. De iſtis autem forſan ſciſcitari pergis, vtrum ad id etiam teneantur cum periculo mortis? Vt ſi prætor noctu latronibus domum inuadentibus occurrit, vtrum teneatur illos aggredi etiam ſi aggreſſu ipſo periclitetur ei vita? Videtur enim ratio id poſtulare, cum iſtis ex officio incumbat cuſtodia. Sed nihilominus reſponde ut pensandum eſſe damnum, & cum periculo conferendum. Haud enim ſemper tenentur prætor quocunque ca'u obijcere morti vitam, ſed vbi detrimentum reipublicæ id expoſcit, & ipſe iuſtum recipit ſtipendium, & vbi citra temeritatem poteſt obſiſtere.

Ad tertium. Dubiū.

ARTICVLVS IV.

Vtrum qui debet, ſtatim reſtituere teneatur.

POſtrema reſtitutionis circunſtantia eſt tempus, de quo idcirco quæritur, vtrū ſtatim teneatur quiſq. reſtituere? Et arguitur à parte negatiua. Præcepta affirmatiua non obligant pro ſemper, vt aiunt, ſed pręceptum reſtituendi eſt affirmatiuum, ergo non obligat niſi occurrente temporis circunſtantia, atque adeo non ſemper. Secundo. Nullus ad impoſſibile obligatur, ſed accidit, quod qui debet, non ſtatim potis ſit reſtituere, ergo tunc non tenetur. Tertio. Reſtitutio eſt actus virtutis, tempus autem eſt vna circunſtantiarum, quæ ſunt ornamenta virtutum, ſit ergo, vt quemadmodum reliquæ circunſtantiæ non ſint lege deſignatæ, ſed per prudentiam relinquantur determinandę, ita neque lex ſit, vt ſtatim fiat reſtitutio, ſed quatenus fuerit per prudentiam vbique definitū. In cōtrarium eſt, quod eadem eſt ratio generis reſtitutionis, quæ in aliqua eius ſpecie opus autem mercenarijs ſtatim reddēdū eſt, iuxta illud Leui 19. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſq; mane. Ergo omnis in vniuerſum reſtitutio illico faciēda eſt.

Ad quæſtionem vnica reſpondetur concluſione. Vnuſquiſque tenetur quam primū ſibi fuerit poſſibile, vel reſtituere, vel tē poris inducias ab eo, cuius intereſt de poſcere. Probatur concluſio. Quemadmodum rem alienam ſurripere, peccatum eſt contra iuſtitiam, ita & eam inuito domino detinere. Nam ſimiliter impeditur eius vſus, qui finis eſt dominij, in peccato autem remorari neq. per nimium tempus fas eſt, immo licere eſſe in peccato, implicatio eſt cō tradictionis, vnde Eccleſiaſt. 21. Quaſi à facie colubri fuge peccatum, eſt ergo res alie na, vbi primum ad fuerit poſſibilitas, reſtituenda iam ſupra, quęſtione præcedenti, artic. 2. explicuimus quemadmodum pręceptū reſtitutionis, quam formam habeat affirmatiuam, vt hic in ſolutione primi ait S. Tho. nihilominus negationem includere nō retinēdi, quæ ad illam reducitur quæ eſt. Non furaberis. Et hac ratione non perinde atq alia affirmatiua præcepta aliquā fert circōſtātiam ēporis, puta, vt fiat quando oportet, vt honorate parentes, immo ſicut cæteta negatiua, omne excludit tps ac ſubin-

Conclū.

Præceptum reſtituendi non oīno affirmatiuū eſt.

ſubinde nullam permittit moram. Vnde Paulus vtrunque coniunxit, Reddite omnibus debita, & nemini quidquam debeatis. Illic ergo, ſi Iubet, reuiſe. Ex quo ſit, vt hoc quod dictum eſt, ſtatim aliter de actu mentis interno intelligendum ſit aliterque in extremo opere arbitrandum. Nam quantum ad internum propoſitum, cum primum in mentem cuique venerit, in debito eſſe rei alienæ, proponere debet habita oportunitate reſtituere. Quoniam ſi doctore Auguſtino, non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum, abſque tali propoſito nulla eſſe poteſt vera pœnitentia. In actu vero exteriori id quod eſt, ſtatim non eſt iudicandum mathematice, qua ſi in puncto indiuiſibili, ſed moraliter ac ciuiliter. Dum enim in lecto tibi iacenti, aut ad menſam recumbenti occurrit te aliquid debere, non iure perſtringeris ſtatim ſurgere, ſed expectare potes abſque fraude & dolo opportunitatem, qua tranſacta incipies eſſe in mora, ac ſubinde in culpa. Quod ſi arguas, ergo habet hoc præceptum circunſtantiam temporis, ſicuti cætera affirmatiua. Negatur conſequentia. Nam materia honorandi parentes, aut audiendi Miſſam, non ſemper occurrit, & pariter contingit in actibus fortitudinis, & in præceptis miſericordiæ, & ideo non obligant pro ſemper ſed ſecundum prudentiam arbitranda in illis eſt circunſtantia temporis. In materia vero reſtituendi ſemper exiſtit neceſſitas per legem poſita, ſed quia requiritur actio, quæ ſubito fieri non poteſt, permittitur opportunitatem expectare. Ad perſpicatiorem autem rei euidentiam quæritur, quo ſenſu intelligendum ſit reſtitutionem eſſe ſtatim neceſſariam? Poteſt enim eſſe duplex ſcilicet, vel quod ſi neceſſaria ad excludendum à priori peccato, vel quod ſit neceſſaria ſub reatu noui peccati. Et quidem in primo ſenſu nulla eſt controuerſia, quin ſit ſtatim neceſſaria, vt modo dicebamus, quantum ad propoſitum. Enimuero ſicut qui in propoſito perſiſteret furandi, ſemper eſſet in peccato, ſit & qui ſciens ſe habere alienum, non ſtatim proponere reſtituere. Quod inde autem confirmatur, quod ſi dominus ſtatim peteret, ſtatim reddere teneris. Præterea, quod ſi non ſtatim eſſes reddere obligatus, eadem ratione neque tenereris cras neque poſtridie. De hoc ergo ſenſu nulla reſtat dubitatio. Sed tamen de altero eſt dubium. Et arguitur quod fur verbi gratia, propter peccatum quod eripiendo commiſit, recens quocunque momento committat quod reſtituere non proponit. Diximus enim quæſtione præcedenti præceptum reſtituendi eſſe diſtinctum à prohibitione furandi, quod patet tam ex obiecto, quam ex forma. Nam prohibitio furti eſt prohibitio mali, præceptum autem reſtituendi, eſt iuſſio boni, eſt enim bonum reſtituere, ſicuti & ſatisfacere. Quare Chriſtus affirmatiue dixit, Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari & Paulus. Reddite omnibus debita. Ex hoc ergo arguitur. Hoc præceptum eſt affirmatiuum, cuius circunſtantia eſt, ſtatim, ergo quocũque momento tenetur quis id proponere, aut tale continuare propoſitum. Alias nouum ſemper erit peccatum omiſſionis. Ad hoc, conceſſo eſſe diſtinctum præcepto, vt loco citato expoſitum eſt, reſpondetur primum, præter peccatum furti dum fit, non illico committi nouum omiſſionis, ſi non fiat reſtitutio, illud tamen ipſum continuo creſcit, quando maior eſt reſtituendi mora. Etenim, quod non ſtatim committatur peccatum omiſſionis, patet primum, quia non protinus debet homo, immo neque morali er loquendo ſemper ad peccatum attendere, tum etiam quod quamuis attendat, ſi continuat antiquum propoſitum retinendi, illud impedit contrarium reſtituendi, atque adeo non eſt aliud nouum peccatum omiſſionis boni propoſiti, quam ſit illud continuationis antiqui. Et confirmatur hoc quia neque Deus tenetur homo ſtatim ſub reatu noui peccati mortalis per pœnitentiam ſatisfacere, ſed manet in priori reatu. Quo autem peccatum creſcat, liquidum eſt, cum quod peccatum eo peius quo diuturnium, tum etiam quod damnum ſemper in dies datur maius ac minus domino, quippe quẽ vſu rei ſuæ diutius tenet priuatum. Quin vero tanta eſſe poteſt reſtituendi mors, vt ſit de neceſſitate confeſſionis. Nam licet peccatum continuatum, in eſſe naturæ non mutet ſpeciem, tamen in genere moris grauiter augetur, ſicuti augeri poteſt ex parte obiecti. Qui enim decem milia ducatorum furatus eſt, non legitime confitetur, niſi quantitatem exprimat. At vero grauitatis augmentum nõ fit per

Exponit quomõ ſtatim reſtituendum.

Dubiũ.

An peccet nouo peccato qui nõ reſtituit, cũ poteſt.

Paulus.

quæcunque momenta. Perparum enim refert, si rem detineas duas treſve horas aut certe dies, niſi grauis ſit domini neceſſitas,
Paludã. Petrus quidem de Plaude in 4. diſt. 15. q. 2. ait, quòd qui per annum retinet alienum, argutus peccat, licet vnum ſit induratum peccatum, quam ſi pluries idemque per annum pluribus actionibus id furaretur. Nam in priori caſu ſemper eſt in peccato, at in poſteriori, aliquando ceſſat. Attamen quamuis hoc probabilitate non careat, contrarium tamen eſt probabilius. Primum, quia, vt modo dicebam, non quęcunque horaria aut diurna habitualis continuatio auget culpam augmento notabili, tum etiam, quòd illiterati multiplicatique conatus ad furandum, peiores eſſe videntur, quam habitus continuatio, quæ ſæpe ex deſidia & negligentia contingere poteſt. Secundo nihilominus addiderim, quãdoque nouum committi peccatum contra præceptum reſtituendi, quatenus affirmatiuum eſt. Primum ſcilicet quoties proponis non reſtituere, ille enim actus prauus eſt. Mox, quoties creditor legitime petit. Immo vero dum eum vides graui premi neceſſitate. In his inquam caſibus nouum peccatum eſt non reſtituere. Poſt hæc proxime ſequitur, vt videamus an liceat, quandoque reſtitutionem differre, de hac enim
An liceat reſtõem differre Scotus. re varia apud Doctores inuenias. Multa enim hic penſanda ſunt antequam id permittatur. Et quidem Scotus in 4 diſt. 15. & aliorum plerique pro regula habent, quòd vbi debitor abſque ingenti detrimento ſuo reſtituere nequit differre eam poſſit.
At vero prudenter quidem impræſentiarum diſtinguere mihi videtur Caiet de de-
Caieta. egregia diſtin. trimento triplici. Si enim detrimentum id appellaueris quod ingens ſubſtantia eſt reſtituenda, nihil hoc prorſus iuuat vt prorogãda ſit reſtitutio. Alias melior eſſet conditio eorum, qui æs alienum ingentius per iniuriam contraxerunt, quam qui minora debent. Secundum detrimenti genus eſt lucrum, quòd debitori ceſſabit, ſi rem ſoluat. Et re vera neque hoc excuſat quo minus illico ſit facienda reſtitutio. Nam nemo ius habet lucrandi aliena pecunia inuita domino. Tertius ergo detrimentorum ordo eſt damnum emergens, nempe ſi qui centum debet, reſtituere non poteſt, quin plurium inſuper diſpendium faciat, quin ſcilicet merces viliſſimo pretio intempeſtiue diſtrahat, aut domum fundumve vendat vnde viuit idque cum maiori iactura, quam ſit æs quod alteri debet. Atque hoc eſt, ratione cuius, ſi quando licitum eſt differre licet reſtitutionem. Et ratio inquit Scotus eſt, quia dominus malle debet ingens damnum debitori cauere, quam vt ſibi debitum reſtituatur. At vero hæc cauſſa non prorſus rem conuincit, quoniam nemo tenetur iuri ſuo cedere ad euitandum alterius damnum, niſi extrema neceſſitate, aut tam graui, vt videret id, quod habet porrigere, & ideo graue debitoris detrimentum non iure ſtringit creditorem ſolutionem expectare. Ratio ergo ſi vlla eſt prolatandi tũc reſtitutionem, aliunde ſumenda eſt, inde videlicet, quod debitor pro illo temporis articulo non eſt ſimpliciter ſoluendo, quia mortaliter, quod fieri niſi cum tanto detrimento non poteſt, non reputatur poſſibile. Quin vero pluribus eſt veſtienda circunſtantijs tunc prorogatio, vt ſit iuſta. Animaduertenda enim in primis eſt acceptio ſueritne iniqua an iuſta, nam ſi per latrocinium aut per vſuras, aliaſve iniurias debitor ille in ære eſt alieno, profecto qualecunque citra extremam neceſſitatem patiatur detrimentum, tenetur illico reſtituere etiam ſi ſtatum perdat. Hoc enim non eſt de ſuo ſtatu calere, immo in ſuum ab illo deſcendere, qui non erat ſuus. Si autem per acceptionem iuſtam debita contraxit, tunc etiam exiſtimandum eſt, qua via in pauperiem incidit, nam ſi citra ſuam culpam aliqua eum aduerſa fortuna ſuis nudauit bonis, facilius indulgenda illi eſt reſtitutionis prorogatio. Atque id demum etiam librandum, an creditor ferre, dilationem poſſit, an vero etiam ipſe inopia laboret. Nam citra extremam neceſſitatem melior eſt multo creditoris conditio quam debitoris. Vnum hic autem ſilendum non arbitror, quod Sylueſt. verbo reſtitutio. 5. § 5 affirmat, quod, bona eius venia non crediderim. Ait enim inquam, quòd in huiuſmodi arbitrandis caſibus deferendum eſt confeſſario. Quod opinionem Directoris ſequutus, affirmat, videlicet ſi creditor non vult reſtitutionem expectare, & debitor induci non poteſt ad reſtituendum, ſtatim, tunc inquit, ſacerdos poteſt eum abſoluere, ſi cautionem capiat, quod certo poſt tempore ſoluet. Et ratio inquit

Rõ prorogãdi reſtitutionem.

Circunſtantiæ huius prorogationis.

Sylueſt.

Director.

quit eſt, quia tunc vtiliter gerit creditoris negotium, nam ſi pœnitens non abſolueretur, forſan ille nunquam debitum ſuum recuperaret. Et adducit legem ſoluendo. ff. de neg. geſt. & alias neſcio quas attamen regula hæc, quod vtiliter geratur creditoris negotium, licet in foro exteriori iuuet, tamen in conſcientia nulla eſt. Sacerdos nanque non eſt inter creditorem ac debitorē ſequeſter, aut creditoris procurator, ſed nomine Dei conſcientiam expurgator. Et ideo in hoc tantum debet eſſe intentus, vt ſecundum cauſas & merita, quæ modo explicabamus, perpendat debitor ſit ſoluendo necne, nam ſi ſoluendo eſt nullatenus inuito creditore eſt abſoluendus, niſi reſtituat, quamuis periculum immineat vt nūquam ſit reſtitutio facienda. Ipſe enim pœnitens ſibi viderit. Poteſt tamen accidere, vt ſatisfaciat, ſi per partes ſtatis temporib. reſtituat. Quin vero, vice verſa, in caſibus implicatis & iure dubij non eſt neceſſe, vt ſemper pœnitens confeſſario auſcultet niſi doctrina polleat. Ex his ergo facile colligas in quam aperto verſentur periculo, immo in quam manifeſtario iaceāt peccato, qui reſtitutionem vſque ad mortis articulum pro craſtinant. In primis enim hoc certum eſt, quod quicunque pro comperto habet ſi ære grauari alieno, & non habet propoſitum reſtituendi vſque ad mortem, licet firmiſſimum illud habeant tunc reſtituendi, aut reſtitutionem in teſtamento præcipiendi, perdurat in peccato mortali, neque eſt abſolutionis beneficio donandus. Et ratio eſt, quia habita opportunitate, per nullum tempus licet retinere alienum inuito domino. Quare ſi ſubita fuerit morte correptus, qualis vt plurimum eiuſmodi hominibus accideret ſolet, in ſtatu diſcedit damnationis. Et idem eſt cenſendum de illis qui ambigentes an id quod habent, alteri debeant, nolunt ſuperſtite illis vita in iudicio decernere, ſe ſatis ducunt, ſi proponant in teſtamento id hæredi ſuo demandare. Atque idem omnino de illis iudicandum, qui ſub mortis articulum, cum ipſi per ſe poſſit reſtitutionem facere, id renuunt, arbitrantes ſatis eſſe id hæredibus iubere, quoniam illi re vera ratio habent ſyncerum & candidum animum reſtituendi, nam qui tunc non reſtituunt, indicium apertum perhibent, quod neque ſi dixerunt reſtituent, atque adeo reſtituendi intentio non illis eſt niſi conditionali, ſi moriantur, quæ profecto ad pœnitentiam non ſufficit, Atque hoc potiſſimum periculum magnatibus imminet, quorum teſtamenta nunquam, aut vix nunquam hæredes complent, ſed ſatis ſe feciſſe arbitrantur, vt quam reſtitutionem auus patri, & pater ſibi teſtamento præcepit, eandem ipſe alijs recentibus onuſtam, filio iubeat, quam ipſe poſtea committat nepoti. Neſcio ergo an hic ſit legitimus illius verbi euangelij ſenſus, Impoſſibile eſt diuitem intrare in regnum cœlorum.

Impug. Sylueſt.

Procraſtinātes reſtitutionē in quanto verſentē periculo.

Primum igitur argumentum ſatis ſolutum eſt, vbi expoſuimus præceptum reſtitutionis includere negationem, ratione cuius reſtitutio prorogati non poteſt. At perinde ſoluitur tertium. Haud enim eodem modo præfinitur circunſtantia temporis in reſtitutione, atque in alijs præceptis affirmatiuis. Secundum autem eſt, quod nonnullas ſecum affert ambiguitatis. Conceditur nanque ad impoſſibile neminem obligari ideoque qui tunc non potes, ius habet prorogandi, & qui nullatenus poteſt, omnino eſt abſolutus. ſubdit autem D. Thom. quod debet nihilominus debitor aut dilationem petere à creditore, aut omnino remiſſionem. Contra hoc autem ſtatim ſe offert argumentum, quod eiuſmodi inops nullatenus teneatur, nam impoſſibilitas eum in conſcientia abſoluit. Quare licet creditor remittere abnuat, tamen ipſe non tenetur amplius facere, ſuperuacanea ergo eſt illa poſtulandi ceremonia, Reſpondetur, D. Th. non ſentire id eſſe neceſſarium quando impoſſibilitas eſt patens. At vero quoniam rariſſime eſt ita liquida, ſalubre conſilium eſt, vbi quidpiā dubitationis ſupereſt, illo vti remedio. Interrogas autem quænam cautela neceſſaria eſt, vt qui remiſſionem efflagitat, tutus in conſcientia maneat. Reſpondetur vnico breuiſſimo verbo. Ea prorſus, vt remiſſio ſit vere libera, itaque requiritur, vt ſit liberrima, neque ſufficit ſi ſit coacta. Cauendum ergo eſt ne vis interſit aut fraus. Si. n. creditorem decipis, aut perſuades minus debere, quam debes, aut non tanta te æquitate in illa debita eſſe collapſum, aut maiori te multo egeſtate, comprimi quam præmeris, donatio non eſt libera. Aut ſi aliquid comminaris, niſi tibi remittat, aut licet non commineris, id tamen ſubſignifi

Ad primū arg.

Ad tertiū arg.

Ad ſecū dū arg.

D. Tho.

Obiectio cōtra S. Tho.

Dilutio

Interrogatio.

Solutio.

cas, pariter eſt coacta. Idque cauere, quam maxime debent magnates à ſubditis remiſſionem petentes. Cautio tamen illa, quam aliqui ſcrupuloſi putant eſſe neceſſaria, vt ſcilicet debitor pecuniam prius in poteſtatem creditoris tradat, nimia eſt. Nam præterquam quod raro accidat, vt debitor eã habeat, vt bene adnotauit Caieta. præſens aurum & oculos faſcinare ſolet, & animas ſubinde mutare. Penſandæ ergo ſunt rei circunſtantiæ, vt remiſſio ſit libera. Poſtremum hic denique dubium eſt de hac impoſſibilitate, quando ſcilicet reſtitutio arbitranda eſt impoſſibilis. Quod eſt quærere, vtrum debeat homo in quamcunque neceſſitatem citra extremam adigi, vt reſtituat. Nam quod in extremã nemo ſit iniciendus, non eſt qui ambigat, quoniam (vt ſupra diximus) in tali neceſſitate omne debitum ceſſat. Sunt autem, qui aſtruant, citra illam in quamcumque eſſe debitori deferendum, vt ſoluat, ita vt debeat etiam ille qui eſt nobilis manibus laborare. & ſi opus eſt, etiam mendicare. Quia vt nemini citra extremam neceſſitatem fas eſt alienum rapere, ita neque alienum retinere. Attamen quia hæc moralia ſunt, ciuili more ſunt arbitranda. Perſpiciẽdum inquam in primis id, quod nuperrime dicebamus, quibus modis, & artibus fuerint debita cõflata. Nam qui per iniuriam, videlicet per latrocinium & fraudes illa fecit, profecto ad inopia redigendus eſt. Qui vero bona fide negotia contractabat, neque ganeis & luſibus atque immodicis pompis ſua dilapidauit bona, ſed reſtante fortuna factus eſt non ſoluendo, non eſt in rigore cogendus. Neque ſi nobilis eſt manuales operas debet exercere, neque mendicare ſatis eſt, vt vilius viua: & abiectus, deniq. miſere atque omnem deponat pompam, nam etſi in tali neceſſitate non poſſet aliena rapere, non inde ſequitur, vt nequeat particulam illius retinere, vt viuat, quod bona fide acquiſiuit, vltimum autem miſerorum remedium, quod leges miſerabile ac flebile vocant, eſt, bonis credere. De quo ſciſcitatur quis forſan, vtrum tuta conſcientia poſſit quiſque bonis cedere, idque à republica permitti? Ad hoc cum eadem prorſus diſtinctione reſpondendum eſt. Etenim qui negotiationes ſubdole & vafre vel ingrediuntur vel exercent, re vera nõ eſſent permittendi. Sunt enim qui cum nihil in bonis habeant, credito vndique corradunt, vnde fidem aliquam ſibi arrogẽt, & (quod ipſi vocant) creditum Neq. ea fraude contenti, viuere laute atque in dies lautius perſeuerant. Qua ratione æs alienum ingens conflant, quo poſtea preſſi in ſacrum aliquod ſe recipiunt. Hoc profecto peſtilentiſſimum eſt latrocinijs genus, neq. eſſent iſti à republica ferendi (vt lib. 6. iterum dicturi ſumus) ſed ceu latrones plectendi. Qui autem bona fide negotiantur, ſed calamitosè ſunt in pauperiem reiecti, optima conſcientia poſſunt legum beneficio vti, ne carceribus abſummantur, ob hoc enim beneficiũ inſtituta eſt ceremonia cedendi bonis vt habetur l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. Ac ſubinde poſſunt licite illa retinere, quę ſibi leges permittunt, puta inſtrumenta ſunt artis, quotidianaque alimenta, & menſtrua, atq. annua, vt habetur l. qui bonis. ff. eod. titu. Eſt enim habenda ratio, ne egeant, vt ſancte cauetur l. in condemnatione. ff. de reg. iur. Quocirca etſi bona aliqua poſtea lucrẽtur, quæ quotidiana victui ſibi ſunt neceſſaria, retinere illa poſſunt, quando quidem eadem lex. Qui bonis, iubet non eſſe illis vendẽda Vtrum vero veniens ad pinguiorem fortunam teneatur ſecundum conſciẽtiam reſtituere, forte dubitas. Apparet namque per illam ignominiam, legi, ac ſubinde creditoribus ſatisfeciſſe. At vero leges ipſæ eandem dubitationem abſtergunt, decernentes omnino tunc teneri, nam beneficium illud eatenus (vt dictum eſt) illis ſuffragatur, ne carceribus ſint intruſi. Vnde l. 1. citata in C. Qui bonis, inquit ceſſerint, niſi ſolidum creditor receperit, non ſunt liberati. Et l. cum & filij. eod. titu ſi quid pinguius poſtea eis acceſſerit, hoc iterum vſq; adeo debiti poteſt à creditoribus legitimo modo auelli idemque l. is, qui bonis 2. eod. tit. ſancitur.

Caieta. Dubitatio.

Dubij ſub motio.

Cedere bonis quando liceat.

Quãdo teneantur reſtituere q bonis ceſſerunt.

FINIS LIBRI QVARTI.

FR.

FR. DOMINICI SOTO SEGOBIENSIS, THEOLOGI, Ordinis Prædicatorum.

Liber Quintus de Iustitia & iure.

PROEMIVM.

EXpeditis Libro Quarto duorum disputationibus, scilicet dominij ac restitutionis, quæ ad commutatiuam iustitiam, eique subinde contrariam iustitiam cognoscendam viam communiunt, iam nunc ex ordine de vitijs dicere aggredimur eiusdem in iustitiæ. Porro autem Arist. 5. Ethic cap. 2. humana commercia in duo partitus est, scilicet in ea quæ homines sua sponte faciunt, atque ea quæ ipsis inuitis fiunt. Et quoniam in hoc secundo commutationum genere plus multo inest iustitiæ, congruit vt Quintus hic liber de huiusmodi vitijs, per quæ inuitis hominibus iniuria eis fit instituatur. Quem Sextus ac Subinde Septimus subsequenter de iniustitia quæ in liberis spontaneique cantractibus vsu venire solet. Irrogatur autem homini iniuria quoties illi contra ius nocumentum infertur, idque aut facto vel in personam suam vel in sibi coniunctam vel in res suas, aut denique verbo. Et quoniam bonorum omnium temporalium primum maximumque est vita, prima quæ interrogatur quæstio, est de homicidio.

Aristot. Biperti tahumana commercia. Ordo librorũ.

Partitio libri.

QVAESTIO PRIMA DE HOMICIDIO.

Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 64.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum aliquod viuentium quæ perfecta sunt occidere liceat.

D.Tho.

QVONIAM D.Tho. Peripatetico vbique more ab vniuersalioribus rem auspicatur, in ingressu statim tractatus de homicidio minime ineptum ducit disputare vtrum liceat brutas animantes interimere, perfectas scilicet nam de his quæ per corruptionem generantur, quid opus est meminisse? Aud enim desunt a parte negatiua argumenta. Horum autem primum est hoc. Vita est nobis cũ cæteris animantibus cõis, quam ob cãm commune pabulum nobis ipsiq. initio statim Genes. Deus contulit, vbi ait, Ecce dedi vobis oẽm herbam &c. vt sint vobis in escam & cunctis animãtibus terræ, omnique volucri cęli, ergo & natura ipsa, & eius auctor Deus, prohibuisse videntur cunctorũ aĩalium occisionẽ. Secundo arguitur. Si illa fas esset occidere, vnus eorum vsus foret, vt nobis essent in cibũ, hoc aũt vr̃ crudelitatẽ quandam ac fęd tatem aĩorum arguere, vt. s. carnibus, in quibus fuit aĩa viuens, vescamur, nam hac de cã fertur ante diluuium non fuisse talis vsus permissus, quia neque in principio Genesis cõcessus alius esus legitur, quã herbarum, ergo nõ omni culpa vacare vr̃, animalia in talem

Primũ argum. partis negatiuæ.

Secũdũ argum.

vsum

vſum interficere. In contrarium eſt quod Geneſ. 9. ait Deus. Noe omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum, in cibum autem niſi mactata venire non poſſunt.

Ad quæſtionem hanc duabus concluſionibus, iuxta numerum argumentorum, reſpondetur. Prima. Licita eſt tum naturali iure, tum adeo conceſſione diuina animalium brutorum occiſio. Concluſio primum ſtatim patet ratione, ordineque naturæ, quem Ariſto. 1. Politico. agnouit, vbi docuit inferiora creata fuiſſe propter ea quæ ſunt perfectione præſtantia, ſcilicet herbas propter animalia, reliquos vero fructus terræ, & animalia ipſa propter hominem. Nempe quæ & viuentia adiumento nobis ſint, & mortua in cibum Adde & in veſtitum & in alios vſus. Seruiunt enim nobis & lana, & corio & elaboratis oſſibus, ac multis alijs quæ nobis ſunt vſui. Vnde 2. Ethic. docuit idem Philoſop. hominem eſſe finem omnium. Quapropter citata illa Geneſ. 9. diuina conceſſio, Omne quod mouetur & uiuit, erit vobis in cibum, perinde eſt explicatio naturalis iuris, atque altera Geneſ. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam, & vniuerſa ligna fructifera, vt ſint uobis in eſcam, nam tam naturales cibi noſtri ſunt carnes, quam terræ fructus. Vſque adeo hęc vera eſt concluſio, vt ſit etiam veriſſima, & fidei chatolicæ confeſſio, cuius adeo contra fuit Manichæorum hæreſis, vt Auguſt. 1. de ciuit. Dei. cap. 10 refert. & 6. contra Fauſtum Manichæum ediſſerit. Aiebant enim veſani illi, animalium animas membra eſſe Dei. Et ideo impietatē eſſe carnibus earum veſci. Ait ergo contra Auguſtinus eōdem 1. de Ciuitate, cap. 20. Nunquid cum audiuimus, Non occides, virgultum, vellere nefas ducimus? & Manichęorum errori inſaniſſime acquieſcimus? Et infra. Non illud accipimus de frutis, neque de irrationalibus Animalibus. Nam iuſtiſſima ordinatione creatoris, & vita, & mors eorum noſtris vſibus ſubditur. Hæreſis ergo hæc loco citato Geneſis 9. cōdemnatur. Omne quod mouetur erit vobis in cibum. Atqui etat iam tēpore Apoſtolorum oborta. Illo enim Paulus 1. ad Tim. 4. vetare aiebat abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendū, cum gratiarum actione. Et actu. 10. Petro formidanti animalia comedere quæ oſtēſa illi fuerint in linteo, reſpōſum ęlitus eſt. Quod Deus purificauit, tu cōmune ne dixeris. De hac igitur concluſione nemini dubitare licet. Hoc autem in quæſtionem acciri poteſt, vtrum ante diluuium fuerit eſus carniū in vſu? videtur namque pars negatiua ex loco illo Gen. 9. colligi. Cum enim tunc Noe è diluuio emergenti Deus in alimoniam indulſerit omne quod mouetur & viuit, grande argumentum eſt antea nōdum id fuiſſe conceſſum, eo vel maxime, quod Geneſis 1. ſolas herbas leginus, & terra naſcētia pariter hominibus ac iumentis conceſſa. Mox accedit coniectura ex eodem ca 9. Nam poſt citata verba continuo ſubditur. Quę ſi holera virātia tradidi vobis omnia. ac ſi dixiſſet, Etſi hactenus non niſi holera vobis in eſcam permiſerim, iam hinc perinde atque indulta holera trado vobis animantia in edulium. Accedit inſuper & ſub iunctum verbum, Excepto quod carnem cum ſanguine non comedetis. Enimuero ſi antea in morte erat carnium uictus, aut illas cum ſanguine deuorabant, aut ſecus. Si prius dederis, reſponde quæſo, cur non illucuſq. horridum illud facinus fuerit pro mille ſexcentos annos prohibitum? Si autē poſterius conceſſeris, quid rogo tunc demum monito opus erat? Fit ergo coniectura, quod antea nullus erat vſus carnium, ob idque tunc primum indulto docuit Deus homines quemadmodum eis ſine ſanguine, hoc eſt, elixis vel aſſis vterentur, nō crudis, vt feræ Fuit. n. & gentib. Phythagorico dogmate imbutis ſolenne, à ſanguine abſtinere, eo quod animarum ſedem arbitrabantur, ſemperque & vniuerſis mortalibus horror fuit ſanguinem ſorbere. Arguitur deinde ratione, Nam ante diluuium virtus in herbis vigebat ad alenda, vegetādaque & irroboranda mortalium corpora, quia nondum erat terra aluuione ſtagnata. Tunc ergo non erat carnium vſus neceſſarius, vt poſtea, atque hæc apparet ratio quare tunc temporis fuerint conceſſæ, ſicuti & vinum, quia neque herbæ, neq. aquæ priſtinum vigorem retinebat, & humana corpora languere cœperant, & in uita breuiorem ire. Quare de illo omnium primo ſecuto ait Naſo.

Contentique cibis nullo cogente creatis. Ouidius

Prēterea eſus carnium præſe antiquis ferre videbatur neſcio quam animi crudelitatem ac feritatem. Vnde idem poeta lib. 15. eiuſdem Metamorph.

Prima conclu.

Ariſtot.

Manichæi. Auguſt. Vetania

Manichęorū. Auguſt.

Paulus.

Dubitatio.

Pythagoras.

Parcite mortales dapib. temerare nefandis
Corpora sunt fruges &c. Et infra.
Carne fera sedant ieiunia, nec tamen oēs.
Quippe equus & pecudes, armentaq; gramine viuunt. Et inferius.
Heu quantum scelus est in viscere viscera condi?
Congestoque auidum pingue scere corpore corpus?
Alterius q; animantem animantis viuere letho?

Communis ergo ferè opinio est, ante diluuium nullarum carnium fuisse vsum in cibis tametsi S. Thom 1.2. quæstio. 102. artic 6 cunctabundus dixerit. Videtur esus carnium post diluuium introductus. Nicolaus vero Lyranus Genes. 9. incunctanter id asserit. Sed Abulensis Genes. 1. non id tantum, sed insinuat insuper prohibitum fuisse tunc tale putrimentum. Ait enim Deum taxasse omnibus herbas in cibum. Caietan. vero eodem loco Genes. 9. Medium se interponit dicens, neque fuisse prohibitum carnibus vesci, neque tamen fuisse in vsu. Ego tamen mihi (vt sub aliorum censura id asseruerim) suadere videor hanc, quę sit huius articuli secunda conclusio. Ante diluuium nō solum non fuit prohibitum carnes edere, verum etiā est valde probabile illas post naturam lapsam illico inter humanos cibos vsurpatas. D. n. Tho. neque de prohibitione meminit, neque assęueranter vsum negauit. Dixerim autem, post naturam lapsam. Nam in statu innocentiæ facillimum creditum est, quòd quātouis seculo durasset, nunquam vsurpatæ fuissent carnes in escam. Et ratio est, quod fructus Paradisi fuissent tum affluentissimi, tum & virtute solidissimi ad nutriendos, vegetandosq; homines. Et cum in illa fœlicitate nullus esset vitiatæ affectionis locus, nullus vteretur superfluis, sed fuissent necessarijs contenti. Atque eo præsertim quod esus ligni vitæ eos valebat incolumes seruare, vt possent non mori. Verum tamen de statu naturæ corruptæ probatur nostra conclusio. Esus carnium est vitæ humanæ post naturæ lapsum eiusque incolumitati quam maxime naturalis, adeo vt Medici nihil salubrius in cibis ponant, tam ad bonam valetudinem, quam ad virium robor, hanc autē naturam statim à sua conditione carnes habuerunt. Arguitur ergo. Si mortales illi numquam carnes degustarunt, aut hoc fuit, quia fuerant illis interdictæ, aut quia earum salubritas, & sapor nunquam eis fuerant cognita, aut quia nō erant necessaria. Prohibitio autem nulla scripta legitur, neque ratione naturali doceri poterat, immo (vt iam dicebam) contrarium natura docet. Quod autem earum naturam ad cibum accommodatissimam in mille sexcentis annis nunquam speculando agnouerint, neq; experiendo deprehenderint, nullatenus fit credibile, tantoque minus, quanto illas gēres circa ortum humani generis credibile est ingenio, & sagacitate præ suis posteris valuisse. Si dicas non fuisse talem cibum necessarium propter fructuū radicumq; abundantiā, virtutem, ac salubritatem hoc satis euincere cōcedā, quod si status innocentiæ durasset, nunquam in vsu fuissent propter humanā tunc frugalitatem, ac modestiam. Attamē vitiata natura, nullum est argumentum, quod si carnes non erant necessariæ, ideo nō essent in vsu. Corruperat. n. omnis caro viam suam. Quapropter cum homines illi ad malum proni peioribus se voluptatibus immergerent, fit impendio probabile, & talibus etiam escis, atq; eduliorum delitijs, ac lautitijs sese dedisse, & maximè prope ante diluuium, quando (vt ait lib. 1. Antiquitatum Iosephus) nulli parcebatur vitio, aut flagitio. Mox arguitur. Cuncta aīalia facta sunt p̄p hoīem, sunt aūt complura, quæ non aliter illis hominibus vsui esse poterant quam comesta, velut sunt pisces, perdices, gallinæ, & alia id genus, præsertim quod venatio (vt ait 1. Pol. Aris.) naturalis est homini, atque adeo agrestibus illis hominibus non dubium, quin fuerit in vsu. Tertio arguitur. Offerebantur tūc Deo animalium sacrificia, vt de Abel legitur, quam ob causam Noe dī clausisse in arca de aīalibus mundis septena, & septena, sacrificia aūt non fiebant de rebus inanibus, & quæ non possent sacerdotibus vsui esse, ergo sumebantur in cibum. Ecquid. n. laudis cōmeruisset Abel, quod opima, & pingua gregis sui Deo l taſſet, si tantū pelles, & lana in rē essent sacerdotū non aūt carnes? Præterea credibile est, vsos illos homines fuisse lacte. Cur ergo non carnibus? Iam cū tot animalium corpora in dies pellibus nudassent, vt corio induerentur, & lana, non est credibile, carnes canibus, ac volucribus proiecisse. Imò fit maximè verisimile, igni tandem

D. Tho.

Lyran.

Abulēs.

Caiet.

Sententia autoris, quæ dissoluitur dubium.

2. concl.

Probatio conclusionis.

Aristot.

randem vt guſtarent admouiſſet: nam & panem, & herbaceos cibos igne adparabant. Neque verum ad locum Geneſ 9 reſpondere operoſum eſt, immo dicendum quòd cum Geneſ. 1. herbæ tantummodo declaratæ a Deo fuiſſent in cibum propter ligna Paradiſi, in quo hominem Deus collocauerat; quæ illi ſtatui affatim ſufficiebant, & poſt natura vitiata humanum genus naturali iure carnes adhibuiſſet in cibum, & fortè propè diluuium eo hominū feritas euaſerat, vt crudis carnibus cum ſanguine vterentur. Deus a diluuij periculo emerſis conceſſit, tanquam naturale ius, vt piſces, & carnes ederent, excepto ſanguine, hoc eſt, vt non crudas, ſed igne paratas intelligerent in cibum humanum cedere. Ob idque Hebræi plus nimio carnes ſanguine euacuabant. Et ideo horror illis erat, vel in farciminibus, vel in ferculis ſanguinem guſtare, quod gentibus erat in vſu. Atque ea propter in eorum gratiam, actum 15. indicta abſtinentia fuit a ſuffocato, & ſanguine.

Ad primū arg. Argumenta verò in contrarium facillimæ ſolutionis ſunt Ad primum enim reſpondetur, quod etſi vita nobis cum cæteris animantibus communis ſit, non tamen æquo iure, ſed ſua eſt propter noſtram, &

Ad ſecūdū arg. ideo neque qui ſuam occidit pecudem, vllo faciat iniuriam, neq; qui occidit alienam, vllam irrogat pecudi, ſed poſſeſſori, neque Deus pecora paſcit, niſi propter nos. Ad ſecundum verò ſatis reſponſum eſt, neque vllam eſſe feritatem, aut crudelitatem carnibus veſci, tametſi illa Poetæ ingenij gratia decantarent. At Manichæi erant, quos Auguſt. lib 6. contra Fauſtum, cucurbitarum homicidas appellat, eo quod arbitrabantur nefas eſſe mortificare viuentia.

ARTICVLVS II.

Vtrum liceat maleficos occidere

Primū arg. partis negatiuæ.

A Brutis pecoribus primus gradus in hoc articulo 2. fit ad improbos homines, qui a ſua degenerantes, in iumentorum naturam, Dauidis teſtimonio, deſciſcunt. Quæritur ergo, an illos liceat a viuentium cœtu morte reſecare? Videtur enim nefas, hominem, quantumuis ſceleroſum, vita mulctare. Exempla enim Chriſti amplectanda nobis ſunt, prohibuit autē Apoſtolos, vt Matth. 13. legitur extirpare zizania, hoc eſt, filios nequam, ne vna conuelleretur & triticum, ergo id nobis præceptum putandum eſt. Secundo; Deus (vt Ezechielis ore ipſe teſtatur) non vult mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. Ergo eius exemplo neminem peccantium debemus extinguere, ſed ad pœnitentiam animare, tunc præcipuè dum conſtat ſupplicium illi periculum creare perditionis æternæ. Accedit tertio loco, quod id quod genere ſuo malum eſt, nulla de cauſſa, vt ait Ethic. Ariſtote. fieri poteſt bene. Vnde Auguſtinus in libro, Contra mendacium, probat ipſum nunquam eſſe licitum, occidere autem hominem per ſe, eſt malum adeo vt ſicut libro 2 diximus, ſit omnino indiſpenſabile, ergo nunquam eſt licitum eo, vel maxime, quod Chriſtiana charitas non ſolum ad amicos, verum & ad inimicos & malos protenditur. In contrarium autem eſt citatum illud Exod 2. Maleficos non patietis viuere. Et Exod. 21. Si quis per iniuriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur, quod citatur in cap. 1. de homicid.

Secūdū argum. Tertiū argum. Ariſtot. Auguſt.

Quæſtio præſens alicui forte poſtulaſſe videatur, vt de prohibitione homicidij ſtatim in fronte diceretur. At vero animaduertere oportet, hic non de iuſtitiæ præceptis iniri tractatum, is nanque libro 2. vbi Decalogum interpretabamur. abſolutus eſt. ſed agimus de contrarijs iniuſtitiæ vitijs. Ad quæſtionem ergo ci ra controuerſiam reſpondetur affirmatiua concluſione. Iuſtum eſt malefactores interficere. Cuius rationem pulchre D. Thom. ex ſuperiori articulo deduxit. Definitum quippe eſt, ob id animalia bruta licite mactari, quod in noſtrum vſum ordinata ſunt, ſicut imperfectius propter id quod perfectius eſt. Pari ego iure cum omnis pars à natura facta ſit propter totum corpus, atque adeo vbi ſaluti hominis neceſſarium eſt, membrum putridum reſecatur, ne contagione cætera, ac demum totum perdat, ſinguli autem ciuium totius ſint reipublicæ partes, conſequens ſit vt vbi incolumitati reipublicæ expediuerit, ius eadem ipſa habeat ciuem mortem reſecandi, ne totam inficiat. Nam vt ait primæ Corinth Paulus

Scrupulus. Dilutio. Concſō vnica. Rō concluſionis. S. Tho. Paulus.

Fer-

Fermentum modicum totum maſſam corrumpit. At vero hoc occurrere cuique poteſt argumentum, contra hanc veridicã aſſertionem. Prohibitio hęc, Non occides, eſt diuina, eademque generalis, quæ cunctos mortales nemini excepto occidere vetat, nemini autem inferiorum facultas ſuppetit diſpenſandi in lege ſuperioris, ergo nullo humano iure conſtitui poteſt vt homo quantumuis peccator occidatur. Hoc argumento Scot. in 4. diſtin. 15. quæſt. 3. perſuaſus, quatuor aſſeruit. Primum illud præceptum eſſe generale. Nam Exo. 20. abſolute ponitur. Et Matth. 5. ſub eadem forma refertur, Non occides. Secundo ex hoc infert quod nullum nocentium hominem, priuata publicaue autoritate interficere licet, niſi in caſibus veteri lege exceptis à Deo, neque vero lex humana vllum poteſt aliud crimen, morte vlciſci. Illud probat eodem argumento. Nam cũ hoc ſit præceptum diuinum, nulli poſſunt homines ſuper eo diſpenſare. Tertio infert non eſſe licitum furem interficere dirum ſcilicet illum, qui latenter furatur. Hac probat, quia vt patet Exod. 22. vbi denarrantur crimina & ſcelera quæ erant capite plectenda, caſus iſte non connumeratur, quin uero capite ſtatim. 22. exprimitur vt nocturnus fur, in flagranti delicto captus morte opprimatur, diurnus vero minime. Et bullam, inquit, ſuper hac exceptione nullam audiuimus. Quarto demum infert, quod neque inter Chriſtianos adulteram interficere fas eſt, quoniam licet olim, Leuit. 20. id præcipiebatur, tamen Ioann. 8. Chriſtus idem præcepto reuocauit, vbi adulteram impunitam dimiſit. Quare ſecundum Scotum, leges quæ contrarium præcipiunt non ſunt iuſtæ. At vero ſalua exiſtimatione celeberrimi auctoris, ex falſo fundamento, nam potuit non falſas elicere concluſiones. Falſum inquam eſt præceptum illud. Non occides, ea eſſe generalitate intelligendum, vt cunctas in vniuerſum hominum occiſiones comprehendat. Primum enim inuaſorem in culpata tutela tranſfigere, nullatenus illo præcepto prohibetur, alias cum in lege veteri non ſit exceptus, ſecundum eius regulã non eſſet licitũ. Neq; legitima eſt reſponſio, quod inuaſor non intendit alium occidere, ſed ſe defendere. Nam etſi illa ſit quod ſuperior finis ſit defenſio, nihilominus tanquam medium ſumitur aggreſſorem occidere, poteſt namque qui ſe defendit hoſtis iugulum recta intentione petere. Neque rurſus ſolida eſt aliorum reſponſio, quod ille non occidit priuata auctoritate, ſed publica aut diuina, quoniam profecto non alio, ſed eo priuato iure quo quis poteſt ad ſeruandam vitam comedere poteſt aggreſſorem interimere. Vide qui ait publica auctoritate occidi inuaſorem, deberet dicere publica etiam hominem comedere. Secundo arguitur contra id quod ſecundo infert, nempe non licere reipublicæ alios occidere, quam qui lege veteri excepti ſunt. Primum enim ſi præcetum illud, Non occides, adeo erat generale, non erat cur Deus in tot caſibus ſuper illo diſpenſaret. Imo vero cum præceptum eſſet decalogi, idque negatiuum, neque Deus potuit in illo diſpenſare, vt libro 2. oſtendebamus. Mox arguitur. Aut præcepta illa occidendi malefactores, legalia erant, aut naturalia, ſi legalia prorſus ceſſarunt, quare neque liceret modo homicidas occidere, neque aliorum ullũ qui illic capitali ſupplicio ſubditur. Si autem fuerunt, vt vere fuerunt, naturalis iuris interpretamenta, ergo lumine ipſo naturali illi caſus excepti erant ab illo præcepto, Non occides, vel potius non erant illo comprehenſi. Et confirmatur ratione, ad quam mirandum eſt Scotum non animaduerriſſe. Ante legem ſcriptam reipublicæ gentium ſceleræ iure & merito capitis ſupplicio vlciſcebantur, & tamen id non faciebant, quia excepti illi caſus eſſent a lege ſcripta, quæ nondum erat. Immo vero ſeculo illo legis ſcriptæ illa non tenebantur, & nihilominus cædibus auctoritate publica vindicabant ſcelera, idque iuſtiſſime, ergo ratio quare id reipublicæ licet non eſt exceptio ſcriptæ legis, ſed ius ipſum naturæ. Id quod manifeſtiſſima demum ratione hac patefit. Tam naturale eſt vt nocentes homines & in rempublicam peſtilentes, reſcindantur, quam quod non occidantur innocentes, ergo poteſtas hæc reipublicæ non pendet ex illa exceptione legis antiquæ, ſed iure ſibi naturæ conceditur. Ad hæc ſi reſpublica modo ciuilis, facultatem non haberet naturalẽ alios interficiẽdi malefactores, quã eos qui lege veteri excepti erãt, neque liceret illos alijs excogitatis mortibus

in

Obiectio.

Scotus lapſus ẽ in explanatione huius p̃cepti.

Non occides.

Impugnatur. Scotus.

Caligat in hac re Scotus nimis.

interimere, neque alios vllo corporali ſupplicio afficere, puta fures flagellis cœdere neque alia enormia delicta mortis commi nationé prohibere conſequens tamen abſurdiſſimum eſt, & contra tenorem Legis capitalium, ff. de pœnit. vbi incendiarijs, atque alijs pœna capitis decernitur, & parricidæ in dolium occluſi ſubmerguntur, & hæretici exurantur, & læſores maieſtatis meritiſſimo dilaniantur, & alij flagellis vapulantur, atque alij in exilium relegantur, quæ tamen pœnæ illic non erant poſitæ.

Explicatio elegãtiſſima illius præcepti, nõ occides.

Legitur ne rei explicationem diutius protelemus, præceptum hoc. Non occides, ſicuti cuncta Decalogi, vt lib. 2. oſtenſum eſt id, quod neque Scotus negare poteſt, præceptum eſt iuris naturalis ex illo ſcilicet principio elicitum, Id ne facias alijs, &c. Quocirca legitimum eius ſenſum, ratio nos naturalis docet, atque adeo couſq. generale eſt, quouſque natura vitam vult humanam ſeruare. Qui autem caſu ratio naturalis hominis occiſionem, aut iubet, aut permittit, idem caſus, eodem præcepto nõ comprehenditur. Ex quo fit vt aggreſſoris interfectio, non ſit eiuſdem præcepti exceptio, quia neque tale homicidium vetitum à natura eſt, neque ſubinde vetari potuit. Atque eadem, immo æquiori ratione, neque malefactorum extinctio, quæ publica fit auctoritate, exceptio eſt eiuſdẽ præcepti, quoniam neque illo fuit vnquã comprehenſa. Immo ipſa eadem natura nihilominus id iubet, quam innocentium ſoſpitatem. Quo enim ſe quiſque iure tueri poteſt, cum noſtis internicie, & quo poteſt ſibi membrum amputare vt ipſe ſit ſoſpes, poteſt reſpublica ſe incolumen per ciuem necẽ ſeruare. Sequitur ſubinde ſecũdo, caſus illos antiquæ legis non omnes fuiſſe mere legales, ſed interpretationis iuris naturæ. Tametſi ingenio illius gentis congruens fuerit vt aliqua tunc adhiberentur acerbiora legalia vt fuit talionis pœna, & lapidationis adulteræ, atque alia id genus, quæ in tota Chriſtiana familia perdurant. Sequitur tertio, quod præter illa ſupplicia potuit ſemper, poteſtque quiſque princeps, iuſta ratione dictis, leges nouas facere mortis inflictiuas, quoniam illud præceptum, Non occides manus reſpublicæ, quatenus ratione ducitur, non alligat. De tertio Scot. aſſerto ſcilicet an liceat fures occidere? commodius quæſt. 3. diſputabimus, ſubtitulo defurto. Quartum vero, quod de adultera aſſeri, nempe Chriſtum reuocaſſe legem illius occidendę, neſcio qui conſequentia poteſt ex Euangelio colligi. Redemptor enim illic non induit iudicis perſonam, immo negare viſus eſt ſibi quatenus homini, illùd competere ſeculare iudicium, ſed tanquam miniſter Rex regni cęlorum, admonitos illos curauit accuſatores, vt ſi in aliquo eſſent crimine reſipiſcerent, intelligentes cuiuſque iudicium a ſeipſo inchoandum eſſe. Hoc enim erat inſtitutum regis regni cęlorum non autem ſeculares cauſas iudicare. De adultera vero, iterum artic. proximo. Per hęc demum aliorum opinio ſecunda recurritur. Sunt enim qui contra Scotum, in alterum extremum impingunt. Aiunt enim dictum præceptum non ſolum non eſſe generale, ſed hoc modo particulare. Non occides innocẽtem. Nam licet Exod. 22. abſolute poſitum ſit, tamen ſtatim cap. 23. ſubditur. Inſontem & iuſtum non occides. At vero neque hic modus diſcendi tutus eſt, quoniam & qui priuata auctoritate ſontem hominem & iniquum occidit, contra idem præceptum peccat, vt artic. proximo patebit. Immo & auctoritas publica, ſi eundem prętermiſſio ordine iuris, occidat, ſimiliter contra idem ipſum peccat. Igitur nullis opus eſt moderaminibus illum præceptum onerare, quia ſi opus illis fuiſſet in Decalogo fuiſſent expreſſa. Neque oportet ſub illa forma explicare, Non occides, niſi ubi cauſſa fuerit iuſta. Nam hęc forma quædam appareret petitio principij, ſed abſolute eſt intelligendum, vt iacet, attamen quatenus ratio id naturalis explicat. Similem enim effigiem prefert totus Decalogus. Nolite iurare omnino, & tamen ſubintelligitur, niſi ratio naturalis contrarium exegerit. Et pariter interpretabimur illud. Non furtum facies. Et hoc eſt quod docet Diuus Thom. prima ſecunda quæſtione 100. artic. octauo. vbi ait, homicidium, quod à Decalogo prohibetur, habere rationem indebiti. Neque hec eſt petitio principij. Eſt enim ſenſus, quòd prohibetur id quod iure naturę indebitum eſt, nempe id quod genere ſuo eſt malum, ſed nihilominus ex cauſſa, vſu venire poteſt vt ſit bonum. Cauſſę vero explicande ſunt, dum quis inculpata tutela ſe defendit, & quando iudex

Pœna talionis.

Senſus præceptorũ negatiuorum Decalogi.

D. Tho.

iudex lege agit in malefactorem. Vnde cum homicidium rem dicat intrinſecè malam, illæ hominem occiſiones non ſunt nuncupandæ homicidia.

Reſtat nihilominus argumenta diluere, quæ non ſunt prorſus ambiguitate vacua. Ad primum quidem, reſpondet S. Thom. cum Sanctis interpretibus. Quorum prima ſolutio eſt, quòd vbi improbi abſque proborum periculo interfici nequeunt, abſtinendum eſt. Id autem dupliciter vſu venire poteſt. Primo, ſi praui adeo ſunt cum iuſtis commixti, vt dignoſci nequeant. Quare ſi conſtaret in ciuitate, maiorem eius partem hæreſi eſſe infectam, non liceret ad puniendum crimen, totam incendere. Secus in aggreſſu hoſtilis vrbis, tunc enim licet ſulphuris iactibus illam petere cum innocentum periculo. Secundo, ſi puniri non poſſunt nocentes, ſine grandi commotione innocentum, qui ſcilicet ſanguine, vel alia neceſſitudine, illis ſunt coniuncti. Atque hæc Auguſtin expoſitio, contra Parmenianum. Quin vero aliud nobis documentum dedit Redemptor, vt potius ſit propter bonos parcendum malis (vti Angeli poſtulabant Abrahæ, vt ſi decem iuſtos Sodomis inuenirent, toti ignoſcerent genti) quam propter malos, bonis incommodandum. Tametſi prudenter regula hæc, ad humanam facultatem accommodanda eſt. Humanus enim princeps, non tam abſoluta viget auctoritate, quam Deus. Ille enim omnia ad poſtremum iudicium reſeruat, principi autem non licet quacunque de cauſſa delictoribus parcere. Hoc enim in cladem Reipublicæ cederet. Quapropter quamuis multi ſcandalum accipiant, nihilominus ſi id commodè exequi poteſt, non debet a malorum punitione ceſſare. Hanc enim ob cauſſam (vt ait Paulus) gladium portat, vt tumultus, ac ſeditiones exequutioni iuſtitiæ obſiſtentes, placare poſſit, & vbi opus fuerit, etiam conterere. Ac pariformi modo reſpondetur ad ſecundum. Deus namque arcanorum cordium ſcrutator, atque humanæ ſalutis auidus, longanimi expectatione, vt ait Paulus malos adducit ad pœnitentiam, idque conſulit S. Thom. & humanam iuſtitiam pro poſſe imitari debere. Ait tamen pro poſſe quando peccata non ſunt publica, atque in aliorum perniciem vergentia. Nam alias, vt diximus non habet tam amplam facultatem, quam Deus. Quod dixerim ad obuiandum vulgarium interrogationi. Dubitare namque quis poſſet, vtrum dum iudex, aut princeps iudicijs conijcit, ſi reum ſupplicio afficiat, perditum eum ibi in infernum, ſi autem ei ignoſcat mentem mutaturum progreſſurumque adeo per viam ſalutis, debeat ei parcere, hoc enim ratio eo ſuadere videtur, quod vita corporalis in ſpiritualem eſt ſemper ordine charitatis referenda, cuius vtique charitatis iuſtitia non eſt inimica. Reſpondetur primo, quòd iudices quatenus leges ferunt, multo eſſe debent in clementiam propenſiores, quam in rigorem iuſtitiæ. Nihilominus tamen quamuis per reuelationem etiam conſtaret ſupplicium reo cauſſam eſſe damnationis æternæ, non eſt illi indulgendum. Aliqui facilè cuicumque eſſet illa vti vafricie, vt ſe impœnitentem fingeret. Et ratio eſt, quòd punitio publica non refertur in emendam, neq; in bonum ipſius qui punitur, ſed in bonum publicum, vt alij terreantur, & quoniã bonũ publicum præſtantius eſt particulari ordine charitatis præ illo diligendum eſt: nam & iſta via etiam conſulitur ſaluti ſpirituali Reipublicæ. Ad tertium denique reſpondetur, q̃ hominem occidere non eſt eo modo intrinſecè malum, vt mẽdacium, puta ita generale, ſed quãdo eſt contra naturam, tunc autem eſt contra naturam, quando homo dignitatem ſuam ſeruat, hoc eſt ſecundum rationem viuit, per hoc n. eſt liber, ac propter ſeipſum exiſtẽs, quando autem inde decidit tunc in vtilitatem ſeruituremque brutorum animalium degenerat, ſecundum illud Pſalmi, Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis, &c. Ob idque perinde, atq; brutum, licet eum occidere. Eſt. n. corruptus homo, vt 7. Polit & 1. Ethic. ait Ariſtotel. tanto fera beſtia peior, ac nocentior, quanto per ingenium, & voluntatem pluribus abundat nocendi modis.

Ad primũ arg. S. Tho.

Auguſt.

Paulus.

Ad ſecũdũ arg. Paulus. S. Tho.

Cauillũ vulgarium tollitur.

Punitio in bonũ publicũ ordinatur.

Ad tertiũ arg.

Ariſtot. Homo improbus fera beſtia peior.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſceleroſam hominem vnicuilibet priuato occidere liceat.

HAud ſatis eſt definiſſe licitum eſſe homines nequam interficere, niſi & modum

modum exploremus, nempè an id cuique liceat priuato ciui. Arguitur enim primum a parte affirmatiua, ex illo Moſaico mandato, Exod. 32. Vnuſquiſque fratrem ſuum amicum, & proximum occidat. Secundo, arguitur ex eo quod articul. proximo corruptum hominem, ac perditum cum beſtijs conferebamus, ſyluestrem autem beſtiam, ac præſertim ſi nocua ſit, vnicuique liberum eſt occidere, pari ergo ratione, & brutum hominem. Tertio, laude dignum eſt, vt homo id etiam priuatim faciat, quod in commune commodum eſt, occiſio autem malefactorum vtilis eſt Reipublicæ ergo illa etiam ſi priuatim fiat, iuſta eſt, & ſancta. Contra ſtant illa verba Auguſtini 1. de Ciuitate Dei. Qui ſine aliqua publica adminiſtratione malefici cum occiderit, velut homicida iudicabitur. Et tanto amplius, quanto ſibi poteſtatem a Deo non conceſſam vſurpare non timuit.

Primũ arg. partis affirmatiuę. Secũdũ arg.

Quæſtio facilis eſt, quæ hac vna negatiua concluſione diſſoluitur. Soli Reipublicæ, principique, ac publico Magiſtratui licitum eſt maleficos occidere. Concluſio in primis elicitur ex verbis Pauli ad Roman. 13. vbi ſolum publicum iudicium appellat in hoc Dei miniſtrum, atque eadem cauſſa gladium portare, vt vindex in iram ſit ei qui malum egerit. Et probatur ratione. Nocentium hominum interfectio, non eſt per ſe bona, ſed quatenus in bonum publicum refertur, ergo illi præcisè incumbit, cui cura commiſſa eſt, & cuſtodia communi boni, quemadmodum amputatio membri quæ proficua eſt corpori, Medico præcisè incumbit, cui cura infirmi demandatur, vt iudicio ſecundum medicas leges id fiat. Cum ergo cura communis bonis ſolis principibus, eiusque miniſtris ſit commiſſa, niſi vbi ſe reſpublica per ſe ipſam regit, ſit vt illis tantum id competat maleficos occidere. Hic primum omnium accuratius meditanda eſt ratio, cur nulli priuatim fas ſit alterum occidere, neque in vindictam ſui ipſius, vt vulgaribus reſpondebamus, qui vix id ſibi perſuadere poſſunt. Audics enim paſſim non ſolum blaterones quoſdam, verum & ingenuos alios tantum ſuo protegendi honori tribuentes, vt iniuſtum arbi rentur, cohibitos eſſe homines proprias vindicare iniurias. Memini cuiuſdam hanc audiſſe blaſphemiam, Neque id Deo prohibere poſſe. Cum tamen, etſi Deus id non prohibuiſſet, ipſiſſimum naturæ ius vetaret. Immò Diuina prohibitio, explicatio eſt naturalis iuris. Et ratio eſt in promptu. Si enim eidem ipſi qui iniuriam paſſus eſt, vindictam natura commiſiſſet, nemo non ſe vltra iuſtum vindicaſſet. Dolor enim illatæ iniuriæ, & rationem obnubilat, & affectum in rabiem inflammat, atque adeo nemo ſe, quàm iuſtè deberet, ſed quam poſſet maximè vindicaret. Documento nobis eſt manifeſto, pernicioſus abuſus nobilium, qui honoris ceremonias, tam ſuperſtitioſè perſequuntur, vt pro minima iniuria in mortem homines euocent. Igitur cum præclariſſima iuſtitiæ virtus, non animo perturbato, ſed integro iudicio mandari debeat executioni, iuxta illud Diuinum oraculum, Deuterono 16. Iuſtè quod iuſtum eſt exequeris, impendio quam maximè neceſſarium fuit, vt non paſſi ſa, ſed communis perſona, omnique affectione libera iniurias vlciſceretur. Quin vero neque hominibus id debuit prorſus concredi, vti Ariſtot. ait 5. Ethic. cap. 6. ſed rationi legibus inſtructæ. Qui hanc veridicam ſententiam non plenè deprehenderit, non de re hac iudicet dũ iniuria ipſe affectus eſt iracundiaq; illi dominatur, ſed quando eadẽ ipſe alium affecit, & ratio libera eſt, ad iudicandum. Tunc enim non iuſtum cenſebit, vt hoſti ſuo modus committatur vindictæ. Quamobrem neque correptionis gratia licet patribus, aut dominis filios, aut ſeruos, vel occidere, vel certè mutilare, vt q. 3. dicturi ſumus. At vero concluſione hac nihil obſtante, dubia nihilominus exiſtunt particularia. Primum de tyrãno, an cuiuis ciuium liceat eum priuatim extinguere? Apparet enim id eſſe, natura magiſtra, legitimum. Nam vnicuiq; conceditur ius defendendi ſeipſe. De hoc D. Tho. 2. ſentẽt. diſt. 64. q. 2. art. & opus 20. de regimi princ. c. 6. optimè diſſerit. Summa autẽ diſputationis ſecundũ quoſdã eius interpretes, atq; alios Doctores, hæc eſt Bifariam quempiã contingit eſſe tyrannum, videlicet, aut potentatus acquiſitione, aut ſola eiusdem adminiſtratione quem iuſtè adeptus fuit. Atqui in hoc ſecundo caſu communis conſenſus eſt, nemini licere ipſum priuatim interimere. Et ratio eſt, q̃ cum ius habeat ad regnum,

Conclu ſio vnica.

Blaſphemia horribilis turpiſſimi.

Pernicioſus abuſus nobiliũ in vẽdicãdis iniurijs.

Ariſtot.

Dubita particularia.

Primũ dubiũ.

S. Tho.

Tyrannus duplex.

gnum, non est illo, nisi per publicum iudicium, expoliandus, vt scilicet audiatur. Lata vero in eum sententia, quisque potest institui executionis minister. Præterea dum particulariter ciuem quempiam aggreditur, vt vel ipsum trucidet, vel sua rapiat, potest ciuis ille, vim vi repellendo, cum interimere, dum tamen constantissimum sit esse tyrannum. Nam si quis alias bonus est princeps, subito motu id semel inceptet, non perinde ac priuata persona periculo mortis obijciendus est. Igitur vt ad rem reuertamur, quando secundo modo princeps tyrannidem exercet, tum verum habet illud monitum Petri vt etiam dyscolis dominis obtemperetur. Hæc enim inquit, est gratia, si propter conscientiam Dei patiatur quis tristitias patiens iniuste. Quare si respublica superiorem habet, ille adeundus est, vt remedio succurrat, sin vero, illa potest in ipsum coarmari. Dum autem potens non est, tunc Deus est orandus, in cuius manu cor Regis existit, quippe & propter peccata populi finit nonnunquam hypocritam regnare. Atque in hoc casu intelligenda est sanctio Concilij Constantien. sess. 15. vbi tanquam hæresis condemnatur eorum error, qui affirmabant cuilibet lycere tyrannum occidere. Si vero tyrannide inuasam rempublicam obtinuit, neque vnquam ipsa consensit, tunc quisque ius habet ipsum extinguendi, nam vim vi repellere licet & quandiu ille rempublicam sic obtinet, perpetuum gerit in ipsam bellum. Adducitur exemplum de Aiod, Iud. 1. qui in viscera tyranni Eglon sicam abdidit. Eademque ratione Tullius lib. de offi quem D. Thom. loco citato auscultat interfectores Cæsaris laude commendat, quippe qui per tyrannidem dominatum fuerat adeptus. Et pariter Decius Brutus commendatur, qui extincto Tarquinio, reges exegit. At vero, etsi forsan summo rigore iuris hoc liceat, non tamen consilium est semper, nisi vbi respublica nulla alia parente via, tum in extrema sit necessitate, tum præcipue in promptu habeat, vt illo extincto liberetur, quia alias huiusmodi interfectiones non solent prospetos habere successus. Imo interfectores quando id priuata auctoritate exequuntur peius, pestilentiusque in rempublicam debaccari solent, quam prior faciebat tyrannus. Qua ratione anus illa Syracusana incolumen Dionysium optabat, ne sicut ipse durior alteri tyranno successerat, ita & immanior tertius illi succederet. Frequentissima sunt passim scripta exempla. Et re vera historia Aiod parum ad rem facit, tũ quod il e diuinitus fuit ad illud facinus electus, tum ꝙ & à populo etiam fuerat ad id missus. Et prætera non solum tyrannus ille erat gubernator, sed acta hostis. Qua ratione & Mutius Scęuola, eatenus laude dignus est, quòd Porsenæ exitium aggressus fuit, licet quòd flammis brachium admouerit, non fuit virtutis opus, sed, vt ait Augustinus, inanis gloriæ cupiditas.

Ad primum igitur argumentum, cum Augustino 1. de Ciuit. Dei, respondetur, quæ etiam Dionysij doctrina est, 12. ca. cælestijs Hierar. ꝙ dũ quis quidpiam per ministerium, quod iubenti debet facit, non ipse proprie facit, sed alter qui iubet. Et ideo cum Moyses, legitimus esset loco Dei iudex ad vlciscendam immanem illam idolatriam conflati vituli, & tanta esset facienda cædes, nempe viginti trium milliũ, necesse habuit plures instituere executores, ministros. Quare id quod ait, vnusquisque fratrem suum, &c. occidat, non est intelligendum, ꝙ temere ac promiscue vnusquilibet quemlibet occideret, fuisset enim illa truculenta Andabatarum pugna, sed condemnatis illis qui fuerant in culpa numerosam copiam ministrorum destinauit, quibus ideo necesse erat vt amicus amicum, & frater fratrem occideret. Præterquam ꝙ fratres appellabantur, non solum eodem paren e geniti, sed oẽs eiusdem populi. Ex hac autem solutione dubium enascitur, vtrum princeps possit quibuscunque priuatis facultatem facere occidendi malefactores. Respondetur id non licere, nisi certis moderaminibus. Primum n nõ posset generalem facultatem ciuibus facere, vt vnusquisque, quem obuium haberet nocentem, absque alia condemnatione interficeret. Est enim contra ius naturæ, vt contra inauditam partem, indictaque causa, sententia feratur, sed quicunq; quantumuis pernicioſus, audiendus est, vt actuum 25. habetur ni forsan publicus esset reipublicæ inuasor aut Regis: nã tunc lice-

Bisida ad dubium responsio.

Concilĩ Constãtien. explicatur.

Aiod.

Cicero. S. Tho.

Decius Brutus. Limitatio huius opinionis.

Ano Syracusana.

Mutius Scæuola.

Ad primũ arg. August. Dionysius.

Andabatæ.

Dubiũ secũdũ.

Solutio.

ret vnicuſque vim in rempublicam illatam repellere. Secundum aſſertum. Poſt latam ſententiam licet quoſque miniſtros inſtituere. Primum, in publicos latrones a pertiſſimoſque reipublicæ hoſtes, qui alia via comprehendi non poſſunt De quibus habetur cap. pro humani. de homicid. volun lib 6. Et præterea filijs & fratribus concedi ſolet miniſterium occidendi interfectorem patris aut fratris. Attamen hanc facultatem non valet inferior iudex concedere, ſed tantum princeps Immo neque id fieri paſſim debet, ſed quam rariſſime, & in caſibus egregijs. Nam præterquam quod eiuſmodi executores vix expurgare conſcientiam poſſunt odio atque iracundia, quare vt inſidias condemnatis tendant, alia accumulant peccata, vſu ſæpe venit vt ſine ſacramentaria confeſſione occidantur. Quocirca profecto non omnibus ſatis probatur. Venetorum mos, qui cum complures à patria exules habeant condēnatos, ſingulis facultatem faciunt, vt qui alium eorum interfecerit, vita ac libertate donetur. Subſequitur & de viro, qui vxorem in flagranti adulterio enecat, de quo nemini aut Theologorum aut Iuriſprudentium in dubium cadit, quin contra prohibitionem homicidij mortaliter peccet ratione iam dicta, quia nemo antequam iudicetur ad iudicandus eſt morti, & eo caſu intelligendus venit canon Nicolai Papæ, Interfectores. 33. quæſt. ſecunda vbi eiuſmodi homines cenſentur homicidæ. At vero lege non puniuntur, propter doloris grauitatem, quem tunc ferre difficillimum eſt, vt habetur l. Græcchus. C. ad leg. Iuliam de adul & l. Marito. ff. eod. titu. Grauius autem dubium eſt, vtrum marito liceat vxorem ſibi à iudice permiſſam occidere. Sunt enim qui hoc negant, propterea quod permiſſio illa non eſt præceptum, quali cogitur carnifex ad executionem iuſtitiæ. Accedit c tatus canon, Interfectores qui abſque exceptione illos cenſet homicidas, & expreſſe canon proximus Inter hæc. explicat quod quanquam liceat marito ſecundum mundanam legem vxorem interficere, tamen ſancta eccleſia non ſtringitur eiſdem legibus vbi gloſſa annuere videtur quod ſemper eſt peccatum. Duplex autem hic implicatur quæſtio. Prior de lege, an ſit licita. Antiquitus enim dicebat patri filiam in adulterio captam, interficere, vt patet. l. patri. & l neque in ead. ff. ad l. Iulianum de adulter. & l. caſtitati. C. eo. tit. poſtea vero mutata eſt lex, vt patet. C. eod. tit. in Auten. ſed hodie. vt ſcilicet verberata in monaſterio occluderetur. Et iſta lex in vſu eſt nunc in Galijs, & in alijs multis prouincijs reſpectu mariti, nam illa patris iam aboleuit ab vſu. Sed tamen lex Hiſpaniarum ſequitur antiquam, non quidem cum illo rigore, vt adultera neceſſaria morte damnetur, ſed traditur marito cui facultas ſit, ſi eam veli occidere. Et quod lex ſit iuſta, non eſt cur dubitetur. Nam præterquam quod crimen id videtur mereri, profecto Hiſpanorum de hac re, ingenio, vix fieri aliter poſſet ſatis. Neque vt paulo antea inter reſpondendum Scoto dicebamus Chriſtus illam legem reuocauit. Poſterior vero ſenſus quæſtiones eſt, vtrum eadem conceſſa marito libertate, ſecundum conſcientiam liceat ei id perſequi & re vera de hoc minor eſt dubitandi ratio. Nam etſi non inſtituatur vt neceſſarius miniſter iuſtitiæ, inſtituitur tamen liber quare ius ei ſit vt illam occida. Quapropter licet opus fuerit miſericordiæ, illa parcere, tamen iuſtitiam neque coram hominibus violat, neque coram Deo. Et eſt porro efficax argumentum, quod ſi marito citra peccatum non liceret eam iugulare, peccatum eſſet principi & iudici illam facultatem illi facere. Neque valet ſolutio, ſi quis dicat, non illi permitti tunc vxoricidium, ſed vt impune id faciat, quoniam illo priuilegio iam fruebatur, etiam ſi abſque iudicio, in flagranti delicto illam interficeret. Cum ergo ſolenni forma iudicij condemnata illi traditur, teſtimonium apertum eſt, fieri illi ius occidendi, ceu miniſtro iuſtitiæ. Ad ſecundum principale argumentum reſponderur, quod etſi homines à ſua natura degeneres cum brutis conferantur, differunt tamen quod beſtiæ natura ſua ſunt tales ideoque & ſylueſtres quiſque citra iniuſtitiam occidit, & domeſticas citra ipſarum iniuriam, licet dominis inferatur, peccator autem quia non eſt per naturam pecus, non debet niſi publico illius iudicio cui id incumbit damnatus interfici. Solutio autem tertij argumenti ſaluberrimum eſt documentum. Etenim vbi cunq.

Venetorum cõſuetudo non probatur.

Nicolaj

Tertiũ dubiũ.

Duplex quæſtio.

Dilutio vtriuſq; quæſtionis.

Ad ſecũdũ arg.

Ad tertiũ arg.

cumq. proximo citra alterius nocumẽtum & iniuriam prodesse quis potest, laudabile officium est eius commodum procurare, vbi autem nocumẽtum alterius sese offert quale est mors peccatoris, non debet nisi iudicio illius ad quem functio illa pertinet intentari.

Aristot.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum clericis etiam maleficos liceat interficere.

POst decisionem illius, quod publicæ potestati non solum licitum, verum & sanctum est, maleficus extirpare, consequitur vt videamus an præiectis etiam ecclesiasticis idem sit licitum. Existit enim à parte affirmatiua argumentum, quod secundum Paul. 1. ad Corinth. 4. imitatores eius ac perinde sanctorum esse debemus, sicuti ipsi fuerunt Christi. Deus autem maleficus perimere solet, secũdum illud Psal. Qui percussit Aegyptum, cum primogenitis eorum. Et Phinees quamuis sacerdos interfecit Israelitam cum Madianitide coeuntem, vt legitur Numer. 25. Et Samuel Propheta interfecit Agag, regem Amalech. Et Helias sacerdotes Baal. Denique Petrus Ananima & Sapphiram. Secundo, cum potestas spiritualis sit temporali, Deoque coniunctior, non est cur habeat minorem facultatem occidendi eos malefactores, qui sibi subduntur, quam secularis. In contrarium est illud 1. ad Timot 3. Oportet Episcopum sine crimine esse, non vinolentum, non pecussorem, &c.

Secũdũ argum.

Quæstio est solutu facilis, quæ hac vna conclusione neganter deciditur. Minimè clericis quacunque sint ecclesiastica potestate constituti, fas est vllum, quantumuis criminosum, morti addicere, aut mutilare. Probatur duplici capite. Primo propter repræsentationem. Consecrantur enim altaris ministerio, vbi iugis sit memoria passionis Christi, qui cum in anima Crucis occideretur, percussus, vti ait Petrus, non repercutiebat, cuius ergo imitatione non debent esse percussores. Nam vt Eccl. 10. commune fit, secundum iudicem populi, sit & ministri eius. Secundo, id inde confirmatur quod in Euangelio, cuius clerici sunt ministri, nullum capitis supplicium aut mutilationis membri, vlli vindicando crimini decretum est. Hic primum omnium animaduertendum quo iure clerici, sanguinis effusione interdicantur. Haud enim interdictum hoc, iuris est naturalis. Immo si merum illud consideres, nõ obstat quominus episcopus subditos suos patibulo adiudicare possit. Dubium autem est, an sit de iure diuino Ad hoc enim sunt, qui distinguentes respondeant. Aiũt inquam, duobus modis præceptum aliquod censeri posse de iure diuino. Vno modo, quia in sacra pagina scriptum est, altero vero, quia est à Deo ipso positum tã quam de rebus supranaturali, qualia sunt sacramentorum mandata. Sic enim 1. ad Corint. 7. distinguit Apostolus dicens vxorẽ à viro non discedere, præceptum est Dei, quod autem fidelis ab infideli vxore, secum habitare consentiente non deserat, ego dico, non dominus. Prohibitio ergo clericorum ne sanguinem effundant, licet non posteriori, tamen priori modo, aiunt isti, est diuinum, quia extat apud Paulum loco citato 1. ad Timot. 3. Quod si hęsites, num quicquid Paulus iussit pro præcepto habendum est Dei? quandoquidem quicquid apostoli tanquam apostoli loquebantur quasi diuina organa proferebant. Respondetur quod in assertione fidei immediata reuelatione mouebantur. Quare enuntiationis eorum, vt diuina fides habentur, tamen in legibus aliquibus ferendis, licet Spiritus sanctus eis assisteret sicut nunc ecclesiæ, nihilominus tales leges non sunt proprie iuris diuini, sicuti neque modo Papæ, & Conciliorum iussa. Vnde actuum. 5. Visum est, inquit Petrus, non tantum Spiritui sancto, sed Spiritui sancto & nobis, quia tunc in concilio non vtebantur immediata reuelatione, sed humana consultatione, Spiritu sancto, ne errarent assistente. Secus in fide proferenda, de qua admoniti sunt ne cogitarent quomodo, aut quod loquerentur, sed sola vterentur reuelatione. At vero quamuis distinctio hæc, ex re ipsa perspecte fiat, nescio tamen an ad propositum satis queat, applicari cõmode. Paulinum enim illud verbum, attentè perspectum, non huc spectare videtur, vt clericos inhibeat ne tam-

Conclusio vnica.

Rõ conclusiõis.

Respõsio quorũdam.

Paulus.

Obiectio.

Solutio.

Excluditur respõsio illa ad dubium.

quam publicæ potestates malefactores occidant, sed ne tanquam priuatæ personæ sint percussores. Vna enim composuit, sobrium, prudentem, &c. non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum. Præterquam quod illic tantum cum Episcopis sermo illi erat. Neque verò inibi seculares iudices eiecit, ne in sacerdotalem ordinem admittentur, quod tamen Ecclesia facit. Quapropter si huic tantum loco insistas profectò neutro superiorum modorum prohibitio hæc est de iure Diuino.

Cauillũ. Aliud autem argumentum posset validius ad propositum adijci, nempè ꝙ Christus, vt præcedenti 1 quæst. 4. meminimus, non assumpsit secularem potestatem iudicandi, sed spiritualem regni cœlorum. Vnde fieri videtur consequens, vt nec clerici possent illam exercere. Attamen neque argumentum hoc rem demonstrat, sed hoc tantum, quod potestas ecclesiastica, qua ratione spiritualis est, non se extendit ad iudicia secularia ferenda, nisi quatenus ordinem habent ad finem spiritualem. Huic tamen minimè repugnat, quominus clerici possent esse secularium principum ministri, vt eorum nomine nocentium sanguinem effunderent. Immo verò neq; repugnat quominus Episcopi eos possent gladio ferire, qui spiritualem ipsum finem perturbarent. Ex his ergo sequitur (quod certo crediderim) prohibitionem hãc solum esse de iure merè positiuo ecclesiastico. Neq; vero S. Tho. verbum adduxit Apostolicũ, ac si esset habendum pro lege, ne Clerici in caussa sanguinis iudices sederẽt, sed solum per viam consequentiæ, & exẽpli, nẽpè ꝙ postquam admonentur ne sint percussores, merito Ecclesia canit, vt ab omni percussione abstinerent. Et in eodem sensu citat idem verbum Gratianus in fronte dist. 45 vbi c. neminem. & cano. Episcopum. eadem habetur prohibitio. Et expressè c. sententiam, ne cler. vel mona. Et in tit. de cler. percus. Ratio ergo huius Ecclesiæ sanctionis non fuit nisi decentia, & honestas duplex, quæ ad conclusionem allata. Et præterea mundicies, quæ esse debet non solũ in sacerdotibus, verum in vasis etiam sacris Quapropter qui sacris initiantur, vt votum emittunt ne se semine polluant, ita & lege prohibẽtur ne contaminentur sanguine. Quæ quidẽ duæ sordium species, si in tẽplo fundantur. illud quoque pollutum relinquuor, & suo modo irregulare. Nomine autem clericorum in eiusmodi prohibitione omnes promiscue comprehenduntur, tam minoribus ordinibus quam sacris initiari. Tametsi quantum ad culpæ gradum non sit eadem omnium ratio. Nam qui in minoribus constitutus iudicatum secularem. vsque ad sanguinis effusionem exerceret, non peccaret mortaliter, quia ordines illi non sunt proprie sacri, qua tamen lethali culpa inficeretur qui esset in sacris, siue tanquam iudex, siue tanquam iustitiæ minister se cruentaret. At vero etiam in minoribus ordinibus, nullum esset peccatum. Nam omnibus interdicta est sanguinis effusio. Sed de irregularitate iure patentissimum est, occisores ac mutilatores fieri omnes irregulares, siue post susceptos ordines id fecerint, siue ante, vt patet can. Episcopum, dist. 45. & dist. 5ᵉ can. aliquantos & 23. q. 8. can. 1. & ca. clerici, & can. quicunque & de hom. volun. cano. de cætero, & can. ad audientiam, & multis alijs locis. Quod late Syluest. tractat, verb. Homicidium 3. Sed est notandum, quod licet citati canones, percussores omnes, immo & arma sumentes, vt habetur dict. c. clerici, irregulares esse decernant intelligunt tamen Doctores eos tantum comprehendi, qui occisores fuerint aut mutilatores. Quare Panor. in c. 1. qui clerici vel vouen. Sola, inquit, sanguinis effusio non inducit irregularitatem. Et ita expresse habet glo. Clem. vnicæ, de homic. iuxta tenorem textus. Occidit aut mutilat. Sed de hoc standum est mori ecclesiastico. Caue tamen ne excommunicationis censuras cum irregularitate permisceas. Hactenus enim de clerico percussore aut seculari dictum est. Qui vero vice versa in clericum manus violentas iniecerit, licet neque mutilator sit neque sanguinis effusor, sententiam excommunicationis incurrit secundum Canonẽ. Si quis suadente. Quod si fuerit sacerdos, & celebret, tunc fit irregularis, & pariter qui semen aut sanguinem in sacro loco effuderit, si modo effusio notabilis, vt aiunt, esset. Etenim pueri cum se inuicem pugno cædentes, parum sanguinis de naribus mittunt, non subinde sunt excommunicati. Homicidium autem etiam citra sanguinis effusionem irregularem facit homicidam. Neque requiritur, vt eiusmodi

Solutio.

Solutio vera prĩcipalis dubij.

S. Tho.

Quos comprehendat ista sanctio.

Quãdo incurratur irregularitas.

Syluest. Sola sanguinis effusio non est irregularis caussa.

actiones

actiones peccata sint, vt sint, irregularitatis causſa. Immo etiam si sint virtutes dummodo sint liberæ, idipsum efficiunt, vt iudex eiusque ministri, qui iuste iniquũ interficiunt, irregulares fiunt ad sacros suscipiendos ordines, atque omnes ministri iustitiæ, quos glossæ refert super dicto can. aliquãtos. Dixerim autem. Dummodo sint actiones liberæ & voluntariæ, & quoniam, vt in art. 8. dicturi sumus per homicidium casuale & per alias actiones, quæ præter hominis voluntatem accidunt, nulla incurritur irregularitas. Immo cum quis se aut sua inculpata tutela defendendo alteri aut mortem infert, aut causſam mortis, vt habetur Clement. vni. de homicid. & eod tit. libro sexto capitulo prælatis. Ex his fit consequens irregularitatem non esse culpam, immo neque semper propriæ pœnam vt libro primo quæstione sexta adnotauimus quia vbi nulla est culpa nihil proprie habet rationem pœnæ, sed est inhabilitas quædam & indecentia propter immunditiam ad sacrorum administrationem. Quapropter cum in Pontificis Bullis confertur facultas absoluendi à quibuscunque peccatis & censuris, censuræ nomine non venit irregularitas. Quod si quis forsan ambigat, vtrum Pontifex maximus super hac lege dispensare possit, tam quantum ad culpam quam etiam quo ad irregularitatem, facilime colligitur ex superioribus affirmatiua responsio. Enimuero cum lex sit mere positiua non solum quia, vt diximus, verbi Pauli non faciunt illum sensum, verum etiam quod quamuis cum facerent, non esset lex diuina illius generis, quod non cadit in dispensatione Pontificis, colligitur posse eundem Pontificem iusta de causſa dispensare, vt sacerdos, iudex secularis esse possit, & in bello miles, quibus functionibus annexa est sanguinis effusio.

Irregularitas non est culpa.

Post hæc nulla restat difficultas ad argumenta quæstionis respondendi. Primi igitur responsio est quod Deus vnicuique secundum suam congruentiam imitandus est. Enimuero neque liceret sic totam vrbẽ punire, vt ipse puniuit Sodomam. Neque vero (vt supra diximus) omnibus parcere, quos ipse ad pœnitentiam expectat, sed vni cuique agendum est secundum præscriptã sibi legem, quæ in hac parte congruenter clericis legis gratiæ posita est Sacerdotes namque veteris testamenti non tractabãt spiritualia, sicut nostri neque ministeria occisi innocentissimi Christi sed erant legis ministri, qua corporalia supplicia, etiam mortis, maleficijs decernebantur. Quod autem de Petro adductum est, nihil ad rẽ facit, quoniam neque ipse coniuges illos occidit, neque eius iussu interfecti sunt, sed quasi ore Dei promulgauit sentẽtiam, qua audita examinati corruerunt. Ad secundũ respondetur, quod potestas spiritualis clericorum non in hoc debet potestati principũ præcellere, vt corpora interficiat, sed vt animarum consulat saluti. Qua vtique ratione dicuntur principes terræ. Et per hoc soluitur tertium.

Ad primũ arg.

Ad secundũ arg. Ad tertiũ arg.

ARTICVLVS V.

Vtrum alicui liceat seipsum occidere.

QVamuis artic. 3. conclusum fuerit. nemini priuata auctoritate licitum esse quenquam occidere, quia id est contra iustitiam, restat nihilominus scire, vtrum cupiam id liceat in seipsum? Primum enim argumentum à parte affirmatiua est, quod prohibitio homicidij est prohibitio iustitiæ, vnde cum iustitia nõ sit nisi ad alterum, fit (vt quemadmodum ostendit 5. Ethic. Aristot.) nemo sibi faciat iniustitiam, etiam si se occidat. Et accedit secũdo loco quod quando iudex qui alios habet interficiendi potestatem, ea est ipse dignus morte qua alios merito condemnaret, apparet tunc & sibiipsi eandem inferre posse. Tertio arguitur. Licitum est cuicunque periculo minore malus euitare, sicuti membrum sibi infectum resecare, vt vitam seruet contingere autem posset, vt quis seipsum occidendo à maioribus se malis eripiat, videlicet ignominia, aut periculo, aut turpitudine alicuius flagitij, ergo tunc id erit licitum. Quarto Samson, vt legitur Iudicum. 16. seipsum ruina templi contriuit. Et Razias, vt 2. Macha. 14. refertur, seipsum interfecit, eligens potius nobiliter mori, quam iniquorum fieri subditum, quod & de Catone memoriæ proditum est. In contrarium est verbum Aug. 1. de Ciuitate Dei. quod refertur 23. qu. 5. si non licet priuata potestate hominem occi-

Primũ argum.

Aristot. Arg. 2.

Arg. 3.

Arg. 4.

cidere, profecto etiam qui ſeipſum occidit, homicida eſt. Et paulo poſt. Præſtat vt de homine intelligamus, illud quod dictum eſt, non occides, neque alterum, ergo neque te. Neque enim alium quam hominem occidit, qui ſeipſum occidit.

Vnica conclu. Ad quæſtionem vnica concluſione reſpondetur Nemini fas eſt ſeipſum occidere, & qui contra facit grauiſſimi peccati mortalis reus ſit. Idque tribus rationibus

Prima ratio cõcluſiõis. comprobatur. Primo, quod ſi homo ſecũdum ſeipſum conſideretur, contra ſuam ipſius naturalem inclinationem atque amorem quem ſibiipſi naturaliter debet, facit, dum ſibi vitam adimit. Secundo, quod ſi conſideretur vt pars totius reipublicæ, in

Secũda ratio. bonum totius ordinatur atque adeo, vt 5. Eth. cap. poſt rem ait Ariſtot. qui ſeipſum

Tertia ratio. enecat, iniuriam irrogat reipub. Tertio, Quod ſi conſideretur vt effectus eſt Dei, vita humana diuinum donum eſt, à Deoque ſubinde pendens, tanquam eius poſſeſſio, ob idque qui ſeipſum perimi, perinde in Deum peccat, cuius eſt ſeruus, atque ille qui rem alienum vſurparet. Ad ſolum enim ipſum pertinet iudicium vitę & mortis, ſecundum illud Deu. 23. Ego occidam, & egò viuere faciam. De concluſione nemo eſt qui dubitare poſſit? adeo eſt contra vniuerſalem naturam vt ſibi quiſque mortem conſciſcat, per quam vita priuatur, quæ omnium eſt fundamentum bonorum. Circa rationem autem diſcrimen prius perpendendum eſt, quod ſi hominem abſolute in ſeipſo conſideres, non eſt proprie contra iuſtitiam vt ſe occidat, ſed contra amorem quo res quælibet ſeipſam diligit. Si autem conſideretur velut opificium Dei, ac reipublicæ membrum, tunc quia ordinem habet ad alios, iniuſtus reſpectu eorum fit qui ſe occidit. De eadem tamen prima ratione dubium exiſtit,

Obiectio cõtra primam rationem. haud enim efficax ſatis apparet illatio, quod ſi homicidium fiat contra propriam inclinationem naturalem, ſit protinus peccatum mortale. Inclinatio nanque naturalis, non omnis eſt bona, immo contra illam facere nonnunquam officium eſt. Enimuero inclinatio humana in bonum dilectabile, naturalis eſt, quinetiam genere ſuo bona. Appetitus enim animalis ſuapte natura fertur in id, quod eſt delectabile. Qua vtique ratione natura neceſſarijs officijs conſeruandi, tam indiuiduum quã ſpeciem, delectationem immiſcuit, vt eſſent appetibilia. Et nihilominus eadem inclinatio ſæpenumero eſt mala, eidemque adeo reſiſtere bonum. Quapropter virtus temperantiæ ac fortitudinis ſecundum Ariſtot ad moderandum reprimendumque naturales affectus nobis inſeruiunt ob idque virtutis opus, laborioſum eſt ac difficile, nempe quod eius conatibus contra naturalem inclinationem pugnamus, quæ ſuperatis difficilis eſt. Adde, quod & iuſtitia originalis ad eaſdem infrænandas naturæ affectionis donata primis parentibus fuit. Qua ratione videlicet, quia illæ naturales erant, iuſtitia ipſa fuit ſupernaturalis. Hac enim de cauſſa Paul. ad Rom. 7. cõquerebatur aliam in membris legem præſentiſcere repugnantem legi mentis. Quodnam igitur argumentum eſt, ſit contra inclinationem naturalem ergo eſt peccatum? Quod intelligas illam inclinationem eſſe bonum, id tibi reſtat probandum quandoquidem ex hoc quod ſit naturalis non conuincitur. Ad hoc iam alias me dixiſſe memini. Habet enim homo duas, eaſdemque ambas naturales inclinationes, alteram rationem generis alteram vero rationem ſpeciei, quarum ideo prior materialis eſt, ſecunda vero formalis. Habetque ſubinde hoc inter omnem creaturam corporalem ſingulare, quod iſtæ inclinationes poſt naturam corruptam ſint ſibi inuicem contrariæ Caro enim, inquit Paul. concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. At vero quia id ſimpliciter rei naturale eſt, quod formaliter & ſecundum ſpeciem congruit, illud autem quod competit, materialiter competit ſecundum quid, fit vt ſecundum rationem contra materialem, hoc eſt, contra ſenſualem inclinationem facere, ad hominis perfectionem pertineat. Igitur quando dictum eſt inclinationem naturalem ad vitæ conſeruationem ferri, atque eius amorem eſſe naturalem, intelligitur ſecundum rationem ob idque facere contra illam inclinationem peccatum eſt, non ſolum inhumanum, verum & contra totum fundamentum naturæ. Quod enim viuere ſit rationalis inclinatio, inde patet, quod rationalis natura eſt per rationis opera felicitatem conſequi, quæ quidem opera niſi a viuente exerceri non poſſunt. Poſt

Dilutio Duplex inclinatio naturalis ĩ homine

Paulus.

Quæ dicatur abſolute inclinatio naturalis homi nis.

hæc

hæc circa alias duas rationes explicandum eſſet quomodo homo non ſit ſuæ vitæ dominus, niſi hæc concluſio ſuperiori libro quæſtio. 3. ſatis fuiſſet à nobis demonſtrata. Recolere autem id opus eſt, quod ibidem demonſtrare etiam curauimus nempe Rempublica non proprie habere dominium vitæ ciuium, ſicuti Deum. Haud enim princeps pro libito, velut ille poteſt innocentem in mortem adigere, quod ad rationem dominij eſſet neceſſarium, ſed tantum vt Reipublicæ propugnator. iuſtique cuſtos, vt inibi ſatis expoſitum eſt. Atqui huc applaudit exemplum totius, reſpectu partium. Homo enim non fungitur abſoluto membrorum dominio, vt poſſit ea dum libuerit ſibi amputare, ſed vt cuſtos vitæ poteſt illa objicere ad defendendum totum, ac pariter dum putreſcunt, reſcindere. Sic ergo intelligendus
Ariſtot. eſt Ariſtotel. 5. Ethicor. cap. 11. vbi ait homicidam ſui, iniuriam irrogare Reipublicæ. Diſputatio ſe hic longa ingerebat, an liceat quempiam damnare, vt ſeipſum occidat, nempe vt venenum epotet, aut fame pereat, aut de carcere non fugiat, hæc autem proprium locum inferius habent quæſtio 6. vbi de remedijs quibus rebus vti poteſt, articul. 4. latè diſputandum eſt.

Reliquas ergo quæſtiunculas huic principalis adhærentes, inter ſoluendum argumenta diſſoluere reſtat. Ad primum
Ad primũ arg. autem iam reſponſum eſt, nempe quod homicidium, peccatum eſt tum contra iuſtitiam, tum etiam contra charitatem. Quare qui mortem ſibi conſciſcit, reſpectu ſui non facit contra iuſtitiam, ſed contra charitatem reſpectu vero Reipublicæ,
Ad ſecũ dũ arg. ac Dei, faciat contra iuſtitiam. Ad ſecundum autem, quod adijcitur dum iudex ſimul eſt morte dignus. Reſpondetur, quod nemo conſtituitur ſui ipſius iudex, quia nemo de ſeipſo recte iudicare poteſt. Quare ſicut ægroto Medico non eſt committenda ſuiipſius curatio, ita neque malefactori iudici ſeipſum condem-
Ad tertiũ arg. D. Tho. nare. Ad tertium argumentum Diuus Thomas reſpondet id, quod præcedenti libro à nobis citatum meminimus, nempe quod cum homo conſtitutus per liberum arbitrium ſit ſuiipſius dominus, hoc eſt ſuarum actionum, de omnibus quæ eidem libero arbitrio ſubſunt, diſponere poteſt non autem de vita, quæ Dei poteſtati, a quo illam recipit, tantum ſubditur. Et ideo ob nullam prorſus cauſſam licitum vlli eſt ſibi vitam adimere. Argumentum eſt, quod locupletiſſime Auguſt. Auguſt.
diſſerit lib. 1. de Ciuitate Dei à cap. 17. vſque ad 26. Quare neque qui illo Pauli de- Paulus.
ſiderio arderet diſſoluendi, vt eſſet cum Chriſto poteſt ſe illa cauſſa necare. Neque vt extremas mundi huius calamitates ſuffugiamus. Nam cum ſecundum Philoſophum 3. Ethicorum, vltimum ſit Ariſtot.
temporalium malorum, mors: qui illa ſe orbaret, vt malis alijs careret, maius tunc contra naturam eligeret malum, vt euitaret minus. Neque ſumma quis immaniſſimi criminis pœnitudine perculſus, poteſt in ſe nefarias manus injcere, vt ſe abſumat. Neque vero ad euitandum atrociſſimum ſcelus id licitum eſt. Quapropter Lucretiæ per mortem, quam ſibi ipſa Lucre-
inferret, non licuit adulterium cauere, & tia.
multo minus poſtquam illam paſſa eſt iniuriam, vt Liuius libro primo refert, ignominiam morte contegere, vt illic auctor eſt Auguſtin. Nam ſi reſiſtendo, ſe Auguſt.
culpa liberauerat, non erat digna quæ ſe occideret, & ſi in culpam conſenſerat, non erat ſubipſius iudex. Occidit ergo ſeſe ex puſillanimitate, quia ferre infamiam non valuit, ſicuti & Cato, qui Ca- Cato.
ſaris dominatum ſubire potens non fuit. Quæſt
Quod ſi hic obiter quæras quid ferre debeat pudica puella, antequam in ſtuprum conſentiat? Re vera quodcunque genus Solutio.
mortis. At vero vtrum ſi non pro viri- Altera
li ſua contra pugnet, membriſque reſiſtat, ſed immota manens nihil agat, cor- quæſtio.
ſentire cenſeatur? Reſpondetur. In fo- Reſpon
ro exteriori ſi immobilis tacensque maneret, rea ſtupri iudicaretur. Sic enim iubebatur, Deuteronom. 12 vt puella quæ in vrbe comprimeretur, quia tacuerat, lapidibus obrueretur. Tamen in foro conſcientiæ tantum tenetur non conſen ire, neque ſe ſceleri acco nmodare. Quare ſi metu tacet, non peccat mortaliter, dummodo nullum præbeat conſenſum. Neque vero manus in alterum tenetur injcere. Tametſi quæ honeſta eſt, & ingenua, non debet facere quantum debet, ſed quantum poteſt. Quæ autem inuita patitur, virginitatem non amittit, quia (vt Lucia. aiebat) non inquinatur corpus, niſi de con-

ſenſu mentis. Vnde quæ ſe occideret vt ſtuptum caueret, maius peccatum faceret vt cuitaret minus. Ad quartum de Sanſone ſunt qui reſpondeant per virtutem fortitudinis ei licuiſſe ad hoſtium cladem cum proprio periculo ſeſe accingere. Ad hoc tamen iam lib. 2. q. 3. art. 8. reſpondimus, quod cum ille auſus non fuerit humanus, ſed ſupernaturalis, quia iam illi coma creuerat quam Deo dicauerat, dicendum eſt potius cum Auguſt. quod id diuina reuelatione fecerit. Id quod eius oratio teſtatur, qua diuinitus ſuppetias petebat. De Eleazaro autem qui legitur primi Macha. 6. vt elephantem occideret, ab eodem oppreſſus, facile, vt illic dicebam, crediderim virtute ac robore animi id aggreſſum fuiſſe. Razias autem non eſt cur excuſetur, vt bene ait S. Thom. nam animi mollities fuit & languor proprio gladio malle occumbere, quam vinci. Quod & Sauli vituperio datur, & Catoni. Vnde quod hiſtoria addit, maluiſſe nobiliter mori, &c. non dicitur ſecundum rei veritatem, ſed ſecundum eius exiſtimationem. At vero de Appollonia, cuius hiſtoria refert quod carnificum operas præueniens exiliuit in flammas, Auguſti. non eſt omnino, certus. Si autem id verum fuit, vel dicendum eſt quod erat iam tam rogo admota vt pene eſſet coniecta, vel quod cum eſſet fœmina acuminiſque adeo iuris inſcia, per inuincibilem ignorantiam ſit excuſanda, vel ad hoc cum eodem Auguſtino recurrendum, quod id diuino inſtinctu egerit.

Adquartũ argu. Sanſon.

Eleazarus.

Razias. S. Tho.

Apollo.

Auguſt.

ARTICVLVS VI.

Vtrum liceat vitã pro defenſione amici aut cuiuſcunque virtutis, exponere.

ARticulo proxime præcedenti operæ pretium duximus hunc ſextum adhibere, licet D. Tho. ſilentio hic eum præterierit. Sunt enim apprime affines & germani. Quæritur ergo vtrũ vitam propriã liceat pro amico aut pro quacunque virtute morti offerre. Arguitur enim à parte negatiua. Vitam periculo mortis obijcere eodem recidit ac ſi quis ſeipſum occidat, nam gubernatorem nauem non ſeruare dum poteſt, perinde habet ac ſi illam ſubmergeret occidere ſe autem nemini licet, cum non ſit vitæ ſuæ dominus, ſed cuſtos, ergo neque vitam pro alio exponere. Secundo. Ordine charitatis plus ſequiſque diligere tenetur, quam alterum, ſaltem non licet alterum plus diligere, mandante nobis Deo & proximos ſicut nos ipſos diligamus, qui autem propriam pro vita amici exponit, plus alium diligit quam ſeipſum, vt lib. de mend. c. 6. arguit Auguſt. ergo id non licet, vt ipſe ibidem cõcludit. Tertio. Sicut vita ſpiritualis ad ſpiritualem, ſic & temporalis ad temporalem, nemini autem ſpiritualem propriam licet pro ſpirituali totius mundi amittere, ergo neq; temporalem propriam pro temporali amici. In contrarium eſt verbum Chriſti, Ioannis 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis.

Primũ argum. à parte negatiua.

Argu. 2.

Auguſt.

Argu. 3.

Quæſtio eſt egregia, neque ſolum Philoſophis digna, verum & Theologis, tametſi non pro eius dignitate viderim ex profeſſo diſputatam. Tribus ergo concluſionibus abſoluendum duxerim. Prima eſt, Ponere vitam pro Deo, atq; in teſtimonium eius fidei, catholica fides iubet cuius perinde contraria aſſertio, hæreſis eſt manifeſtaria. Hoc patet eccleſiæ teſtimonio, quæ ob hanc præcipuam virtutem martyrum ordinem, ceu inter diuos præcipuum, vſqueadeo colit, vt cenſeat per actum martyrij omnia condonari peccata. De hoc ergo non pertinet ad præſentem locum diſputare. Sed adiungimus eidem concluſioni pariter pro tutela cuiuſque virtutis id ipſum licere. Ob id enim Ioannes Baptiſta martyrũ catalogo adſcribitur, quod de iniquitate inceſtuoſum Herodẽ redarguebat. Neque ſolum in præceptorum tutamen, verũ & ad defendendũ conſiliorũ veritatem id ipſum laus eſſet, nempe vt quis defenderet conſilium eſſe vota religionis ſuſcipere. Hęc enim omnia in cuſtodiam propugnationemq; fidei referũtur. Neque vero eſt qui negare poſſit quin etiã pro republica liceat periculũ ſubire mortis, quandoquidem, vt antea ſæpe diximus, reſpublica ad id poteſt ciues ſuos cogere, ſicuti totum membra ad ſui defenſionem. Hæc ergo citra diſputationem iacta ſint fundamẽta. Quo autem alterum, quod patentiſſimum etiam eſt, extremum, cum hoc ipſo com-

Prima conclu.

Secũda conclu. componamus, ſit ſecunda concluſio. Nullatenus licet aut vitam ſpiritualem, hoc eſt Dei gratiam amittere, aut minimam eius iacturam facere pro ſalute ſpirituali totius mundi. Imo, vt abſit blaſphemia verbo, ſi caſus per impoſſibile accidere poſſet, neque pro ſanctorum defendenda gloria. Memini enim quoſdam hoc in dubium reuocare, nihilominus concluſio adeo per ſe nota eſt vt contraria manifeſtam complicet repugnantiam. Enimuero optare de gratia Dei cadere, vt alij ipſa perſiſtant, eſt eligere eſſe in odio Dei, quod autem hoc ſit virtus, implicatio eſt contradictionis. Nam quod eſt virtus, licet, per id autem quod licet non perditur gratia. Item optare odium Dei, eſt optare id quod intrinſecè eſt malum. Imo & minimum veniale peccatum licere admittere pro ſalute ſpirituali totius mundi, contradictionem inuoluit. Sed neque optare minus diligi à Deo, vt alij magis diligantur, fas eſſe poteſt, nam qui minus diligitur minus diligit, optare autem minus diligere, eſt quid optare contra naturam ipſam charitatis, atque adeo implicatio contradictionis eſt illud eſſe opus charitatis. Obiectio. Contra hanc nihilominus veritatem arguitur. Sequeretur neque licitum eſſe vitam ſpiritualem periculo obijcere pro ſalute animarum, nam ſi illam neutiquam licet perdere, videtur ſequi, neque eius periculum ſub eundem eſſe. Conſequens tamen eſt falſum, quoniam prudens charitatis feruor nonnunquam hominem animat, vt ad conuertendus perditas mulieres cum aliquo ſuo periculo earum colloquiũ adeat, vel aliquo ad prædicandum pergat, Solutio. vbi in maiori verſabitur periculo vitæ ſpiritualis quam ſi intra clauſtra ſe monaſterij contineret. Reſpondetur, primam conſequentiam nullius eſſe valoris. Nam iacturam facere gratiæ detrimentum eſt ipſius charitatis, exponere autem illam periculo, adeo non eſt, charitatis remiſſio, vt Tertia conclu. ex nimio eius ardore procedat. Tertia concluſio, ad cuius veritatem explorandam præſens mouetur quæſtio, ſit, Licitum eſt, & ſæpiſſime officium, vitam corporalem exponere, non ſolum pro vita ſpirituali amici, verum & pro temporali, quin vero pro eius honore, & fama, & pro eius bonis temporalibus. Atqui de hac quæ- Auguſt. ſtione D. Auguſt. diuersè loquutus eſt loco namque inter arguendum citato viſus eſt ad partem negatiuam annuere. Tamen libro de Amicitia, cap. 10. expreſsè ait vitam corporis ponendum eſſe pro amico, vt ſanxit, inquit diuina auctoritas. Nimirum ad verbum Chriſti alludens à nobis citatum, Maiorem charitatem nemo habet, &c. Et re vera nunquam mihi in dubium venire potuit, qui certo crediderim per egregium hoc eſſe amicitiæ, ac ſubinde virtutis officium. Et primum auctoritas Chriſti, ſi meditatè perpendatur, hunc plane ſenſum facit, tametſi non deſint qui cauillantes dicant. Seruatorem noſtrum hunc tantum docuiſſe, quod liceat vitam corporalem pro ſpirituali amici, ſicut ipſe fecit, exponere. Enimuero quamuis ipſe ad hoc propoſitum illud citauerit, nihilominus dicterium illud vulgo inter philoſophos circumferebatur, illud nimirum vbique docentes. Amicus eſt alter ergo. Quare eorum ſenſus non ad vitam ſpiritualem referebatur, ſed ad hoc quòd ius amicitiæ ſit cum periculo propriæ vitæ bona amici etiam temporalia tueri. Quocirca Chriſtus vulgatum allegans axioma eundem ſenſum approbauit, videlicet quòd cum charitatis ſit, diſpendium cæterorum bonorum amici gratia facere, hæc tamen ſumma ſit, vt etiam vitam ponas. Adde, quod Chriſtus pro vita temporali noſtra propriam poſuit. Nam ſicut per peccatum, vt ait Paul. mors introiuit in orbem, ita & redemptoris munus fuit liberando nos à peccato, liberari etiam à temporali morte, donando nobis immortalia corpora. Quare eodem cap. 5. Paul concludit, ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnat per iuſtitiam in vitam æternam. Et cap. 8. Lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à peccato & lege mortis. Præterea, illo verbo, Chriſtus voluit mortalium amicitiam ſibi maxime conciliare. Ob idque illud abſque vlla exceptione abſolutè citauit, ſcilicet quòd in hoc maxime oſtendatur charitas, quòd quis ponat vitam pro amicis. Non enim ait pro hoc vel illo bono amici, ſed pro amico, vbi tua ipſe vita indiguerit. At vero vt ad rationes naturales deſcendamus, illa qua quidam vtuntur, non eſt ſatis firma. Arguunt enim ob id licere vitam exponere pro amico, quòd iuſtum eſt illam ponere pro virtute, & vera

Maiorẽ charitatem nemo habet, &c.

Chriſtus pro vita temporali noſtra propriã poſuit.

laude

laude & ponere vitam pro amico eſt virtus. Hæc nanque ratio principium petit. Nam hoc ipſum eſt in controuerſia. Amicitia enim non eſt virtus, ſed virtuti proxima, vt ait 8. Ethico. Philoſophus. Sum enim alteri amicus, quia ſtudioſus eſt. Sed de hoc eſt quæſtio, vtrum ius amicitiæ hoc permittat, vt vitam cuius tu non es dominus, poſſis pro illo exponere? eo præſertim, quòd cum vita ſit bonorum omnium temporalium maximum, & amicitia non ſit niſi temporale bonum, videtur vita non eſſe pro amicitia commutanda. Ratio ergo concluſionis ſic efformatur, vita nihil altius eſt, quam quoddam temporale bonum quod non eſt ſupremis finis, in quo noſtra conſiſtit fœlicitas, ſed eſt tantum medium ad ipſam conſequendam & conſeruandam, bonum autem vtile licitum eſt in defenſionem alterius boni exponere, quod pars eſt noſtræ fœlicitatis, etiam ſi per ſe conſideratum minoris eſſet pretij poteſt enim iure optimo quiſque vitam periculo obtinere ad defendendum bona ſua temporalia, eo quòd bona ipſa rurſus ordinantur in conſeruationem eiuſdem vitæ, atque in ſtatum eius fœlicem, vita autem amici mei eſt proprium meum bonum, ad meam etiam fœlicitatem pertinens, ergo eadem ratione mihi licebit, immo multo decentius, propriam vitam pro illa ponere, nam merito illam pluris facio, quam bona mea, quandoquidem per ipſam fœlicem ſtatum vitæ meæ conſeruo. Quin vero eadem ratione ſequitur, vt poſſim illam exponere ad protegendum eius honorem & bona temporalia, ſi fuerint vſque adeo ampla. Secundo arguitur exemplo Chriſti. Certum enim eſt, vitam eius etiam temporalem præſtantiorem fuiſſe noſtra ſpirituali, nam erat vita Dei, per quam ſcilicet homo vere erat Deus, & tamen quia vita noſtra æterna in eius redundabat gloriam, illam in pretium noſtriæ diſpendit. Tertio arguitur. Iure naturæ omnes mortales ſumus eiuſdem corporis membra, ergo ſicuti membrum eiuſdem corporis vnum pro alio exponitur, vt inuicem ſe cuſtodiant, ſic licitum eſt inter homines. Quarto. Sicut pro republica debitum eſt vitam ponere, quia partes eius ſumus, quam ideo conſeruare tenemur, ſic & pars ſe poteſt periculo alterius partis exponere, quandoquidem ſalus reipublicæ ex ſalute partium conſtat. Adde, quod negare filium cum propriæ vitæ periculo debere vitam patris tueri, feritas profecto eſſet & barbaries, cum eandem vitam à parentibus receperimus. Conceſſo ergo ſemel, quod iure charitatis hoc liceat, non eſt deſcenſus difficilis, vt etiam pro vxore, pro filio, pro patre, atque adeo pro amico id liceat. Nam pro rege, nemo dubitat. Præterea, nullus philoſophorum ſapientumque Phyſicorum non laudat facinus Pyladis atque Oreſtis, ſiue hiſtoria fuerit ſiue fabula, vt Cicero lib. de Amicitia, inſinuat, tametſi mentiri vt alter pro altero haberetur, non fuit virtus. Sed quid in re non dubia moramur? vox populi, vox naturæ eſt, & tamen nulla fuit, ſeu barbara natio, ſeu ſancta, etiam ſi Chriſtianum intelligas, in qua non egregiæ laudi daretur, ac detur, quod qui hominem in periculo mortis coniectum viderit eidem ſe offerat periculo, vt proximi uitam, dum poſſibile apparet, eripiat. Dum poſſibile, inquam apparet, nam alias, temeritas eſſet. Exempli gratia, qui gladijs ſe inuicem impetentes aſpectat, & potens cum aliquo ſuo periculo litem dirimere, non ſe medium infert etiam ſi non teneatur, profecto vt ignauus & infamis habetur, tantum abeſt, vt ſi id fecerit, perperam feciſſe iudicetur. Idemque fere iudicium eſt de protegendo amici honore, atque alijs magnis bonis, quibus vita eius ſuſtentatur & honor. In ſumma, qui hoc negat officium eſſe eximium amicitiæ, ornamentum profecto eius præcipuum de media republica tollit.

Ad primum igitur argumentum negatur idem eſſe, vitam quempiam pro amico ponere, quod ſeipſum occidere, iam enim ſupra diximus, occidere ſe quempiam bifariam contingere. Vno modo directe & per ſe & hoc nunquam licet neque pro amico, neque pro virtute ipſa. Haud enim poterat martyr ſtrangulare ſeipſum pro fide. Altero vero modo id contingit per accidēs ſcilicet qñ quis propriam vitam nō ſeruat, quam ſeruare poteſt, & hoc non reputatur homicidium niſi quatenus ipſam ſeruare tenetur. Et quamuis homo non ſit ſuæ vitæ dominus, ſed cuſtos, tamen non tenetur eam omni poſſibili modo ſeruare. Poteſt quippe eam, vt diximus, nō ſolum pro uirtute, uerum & pro bonis temporalibus expo-

Ariſtot.

Rō efficax cōcluſioni

Pyladis atq. oreſtis memorabile facinus.

Vox populi, uox naturę.

Ad primū arg. Occidere ſe, bifariā cō tingit.

Qui teneat̃ seruare vitã propriam.

exponere. Quin vero etiam potest non vti optimo cibo ac regimine, aut optima medicina ad ipsam seruandam. Eadem ergo ratione potest illam exponere pro amico. Sed tunc peccaret, quando illam prodigeret, hoc est quòd nullo bono fine aut pro exiguo illam dispenderet, vt si ad defendendum valorem vnius scuti periculo illam obijceret. Ex hac autem solutione oritur scrupulus, vtrum in naufragio, vbi tantum vna est tabula, quæ duos seruare non potest, liceat vni alteri cedere? Et fac esse filium & patrem. Ex conclusione enim videtur sequi id esse licitum, ex hac autem solutione apparet contrarium colligi. Nam qui tabulam desereret, perinde haberet, ac si se in mare proijceret, quod est se directe occidere. Profecto res est dubia respondetur ergo quòd antequam tabulam filius capiat, potest illam relinquere patri, quia non hoc est positiue se occidere, sed permittere se mori, postquam vero eidem insidet, re vera non apparet licitum esse, vt se in fluctus deijciat. Ad secundum respondetur quod ordo charitatis quo homo tenetur non plus proximum quam seipsum diligere, attendendus est secundum vitam spiritualem, cuius ideo detrimentum homo non debet pati pro toto orbe, sed quantum ad temporalia non est ille ordo necessarius, quoniam temporalia per se non pertinent ad perfectam fœlicitatem sed sunt tantum media, vt diximus. Vnde S. Thom. 2. 2. q. 26. art. 5. in solutione primi, ait, quòd cum vnumquodque id sit quod in ipso præcipuum est magis est proximus diligendus quantum ad spiritualia quam corpus proprium vt si simpliciter fuerit necessaria vita nostra pro salute spirituali eius tunc sit nobis expendenda vbi explicat ordinem, qui est ex necessitate præcepti. Sed tamen inferius in solutione tertij ait, quòd licet non sit de necessitate charitatis quod homo proprium corpus exponat pro salute proximi, nisi in casu quo tenetur eius saluti prouidere, tamen quòd aliquis suas sponte ad hoc offerat, pertinet ad perfectionem charitatis. Vbi non distinguit de salute spirituali & corporali, sed vtrumque videtur intelligere. Postremum denique argumentum solutum est, vbi monstrauimus non esse eandem rationem de spirituali, & temporali salute. Quare falsum est eandem esse rationem spiritualis ad spiritualem, quæ temporalis ad temporalem.

Scrupulus.

Ad secũ dũ arg.

D. Tho.

Ad tertiũ arg

ARTICVLVS VII.

Vtrum liceat in aliquo casu interficere innocentem.

POst innocentis homicidium (quod quemadmodum lege fiat, dictũ est) subsequitur in hoc septimo articulo, qui est apud S. Tho. lextus disputare vtrum liceat in aliquo casu innocentem interficere? Arguitur enim à parte affirmatiua Abraham hac laudé inter cætera commendatur, quòd innocentem filiolum aræ destinauerat. Secundo. Si id licet quod maius documentum infert, & id licebit quod infert maius, nam de illato documento existimatur peccati grauitas, licet autem peccatorẽ occidere, etiam si periculo perditionis æternæ nonnunquam exponatur, vt supradictum est, ergo & innocentem quem certius creditur miserijs huius seculi solutum ad æternam fœlicitatem aduolare. Tertio. Quod secundum ordinem iustitiæ fit nullum est peccatum, sed quandoque iudex secundum allegata & probata innocentem in mortem adigere cogitur, quem scit falsis testimonijs delatum, & pariter minister, qui eius dicto audiens esse tenetur, ergo licitum est quandoque innocentem interficere. In contrarium autem est illud Exo. 23. Insontem & iustum non occides.

Primũ argum.

Argu. 2.

Argu. 3.

Quæstionis titulus de duplici innocente intelligi potest. Primo, de eo qui non solum re vera est innocens, verum etiam legitime, quia non probatur nocens, & de hoc præsens intelligitur interrogatio. Alius vero est, qui licet re quidem sit innocens tamen legitime probatur nocens, de quo, cũ grauior sit abstrusiorque dubitandi ratio, inferius quæst. 4. artic. 2 mouebitur peculiaris quæstio. Hæc ergo facilime vnica conclusione expeditur. Nullatenus licet hominem innocentem, cuius nulla habetur sinistra opinio interficere. Probatio est perspicua. Homo enim vt ex dictis patet, & secundum seipsum consideratur & præterea in ordine ad bonum commune. Et quidem secundum priorem considerationem, scilicet quatenus est rationalis naturæ, neminem interficere licet. Nam & iniquissimi etiam peccatoris natura, quatenus

Titulus qõnis illustrat̃.

Duplex innocens.

Vnica conclu.

Probatio.

quatenus Dei figmentum, diligenda eſt, ob ſolam ergo cauſſam communis boni peccator occiditur, in innocente autem nihil eſt cur ius reipublicæ fiat, ipſum occidendi, quoniam præcipua eſt reipublicæ pars, atque ad eius ſalutem præcipue conferens. De hac concluſione non eſt cur multum dubites, offeruntur nihilominus nonnulle, licet tenues, dubitandi rationes. Prima, dum in obſeſſa à tyranno ciuitate ciuis innocens eſt, cuius caput tyrannus ille petit, eo forſan quòd ſibi eſt aduerſus. Hiſtoria eſt de Demoſthene, quē, dum Athenien ciuitas obſidione opprimeretur, tantum dux ille hoſtis petebat, vt incolumem relinquere ciuitatem. Tunc enim ille in ſenatu fabulam illam luporum retulit, qui ab ouibus canes depoſcebant illa vafricie vt ſecuri poſtea poſſent in inermen pauidumque gregem irruere. Dubium ergo eſt vtrum tunc pro ſalute totius reipublicæ licuiſſet innocentem in manus hoſtis perdendum tradere. Apparet enim fuiſſe licitum. Primum quia reſpublica ius habet exponendi ciues patenti morti pro ſalute totius, vt patet in bello, ſicut totum ſuas partes. Deinde quod & ipſe tunc innocens, cuius morte ſalus totius ciuitatis agitur, tenetur ſe hoſti dedere, ergo ad id poteſt reſpublica ipſum cogere. Nihilominus reſpondetur nequaquam id eſſe tunc licitum. Quare D. Thom. generalem conſtituit concluſionem. Nam vt ad primum argumentum reſpondeamus, tunc reſpublica poteſt exponere ciuem quando neceſſarius ad pugnandum eſt, & reſiſtendum hoſti quia tunc eſt per ſe neceſſarium medium, non autem quando tantum eſt neceſſarius ex malitia alterius. Quoniam cum homicidium per ſe non ſit bonum, nunquam fit licitum niſi ex fine cuius eſt per ſe medium. Et innocentis mors nunquam eſt hoc modo reipublicæ neceſſaria. Quare ſicuti, vt paulo ante meminimus, non licet tibi iubente tyranno eruere tibi ipſi vnum oculum, vt alterum ſerues, ita neque tunc reipublicæ innocentem morti tradere. Nam vt ſuperius dictum eſt, non eſt abſolute domina vitæ ciuium, ſicut Deus, & ideo innocens vitam ſolus Deus poteſtatem habet. Sunt qui licet diffiteantur rempublicam tunc iuſſu tyranni eum occidere, fatetur tamen poſſe ipſum eidem tradere ad occidendum. Porro autem idem eſt vtrum que prorſus, atque adeo neutrum licet. Poſſet nihilominus eum illo caſu non defendere, quia reſpublica cum ſui periculo non tenetur defendere priuatum ciuem. Quod ſi contra ſimilitudine arguas. Si quis mihi mortem comminaretur niſi manum aut linguam aſcindendam illi offerrem, poſſem membrum tradere, vt vitam ſeruarem, licet medium illud non ſit neceſſariū niſi ex malitia alterius, ergo ſimiliter poſſe reſpublica ciuem ſuum tradere. Negatur conſequentia, quando membrum non habet eſſe diſtinctum ab eſſe totius, neque vllo modo eſt propter ſe, ſed propter totum, neque per ſe eſt capax iuris, vel iniuriæ. Homo autem quamuis ſit pars reipublicæ eſt nihilominus & ſuppoſitum propter ſeipſum exiſtens, atque adeo per ſe capax iniuriæ, quam reſpublica non poteſt illi irrogare. Vnde ad ſecundum ſupra obiectum argumentum reſpondetur, q quamuis ipſe teneatur tunc proprio ſe offerre periculo vt publicum caneat, non tamen ad id iure cogi poteſt quoniam tenetur non de iuſtitia ſed de charitate. Sicut ſtat me in graui neceſſitate ad eleemoſynam teneri ad quā cogi non poſſum. Alius dubitandi caſus eſt in bello, & quidem in communi aggreſſu, vbi permiſiſti ſunt innocentes cum nocentibus non eſt dubium quin liceat hoſtes inuadere, cum innocentium periculo. Sed dubium eſt in ſingulari certamine. Video militem in me irruentem quem ſcio innocentem eſſe, puta qui certo credit bellum iuſtum contra me gerere. Videtur ratio ſuadere quod tunc non poſſim illum occidere. Nam bellum non poteſt eſſe iuſtum ex vtraque parte. Si ergo ille iuſte contra me pugnat, non poſſum ego iuſte me defendere. Reſpondetur nihilominus licere. Primum quia iuſte ambo pugnare poſſumus ex ignorantia, quam vterque putat ſe iuſtam defendere cauſſam. Præterea licet tunc in conflictu vni militum conſtaret iuſtitiam ab alterius parte ſtare, poteſt ſe defendere: quia non tenetur illam pati mortem. Qua re non ſolum tunc ex falſa præſumptione (vt quidam aiunt) nempe, quia vterque putat alterius eſſe nocentem, ſed etiam ſi ſciat eſſe innocentem, licitè tunc pugnat. Non poſſet autem alterum occidere niſi in ſuam defenſam. Sed rogat vtrum miles poſſit alterū aggredi quē ſcit

eſſe

Demoſthenes.

Solutio. S. Tho.

Obiectio à ſimilitudine.

Diluti o

Soluuntur rationes obiectæ.

Secundus ſcrupulus.

Submouetur dubium

Tertius ſcrupulus.

Tertius ſcrupulus.

eſſe innocentem? Reſpondetur quod ſi bona fide credat, iuſtum ſe gerere bellū, etiā ſi alium putet eſſe innocentem, puta quia vel idem ipſe credit, vel inuitus in exercitu retinetur, poteſt illum aggredi, tum q̄ aggreſſus ipſe in bello eſt defenſio, tum ēt quòd vnus princeps ius habet aggrediendi alterum. Qui autem miles credere bellū ſe gerere iniuſtum, aggredi non poſſet.

Ad primū arg.

Ad primum autem arg. in contrarium lib. 2. ſatis reſponſum eſt, quæſtion. 3. ait 8. Deus nanque non tanquam legislator, ut Scotus putat, diſpenſare valet ſuper homicidio, ſed tanquam vniuerſalis vitæ dominus, poteſt cuius poteſtatem facere alterū occidendi, ſicuti fecit Abrahæ, cuius ideo obedientia laude digna fuit, tameſi pro ſua clementia id non permiſerit executioni mandari. Nemo autem mortalium hoc abſoluto vtitur vitæ dominio. Solutio autem argumenti ſecundi notanda eſt apud D. Thom. nempe peccatorum grauitatem de ſe primo attendendam eſſe non penes illatam nocumētum, ſed penes obiectum. Quapropter innocentis occiſio ſceleſtior eſt & maiori digna ſupplicio, quam occiſio impuri ac perditi hominis. Primò quia huiuſmodi occiſor præſtantius bonū lædit, quod magis eſt per ſe diligendum, qua propter peius contra charitatem peccat. Secundo quia & illi iniuriam facit qui minus erat illa dignus, atque ideo iniquius iuſtitiam uiolat. Et tertio, quia rempublicam meliori priuat bono, ac ſubinde in bonum commune eſt peſtilentior. Poſtremo, & Deum ipſum impudentius ſpernit, qui iuſtos chariores habet, ſecundum illud Lu. 10. Qui uos ſpernit, me ſpernit. Quod autem iuſto mors in bonum æternæ gloriæ cedat, occiſioni accidentariū eſt.

Ad ſecū dū arg. D. Tho.

Ad tertiū arg

A ſolutione autem tertij argumenti quod de innocente legitime probato nocente addebatur, ſuperſedendum eſt vſque ad locum citatum quæſtione ſexta.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum ius ſit unicuiq. propriū inuaſorem ad ſui defenſam occidere.

CVm ſupra definitum ſit nemini priuata auctoritate licere malefactorem occidere explorandum ſupererat vtrum ſaltem liceat aggreſſorem per modum defenſionis interficere. Sunt enim nonnullæ ſanctorum auctoritates, quæ id vetare videntur. Ait quippe Auguſtinus, ad Publi. De occidendis hominibus, ne ab eis quiſque occidatur, non mihi placet conſilium, niſi forte ſit miles an publica functione teneatur, vt non pro ſe hoc faciat, ſed pro alijs accepta legitima poteſtate, vbi negare videtur, cupiam ne occidatur licere priuatim occidere. Et in 1. de libe. arbit. Quomodo, inquit, apud diuinam prouidentiam a peccato liberi ſunt qui pro his rebus quas contemni oportet humana cede polluti ſunt? Et cenſet illas res in vniuerſum eſſe contemnendas, quas homines inuiti amittere poſſunt, in quarum numero eſt vita. Et Nicol. Papa can. de his clericis diſtin. 50. ait, De his clericis quibus conſuluiſtis ſcilicet qui ſe defendendo paganum occiderant, ſi poſtea per pœnitentiam poſſunt ad priſtinum ſtatum redire, aut ad altiorem aſcēdere ſcitote nullam nos occaſionem dare neque ullam tribuere licentiam eis quemlibet hominem quo libet modo occidendi. Cui qui de legi cū ad mores pertineat, videntur & laici eſſe ſubiecti. Quarto. Homicidium eſt grauius quam ſimplex fornicatio, ſed nemini hæc ad ſeruandam vitam eſt licita, ergo neque homicidium facere. Poſtremo. Si arbor eſt mala, ergo & fructus, vt habetur Matt. 7. ſed defenſio ipſa videtur illicita contra illam Pauli monitionem ad Rom. 12. Nō uos defendentes chariſſimi, ergo & aggreſſoris occiſio erat peior. In contrarium autem eſt illud Exod 22. Si effringens fur domum ſiue ſuffodiens inuentus fuerit, & accepto vulnere mortuus fuerit percuſſor non erit reus ſanguinis, licet ergo æquior ratione vitam propriam uſque ad mortē inuaſoris defendere.

Primū argum. a parte negatiua.

Argu. 2.

Argu. 3.

Argu. 4.

Argu. 5.

Ad quæſtionem tribus concluſionibus reſpondetur. Prima. Nemini licet aggreſſorem occidere niſi id fuerit neceſſarium medium nempe ſi alia via ſe non poteſt defendere. Secunda concluſio. Vbi medium illud fuerit neceſſarium, licitum eſt vim vi ſecundum iura repellendo, cum moderamine inculpatæ tutelæ illū occidere. Probantur ſimul ambæ concluſiones. Ad quartum probationē ſupponitur contingere

Prima conclu.

Secūda conclu.

tingere poſſe vt vnius actionis duo exiſtãt effectus, quorum alter ex intentione agentis proferatur, alter vero accidat præter eius intentionem. Vt dum quis fodiens vt vitem plantet theſaurum reperit. Morales autem actus ex eo ſpeciem ſortiuntur quod in intentione & propoſito agentis extiterat, ab eo autem quod accidentariũ eſt, nihil laudis vel vituperij recipiunt, vt ſi venator intendens ſagittam in feram dirigere, hominem tranſuerberet, non eſt cenſendus homicida. Ad propoſitum ergo noſtrum vbi quis ſe defendit, duos eſt conſiderare effectus, ſcilicet propriæ vitæ conſeruationem, & exitium alienæ, quorum prior fuit intentus, poſterior vero accidentarius. Ille autem per ſe effectus ex quo actio ſpeciem ſortitur, nullam habet rationem rei illicitæ, quippe cũ hoc ſit ius naturale vnicuique proprium ergo inde nullatenus vitiatur actio. Ex accidentario autem effectu qui ex illo ſubſecutus eſt fine, vitiari non poteſt, niſi vbi medium illud proportionem non habuit legitimã ad finem, hoc eſt non fuit neceſſarium. Fit ergo vtraque concluſio ex eodem ſyllogiſmo conſequens, nempe quod vbi illud medium non fuit neceſſarium iniuſta fuit occiſio, vbi vero fuit, non fuerit niſi licita. Nam cum quiſque potius teneatur ſuæ propriæ conſulere vitæ quam alienæ, nemo tenetur iuri ſuo cedere, vt alienam uitam propriæ anteferat. Tertia concluſio. Nemini priuata auctoritate licet ex intentione hominem occidere, vt propriã vitam ſeruet, ſed illud tantum munus eſt publicæ poteſtatis, quæ talem occiſionem in publicum bonũ refert, vt patet in principe edicente alteri bellum, & in miniſtro malefactorem capiente. Probatur, quia occidere alium ex intentione, non eſt niſi publicæ poteſtatis, ad conſeruandum bonum commune.

Tertia conclu.

Hic ſin primis notandum eſt concluſionem ſecundam, quæ princeps huius quæſtionis exiſtit, in corde eſſe iuris naturalis. Vnde diſtin. 1 canon ius naturale. inter alia eiuſdem iuris, ponitur violentiæ per vim repulſio. Idque patet. ff. de vi & vi arma l. 1. Et ff de iuſtit. & iure. l. vt vim, ait Floren. iure hoc euenit vt quo quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur & l. iniuriarum, ff. de iniur. Iuris exequutio nõ habeat iniuriam, cum quiſque ergo habeat ius ſe defendendi, nemini tunc in iuriam facit. In ſumma, cap. ſignificaſti. 2 de homicid. & cap. ſi vero. 1. de ſententia excommu. Vim inquit, vt repellere, leges omniaque iura permittunt. Et ff. ad l. Aquil. ſed etſi expreſſe habetur quod qui alium ferro te petentem occiderit, non videtur iniuria occidiſſe. Adeo enim naturale eſt cuique rei exiſtere, vt in id quod ſi noceat ſtatim inſultet. Exigit autem iſtarum concluſionum declaratio vt a tertia inchoetur Dubium nãque ſtatim exiſtit, quidnam ſibi D. Thom. voluerit vbi ait, nemini licere hominem ex intentione occidere vt ſeipſum defendat. Videtur nãque negare illud medium eſſe licitum, atque adeo ſibiipſi contradicere. Nam ſi intelligit quando illud non eſt neceſſarium, iam id docuerat in prima, atque adeo repetitioni vtitur inutili. Si vero quando eſt neceſſarium, contrarium dixerat in ſecunda. Huius ſolutio apud Caiet. niſi amplius explicetur, metaphyſicam obſcuritatem præfert. Ait enim licere cuique vt ſe defendat, hoſtem occidere, non quidem vt occiſio illa eligatur tãquã medium ſicuti medicus ex intentione pharmacum porrigit ad conſequendam ſalutem. Et hoc eſt quod aſſeritur in tertia cõcluſione. Sed vt ſit defenſionis effectus, quemadmodum debilitas infirmi non eſt in intentione medici, ſed eſt curationis effectus qui præter intentionem ſequitur. Hac autem regula niſi acutè legãt, multi decipientur. Arguitur. n. contra licitum eſt inuaſo, dum videt aliter inuadentis manus euadere non poſſe directo ſpiculo, iugulum eius ex intentione petere, vt illũ prius cõſternat, ergo regula falſa. Patet antecedens. Docet nanque Ariſt. 6. Ethic. ad efficacem volontatem finis perinde ſequi electionem medij, quod iudicatur neceſſarium, atque inſpeculabilibus ſequitur ex premiſſis concluſio, poteſt autem ille iure velle illum finem, quem recte iudicat aliter aſſequi non poſſe, ergo & illud eligere medium. Inuenias aliquos etiã ex noſtris hæc omnia negantes antequam cõcedant licere in conflictu illi qui inuaditur eligere alterius mortẽ. Sed profecto ſi licita eſt defenſio, & iudicatur illud neceſſariũ, neſcio cur nõ liceat in hoſtis iugulũ recta dirigere

Declarãtur concluſiões S. Tho.

Caieta.

Impugnatur Caieta.

Ariſtot.

rigere enſem. Quin vero qui videt hoſtem in ſe recta euaginato gladio tendere, & timet conſertis manibus defendere ſe non poſſe, poteſt ſagitta eminus iacta, vel globulo illum ſolo ſternere. Hæc enim eſt defenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ.

Mens S. Tho. aperta.

Mens ergo S. Thom. clara eſt, & planè phyſica: cenſet enim tunc duntaxat homicidiũ ex intentione fieri propter defenſionem, quando quis alterum aggreditur ipſum præueniens, vel ad vindicandam præteritam iniuriam, vel ad cauendam futuram. Et ideo optimè ait in tertia concluſione id tantum licere publicæ poteſtati, vel per bellum reſpectu exterorum hoſtium, vel per executionem iuſtitiæ reſpectu peſtilentium ciuium, per quorum punitionem Reſpublica ſeſe defendit. Atqui hoc propriè cenſetur, medium eligere ad illum finem, quod quidem priuatæ perſonæ non licet. At vero quando quis inuaditur tunc quomodocunque inuaſorem occidat inculpata tutela, puta quia videt aliter non poſſe eius manus euadere, etiam ſi directè ſagitta, aut alio iaculo iugulum, aut cor petat, cenſetur id non intendere, ſed ſolum ſui defenſam. Et hoc ſenſu bene poteſt teneri quod illa occiſio non eſt mediũ, ſed conſeruationis effectus, tametſi conſueto ſermone rectè etiam appellatur mediũ eodemque nomine vtitur D. Tho. in prima, & ſecunda concluſione.

D. Tho. ſemper ſibi conſtat.

Inculpata tutela

At verò de tutelæ moderamine quidnam requiratur, vt ſit inculpata, dubitari etiam poteſt. Nam ſunt qui àiunt illum qui inuaditur debere ſummum adhibere iudicium, an poſſit aliter quam per illatam mortem ſe defendere, nempè vel fugiendo, vel pacem deprecando, vel leuiter hoſtem cædendo, antequam ei liceat illum transfigere. At verò licet ita ſit quòd haberi debet horum ratio ſi cõmodè poteſt, tamen quòd in conflictu agonizãtem tanto negotio obligemus, nulla iubeat ratio, tum quòd melior eſt conditio illius qui inuaditur, poſtquàm alter illi offert iniuriã, tum etiam quòd illo temporis articulo metus nõ ſinit iudicium liberum. De fuga autem poſt dicemus. Hoc dixerim quantum ad forum conſcientiæ. De foro enim iudiciali iuris prudentes iudices ſunto. Exiſtit autẽ nihilominus argumentum permoleſtum, quippe quod rem valde facit ambiguam. Apparet inquam licere priuatæ perſonæ hoſtem occidere idque, tanquam medium eligendo, nempè ipſum præueniendo, & aggrediendo quòd in tertia concluſione negatum eſt. Faciamus enim qui per inimicitias diuexatur, occluſum eſſe in aliquo oppidulo, vnde nullatenus effugere poteſt, vel in eiſdem ædibus vbi eſt hoſtis qui & certiſſimis abſque vllo dubio eſt eundem hoſtem eum decreuiſſe occidere, ſed expectare horam, vel ſocios, vel aliam iamiam inſtantem importunitatem. Apparet enim eiuſmodi miſerum poſſe alium præuenire, & dum ſecutus eſt, eum opprimere. Vel fac innoxiam mulierem cum marito eodem lecto iacentem euidenter ſcire eundem ſub ceruicali abdidiſſe gladium, quo ipſam dormientem iugulet, neque patere miſeræ ſuffugium aliud nunquid non ipſa poſſet eundem gladium furtim arripere, & fabulam anteuertere? Profectò res eſt dubia. Ad quàm aliud reſponderi non poteſt quam quòd dum actus ille aggreſſio eſt, nullatenus eſt licitus. Si tamen eſt defenſio, non eſt cur condemnetur, Vtrum autem eorum ſit non eſt lege, aut ſcientia definiendum, ſed arbitrio prudentis quocunque caſu iudicandum. Seruit autem hoc ad pacandas conſcientias poſt factum. Haud tamen eſt in publico hæc licentia prædicanda, ne rude vulgus, quod diſcernere neſcit quando eſt aggreſſio, quando vero defenſio, eam per abuſum amplificet. At verò contra ſecundam concluſionem exiſtit argumentum huiuſmodi. Neceſſarius ordo charitatis exigit, vt modo dicebamus, vitam ſpiritualem proximi propriæ corporali præferre quandoquidem ſpiritualis nõ ſolum perfectior eſt, verum & finis ipſe ad quem temporalis refertur, quiſquis autẽ priuata auctoritate alterũ vi aggreditur, eſt in peccato mortali, quia id nemini licet, ergo alterum idem ordo charitatis ſtringit, vt mori ſe citius permittat, quã alterũ in infernũ obtrudat, atq. adeo neutiquã licet eum occidere. Argumentum eſt, quod non modo ſciolos multos cogit, vt eius concluſioni fidem adhibeat, verum & Gerſonem grauem alioqui auctorem, qui tract. de Euchariſtia eam habet pro confeſſa. At vero hoc eſſet non ſolũ naturale ius peruertere, verũ & Chriſti iugũ, quod ſuaue eſt, & leue, acerbũ facere, atque importabile. Quænam. n. iuſtitia eſſet in lege, quæ ſubditos cogeret, vt vitam

Obiectio contra tertiã concluſionẽ

Dilutio.

Arg. cõtra ſecũdã concluſionẽ

Gerſon.

vitam

tam quam mortales tanti æstimant cuiuscunque temeritati, & audaciæ dono darent? Si me tyrannus ad malum vrgeret, vitam pro virtute deberem ponere, sed tamen cuicunque volenti me iniquissimè occidere id permittere cogor intolerabilis res esset. Immo non solum vitam non cogor illi dare, verum neque honorem, neque famam, neque bona mea. Est, verbi gratia, impurus homo, & peruicax, qui iurat, nisi dedero ei pondus auri patraturum sese graue aliquod scelus, vtrum propterea ego stringar petitionem suam illi concedere? Minimè gentium. Ad argumentum ergo conceditur ordine charitatis magis esse diligendam salutem spiritualem proximi, quàm nostram temporalem, hæc autem charitatis lex solum obligat, vt quoties ad eiusmodi spiritualem salutem mea fuerit temporalis simpliciter necessaria, de beam illam periculo offerre. Exempli gratia. Laborat ciuitas aliqua, vel persona ignorantia, vincibili, quam ego solus possum tollere, deberem certè ordine charitatis cum periculo vitæ veritatem detegere. Item si mihi incumbit ex officio. Nam tempore pestis tenetur prælatus, & tempore belli princeps non deserere populum, quia hoc secundo casu non sola charitas, verum & iustitia cõcurrit. Vbi autem vita mea nõ est necessaria, sed ipsi sciunt se male agere, & possunt cessare, & sua culpa non cessant, ego non tenetur, sed ad perfectionem charitatis quandoque id pertineret. Et hoc expresè docet S. Thom in loco nuperrime citato, in solutione ad 3. & qu. 25. eadem. 22. art. 8. ait, quòd licet dilectio inimici in præparatione animi sit necessaria, quando necessitas occurrerit, tamen extra talem necessitatem diligere inimicum nõ est, nisi de perfectione charitatis. Ad propositum ergo vt descendamus, qui me vi armata priuatim adoritur, sua culpa id facit, quare mea vita non est illi necessaria, & ideo nec teneor illi succumbere. Alias occasio porrigeretur nefandis hominibus iustos inuadendi, nempè dum certi essent ab illis non se esse occidendos. Simili enim audacia. Machabæorum hostes Sabbathis eos adoriebantur arbitrantes tunc eos non posse pugnare. Quare vt legitur 1. Mach 2. decreuerunt etiam diebus illis sanctis sese armis defendere. Haud ergo est consequẽs. Teneor diligere salutem proximi spiritualem præ mea corporali, ergo teneor illam extra casum necessitatis plus seruare. Vnicuique namque mandata est cura suæ vitæ suorumque bonorum, non autem alienorum, etiam si precioſiora sint. Sicuti seruare pater tenetur magis filium suum quam extraneum longè meliorem. Hactenus de libertate quam quis habet defendendi se. De necessitate autem, vtrum scilicet quisque ad id teneatur ab aliquibus dubitatur. Immo sunt qui id affirmant propter hoc quod a nobis modo asserebatur. Hoc autem dubium artic. 6. decisum est nempè de mõstratum, licitum esse vitam ponere pro amico. Vnde palam consequitur posse inuasum permittere se occidi, ne occidat. Quin verò quandoque tenetur. Quare tres ordines statuendos de hac re arbitror impræsentiarum. Est enim vnus quo inuasus teneretur, vt reor, potius mortem perpeti quàm inuasorẽ interficere, etiam vbi aggressio iniuriosa esset. Etenim si aggressor esset rex, vel dux, vel alia persona, quæ valde esset Reipubl cæ necessaria, inuasus autem esset persona vilis, cuius vita ad bonum commune nihil referret, profectò crediderim tunc inuasum illum charitate cogi, vt læthum potius ferat, quam alteri inferat. At qui per alterum extremum contingeret casus, vt teneretur inuasus sub pœna peccati mortalis defendere se, vt si vice versa princeps, aut quæuis alia persona reipublicæ per quam commoda ab impuro aliquo, & nefario impeteretur, tunc enim procul dubio prodigalitas esset vitæ non se illum iniuria lacessitum defendere, etiam tum opus esset lacessentem occidere. In reliquis verò medijs casibus, & ius habet inuasus quisque defendendi se, & nihilominus ei liberum est propter charitatem iuri eiusmodi renuntiare. Quid autem si quis me iniuria lacesserit, non armis, sed vi alias, aut fraude? vt si scirem iudicem decreuisse me per iniquitatem ad mortem adducere, aut testes iniquis testimonijs, idque mihi esset certissimum, remque iam esse in proximo, nunquid non posse illos occidere sciens me aliter non posse mortem fugere? Apparet enim idem ius esse, ac si me gladijs inuaderent. Respondetur nequaquã licere, neq; id esse iuris, quando solum licitũ est vim vi repellere, vis autem nõ est nisi in præsenti aggressione. Alias (vt suprà diximus) si tu præuenires, tu esses qui

Solutio.

Charitatis lex quando obliget.

D. Tho.

Quãdo sit necesse occidere aggressorẽ

Tres ordines aggressionis.

Dubiũ.

Dilutio.

qui aggredereris. Quare tunc alia tibi iuris remedia exquirenda sunt. Si autem prętor aut alij ministri iustitiæ vellent in me manus injicere, constaretque mihi per iniquitatem id facere, liceret mihi profecto perinde vi vim repellere ac si essent personæ priuatæ. Secus tamen si id bona fide & lege tentarent, nempe quia sunt iudicia vel aliqua legitima accusatio. Tũc enim licet ego essem innocens, non mihi liceret, quo me eriperem ministros vulnerare, vt infra q. 4. dicturi iterum sumus. De bonis autem temporalibus dubium est, vtrum in eorum defensam licet etiam latronem occidere. Apparet enim hoc non licere, quia bona hæc temporalia lubrica atque adeo necessario peritura non sunt tanti facienda, vt vita eorum gratia homo multandus sit. Eo præcipue quod omnia hæc in vitæ humanæ subsidium mortalibus collata sunt. Atque ad id faciat authoritas Augustini ex primo libro de libe. arbi. secundo argumento citata. Quin vero & illud Exod. 22. quod capi. 1 de homicid citatur de fure nocturno adiuncta glo. Augustini quæ citatur cap. si perfodiens. de homicid. Glossa enim est, propterea licere furem nocturnum in flagranti dicto morte opprimere, non autẽ orto iam Sole, quod noctu discerni nequit, veneritne ad furtum faciendum an ad homicidium, sicuti luce Solis deprehendi potest. Vbi significat Augustinus solum motu mortis licere, furem occidere, non autem metu amissionis bonorum. Respondetur nihilominus citra dubium licere furem etiam diurnum in defensionem bonorum temporalium interficere si aliter illi eripi ab ipso nequeunt. Et ratio est quod bona mea, media sunt ad vitæ sustentationem, & status, atque honoris. Quapropter sicut vita fundamentum est omnium bonorum, ita est & eorum tutrix, ad Augustinum autem respondetur, aut quod illius forsan fuit sententiæ, quod ob solum bona temporalia non licet furi vitam haurire, vel melius quod locutus est vti philosophus moralis, quia vix accidere consueuit, quin possint bona eripi à diurno latrone citra eius mortem. Et quãdo id fieri posset, certè iniquum esset illum occidere, sic enim habetur lege furem. ff. ad l. Corneliam de sicca. furem nocturnum si quis occiderit, ita demum impune feret, si parcere ei sine suo periculo nõ potuit, parcere scilicet liberando res suas, & l. sed & si. ff. ad leg. Aquil. si quis cum furem apprehendere posset malui occidere, iniuriam fecisse videtur. Idemque habetur cap. Interfecisti. extra, de homic. Vñ de iurisconsulti inferunt quod etiam dum spes est via iuridica recuperandi furtum, non licet furem occidere. Et certè si spes esset certissima quod facilimo negotio recuperari posset, verum appareat. Vbi autem res esset dubia posset liberum esse domino iure vti suo. Vnde eodem cap. interfecisti subditur. Si autem sine odij meditatione te tuaque liberando huiusmodi Diaboli membra interfecisti, si ieiunare voluerit bonum est tibi. Quasi dicat, non tenetur. De tempore autem defensæ, quamdiu duret, præterea forte dubitas. Nempe vtrum tunc autem liceat resistere quamdiu fur rem non arripuit, an vero etiam tunc dum tuis rebus onustus fugit, liceat tibi eum armis insequi, & si aliter deprehendi nequit, etiam iacto telo sternere. Respondetur toto illo tempore flagrantis delicti licere vim vi reppellere, etiam dum fugit, postquam vero aliquo se iam recepit, non licet eum vi aggredi, sed tenere quousque iudex eum capiat. Attamẽ cum hæc licere astruimus, nempe furem telo prosternere, sit intelligimus si bona aliquanti sint precij Nam pro re vili, nempe pro valore duorum triumvè ducatorũ, vt vitam periculo exponere delictum esset, sic & alium interficere. Nam licet tuaque tuendi ius habeas, conferendum tamen est damnum quod tibi caues cum illo quod das. Quamuis innocentis conditio melior sit. Superest autem de honore videre, vtrum ob eius defensam liceat aggressorem occidere Est verbi gratia ingenuus vir aut illustris, qui videns hostem ad se gladio appropinquare, fugiendo posset liberare vitam vtrum fugere cum suo dedecore teneatur ne suam vel hostis periculo mortis objiciat. Apparet enim secundũ ea quæ dicta sunt neutiquam expectare posse, quandoquidem moderamen inculpatæ tutelæ requirit hostis necem necessariam esse ad seruandam vitam, quod in illo casu nõ est. Respondetur nihilominus non tenere se in pedes conferre, quia moderamen hoc adhibendũ est citra honoris detrimentum quod alicuius sit momenti. Quapropter sacerdotes & monachi fuge-

Alterũ dubiũ.

Auguſt.

Solutio.

Auguſt. explicatur.

Quãdiu tempus defensæ duret.

Dubiũ aliud.

Solutio.

re omnino in tali caſu teneretur, vtpote quorum honor non eſt conflictum illũ expectare, quippe quos armorum vſus niſi in extrema neceſſitate non decet. Et idem eſt de plebeio infimæ ſortis, qui nullam prorſus honoris iacturam fugiendo faceret.

Submonitio cauilli.

Quod ſi hinc quiſpiam contra nos inſulerit, licere tunc etiam laceſſito & in duellum prouocato exire, quoniam ſine honoris iactura aliud nequit facere. Reſpondetur nullam eſſe conſequentiam. Nam tunc nulla vis infertur, ſicuti dum præſens eſt hoſtis. Et ideo qui exit in duellum non repellit vim vi, ſed cooperatur ad iniuſtitiã qua alter ipſum prouocauit. Præſertim quod ſecundum rei veritatem & ſapientum iudicio, non exire non eſt dedecus quia vbi virtus non defenditur, nullus eſt honor, quippe qui eius eſt præmium. Ob idque cum exire ad occidendum priuata autoritate, non ſit virtus, ſit vt neque vere ſit honor, niſi ſecundum vulgus. Et nomine vulgi quicunque intelliguntur, qui non ſecundũ rei naturam, ſed ſecundum populärem opinionem de rebus iudicant. Sed de hoc nihil ad præſens. Vnum autem hic quiſpiam meditabitur forte ſophiſma. Videtur namque nobili qui in conflictu vulnus accepit licere hoſtem ceſſare iam volentem repercutere, non quidem indefenſam vitæ ſed honoris quem ei abſtulit, nam ſi licet expoliato bona fugienti latroni vi eripere cur non & iſti eripere honorem? Reſpondetur diſparem eſſe ratione, nam latro importat tua ipſa bona quæ ab illo eripis, in caſu vero præſenti ille qui te dehoneſtauit non ſecum portat tuum honorem, quare nõ potes illum iam vendicare niſi per vindictam quæ ſoli publicæ poteſtati licet. Ex his ſupra dictis fit quod ſi quis quempiam aggrederetur, vt eum fuſte leuiſſime percuteret poſſet id alter etiam hoſtem interimendo, repellere. Præſertim in Hiſpania vbi tam atrox illa iniuria reputatur. Vtrũ autem eadem ſit ratio de clericis quæ eſt de laicis. Reſpondetur quantum ad ius naturæ idem eſſe prorſus niſi quod de defenſione honoris non eſt parratio, vtpote qui illum non habent in armis. De iure autem Eccleſiaſtico, ſtatim.

Excluditur alterum ſophiſma.

Ad primum & ſecundũ arg.

Primum igitur argumentum pariter & ſecundum eadem ſolutione diluuntur, Loquitur enim plane Aug. in caſu tertiæ noſtræ concluſionis, nempe nemini ex intentione, puta per viam aggreſſionis, & preuentionis licere priuata auctoritate ſe defendere, neque ſua. Et ideo ait, pro rebus directam ſignificans intentionem, excipiens niſi ſit miles. Ad tertium vero reſpõdet D. Th. quod cum irregularitas incurratur præter culpam, vt patet in iudice, ſit vt clericus etiam ſi ſe defendendo aliquem interficiat, fiat irregularis. Loquitur tamen, ſecundum ius quod ſuo ſeculo erat in vſu. Poſtmodum nanque Clementi. vnica. de homicid. prouidenter cautum eſt vt qui mortem aliter vitare non valens ſuum occidit vel mutilat inuaſorem, immunis ſit ab irregularitate. Præterquam quod in dict. capi. de his nihil aliud habetur quam quod clericus ille qui paganum defendendo ſe occidit multum ſibi conſuluit ſi ab officio ſacerdotali receſſit qua ſi non eſſet neceſſarium. Adde quod forte loquitur vt in præcedenti capi. Clericum. de eo qui in militia nempe obſidione incluſus paganũ occiderat, debuerat enim in obſidione nõ manere. Vnde can. Interfeciſti. de homic. volun presbyter. qui ſe & ſua defendendo inuaſorem occidit, non deponitur, ſed ad pœnitentiam admonetur, forſan propter exemplum, aut propter aliquam præſumptam culpam. Sed de irregularitate ſtatim articulo proximo, vbi hæc verba S. Thom. emunctius examinabuntur.

Ad tertiũ arg.

Quartum argumentum nullius eſt ponderis, quoniam neque fornicario neque adulterium media ſunt ad defenſionem, quemadmodum homicidium. Quintum vero ſuper eodem nos loco Pauli tractauimus. Verbum enim Pauli, Non vos defendentes, idem eſt Græce quod, Non vos vindicantes, vt eius verbale nomen ſtatim ſubiunctum oſtendit, Mihi vindictam, & ego retribuam. Licet enim vim dum infertur reppellere, non tamen illatam iniuriam niſi per publicã auctoritatẽ vindicare.

Adquar tũ arg.

Adquin tũ arg.

AR-

ARTICVLVS IX.

Vtrum qui casu alterum occiderit, fiat homicidij reus.

POst voluntarium homicidium sequitur de casuali, vtrum reum facit homicidam. Sunt enim in partem affirmatiuã testimonia iã sacra quam sanctorũ patrum. Legitur. n. Gen. 4. de Lamech quod vtrum in vulnus suum occiderit. Et historia secundum sanctos interpretes fuit quod cum in venatu credẽs interficere bestiam, hominem interfecerit, nihilominus homicidium ei imputatum fuit. Secũdo legitur Exod. 21. Si quis percusserit mulierem prægnantem & abortum fecerit, si mors eius fuerit subsequuta, reddet animam pro anima: abortus autem ille præter percutientis intentionem accidere poterat, ergo casuale homicidium nõ est absq. culpa. Tertio. Dist 50. & extra de homicid. quam plures extant canones quibus qui clerici casu homicidia fecerunt irregulares habetur, irregularitas autẽ vbi in pœnam ponitur, non nisi propter culpam incurritur. Contrarius autem obuiam occurrit ad Publ. Augu. vbi sic ait, Absit vt quæ propter bonum aut licitum faciamus, si quidem propter hoc præter nostram voluntatem quidquam mali acciderit, nobis imputetur, homicidium autem casuale est cum ei qui bonum intendit, malus accidit effectus. Ad quæstionem tribus cõclusionibus respondetur. Prima est bimembris, eadẽq; cæterarũ basis ac radix. Nihil casuale quatenus casu accidit, peccatum est, sed quatenus quidpiã habuerit voluntarij, eatenus erit peccatum. Conclusio probatur secundum Aug. contra Faust. peccatum non est nisi quatenus voluntarium, casus autem secundum Arist. 2. Physi. est causa præter intentionem, atq; adeo præter voluntatem agentis, ergo casuali secundum illam rationem nihil secum afferunt culpæ. Secunda cõclusio. Nemo dans operam rei licitæ, neque siniſtram habens intentionem, dummodo debitam adhibuerit diligentiam ne noceat, quamuis ex actione sua sequatur homicidium, reatum illius incurrit. Conclusio hæc præcedentis appendix est & corolaria. Nam eiusmodi homicidium nihil prorsus habet volũtatis, sed est simpliciter casuale. Tertia conclusio. Si quis dat operam rei illicitæ, vel dans operam rei licitæ debitam non adhibet diligentiam, non est à reatu homicidij immunis, quod ex eiusmodi actione fuerit subsequutum. Probatur conclusio, contingit id quod actu per se neque volitum est neque intentum, per accidens esse volitum, atque intentum, quatenus id non impedit quod impedire tum poterat tum etiam debebat. Nam caussa quæ prohibens remouet, dicitur accidentaria. Quo fit vt qui caussam vel actionem non remouet atque impedit quam tollere debebat, si sequatur homicidium, reus eius constituatur. Hoc autem fit dupliciter. Vno modo quando operam nauat rebus illicitis, quas vitare debebat, altero vero quando vacans rebus licitis diligẽtiam non adhibet, ex cuius contraria negligentia subsequitur homicidium. Atque hæc est asserta nostra conclusio. Ad plenam vero rei intelligentiam recolendum est, bifariam aliquid esse voluntarium. Vno modo directe, quia intentum, & hoc simpliciter nuncupatur voluntarium, opponiturque simpliciter casuali, vbi nihil est voluntarij, & alio modo contingit esse voluntarium per accidens, quia non impeditur, & hoc est medium inter simpliciter voluntarium ac simpliciter casuale. Sed nihilominus ob carentiam directæ intentionis dicitur casuale. Requiritur ergo ad causale homicidium primo quod non sit intentum, secundo vt imputetur quod re vera sequatur ex actione quæ tolli debebat, vt habetur cap. ad audientiam. de homicid. & cap. presbyterum. Nam si aliunde sequatur nullatenus imputatur agenti, vt eodem cap. Ioannes. Vt si quem imprudenter incauteque castigans vulnerasti, & homicidium, vel non est subsequutum, vel non ex vulnere, sed ex maligna curatione, vel alio accidente ille occubuit, non es in conscientia homicidij reus, sed tantum incautæ pulsationis. Tertio requiritur quod non solum posset talem actionem euitare, verum quod deberes, licet enim venator excusare posset venationem, atque adeo iactum teli quo præter intentionem factum est homicidium, nullam inde contraxit cul-

Primũ argum. Lamech.

Secũdũ argum.

Tertiũ argum.

Prima conclu.

Augusſt.

Aristot.

Secũda conclu.

Tertia conclu.

Illustratur conclusio.

Tres cõditiones requisite ad hoc quod casuale homicidiũ imputetur.

culpam. Similiter, vt paulo ante dicebamus, dum latro ex te pecuniam petit, comminatus niſi dederis, furtum aliunde ſe facturum, licet non dederis & faciat, non eſt cur tibi furtum imputetur, quoniam non tenebaris. Atque ex hoc ſequitur quæſtiunculæ ſolutio impræſentiarum moueri ſolitæ. Dubitatur nanque vtrum homicidium caſuale quod per accidens eſt voluntarium, ſit in vniuerſum peccatum mortale. Apparet enim tale ex obiecto. Reſpondetur nihilominus non habere eiuſmodi homicidia plus culpæ quam fuit in cauſſa, ſiue cauſſa fuerit datio operæ rei illicitę, ſiue negligentia in re licita. Exempli gratia Prohibitus eſt clericus equum equitare, illum tamen aſcendit caſu quo non erat niſi venialis culpa, & hominem infortunio peſſundedit, vt habetur in cap. Dilectus, de homic. non eſſet niſi venale peccatum. Pariter, ſi dans operam rei licitę, vt miles venator ex negligentia, quia non ſatis circunſpexit occidit hominem, ſi negligentia non fuit niſi venialis, homicidium non erit niſi veniale. Haud enim diligentiam adhiberi ſemper neceſſarium eſt quam maxime poteſt, ſed quam fuerit pro qualitate negotiorum congruēs. Quod ſi cauſſa culpam habuerit mortalem leuiorem tamen quam eſt genere ſuo homicidium, non erit in ipſo homicidio culpa grauior.

Dubitatio ſub mouet.

Quod peccatū ſit caſuale homicidium.

Auguſt. Impugnatur 1 ecundæ cōditionis prior pars.

Sententia eſt Auguſt. 22. libro, contra Fauſt. vbi ait, Loth, qui ebrius inceſtum commiſit, non fuiſſe reū inceſtus, eo quod crimen illud non habuit plus culpę, quam in ebriatione præfuerat. At vero de irregularitate eſt dubium, & primo contra ſecundam conditionem ſupra poſitam eſt argumentum. Dictum enim eſt quod ſi quis leuiter incaute, & ex graui negligentia quempiam percuſſit, qui tamen vel per egregiam curationem vel forte per miraculum mortem euaſit, tunc percuſſor ille non eſt reus homicidij. Arguitur vero contra. Si ex intentione illum tam grauiter vulneraſſet, eadem culpa inficeretur ac ſi eſſet homicida, ergo & ſi id incautus ac negligens fecerit. Reſpondetur in primis irregularitatem non incurri, quæ homicidijs poſita eſt, niſi re vera ſequatur homicidium. Quare etiam ſi miraculoſa ſit mortis euaſio ſatis eſt vt percuſſor non habeatur irregularis. Præterea quantum ad culpam eſt differentia. Nam qui ex intentione hominem, vt occideret percuſſit, ſtatim quidquid ſequatur reus eſt apud Deum homicidij, qui vero non ex intentione, ſed ex cautelæ defectu alium ſanciauit, non fit reus maioris culpæ quam quæ fuit in cauſſa, vt modo dicebamus. At contra alterum membrum eiuſdem concluſionis quo dictum eſt, etiam ſi ſequatur homicidium, nō tamen ex vulnere ſed aliunde, tunc non imputari, arguitur. Si vulnus erat re vera graue, quanuis infirmus non ſibi ſatis caueret, vel non fuerit adhibita illa curatio, quæ ſi adhibetur euaderet, nihilominus dum moritur, re vera ex vulnere moritur, ergo quamuis negligentia vel infirmi vel medici fuerit etiam in cauſſa, ille nihilominus eſt reus homicidij. Et confirmatur hoc inde, quod neque infirmus tenetur tanta cautela ſibi cauere, neque optimum exquirere medicum, neque vero medicus tam ſolertem adhibere curationem & ideo licet non ſimpliciter ex vulnere, ſed adiunctis alijs negligentijs ſequatur mors, nihilominus percuſſori imputatur qui per iniuriam cauſſam dedit. Adde quod forſan neque chirurgorum copia haberi potuit, neque alienus qui ſanguinis exitum reſtingueret quia de cauſſa ille mortem obijt, tunc enim cum nullus præter percuſſorem fuerit in culpa, ille erit vere reus. Reſponde tur ad hoc quod quando homicidium ſub ſequitur iudicio medicorum ſtandum eſt, vt cap. ſignificas. tit. 2 admonetur. Vtrum re vera vulnus, lethale erat, quo plurimum homines mori ſolent, & tunc non obſtante a parte infirmi negligētia homicidium vulneranti imputatur. Si autem non erat eiuſdem generis, tunc quantum ad percuſſoris culpam nihil fortuitus euentus refert, quandoquidem tota præfuit in actione, ſed quantum ad irregularitatem ſi citra alterius culpam ſequuta eſt mors, homicidium ei imputatur. Si vero ob culpam vel infirmi vel medici, excuſatur. Nam vulneratus poſtquam ſemel vulnus accepit iure naturæ tenetur ſuæ vigilanter ſaluti conſulere, & chirurgus etiam ob fidem ſui muneris eidem proſpicere. His præhabitis deſcendēdum nobis reſtat ad irregularitatis modos. In primis enim quod qui iuxta tenorem ſecundæ concluſionis operam dat rei licitæ, prudentemque adhibet diligentiam quempiam occidit, nullo irregularita

Solutio.

Posteri- or pars oppu- gnatur.

Qui in- currunt notā ir- regulari tatis.

tis

ris notamine fordescat, multi sunt textus, extra, de homicid. vt cap. lator. & cap. dilectus filius. & c. significasti & c. Ioānes. & c. ex literis, extra, de homicid atque alij, distin. 50. Quoniam illic non solum nulla est culpa, verum neque voluntaria occisio. Ex hac ergo conclusione collige, infirmorum custodes atque infirmarios, dum infirmū in lecto mouent, vt vel aptius ei cibum ministrent, vel quietus iaceat, etiam si inde mortem tantillum accelerent nullam irregularitatem incurrere, quia dant rei licitæ operam. Nisi tam immodica esset negligētia, & iactatio illius, vt prudentum iudicio censeretur occisio, atque adeo mortalis temeritas. Audiui de Confessario qui cum reum quendam ad patibulum comitaretur, & in casu immentum quo ille vehebatur pepulisset, inde scrupulum irregularitatis conceperit, quod sua causa properantius eum morti obtulisset. At verò hæc ridicula sunt. In tertia autem conclusione duas causas irregularitatis posuimus, quarum prima erat, dum quis dat operam rei illicitæ. Et quidē Caie. hic Sylvest. in verb. Homicidium, §. 2 & Doctores iuris Canonici vniuersalem regulam astruunt, quod omnis, qui dat operam rei illicitæ, quomodocunque ex illa datione sequatur homicidium, fiat irregularis. Attamen regula hæc in primis non habetur in iure, sed eius interpretes illam inferunt ex contrario sensu, nempè ex præfatis capitulis, quibus, qui dant operam rei licitæ, excusantur. Et potissimum ex cap. ex literis. 2. & ex ca. dilectus filius, vbi habetur quod qui nō dat operam rei illicitæ, si non est negligēs, non est irrgularis. Inde nanque, tum alij, tum etiā S. Tho. intulit quod qui rebus vacant illicitis, fiant ex eo homicidio irregulares. Debet ergo suis moderaminibus tēperari, vt verum habeat vniuersaliter. In primis si clericus in adulterio deprehēsus inuaditur, & cum moderamine inculpatæ tutelæ inuasorem occidit, quamuis operā daret rei illicitæ, non debet irregularis censeri, quia homicidium illud non est tūc voluntarium. Nam quamuis adulterium fuerit voluntarium, non tamen fuit per se causa homicidij, sic vulneratio, quæ non fuit voluntaria. Rursus in d. c. ex literis. excusatur ille monachus ab irregularitate, qui cum campanam de campanili deponeret, cadēs lignum puerum oppressit. Fac opus illud fuisse seruile, & forsan in die festo, aut contra præceptum Prælati deliquisse illo opere monachum, vtrum propterea esset irregularis? profectò minime credendum est. Item in d. cap. dilectus. excusatur clericus, qui sanitatis gratia ascendens equum inopinato alterum interimit, vtrum si equitatio illa eidem clerico fuisset nocua, & contra iussum medici deliquisset, propterea esset irregularis? profectò nulla est ratio, vt credas. Nam peccatum quod fuit in causa ex natura sua, nihil ad homicidium referebat. Sed ais, neq; hoc dicunt Summistæ. Imò vero id asserit Sylvest. in verbo. Homicidio 2. du. 18 vide licet quod si quis cædens arborem, quæ erat sua, optime circunspexit, ne quēquam opprimeret, quamuis posteà cadens arbor transeuntem fortè compresserit, non est irregularis. Si tamen arbor non erat sua, fiet irregularis, quoniam dabat operam furto. Et pariter habent dicere, quòd si nobilis secularis in proprio nemore venatur, & mè rè casualiter hominem occidit, non fit irregularis ad suscipiendos ordines, fict tamē si nemus est alienum, & contra domini voluntatem illic deprædatur feras. Hæc autē profectò minime credenda sunt, sed sic intelligenda est res illicita, cui datur opera vt scilicet genere suo res illa causa esse soleat homicidijs. Vt si clericus dat operam rei bellicæ, licet imprudens, & nesciens alium præter suam intentionem occidat, est irregularis, & pari iure si torneamenta atque alia pugnę simulacra exerceat, quę clericis vetita sunt. Itaque vt homicidium casuale ratione rei illicitæ caussa sit irregularitatis requiritur, quod opus illud, cui consultò operā dabat genere suo sit periculosū. Quādo verò illa opera non sunt clericis ideo ꝓhibita, neq; adeò illicita, quia periculosa, sed aliam ob caussam, tunc homicidium, quod meè est casuale, nullius est irregularitatis causa. Quapropter Caie. hic sentētia, quod clericus qui inter venandum homicidium casuale fecit, similiter excusatur ac secularis, nescio an sit vsquequaque vera: nam si est venatio talis, quæ clericis nō ob id vetatur, quod periculosa est verū hēt si ät propter periculū prohibetur, vt est venatio aprorū q̄ armis, & telis & ferocib. canibus fit, profectò fiet clericus irregularis;

Factum ridiculum. Explicatur tertia conclusio.

Quādo dēatirregularis cēseri, q̄ dat operā rei illicitæ.

Sylvest.

Explicã tur mul ta capi ta de ho micidio

vbi ſecularis non fieret. Et per hanc deciſionem arbitror explicari cuncta capitula, quæ de nauante operam rei illicitæ adduci poſſunt. In primis in cap. continebatur. de homicid. vnde ſuam iſti regulam colligunt, Diaconus irregularis cenſetur non ob id quod operam dabat rei illicitæ: nam iacere baculos leuandi laboris gratia, neque clericis interdictum, neque erat periculoſum: ſed propterea quod dum alter in eum iſtituit, debuiſſet cauere, ne falce, qua ipſe erat accinctus, vulneraretur: nam ſatim c.lator clericus, qui alterum in terram proiecit, quod opus de ſe magis videbatur illicitum: quia non ex ſua negligentia cultellus eius in alterum incidit, non condẽnatur irregularitatis pœna. Caſu autem capituli, Suſcepimus, non idcirco fit ille monachus irregularis, quòd latrones in defenſam propriæ vitæ, occidit, ſed ob id, quod pro rebus temporalibus, quarum monachi non debent eſſe adeo cupidi, eos ligauerat, ac perinde cauſam dederat homicidio. Sed & caſus capituli, Tua nos. eidem noſtro aſſerto patrocinatur. Illic enim decernitur clericum, qui chirurgiæ pietatis gratia in curanda quadam muliere operã impenderat, & præter eius intentionem mortua eſt, non fuiſſe irregularem. Vnde à contrario ſenſu colligitur, quod ſi queſtus cauſa id feciſſet, fuiſſet irregularis: eò videlicet, quod propterea clerici ab illa arte arcentur, quod eſt genere ſuo periculoſa. Secundus modus, quo caſuale homicidium imputatur, eſt negligentia: quæ quidem ſi abſque vlla fuerit culpa, nulla eſt irregularitatis cauſſa: vt capitulis ſupra citatis habetur, quibus ſecundam concluſionẽ D. Thom. ſuffulſimus. Nam etſi irregularitas citra culpam incurritur, vt patet in ſeculari iudice, debet tamen, vt diximus, eſſe voluntaria, & ubi negligentia extra omnẽ eſt culpam, effectus non cenſetur voluntarius: quando quidem inuoluntarium, vt dictum eſt, in his, quæ cauſſæ ſunt per accidens, nõ eſt, niſi vbi homo id facere omittit, quod facere debuit. Quapropter, ut ſupra diximus, prudenter cautum eſt Clement. unica, de homicid. vt qui aliter mortem euadere non ualens inuaſorem occidit, aut mutilat, liber ab irregularitate ſit. Et pari iure etiam clerici ſacerdotes petentes in iudicio ſeculari malefactorum emendam, & eorum, quibus expoliati ſunt reſtitutionem, dummodo proteſtentur ſe id ad vindictam non facere, neque ad ſanguinis effuſionem: quamuis patibulo illi affigantur, ab irregularitate ſunt immunes; vt habetur de homicid. volum. lib. 6, cap. Prælatis. Id autem forſan ſciſcitaris, vtrum vbi cauſa culpam non habuit niſi veniale: incurratur irregularitas. Caieta. impræſentiarum ad partem annuit affirmatiuam. Ait quippe caſuale homicidium ſemper imputari danti opera rei illicitæ, quo ad pœnam irregularitatis, & culpam aliquam, ſed non ſemper quò ad mortalem culpam. Vbi docet citra mortalem incurri irregularitatem propter aliquam culpam. At uero quamuis hoc aliquam præ ſe ferat probabilitatem, pro eo quod iam tunc homicidium eſt quadamtenus voluntarium, neſcio tamen an omnino ſit verum. Difficile enim eſt creditu, quod irregularitas, quæ ceu pœna propter culpam imponitur, incurratur ex ſola veniali. Quare ergo uix illud credere queam'. Exempli gratia, decernit Clement. modo citata clericum qui ſe defendendo hoſtem occidit, non eſſe irregularem, quod ergo qui per leuiſſimam culpam uenialem, cauſam dedit homicidio ſcilicet, quia non vſque adeo perſpexit an citra illud poterat ſe defendere, irregularis fiat neſcio quis credat. Primum igitur argumentum erat de Lamech. qui Geneſ. 4. fatetur occidiſſe virum in vulnus ſuum: nempe qui, ut omnes habent interpretes, inter venandum Cain latente, putans ſe feram occidere, iaculum infixit. Ad hoc igitur reſpondetur, non ſatis circumſpexiſſe, vel ut alij aiunt, cum oculi iam ſibi caligarent ducatu pueri id incautè feciſſe: ea ſcilicet ignorantia, quæ ipſum in culpam coniecit. Ad ſecundum reſpondetur quod qui mulierem prægnantem pulſat, idem iudicium ſubit, vbi periculum eſt abortus, atque homicida: nempe ꝙ ſi ex intentione faciat, mortaliter peccat, & ſi caſu, tãta delinquit culpa, quanta fuit in cauſa. Quòd ſi fœtus erat animatus, fit verè homicida, atque adeò irregularis. Ad canones autem adductos in tertio argõ, ſatis ſuperq; rñſum eſt. Neminem. n. irregularitatis ſententia condemnat, niſi eum qui vel opem rei illicitæ dederit, vel in re licita fuerit negligens.

Quãdo incurratur irregularitas propter negligentiam.

Dubitatio. Caiet. Solutio.

Ad primũ arg.

Ad ſecũdũ arg. Ad tertiũ arg.

QVÆ.

QVÆSTIO II.

DE MVTILATIONE Membrorum.

S. Tho. 2. 2. quæst. 65.

ARTICVLVS I.

Vtrum quempiam ſuo mutilare membro, ſit licitum.

QVoniam animalis vita ex ea, quæ in membris, eſt conſtat poſt homicidium ſequitur de membrorum mutilatione, vtrum ſit vllo caſu licita: Et arguitur à parte negatiua: Peccatum per hoc committitur, vt li bro ſecundo ait Damaſcenus, quod receditur ab eo quod eſt ſecundum naturam, in id, quod eſt contra naturam: ſecundum autem naturam, auctore Deo corpus decet eſſe ſuis membris integrum, ergo contra naturam eſt illud mutilare. Secundò: Sicut anima ad totum corpus, ſic & animæ partes ad partes corporis: vt 2. de Anima, auctor eſt Ariſto. anima autē hominem priuare, niſi publica poteſtate non licet, ipſum ocidendo, ergo neq; particularia membra, niſi eadem publica poteſtate licebit ſuis animæ partibus, hoc eſt potentijs, orbare. Tertiò Salus animæ ſaluti corporis præferenda eſt: nemini autem propter animæ ſalutem licet ſibi membrum abſcindere, puniūtur enim ſecundum priſca Niceni Concilij ſtatuta, qui ſe cauſa conſeruandæ pudicitiæ caſtrauerunt: ergo ob nullam aliam cauſam amputatio vlla membri licita eſt. In contrarium eſt quod Exod. 21. iubetur, Oculum pro oculo, dentem pro dente, ac manum pro manu reddi.

Primū argum. à parte negatiua.

Secūdū argum.

Tertiū argum.

Concilium Nicenum.

Quæſtio hæc duobus ſenſibus decidenda eſt, quatenus amputatio membri, aut publica auctoritate fieri poteſt, aut cuiuſque priuata. Nam & abſciſſionis cauſa, vel morbus eſſe poteſt ſpiritualis, puta voluntarium crimen, vel naturale corporis vitium. Reſpondetur ergo tribus concluſionibus Prima: Sicuti publica poteſtate quis licitè ob graue crimen priuari poteſt vita, ita & propter leuius truncari poteſt membro. Probatur: Sicuti partes eiuſdem humani corporis membra eius ſunt, atque adeò in eius ſeruitium, atq; adminiculum creata, ſic & ſinguli ciues membra ſunt totius reipublicæ ad eandem relata, & ordinata, ergo ſicut de membris eiuſdem corporis eo modo diſponendum eſt, qui ſaluti totius corporis eſt congruentior, ſic & de ciuibus ſingulis quatenus ſaluti republicæ eſt expedientius, membrum autem ſanum abſque detrimento corporis abſcindi non poteſt, quia toti commodum eſt, ſed tunc quando infectum nocet. Igitur ſi ciuis nocumentum intulit reipublicæ, ſicut poſſet reſpublica illum prorſus, dum crimen id meretur, extinguere, ſic dum peccatum non eſt tam graue, poteſt ipſum mutilare, etiam ſi membrum quod abſcinditur, corporali ſanitate vigeret, eſſetque perſonæ vtile. Secunda concluſio: Rurſus dum membrum aliquod naturali morbo corruptum fuerit, ex voluntate ipſius ægroti abſcindi poteſt ad eius ſeruandam vitam. Probatur, nam vnuſquiſque ius habet propriam ſeruandi vitam, ergo dum abſciſſio membri neceſſaria eſt, tunc perinde atque alia medicaminum genera poteſt illam quiſque ſibi optare. Quare & auctoritate etiam parentis, aut alius gerentis eius curam citra publicam facultatem id fieri poteſt. Tertia concluſio: Extra hos duos caſus nulli per publicam auctoritatem, neque per conſenſum priuatæ perſonæ licita eſt mutilatio. Probatur, qui vita totius ex membris conſtat. Quare ſicut homicidium nemini licitum eſt, ita neque mutilatio. Adnotandum ergo diſcrimen eſt, quod propter ſpirituale vitium licet quidem reipublicæ hominem mutilare, non tamen ipſi priuatæ perſonæ, ſed vice verſa, ob corporalem morbum licet infirmo ſibi membrum conſilio medici abſcindi permitti, nō tamen hoc reipublicæ munus eſt, vt eum cogere poſſit. Et ratio eſt, quia vnuſquiſque eſt ſuæ vitæ cuſtos, reſpublica verò boni communis. Quo fit, vt licet homicidium non niſi ob culpam fieri poſſit, mutilatio tamen licita etiam ſit propter corporalem ſalutem. Sed nunquid non poteſt reſpublica aut pater, aut prælatus filiū aut ſubditum cogere, vt dum ad ſalutem

Senſus quæſtionis.

Prima concluſ.

Secūda concluſ.

Tertia concluſ.

Adnotā dum diſcrimen

Rogatio.

Solutio.

fuerit neceſſarium, membrum ſibi permittat abſcindi? Reſpondetur quod reſpublica in hoc nullum habet ius prælatus verò cogere poſſet ſubditum propter ſingularē obedientiam illi promiſſam, vt medicamina admittat, quæ commode recipere poteſt. At verò quod ingentiſſimum dolorē in amputatione membri, aut corporis inciſione ferat, profectò nemo cogi poteſt, quia nemo tenetur tanto cruciatu vitam ſeruare. Neque ille cenſendus eſt ſui homicida. Imò verò eſt illa Romani vox dum crus illi aperiretur, Non eſt tanto dolorē digna ſalus. Tertia demum concluſio abſqué alia exceptione generalem cōtinet veritatem. Nulla enim de cauſſa, præter iam exceptas, vlli licet, à ſe membrum trūcare. Summa enim videri poteſt ad extirpandos carnis agones: quam ob cauſſam Origen. in Hiſto. Eccleſiaſt. li. 6. c. 6. fertur ſeſe caſtraſſe, quo ad literam, vt forte arbitrabatur, verbum impleret euangelium de eunuchis qui ſe caſtrauerunt propter regnū cœlorum. Quod tamen flagitium illi fuit, vt decretum habet Concilij Niceni, cano. ſi quis à medicis, diſt. 55. licet zelus & caſtitatis indicium, laudi ſit illi tribuendum. Neque verò Marci factum, qui, vt eius habet hiſtoria, pollicem ſibi ex nimia humilitate reſecuit, ne inuitus ſacris initiaretur, laude dignum eſt, niſi reuelatione aliqua protegatur. Hoc autem reſtat haud diſſimulandum dubium, vtrum qui, vt exempli gratia dicamus, ferro manum haberet, aut quoduis aliud membro muro illigatū ſi ignis flammam ipſum iamiam inuaſuram, aut inuentes hoſtes aliter effugere non poſſet quam membrum ſibi amputādo, id ſibi liceret? Apparet enim nequaquā id iure poſſe. Perinde enim caſus huiuſmodi habere videtur atque ille quem ſuprà refutauimus. Videlicet ſi quis tibi mortē minaretur, niſi tu tibijpſi membrum reſecares. Diximus enim id tibi non licere Reſpondetur nihilominus non eſſe ſimiles: immo in præſenti euentu, niſi meum me fallit iudicium, ius illi miſero fauet, vt illo modo mortem euadat. Nam quando alteri tibi minatur mortem, ab extrinſeco eſt abſciſſio membri neceſſaria, & ideo tibi non licet quando verò alligatus es, iam eſt ab intrinſeco. Quare ſicut ſi te canis dentibus teneret poſſes patrem illam incidere, & ſi occlusus eſſes, exilire de feneſtra poſſes cum periculo frangendi membri. Simile ius eſt in caſu noſtro. De irregularitate verò tam mutilantium quam multilatorum vt dicere pergamus, certum eſt mutilantem irregularitatem contrahere. Nam cū tot capitulis citatis tit. de homic. conſtitutum ſit, homicidium irregularitatem inducere, & membrum quodcunque pars ſit vitæ, conſequens ſit, vt mutilator quadam tenus homicida cenſeatur, hoc eſt membri occiſor, atque adeo irregularis, vt optimè doctores notant poſt gloſſam ſupra citatam in Clem. de homic. vbi ambo componūtur verba, occidere, & mutilare. Quare non ſufficit ad irregularitatem, quòd quis membrum debilitet, imò fortè neque quod ipſum citra detruncationem mortificet. Nam pœnæ ſunt reſtringendæ, & iura non loquuntur niſi de mutilatore. Adnotauit autem eadem gl. intelligendum eſſe mutilationem membri principalis, atque hactenus rationi conſonat. Exemplum autem quod ſubdit, nempe quod abſciſſio digiti irregularitatem non inducat, non vſq; adeo veritatem continere videtur, tametſi pleriq; Iuriſconſultorum in eadem perſiſtāt ſnīa cum hac moderatione, q̄ digitus ille non ſit index, aut pollex, quibus diuinū corpus apprehenditur. Et ratio eorum eſt, quod cæteri non ſunt principalia membra vtpotè qui præcipua non habeant officia, iuxta verbum Apoſtoli ad Rom. 12. vt eſt oculus, & manus, &c. At verò fortè probabilior eſt contraria Cajet. aſſertio, nā re vera digitus quiſque officium habet, licet nō ita præcipuū ſicut pollex, aut index Qui autem particulam tm̄ digiti vel ſibi, vel alteri abſcinderet, eo non eſſet irregularis, qđ parum pro nihilo reputātur. Quo autē ad mutilatos & truncos deſcendamus, id primum adnotandū ob aliā rōnem eos haberi irregulares, quam mutilātes. Illi. n. quia ſe cruentarunt, inhabiles facti ſunt iſti āt quia ſuo ipſorum corporis habitu inepti, ac perinde indecentes exiſtunt, vt ſacris altaribus adminiſtrēt. Nam & antiquitus vt Leuit. 22. memoriæ proditum eſt nullum aīal quod cæcum eſſet aut truncū, aut fractum, aut teſticulis ſectis, aut tonſis, licebat offerre Dño. Etenim ſi ad principiū menſas tales non admittuntur adminiſtri, multo minus eos decet diuina myſteria tractare. Hac. n. rōne in Cōcilio Niceno eiuſmodi corpore vitiati ab eccleſiaſtico munere abacti

Vox Martij.

Origen.

Dubiū

Qñ incurratur irregularitas ex mēbrorū mutilatione.

Opinio iuriſprudentum

Caietani opinio probabilior.

Cōcilīū Nicenū.

abacti sunt, vt can si quis a medicis 55. distin. refertur. Postquam sanctionem subsequutæ sunt aliæ tam Concilij Arelatensis quam Gelasij, atque aliorum pontificum: vt eadem distin cap. hi qui, atque alijs, legitur: Atqui illi præcipuè a sacris functionibus inhibentur, qui sinistre Euangelium audientes, quo carni resisterent, volentes sectisunt, quibus canonibus post subscripsit Alexand. 3. toto titu. de corpo. vitiat. Immo & deformitas si grauis sit in oculo, quamuis sit natiuitatis vitium, promotionem prohibet. Qui autem sanitatis gratia medicorum consilia secantur, non ideo redduntur inhabiles ad sacerdotium: vt habetur eadem distinct. can. si quis pro ægritudine, & de corpo. vitiat. vtroque capit. ex parte. Neque solum membri principalis abscissio, qualis est manus, irregularitatem inducit: vt habetur capit. exposuisti. eodem tit. quod immo & si quis partem digiti sibi abscidit: vt habet can qui partem, 55. distinct. Sed intelligitur quod sit tanta, vt sine scandalo tangere sacrosanctum sacramentum nequeat. vt exponitur de corpo. vitiat. cap. 1. & cap. vltimo Et forsan lenior causa requiritur in mutilante, vt fiat irregularis, quam in mutilato. Nam in mutilante abscindere digitum, vt diximus, forsan sufficit, quia membrum occidit: in mutilato vero requiritur, quod sit vel insignitis deformitas: siue a casu, siue a natiuitate proueniat.

Concilij Arelatens. Gelasij. Alexan.

Ad primum igitur argumentum principaliter respondetur, id quod est contra particularem naturam fieri posse secundum vniuersalem: vt ascensus aquæ ad replendum vacuum testimonio nobis est. Quare etsi membri amputatio deformis sit corpori: congruere tamen potest tum saluti eiusdem, tum etiam bono communi. Verum est tamen, quod reipublicæ bene instituæ, quam possunt maximè abstinent ab huiusmodi supplicijs. Primum, ne pœnã talionis a malefactoribus antiquo more exigant: scilicet oculum pro oculo, & dentem pro dente. Deinde, ne dexteras amputent, quæ quidem detruncatio inutilem hominem reddit. Blasphemis autem optimo iure lingua abscinditur, & falsis testibus euelluntur dentes. Ad secundum respondetur, quod cum vita non ordinetur ad alium finem ipsius viuentis, sed solum ad bonum publicum nullatenus se homo potest illa priuare: sed sola respublica illam habet potestatem: membra tamen ordinãtur ad vitam: & ideo persona ipsa, quæ suę custos est vitæ potest membrum caussa vitæ resecare. Ad tertium denique respondetur, quod abscissio membri corporalis eo est licita, quod necessaria esse solet vitæ seruandæ. At vero salutem ad spiritualem nunquam est necessaria. Nam peccatũ per quod anima moritur, vbique & semper voluntati subiacet: alias non esset peccatum. Et fidelis Deus, vti ait Paulus maiorem homini tentationem non permittit, quam ipse per eius gratiam superare potest Quapropter verbum illud, Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, non eo dictum est, quod esse possit vnquam necessarium, sed vel hyperbole est, vel alium sensum facit moralem de occasionibus amputandis, ut sancti interpretantur, & nos etiã pro modo illic nostro expositum reliquimus. Vnde super illud Matth. 19. Sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnũ cœlorum, ait Chrysost. Non per membrorum abscissionem, sed per malarum cogitationem interemptionem.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ arg.

Ad tertiũ arg.

Chryso.

ARTICVLVS II.

Vtrum liceat patri filios, aut dominis seruos verberare.

POst mutilationem sequitur de alijs verberibus illi annexis dicere. Et quia nõ dubitatur quin reipublicæ id sit licitum, inquiritur de patribus an liceat verberare filios. Ait enim Phil. 10. Ethic. ca. 11. quod patris præceptio vires non habet, neque cogendi necessitatem, neque vllius prorsus viri, nisi sit princeps, verberatio autem quædam est coactionis species, ergo id patribus non conuenit, neque verò dñis. Secundo arguitur Si id parentibus ac dominis licitum esset, cum ad fraternam correptionem pertineat, cuicunque personæ idem suffragaretur ius, vt quem libet verberare corripiendo posset. In contrarium aũt est illud Prouer. 13. Qui parcit virgæ, odit filium suum Et infra c. 22. Noli subtrahere a puero disciplinam. Et Ecclesiast. 33. Seruo maleuolo tortura & compedes.

Primũ argum. partis negatiuæ ex Aristot.

Argu. 2.

Ad

Ad quæſtionem reſpondetur vnica cõcluſione. Patribus tantum, ac dominis, aut paternam gerentibus curam, puta magiſtris, ac pedagogis verberare licet ſubditos, & flagellare: nequaquam tamen mutilare. Vtraque concluſionis pars hac ratione probatur. Inter mutilationem, ac verbationem hoc intereſt, quod mutilatio vſque adeo eſt maius verberatione nocumentum, vt ſit irrecuperabile: quale non eſt verberatio, vtpote quæ ſenſui duntaxat dolorem incutit: igitur cum vita totius ex vita membrorum conſtet, fit vt ad eundē præcisè legitima mutilatio pertineat ratione criminis, qui in vitam ipſam habet poteſtatem: quæ quidem functio penes ſolam eſt rempublicam. Verberatio autem ad faciliorem caſtigationem, promptioremque correptionem ſpectat: nihilominus & hæc quandam auctoritatem exigit, quam verberans in eum, qui vapulat exercet, hanc ergo cum primis pater habet in filios: poſt vero dominus in ſubditos: ac demum in diſcipulos, & pupillos magiſter, ac pedagogus. Nam de prælatis, quia publica vigent poteſtate, ambigi non poteſt. Res eſt facillima. At quamuis de patria poteſtate ſcilicet quanta ſit in filios, lib. 1. quæſt. ſtatim prima dictum ſit: nihilominus hic forſan ſtudioſus roget, quo nam iure negatiua concluſionis pars fulciatur. Apparet enim iure naturæ liberũ eſſe patribus: nõ ſolum verbere, ſed etiam mutilatione, & ſi opus eſſet, cæde etiam in filios animaduertere. Nam illo iure illis incumbit liberos educare, & moribus inſtituere: quæ quidem inſtitutio ſæpiſſimè expoſcit: mutilationis, mortiſque vindictam. Secundo arguitur. Statim in mundi primordijs non erat alia reſpublica, quam domeſtica: nempe dum ſola familia. Adæ orbem poſſidebat. tunc ergo cum neceſſaria eſſet publica ſcelerum vindicatio, conſequitur vt patri id incumberet munus. Enimuero Cain dignus erat ſupplicio capitis, niſi ei Deus peperciſſet: quod & reus ipſe metu illo maximo. Qui inuenerit me, occidet me, teſtabatur. Illud ergo ſupplicium nemo ei poterat infligere præter patrem. Ad hæc, ſi aliqui eſſent mortalium ſic diſperſim viuentes, vt ſub nullo agerent principe, ſed vnaquæque domus ſeorſum viueret, tunc profecto ratio ipſa docere videtur, vt eos, qui commeriti eſſent mortẽ, pater poſſet, vel auus eidem ſupplicio addicere. His veruntamen non obſtantibus reſpondetur ius ipſum naturæ parentibus eiuſmodi vltiones internicere, ſolique publicæ poteſtati tribuere. Idque iure gentiũ eſſe confirmatum. Vita enim humana vſque adeo non debet abſque meditatiſſimo iudicio, & iuris ordine extingui, vt id non debeat tantæ multitudini committi, quanta eſt parentum, qui neque lege ſciunt: neque cauſſarum merita perpendere omnes poſſunt. Quocirca ſic parentibus educare filios natura conceſſit, ut tamen lineã præſcripſerit, quouſque ſua facultas procederet, & vnde publica inciperet, vt l. ſi filius cautum eſt. C. de pat. po. & l. Prætor. ff. de iureiu. §. præterea. Et ſecundum iam loco citato lib. 1. q. 1. reſpondimus. Adam habuiſſe publicam poteſtatem iure dominij orbis, quod penes ſe tunc temporis erat: aucto vero mortali genere, orbeque iure gentiũ per familias diſtributo, vnaqueq; habet ſuum principem. Quapropter, vt ad aliud reſpondeamus, qui vagi nunc viuerent, ſeorſumque & priuatim abſq; republica, contra hominis naturam degerent vitam: quippe qui ſuapte natura animal ciuile eſt, & gregatile. Quare ab illis ullum ſumitur contra præſentem veritatẽ ſolidum argumentum. Mutilare ergo parentibus non licet, neque mortalium vlli, præter publicã poteſtatem: ſed fuſte cædere, aut ferula. Id enim eſt illis iure naturæ conceſſum. Homo namque tribus vijs ad virtutem inſtituitur: nam & ratione ducitur, & metu cogitur, & allicitur præmio: antea ergo q̃ rationis ſydus eluceat, natura prouidit, vt puer & metu cogatur, & afficiatur munuſculis. Quapropter inſtitutio paterna quę prima omnium eſt, his duobus vtitur. Vbi vero iam ratio ſuo fruitur lumine, lege tunc incipit & ratione viuere: atque adeo ſub publica poteſtate. At vero parentum verberatio non uſque adeò atrox eſſe permittitur, vt habetur citatis legibus. C. & ff. Quare Paul. ad Epheſ. 6. Vos, inquit, patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros. Et infra: Et uos domini eadem facite ſeruis remittentes minas. Vbi tam parentes, quam domini admonentur, tum ne minis ſuos acerbis exterrent: tũ præcipuè, vt dũ bili correpti acerba minãtur, nõ ſe obli-

Concluſio vnica.

Obiectio contra concluſionẽ

Ratio altera.

Solutio.

Qualis ſit parẽtum poteſtas in filios.

Paulus.

se obligatos adimplere arbitremur, sed potius, quæ perturbato animo comminati sunt, sedato post condonent. Ex quo fit patrem inter corripiendum filium, posse lethaliter peccare, nempè si iracundia non illi sit rationis miles sed dux, quæ illum suppeditet, & ad eandem iracundiam prouocet filium. Imò verò si ex odio in filium animaduertit, acrius hac ratione peccat, quam extraneus. Est enim apprimè animaduertendum discrimen inter patrem, & iudicem. Publica enim potestas, vt suprà dictum est, non tam reo ad emendam consuluit, quàm communi bono ad vindictam, patri verò, ac domino, & pædagogo non alia ratione verberare suos fas est, nisi quo ad eius emendationem salubrius ei consulitur. Quare, & pro ætate, & pro conditione, & ingenio pueri corripiendus est. Imò & Quintil. & qui de educatione puerorum scripserunt, non consulunt vt nimio rigore parentes in suos natos inuehantur. Nam si sint bene nati, solent eos illo rigore ignauos facere, ac meticulosos, si verò duri sint ingenij duriores illos officiunt. Sequitur ex his secundò solutio dubitatiunculæ, an liceat parentibus vulnerare filios, aut dñis seruos. Quatuor enim sūt læsionum genera, scilicet interfectio, mutilatio, verberatio, & vulneratio, hoc est vulneris inflictio, quæ & fuste fieri potest, & gladio, per discrasiam & discontinuationē membri citra mutilationē, quare ad atrocem verberationem pertinet, quæ neque pareotibus licet, neque verò dñis. Post. hęc vero rogitas vtrum liceat etiam eisdē œconomicis præsidentibus filios, aut discipulos verberare etiam clericos, & an incurrant canonem, Si quis suadente. De hoc loquitur Sylvest. verb excommunicatio. 6. §. 4 Et quidem Panor. super cap. cum voluntate, de sent excommunic. distinguit, quod si sint in minoribus ordinibus, licet eos verberare correptionis gratia. Atque id videtur colligi ex eodem c. §. fi verò. Nā dicitur quod possunt clerici seniores, zelo deuotionis adolescentes in minoribus ordinib. turbantes diuinum officium, leuiter percutere: tamen statim sine distinctione subditur, quòd possunt etiam obtētu prælationis, & magisterij subditos schola re, percutere, & expressè, ca. ex tenore. habetur quod prælato liceat verberare inferiorem, etiam si sit subdiaconus. Ex quo infert Sylvest. quod si prælato id licet, eodem iure liceat patri. & sic dissecantur Iurisconsulti de his subditis, qui sunt in sacris. Nam de minoribus nemo dubitat, quin verberari possunt. At verò his nō obstātibus de prelato, nullatenus in dubium venire potest, quin possit subditos etiam sacerdotes flagellis cædere more consueto, vt patet in Decretis, dist. 45. per totum. An verò ex bili arrepto fuste possit eos ferire, nescio an liceret, quia cùm modus nō sit consuetus, minimè apparet tam castigatio quam iniuriosa læsio. Attamen consequentia a prelatis ad parentes nō est tam liquida quam Siluest. arbitratur. Nam prelati habent publicam potestatem, ac iurisdictionem cum vi coerciua, parētes verò, ac reliqui non nisi œconomicam. Nihilominus non esset omnino condemnandū, quin magistri possunt etiam discipulos ferula verberare, etsi essent in sacris. Sed de hoc standum est vsui, & foro ecclesiastico. Si vero dubitas vtrum dum corripiendo excesserit, seu prælatus sit, seu pater, canonis sniam incurrat: Respondetur ꝙ quamuis aliquo modo excedat, etiam vsque ad sanguinis effusionem, dum tamen id præter suam intentionē accidat, non est censendus incurrere, postquam dat operam rei licitæ. Neque potest homo tam attentus esse quominus virtutis limitem transgrediatur. Quando verò vsque adeo esset excessus enormis, vt odii iudicium existeret, tūc sanguinem fundens, canonem incurreret. Quapropter eadē distin. cano. cum beatus Paulus, & can. disciplina. admonentur lenitatis prælati, nēpè ne tā immodicis verberibus, quam salutiferis verbis suos subditos instituant. De marito autem vtrum vxorem verberandi ius habeat, respondetur non esse illis denegandum, quādoquidem vir. vti ait Paulus, caput vxoris sit: vti tamen eodem iure dedecus est, atque adeò nefas, nisi grauissima ingruente necessitate. Sunt enim barbari, qui vxoribus, vt mancipijs vtuntur, vt 1. Polit. auctor est Aristot. Cum enim duo sint in carne vna, æqualitate quadam esse decet complexos.

Ad primum igitur argm̄ respondetur, ꝙ etsi secundum Philosophum pater vim non habeat coerciuam, quia domus non est:

Diſcrimen inter patrē & iudicem.

Quintilianus.

Solutio alterius dubitationis p tactæ.

Altera quæſt. Sylueſt. Panor.

Ltīma ſolutio ppoſitę quæſt.

Scrupulus. Reſpōſ.

Ariſtoto.

Ad primū arg.

eſt perfecta reſpublica ſicut ciuitas: id tñ dũtaxat ſit inde conſequens quod nõ poſſit, aut occidere, aut mutilare, aut alia irrecuperabilia nocumenta infligere, haud tamen vetatur, quin leuioribus verberibus poſſit vti. Ad ſecundum reſpõdetur, quod etſi vnicuilibet licitum ſit diſciplina alios inſtituere, & fraterna correptione admonere, ſi ſua ipſi ſponte audire velint, ad id tamen cogere nemo poteſt, niſi qui curam alterius gerit, quales ſunt parentes, domini, ac pedagogi, quibus ideo ſolis pertinet verberibus caſtigare. Adde quod etiam iuſſu iſtorum poteſt eorum miniſter idem facere, ſed præterea id nemini licet. Quare etiam ſi inflagranti delicto latronem tua deprædantem occupes, tantum tibi licet reſiſtendo eum per cutere, non tamen fugientem per modum vindictæ, niſi adeò eſſet leuis verberatia, vt pro nulla duceretur.

Ad ſecũ dũ arg.

ARTICVLVS III.

Vtrum licitum alicui ſit carceri quempiam mancipare.

POſt cædes, vulnera, & verbera, ſequitur, vt de carcere etiã dicamus, vtrũ licitum ſit hominem in ipſum includere. Arguitur enim à parte negatiua. Homo ſuapte natura eſt liber, ſecundum illud Eccleſ. 15. Deus reliquit hominem in manu conſilij ſui, libertati autem incarceratio obuerſatur. humanæ ergo naturæ repugnat, atque ideo nemini licet. Secundò: Si hominem carcere coercere liceret, id maximè ad cohibendum illum, ne maleſaceret, ſi autem illo fine licitum eſſet, idem cuicunque competeret ius, nam cuique licet proximum ſuum à malo cohibere. Cõſequens tamen eſt falſum, nam inter alias iniurias connumeratur, quæ quidem eo grauiores ſunt, quo in perſonam inferuntur, quæ plures habet coniunctos, nam tũc iniuria, quę vnum tangit, multos attingit, ergo id nequaquam licet. In contrarium eſt hiſtoria Leuit. 24. vbi quidam legitur in carcerem de peccato blaſphemiæ intruſus.

Primũ arg.

Secũdũ argu.

Ad qõnem duabus concluſionibus reſpondetur. Prior eſt: Publicæ poteſtati, eidemque ſoli fas eſt ſubditos in carcerem occludere, ſiue eccleſiaſtica ſit, ſiue ciuilis. Probatur pars vtraque concluſionis: In obuis corporis tria ordinem conſiderantur. Primum eius integritas, cui per occiſionẽ, ac mutilationem nocetur. Secundum, ſenſualis delectio, ac voluptas, quæ per verberationem impeditur. Tertium, membrorum vſus, qui per carceres, perque alia quęcunque ligamina cohibetur. Primum autem nocumentum propter eius grauitatẽ ſoli reipublicæ, vt dictum eſt, reſeruatur, ſecundum verò, quoniam lenius eſt, parentibus, ac dominis permittitur. Tertium ergo, cùm non modò uia ſit ad primum, verum & quædam eius inchoatio, nam ob id reus carceri mãcipatur, vt vel auditus ſupplicio deputetur, vel ob leuius crimen illã luat pœnam, condecens eſt, vt idẽ ſoli reipublicę ſit deputatum, penes q̃ poteſtas eſt vitæ & mortis. Quo circa neq; parentib. neq; dñis id licet. Hinc fit carcerum duplicem eſſe vſum in repub. Seruiunt nanq; & ad conſeruãdum malefactores dum eorũ cauſſæ tractantur, ac deciduntur, & præterea in pœnã, qua plurimũ eccleſiaſtica poteſtas vtitur, dũ ad verbera procedere non poteſt. Et qđ de carceribus dictum eſt, idẽ & de exilio cenſendum. Pariter. n. libertati contrapugnat. Quin verò vt perpetui carceres, ita & exilium morti iure æquiparantur, atq; adeò parentes non poſſunt in exilium mittere filios, licet poſſint ab eo loco eos elongare, qui eorum moribus peſtilens eſt. Poſterior concluſio. Qui eiuſmodi iniurioſas læſiones præter iuris ordinem illis intulerint perſonis, quę alias ſibi habent coniunctas, ex natura rei, ſi cætera ſint paria, grauius delinquunt, quàm ſi alijs, quæ conſanguineis careant, & neceſſarijs, eaſdem obtulerint. Tametſi aliunde, nempè ex qualitate perſonæ poſſit etiam aggrauari peccatum. Perſonas coniunctas impræſentiarum appellamus in primis conſanguineos, & affines, vt patrem, filium, generum, leuirũ, &c. vel alia neceſſitudine œconomica copulatos, vt maritum, vxorem, patronum, & ſimiles. Quinetiam & extra domum amicos, atque alios neceſſarios. Concluſio eſt clara. Nam quanto iniuria & detrimentum in plures profunditur, tantò grauior eſt, omnes autem coniuncti quodammodo eandem repræſentat perſonam:

Prima concluſ.

Probatio.

Duplex vſus carcerium in republ.

Exilium

Poſtrema concluſio.

Rõ concluſion.

nam. Nam filius eſt aliquid patris,& vxor aliquid mariti, quinetiam amicus alter ego Quapropter qui vnum lædit, in omnes iniurius eſt. Adde quod etiam dum illi perſonæ cum qua delinquis iniuriam non infers, potes & coniunctam lædere. Nam dum tibi vxor in adulterium ſua ſpõte conſentit, aut puella in ſtuprum, licet volentibus iniuriam non facias, illam tamen infers marito ac patri. Quod autem aliunde poſſit exceſſus fieri patet. Primum ex dignitate perſonæ, vt ſi principem vel optimum virum, vel viduam, vel orphanum, iniuria laceſſas, inde grauius peccat. Vnde Eccleſiaſtic. 35. Non deſpicies preces pupilli, neque viduam ſi effundat
D.Tho. loquelam gemitus. Hic autem D. Thom. nil de illo impræſentiarum meminit, qui in alterum ſibi coniunctum iniurius eſt, vt ſi patrem occidas aut fratrem (hæc enim ſcelera iam ſpeciem mutant) ſed loquitur de perſonis coniunctis ipſi læſo, vbi ſpecies delicti non mutantur ſe per accidens creſcit culpa.

Ad primũ arg. Ad primum igitur argum. reſpõdetur quod licet homo ſuapte natura liber ſit tamen dum delinquit per abuſum eiuſdem voluntatis ius perdit quod habet ad membrorum uſum, & ideo merito carceri mancipatur. Exemplo nimirum Dei, qui licet fecerit liberum hominem, quandoque eũ arcet, iuxta illud Iob 5. qui diſſipat cogitationes malignorũ ne poſſint implere manus eorum quod cœperant, licet quandoque permittat eos ſuis obſequi animi morbis. Pariter nanque reſpublica non de omni culpa carcere tenet reum, ſed grauioribus. Ad ſecundum reſpondetur quod ſo-
Ad ſecũdũ arg. lummodo parentes retinere filios poſſunt, ac domini ſeruos occluſos in parum tempus tam in pœnam, quam ad eos cohibendos, nam incluſio illa non habet rationẽ carceris. Alijs autem priuatis id non licet. Quoniam etſi cohibere quiſque poſſit fratrem à malo fraterne corripiendo, neutiquam tamen inferendo uim. Quin vero priuati carceres pro enormi delicto iudicãtur puniunturque in republica, ſed tãtum licet vnicuique delictorum qui ſibi iniuriã irrogauerit, ad horam detinere, dum eum tradat iuſtitiæ miniſtris.

QVÆSTIO III.

DE FVRTO.

ARTICVLVS I.

Vtrum furti definitio ſit bona.

SECVNDVM rerum ordinem, ſi pretium earum ac dignitatem æſtimes, poſt homicidium quo ſummũ bonorum temporalium adimitur, dicendum ſtatim erat de detractione ac murmuratione, quibus honor famaque ædit ur. Hæc enim pluris habentur, quam bona externa. Melius eſt enim inquit Sapiens, nomen bonum quam diuitiæ multæ. Attamen lucidior fiet diſpoſitio ſi non hunc, ſed alium cum S. Thom. inſequamur ordinem, nempe ſi prius iniurias expediamus, quæ facto committuntur, ac deinde ad alias diſcurramus quæ committuntur verbo. Nam ratione operis criminoſior iniuria ineſt in facto, quam verbo. Atqui S. Thom. quæſt. 66 duos hic articulos de dominio præmittit, quod nos ceu primum fundamentum materiæ iuſtitiæ atque iniuſtitiæ commutatiuæ, ſuperiori lib. præiecimus, ubi per omnes ſuos numeros dominiorum materiam deduximus. Primus enim articulus D. Thom. eſt de rerum poſſeſſionem in genere quæ homini ſtatim conditio diuinitus cõceſſa eſt. De qua quidem re quæſt. 1. diſputantes cõſtituimus ſoli Deo in primis rerum dominium iure creationis competere, non modo quantum ad earum vſum, verumetiam quantum ad earum naturas, quas vtique creare, annihilare, & alterare præter leges naturæ poteſt, in creaturis autem corporalibus ſolum hominem oſtendimus eſſe rerum dominum, ea ſcilicet ratione qua libertatem ſuarum habet actionum ac dominium. Brutum verò minime, ac multo minus rem ullam inſenſibilem. Secundum autem S. Thom. adiecit articulum de dominiorum diuiſione, qua q 3. factã eſſe monſtrauimus iure gentium, rationesque late ſubiecimus ob quas collapſæ naturæ ac prauis affectionibus ſubdi æ diuiſio talis congruat. Cum ergo tam copioſè illic diſcuſſa hæc reliquerimus, nõ eſt quod

ſit hic

Primũ argum.

ſit hic nobis de his articulis verbum aliud faciendum. Primus ergo articulus præſentis quæſtionis, eſt de nomine ac definitione furti, qui apud D. Thom eſt tertiùs. Et arguitur a parte negatiua, quòd furti definitio quam S. Thom. ac Theologi conſtituunt, curta mancaque ſit, videlicet, Furtum eſt occulta acceptio rei alienæ. Furtum non ſolum in acceptione conſiſtit, ſed in retentione quandiu enim quod furripuiſti non reſtituis, furti teneris, ergo non ſatis eſt dicere acceptio.

Secũdũ argum.

Secundo. Poteſt quis non modo alienam rem, verum & propriam quam penes alium depoſuerat vel impignorauerat furtim rapere, quod ſi alterum celauerit, iniuriam illi irrogat, ergo ad rationem furti non requiritur acceptio rei alienæ.

Tertiũ argum.

Tertio. Id quod peccatum minuit non conſtituit rationẽ culpæ, occultæ autem delinquere peccatum minuit, tum quod iudicium ſit verecundiæ, tum quod ſcandalum illa ratione caueatur. In contrarium eſt quod definitio debet eſſe breuis compendioſaque oratio, ſed tribus illis vocibus ſatis furti natura depromitur, ergo definitio pluribus onerata redunderat.

Sentẽtia Iſidori de origine nois.

De furti tam nomine quam definitione nonnullam inter Doctores varietatem reperias. Iſidorus nanque libro decimo, eo quod furtum clancularia acceptio ſit, putat fur a furuo dici, id eſt a fuſco & atro, nempe quod nocturno vtitur tempore. Idem ait Varro de re ruſtica lib. 14. Neque vero iuriſconſultus, ff. de furtis, l. 1. hãc reiecit etymologiam, quamuis & alteram ſubijciat, vt ſcilicet a ferendo ſiue ab auferendo dicatur. Nam & Græci fures, φῶρας, appellant a φέρω, Perparum tamen refert. Attamen de definitione longius iuris interpretes à Philoſophis diſcrepant. Ait enim Paulus eadem l. furtum eſt contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius poſſeſſionisvè, quod lege naturali prohibitum eſt admittere. Et addunt alij, quòd ſit contrectatio rei mobilis, propterea quod Inſtitut. de uſucapio. § quod autem habetur furtum non fieri loci, aut fundi, ac tandem adijciunt, inuito domino. Eſt tamen iuris Doctoribus in more, dum genus aliquod definiunt, ſpecies omnes in definitione ſubnotare. Philoſophi vero compendio, rei naturam exprimũt, quam poſt diuiſionibus explicatius euoluunt. Quare definitio auctore Ariſtot. debet eſſe breuiſſima oratio, quæ rei naturam cõpendio explicet, qualis ille eſt. Furtum eſt occul a acceptio rei alienæ.

Definitio furti ſecundũ Iuriſcõſultos.

In primis enim cum contractatio ſolum rei contractum ſignificet, accommodatius dicitur acceptio, hoc eſt vſurpatio. Mox amplo nomine rei alienæ, copioſius res omnes furto captas comprehendimus, quam ſi dicas rei mobilis. Haud enim tantũ res nobiles, verum & immobiles furto capiuntur, dum ſubdole poſſidentur. Quocirca nihil opus eſt exprimere, rei vel vſus, nam qui re aliena inuito domino vtitur, rem quodammodo alienam capit, hoc eſt, vſurpat. A qui in hoc dicimus, occulta ſatis ſignificatur fraudulentia, nã qui clam domino rem capit, fraudem nectit. Atque eodem verbo deſignatur acceptionem fieri inuito domino, nam ignorantia cauſſa eſt inuoluntarij. Id autem quod adijcitur, lucri faciendi gratia non ſolum ſuperflue, verum falsè adhibitum eſt, qui enim rem capit alienam, quam in flumen proijciat aut incendio tradat, furti reus eſt, tametſi dũ id facit non lucri cupidus, ſed vt iniuriam inferat id faat. Igitur ad rationem furti tria requiruntur.

Vnio Iuriſcõſulto ũ in definiẽdo.

Reprobatur p. terita definitio.

Tria requiſita ad rationem furti.

Primum quod rationem habeat iniuſtitiæ in cuius genere conſtituitur. Et hoc exprimitur cum dicimus acceptio. Intelligitur enim inuito domino, quæ contrariatur iuſtitiæ tribuenti vnicuique quod ſuum eſt, extenditurque adeo ad detentionem. Secundum eſt quod differat ab alij iniuiſtitiæ ſpeciebus. Et hoc in ſpecie deſignatur dum dicitur, rei alienæ, puta ab eo poſſeſſæ, qui eius eſt vere dominus. Nam qui vel membrum alteri abſcindit, filiamvè aut vxorem rapit, quibus abutatur non fur ſed mutilator eſt, aut raptor, aut adulter. Tertium eſt quod propriam rationem furti complet, ac demum illud à rapina & latrocinio ſe iungit, videlicet quod clanculo fiat. Oratio ergo horum trium explicatrix, genuina eſt definitio furti, videlicet. Occulta acceptio rei alienæ. Hinc fit inepte diuidi furtum in fraudulentam occultamq. acceptionem & rapinam. Furtum quippe non eſt genus ad rapinam, ſed ſpecies illi oppoſita. Iniurioſa ergo acceptio rei alienæ eſt, quæ primo diuiditur

Furtum non amplectit ſub ſe ra

in

pinam, ſed eſt ſpecies illi oppoſita.

in furtum, & rapinam, ſeu latrocinium, vt articulo proximo patebit. Vtraque tamen ſpecies ex parte obiecti in quatuor ſubſecatur. Nam ſi quod furto rapitur res eſt ſacra ſacrilegium dicitur, ſi verò eſt poſſeſſio Reipublicæ, dicitur peculatus. De vtroque legitur 23. quæſtio. 4. cano quid ergo. Si autem furtum ſit de grege diſperſo, dicitur abigeatus. Et qui pecora ſic, vel armenta abigit, nuncupatur abigens. De quibus extat tit. 47. lib. Digeſt. Quarta denique ſpecies eſt plagiarum ſine plagium, puta furtum hominis, vt vendatur. De quo etiam extat titulus ad legem Flauiam de plagia. Etenim qui ſeruum, vel ancillam domino ſuo auferr, verè fur eſt, poſſidetur enim ſeruus, vt pecus. Niſi ancillam in tempus caperet, turpitudinis gratia: nam ille fornicator eſſet, non fur. Sicut raptor eſt qui ea de cauſſa rapit virginem. Quid autem ſi quis filios, aut vxorem alicui auferre, vt venderet, vtrum eſſet furtum iam ſuperiori libro, reſponſum eſt, quod cum pater non ſit verè dominus filiorum, neque vxoris, illud non eſt furtum, ſed plagium, vel captiuitas. Contra hæc autem forſan quis arguat. Dum filius clam patre, vxorve ne ſciente marito aliquid ei furripit accipit rem alienam, & tamen neuter cenſetur fur. Obiectio. Reſpondetur, quòd vbi res non eſt tanti pretij non cenſetur, filij acceptio furtum, eo quod non fiat inuito domino. Quicunque enim parentum iure præſumitur pro conditione ſua, & ſtatu indulgere filio minutiores ſumptus, & multò iuſtius maritus vxori. Solutio. Quando vero res eſſet magni ponderis, ita vt merito pater, aut maritus cenſeretur inuitus, profecto verè eſſet furtum, vt bene adnotauit Syluest. Syluest. verbo, Furtum, §. 11. & teneretur filius ad reſtitutionem ſi peculium habere caſtrenſe, hoc eſt militaria ſtipendia, vel alia bona libera, vel ſaltem poſtea in diuidunda hæreditate id patefacere. Et pariter de vxore cenſendum. Tametſi quantum ad excommunicationis cēſuras nunquam præſumendus eſt pater, tam acri ſpirituali mucrone, aut vxorem, aut filios ſauciare.

Per hæc ergo clarent argumentorum reſponſa. Ad primū arg. Ad primum namque reſpondetur, quòd peccati occultatio eſſe poteſt, aut cauſſa ipſius, aut circunſtantia. Cauſſa, ſcilicet quando delinquens occultatione vtitur, vt tutius delinquat, vt patet in fraude, & dolo. Quare tunc non diminuit peccatum, ſed ſuam per ſe conſtituit ſpeciem, puta furti (vt dictum eſt) vt diſtinguitur à rapina. Tunc autem occultatio eſt circunſtantia quando is qui peccare decreuit ob verecundiam, aut ob cauendum ſcandalum in tenebras ſe abdit, vt ſuam expleat libidinem, & tunc diminuit rationem peccati. Ad ſecundum argumentum, reſpondet D. Thom. detinere alienum inuito domino, eandem habere rationem nocumenti, atque iniuſtam acceptionem, ac perinde ad rationem furti reduci, ſuper quo reſponſo multa Caietan commentatur. At vero cum bis libro præcedenti, nempe quæſtio. 6. artic. 1 & quæſtio. 7. artic. vltimo, hoc ſatis fuerit à nobis diſcuſſum, non opus eſt plura hic adhibere. Sed recole, præceptum reſtitutionis affirmatiuum eſſe, præcipiens bonum opus, includit tamen negotiationem retinendi, quæ eſt prohibitio mali, qua ratione affinitatem habet cum furto. Igitur hoc quod eſt detinere, non adhibet peccatum nouum illi quod eſt accipere, ſed eſt illius continuatio tanto grauior illic, vt diximus, quanto diuturnior. Si autem nouus adhibeatur poſitiuus actus, ſcilicet ſi proponas non reddere, aut ſi re aliena ad conſumendum vtaris non proponens damnum ſoluere, illi actus ſunt multiplicata delicta, contra eandem negationem non retinendi incluſam in eodem præcepto. At vero contra affirmationem reſtituendi recenter peccatur quoties retinens alienum, aut videt dominum egere, aut eum petere audit: nam tunc nouo iuris merito reſtituere tenetur. Ad tertium argu. ſub oſcurè idem S. Doctor reſpondet. Ad tertiū arg. S. Tho. Senſus eius tamen eſt, q̄ qui rem ſuam quæ penes alium eſt, videlicet penes illum qui illam, vel rapuit, vel in depoſito cuſtodit, furtim rapit, fur ob id cenſendus eſt, q̄ licet ſimpliciter ſit ſua, eſt tñ alterius ſecūdū q̄d, ſ. vel quātū ad cuſtodia, vel quantū ad detentionem. Vr autē hæc ſolutio nonnulla complicare falſa. Prima obiectio aduerſus ſolutionem S. Tho. Secūda. Primū quod res rapta nullatenus raptoris eſt, res. n. illius tātum eſſe dr, qui iure poſſidet, quod latroni nō competit, immo detinendo mortaliter peccat. Secundo hæc ſolutionis ſnia falſa eſt, nempe q̄ qui rem capit ſuam furtum faciat, quandoquidem non ſolum vulgari ſermone non reputatur fur, niſi qui alienum capit, verum & iura

id

id decernunt, vt patet l. ſi is qui rem. 1. ff. de furt. vbi habetur quod qui rem quam commodauit ſurripit, non eſt fur. Quapropter ſi poſtquam res quiſpiam ex me ſuſtulit, vt ſtatim ab eodem extorqueant, non ero futi reus. Reſpondetur mentem S. Thom. legitimam eſſe, quam ipſe ſtatim artic. 1. eiuſ-
Solutio. dem quæſtio. patefacit. Si enim ego apud quendam rem meam depoſui, vel ille mihi eripuit, & clam illo accipio, propterea cenſeor fur, quia ille neſciens me accepiſſe tenebitur ex conſcientia mihi reſtituere, & eadem ratione ſi auferam a latrone ipſo inſcio. Atque hac de cauſſa ait rem illam quodammodo eſſe illius ſeruantis depoſito, nempe quantum ad ius cuſtodiendi, quinetiam & illius, qui rapuit, quia debet illam ſeruare ad reſtituendum. Quare ergo non poſſum priuata auctoritate vi, aut fraude illam capere.

ARTICVLVS II.

Vtrum furtum, & rapina ſpecie differant.

QVamuis ex præcedenti artic. ſolutio huius quæſtiunculæ facile colligatur, maioris tamen claritatis gratia de eadem differentia rurſus quæritur. Nempè, an inter furtum, & rapinam ſit ſpecifica differentia. Arguitur namque a parte negatiua. Primum quod non videntur differre niſi tanquam occultum, & manifeſtum, quæ quidem qualitates in alijs peccatorum generibus non variant ſpecies, vt ſi in publicum peieres, aut in ſecreto. Secundo, qua differentia ſpecifica a fine, & formali obiecto ſumitur, quod furti, & rapinæ idem eſſe videtur, nempè vſurpatio alienæ rei. Tertio, ſicut rapitur pecunia ad vtendum ea, ita & puella ad abutendum, raptus autem puellæ, ſiue publicæ fiat, ſiue ſecreto, ſpeciem non mutat, ergo neque raptus pecuniæ. In contrarium autem eſt Philoſoph. 5. Ethicor. cap. 2. vbi furtum, & rapinam diuerſas ſpecies conſtituit.

Primũ argum.

2. argu.

3. argu.

Ariſtot.

Concluſio reſpõſiua.

Probatio concluſionis.

Ad quæſtionem breuiſſima concluſione reſpondetur. Furtum, & rapina differunt ſpecie. Probatur. Differentia ſpecifica actuum attenditur penes formalem, eandemque proximam differentiam obiectorum, hæc autem in furto, & rapina eſt ſpecifica, ergo ciuſmodi crimina differunt ſpecie. Probatur minor. Vitia hæc ambo in hoc conueniunt, quòd ſunt commutatiuæ iuſtitiæ aduerſa, quatenus per vtranque iſtarum acceptionum iniuſtum fit, puta ius alienum violatur, iniuſtum autem, vt ille habet Ariſto. nemo niſi inuitus contraque ſuam voluntatem patitur, inde ergo actiones iſtæ iniurioſæ ſunt quòd contra voluntatem domini fiunt, qui ideo inuoluntarium patitur, at vero in uoluntarium, vt 3. Ethic. auctor eſt Ariſt. dupliciter fit, nempe aut per ignorantiam aut per violentiam. Furtum autem ex ſua ratione dicit acceptionẽ ignorante domino, rapina vero eodẽ conſcio ac vim patiẽte, ergo furtum & rapina differunt ſpecie. Itaque non ad rationem alieni aſpiciendum eſt, quæ eſt materiale obiectum, ſed ad rationem inuoluntarij. Differentia eſt quam non ſolũ morale Philoſophi verum, & Iuriſconſ. qui ex eadem philoſophia ſuas leges elicuerunt agnoſcũt, vt patet l. ſed nouo iure, C. de ſer. fugit & apud Vlpia. l. fur. ff. de fur. Eſt autẽ ne quis decipiat mediare conſideranda. Cogitare. n. quiſpiam poſſet aut in hoc conſiſtere, quòd furtum fiat in tenebris, vt Exo. 22. habetur, rapina verò ſub lucẽ diei. Aut quòd furtum in abſentia domini committatur, rapina verò in eius pœnitentia. Cum tamen in neutra iſtarum ratione diſcrimẽ conſiſtat. Sed differentia eſt quod furtũ fit abſq; violentia, rapina vero, & latrocinium violente. Hinc. n vt art. vlt. videbimus, augeſcit rapinæ culpæ præ illa quæ in furto. Ex quo fit, vt præſente domino furtum fieri poſſit, ſicuti & eodem abſente, rapina. Exempli gratia, ſi præſente patrono impurus homo in ædes inſultet, illumque vel reſiſtentem opprimat, vel ne reſiſtat allget, aut in cellam includat, aut talem ei incurrat metum, vt taceat, quamuis inermis id faciat, habetur raptor & latro, quia vim infert. Si vero patronus etſi non conſentiat, tamen ob ſuam modeſtiã taceat, latronis parcens vel honori vel vitæ, nõ erit rapina, ſed furtum. Eadem ratione ſi ædes quis vi aggrediatur, licet nemo ſit intus, erit rapina. Qua ſit vt latrones qui vias publicas obſident non fures modo ſint, verum & raptores. Diſtinctio autem quæ habetur l. 2. de furtis, vbi diſtinguuntur duo furtorum genera, quorum alterum eſt occultum, alterum vero manifeſtum nihil facit ad rẽ. Nam enim accipitur illic manifeſtam pro

Ariſtot.

rapina,

rapina, sed pro eo casu quo fur in flagranti delicto comprehenditur, vt continuo exponitur. l. 3.

Ad primũ arg. Omnia igitur argumenta soluta restãt. Ad primum enim respondetur quod peccata alia ab iniquitatibus iniustitiæ nõ habent pro obiecto inuoluntarium alterius, sicut furtum & rapina, & ideo ex diuersa ratione voluntarij non variantur specie, si cuti hęc. Et per hoc respõsum etiam est ad

Ad secũdũ arg. secundum, quod etsi circa idem versentur obiectum materiale & remotum scilicet alienum, tamen formale & proximum non

Ad tertiũ arg. est idem. Ad tertiũ respondetur quod raptus puellæ quantumcunque respectu aliorum occulte fiat, puellæ tamen semper est notus & ideo quia illa semper præsumitur restitisse, dicitur raptus.

ARTICVLVS III.

Vtrum furtum sit genere suo peccatum mortale.

POstquam dictum est quid sit furtum quomodoq; à rapina differat, quæritur de vtriusq; natura, an sit genere suo mortale delictum. Et quo historiã filiorum Israel expoliantium Ægyptios toties iam expositam missam faciamus, arguitur

Primũ arg. primum. Qui rem suam vel penes aliũ depositam vel furto sublatam furtim capitu. vt fur iure habetur, & tamen non peccat,

Secũdũ arg. postquam iure vtitur suo, ergo furtum nõ est peccatum. Secundo arguitur, cum id quod quis inuenerit aut casu repeterit nulli restituit, furtum committere videtur, & tamen si ad naturalem æquitatem spectes nullum est peccatum, nam, vt habetur Instit & ff. de re. diui. quod nullius est, occupanti conceditur & re vera quarum rerum dominus non comparet, nullius esse censentur.

Tertiũ. Quod autem non sit genere suo mortale, tertio loco probatur. Tunc ex illo Prouerb 6. Non grandis est culpæ dũ quis furatus fuerit tum quod si est rei modicæ, non est cur sit mortale, tũm maxime quod si mortale esset, cum sit contra iustitiam & pacis quietem, dignum esset pœnæ mortis illa autem non apparet digna quæ furibus infligatur, sed satis est vt multiplicatum restituat furtum, secundum illud Exod. 22. Si quis furatus fuerit bouem aut ouem quinq; boues, p vno boue restituet, & quatuor oues pro vna oue. Idque habetur leg. sed nouo iure. C. de seruis fugit. In contrarium autem est quod nemo secundum diuinum iudicium, nisi ob mortale delictum vehementi percellitur maledictione, fures autem acri animaduersione damnantur, verbis illis, Zach. 5. Hæc est maledictio quę ægreditur super faciem omnis terræ, quia omnis fur sicut ibi scriptum est, iudicabitur, & omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur.

Ad quæstionem vnica conclusione respondetur. Furtum, fortiorique ratione rapina, peccatum est, idque genere suo mortale. Probatur. Delictum mortale, vt idenConclusio prima. Rõ conclusiõis. tidem dicere consueuimus, inde perpenditur quod charitatem extinguit, quæ vita est animæ, furtum autem, est huiusmodi, ergo est mortale. Probatur minor. Illud delictum quod virtuti aduersatur, reipublicæ necessaria, perquam scilicet pax quiesque eius seruatur, extinguit charitatem furtum autem aduersatur iustitiæ, in qua tota mortalium fides, humanaque societas salua cõsistit. Nam per furtum ciues expellũtur iure suo, atq; adeo pax ciuitatis pertu rbatur, est ergo contra charitatem, sed tamen tanto grauior rapina, quãto vis peior est fraude. Dictum autem est, genere suo propter rationem explicari solitam in leuitate materiæ quæ culpam attenuat. Conclusio clarissima ac perinde omnibus compertissima est, sed tamen de furti comparatione ad alia crimina posset quis, neque immeriDubitatio. Martin. to dubitare, vtrum sit genere suo omnium peccatorum contra Decalogum minimũ, an peiorem obtineat gradum. Primum enim de fornicatione affirmat Martin in tract. de Temper. q 2. minoris esse culpę genere suo quam furtum. Cuius potissimum fundamentum est, quod fornicatio nõ est natura sua mala, & ideo prohibita. Imò vero ob id tantum est mala, quia prohibita, nempe lege veteri, Deuter. 23. Non erit meretrix ex filiabus Israel, & noua ad Ephes. 5. Omnis fornicator aut immundus aut auarus non habebit hæreditatem in regno Christi. Et eodem applaudit Duran. 4. Sen Prima rõ Martini. tentia, dist. 33. q. 2. Præterea quia furtum est contra iustitiam, fornicatio autem non nisi contra temperantiam, nam qui fornicatur, vt ait Paulus, in corpus suum peccat, iustitia vero præstantior est, quin vero,

Secũda.

vt lib. 3. definitum eſt, omnium moralium
D. Tho. præſtantiſſima. At vero D. Thom. 2. 2. quæſtio. 154. artic. 3. contrariam habet ſententiam, nempe fornicationem genere ſuo grauius eſſe flagitium, quam furtum. Nam de adulterio nemo dubitat, propter iniuriam, quæ fit alteri coniugi. Et re vera
Ad primũ arg. Martini hoc nemo ſanè doctus negare poteſt. Et primum ratio Martini, ac Durandi peior eſt multo quam eorum concluſio. Dicere namque fornicationem non eſſe contra ius naturæ, error eſt hæreſi proximus: Nam conſequens inde protinus fieret, gentibus ante legem ſcriptam non fuiſſe delictum quin vero, neque poſt ſcriptam,
Ratio S. Tho. quia lege Moſaica non tenebantur. Ratio ergo, vt fornicatio genere ſuo grauius ſit peccatum, eſt quòd peccati grauitas potiſſimum ex obiecto eſt perpendenda, malum autem fornicationis eſt nocumentum vitæ futuræ prolis. Nam quæ ex vago concubitu naſcitur, ſi ad rei naturam ſpectes, neque educari recte poteſt, neque vero ali commode, vita autem præſtantius bonum eſt exterioribus bonis, quæ furto auferuntur, quare fornicatio non ſolum, natura ſua eſt mala, verum & furto iniquior. Neque vero ratio quam contra idem auctor ob molitur digna eſt morali philoſopho. Ait quippe hoc eſt accidentarium fornicationi, quod male educitur alaturque proles: nam poteſt fornicarius tum facultatem habere maiorem, quam coniugatus, tum etiam propoſitum firmius alendi, quin vero ditandi ſuos liberos. Non, inquam, hæc ratio digna eſt Philoſopho. Quin vero id quod ipſe dicit accidentarium eſt, hoc autem quod nos dicimus, conditioni vagi concubitus natiuum. Nam ex natura rei, qui non ſunt matrimonio iuncti non poſſunt bene alere prolem. Et vera ſi argutia Martin. vllius eſſet momenti, tunc ſequeretur matrimonialem coniunctionem non eſſe vinculum naturale. Inde enim hoc habet, quod natura eius eſt, vt ſit bene educatiua prolium. Et tamen vſu nihilominus accidit, vt ſæpe coniuges namque facultatem habeant, neque vero voluntatem eas educandi. Eſt ergo exiſtimandus actus ex natura, & non ex accidente. Cum ergo dicimus bonam educationem, naturalem eſſe matrimonio, non autem fornicationi, non de actione loquimur. Nam illa aliunde impediri poteſt, vt iam modo dicebamus, ſed de naturali potentia. Quin vero & ſimplex per mollitiem pollutio, eo turpior eſt ac peior, non modo furto, verum & fornicatione quod ſeminatio nemini licita eſt niſi ad fructus ferendos, quare illa, quia fruſtranea eſt maiorem habet iniquitatem.

Ad aliud vero Martini argumentum reſponderi poſſet quod quamuis fornicatio non eſſet contra iuſtitiam, non tamen inde ſequitur non eſſe grauius, quia neque ſi iuſtitia ſit præſtantior uirtus, fit conſequens ut omne opus iuſtitiæ excedat quod cunque temperantiæ, quoniam ſatis eſt fornicationem eſſe contra melius bonum, puta contra uitam. Sanior autem ſolutio eſt quod fornicatio eſt etiam quodammodo cõtra iuſtitiam quæ erga futuram prolem ſeruanda eſt. Conſtituitur autem principaliter in ſpecie intemperantiæ, non ex eo ut quoſdam audiui, quod præcipuè in illo actu conſideretur delectatio, nam & eadem eſt pariter in adulterio præcipua, & nihilominus eſt contra iuſtitiam. Sed quia ille actus non eſt contra perſonam actu exiſtentem, neque uero quæ præceſſerit, ſed contra illam quæ eſt tantum in potentia. Aliter tamen nos poſſumus contra noſipſos arguere. Vitium furti expreſſe prohibitum eſt in Decalogo non autem fornicatio, ergo furtum eſt peius Mox nulla fuit unquam iam barbara gens quæ ignoraret furtum eſſe peccatum, quatenus iniurioſum eſt, & tamen multæ ignorauerunt in lege naturæ fornicationem eſſe peccatum immo uero uſque adeo aliquæ poterant eſſe agreſtes, vt talis ignorantia eſſe illis inuincibilis patentior ergo eſt culpa furti atque adeo grauior. Deinde. Furtum etiam nunc maiori infamia denoratur quam ſimplex fornicatio eſt ergo fedius ac perinde atrocius.

Ad ſecũdũ arg. Martin.

Obijcit rurſus contra prefatã ueritatẽ

Ad primã obiectionẽ.

Ad primum tamen reſpondetur conſequentiam eſſe nullam. Ponuntur enim ut ſupra diximus, in Decalogo præcepta que apertam habent iniuſtitiam, ſicuti adulterium, nihilominus fornicatio, quæ ad illam reducitur, peior eſt quam furtum. Alioquin probares etiam furtum eſſe peius nefando crimine, quod illic non exprimitur. Ad ſecũdum reſpondetur, quod quamuis furti nequitia apertior ſit, non tamen inde ſequitur eſſe peiorem. Nam etſi ratio iniuſtitiæ latentior ſit in fornicatio.

Ad ſecũdum.

eatione militat tamen contra maius bonum.

Ad tertiū arg.

Ad tertium denique negatur, maioris infamæ esse furtum quam fornicationem, nam honestæ mulieri pudentius est fornicationē quam furtum feciſſe, ſed viri propter corruptiſſimam conſuetudinem minoris illam æſtimant. Et quamuis minoris eſſet infamiæ non inde fit conſequens vt ſit minus peccatum quoniā Gregorio auctore peccata carnalia ſunt minoris culpæ & maioris infamiæ quam ſpiritualia. Et blaſphemia citra dubium peior eſt furto, & tamen non de illa tam pudefiunt homines quam de furto. Hac autem veritate nihil obſtante, nempe quod fornicatio genere ſuo grauius ſit peccatum, eſſe tamen poteſt, in individuo furtum quod ſit lōge fornicatione ſceleſtius, vel ratione quantitatis, vel ratione illatæ vis quin vero grauius quam adulterium, vt ſi decem millia ducatorum quis deprædarent. Quinimo & qui ampliſſimam domum ac familiam expoliaret, grauius peccatum committeret quā ſi faceret homicidium plebei hominis. Eſt enim fallaciſſima regula, collationem, quę eſt inter ſpecies virtutis aut vitiorum, ad ſingula indiuidua applicare quippe in quibus poſſunt eſſe aliæ qualitates augentes, aut minuentes rationem virtutis ac vitij. Pari modo infamatio & contumelia tio genere ſuo grauior eſt furto ex obiecto In ſumma cum bona externa ſint inferiora quam fama & vita, furtum genere ſuo minimum peccatorum. Decalogi.

Pulchra limitatio præteritæcō cluſiōis.

Inter argumenta contra hanc concluſionem primum facit D. Tho. de furto filiorum Iſrael in Aegypto, quod nullum fuit peccatum, ſed iam lib. 2. ſatis dictū eſt illud nullam habuiſſe rationem furti. Nā præter quam quod Deus tanquam rerum dominus citra vllam diſpenſationem potuit illos eiuſmodi bonis donare tanquam rectus iudex ſoluit illis mercedem inſumpti laboris in luto & latere. At vero vtrum liceat principibus Deum in hoc imitari vt aliquid occulte præcipiant quod citra publicum tumultum miniſtri teneantur exequi. Verbi gratia. Si princeps præciperet aulico aut bonis aut vita quempiam priuatim expoliare, vtrum tenetur ille exequi? Reſpondetur quod ſi dicta cauſſa latāque condemnationis ſententia id faciat, citra dubium patendum ei eſt, quoniam expedit quandoq. eiuſmodi executiones ſecretas eſſe. Et tunc illud non eſſet furtum ſed executio pœnæ. Quod autem citra iudici formam & ordinem ad imperet, nefas eſt, neque parendum eſt illi, quoniam & princeps tenetur iudiciario ordine procedere. Si quidem non eſt Deus, qui errare non poteſt. Niſi forſan, quod quam rariſſime accidere ſolet in aliquo caſu, qui cum patentiſſimum haberet iuſtitiam, neque moras ferret, neque ſtrepitum publicum. Quando vero publicitus indicitur bellum tunc niſi iniuſtitia cauſſæ manifeſta eſſet, iuſſio principis pacare debet militum conſcientias, vt Auguſt. 23. q. 1. can. quid culpatur, admonet. Ad aliud vero quod primo loco poſuimus argumentorum de illo qui res ſuas proprias vel furatur vel rapit, art. 1. partim dictum eſt, & partim modo dicendum ſupereſt. Reſtat enim dubiū illic prætermiſſum vtrum liceat cuicunque auctoritate priuata id quod ſibi debetur recuperare. Ad quod S. Thom. reſpondet negatiue nam ſi rem illam apud illum depoſueras quam ipſo neſcio furaris, aggrauas illum, vt tibi eicius furti reſtituere teneatur. Si vero ille contra ius vſurpauerat, inde peccat quod tranſgrederis iuris leges, priuatim vſurpando iudicium quod publicæ poteſtati conuenit, quod quidem mortale delictum eſt, idque ciuili lege accerrime prohibitum. Sed tamen operæ pretium eſt hoc locupletius explicare. Quid enim facit miſer, qui nullatenus re, ſuas via iuris recuperare poteſt? Eſt nanque in regulis iuris lib. 6. quod nemo re aliena ditari debet Reſpōdetur ergo tam de culpa quam de reſtitutione. Licet nanque cuique priuata auctoritate ſua capere, dummodo iſtæ ad ſint conditiones. Prima, vt omni proculdubio certiſſimus ſit, rem ſibi eſſe debitam, nam vbi quippiam eſt dubietatis, neque iuris ordine prætermiſſio. Quapropter famuli ſiue principum ſiue inferiorum dominorum nullo iure poſſunt quippiam furtim a ſuis heris ſurripere, eo obtentu quod nō ſaris pro ſuo ſeruitio & famulatu repenſum eſt illis. Solent enim creberrime hæc ſibi apud confeſſarios obtendere. Quibus tamen reſpondendum eſt, quod ei pretiū illud de quo inter ipſos conuentum eſt nō poſſunt alia via extorquere, poſſunt quidem id latenter eripere illud autem aucta

Auguſt. Ad primū arg.

D. Tho.

Dubitatio.

Conditiones quas ad eſſe oportet vt liceat cuique priuata auctoritate ſua recuperare.

Scrupulus.

Solutio.

rium quod famuli ipſi putant ſibi inſuper adhibendum, nequaquam niſi vi aut fraude coacti à dominis fuerint ſeruire. Volenti nanque non fit iniuria. Et ideo ſi non vis illo pretio ſeruire, abi. Secunda conditio eſt, vt omnia expertus, certus ſis te non poſſe via iuridica rem tuam recuperare. Nam alias publicæ poteſtati iniuriam faceres. At vero in tali caſu diſtinctione opus eſt. Aut enim impoſſibilitas illa inde naſcitur quod teſtibus inſtrumentisque cares, quibus ius tuum probare poſſis, & tunc nequaquam licet per vim res tuas ſurripere, nam vim inferre nemini priuatim licet niſi vt vim vi in flagranti delicto repellat. Quare ſi alia via rē tuam acquirere, nequis, nullum tibi reſtat remedium, potius nanque publicæ quieti conſulendum eſt, quam tuo priuato commodo Quare vnuſquiſque ſibi prouideat qua cautela res alienet ſuas. Si vero via latenti citra ſcandalum potes eiuſmodi tibi debitum ſurripere, aut tibi compenſationem facere licebit quidem, dummodo periculum caueas ne debitor ille tuus reſtitutionem iterato faciat. Et hoc quantum ad excuſationem culpæ. Nam quantum ad reſtitutionem, dummodo tibi euidenter cōſtet rem eſſe tuam, licet contra ius non expectata publica auctoritatem etiam per violentiam illam debitori eripias, nihil reſtituere teneris. Neque ad excommunicationis cenſuras reſpondere cogeris, ſed pœnas dunt axat condemnatus fuere. Secundo modo contingere poteſt occeludi alicui viam recuperandi rem ſuam, non quod probationes non ſint legitimæ, ſed propter iudicis iniquitatem, qui renuit cauſſam decidere, tunc enim ratio apparentius euincere videtur, licere etiam per vim vnicuique rem ſuam capere, nam princeps hac ratione poteſt alteri bellum indicere nempe quia alium non habet iudicem qui ius ſibi reddat ſuum nihilominus reſpondetur, neque tunc fas eſſe rem per vim patenter aggredi. Sed ſi latenti via eripi nequit, vel adeundus eſt ſuperior, vel ſi nullum aliud remedium ſupereſt, potius ferenda eſt bonorum iactura, quam vi rempublicam perturbare, vt in hac queſt. artic. 8. docere videtur D. Thom. Eo potiſſime quod ſimilis caſus vix contingere poteſt. Vbi tamen tam barbara eſſet reſpublica aut tanta tyrannide oppreſſa, vt nemo poſſit ius ſuum obtinere, tunc ſi citra annorum ſtridorem poſſet quis etiam cum aliqua violentia in ſuum ſe ius reſtituere, non prorſus eſſet iniquitas. Dico in ius externorum bonorum. Nam vindicare, ſe nullo caſu liceret. Vt ſi iniuriam paſſus es, etiam ſi obtinere ius nequeat nequaquam tibi licet illam priuatim vindicare. Neque ſimile eſt de principibus. Nam ille penes quē eſt ſumma reipublicæ, non ſolum eſt eius iudex, verum & externorum hoſtium ad iniurias non modo propulſandas, verum etiam vlciſcendas.

Ad ſecū dū arg. S. Tho.

Secundum autem argumentum materiam tangit inuentorum, ad quod S Tho. per hanc diſtinctionem reſpondet. Sunt quędam inuenta quæ nullius vnquàm fuerunt propriam, vt lapilli & gemmæ quas maritimum littus procreat. Et talium inuentores nulli reſtitutioni ſubduntur, quoniam quod nullius vnquam fuit, occupanti conceditur. Inſtit. de rerum diuiſ. §. ferę. & ff. eod. tit. Atq; eadem eſt ratio de inuentione veteris theſauri, videlicet cuius domini nulla extare poteſt memoria Nam iam tum ille theſaurus perinde habet atq; auri fodina quam terra nutrit. Præter quam quod legibus ciuilibus medietas domino agri adijcitur, perinde ac ſi eius fructus eſſet. Quod quidem ciuile ius veteriſſimum eſſe oſtendit euangelica parabola de inuētore theſauri in agro alieno, cui ad prudētiam apponitur quod illud prius coemerit quam theſaurum proderet, vt integer ſibi obuenirer. Sed aliæ ſunt res inuentæ in terræ ſupperficie, vel alibi recenter perditæ, aut depoſitæ, quarum idcirco domini, aut hæredes ſuperſtites, eſſe cenſentur. Et iſtæ, ait S Tho. accipi non poſſunt animo retinendi, niſi conſtiterit dominum prodere licitis eas abieciſſe, ſecundū verbum Augu. 14 q. 5 ſi quid inueniſti & non reddidiſti, rapuiſti. Et tamen exponentibus nobis per ſingula diſcurrendum. Et primum, quod in littore maris lapilli inuenti, ſint inuentoris expreſſa eſt iuris definitio, Inſtit. de rerum diuiſ. §. lapilli. ff. eod. titu. Item lapilli. Et ratio eſt, quia littora iure gentium manſerunt communia. Atq; idem eſt iuris naturæ iudicium de auri aliorumque metallorum venis, quæ ſunt in viſceribus terræ. Dubitare hic tamē quis poſſet propter noſtrates qui ad Occidentalem continentem auri gratia aduolant, an liceat cuicunque

Dupleꝛ genusrerum inuētariū.

Auguſt.

Probatio.

que vnius nationis ad aliam quæsitum aurum peregrinari. Apparet enim id vnicuique eadem ratione licere postquam iure gentium non fuerint res istæ diuersæ. Respondetur tamen hoc duntaxat iure non esse omnino licitum, nisi incolæ ipsi consentirent, aut pro derelictis eosdem thesauros haberent, nam regiones iure gentium diuisæ sunt, & ideo licet gentibus illius regiones sint res illæ communes tamen non possunt aduenæ incolis inuitis easdem res vsurpare. Neque enim valent Galli hac de caussa ad nos penetrare, neque nos ad illos ipsis inuitis, sed hoc alius est loci disputare. De thesauris autem, vt bene ait. Sanct. Thom eadem ratio est naturalis. Thesaurus enim est, vt habetur in l. nunquam. ff. de acquir. rer. dom. vetus depositio pecuniæ cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat. Quapropter illos thesauros capere nullam habet rationem furti, vt habetur leg falsus. ff. de furtis. Et ratio eiusdem legis est quod non sit furtum, nisi sit cui fiat. Quapropter qui in fundo suo eiusmodi thesaurum inuenit, inuentori conceditur, vt habetur Institu. de rerum diuis. §. thesauros, & C. libro decimo. de thesaur. lib. vnica. At vero si quis id in alieno agro dedita opera inconsultoque domino illud quæritando inuenerit, iura ciuili, vt habetur eisdem proximis citatis, legibus totus thesaurus est domini fundi, quia inuentor fur reputatur. Si autem forte aliud agens repererit, dimidiam partem, inquit lex, retinebit, atque alteram dabit domino: Idque forsan ad seruandam pacem. Atque idem est ius de illo qui in ædibus quas emit thesaurum eiusdem genæris inuenit, licet sint qui id negent. Nam profecto eadem est ratio etiam si eandem ob caussam ædes emerit, eadem vsus prudentia quam Christus in Euangelio laudi tribuit. Secus autem si in muro domus, aut in eius penetralibus pecuniam aut aliud quidpiam repererit, ꝙ antiquus possessor illic posuisset & per obliuionem reliquisset, tũc enim eiusdem possessoris est, aut suorum hæredum, vt habetur in l. à tutore. ff. de rei vendicat. Hinc fit opinionem Paludani in quarto, distin. 15. quæst. 3 dicentis tam ex consuetudine vniuersos thesauros, vbiuis reperiantur, esse principum, non esse auscultandam, vt bene ait Syluest. in verbo, inuentum. §. 13. quoniam talis consuetudo in republica bene instituta non est introducta. In Hispania nanque istæ leges citatæ ad literam seruantur, quare si contraria consuetudo alicubi obtinuit, est per vim, contra ius naturæ & gentium. Habetur enim Institut. & l. citata, quod Adrianus naturalem æquitatem sequutus, ei concessi qui thesauros inuenerit. Et l. illa Codicis, de thes. Inuentori, inquit, liberam tribuimus facultatem, ne vlterius Dei beneficium inuidiosa calumnia persequatur. Vtrum vero princeps quotam aliquam ab inuentore exigere valeat, quis forte dubitet. Respondetur autem nulllam in tali exactione apparere iustitiam, & ideo in Hispania non est in vsu, neque vbi esset crediderim conscientias obligare, sed inuentorem secundum ius commune posse bona conscientia possidere. Nam dictus titul. Institut. nihil meminit principis, sed vbi ait quod qui reperit in loco alieno medietatem det domino, subdit quod pari ratione si inuenerit in loco Cæsaris, dimidium det Cæsaris, & si in fiscali loco vel publico, det etiam medietatem fisco, Et idem legitur l. non intelligitur ff. de iure fisc. §. si in locis. Quæ quidem leges non loquuntur nisi vbi loca sunt propria principis aut ciuitatis. Quocirca princeps tanquam dominus non potest, quippiam exigere quando thesaurus infossus est in loco ciuis, nisi forsan ingruẽti graui necessitate publica, tanquam gubernator potuerit id genus tributi petere, quod nescio an satis probarem. De metallorum autem venis vsus iam obtinuit, vt pars quinta obueniat principi, eo quod venę illæ sunt res naturales, quæ quodammodo in bonum publicum metalla progignunt. Multo autem maius dubium est de reb inuentis quæ non sunt thesauri, sed præsumũtur habere dominos. Est quippe fere vnus consensus tam Theologorũ quam Iurisconsultorũ, vt Summistæ aiunt vero, inuentum, quod sunt pauperibus restituendę. Hoc autem primum rei huius vt confessum supponamus, quod inuentor sedulo tenetur dominum perquirere bona fide, & præconio publico, atq; alijs viis pro rei quãtitate commodis, alioqui furti reus habebitur. Illa autem adhibita indagine, licet ergo non audeã contra cõem opinionẽ asseueranter quippiã affirmare, sunt tñ mi

Rõdubitandi. Responsio. De inuẽtiõe thesauri. Paluda. Syluest. Quæst. Solutio. De metallorũ venis. Opinio cõis de reb. inventis q̃ non sũt thesauri

hi grauissima argumenta quod inuentor possit sibi in conscientia retinere. Probatur, iure naturæ gentium illa sunt inuentoris, & nullum est ius, aut euangelicum, aut ecclesiasticum, quod illa tribuat aut pauperibus aut cuius alteri, ergo potest inuentor sibi capere. Probatur prior præmissa, Res, vt libro terzo dictum est ius naturæ non diuisit, sed permisit in communi possideri, ius autem gentium, id cuius non extat dominus, primo occupanti permittit, res vero illa (cuius dominus post legitimam diligentiam non comparet) perinde habetur ac si nullius esset, ergo qui inuenit perinde acquirit eius ius ac si thesaurus esset antiquus. Enimuero antiquitas nihil aliud præstat, quam quod indicium est rem carere domino, hoc autem quod dominus non reperiatur, eodem modo est caussa ne alicui fiat iniuria, quia non apparet cui furtum fiat. Quod autem non sit positiuum ius, quod hoc pauperibus tribuat, probatur. Nam iuris prudentes nullum afferunt nisi capit. cum tu. de vsuris, & similia, quibus vsuraria pecunia & simoniaca adiudicatur pauperibus. Iura autem huiusmodi non loquuntur, nisi de rebus male partis & acquisitis, vt habetur in canon, Non sane. 14 quæst. 5. Inuentio autem non est iniqua acquisitio, sed licita, neque est clarum debitum, sicuti quod mutuato aut crædito recepisti. Secundo arguitur. Ante legem Euangelicam iure naturæ verisimilimum est, res inuentas fuisse inuentoris, sicuti antiquos thesauros, nam iura non faciunt aliam differentiam quam quod si inueniantur res quæ dominos habere præsumuntur non capiantur nisi animo reddendi dominis, quod quidem ius solum cogit vt dominus diligenter disquiratur. Hic enim est sensus legis falsus, ff. de furt. quæ ait furti reum esse qui inuentum accipit animo non reddendi, etiam si dominum ignoret, nempe quia tenetur illum disquirere, quo vtique non inuento, nihil loquitur de pauperibus, non ergo est cur in lege Euangelica debitum fiat iustitiæ illis conferendi. Sed eis eiusmodi res venire in ius commune reipublicæ, & ideo applicari pauperibus eius. Hoc autem profecto non satis probatur, Nam illud illic tãtum supra ostendimus habere verum vbi manifestum est quempiam aliquid debere ignoto domino, nempe quia iniuste accepit, vel sub fide reddendi, inuentio autem non est huiusmodi, imò beneficium est Dei, vt ait lex, rem aliquam reperire. Et profecto si eiusmodi res in ius commune reipublicæ, vel pauperum cederent non video cur nõ etiam, & antiqui thesauri. Neque obstat si dicas illum qui inuenit non amittere ius suũ, sed velle vt des pauperibus, vt in eius bonum spirituale cedat. Nam si eo ipso qđ reperiri non potest, nulla ei fit iniuria, eo ipso caret executione iuris petendi. Item si constat mihi eum qui perdidit esse Turcam, quid illi proderit dari pauperibus? nõ ergo succedit ius pauperum propter bonũ perdendis, poterat enim iniquus, sed aliunde, scilicet quia sunt bone redundantia in republica. Quod tamẽ non satis probatur, cum non probetur esse debita. Et est porro mihi magnum argumentum, D. Th. nihil hic de pauperibus meminisse, sed id tãtum ait, quod inuentor qui bona fide credit res haberi pro derelictis, non committit furtum sibi retinendo, & certe facta diligentia, pro derelictis habentur. Nã loquitur iam tunc non de thesauris, sed de illis rebus quę de propinquo dominum habuerunt. Argumento vero quæ ex Aug. & Hieron. 14. q. 5. afferuntur, nihil conuincunt. Ait, inquam, Aug si quid inuenisti & non reddidisti, rapuisti. Et Hier. can. multi. Peccatum, inquit, simile rapinæ est si quis inuenta non reddat. Plane tamen intelligũt quando dominus haberi potest, & mala fide non inquiritur Concludamus ergo primum quod vbi inuentor indigens esset, capere tuto potest vel totum inuentum, vel partem pro sua necessitate, id quod & fautores contrariæ opinionis etiam fatentur, vt patet apud eundem Syl. loco citato, dũmodo id faciat de consilio prælati aut confessarij, quamuis neque id forsan sit necessarium. Secundo, si quis inuenit est diues, consilium est saluberrimum res inuentas quarum domini haberi non possunt, in pauperes aut in publicos piosque vsus erogari. Nam vti ait Grego. Timorati animi est, ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est. At vero an sit necessaria præceptio, nõ satis audeam affirmare. Qui autem id astruxerit, per hoc suam tuebitur opinionem, quod iure naturæ illa quæ in republica redundant sunt indigentium, vt statim articulo proximo dicemus, quod autẽ illa redun-

Prima rõ auctoris in ꝓximã sẽtentiam

Secũda ratio.

Altera ratio ad idem.

sentẽtia auctoris

redundent, inde quodammodo apparet, quod non habent certos dominos, præsumuntur tamen habere aliquos, quod antiquis thesauris non conuenit.

Ad tertiũ arg.

Ad tertium argumentum respondetur, quod furtum censetur non grandis culpæ dupliciter primo ex parte subiecti, quia ex necessitate furãtis alleuiatur. Preterea quia sicut proxime diximus, genere suo est minimum respectu aliorum mortalium. Vnde ibidem subditur, fur deprehensus reddet centuplum, qui autem adulter est, perdet animam suam.

Dubitatio.

Ad secundum autem membrum respõdetur, tam tenue tamque exile posse contingere furtum vt non sit mortale, propterea enim dictum est, genere suo esse mortale, Ratio hinc autem dubitandi resurgit quomodo sit perpendenda furti quantitas quæ culpam non habet nisi venialem respectiuene, an absolute. Enimuero cũ grauitas furti ex damno dato sit perpendenda, & indigno, verbi gratia, plus noceas vnum suffurando quadrantem, quam præ diuiti à quo ducatum eriperes, consequẽs fieri videtur vt respectiue sit estimanda. In contrarium autem arguitur, quod si id verum esset, consequeretur, furari à Cæsare centum aureos nunquam esse mortale delictum, quoniam longe minus damnum inde ipse accipit, quam misera vetula cui duo minuta raperes, quandoquidem & in Euangelio ob id cumulatius commendata est eleemosyna illius anus, quod plus respectu suę facultatis in gazophylacium misit. Lis tamen hæc sic per distinctionem dirimitur. Est enim aliqua pecuniæ quantitas tanta, quæ per se absque vllo personæ respectu causſa est in furto peccari mortalis. Vt si verbi gratia, dicamus duo tresve aurei ducati, quare etiam si à Cæsare furripiantur, licet illos ipse flocci pendat, nihilominus crimen est. Sed alia est tam exigua summa quæ secum ipsa non habet tãtum culpæ, sed nihilominus ob paupertatem possidentis fiere mortale, vt si argenteum nummum aut duplum a misero suriperes. Augescit autem præterea damnum, etiam si per se parum sit, dum causſa est maioris, vt si lora bonum rumpas quã ob causſam agricola diurnas operas perdit, aut aliud vile instrumentum ab artifice detrahas, cuius causſa ab opere cessat.

Rõ hæsitandi.

Distinctio.

Obiectio.

At vero forsan quis arguat, nunquam quãtitatem furti tam pusillam esse posse, quin crimen sit mortale. Primo ex iure canonico, puta ex Hieron. 13. q. 6. can. fin. vbi ait furtum non solum in maioribus, sed in minoribus etiam indicari. Deinde iure ciuili ex Inst. de rer. diui. §. Gallinarum. Vbi de gallinæ furto etiam datur actio. At vero ad Hieron respondetur quod loquitur, quando animus adest nocendi in maioribus, sic enim continuo subdit, Non enim quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. Ius autem ciuile nihil aliud habet, quam quod aucupium domesticarum auium sit furtum, sed tam parum esse posset, vt ridiculus haberetur qui de illo ageret in iudicio. Adiecit autem in calce solutionis D. Thom. quod qui habet animum furandi & inferendi nocumentum proximis, etiam in talibus minimis potest peccare mortaliter, sicut in solo cogitatu per consensum. Sunt tamen amphibola verba, & ideo anceps sententia. Ait ergo Caiet. non esse sensum D. Thom. vt particula, in minimis referatur ad nocumentum, quasi docuerit vt qui animo intendit in minimis nocere, mortaliter peccare posset. Est enim talis sensus, vt ipse putat, rationi dissonus, sed ait id tantum voluisse quod qui habet animum nocendi simpliciter, etiam si noceat in minimis peccat mortaliter propter extendentem se animum ad maiora. At vero etsi mens D. Thom. non sit adeo perspicua id, tamen quod Caiet. refutat crediderim ego contra esse verum. Etenim si noui pusillanimi hominis ingenium qui minimis maxime offenditur, atque animo perturbatur & assligitur, & forte ad iracundiam concitatur, profecto si haberem ego animum ei nocendi per illa minima, charitatem violarem, & amicitiam, nam de hoc esset ille mihi inimicus, atque adeo mortaliter delinquerem, idque non solum ladendo verum etiam verbo & gestu. Dico minima, quibus homines anguſti cerebri vehementer offendi consueuerunt, nam tam pusilla esse possent, vt ludibrio haberetur qui inde se reputaret offensum, & tunc eiusmodi læsio non esset culpa. Sed aliud præterea argumentum restat, quod rem hanc furto rum paruularum rerum facere potest, dubiam. Si paruum furtum non esset mortale, sequeretur quod neq; si multoties itera retur ad tantam culpam posset ascendere,

Hieron.

Solutio.

S. Tho.

Caiet.

Mens S. Thom.

Obiectio alte ra.

vt eſſet mortale, nam peccata venialia quã tumuis multiplicẽtur, vt ſana habet Theologorum opinio, efficere nequeunt mortale. Contingere enim tunc tranſitus de genere in genus. Conſequens tamen eſt falſum. Nam & ſi fumulus nunquam niſi minimum quadrantem ab hero vno furto ſurripiat, tamen dum centies id multiplicat, reus furti iudicatur. Ad hoc reſponde tur conſequentia perempta. Nam etſi plu
Solutio. ralitas peccatorum venialium nunquam ſit mortalis, nihilominus quando ſumma rerum incipit eſſe magna, tunc actus ille, etiamſi non ſit niſi acceptio vnius quadrã
Replica tis, quia acceptio damni eſt ad precedentia, ſit mortalis. At vero videre videor ſtudioſum lectorem contra hanc ſolutionem ſic reſurgentem. Sequeretur ſaltem quod ſi eiuſmodi furta idem fur non ab eiſdem perſonis faceret, ſed à diuerſis ita vt ab vno caperet obolum atque ab alio, ac ſubinde ab alio quadrantem, aut aliam partam monetam, nunquam mortaliter peccaret. Probatur, quia nemini dat graue damnum. Neque vero vlla eſt redargutio quod ipſe recipit grande lucrum, nam furtum non eſt æſtimandum ex accedente furi lucro, ſed ex damno dato. Si autem conſequentia cum conſequenti concedas, admittis poſſe furem aliena ſubſtantia citra peccatum mortale ditari, atque adeo patrocinium præſtares iſtis publicis coemptoribus qui diuerſos in paruis defraudant. Nam ſecundum tuam opinionem non peccaret mortaliter. Reſpondetur ergo quod quamuis à diuerſis exigua quis ſuffuretur, tamen cum ſumma incipit creſcere, actus iam vnus furandi præcedentibus accedens efficitur mortalis, nam, vt modo dicebamus, quantitas quæ per ſe eſt magna abſque vllo perſonarum reſpũ ſiue a diuite accipias ſiue à pluribus, per ſe conſtituit peccatum mortale. In quarto argu
Anſures licite ſuſpẽdantur. mẽto tangitur an capitale ſuppliciũ quod furibus decretum eſt, ſit licitum. Et poteſt quæſtio vel de poteſtate interrogari, vel de vſu. Scotus namque quem q. 1. attulimus, arbitratur talem poteſtatem non eſſe
Scotus. penes rempublicam, quia non valet, inquit, quemquam morti addicere, niſi in caſibus expreſſis antiqua lege. Hoc autem ſatis illic me arbitror expugnaſſe. Poteſt enim iure naturæ quod nuſquã diuinitus reuocatum eſt, publica vlciſci ſcelera prout viderit ſalubrius expediré. De vſu tamen an videlicet furti grauitas id mereatur alia eſt quæſtio, nam cum bona exteriora non ſint tanti habẽda præcipue inter Chriſtianos, quos Chriſtus admonuit vt petenti pallium relinquant & tunicam, non apparet ratio, vt pro furto vita exigatur. Accedit & ius commune. Nam cũ antiquitus pœna illa in legibus extaret, poſtea viſa eſt atrox, quare cautum eſt ne vllus de ſimplici furto capite plectaretur, vt habetur l. ſed nouo iure. C. de ſeruis fug. & in authen. vt nulli iudici liceat habere, &c. col. 9. Sed publici tantum latrones digni illa morte cenſentur. Et re vera ſeculo S. Thom non erat in vſu ſimplices fures, ſed tantum latrones ad furcas ſuſpendere. Nam ait non eſſe infligendam pœnam pro quolibet peccato mortali, ſed pro eo quo damnum datur irreparabile, quale non eſt furtum. Quin vero in Hiſpania ius olim iſtud ſeruabatur vt patet. par. 7. tit. 14. l. 18. ſed tantum ſuſpendebantur ſacrilegi qui ſacra depræda bantur, atque alij id genus. Poſtea vero creſcente perditorum hominum audacia, auctæ ſunt pœnæ. Et arbitror Bal. in cauſſa fuiſſe huius ſupplicij, qui ſuper eadem lege, Sed nouo iure. duo aſſeruitur. Primũ, quod etſi pro ſimplici aut geminato furto non ſit fur morte dignus, tamen triplicatũ iam reputatur latrocinium. Secundo inde infert quod quando vnum ingens eſt, tũc tribus æqui pollet. Porro autem vt nihil ego contra leges obmurmurem, tamen ratio Baldi nulla eſt. Primum enim latrones non ſunt cenſendi ex actuũ ſolum frequentia, ſed ex modo, nempe quia vim inferũt & rapinis perturbant rempublicam, atq; illi duntaxat iure deputantur neci, fur autẽ licet identidem peccet, ſi tamen id ſemper latenter, ita vt neq; publicas vias obſideat, neq; irruptionem in ædes faciat, nec cædẽ oſterat, non cenſetur latio. Quare gaudere debet priuilegio eccleſiaſtico, ſi ſe in ſaciũ recipiat. Atque adeo multo minoris probabilitatis habet ſecundum aſſertum, quod quia ingens furtum æquipollet tribus, dignum ſit morte. Nam licet æquipolleat in quantitate, non tamen in modo, vt reputetur latrociniũ. Quamuis propter i ſignem audaciã imaginẽ eius gerat. Id autẽ quod tandem pro ratione aſſerti ſui adducit, videlicet propter enorme delictum licere leges tranſgredi, ind gnum eſt iuriſperito,

Sẽtentia Baldi.

Prima obiectio aduerſus ſentẽtiã Baldi.

Secũda.

nam

num tranſgredi leges peccatum eſt, & peccatum licere non poteſt, ſed forſan tranſgreſſionem appellat dum ſit aliquid contra verba legis, non tamen contra mẽtem. Id verumtamen inſuper adnotandum, hic eſt, quòd Baldi aut cuiuſuis alterius, doctoris aſſertio nullatenus haberi poteſt pro lege, immo uero neque dictum ipſorum Iuriſconſultorum, niſi aut principis auctoritate aut reipublicæ more & vſu eorum documenta pro legibus recepta ſint, quippe cum (vt libro primo, demonſtratũ eſt) ſola auctoritas publica valeat legem condere, quæ uim habeat coerciuam. Eſt ergo iam receptiſſimum, vt fures pro ſimplici aut geminato furto, ſi non eſt magnũ aut flagellis cæſi, aut aures reciſi, ſeu ferro iniuſti relegentur. Pro trino vero aut pro vno enormi ad furcas ſuſpendantur. Quæ quidem lex etiam Hiſpanis in more eſt, vt patet in libro quarto regalis for. titul. 15. l. ſexta, qui furatus fuerit 40. dipondia, nouies tantundem ſoluat. Quod ſi iterato ſimile commitiat furtum, occidatur. Tametſi ſub illo rigore non ſit nunc eadem lex in vſu, vt pro decima parte vnius ducati quis ſuſpendatur. Pluris enim tunc forte æſtimabatur illa quota quam nunc duplus ducatus.

Vſus iã recipit ſnĩa Baldi.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ei qui egeſtate præmittur furari liceat.

POſtquam tam ſtricto iure oſtenſa eſt iniquitas furti, diſputare conuenit an aliquis ſit inde excipiendus caſus, ſaltem vbi extrema neceſſitas ingruit. Et arguitur primo a parte negatiua, de illo cap. ſupra citato, ſi quis. extra de furt. vbi habetur, quòd ſi quis propter neceſſitatem famis furatus fuerit veſtem, cibarium, vel pecus, pœniteat hebdomadas tres, quod non iuberetur niſi furtum tunc illicitum eſſet. Secundo idem arguitur ex Ariſtot. 2. Ethicor. vbi ait quædam eſſe quę confeſtim nominata conuoluta ſunt cum malitia, & ſubdit exemplum in furto, vbi ſignificat eſſe intrinſece malum, atque adeo nullo fine nullaque de cauſſa reddi poſſe licitum, cuius eſt in mendacio ſimilitudo.

Primũ argu. a parte negatiua.

Argu. 2.

Argu. 3. Tertio, homo debet proximum ſicut ſeipſum diligere, nemini autem ad ſuccurrendum per eleemoſinam proximo licitũ eſt furari, vt lib. contra mendacium admonet Auguſt. ergo neque ad ſubueniendum ſibi. In contrarium autẽ eſt quod in neceſſitate, vt axioma habet vulgare, omnia ſunt communia.

Ad quæſtionem tribus concluſionibus reſpondetur. Prima. Res quæ homini redundant, pauperum ſuſtentationi iure naturæ debentur. Auctoritas eſt Ambroſij quæ inter decreta refertur, diſtinctione 47. eſurientium panis eſt, quem tu detines, nudorum indumentum eſt, quod tu recludis, miſerorum redemptio & abſolutio eſt, pecunia quam tu in terra defodis. Ratio autem naturalis ſic colligitur. Nullum ius gentium aut humanum naturali poteſt aut diuino derogare, cum hæc ſuperiora ſint, iure autem naturæ diuinaque prouidentia inſtitutum eſt, vt res inferiores hominum neceſſitati ſubſeruiant, propter quos conditæ ſunt, ergo vbi res huiuſmodi redundantes poſſeſſori non ſeruiunt, nullo humano iure vetari potuit, quominus in gentium vſum veniant. Secunda concluſio. Hoc tamen non obſtante, nemo citra extremam neceſſitatem, ei qui affluunt, eripere ſua bona poteſt. Probatur, quoniam & ſi locuplex ille eadem teneatur bona diffundere, ſunt tamen multi egeni, diuerſis locis & temporibus occurrentes, quibus ideo charitatiuam illam errogationem per poſſeſſorem fieri conuenit. Tertia concluſio. In extrema neceſſitate, puta ubi euidens, & urgens eſt, tunc calamitoſus ille licite poteſt alienis rebus ſibi ſuccurrere, ſiue clam ſublatis, ſiue palam. Concluſio ſæpe iam eſt a nobis aſſerta, quoniam tam innatum eſt hominis ius ſeruandi ſeſe, vt illi alia cuncta cedant. Primam iſtarum concluſionum non intelligas obligationem ſonare iuſtitiæ, ſed tantum miſericordię, vt lib. 4. quęſt. de diuin. rerum, adnotauimus. Nam poſtquam diuiſę ſunt res, quiſque eſt ſuarum dominus, eatenus tamen perſiſtit naturale ius commune, ut qui abundat, eſſe debeat in egenos benefi cus. Qua ratione inde enaſcitur veritas cõcluſionis ſecundę, nempe vt nemo quam ui grauiter patiens, poſſit a diuite furari. Neq. valet argumentum. Diues in tali caſu (nempe grauis neceſſitatis) tenetur egenti erogare, iuxta illud Ioan. in ſua canonica,

Conclu ſio reſpõ ſiua. Ambro.

Secũdã conclu.

Tertia conclu.

Prima concluſ. declaratio.

ca, Qui uiderit fratrem ſuum neceſſe habere & clauſerit viſcera ſua ab illo, quomodo charitas Dei manet in illo? ergo ille poteſt ſua auctoritate eripere, quoniam obligatio illa non eſt iuſtitiæ, ſed charitatis, ad quam nemo inuitus cogi poteſt. At vero materia hæc de eleemoſynarum obligatione non eſt præſentis loci. Tractat enim eam diuus Thom 2.2.quæſt.32. Circa tertiam autem concluſionem, quæ ad rem attinet præſentem, dubium eſt quænam neceſſitas ſit extrema iudicanda. Vtrum ea tantum cum quis iamiam aut fame ſtrãgulatur, aut frigore alia ve calamitate abſumitur. Videtur namque nomen ipſum extrema, id deſignare. Reſpondetur tamen non eam, vt vulgus arbitratur, expectandam eſſe. Sunt enim qui eam vocant extremam neceſſitatem cuius impoſſibile eſt tunc remedium, ille ergo cenſetur articulus neceſſitatis extremæ, quando videſ fratrem periculo appropinquari incurabilis infirmitatis, aut alius miſeriæ quæ homines ſolet conficere, ille inquam dum præueniri poteſt cauerique ſumma miſeria. Neceſſitas vero quæ in periculo hominem conſtituit honoris, licet non cenſeatur extrema, eſt tamen profecto grauis, quę cum qui facultatem habet opem ferendi ſub reatu mortalis culpæ obligat. Quid autem ſi puella in periculo verſetur amittendi pudoris ob uictus inopiam? Videtur namque & illam cenſeri extremam, quippe qua non modo honor, verum & ſalus animæ periclitatur. Reſpondetur nihilominus quod quamuis illuſtre ſit miſericordiæ officium eiuſmodi miſeris in orphanitate periclitantibus ſubuenire, non illa tamen cenſetur extrema ut poſſit puella alienum rapere, quoniam nulla eſt neceſſitas quæ cogere poſſit illam vt ſui copiam alteri faciat, alias conſenſus ille non eſſet peccatum, ſed perire potius debet quam delinquere. Sunt autem ciuilia iura quibus iubetur ut extreme pat ens ad publicum magiſtratum antea recurrat quam aliena priuatim cupiat. Hoc autem intelligendum eſt quãdo commode id fieri poteſt. At vero non deerit forſan qui contra nos impræſentiarum inſurgat. Diximus enim tum alias ſæpe, tum paulo ante, neminem ad id cogi poſſe ad quod ſola charitate tenetur, ſed ad id tantum ad quod de iuſtitia, obligatur, extremæ autem neceſſitati nemo tenetur ſuccurrere niſi ex charitate, nam ſi obligatio eſſet iuſtitiæ, ille qui tunc non ſuccurreret, teneretur ad reſtitutionem, quod non conceditur, ergo neque publica poteſtas, compellere tunc quempiam iure, poteſt, neque qui in periculo eſt quippiam alieni priuatim capere. Reſpondetur parum referre an dicas in tali neceſſitate aliquam iuſtitiæ rationem intercedere, proprie tamen profecto non eſt niſi miſericordia ſtrictiſſime tamẽ obligans. Quod autem coactio tunc locum habeat, eſt propter ſingulare ius quod cuipiam competit ſuam ſeruandi uitam. Appendenda hic erat diſputatio, an qui in articulo neceſſitatis alienum rapit, arridente fœlicius poſtea fortuna teneatur id reſtituere, niſi iam ſatis lib. præcedenti ſub titulo de reſtitutione, eadem à nobis abſoluta eſſet diſputatio.

Quæ nã extrema neceſſitas dicatur.

Reſponſio.

Obiectio aduerſus reſponſionem.

Solutio.

Ad canonem igitur adductum in primo argumento reſponſum illic eſt quod intelligitur de neceſſitate quæ non eſt extrema vbi aliqua eſt culpa furari. Ad ſecundum concedimus ingenue, furtum eſſe actionem intrinſece malam, imo talem, vt lib. 2. diximus, in qua Deus, vt legis naturę lator diſpenſare non poſſit. At vero ſicuti de prohibitione homicidij diximus quod illa generaliter. Non occides eo, quod præceptum eſt naturale, non includuntur caſus quos ipſa natura includere non poteſt, neque in illa, Non iurare omnino, ſic neque prohibitione furti vetari potuit acceptio rei alienæ quam natura ipſa hominibus indulſit. Quocirca eiuſmodi acceptio non eſt furtum, ſed acceptio rei a natura conceſſæ. Ad tertium denique reſpondetur cuique pari iure licere in eadem neceſſitate alienum rapere vt indigenti ſuccurrat. Sed citra illam vetat. Auguſt. eleemoſynas de rapinis fieri.

Ad primũ arg.

Ad ſecũdũ arg.

Ad tertiũ arg.

ARTICVLVS V.

Vtrum rapina vllo pacto fieri poſſit citra peccatum.

ETſi furtum in extrema neceſſitate licitum ſit, tamen quia rapina atrocius eſt crimen, videre reſtat vtrum & illa quoque aliquando ſit licita. Arguitur enim a parte affirmatiua. Præda illata vt ſit,

Primũ argum.

ui fit, quod rationem habet rapinæ, prædam autem accipere ab hoſtibus licitum iudicauit in libro de Patriar. Ambroſius vbi ait: Cum præda fuerit in poteſtate victorum decet militarem diſciplinam, vt regi ſeruentur omnia ſcilicet tam ad belli ſumptus quam ad militum præmia, ergo
Argu. 2 rapina eſt aliquo caſu licita. Secundo arguitur. Terrarum principes multa à ſuis ſubditis iniuſtis extorquent, quod effigiem præſefert rapinæ, & tamen graue eſt illos delictores cenſere, ergo rapina non eſt
Argu. 3 vbique mortale crimen. Tertio arguitur. Id quod poſſeſſoris non eſt, licite ab illo auferetur, infideles autem iniuſti ſunt ſuarum rerum poſſeſſores ſecundum illud Auguſt. in epiſtola ad Vincent. Donatiſt. Res falsò appellatis veſtras, quas neque iuſte poſſidetis, & ſecundum leges terrenarum legum amittere iuſſi eſtis, ergo licitum apparet ab ipſis eadem eripere. In contrarium eſt quod tanquam de re iniquè parta prohibetur ſacrificium vel oblatio de rapina fieri, ſecundum illud Eſaiæ 61. ego Dominus diligens iudicium, & odiens rapinam in holocauſtum.

1. concl. Ad quæſtionem tribus concluſionibus reſpondetur. Prima: Rapina nullatenus eſt licita, neque priuato neque publicæ poteſtati, itaque ſicut furtum nunquam eſt licitum, & vbi acceptio rei alienæ licita eſt, non habet rationem furti, ſic imo efficaciori ratione de rapina cenſendum eſt. Probatur. Quicquid nomine ſuo innatam habet rationem iuſtitiæ, eſt ſic intrinſece malum vt bene fieri nequeat, rapina autem idipſum ſonat quod violenta acceptio contra iuſtitiam ſicuti furtum, id quod fraudulenta, ergo rapina neutiquam eſſe poteſt licita. At vero ad maiorem huius explicationem adhibentur aliæ duæ.
Secũda concluſ. Secunda ergo concluſio eſt. Sola reſpub. & princeps qui eius gerit vices, per violentiam poteſt citra iniuriam aliquid à ſuis ciuibus extorquere, quicunque vero priuata auctoritate per violentiam aliquid rapit, raptor eſt & latro, atque adeo huius iniquitatis reus. Probatur vtraque ſimul pars. Violentiam inferre proprium eſt publicæ auctoritatis munus, nam violentia idem eſt quod coactio, vis autem coactiua ſolum in republica reſidet atque in principe qui eam repræſentat, ſicuti non niſi totum animal poteſt cogere membra, eſt enim hæc poteſtas ab ipſiſſima natura conceſſa ad cohibendos homines a malo, adducendoſque in bonum, quæ quidem conceſſio, vt ſupra diximus, non expediebat priuatis fieri, propterea quod permaturo iudicio mandari debet executioni. Ex quo fit vt violentia in principe, ſi via & ordine fiat, non habeat rationem rapinæ, nempe ſi vel contra externos hoſtes, vel contra internos maleficos illa ex legis præſcripto vtatur, in perſona vero priuata ſemper eiuſmodi violentia rationem habet rapinæ. Atque hac de cauſſa, articulo 3. etiam illi cui conſtat rem ab alio poſſeſſam, ſuam eſſe, idque legitime probare poteſt, tamen præiudicis iniquitate nequit obtinere negauimus per vim poſſe rem aggredi. Quod ſi eum ſaltem obiceris, qui extrema patitur, illum arbitror iure ipſo naturæ exceptum eſſe ab hac lege. Adeo enim vitæ conſeruatio naturalis iuris faſtigium tenet, vt violentia tunc non ſit rapinæ charactere denoranda. Tertia concluſio. Si princeps, aut Tertia conclu.
iudex, aut alius quiuis magiſtratus ſua abuſus poteſtate per violentiam quidpiam a ciuibus rapuerit, inſigne rapinæ ſcelus committit, & ad reſtitutionem tenetur. Tanto enim impudentius ac ſceleſtius eiuſmodi potentatus peccant, quanto ſanctiori fide iuſtitiam, cuius cuſtodes exiſtunt, erga omnes deberent immaculatam ſeruare.

De concluſionibus iſtis nulla eſt ambigui as præter illas quæ per propoſita argumenta inſinuantur. Et quidem ad primum de bellica præda reſpondet D. Tho mas, ſi iuſtum eſt bellum prædam eſſe licitam, neque ad reſtitutionem obligare. Tametſi peccatum cupiditatis contra charitatem committit etiam tunc poſſit, dicente Auguſtino in libro de ver. Domini propter prædam militare peccatum eſt. Si vero bellum eſt iniuſtum, rapina committitur. Bellum autem iniuſtum, ſicuti lib. 3. de iudicio diximus, ex triplici capite contingit. Primum ex auctoritatis defectu, nã ſoli principes habentes merum imperium ius habent bellum aut indicendi, aut gerendi, reliqui vero magnates, & potentatus regibus ſubditi, non item, ſed tantum violentia poſſunt vti in malefactores ſibi ſubditos. Quare ſi extraneos armorum, vi im-
Ad primũ arg. S. Tho. reſpondet.
Auguſt.
Bellũ iniuſtũ ex triplici capite. Primũ.

vi imperant, ceu priuatæ perſonæ cenſendæ ſunt, & rapinam committunt, quamuis
Secũdũ. alioquin iuſtam haberent cauſſam. Mox ad belli æquitatem requiritur cauſſa non qualiſcunque ſed digna pro qua tam ingentia pericula ſubeantur, iamque calamitoſæ atque exitioſæ reipublicæ perturbationes concitentur. Bellorum namque tumultibus non ſolum prophana omnia, verum & ſpiritualis reipublicæ ſalus & ſacra omnia, & fides, ipſa periclitantur.
Tertiũ. Tertio requiritur forma iuris eademque tanto exactius quam in priuatis iudicijs, quanto periculoſius de ſumma boni publici agitur, nempe vt niſi cunctis pacis rationibus prius oblatis, non indicatur, neque vlterius proferatur, quam fert æquitas. Sed de hoc alias. Præda ergo belli iuſti non ſolum ad reſarcienda damna, verum vt inter milites diſtribuatur, licita eſt. Et quamuis principi cura præcipua incumbat merita perpendendi iuſtitiæ belli, qua vtique ratione licet ipſe iniuſtum bellum conflet, milites nonnunquam excuſantur, tamen tam aperta eſſe poſſet iniuſtitia, vt etiam ipſos ſubditos excuſatione nudaret.
Ad ſecũdum. Ad ſecundum argumentum de principibus & magnatibus concluſiones ipſæ ſatis reſpondent, nempe quod ſi violentia vtuntur ad extorquendum ea quæ ad bonum commune conferunt, non eſt rapinæ crimen.

Si autem vltra ius aliquid inſuper exprimant, non ſunt a crimine liberi, immo tanto nequius delinquunt quanto eorum poteſtati non eſt qui reſiſtere poſſit. Vnde Auguſt. quarto de Ciuit. Dei. Remota iuſtitia, quid ſunt regna niſi magna latrocinia? quia latrocinia quid ſunt niſi parua regna? Et Ezech. 22. Principes eius in medio eius quaſi lupi rapientes prædam. Quo
Ad tertium. fit vt etiam ad reſtitutionem teneantur. Tertium argumentum latiſſimam, & his temporibus, neſcio an dixerim neceſſariam diſputationem offerebat de iure bellandi contra infideles, propter illum Occidentalem Orbem quem noſtrates noſtro ſeculo repererunt, ſed bona cauſſa, vt præcedenti libro ſub titulo. De dominio diximus, in hoc opere ab huiuſmodi diſputatione ſuperſedimus. Dabimus autem, ſi Deo dante, nobis licuerit, libellum De ratione promulgandi Euangelium, vbi hæc, ſi non pro rei dignitate, pro noſtro tamen captu tractare adornamus. Interim tamen ad interpretandum Auguſtinum ſatis fuerit adnotare triplicem eſſe infidelium ordinem. Quidam enim ſunt qui
Infideliũ ordo triplex. iure, & facto ſub ditione Chriſtianorum principum vitam degunt, quales olim erant in Hiſpania Sarraceni, & Hebræi, & nunc in Italia, & Germania perſeuerant Iudæi. Et de iſtis nemini in dubium venit, quin valeant Chriſtiani principes lege in eos agere, ſuiſque adeo priuare bonis. Veritas enim hæc late patet, tam
Primus in Decretalibus ſub titu. de Iudæ, & Sarrac. quam in Decretis, diſtinct. 54. His proxime accedunt hæretici qui ex nobis, vti ait Ioannes, exierunt. Ac de his proprie loquebatur Auguſt. Erat enim eis ſermo contra Donatiſtas, quos quidem vniuerſim hæreticos patentiſſimum eſt tam canonico quam ciuili iure ſuis multari bonis, vt patet cap. Cum tu de vſur. libr. 6.
Alij ſunt infideles qui licet non de facto,
Secundus. tamen de iuris Chriſtianis principibus ſubduntur, ſaltem quantum ad regnorum ſuorum poſſeſſionem nempe qui terras vi poſſident, quæ olim ſub ditione noſtra fuerant, vt ſunt Afri, Sarraceni, ac Turcæ Græciam tyrannide poſſidentes. Et de iſtis certum etiam eſt poſſe bello à nobis laceſſiri atque adeo eiſdem regionibus expoliari. Nihilominus priuata auctoritate nullus noſtrum per eos tranſitum faciens, eorum bona aut deprædari aut diripere valet. Tum quod præter regiones bona domeſtica quæ ſua induſtria lucrantur, ſua ſunt, tum præcipue ꝙ ab ſubigendum illos auctoritas publica requiritur. Quare nemo niſi facultate & conceſſione principis poteſt illis moleſtus eſſe.

Infideles autem tertij ordinis ſunt, qui
Tertius ordo. neque iure neque facto nobis ſubditi ſunt, neque vero nobis infeſti, quales ſunt illi qui vel Chriſtianum nomen non audierunt, vel, quòd eodem recidit, per obliuionẽ omni memoria ſuperiorem excuſantur. Tametſi proprie excuſatur nemo, quia cum vniuerſus orbis teneatur fidẽ dum eius prædicationem audierint, ſuſcipere, ſi recte ſeruaſſent naturæ legem Chriſtus illis via aliqua ſua irradiaret fide licet excuſari dicantur, eo quod dum nihil de ea audiunt, ſua infidelitas non eſt peccatum. Et de iſtis conteſtari lis ſolet, vtrum liceat nobis illos

bello

bello petere? Et quidem Caietan. hic inter
Caieta. interpretandum ſententiam D. Thomæ negat vllum Chriſtianis fauere ius illos de ſuis ſedibus ac poſſeſſionibus deturbandi. Quoniam S. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt 10. artic. 10. ait, Fides naturam non tollit, ſed perficit: atque adeo poſſeſſiones quarum mortales iure gentium potiuntur, nemini aufert, eo potiſſimum quod ſpecies infidelitatis negatiuæ ſcilicet eorũ qui de Chriſtiano nomine nihil audierunt, neque eſt peccatum, neque adeo vllo ſupplicio digna. Immo vero ait quod neque olim filios Iſrael vllis infidelium bellum indixiſſe legitur, eo ſolum quod infideles eſſent, de quo apud aliquos male intellectus male audit In primis enim non negat licitum eis fuiſſe infideles propter idololatriam Dei iuſſu debellare, ſed tantum negat eo ſolum quod infideles eſſent, nempe negatiue, hoc eſt eo ſolum q̃ fide carebant debellatos, ſecus ob idololatriam. Præterea ſi de bello contra poſſeſſores illos terræ promiſſæ geſto loquatur ſanum etiam poteſt habere intellectũ. Video namque nonnullos digladiari utrũ genres illas Deus pellere ſuis ſedibus iuſſerit ob ſua ipſarum ſcelera atque idololatriæ impietatem, an uero ſolum vt pollicitationem impleret quam Abrahæ fecerat & ſemini eius, tradendi eis regionem illam cũ tamen procul dubio certo certius ſit, vtramque fuiſſe cauſſam. Eſt enim illic & gentium expulſionem conſiderate, & introductionem diuini populi. Et quidem expulſionis cauſſa iuſtiſſima, fuerunt ſua crimina introductionis autem, promiſſio illa populo facta. At vero cum Deus vniuerſos idololatras totius orbis eodem iure potuiſſet extinguere, illos tamen ſingulariter inde expulit ut illic ſuum plantaret populum. Quare forte non ſolum ob idololatriam, ſed vt Deus impleret promiſſum, illud imperauit bellum. Atque hunc arbitror legitimum ſenſum illorum verborum Deuteronomium 9. vbi ambæ copulantur cauſſæ. Quia illæ (ſcilicet gentes) egerunt impie, introeunte te deletæ ſunt, & vt impleret verbum ſuum Dominus quod cum iuramento pollicitus eſt patribus tuis. At vero quæſtionis punctum, vtrum nobis liceat infideles tertij ordinis qui nihil contra nos moliuntur, bello peccare, non in hoc conſiſtit, quòd impietas idololatriæ, aliorumque ſuorum ſcelerum immanitas digna ſit morte. Hoc enim nemini poteſt non eſſe confeſſum, quandoquidem Chriſtiana reſpublica meritiſſimo eadem crimina morte vlciſcitur. Quarum incaſſum ſeſe diſcruciant qui de hoc concertant. Veruntamen cum vt libro tertio dicebamus, ad rectum iudiciũ duo ſint requiſita, nempe & iuſta cauſa in crimina, & legitima facultas in iudice, ex hoc tota diſputatio pendet, vtrum nos legitimi ſimus eorum iudices, ſuorumque criminum vindices. Nam ex hoc q̃ Deus, totius orbis Dominus, quæcunque voluerit, fuerit vnquam vltus crimina, arguere quod nos idipſum in omnibus infidelibus poſſimus perinde eſt ac ſi arguas, quod cum rex poſſit in toto ſuo regno vniuerſos maleficos extirpare, poſſit pariter vnuſquilibet magnatum qui ſub illo iuriſdictionem habent, territorium alterius ingredi ad id exercendum munus. Aliunde ergo demonſtrandum eſt, ſi verum habet, nos tali facultate pollere. Attamen vt præcedenti libro ſub titulo, de domini diximus, ab hac diſputatione in hoc opere cauſſa duximus ſuperſedendum. Si nobis forſan diuino licuerit libellum de ratione promulgandi Euangelium edere, illic diſputatio hæc pro captu noſtro ſuis numeris abſoluetur.

ARTICVLVS VI.

Vtrum rapina ſit grauius peccatum furto.

QVoniam de furto & rapina in quæſtione præſenti locuti ſumus, quas duas commonſtrauimus eſſe ſpecies, quærere in calce diſputationis conuenit, vtrum iſtorum vitiorum alteri grauitate præcellat. Et arguitur, furtum eſſe peius, tũ quod ſupra rapinam addit fraudem & dolum, quæ per ſe rationem augẽt peccati, tum etiam quod verecundia & metus ex actus turpitudine naſcitur, magis autem pudefiũt homines de furto quam de rapina ergo illud eſt ſceleſtius. Accedit demũ, quod delictũ quod pluribus nocet, eo eſt iniquius, per furtum autem pluribus nocumentum infertur, nempe non ſolum magnatibus, verum & plebeis & cuiuſ-

cuiuſuis claſſis hominibus. Violentia autem & rapina non niſi illis infertur potentatibus qui reſiſtere poſſunt, grauius ergo eſt furtum quam rapina in contrarium autem eſt quod leges acerbius in latrones atque raptores animaduertūt quā in fures.

Ad quæſtionem vnica eademque facilima cōcluſione reſpondetur. Rapina grauius peccatum eſt furto. Concluſio per ea quæ dicta ſunt liquida conſtat. Dictum enim eſt hæc duo in hanc vnam ratio nemo iecti conuenire, quod vtrunque eſt acceptio alieni contra domini voluntatē, niſi quod furtum tollit voluntatē per ignorantiam, rapina vero per violentiam. Violentia autem è regione magis opponitur voluntati quam ignorantia. Nam violentia aperto Marte pugnat contra actum nolendi, ignorantia vero efficit inuolutarium per abſentiam actus. Qui ignorat enim, non vult, ſed qui reſiſtit, contrarie vult. Hac ergo ratione rapina peior eſt. Accedit & ratio iniuriæ, quæ in rapina cumulatior eſt. Nam fur pluris facit rei dominum, quem ſcilicet per metum non audet aperte aggredi, ſed latenter. Raptor vero multo eum minoris æſtimat, ſi quidem abſque metu eum adoritur. Quare non ſolum in bonis lędit, uerum & in honore per ignominiam. Qua etiam ratione contumelia (vt infra dicturi ſumus) peior eſt quam murmuratio. Quin vero accedit tertio, quod non ſolum in bonis externis atque etiam in honore iniuriam infert, verum & vitæ periculum offert. Raptor enim & latro armis vtitur quibus reſiſtentem perimat; Fur autem pauore & metu eſt ſemper pallidus. Atque hac de cauſſa iura ipſa communia quę furibus vitam indulgēt, latrones morti omnino adiudicant, adeo vt neque perfugium ad ſacrum illis ſuffragari cōcedant. Et per hac argumentorum ſolutiones clareſcunt. Nam etſi in furto aliqua ſit fraus, peior eſt tamen audacia iniuriaque rapinæ. Ad ſecundum autem reſpōdetur quod audacia vulgo apud ſenſuales homines pro iudicio fortitudinis reputatur, & ideo fit vt etiam dum facinoribus perpetrandis exhibetur, minus de ilia homines pride fiant, cum tamen argumentū minoris culpæ ſit in ſceleribus metus, qualis eſt infure. Ad tertium denique reſpondetur, quod etſi pluribus per furtum ſoleat nocumentum inferri grauiora tamen per violentiam inferuntur.

QVÆSTIO IIII.

DE IVSTITIA IVDICIS.

ARTICVLVS I.

Vtrum liceat iudici eum qui ſibi non ſubditur, iudicare.

IN IVSTITIÆ quæ facto ſeu in perſonam, ſeu in res committitur, proxima eſt ſpecies illa quæ verbis fit. Huius autem generis illa eſt iniquior, quæ in iudicijs verſari cōſueuit, videlicet tam iudicum culpa, quam teſtium, reliquorumque iuſtitiæ miniſtrorum. Sunt enim perſonæ quinque, videlicet Iudex accuſator reus, teſtis, & aduocatus, quæ quinque depoſcunt quæſtiones. Sed ex illis Iudex eſt cuius crimina grauiora exiſtimantur. Quatuor autem in iudice ſunt neceſſaria, videlicet iudicandi poteſtas, veritas, & forma, & executionis uis, quæ quatuor articulis explicabuntur. Primum ergo vitium eſt, ſi iudicandi, quam non habet, facultatem vſurpet Igitur ut iſtud hoc primo artic. examinemus. Quæritur vtrum poſſit quiſpiam eum qui ſibi non ſubditur iudicare. Et arguitur a parte affirmatiua. Chriſtus quippe qui rex regum erat & dominus dominantium, nulli erat creaturarum ſubiectus, & tamen Pilati iudicium pertulit, qui de hoc reprehendi non ſolet, quod nō ſubditum iudicaret, ſed quod innocentem cōdemnaret, poteſt ergo quiſpiam in alienum ciuem ius dicere. Secundo. Daniel (ut eius hiſtoria capite 14 refert) ſeniores illos falſi criminis teſtes iudicio condemnauit, qui tamen nō prehibetur fuiſſe iudex ergo. Tertio. Iura ſæpe iudici facultatem tribuunt caſtigandi ratione delicti eos, qui licet non ſint ſibi ſubiecti, delinquunt tamen intra limites ſui fori, ergo eum iudicare qui iudici non eſt ſubditus, non ſemper eſt illicitum. In contrarium eſt Gregorius ſuper illud Deuter. 23. Si intraueris ſegetē &c. ubi ait.

Primū argum.

Secūdū.

Tertiū.

Grego.

Fal-

falcem iudicij mittere nemo poteſt in eam rem quæ alteri videtur eſſe commiſſa.

Quæſtioni huic, licet pro argumentorum ratione pluribus videri poſſit indigere, duæ tamen concluſiones ſatisfaciunt, Prior eſt, Nemini fas eſt, quempiam iudicare, niſi eum qui ſibi, vel ſimpliciter, vel tali caſu ſubditus ſit. Probatur: Sententia iudicis eſt quaſi quædam lex particularis de ſingulari reprobata, lex autem (vt ſupra monſtratum eſt) vim debet habere coactiuam, ergo & ſententia, alias fruſtranea eſſet, nulliusque efficaciæ, hanc autem vim habere non poteſt, niſi vel Princeps, vel Reſpublica eiuſque miniſtri, quibus Ciues veluti partes toti ſubduntur, ergo illum quiſque ſolum legitimè iudicare poteſt, qui ſibi ſubijcitur, quippe in quem vices gerit Reipublicæ. idem enim prudentiæ genus, quod ferendis legibus neceſſarium eſt, ſcilicet, præceptorium, neceſſarium quoque eſt, vt ſecundum illas ius dicatur. Nec quidquam ſiquidem vis legibus ineſſet coerciua, niſi in earum applicatione perſiſteret. Hinc iura illa dimanarunt, extra, de iudic. cap. at ſi clerici. ſententia a non ſuo iudice lata, non tenet. Et de conſtitution. libr. 6. capit. vt animarum. Extra territorium ius dicenti, non paretur impunè. Vnde iudex idem eſt quod ius dicens, capitul. forum. de verborum ſignification. & iuriſdicti. tam facultas quam territorium, quod illam comprehenditur. Neque Paulus nos iubet ſubiectos eſſe, niſi poteſtatibus ſublimioribus, hoc eſt illis qui nobis loco, & poteſtate præfecti ſunt. Etenim ſicut orbis cœleſtis non in ſuperiores ſubſtantias influit, ſed in corpora quæ ſibi ſunt loco ſubiecta, ſic neque homo poteſt, niſi ſibi ſubditos, legibus, ac iudicijs gubernare. Hac enim de cauſſa (vt ſupra diximus) homo ciuile animal in ſocietate viuit. Poſterior concluſio. Quatuor modis contigit vnum eſſe alteri ſubditum. Primo ordinarie, veluti illi qui per ſe poteſtatem habet, ſicut omnes Chriſtiani Papæ ſubduntur, & in ſecularibus totum regnum regi. Secundo modo, quia poteſtatem habet legatam, ſicuti prouincia proconſuli ſubijcitur, & prætori Ciuitas. Tertio, eo quod quis ſua ſponte alterius iudicio ſubmittit, vt ille qui arbitrum eligit, & qui iudicium quod retractare poſſet, ſubire mauult. Et quarto, ſi quis in alieno territorio, & quod aiunt, diſtrictu delinquat, vel alia via alienam iuriſdictionem ſubierit.

1. concl. Probatio.

Vltima concluſ.

Per hæc ergo, obiectiones facilè diluuntur. Ad primum nihil aliud reſpondet S. Thom. quam quod ſua ſe voluntate Chriſtus ſubmiſit Pilato a quo iudicatur, exemplo eorum qui arbitrum eligunt cuius arbitrio parere ſtata pœna, obligantur. Eſt tamen in exemplo nonnihil ambiguitatis. Nam ſi ad viuum ſimilitudo exiſtimetur, videtur tum Sanct. Thom. ſenſiſſe quod Chriſtus conſtituerit ſibi Pilatum iudicem conferendo ei nouam poteſtatem, quam non habebat ordinariam, ſicuti qui priuatam perſonam ſequeſtrem ſibi præfecit. Hoc autem falſum eſt. Nam Pilatus poteſtatem illam a Cæſare receperat, atque ideo ab ipſo Deo, illa ratione qua lib. 4. quæſtio. 4. monſtratum eſt, ciuilem Rempublicam per legem naturæ, & gentium a Deo, deriuati. Idque Redemptor ſignificauit Ioann. 19. dicens. Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Hinc etenim ſumitur argumentum aduerſus illos qui dicunt poteſtatem ciuilem deſcendere a Papa, tam quam a Vicario Chriſti. Enimuero non ait niſi tibi datum eſſet a me, ſed deſuper. Chriſtus n. vt ſuperiori libro diximus, non aſſumpſit temporale regnum, ſed temporalium vſum, qui ad ſuum cœlorum regnũ eſſet neceſſarium. Solum ergo vult S. Tho. quod ea ratione qua erat rex regni cœlorũ, ac perinde rex regum, & dominus dominantiũ exemptus erat ab omni humano iudicio, in qua vtiq; exemptione reliquit Vicarium ſuum Pontificem maximum, eiuſque ſubinde inferiores ſacerdotes, ſecundum illud Matt. 17. liberi ſunt filij. Et ideo quamuis potuiſſet retractare Pilati iudicium, ob noſtram tamen ſalutem ſua ſe libera voluntate illi ſubiecit, adigendũ morti. Hinc Caiet. ſibi colligit, Pilatum non peccaſſe vſurpatione iudicij (nã quod peccauerit innocentẽ condemnando dubiũ eſſe nequit) ego tamen non id tã facilè colligerẽ. Sed ſi Auguſt. legitimus rex erat Iudæorũ, nõ peccauit hac rõne Pilatus, qa Chriſtus voluit, & vnus ex Iudæis haberi. Si vero tyrannus erat, eodem modo deliquit iudicãdo Chriſtum, quo iudicando Iudæos, quia Redẽptor noſter nõ indulſit ei peculiarem aliam

Ad primũ arg. S. Tho.

Obiectio.

Solutio.

Caiet.

aliam facultatem. Neque in hoc eum cogitauit S. Thom cum illo conferre qui eligit arbitrium Hic enim poteſtatem iudici cõfert qui ea ante carebat. Chriſtus autem nihil aliud fecit quam quicquid de illo fieret libenter pati. Ex hoc Chriſti exemplo ſit conſequens, Papam eius vicarium qui ſimiliter exemptus eſt, poſſe nihilo ſe eius ſubdere ſe alterius iudicio, idque non modo in foro pœnitentiæ (quo res eſt conperta) verum in foro iudiciali, quod fecit Leo Papa 4. qui, vt legitur ſecunda, q. 7. can. Nos ſi. ſubmiſit ſe iudici Ludouici Imperatoris de rebus quibuſdam iudicandus vt ſeipſum iuſtificaret. Duplex tamen de hac re naſcitur dubium. Prius quod ſequeretur generaliter de quibuſcunque cauſſis poſſe alias ſententiã cogi etiam anathematis, nam eadem apparet omnium ratio, conſequens tamen doctores in quarto ſenten. conſentienter negant, vt S. Thom. diſt. 19. q. 1. art. 3. & Richar diſt. 18. artic. 5. & Petrus de Palud. q. 2. Poſterius dubium eſt de ſubiectionis modo. Videtur inquam quod ſic ſe poſſet alteri ſubijcere, vt eum ſibi ſuperiorem aut æqualem conſtitueret, id autem falſum eſſe inde monſtratur, quod cum ſit Chriſti vicarius non valet alterum eodem loco ſtatuere. Conſequentia vero probatur. Aut enim libera ſua ſubiectio in neceſſitatem tranſit, ita vt cui ſe ſemel ſubdiderit, ſubducere durante iudicio nequeat, & tunc planum ſit illum cui ſe ſubdidit, eſſe ſuperiorem, vtpote cuius poteſtas à Papa non pendet. Si vero ſubiectio non ſit neceſſaria, ſuperuacanea eſt. Ad prius iſtorum pemptа conſequentia, reſpondetur. Haud enim conſequitur, vt quidquid in aliquibus poteſt, poſſit in omnibus ſed eſt regula, quod quamcunque facultatem in ſeipſum in foro exteriori exercere poteſt, valet alteri committere, vt ſi fortaſſe inter ſe & alterum lis conteſtetur, qua ſcilicet debitum aliquod, vel alter ab ipſo, vel ipſe ab altero peti, vel de aliqua ſententia quam ipſe protulerit ad eundem ipſum prouocatio fit, tanquam, ab iniuſto grauamine, ſicut poteſt tunc ipſe de illis cauſſis iudex ſedere, ſic poteſt & eadem alteri cõmittere, ſeque ſubmittere. Ex hoc facit in d. cap. Nos ſi. Excommunicare autem ſeipſum nequit, neque ſuſpendere, neque ſeipſum proprie punire, & ideo neque valet conſtituere ſibi iudicem qui ſe excommunicet, ſuſpendat, aut puniat, ſed ſolum qui ſibi iubeat reſtitutionem facere aut reuocare ſententiam. Alterius argumenti pariter interimitur conſequentia. Haud enim poteſt ſuperiorem ſibi aut æqualem conſtituere. Quapropter cum duplex ſit neceſſitas, altera ſcilicet iuſtitiæ, atque altera ſimpliciter coactionis ſubiectio ſua poteſt priori modo fieri neceſſaria, non autem poſteriori. Poteſt inquam ſubiectionem ſuam pœna vallare & ſtabilire, ſicuti qui ſequeſtrem eligit, tenetur adeo ſubire ſententiam, etiam in foro Dei. Itaque eſſet peccatum mortale non ſtare fidei ſuæ obligaturque pœnam ſoluere quocirca non eſt vana ſubiectio. Attamen neceſſitate coactionis, ita vt poteſtas iudicis non dependeret à ſua nemini ſe poteſt ſubiugare, immo quoties vellet, alterius ſententiam retractare, illiusque reuocare poteſtatem, etſi male faceret, teneret factum. Exiſtit tamen ingens argumentum quod poſſit Papa alteri ſe ſubmittere, non modo in minoribus cauſſis, ſed etiam vt anathemate aduerſus illum procedatur vſque ad depoſitionem. Supponamus enim ex cap. ſi Papa, diſtinct. 40. quod dum hæreſeos labe ſordeſcit, poteſt à Concilio conueniri & deponi, & cum deponendus nequaquam ſit niſi auditus, poterit ſub anathematis cenſura, vt compareat, cogi. Fac ergo ipſum vehementi infamia de hæreſi laborare, ſic vt Concilium iamiam de illa re iudicatur. Videtur ratio perſuadere quod poſſit iudicium circunſpectis viris & grauitate inſignibus delegare. Arguitur enim ſic. Iam tunc iure poteſt fieri reus & cognita cauſſa deponi, idque fieri nequit ſine magno epiſcoporum diſpendio ergo quo illam caueat iudiciorum turbam, poteſt illis negotium committere, qui rem expeditius tranſigant. Secundo arguitur. Lite in conſilio conteſtata poſſunt & concilium & ipſe iudices delegare qui rem peragant, cur ergo ipſe non poterit ſeorſum committere? Reſpondetur neutiquam hoc Papam poſſe. Enimuero poteſtas ille cogendi tunc Pontificem non eſt penes ipſum, quippe qui non poteſt vim coerciuam in ſeipſum exercere, ſed duntaxat penes concilium, & ideo non eſt in arbitrio Papæ talis commiſſio

Corollarium.

Prima dubitatio.

S. Tho. Richar. Petrus de Palu.

Poſtrema dubitatio.

Ad primã dubitationẽ.

Ad alterum dubium.

Argu. 1.

Argu. 2.

Argu. 3.

missio, quia quam non habet potestatem nemini valet dare neq; depositio per suos commissarios facta vllius esset valoris. Cōcilium autem potest & causſam cognoscere & alteri delegare. Posset quis forsan idē & de inferioribus sacerdotibus hæresitare, An scilicet possent sibi sequestres iudices sua sponte præficere? pro eo quod iure vsqueadeo vetitum est in seculare forum pertrahi, vt illis sit adempta potestas renūciandi iuri suo, vt patet extra, de foro compe. c. si diligenti, & latius 11 q. 1. inolita. & can. Placuit. Respondetur nihilominus liberum esse quibuscunque sacerdotibus iudicem sibi arbitrium constituere, cui parere teneantur. Quod enim illis interdicitur non est nisi vt non consentiant in seculare tribunalibus sisti. In secundo argumento de Daniele nihil est difficultatis, quoniam ipse instinctu afflatuque Dei sententiam illam pronuntiauit. Legitur enim ibidem Dominum suscitasse spiritum iunioris. Neque in tertio argumento difficultas vlla est, quæ nunc debeat pertractari. Satis ergo hic fuerit concedere quod qui in alieno territorio & fore delinqui ratione delicti sit illis subditus, vt extra, de raptor. capitul. 1. & ff. de accusa. l. Alterius. Sed præter delictum sunt etiam aliæ causſæ quæ ius faciunt iudici comprehendendi castigandique alienum subditum, vt de foro compet. capit. licet ratione. Excipiuntur autem clerici qui in iudicium seculare deferri nequeunt, de quibus latior pateret nunc campus disputandi si proprius esset hic locus.

Alterū dubium

Respon sio.

Ad secū dū arg. princip.

Ad tertiū arg.

ARTICVLVS II.

Vtrum iudici liceat contra veritatem quam certo nouit, iudicare, quando legitime probatur contrarium.

POst auctoritatem iudicis secundo loco ab illo exigitur iudicij veritas. Et idcirco secundo loco quæritur, vtrū iudici contra veritatem quā certo nouit iudicare, quando legitime probatur contrarium. Et arguitur à parte negatiua. Legitur enim Deut. 17. Venies ad sacerdotem Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui iudicabunt iudicij veritatem. Vsu autem venire solet vt innocens cuius palam iudici innocentia constat, testimonijs falsis ad eius tribunal deferatur, ergo ob talia testimonia non debet veritatem deserere. Secundo arguitur. Homo debet iudicio suo diuinum imitari, diuinum autem semper fit secundum veritatem. Reuelabitur enim ex hoc iustitia iudicij Dei (vt ait ad Rom 2. Pau.) quod reddet vnicuique secundum opera sua. Et de Christo ait capite. 11. Isai. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. non ergo licet iudici falsis testimonijs a veritate abduci. Tertio: Testimonia in hoc sunt necessaria, vt veritas constet, quando autem res est manifesta, nullis opus est testimonijs secundom illud Paul. 1. ad Timot. 5. Quorundam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, ergo quando iudici res est manifeste comperta non opus habet, alienis testimonijs. Quarto arguitur. Iudex condemnando innocētem facit contra scientiam, & conscientia nihil aliud est quam scientia applicata ad opus, ergo facit contra conscientiam, quod proculdubio semper est peccatum, ergo id minime licet. In contrarium autem est auctoritas Aug. super Psalter. Bonus iudex nihil ex arbitrio, suo facit, sed secundum leges & iura pronuntiat.

Primū argu. à parte negatiua.

Arg. 2.

Arg. 3.

Arg. 4.

Augustī.

Quæstio hæc inter doctores tam iuris quam Theologiæ magna ambiguitate cōtrouertitur. Et cum vtrinque sit disputabilis, quam maxime tamen refert eam sciri. Proposuimus autemque sub tenore quo eam interrogat S. Th. scilicet vtrum liceat iudici contra veritatem quam certo nouit iudicare propter contraria testimonia? Includit tamen titulus duas partes. Prior est, vtrum dum euidenter nosset eum quem in vinculis tenet, esse reum, non tamen legitime probatur, imò forte legitimus testimonijs purgatur possit eū condemnare. Et hūc sensum non interrogat S. Th. quia neque de illo dubitatum vnquam est, imò est extra controuersiam id non esse licitū, quoniam forū exterius non extenditur ad crimina occulta, & occulta illa iure censentur, quæ secundū regulas iuris legitime nō

Duplex quæstionis sensus.

D. Tho.

conſtat, ſcientia autē iudicis non reputatur iure ſufficiens teſtimonium, vt habetur c. ſi ſacerdos, de off. iudi. ordi. nam iure naturali ac diuino, in ore duorum vel trium ſtat omne verbum. Alter vero eſt ſenſus cōtrarius, vtrum dum iudici palam conſtat eū qui reus ſit & legitime criminoſus probatur, innocentem eſſe, liceat illi eum condēnare. Et quamuis tantum quæramus an liceat, explorandum tamen eſt an aliquando teneatur. Porro autem quo ordine perſpicaciori procedamus, ea præmittemus, que orbi ſunt in confeſſo virem in vltimas redigamus anguſtias. Et conſtabit reſponſio concluſionibus tribus. Supponitur enim hic primum ex ſuperioribus, iudicem non priuata, ſed publica auctoritate fungi dum iudicat. Ex quo fit non ſuo priuato iudicio ſed communi & publico debere informari. Huic autem ſubnectitur documentum alterum, videlicet duplici ipſum ſcientia vti, vt puta vniuerſali iuris, & particulari facti, quæ quidem ſcientia via ordinaria à teſtimonijs petenda eſt. Habet enim iudicij quæſtio duo membra. Alterum vtrum fecit alterum, quid ergo iuris. Eſt ergo prima concluſio. Scientiam vniuerſalem iuris tenetur iudex ſic ſancte ſequi, vt neque ſuum proprium arbitrium, ſi contrarium eſt, audite poſſit, neque vllas in contrariū probationes admittere. Et ratio eſt, quia ipſe non eſt legum iudex, ſed cuſtos, non. n. ad ipſum attinet iudicare an lex bona ſit, ſed quid iubeat. Et ideo ſi vel auctor vel reus contendunt probare legem non eſſe iuſtam, non ſunt audiendi. Neq; vero in foro conſcientiæ dū lex edicto principis promulgata eſt, poteſt quiſpiam tutto illā tranſgredi, cauſatus non eſſe iuſta, quia nemo eſt illius iudex, niſi forte intollerabilem, eādemque manifeſtiſſimam iniquitatem preſeferret. Secunda concluſio. In particulari facto licet ſcientia à teſtium inſtrumentorumque teſtimonijs petenda ſit, poteſt nihilominus iudex ſuo ſe ingegnio & prudētia iuuare. ſ. in examinandis tam inſtrumētis quam teſtibus. Idque tunc maxime debet, quando ſibi conſtat innocentem calūniarum falſitate præmi. Hanc concluſionē ratio ipſa naturalis innocentiæ fautrix, perſuadet. Quamobrem impendio quam rariſſime vſu venire poteſt vt iudex omnino cogatur innocentem, cuius innocentia ipſi euidens eſt morti addicere. Nam tunc ipſe ſciet, non ſolum teſtes eſſe falſos, verum & quibus vijs poſſint falſitatis deprehendi. Ob idque poterit illos inſtantus interrogare, diſtrictuſque ſcrutari horam, & locū, & formam, illa nimirum prudentia vſus, qua Daniel presbyterorum iniquitatem deprehendit, vt Suſannæ innocentiam patefaceret. Quin etiam ſi Caieta. auſcultandum eſt, debet tunc coram populo iurare illum eſſe innocentem, vtputa quem ipſe eadem hora alio loco viderat. Neque vlla teſtibus tunc iniuiuria irrogatur. Immo cum ipſi ſint iniurij, eorum iniuria refellitur. Et quamuis fortaſſe id bona fide facerent, nulla eis fit iniuria, dum miſeri innocentia protegitur. Haud tamen liceret occultum nocentem prodere. Addidi im ergo vero tertium, quod deberet tunc, ſi profuturum cerneret, in tempus exuere perſonam iudicis, & coram ſuperiori perſonam agere teſtis. Quin etiam ſi citra ſcandalū, optimaque diſſimulatione id fieri poſſet, liceret ei carceres apertos ſecreto dimittere, vt innocens ſe in pedes conferrat. Itaq. (vt dicebam) vix poteſt extrema neceſſitas ingruere innoxij hominis in mortem adigendi. De duobus autem remedijs ac ſuffragijs reliquis ſcilicet an teneatur iudex, aut innocentem ſuperiori remittere, aut officium dimittere, dicemus ſtatim.

Igitur vt ad punctum deſcendamus, vbi neceſſitas contingeret, tunc auctores in diuerſas diſſecantur ſententias, quæ numero ſunt tres. Prima eſt in vno extremo, omnino D. Thom. contraria, Puta quod in nullo caſu ſcilicet, neque in cauſſa ciuili, neque in criminali licet iudici condemnare eum quem euidenter ſcit eſſe innocentem quantumuis legitime proberur reus. Nam citra euidentiam nemo ambigit ſequendum eſſe iudicium publicum. Hanc opinionem ortum traxiſſe arbitror & originem ex Hugone ſuper legem Præton. ff. de iuriſ. omn. iud. Eandem tamen opinionem amplexi ſunt Calderini & Panormitan. ſuper capitulo. Paſtoralis. de offic. deleg. & Summa Angelic. in verbo, iudicare quæſtione ſeptima & Nico. de Lyr. Exod. 23. Secunda opinio vtitur diſtinctione, nempe quod in cauſſa criminali ſiue capitalis ſit, ſiue vllius mutilationis, nequit iudex condemnare innocentem ſecundum allegata & probata. Secus aut, in ciuilibus, puta cum de pecunia

Cāſus legitimus propoſitæ concluſionis.

Primū documētum.

Secūdū Prima conclu.

Rō. concluſiōis.

Secūda concl.

Suadet concl.

Caiet.

Prima opinio.

Hugo.

Calder. Panor.

Summa Angelica.

Nico. Lyr.

cunia agitur, aut de aliarum rerum poſ-
Secũda opinio. ſeſſione. Hæc autem opinio falsò tribuitur Cald. & Panor. qui certius fuerunt primæ ſententiæ, ſed fuit cuiuſdam Rodolphi quem loco citato Angelus citat. In
Rodulphus. quam ſententiam ſubſcripſit Imol. & alij
Ioan. de Imola. Iuriſconſulti ſuper legem, A diuo Pio. ff.
Summa Roſel. de re iudi. & Summa Roſella, & Supplementum. Et hęc media opinio eſt quæ
Suplemẽtum. Adriano perplacuit, in quolibet. q. 6. artic.
Adrian. 3. Sed miror quod hanc aſſerat eſſe Theologorum opinionem. Cum tamen ex antiquis nemo ſit qui non indubie teneat cum S. Thom. immo minus inter omnes habet
Tertia opinio. probabilitatis. Tertia ergo opinio eſt in alio extremo ſecundum quam ſtatuimus concluſionem tertiam. Iudex in vltimas concluſus anguſtias debet in omni cauſſa tam criminali quam ciuili contra veritatem ſibi notam ſecundum allegata & probata ſententiam pronuntiare. Hæc in-
D. Tho. quam opinio eſt S. Thom. 2 2. q. 67. artic. ſecundo & ſuperius quæſtio. 64. articul. 3. ad tertium, vbi exemplum protulit in cauſa mortis, nimirum quod potius eſt morti adiudicandus innocens, quam deſerenda teſtimonia publica. Eademque fuit ſen-
Alexãd. Halenſ. Richar. tentia Alex. de Hales Doctoris grauiſſimi in 3 part. qu. 40. membro 6. art. 2. & Richard. art. 3. qu. 26. & egregij doctoris Pet.
Petrusd Tarãtaſ. de Tarantaſia. Et fuit inter Iuriſconſultos
Bartol. opinio Bar ſuper l. illicitas. ff de offi. præſi.
Ioã. An. & Ioan. Andr. in ſuis Nouellis, titulo de
S. Tho. allegat. vbi recitat opinionem S. Thom.
Pet. Pa. in qua ſe aſſerit. Fuit etiam ſententia
Sylueſt. Petri de Pallud. & Sylue. in verbo, Iudex. 2. §. 5. Quam poſt plurimam auctorum citationem fatetur eſſe opinionem antiquorum omnium Theologorum, iuſque vtriuſque interpretum, contra quam Adrian. affirmat. Cui re vera ſententiæ & rationes conſtanter, & plane iura patrocinantur. In
Auguſt. primis Auguſt. iam ſupra citatus id aſtruit quod bonus iudex nihil ex arbitrio, ſed ſecundum leges & iura pronuntiat. Eiſdem-
Ambro. que idipſum prorſus verbis Amb. ſuper Pſal. Beati immaculati, & refertur 3. qu. 7. c. iudicet. Et 11. q. 3. ca. ſummopere id quo
Gregor. que Greg. l. ff. de offi præſid. l. illicitas. §. veritas. iubetur præſes inſequi quod conuenit eum ſequi. ex fide eorum quæ probantur. Cenſent ergo iura iudici nefas eſſe, niſi ſecundum allegata & probata iudicare i Aii vero fortaſſe quiſpiam hæc citata iura.

nihil aliud definire quam quod iudex debet ſecundum leges, & iura ius dicere, non tamen ſubinde cenſere quod debeat pronuntiare ſecundum allegata & probata, immo iubent vt ſequatur ſcientiam iuris, porro autem ius ipſum (vt patet. Exo. 23.) iubet inſontem & iuſtum non condemnari. Attamen cauillus iſte repulſu facilis eſt. Idem eſt namque iudicare ſecundum iura & iudicare ſecundum allegata & probata. Id enim iura perſancte præcipiunt vt nemo præiudicio hoc eſt incognita cauſſa condemnetur, ſed per legitimos teſtes præcognita. Sed eſt lepida Calderin gloſſa ſuper verbis legis citatę, Illicitas. Iubetur ibi præſes fidem eorum ſequi quæ probabuntur, ait vero ipſe quod tantum admonetur ſequi allegata & probata, quando illa vera ſunt. Sed reſpondeat nobis, qua via debet iudex cognoſcere vera eſſe quæ probantur, niſi per idoneorum teſtium iuramenta. Nam ſi liberum ei poſtea relinquitur negare illa eſſe vera, fruſtranea eſſent teſtimonia. Multo ergo melior eſt gloſſa ſuper illo verbo, cap. 1 de offi. iudi. ordi. quo admonentur epiſcopi iudicare ſecundum quod Canones cenſent, quæ quidem gl. inde plane infert, iudicem debere iudicare ſecundum allegata & probata. Id quod inſuper confirmatur lex diuino documento Deut. 17. vbi admonitione præmiſſa, quod in ore duorum vel triũ teſtium peribit qui interficientur, ſubditur quod iudices ſequantur in iudicio veritatem. Illic ergo docentur iudices illam ſequi veritatem, non quam ipſiſciunt, ſed quam ab ore teſtium venantur. Veruntamen, vt auctoritates rationibus diluciden tur arguitur ratione prima, quæ omnium eſt baſis. Nemo ius habet quempiam condemnandi auctoritate priuata, ſed inquantum publica fungitur, ad iudicium autem requiritur & ſcientia iuris, & facti, ergo & vtraque debet vti publica, non priuata, nẽpe vt ſicut in ſcientia iuris non debent ſequi ſuam opinionem, licet reputet eſſe ſcientiam, ſed auſcultare debet leges, ita neque in cognitione facti ſequi poteſt priuatam ſuam ſcientiam, ſed ſtare tenetur teſtium publicæ fidei, quam leges probã. Secundo arguitur. Per ſuam ſcientiam iudex neminem condemnare poteſt vt ſupra dictum eſt, quantumlibet eũ euidenter nouerit eſſe reũ, ergo neq. poteſt quempiam ab

Cauilla tio. Calderin.

Prima ratio.

Secũda ratio.

ſoluere. Id quod patroni contrariæ opinionis fatentur. Si ergo non poteſt innoxium abſoluere, ſed debet perpetuis vinculis ad ſeruare, & perpetua vincula morti æquiparantur, gratis profecto negatur quin poſſit cum lotis, ab eius ſanguine manibus, lege in ipſum agere. Sed obuias, ergo innocens fuit Pilatus qui ſecundum allegat Chriſtum iudicauit. Nulla ſane eſt conſequentia, quoniam adeo erat Chriſti innocentia, non modo ei, verum & publicitus cunctis euidens, adeoque ſubinde aperta teſtimoniorum falſitas, vt neque Pilatum ipſum celaretur eorum iniquis, ſed poſſet eos facile falſitatis reuincere. Vnde cum dixit. Innocens ego ſum à ſanguine. Iuſti huius, vos videritis, non modo innocentiam Chriſti, verum & teſtimoniorum iniquitatem faſſus eſt. Sed illum morti addixit (vt ex Euangelico comperitur) metu Cæſaris, qui vel nomen ipſum regis abhorrebat, & inſimulatus eſt Chriſtus, quod ſe regem facere. Quin vero & idem metus ne venirent Romani & Iudæorum gentem collerent, eorum inuidiam exacuit vt cum reum agerent. Tertio arguitur ex fine publicæ auctoritatis. Publica iudicia ob tranquilitatem & quietum ſtatum reipublicæ conſtituta ſunt, atque eo pacto vt nulla ſit paula iudici via declinandi, vbius libuerit, à veritate. Si autem non teneretur ſecundum allegata iudicare, pax illico reipublicæ turbaretur. Nam cum populus de occultis non iudicet, videns non ſtari publicis probationibus non poſſet non iudicem proclamare, tunc præſertim vbi de re atrocilis eſſet, vt de vrbis proditione, aliaue ſimili Præterea, iudici ſemper relinqueretur via excuſandi ſe ab exequutione iuſtitiæ, per hoc quod diceret ſibi parere contrariam veritatem. In ſumma neceſſarium eſt vt iudex qui in oculis ciuium ius dicit, ſententiam ſuam populo perſuadeat, eatenus ſaltem vt conuincatur ſecundum iura fuiſſe prolatam quod facere nequiret, niſi ſecundum allegata iudicaret. Quarto, ſi (vt exempli gratia dicamus) certum eſſet duorum alterum, videlicet Petrum aut Paulum hæreſim ſeminaſſe, lateret tamen vter eorum id feciſſet, & Petrus vere reus, confiteretur ſacramentaliter in aureum iudicis hæreticæ prauitatis & poſtea Paulus innocens deferretur de illo crimine, cuius vtique innocentia eidem inquiſitori conſtaret, tunc profecto inquiſitor perplexitate teneretur anceps. Nam ſi Paulum condemnare nequiret, ſecretum confeſſionis reuelaret, fieret enim inde compertum Petri crimen. Sunt autem qui ex his omnibus elabũtur, reſpondentes quod iudex in caſu quo innocentem euidenter nouit legitimis teſtibus accuſari, debet illum ſuperiori remittere. Idque S. Thom. qu. 64 art. 6. ad tertiũ, admonet. Hoc autem remedium quod licitum ſit, non eſt dubium. Nam quamcunque cauſſam poteſt inferior ſuperiori remittere. Et fateor præterea quod dum inſignis perſona de aliquo infami delicto accuſaretur, illo diuerticulo pius iudex debet ſubterfugere poſtquam omnia alia intentata remedia nihil prodeſſent. Attamen quod illud ſit neceſſarium, non video. Nam primum inferior iudex legitimam habet auctoritatem terminandi cauſſam ſecundum allegata. Mox remedium illud tenuiſſimum eſt, immo inane, quoniam cum ſuperior rei neſciat innocentiam, nõ poſſet ob teſtimonium inferioris eum abſoluere, ſed debet aliorum teſtium iureiurando ſtare. Et ideo perinde eſſet ſuperiori remittere, ac ſupplicio offerre. Quare ſi non liceret eum occidere, conſequens apparet quod nec deberet eum tradere ſuperiori, ſed eum liberare. Præterea, quæſtio inſtauratur de ipſo ſupremo iudice apud quem delatus eſt miſer, quem ſcit eſſe innocentem, accuſatus tamen de grauiſſimo crimine, adeo vt citra graue ſcandalum ne queat illũ vita donare. At vero ſupremus iudex multo plura habet remedia. Nam poſſet teſtes vrgentius deterrere, poſſetque excogitare alias vias quibus innoxiũ à tanto eriperet periculo. Præſertim cum (vt ar. 4. videbimus) poſſit etiam dãnato ad mortem vitam concedere. Alterum ſubterfugim eſt, quod debet tunc iudex magiſtratui cedere. Quin alij aiunt teneri citius omnium ſuorum bonorum diſpendium facere, quam illum occidere. Hoc autem profecto multo eſt improbabilius, quã id quod proxime tractabamus, tũ quod remedium illud inutile eſt, tum præcipue quod nemo tenetur tam ingenti ſuo incommodo damnum, quod ipſe non dedit, in fratre cauere. Etenim quod homo qui officio ſuo viuit debeat tantam iacturam facere, durũ creditu eſt. Eo vel maxime quod ſi cũ

Obiectio. Solutio. Tertia ratio. Quarta ratio. Quorũdã euaſio. D. Tho. Prima ratio. Secũda ratio. Alterũ ſubterfugium. Republica.

nequit ſupplicio tradere, potius debet mortem ipſe perpeti, quàm in eum capitis ſententiarum proferre. Quod nimis eſt creditu rigidum. Hinc fit noſtrum Sylueſtrum, licet opinionem S. Tho. viſus ſit defendere, id tamen non optima fide feciſſe. Ait inquam quod iudex tenetur occidere innocentem, quando neque ipſum poterit ſuperiori remittere, neque ſuum officium dimittere. Hoc enim ſecundum S. Tho. nuſquam dixit. Et tunc nulla profectò eſſet noſtra opinio: quia cùm quicũque poſſit officium ſuum dimittere, ſemper in promptu eſſet remedium hoc.

Sylueſt. nõ ſatis plenè mẽtem D. Tho. aſſequutus eſt.

Ad primũ arg.

Sunt nihilo ſecius argumenta non infirma contra hanc ſententiam. Diluamus autem illa prius, quæ Sanctus Thom. adducit in ſuis ſolutionibus. Ad primã auctoritatem Deuteronom. qua iubetur iudex veritatem iudicare, iam reſponſum eſt veritatem illic eam cẽſeri, quæ in ore duorum vel trium teſtium conſiſtit. Et ad ſecundũ reſpondetur quòd Deus, qui nullo extraneo indiget teſtimonio, ſed ſua infinita ſapientia omnia penitiſſimè nouit, & pariter Chriſtus inquantum homo, rectiſſimè iudicant ſecundum propriam ſcientiam. Secus autem humani iudices, qui mendicatis publicis teſtimonijs ſtare tenentur: quippe quibus iudicibus aliter nõ haberetur fides. Ad tertium reſpondetur, quòd quando res eſt manifeſta, non iudici tantum verùm publicitus non opus eſt teſtimonijs. Secus quando ſoli innotuit iudici. Ad quartũ ſunt qui reſpondeant, non eſſe abſurdum in perſona publica facere contra conſcientiam ſecus ſi eſſet priuata. Attamen iſti non ſunt in Theologorum ſcholis verſati. Quoniam agere contra cõſcientiam intrinſecè malum eſt: quia eſt agere id quod agens exiſtimat eſſe malũ. Et ideo negatur, iudicem agere contra cõſcientiam. Non enim agit contra conſciẽtiam, qui tantum agit cõtra ſpeculatiuam ſcientiam, ſed qui agit contra practicam. Iudex inquam, facit contra illam ſcientiã, hic eſt innocens non tamen contra iſtam, non eſt occidendus. Immo rectè iudicat eſſe occidendum propter idonea teſtimonia: vbi verò iudex opinionem haberet perſuaſam, noſtræ cõtrariam, cenſeretque ſubinde neutiquam innocentem eſſe condemnandum nullatenus poſſet contra talem conſcientiam eum morti tradere. Hic enim hanc tantùm veritatem definimus, quod innocens in tali caſu ſit condemnãdus: quod autem contra conſcientiam facere nemini liceat altera ueritas eſt. Accumulantur præterea alia argumenta nẽpè quintum, ex illo Exo. 23. Insontem & iuſtũ non occides. vbi Nicolaus negat opinionẽ Sancti Thomæ. Ad hoc tamen reſpondetur, priuatis perſonis ſimpliciter iuſſum eſſe: publicis autem poteſtatibus non ille reputari debet inſons, quem publica teſtimonia ſontem faciunt. Ob idque iudex cum publico muneri impendit operam, quia tunc ex intentione non occidit innocentem, ſed debitum officij ſui, quidquid ſequatur, perſoluit, nullatenus peccat, ſed ſtudiosè agit: ſicuti ille qui tutamine inculpatæ tutelæ aggreſſorem interficit. Et per hoc ſoluitur aliorum argumentum. arguẽtium hoc eſſe contra ius naturale. Ille enim qui falsò accuſant, ius violant naturale ſi ſcienter hoc faciant: nam poſſunt id bona fide facere. Iudex autem potius ius idem tranſgrederetur niſi debitum officij ſui præſtaret: quod iure naturæ ob commodum bonum conſtitutum eſt. Hæc argumenta communia ſunt primæ, ac ſecundæ opinioni. Aliud eſt quo Adrianus peculiariter vtitur, vt ſuam mediam perſuadeat. Nullus mortalium eſt dominus vitæ humanæ, ſed ſolus Deus; nemini ergo fas eſt innocentem perimere. Secus, inquit, de bonis temporalibus, quorum homo eſt dominus. Potuit quippe, ait populus conſentire vt dum quiſque innocẽs ciuilis cauſa legitimè accuſaretur, qua deberet bonis præcisè externis, multari, innocens ille conſentiret propter allegata & probata. Hæc autẽ opinio omnium eſt incongruentiſſima, neque vllo ſuſtentaculo fulcitur. Nam quòd ait neminem ius habere ſuæ vitæ, aut membrorum, hoc duntaxat probat auctoritate priuata nemo põt ſe, aut, niſi vim vi repellendo, alium interficere. Secus autẽ de perſona publica, quare iudici in tali caſu publica idoneaque teſtimonia ius faciunt occidendi innocentẽ. Mox reuincitur Adrianus: Si nõ poſſet innocens damnari in cauſſa criminali, profectò neque poſſet in ciuili. Quia ſicuti iudex facultatem non habet vita priuãdi hominẽ, niſi p crimine: ita neq; externis bonis. Vñ

Ad tertiũ arg.

Ad quartum.

Primũ argum. contra poſitam cõcluſionem.

Solutio.

Argum. ſecundũ.

Adriani opinio ĩ cõgruẽtiſſima.

Ratio ĩ Adrian.

enim ipse illum populi consensum piscatus est? eò præsertim quòd (vt sæpe dicere consueuimus) posset esse tam ingens bonorum cumulus, qui vitam priuati hominis adæquaret. Nullum ergo profectò argumentatio aculeū habet, aut pondus aduersus hanc D. Tho. quàm plerique meritissimò amplexi sunt opinionem, nisi illud quod à pietate sumitur. Videtur enim animus extimescere innocentem mori adigere. Hoc autem solum persuadet, quod lit impendio quàm maxima adhibenda diligentia, & cura in eius tutelam: non tamē quòd eius caussa deferendæ sint leges, deferendaque tranquilitas publica. Est enim lex omnis humana, quantumuis iusta nihil aliud quàm cribrum expurgandi tritici: quæ nequit sic exactè iusta, & iniusta discernere, quin cum purgaminibus nōnulla quandoque decidant grana. Veruntamen hoc non est prætereundum argumētum, quod posset quospiam decipere. Argumentum autem est: Vbi lis esset de aliqua condemnanda propositione hæreseos nota, & doctores plurimi decepti illam dānarent, Papæ verò aut iudici episcopo, cui dens esset illius veritas, neutiquam subscribere in aliorum sententiam posset; sed deberet constanter suam retinere veritatem: ergo similiter iudex nequit contra sibi cōpertam veritatem testium probationibus auscultare. Respondetur nullam esse rerū similitudinem. Veritatem enim nullatenus abnegare licet: iudex autem dum morti addicit innocentem, nihil asserit falsi. nam pro toto mundo non deberet affirmare illum esse in culpa: sed facto profitetur damnandum esse idque uerum est, quia testimonia illum morti offerunt.

Aliud argumētū cōtra cōclu.

Respōsio.

ARTICVLVS III.

Vtrùm iudex absque accusatore possit quempiam iudicare.

TErtium quod ad iudicis rectitudinē requiritur, est forma iudicij. Circa quam quæritur, vtrùm absque accusatore possit reum quempiam iudicare. Et arguitur à parte affirmatiua, tam Dei exemplo, quàm sanctorum: Deus nulla præuia accusatione delictores castiga: iustitia autē nostra à sua deriuatur: ergo & nobis id licet

Primū argum.

Arg. 2.

Secundò idem ostenditur in Daniele, ut eius historia refert. capit. 13. qui accusator vnà fuit & iudex. Tertio arguitur: Accusator in hoc necessarius est, vt crimen in aures deferat iudicis: potest tamen alia via in eius notitiam peruenire: ergo non semper necessaria est accusatio. In cōtrarium est Ambrosius super Apostoli sentētia de fornicatione. 1. ad Corinth. 5. vbi ait: Iudicis non est sine accusatore damnare: quia dominus Iudam cum fuisset fur, quia non est accusatus, minimè abiecit.

Arg. 3.

Ambrosius.

Breuissima est quæstio, vnaque hac conclusione contenta: Iudex in criminibus nequit quempiam iudicio condemnare, nisi accusatum. Ratio est quòd cum iudex interpres sit iustitiæ, ad quem secundum Arist. 5. Ethicor. veluti ad animatum iustū recurritur: iustitia autem hominis non ad eundem ipsum, sed ad alterum sit, sit vt iudex inter duas partes iudicaturus sedeat. actorem scilicet, uel accusatorem, & reum. Accedit auctoritas Actuum 25. vbi ait Festus, Non est consuetudo Romanis dānare aliquem hominem prius quàm is, qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumque se defendendi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obijciuntur. Occurrit autem illico argumētum contra formam huius conclusionis, quæ angusta stricta que nimis esse videtur. Arguitur inquam cōtra: eadem est ratio criminalium cantum & ciuilium: cur ergo strictim dictum est, in criminibus, ac si in ciuilibus minime esset accusatio necessaria? Respondemus, D. nobis Thom. innuisse formam. Ipse autem. si Caieta. fides haberur exemplum in criminalibus posuit, eò quòd in illis requiritur delictoris præsentia: & ideò euidētius illic patet accusationis necessitas. Attamen expositio hæc non facit satis: deberet enim conclusionem ponere, quæ latè patebat. Ratio ergo S. Thom. fuit quod licèt in omni iudicio præter iudicē necessariæ sint duæ personæ: in causa tamen ciuili, vbi nō petitur delinquentis suppliciū sed rerum restitutio, patētissimum erat iudicium iuri non posse sine parte res suas petente, quæ quidem accusator nō dicitur, sed actor. Et ideò qō particulariter mota est de accusatore, de quo in dubium uenire poterat, an esset necessarius: propterea qp iudex munere suo vī posse crimina vindicare.

Arg.

Caieta.

Vera solutio.

Argu.2. dicare. Arguitur autem præterea contra concluſionem ius naturale non vetat, quo minus poſſit poteſtas publica, nulla expectata accuſatione pernicioſum hominem extinguere. Nam & paterfamilias, & monachorum præfectus poteſt familiam ſuam abſque illa iudicij forma caſtigare, nulla ergo debuit lex humana illud prohibere. Reſpondetur quòd licet ius naturale

Reſponſio. id expreſsè non prohibeat, eſt tamen vtroque humano iure ſanctè prohibitum, vt extra, de accuſa. cap. ſi legitimus & l. illicitas ſuprà citata. ff. de offi. præſi. & ff. de mune. & hono. l. reſcripto. Si quis accuſatorem non habet, ab honoribus prohiberi non debet. Et alijs Romanorum legibus, quas inſinuauit ille Feſtus loco citato in Actibus Apoſtolorum. Ad quas leges alludere viſus eſt Chriſtus Ioann. 8. Nemo te condemnauit mulier? neque ego te condemno. Et eſt naturali iuri apprimè conſonum. Satis enim reipublicæ pax cuſtodi tur & quies, ſi qui accuſatione, aut proclamatione delati fuerint in iudicium, in conſpectu populi afficiuntur ſupplicio. Nam ſi iudex accuſatoris ſimul, & vindicis perſonam gereret, via calumnijs ſterneretur. Debet ergo iudex tertius eſſe inter duas

Ariſtot. alias perſonas arbiter. Quare Ariſto. 5. Ethico. cap 4. ait eum eſſe mediatorem. At verò paterfamilias, qui vi non vtitur coerciua, neque capitali ſententia ferire poteſt, hac non indiget accuſationis ceremonia. Sicuti neque monachorum prælatus in delictis minoris momenti, quæ, ceu pater caſtigare debet. Idque iuris habet pōtificum cōceſſione, quorum auctoritate monachales inſtitutiones firmitatem habent. Quin vero & extra religiones in leuioribus non opus eſt ſtricta accuſationis forma, vt habetur l. leuia ff de accuſat. vbi leuia audire, & diſcutere de plano iubentur. At verò grauia crimina quæ ſine delinquētis infamia puniri nequeunt, nempè vbi carceribus opus eſt, neq; in monachorum clauſtris vindicari poſſunt, niſi accuſatione præuia.

Ad primū arg. Reſpondetur ergo ad argumenta. Etenim quæ Dei, ſanctorumque exempla in contrarium obiecta ſunt, nihil contra mouent. Deus ſiquidem nullo opus habet accuſatore, cò quòd & omnia nouit, & pro ſua abſoluta potentia, ſummaque æquitate, neque minimam culpam impune permittit. Tametſi nihil ſine accuſatore puniat. Creauit enim rationē noſtram adeò culpæ inimicam, vt conſcientia ipſa criminoſi ipſum ante diuinum eius tribunal iugiter accuſet, vti ad Rom. 2. doctor eſt Pau Paulus.
lus Præterea & factum ipſum, quod etſi ſit latentiſſimum, ipſi tamen patentiſſimum eſt, pro accuſatore eſt ante eius conſpectū. Vnde Gen. 3. quaſi Adę præuaricatio eum ad ſuum tribunal detuliſſet, in iudicium euocauit dicens, Adam vbi es? & c. 4. Vox ſanguinis fratri tui Abel clamat ad me de terra. Et cap. 18 in Sodomorum vltione: Deſcendam & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Quin verò forma finalis iudicij futura videtur cum accuſatione: vt habetur Matt. 12. Viri Niniuitæ ſurgent in die iudicij cum generatione iſta, & condemnabunt eam Regina Auſtri, &c. Atque eadem ratione Daniel quoniam Dei augebatur auctoritate, & apulſu, potuit eoſdem ſenes, & reos accuſando facere, & morti addicere condemnando.

Ad tertiū arg. Ad tertium reſpōdetur, præter hominē, cuius proprium eſt accuſandi munus, quatuor exiſtere alias cauſſas, quarum quælibet locum ſibi vendicat accuſatoris. Prima eſt manifeſtarium crimē, quod notorium appellant, puta vbi quis in conſpectu populi, vel iudicis cum legitimis teſtibus delinquit, tunc enim non alius præſtolandus eſt accuſator, ſecundum illud Pauli 1. ad Corinth. 5. Quorundam peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad iudicium. Vnde gloſſa Auguſtini ſuper locum citatū Gen. 4. de ſanguine Abel: Et refertur extra, de Auguſt.
accuſat. euidentia patrati ſceleris clamore accuſatoris nō indiget. Idemque habetur 2. q. can manifeſta. Secunda cauſſa eſt infamia, vel indicia, vel clamoroſa inſiuatio. Hæc enim vicem habēt quodammodo accuſatoris. Non quidem vt iuſta ſint cauſſa reum in ſupplicium rapiendi, ſed via inquiſitionis re prius explorata & diſcuſſa, iuxta formam capitulorū, qualiter & quando. &, Inquiſitionis. extrà, de accuſatio. Tertia cauſſa eſt, quando quis iudici denuntiatione iuridica denuntiatur, quæ ad vindictam tendit, qualis ſit inquiſitoribus hæreticæ prauitatis. Tunc etiam via inquiſitionis, proceditur ad cognitionem cauſſæ, & vltionem criminis. Eſt enim illa denun-

tiatio hoc tantum ab accuſatione differēs, quòd qui denuntiat non tenetur probare, alias nemo denūtiare auderet. Quarta denique cauſſa eſt, dum quis fraterna correptione præmiſſa euangelicè denuntiat fratrem prælato vt patri. Tunc enim ſi denuntiatus fuerit dicto audiens, non licet prælato ad pœnas & infamiam procedere, ſed illic ceſſare debet vbi correptus frater, correptus ſubinde apparuerit. Nam illuc tendit ille proceſſus. Sin verò rebellis extiterit, tunc rebellio accuſatoris vicem gerit, vt poſſit prælatus in eum lege agere, vt infra latius patebit. Hæc enim non eſt hic locus emunctius examinandi.

ARTICVLVS IV.

Vtrum iudici liberum ſit pœnam iuris relaxare.

Primū argm. QVartum denique quod in iudice requiſitum eſt, ad iudicij pertinet executionem. Et ideo videre reſtat, an liceat iudici pœnam relaxare. Arguitur ergo à parte affirmatiua. Admonuit nos Iacobus capit. 2. iudicium ſine miſericordia ei manere, qui miſericordiam non fecerit, ergo non ſolum pœnam iudici miſericorditer licitum eſt relaxare, verūm etiam debitum. Secundò, id confirmatur Dei exemplo, qui (vt habetur Ezechiel. 18.) non vult mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat. Tertiò: Id quod alicui prodeſt, nemini verò nocet quicumque iuſtè præſtare poteſt, ergo ſaltem vbi qui iniuriam paſſus eſt, noxiam condonat, poterit & iudex remittere noxam. In contrarium ſunt legis teſtimonia. Legimus enim Deute. 13. de idololatria: Non parcat ei oculus tuus vt miſereatis & occultes eum, ſed ſtatim interficies eum. Et de homicida. c. 9. Morietur, neque miſereberis eius.

Secūm.

Tertiū.

Diſtinctio. Ad quæſtionem hāc, quæ facillima eſt, ſuppoſita diſtinctione per duas concluſiones reſpondetur. Alia enim eſt longè ratio ſupremi iudicis, puta principis, penes quem ſumma eſt imperij, à ratione inferioris, qui ſeu eius miniſter, exequendis duntaxat legum ſanctionibus deputatus eſt. Prima ergo eſt concluſio. Antequam pars læſa iniuriam remittat, nullus iudiciū ſiue ſummus ſit, ſiue infimus remittere poteſt pœnam. Probatur. Duplici enim nomine tenetur iudex ſceleroſum ſupplicio tradere. Priori, quia cauſſam definire debet inter ipſum, & accuſatorem. Poſteriori quia miniſter eſt reipublicæ, qui non priuata, ſed publica poteſtate vindex eſt iniuriarum, quæ in ipſam fiunt. Nam qui ciui iniuriam infert, reipublicæ ſubinde candē impinguitur. Igitur iudici duplex obſtat impedimentum ne valeat à noxa abſoluere reum, alterum ex parte accuſatoris, atq; alterum ex parte reipublicę. Quocirca quā diu qui iniuria affectus eſt, in accuſatione perſtiterit, non fit iudici liberum reum indemnem ſeruare. Ob id quod, ceu iuſti cuſtos, tenetur vnicuique ius perſequenti ſuum reddere, & ſi contrarium faceret, perinde atque ille delinqueret, qui de alieno miſericors eſt, teneretur que ſubinde ad reſtitutionem tam iniuriæ quam damni. Vnde 5. Ethicorum Ariſtoteles capite 5. Quando homines, inquit, vident non ſibi per inflicta ſupplicia compenſari iniurias, in ſeruitute ſe viuere arbitrantur. Poſterior concluſio. Poſtquam accuſator ab accuſatione contentus deſtiterit, in arbitrio eſt ſupremi iudicis pœnam iuris relaxare, aut commutare, tale autem arbitrium inferiori non committitur. Poſterius hoc membrum inde fit planum, quod iudici inferiori præſcriptus eſt à ſuperiori agendi modus, & ideo ſic legibus alligatur, vt nequeat earum præſcripta exire. Vnde ſuper illud Ioannis decimo. Non haberes ſuper me poteſtatem vllam, ait Auguſtinus. Talem Deus dederat Pilato poteſtatem, vt eſſet ſub Cæſare, ne ei omnino liberum eſſet accuſatum abſoluere. Prius autem concluſionis membrum ex eo veritatem ſortitur, quòd princeps non tantum eſt legum cuſtos, verum diſpenſator. Non inquam abſolutus, vt poſſet illas pro arbitrio ſuo veluti pallium ſuum diſpendere, ac diſſipare: ſed tam poteſt vbi decere videbit, aut bono publico expedire, in legibus diſpenſare. Quo fit vt accuſatore deſiſtente, & veniam ei, quem accuſabat deprecante, non ſubinde obligatur princeps pœnam condonare, ſed eſt in arbitrio ſuo illam infligere. Quin verò

Prima concluſ.

Probatur concluſio.

Ariſtot.

Vltima concluſ.

Probatio.

Auguſt.

meritis

merita rei debet perpendere. Et posset esse ille tam scelestus, vt debeat supplicio eum addicere: quod si non faceret, iniurius esset reipublicæ: vtputa quando publicus esset sicarius, aut latro, vel studio sceleroſus. Secus quando vnum pro humana fragilitate commisit crimen. Sed nunquid non posset reus, qui vnicum fecit humanum delictũ tam insigniter esse reipublicæ utilis, vt etiã reclamante accusatore posset vita donari? Respondetur hoc impendio quàm rarissimè licere: nihilominus vsu venire posse, vt deceret principem (quod habetur 2. quæstione 7. capit. si quem pœnituerit.) accusationem abolere, & accusatorem compellere, vt prudentum arbitrio alia satisfactione esset contentus, vt persona, vel ad bellũ gerendum, vel ad alia munera egregiæ cõmoda seruaretur.

Scrupulus.

Solutio.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur argumentum respõdetur quòd personis priuatis quàm rarissimè, immo vix potest in remittendis iniurijs excessus contingere: adeò nos districtè commendauit Christus inimicorum dilectionem. Publicis autem magistratibus, quia patroni, & protectores iustitiæ sunt, præscripta est linea inclinandi in misericordiam. Debent quidem genere suo esse clementes, neque causas disquirere, technasque innectere trucidandi homines. Immo quod Aristot. etiam 5. Ethic. agnouit, & est inter regulas iuris, debet esse clemẽtior ad minuenda, mitigandaque supplicia quatenus tamen fert ratio iustitiæ & legis. Inde enim exilire, non est clementia, sed clades publica. Quin uero & illi, qui pietatis obtentu nimium procurant malefactores è iudicum manibus eripere, non putent egregium pietatis opus exhibere: inferunt enim sæpe iustitiæ violentiam. Neque illic locum habet exemplum Christi, suis crucifixoribus veniam a parte deprecantis: quippe quod ad culpæ remissionem pertinebat. Et perinde respondetur ad secundum, quòd cum Deus sit in quem primum, præcipueq; peccatur, post remittere culpam, & pœnam, vt ei placitum fuerit. Tametsi vbi ait, Noli mortem peccatoris, de æterna id intelligit: ob idque subdit, sed ut magis conuertatur & viuat, videlicet spirituali uita. Pœnam autem iam nemini relaxat, præterquam in sacramento, nisi secundum opera & fructus pœnitẽtię.

Aristot.

Ad secũdũ arg.

Ad tertium autem iam responsum est, q̃ iudex remittendo pœnam, etiam accusatore cessante nocumentum infert reipublicæ, quatenus metum de medio tollit, quo homines arcentur a malo. Vnde Deut. 13. Post pœnam seductoris subiũgitur: ut omnis Israel audiens timeat: & nequaquam ultra faciat quidpiam huius rei simile.

QVÆSTIO V.

DE IVSTITIA ACCVSATORIS.

San. Thom. 2. 2. quæst. 68.

ARTICVLVS I.

Vtrum quispiam teneatur alium accusare.

SEcunda persona in iudicio est actor, vel accusator: nam nisi ille qui noxius est ab alio in iudicium deferretur, nunquam ipse veniret. In accusatore autem quatuor sunt considerãda, scilicet obligatio, forma, iustitia, & pena si iniustè accuset: de quibus ideo quatuor extruuntur art. Primò ergo quæritur vtrum quispiam teneatur quempiam accusare. Et arguitur à parte negatiua. Primo, quia Matth. 6. iubemur debitoribus nostris dimittere debita. Et ad Rom. 12. Non defendentes, hoc est non vos uindicantes carissimi: sed date locum iræ. Secundo: Amicum in iudicium traducere amicorum fidei derogat: ergo id minimè fas est. Tertiò: si accusatio esset uirtutis præceptum, nemo inde excideretur: multi autem ab accusatione repelluntur, vt secunda quæstione septima, latè patet de excommunicatis & infamibus, ergo non est præceptum. Quarto: Si tale esset præceptum, illud potius officium deberemus prælatis & amicis persoluere: sed eadem causa & quæstio prohibentur subditi, nisi in certis casibus, Prælatos accusare. Et præterea clerici accusari a laicis, & illos accusare: & maximè in causa sanguinis: vt patet Concilio Toletano quarto. 22. quæstio. 8. cano. his, a quibus. & cano. clericis.

Quatuor in accusatore cõsideranda.

Primũ argum.

Secũdũ.

Tertiũ.

Quartũ.

Cõcilium Toletanum.

ricis,atque alibi crebro, ergo non eſt præ-
Quintũ. ceptum.Quinto. Accuſator aſtringitur cri
men probare, alias pœnam talionis ſubiret
nemo autem eogitur tantum ſubire peri-
culum,ergo nemo accuſare compellendus
eſt.In contiarium eſt illud Leuit.5.Si pec-
cauerit anima, & quis audierit uocem iu-
rantis,teſtiſque fuerit,quod ipſe vidit, aut
conſcius eſt, niſi indicauerit, portabit ini-
quitatem ſuam.

Præſentem quæſtionem in Relectione
noſtra de tegend & detegẽd ſecretis,quin
tam fecimus vbi eam ad amuſſim diſputa-
uimus, Nihilominus non poſſumus non
huc aliqua conferre ne iſta lacuna interci-
ſus appareat præſens tractatus. Reſponde-
tur ergo ad quæſtionem,diſtinctione præ-
Diſtin- miſſa, duabus concluſionibus. Eſt enim
ctio. differentia inter fraternam denunciatio-
nem, & iuridicam accuſationem, quæ ex
parte finis ſumitur. Denunciatio enim il-
luc tendit,vt correptus frater corrigatur &
emendetur. Quare (vt dicebamus) illo
obtento ſcopo,non eſt ulterius progrediẽ-
dum. Accuſatio vero ad hoc initur,vt reus
puniatur, idque præſertim in bonum pu-
blicum,ut quies reipub.conſeruetur, neq.
Quid de eius decor ſordeſcat. Vnde denunciatio
nuncia- fraterna eſt criminis delatio ad prælatum,
tio fra- veluti ad patrem correctionis gratia. Ac-
terna. cuſatio uero eſt crtminis delatio ad iudicẽ,
Quid ac veluti ad perſonam publicam uindicatio
cuſatio. nis gratia. Prior ergo concluſio eſt. Vbi
Prima quis ſcelus nouerit in reipublicæ perniciẽ
concluſ. ire, quod idoneis teſtibus probare potue-
Proba- rit, tenetur noxium accuſare. Probatur:
tio cõcl. Criminum uindictæ, quæ in hoc ſeculo
fiunt,non propter ipſas expetẽdæ ſunt ve
luti vltiones in odium, exitiumque malo-
rũ;illiuſmodi enim pœnæ infernales erunt
vbi tempus aduenerit plenariæ retributio
nis,ſed ſunt tam quam medicinæ procurã
dæ, vel ipſius qui ſupplicio afficitur,vel bo
ni publici, nimirum ut earum metu homi
nes in officio contineantur, ne commune
bonum perturbent,quicunque ante bono
communi ſuccurrere conſtringitur ueluti
pars toti, ubi viderit, uel contagione infi-
ci,vel ſceleribus corrumpi,id vero fieri nõ
poteſt, niſi per publicam poteſtatem, ad
quam accuſatione crimina deferuntur,er
go quiſque ut tali caſu tenetur pernicio-
ſum accuſare. Duæ ergo conditiones coi-
re debent ut obligatio enaſcatur accuſan-
di,ſcilicet vt crimen exiſtat contra bonum
publicum, & probari poſſit. At qui hinc
conſequitur poſterior concluſio. De pec
cato, quod vel in cladem reipublicæ non
vergit,uel idoneis teſtibus probari non po
teſt,nemo iure naturali accuſare tenetur.
Prior concluſionis pars probatur.

Nam cum quiſque ſit ſuorum bonorum
dominus, etiam famæ & honoris,vt lib.4.
quæſt.2.o ſtenſum eſt,poteſt illa remittere,
tum dicto Chriſti audiens ſit,quo nos tan-
topere ad dilectionem inimicorum ani-
mauit, tum etiam ad redimendum tẽpus.
Et in hoc caſu intelligitur lex unica, C.vt
nemo inuit. agere, uel accuſa.cog. Et eſt
expreſſa ſententia S.Thom 2.2. non ſolũ, S. Tho.
quæſt.68.ubi hoc tractat,uerum quæſt.73.
artic.3. ubi ait,cuiuſque arbitrij eſſe detri-
mentum ſuæ famæ pati,niſi hoc uergat in
periculum aliorum. Secundam partem
probat S.Thom.quia nemo ad id tenetur Ratio S.
quod perficere nequit:& ideo cum in accu Thom.
ſatione neceſſaria ſit probatio, qui proba-
re non poteſt, accuſare non cogitur; eo
præſertim ne periculum ſibi creet,vel talio
nis,uel alterius damni ſi in probatione de-
fecerit. Dixerim iure naturæ,ne litem aliã
deſcendamus,utrum hæredes occiſi teneã-
tur iure ciuili homicidam accuſare, ſecun-
dum opinionem Bart.ſuper legem. In eũ.
ff.de accuſatio. ne ius hæreditatis amittãt.
Cuius tamen contrarium ſentire uidetur,
l.diui fratres,eodem & Codic.citata,ut ne-
mo inuitus, lege unica.

At uero quo prior concluſio explicatius
euoluatur, arguitur contra eam. Nullum Arg. in
eſt peccatum,quod non offerat detrimen- priorẽ
tum publicum, nempe uel ſcandalum, concluſ.
uel mali exemplum, uel aliquam perſua- Solutio.
ſionem conſortis, ergo ſi concluſio uera
eſt,nullam fert exceptionem, ſed de quo-
cunque peccato,cui pœna poſita eſt,debet
quiſque ſi probare id poteſt,dilectorem in
iudicium producere.Hoc argumentũ ple-
roſque multos conuincit. Attamen diſcre-
tione opus eſt. Haud enim omnia peccata
ſic in detrimentum cenſetur reipublicæ,ut
ſint neceſſario, uel denuncianda,uel accu-
ſanda,uel tamquã talia inquirenda, ſed il-
la tantum quorum proximum obiectũ eſt
commune bonũ, quod illis expugnatur &
cõturbatur. Reliqua ſiquidẽ quæ aduerſus

priua-

Gemina cõditio q̃ ad eſſe oportet,ut q̃s accuſare teneat. Poſtrema cõcl. Rõ concluſion.

priuatum bonum committuntur, priuata reputantur, nam ex obiecto actuum, ſpecies exiſtimantur Exempla ſunto. Bona proximi furari priuatum delictum eſt, & ſicuti priuatum hominem occidere, compilare autem ærarium publicum, ſicuti & crimen læſæmaieſtatis, hæc ſunt, quæ in publicum detrimentum vergunt. Pari modo mendacium pernicioſum, quo fraus cui extruitur, peccatum priuatum eſt. Hæreſis verò qua communis religio cõcutitur, crimen eſt cum primis publicum. Nam etſi ſcelera, quæ in ſingulas reipublicæ, priuatas partes committuntur, quodammodo rempublicam attingant, non tamẽ ideo exiſtimanda ſunt publica. Latrones autem, qui regias vias obſident, & Aſſaſſini publiciscriminoſis ad ſcribuntur. Secundum argumentum eſt: Quando talia crimina publica quis reſciuerit, ſatis eſt ſi illa denunciet, non ergo neceſſaria eſt accuſatio, cò præſertim, quod ſi denunciat non tenetur probare, ſicuti ille qui accuſat.

Secũdũ arg. ad idem.

Quare vt ab illo periculo deficiendi, in probatione liberetur, ſatisfeciſſe videbit, dum denunciauerit. Propter hoc argumentum tenet Summa Angel. contra S. Tho. quod nemo accuſare tenetur, in quã ſententiam citat Bar. ſuper l. in eum, ff. de accuſa. Hic tamen eſt notandum, denunciationem, quãtum ad rem attinet preſentem, duplicem eſſe, licet Doctores canonici iuris plures præter accuſationem, diſtinguat ſuper c nouit, de iudi. & 2. q. prim. cano ſi peccauerit, quas eadem. 5. queſt. de Ratio. tegen & detegen. ſecre. diffusè nos explicuimus. Vna eſt enim denunciatio fraterna, & euangelica, quam modo diximus, ad fratris correctionem teferri, ſed alia eſt iudicialis, quæ bonum etiam publicum habet pro ſcopo, quæ ideo procedit etiam ad punitionem, ſicut eſt illa, quæ fit inquiſitoribus, & ſeruus, qui accuſare non poteſt dominum, poteſt illum denũciare, & ſubditus etiam inferiorem prælatum, ſuperiori. Et illa eſt penè accuſatio, hoc ſolo differens quod denuncians non tenetur probare, ſed iudex tunc tenetur inquirere. Et hanc forſan hic S. Thom. nomine accuſationis comprehendit. Tametſi vbi crimen eſſet valdè pernicioſum, & contagioſum, ille qui teſtes poſſet afferre, accuſare quoque tenetur, & crimen probare,

Summa Angelica.

Duplex denunciatio.

vt iudicem labore inquirendi in re tanti momenti releuaret. Quare quidquid ſit de iure ciuili, non dubium quin in cauſſa publica teneatur quiſq; in conſcientia accuſare. Et Bart. ſolum loquitur in cauſſa priuatæ. Tertium autẽ dubium eſt, vtrum ſicut ante denunciationem Euangelicam præ-requiritur admonitio fratris, ita & ante accuſationem. Et arguitur à parte affirmatiua: In euangelio nulla fit exceptio accuſationis, uel denuntiationis, ſed ſimpliciter præcipitur, vt ſecreta admonitio præcedat. In contrarium tamen facit quod in cap. qualiter, & quando, de accuſat. diſtinguitur inter denunciationem, & accuſationem, ſub his verbis: Sicut denunciationem admonitio, & ita accuſationem inſcriptio præcedere debet: vbi nulla ante accuſationem admonitio exigitur. Propterea Durandus in 4. diſt. 19. q. 4. ait, q̃ in foro interiori & conſcientiæ requiritur admonitio, non tamen in foro exteriori. Et S. Tho. eadem diſt. q. 2. art. 3. recitat ambas opiniones. Et quanquam Sylueſter in verb. Accuſatio. §. 3. exiſtimet tenere partem affirmatiuam, tenere tamen apertius videtur negatiuam, ſcilicet quod non requiritur. Et ideo Caietanus. 2. 2. q. 33. art. 7. dicit, quod quando accuſatio ſolum eſt licita, non tamen in præcepto neceſſariũ eſt, vt admonitio ſecreta præcedat, quãdo verò eſt in præcepto, tunc non eſt neceſſaria, His tamen non obſtantibus, rem ſic ratio dilucidat, vt nullis opus ſit citationibus ſed diſtinctionibus. Prima eſt, quando accuſatio alicui incũbit de re ſua propria, nulla requiritur admonitio, neque in foro exteriori, neque in conſcientia. Ratio eſt, quia ſcopus talis accuſantis non eſt emendare fratrẽ, ob idque inanis eſſet, & vana admonitio, quoniam etſi ſit emendatus, poteſt qui iniuria affectus eſt, ius ſuum perſequi. Atque in hoc caſu palam deficit opinio Caiet. Iſte enim non tenetur accuſare, & tamen poteſt ſine præuia admonitione id facere. Quando verò crimen, modo nuper expoſito, peſtiferum eſt reipublicæ, tunc diſtinguendum eſt. Enimuerò ſi ille, qui reſciuerit certiſſimus omnino ſit, quod per ſuam admonitionem ſic frater emendabitur, vt damnum publicum omnino ſopitum ceſſabit, neceſſaria eſt admonitio. Et hoc non ſolum lege charitatis, verum

Dubiũ. Arg. partis affirmatiuæ.

Duran.

S. Tho.

Sylueſt.

Caiet.

Solutio propoſitæ dubitationis.

rum etiã iuſtitiæ, quia peſtilens ille ſcelero ſus, adhuc habet poſſeſſionem honoris ſui, ob id q; ſi ſatis poteſt occurri malo publico, ſine eius læſione, non eſt in publicum traducendus. Eſt enim (vt diximus) accuſatio medicinalis, & ideo ſi excuſari tantum detrimentũ poteſt, cauẽda eſt. Si verò non ſit omni firmitate certiſſimus q; ſua proderit admonitio, vel ſit in mora periculum illico ad accuſationem properandum eſt. Vnde ſi inſerperet ciuitatis proditio, aut regis exitium, aut ſuper omnia hæreſeos crimen maximè in dogmatizantibus, præceptum eſt ſtatim ad iudices aduolare, quia nemo debet exiſtimare ſe poſſe tam ingentibus periculis aliter occurrere. Quin verò etſi non exiſterent idonei teſtes ad probãdum, feſtinandum eſt ad denuntiationem
S. Tho. iudicialem. Sententia eſt expreſſa S. Tho. 2.2.q.33. art. 7. vbi ait oportere in talibus caſib. ſtatim procedere ad denunciationẽ, vt huiuſmodi nocumẽta impediantur. Niſi forte, inquit, aliquis firmiter exiſtimaret, quod ſtatim per ſecretam admonitionem poſſet huiuſmodi mala impedire; &
Regula. hinc ſumenda eſt regula in inquiſitionibus generalibus, quando edicto præcipitur, vt quiſque denuntiet latentia crimina. Etenim ſi omnino ſint emendata cuiuſcunque ſint generis, nemo tenetur illa vel denuntiare, vel accuſare, ſed tãtum teſtis eſſe ſi eius teſtimonium in particulari legitimè poſtuletur. Si autem non ſint emendata, tunc aut ſunt priuata, vt concubinatus, vel alia quæ non habent pro obiecto bonum publicum, & hæc tantummodo denuntianda ſunt fraternè, ad emendationem fratris. Si verò ſint in perniciẽ publicam, vt proditio, hæreſis, & ſi quis forſan non ex infirmitate, ſed ſtudio, & quaſi publicus hoſtis membra reipubliç ad malum ſolicitaret, vt rempublicam corrumperet, & non poſſet aliter obuiari illi malo, denuntiandus eſſet denuntiatione iudiciali, quin verò accuſandus, ſi ꝓbari res poſſet. Et pariter ſi immineat periculum tertiæ perſonæ. Quamuis in his non ita crebro viu venit neceſſitas accuſandi, quia eiuſmodi crimina frequẽtius poſſunt via correptionis fraternæ præueniri. Hic de fiſcalibus examinãdum eſſet in cauſis criminalibus. Etenim quod fiſci procuratores inſtituãtur, iuſtũ eſt, vt curam habeã ærarij publici. Item vt criminum etiam in perniciem publici boni (vt expoſitum eſt) vergentium accuſatores exiſtant, quando quidem quilibet tenetur illa detegere. Sed tamen quod fiſcales inſtituantur ſcrutatores priuatorum criminum, credo neque San. Thom. neque antiquiores ſancti probaſſent. Quoniam talium ſcelerum vltionem, & vindictam poſcere, ſolis priuatis incumbit, qui iniuria perculſi ſunt. At poſtq̃ conſuetudo hoc habet, nõ eſt noſtrum de hoc cenſere.

Ad primũ arg. Ad primum igitur argumentum, ſecũda concluſio reſpondit. Probant enim illa teſtimonia, priuatis perſonis conſilium eſſe euangelicum ſuas priuatas iniurias condonare.

Ad ſecũdũ arg. Ad ſm̃ aũt de amicorum fide reſpondetur, amicos vſque ad aras eſſe colẽdos; & ideo vbi res eſt de bono communi, hoc illis anteferendum eſt. Neq; ideo amicitiæ fides infringitur, etſi promiſſio præceſſerit ſeruandi ſecreti. Niſi ſit ſacroſanctum arcanum ſacramentalis cõfeſſionis, quod neque pro toto mundo reuelare fas eſt.

Ad tertiũ arg. Ad tertium reſpondetur, quod infames & excommunicati (vt dicta q. 7. hĩ) ab accuſatione repelluntur, non quidem in bonum ipſorum (ſiquidem accuſare vbi, & quando oportet, virtus eſt) ſed in pœnam arcẽtur ab illo munere, propterea quòd accuſatio auctoritatem deſiderat accuſatis, quam illa ſors hominum non habet. At ff. de accuſatio l. qui accuſare. multis alijs de cauſis alij prohibentur accuſare, ſ. ratione ſexus, ætatis, conditionis, &c.

Dubiũ. Sed eſt dubium, vtrum ſalrem quando crimen eſt reipublicæ perniciоſum, iſti qui ſunt iure repulſi admittantur ad accuſationem.

Reſponſio. Reſpondetur neque tunc quidem eſſe admittendos, poſſunt tamen & debẽt iudiciali denunciatione pericula patefacere, vt. 2.2.qu. 68. artic. 1. auctor eſt Caietanus. Et pariter reſpondetur ad quartum: Prohibentur enim eadem cauſſa, & quæſtio. eademq; lege citata in ff filij, & ſubditi, & ſerui, ſuos ſuperiores accuſare. Hoc tamẽ gloſſat S. Tho. eadem quæſt. quod nihilominus affectu charitatis poſſunt illos accuſare, & maximè in cauſſa communis boni, quia illi non cohibentur, vti alij, in pœnam, ſed propter honeſtatem, quia accuſatio præferet neſcio quid odij, quod aduerſus ſuperiores dedecus eſt. De clericis autem

Caieta. Adquartum ar.

S. Tho.

Clerici qualiter poſſint accuſa-

autem reſpondetur,quod in cauſſa ſanguinis,vt illa habēt iura, nequaquam poſſunt eſſe accuſatores, poſſunt tamen denuntiare crimina, proteſtantes non ſe reuelare eiuſmodi criminoſos, petendo ſanguinis vindictam ſed vel ad obuiandum malo publico,vel ad recuperanda bona ſua. Cum hac enim proteſtatione licitum illis eſt,talia crimina in iudicium deferre, non ſolū illa quæ ſunt contra bonum publicum, ut hæreſeos impietatem, & læſæ maieſtatis, verum etiam illa quibus vel tertiæ perſonæ, vel ſibi ipſis iniuria fit,vel damnum datur,vt patet in cap. Prælatis de homic. volunta.lib.6. Ad poſtremum de pœna talionis inferius art.4. commodior dabitur reſpondendi locus.

Ad poſtremū.

ARTICVLVS II.

Vtrum neceſſarium ſit accuſationem in ſcriptis exhiberi.

POſt accuſandi obligationem, quæritur circa accuſationis formam,an debeat in ſcriptis exhiberi? Et arguitur a parte negatiuatiua Scriptura tunc eſt neceſſaria,quando aut de præteritis loquimur,ne nobis memoria elabantur, aut loquimur abſentibus, ad quos verba non pertingūt. Accuſatio autem fit & in præſenti tempore,& ipſo præſente reo. Nam vt habetur ſecunda quæſt 8 canon. accuſatorum,nemo abſens accuſari poteſt, ergo ſcriptura non eſt neceſſaria. Secundo. Nihilominus per denuntiationem quam per accuſationem crimen panditur alienum, in denuntiatione autem nullus eſt libellus neceſſarius, ergo neque in accuſatione. In contrarium eſt Auguſtin. eodem cano citato ſecunda quæſt 8.vbi ait. Accuſatorum perſonę nunquam recipiantur ſine ſcripto,neque abſente eo quem accuſare voluerint, quibuslibet accuſare permittatur.

Primū argum.

Secūdū,

Facillima eſt quæſtio ad quam vnica concluſione affirmatiua reſpondetur. Forma accuſationis eſt,vt in ſcripto fiat. Concluſio eſt iuris,non ſolum canonici loco citato,& eadem cano & q. cano.quiſquis. & can. crimē. verum & iuris etiam ciuilis,ff. de accuſa.l.ſi cui. Et quamuis ius naturæ id non plane præcipiat, elicitur tamē inde naturalis ratio. Eſt enim iudex(vt ſupra dictum eſt)medius inter duas partes,accuſatorum, ſcilicet & reum, conſtitutus, qui cauſſam examinare debet, de qua eſt,ſententiam prolaturus. Cum ergo ex vna parte memoria,quæ lubrica eſt,cūcta diu verba adſeruare non poſſit, & ex altera neceſſarium ſit eadem vſque ad definitiuam ſententiam retineri neceſſarium eſt ſcripturę adminiculum. Adde,q̄ cum accuſator pœnæ,antiquitus talionis, & nunc etiam non leui fiat obnoxius,ſi de calumnia fuerit reuictus, opere pretium eſt accuſationē ſubſcribere,quam poſtmodum inficias ire nequeat. Ad hæc,cum accuſationi adhibēdę ſunt tū defenſiones & exceptiones tū etiā probōnes,expediēs eſt,vt libelli caput occupet accuſatio. Attamen vt hſ l. Leuia.ff.de accuſatio. In leuibus de plano procedēdū eſt ſine hmōi ceremonijs Prēterea in notorijs in quibus cum(vt ſup. diximus) nō expectatur accuſator,neque ſcripto opus eſt.

Ratio ſecunda.

Rō tertia.

Ad primū arg.

Ad primum igitur argumentum reſpōdetur q̄ ſcriptura accuſationis non eſt neceſſaria,eo quod de præteritis ineatur, ſed vt in futurum debeat ſalua cuſtodiri. Et id eo neque obſtat accuſationem fieri in præſentia rei,debet enim tam reus quam accuſator adeſſe. Vnde eadē cauſſa &q.can.per ſcripta.iubet Stephanus Papa ne vllius accuſatio per ſcripta ſuſcipiatur, non quod non ſit in ſcriptis porrigenda (vt dictū eſt) ſed quod non eſt ab abſente accuſatore in ſcriptis mittēda,ſed debet ipſe comparere. Quod autem cauetur,ne reus abſens accuſetur, non ſic ſtricte intelligendum eſt, vt non liceat in eius abſentia accuſationem iudici exhiberi,ſed quod non eſt ſententia condemnandus, antequam ipſe præſens audiatur. Idque potiſſimum in cauſſa criminali, atq. adeo omnium maximè in capitali,vt cauetur lege, Abſentem.C de accuſa.ſi autē publico præconio vocatus noluerit comparere,ſententia quidem velut in rebellem ferri poteſt, poſtmodum vero captus,antequā executioni mādetur, audiri debet. Secundi vero ſolutio facilè ex dictis colligitur. In denūtiatione enim fratrna euangelica, quia ad vindictam non proceditur, ſed tam iudex quam denuntians ſoli conſulit ſaluti fratris ſine diſpēdio eius famæ,nulla eſt ſcriptura neceſſaria,ſecus in denuntiatione iudiciali. Atq.

Concluſio rñſiua.

Rō naturalis pro concluſ.

Secūdū arg.

hanc differentiam inter denuntiationem & accuſationem denotat cap. ſuper his, de accuſatione.

ARTICVLVS III.

Vtrum accuſatio per tria hæc reddatur iniuſta, quæ ſunt calumnia prævaricatio, & tergiverſatio.

TErtium quod in accuſatore requiritur, eſt iuſtitia. De hac ergo quæritur vtrum tribus his vitijs corrumpatur, quæ ſunt, calumnia, præuaricatio, tergiuerſatio. Et arguitur a parte negatiua. Calumnia (vt habetur 2. quæſt. 3. canon. Si quem pœnituerit) eſt falſa crimina ſcienter intendere. Contingit autem quempiam alteri calumniam extruere ignoranter, leuitate tamen animi non omnino excuſante, ergo vel illa contra canon. cenſenda eſt calumnia, vel quartum eſt uitiũ, quo accuſatoris iuſtitia commaculatur.

Primũ argum. à parte negatiua.

Secundo. Præuaricari (vt ibidem ſubditur) eſt vera crimina abſcondere, in hoc autem non ſemper ſubeſt iniquitas, quia nemo tenetur omnia crimina detegere, neque ſua neque proximi. Tertio. Tergiuerſari, eſt in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere, hoc autem non ſemper eſt cum iniuria coniunctum, immo vero in initio eiuſdem capitis præſcribitur, vt quem accuſaſſe pœnituerit, de eo quod probare non poteſt, ſi cum accuſato innocente conueniret, inuicem ſe abſoluant. In contrarium tamen eſt idem textus, vbi habetur accuſatorum temeritatem tribus modis detegi. Aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuerſantur.

Secũdũ.

Tertiũ.

Vnica Concluſione ad quæſtionem reſpondetur. Tribus nominatis vitijs contingit accuſationem vitiari. Concluſio eſt non ſolum iuris canonici textu citato, verum & iuris ciuilis, ff. ad ſenat. conſultum Turpil. ſeu de abolitionibus. l. accuſatorũ. vnde eadem prorſus verba deſumpſit cano. Si quem pœnituerit. Numerus autem horum vitiorum ſic colligitur. Cum accuſatio in bonum commune referatur, ſic tamen, vt iuſta fiat criminis vltio vtroque pede claudicare poteſt accuſator, videlicet aut reo fauendo, aut plus nimio reipublicæ ſiue parti læſæ. In rempublicam inclinat, cum reo crimen falſum impingit. Eſt hoc eſt calumniari. Eſt enim calumnia ſubdola rei vexatio, per fraudem. Neque vero ille tantum calumniator, eſt qui falſum crimen imponit, verum, & qui occultum, quod iure probari non poteſt in iudicio propalat. Nam iure quidquid idoneis teſtibus vel inſtrumentis innoteſcere nequit falſum reputetur. Poteſt ſecundo accuſator vice verſa in rempublicam eſſe iniurius, quando in cauſſa, eſt ne qui in bonum publicum delinquit, reprimatur. Et contingit dupliciter. Vno modo, fraudem extruendo reipublicæ, nempe inclinando in fauorem rei. Et hoc eſt præuaricari, quoniam varicari idem eſt quod flecti. Contingit autem hæc præuaricatio dupliciter vno modo diſſimulando omnia quæ in cõmodum reipublicæ detegere tenetur, atq. a deo probationes negligendo, & altero modo falſas admittendo excuſationes, & exceptiones. Quare præuaricatio altero nomine dicitur colluſio, quaſi tunc accuſator & reus ſimul illudant reipublicæ aut parti læſæ. Quocirca hoc vitium non tantum in accuſatorem verum & in aduocatum, & in alios miniſtros, quin etiam & in iudicem ſolet vſu cadere. Secundo modo ei contingit accuſato fauere, prorſus & in vniuerſum (vt ait lex) ab accuſatione deſiſtendo. Et illa dicitur tergiuerſatio, quaſi accuſator terga cauſſæ vertat.

Conclu ſio ñſi- ua.

Ad primum igitur argumentum reſpõdetur, quod criminis impoſitio non cenſetur iure calumnia, niſi ſtudio & conſulto fiat. Nihilominus nemo debet accuſator prodire, niſi prius tum certior factus ſit criminis, tum etiam certam, paratamque habeat probationem. Et ideo qui leuiter ac temere ad accuſandum proſilit, non eſt à culpa immunis. Attamen non debet vt calumniator, talione vel acri alio ſupplicio plecti ſed alia leuiori pœna. Niſi forſan iuſto terrore fuerit motus, nam tunc nulla eſt dignus. Hæc autem omnia, prudentia iudicis libranda ſunt, & æſtimanda.

Ad primũ arg.

Ad ſecundum reſpondetur, quod ſua propria crimina nemo debet detegere, niſi reus legitime factus, a legitimo iudice interrogetur. Neq. vero aliena niſi caſu, quo denunciare vel accuſare tenetur. Quando autem ob bonum publicum accuſat, tunc tenetur omnia detegere, quæ ad rem conferunt. Quare ſi prece, vel precio, vel alia cauſſa

Ad ſecũdum.

cauſſa cum reo colludat, præuaricator eſt.

Ad tertium. Pariter ad tertium reſpondetur, quod tergiuerſari non ſemper eſt crimen, ſed tunc prorſus, quando accuſator tenetur in accuſatione perſiſtere. Quare tribus modis tergiuerſari citra culpam accidere poteſt. Primo cum quis in cauſſa propria accuſauit.

Tribus modis tergiuerſari contingit citra culpam. Tunc enim ſicut libere accuſationem inſcripſit, ita poteſt & quando libuerit illam deſerere. Secundo: Quando accuſauit in cauſſa publica, leuiter tamen, tunc enim quoties timuerit in probatione deficere, poteſt cum reo conuenire, & ab accuſatione deſiſtere. Et hic eſt caſus dicti cap. Si quem pœnituerit. Tertio: Authoritate principis, qui propter illuſtrem perſonæ dignitatem, & reipublicæ vtilitatem, poteſt accuſationem, & in initio reſellere, & in proceſſu abolere, vt eodem cap. ſubiungitur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum accuſator qui in probatione defecerit pœna talionis teneatur.

QVartum quod de accuſatore diſputandum reſtat eſt vtrum in probatione deficiens pœna talionis teneatur. Et arguitur à parte negatiua.

Primũ arg. Contingit aliquando iuſto errore quempiam ad crimen falſum accuſandum prodire, cui ideo Fabianus Papa 2. quæſt. 3. ca. Si quis iratus, veniam concedit, non ergo omnis calumniator dignus eſt talionis pœna.

Secũdũ. Secundo: Si talis pœna iuſta eſt, ob id iuſte infligitur, quod accuſator damnum per iniuriam alteri intentat, igitur aut hoc eſt propter iniuriam reo illatam, & tunc non poteſt princeps eum remittere, aut propter illam quæ reipublicæ irrogatur, & tunc nequit eam remittere reus, poteſt autem eam vterque remittere, ergo ſignari non poteſt iniuria, ob quam talis ſtatuatur pœna.

Tertiũ. Tertio: Ob vnam culpam nemo plectendus eſt duplici pœna, ſecundum illud Naũ. 1. Non iudicabit Deus bis in idipſum, calumniatores autem infames habentur iure, vt patet. 2. q. 3. can. ſi quis circa non ergo debent alterum ſubire ſupplicium. Sed in contrariũ eſt Damaſi decretum 2. q. 3. Calumniator ſi in probatione defecerit, talionem recipit. Et alterũ proximũ Adriani. Qui non probauerit quod obiecit, pœnam quam ipſe intulit patiatur.

Damaſus. Adrian. Papa.

Pro ſolutione quæſtionis notandum quod talio a tale dictum eſt, ſcilicet vt quiſque tale patiatur quale alteri contra ius, moliebatur. Id quod Ariſtoteles 5. Ethicorum capite 5. repaſſum appellat, ſecundum illud Radamanthi.

Talio vnde trahat originem. Ariſtot.

Si quæ fecit patiatur & ipſe.

Rectum fuerit iudicium. Statuitur ergo concluſio affirmatiua. Iuſtum eſt vt ille qui per accuſationem in periculum, quem piam induxit grauis pœnæ, ſimilem & ipſe ferat. Concluſio eſt non ſolum canonici iuris locis citatis, verum ciuilis, vt patet ff. ad ſenatuſconſultum Turpil. l. mulier, & l quæſitum. Cum ergo leges deficientem in probatione talionis pœnæ adiudicant, oſtenditur non ſolum eum qui falſum crimen imponit, verum & qui occultum quod probari non poteſt detegit, eidem ſubiacere ſupplicio. Ratio naturalis eſt hæc. Accuſator conſtituitur pars reo aduerſa, contendens eum in ſupplicium adigere, iudex autem medius, inter ambos ſedet iuſtitiæ protector, ſed æqualitas iuſtitiæ id exigere apparet, vt periculum quod quis alteri per iniuriam creat, in ipſum recidat, ergo pœna talionis eſt iuſta. Eadem concluſio confirmatur. Nam lege veteri, quæ iuſtiſſima erat, eadem pœna ſtatuta ſcripta, ſcilicet Exod. 21. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Et Deuter. 19. Cum diligentiſſime perſcrutantes inuenerint, falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium, reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit. Haud tamen hinc infertur, vt quidam arbitrantur, illam pœnam eſſe modo de iure diuino, illa namque non erat moralis de iure naturæ, ſed tantum iudicialis, quæ ideo prorſus ceſſauit. Non quod Chriſtus legem illam Matth. 5. peculiariter aboleuerit, illic enim tantum retulit veterem legem conſulens nobis contra ne nos vindicaremus, ſed inimicis rem tteremus iniurias, at quod tota lex illa vetus ceſſauit. Niſi quod præcepta moralia, quæ erant de lege naturæ, confirmata ſunt lege Euangelica, ceremonialia vero ſic ceſſarunt, vt tanquam ſigna iam modo falſa inſtitui denuo non poſſint, iudicialia vero poſſunt quidem, ſi iuſtum cenſeatur, iterato conſtitui. Attamen lex talionis ſemper fuit vt crux duraque exiſtimata, ſed propter duritiem illius,

Concluſio affirmatiua.

Rõ concluſiõis.

Confirmatio.

illius populi, & adnectendas calumnias, procliuis poſita fuit. Nam ſi naturalem rationem conſulueris, ſatis eſt vt qui occidit, occidatur. Quin vero occidere procurauit, non ſubinde, niſi ſummo iure, reus ſit tanti criminis, eo præſertim quod tunc abſterrerentur homines plus nimio ab accuſandi munere. Et ideo (vt habetur Inſtit. de iniu. §. pœna,) iam de deſuetudine fere abijt illa pœna, retinetur tamen quadamtenus in prouincijs bene moratis, potiſſimum in teſte qui ſtudio falſum teſtimonium dicit in cauſſa capitali. Idque maxime quando illius cauſſa innocens interficitur, tametſi debeant etiam extra talem caſum iniqui delatores acri ſupplicio plecti.

Ad primũ arg. Ariſtot.

Ad primum ergo argumentum reſpondet Ariſt. loco citato 5. Ethic. quod repaſſionem, quam nos talionem appellamus, non ſemper iuſtitia depoſcit, quoniam valde differt vtrum quis voluntarie quid faciat, an inuoluntariè. Spontaneus enim iniurius dignus eſt pœna, qui autem inuoluntariè lædit, dignus eſt venia. Et ideo qui inculpata ignorantia eum quem in crimine eſſe putat, reum facit, non habetur iure calumniator, vt ſupra diximus, atque adeo neque talione dignus. Ad ſecundum reſpondetur, quòd calumniator & in reum & in rempublicam iniurius eſt. Vnde Deuter. 19. vtrumque præcipiebatur, ſcilicet prius, vt qui falſum teſtimonium contra fratrem dixiſſet, id pateretur quod fratri cogitabat facere, ſcilicet propter iniuriam illi factam. Poſterius, vt tales de medio populi auferrentur, vt audientes timorẽ haberent. Vbi inſinuabatur iniuria quæ reipublicæ irrogatur. Ex quo fit vt quandiu accuſatus pœnam talionis non remiſerit, nequeat princeps illam remittere, vt ſuperiore quæſtione dictum eſt. Poſtquam vero illam ignouerit, tunc in arbitrio princeps reſtabit illam relaxare. Ad tertium reſpondetur, quòd pœnam talionis incurrit accuſator, ratione nocumenti quod proximo intentabat, infamiam autem propter culpam. Et ideo infamiam remittere ad principem pertinet, vt ſi ſit eccleſiaſtica, ad Papam, vt ait Gratian. 2 q. 3. can Euthemium vbi reſpondet ad illa verba Gelaſij. Quamquam animas per pœnitentiam ſaluare poſſumus, infamiam tamen abolere non poſſumus, dicens illud intelligi de infamia per ciuilem iudicem irrogata, quæ ad Papam non pertinet. Quamuis fortaſſe perſpicacior ſit ſenſus de infamia facti. Nam labem illam, quæ turpi facto annexa eſt, nemo delere poteſt, cum ad præteritum non ſit potentia.

Ad ſecũdum.

Ad tertium.

QVÆSTIO VI.

DE IVSTITIA REI.

ARTICVLVS I.

Vtrum accuſatio liceat veritatem negare.

TErtia perſona in iudicio eſt reus, de quo quatuor diſputanda ſunt, ſcilicet an liceat ei veritatem negare, calumnijs ſe defendere, iudicium declinare, aut poſt condemnationem ſupplicio ſe capitali ſubducere. Et arguitur à parte affirmatiua primæ quæſtionis illa celebri auctoritate Chryſoſto. quæ refertur de pœnitentia, diſtinct. 1. can quis aliquando. Non tibi dico vt te prodas in publicum, neque apud alios te accuſes. Sic enim legendum eſt, non excuſes, vt corrupta litera habet. Qui autem veritatem proprij criminis retegeret, ſeipſum proderet, ergo licitum eſt ei ſuum celare crimen. Secundo: Mendacium officioſum, ſcilicet cum quis mentitur vt alteri proſit, nemini nocens non eſt peccatum mortale, qui autem mentitur vt ſe à morte protegat, officioſè mentitur, ergo citra noxiam mortalem id licet. Tertio. Nullum eſt peccatum mortale, niſi ſit contra charitatem, qui autem mendacio ſibi mortem cauet neque contra charitatem Dei facit, neque contra proximum immo ſecundum charitatem qua ſe diligit, ergo id non eſt lethale piaculum. In contrarium eſt illud Ioſue 7. quod dux ille dixit ad Acham, Fili mi da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere, & indica mihi quid fecerit, ne abſcondas, dare autem gloriam Deo tenetur quiſque ſecundum illud 1. ad Corinth. 10. Omnia in gloriam Dei facite.

Primũ arg.

Secũdũ.

Tertiũ.

Ad quæſtionem hanc tribus concluſionibus reſpondetur. Prima. Quicunque legitime de proprio crimine interrogatur, tene-

Prima conclu.

tenetur ſub reatu mortalis culpæ crimen ſuum patefacere, etiam ſi merito eiuſdem confeſſionis ſit in mortem rapiendus.

Cum animo legitime, intelligo a legitimo iudice, & ſecundum idoneam formã iuris. Ratio concluſionis eſt manifeſta. Virtus enim iuſtitiæ eſt ad ſalutem neceſſaria ergo quicunque ſub reatu mortalis noxæ tenetur eam ſeruare, iuſtitia autem ſubditum compellit ſuperiori obedire, ſecundum verbum Pauli, Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, ſuperior vero ſæpenumero ius habet ſubdito præcipiendi, vt proprium ſibi detegat crimen, ergo tunc ſubditus parere conſtringitur. Quod autem hoc iudex aliquando ius habeat, patet, quoniam nemo, capitali præſertim ſententia, quinimo neque alia communi ordine ob quæcunque indicia vel infamiam condemnari debet niſi confeſſus, ſaltem ei qui aliter condemnatur concedi tur appellatio, vt l. obſeruare. C. quorum appellatio, non recip. Niſi ſufficiens ſit teſtium numerus quibus conuincatur, idque via tantum accuſationis. Atque idem cauetur iure canon. ſecunda quæſtio. prima canon. nos in quenquam, & canon iudex. Ergo niſi reus ad confeſſionem compelli poſſet, nimis eſſet ſtricta via finiendi iudicia. Et eſt intelligenda concluſio etiam cum quis citra iuſiiurandum interrogatur nam etſi periurium ſacrilegij impietate mendacium accumulet, nihilominus ſimplex mendacium, in re graui contra vinculum obedientiæ, crimen eſt genere ſuo mortale. Secunda concluſio. Quando vero quiſpiam legitime etiam iuratus interrogatur, puta vel ab eo qui non eſt ſibi iudex, vel contra, canonum legumque ſanctione non tenetur crimen ſuum confiteri. Quin vero ſimile affirmandum eſt de teſtibus in crimine alieno. Concluſio clara, quia quicunque ius habet ſe ſuaque tuendi, niſi iure ad contrarium fuerit compulſus, at vero quando quis præter legis cauſſas & ordinem interrogatur, nullo iure cogitur, ergo neutiquam ſe conuincitur prodere. Tertia concluſio. Nemini ſiue iure ſiue iniuria interrogetur, licitum eſt mentiri, quoniam mendacium adeo eſt natura ſua malum & iniquum, vt nullam ob cauſſam quis illud protulerit, in culpa ſit. Tametſi quia iniuſte ac citra iuramentum interrogatur, mẽdacium illud non ſit mortale, quia non pernicioſum, ſed officioſum eſt. Secus autem, ſi ſit periurium Poſtulabant, hic autem 2. & 3. concluſiones, vt artem, prudentiamque ſubijceremus, quo ſe tunc iniuſte requiſitus poſſet protegere, ac citra mendacium eripere. Ad hoc autem, artic. ſequenti commodius reſpondebimus, poſtquam cauſſas habuerimus in ſpectas, quibus reus conuincitur veritatem propalare.

Rõ conclusiõis.

Secũda concl.

Tertia conclu.

Ad primum igitur argumentum reſpõdetur Chryſoſtomum loqui in caſu ſecundæ concluſionis, aut quando nemo reum percontatur. Nam quando iuris ordine & merito interrogatur, non ipſe, ſe ſed infamia, vel teſtes, vel accuſator eum produnt, quibus reſiſtere non licet. Ad ſecundum reſpondetur quod mentiri quempiam ad cauendum mortem, vel ſibi vel alteri ſi fiat ſine alterius nocumento, non eſt mortale quando tamen quis iure rogatus culpam ſuam, mendacio ſe contegit, iniuriam facit, tum iudici cui obedientiam debet, tum acuſatori & parti læſæ. Et pariter reſpondetur ad tertium. Negatur enim non eſſe tale crimen contra charitatem. Nocet enim & iudici & actori, atque adeo aduerſatur dilectioni Dei, qui iubet nobis parere maioribus. Nemo enim virtutem iuſtitiæ contemnerat, qui charitatẽ non ſubinde violet, tam Dei quam proximi Vnde ſuper illud Pſa. Non declinescor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis, ait gloſſa. Hæc eſt conſuetudo impudentium, vt deprehenſi per aliqua falſa ſe excuſent. Et Grego. 21. Moralib. ſuper illud Iob. 31. Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, Vſitatum humani generis vitium eſt, & labendo, peccatum committere, & commiſſum, negando abſcondere, & conuictum, defendendo multiplicare. Percontatis hic autem verũ mendacium in iudicio, quando quis verũ fateri tenetur, in vniuerſum mortale ſit crimen an vero leuitate materiæ poſſit, ſicut extra iudicium fieri veniale? Reſpondet Caiet 2.2.q. 69. art. 2. Omne mendacium in materia etiam leuiſſima in iudicio prolatum, eſſe mortale. Ratio eius eſt, quia talis mentiens vim infert iudicio, quod in mendacio fundatum falſum ſubinde fit. Itaque ſicut periurium nullatenus tenuitate materiæ fit veniale, ſed omne

Ad primũ arg.

Ad ſecũdũ arg.

Ad tertiũ arg.

Gloſſa.

Gregor.

Quæſt.

Caiet.

est mortale, sic mendacium in iudicio: Neque id tantum in iudicio sacramentalis cõfessionis, verum etiam in foro exteriori. At vero, neque Caie. conclusio, salua eius egregia auctoritate, veritatem præsefert, neque eius ratio probabilitatem. Immo proculdubio crediderim posse illic etiam contingere veniale peccatum. Nam in primis hoc
S. Tho. insinuat S. Thom. eandem 2 2. q. 70. artic. 4. vbi ait quod violare iustitiam mentiendo, est mortale in suo genere, vbi insinua posse esse veniale. Item in materia fidei, & charitatis & religionis potest exilitas materiæ attenuare peccatum; vt si veniale, cur ergo non in iudicio? Præterea potest illic fieri veniale mendacium, ex defectu plenæ deliberationis, quare ergo non ex pusillitate? Adde quod tunc quicunque alius defectus leuissimus in iudicio esset mortaliter, vt si quis rem exigui momenti taceret. Ac demum postremo arguitur. Peccata venialia non sunt de necessitate confessionis, ergo illa illic negare non est mortale crimẽ. Conceditur ergo quod ipsum veniale mendacium peius est in iudicio quam extra, non tamen fit consequens vt sit omne mortale.

ARTICVLVS II.

Vtrum accusato liceat per calumniam se defendere.

POstquam afflicto reo, nec legitime interrogato licet veritatem negare, neque præter ius requisito mentiri, consequitur, vt videamus an saltem alterutro illorum casuum liceat ei per calumnias se
Primũ argum. defendere? Et arguitur à parte affirmatiua. Secundum iura ciuilia, licet ei qui de capitali crimine delatus est, transigere, hoc est cum accusatore paciscí, & ipsum corrũpere, qui desistat, vt C. de transact. l. transigere, & expressius. leg. in capitalibus. ff. de bon eor. qui ant. sen. mortem sibi consciue. ergo non est illicitum calumnijs vti. Se-
Secũdũ arg. cundo. Accusator qui in fauorem rei præuaricatur pœna plectitur legibus constituta, vt superiori quæstione visum est, & 2. q. 3. patet accusato vero nulla est pœna decreta, etiam si technis agat cum accusatore, eique imponat, ergo id non est iniustũ. In contrarium est ius canonicum, extra, de iuram. calumn. capitulo inhærentes, præcipiens vt iuramento calumniæ in principio litis adstringantur tam reus quam accusator, vbi & ciuiles leges de re eadem citantur, iuramentum autem calumniæ, vt nomen sonat, est, quod neque accusator, neque accusatus vtetur calumnijs.

Quæstio est grauissima, quam nos in dicta nostra Relectione sexto loco per omnes, vt arbitror, suos numeros diduximus. Sed non possumus (vt supra dicebamus) hunc locum hac disputatione vacuum relinquere. Respondebimus ergo hic septem conclusionibus. Prima est illa notissima quam artic. prox. constituimus. Etsi nemini liceat veritatem mandacio negare, licet eam tamen nonnunquam prudentia contegere. Nam (vt modo dictum est) nemo tenetur veritatem propalare, nisi iure compulsus, ergo extra talem casum quisq. poterit secretum, & præcipue suum, custodire. Rei autem articulus ac nodus illic oculitur, vt sciamus quando iudex, qui legitimus est legitime potest subditum, de proprio crimine, etiam iureiurando interrogare. Ad hoc ergo explicandum, statuitur secunda conclusio. Tres sunt casuum differentiæ, quibus iure potest iudex reum percontari, in quibus subinde reus veritatem respondere tenatur, videlicet si infamia eius super aliquo crimine præcesserit, vel aliqua expressa apparuerint indicia, vel probatio interfuerit semiplena. Conclusio
S. Tho. est Sanct. Thom. 2 2. quæstio 69. articulo secundo. Et quamuis rationem non subijciat, aperte tamen colligitur ex superiori
Prob. definitione, nempe quod iudex absque accusatore, vel eius supplẽte vices, neminem damnare potest. Hæc autem tria sunt, quæ præter expressum accusatorem vicem eius gerunt, vt possit reus legitime interrogari. Sed arguis, non omnes causas D. Thom. connumerasse. Diximus enim q. 4. artic. tertio crimen quoque notorium &
Solutio. manifestum, ius facere iudici condemnandi reum. Conceditur id quidem, sed tamen tunc non opus est reum interrogare, nunc autem merita tantum quærimus, quibus potest iudex secretum crimen inquirere. Igitur ad intellectum conclusionis supponendum est ex cap. qualiter & quando de accusationibus, tribus vijs patere ius
Triplex via ad cognoscenda crimina, compellendo sq. deli-

Prima conclu.

Rõ conclusion.

Secũda conclus.

cognoſcēda de lictaiure p̄ſcripta

delictores, vt ſua propria confiteantur, videlicet via inquiſitionis, denuntiationis, & accuſationis. Et licet ſuper eódem cap. Iuriſperiti plures inquiſitionis ſpecies diſcernant, ſatis eſt tamen duas dignoſcere. Vna eſt enim generalis, atque alia ſpecialis. Generalis eſt, qua Prælati munere fungentes ſuo & (quod aiunt) officij debito, prouinciam aut conuentum viſitantes crimina diſquirunt quibus ſcilicet reuelanda ſunt, eo ordine quo artic. 1. quæſtionis proximæ dictum eſt. Altera vero eſt ſpecialis, qua ſcilicet particulariter inquiritur crimen alicuius ſingularis perſonæ. Denuntiatio quoque (vt ſupra dictum eſt) altera eſt fraterna, quæ procedit ad emendam fratris, & altera iudicialis, quæ tendit ad vindictam. Accuſatio itidem duplex, altera in cauſſa priuata, atque altera in cauſſa publica. Sunt autem differentiæ multæ inter has vias. Denuntiatio enim quæ fit per correptionem fraternam differt à iudiciali & accuſatione, quinque modis. Primo ex fine, vt ſæpè dictum eſt quia hæc procedit ſolum ad emendam aliæ vero ad vindictam. Et hac ſumitur ſecunda, quod denuntiatio fraterna eſt officium charitatis, iudicialis autem & accuſatio pullulat ex iuſtitiæ debito. Ob idque S. Thom. de correctione fraterna tractauit in materia charitatis 2.2.q.33. de alijs autem in materia iuſtitæ q.68. & duabus ſequentibus. Tertio differunt eandem ob cauſſam quod ad denuntiationem fraternam omnes, nemine excepto, tenentur nam poſſunt ſubditi denuntiare prælatos, & filij parentes, neque infames aut excommunicati eximuntur, ſicut in accuſatione. Neque vero ſacerdotes, vt habetur canone, tam ſacerdotes. 24. quæſtio. 3. Quarto differunt forma. Nam in correctione fraterna ſemper, requiritur admonitio, in reliquis vero non ſemper, vt nuper expoſitum eſt. Et quinto differunt ex parte termini quia fraterna denuntiatio ſi frater emendatur ceſſat, ſin minus, rebellio exinde habetur pro accuſatore, & incipit fotū iudiciale, vt diximus q.4. Iudicialis, vero & accuſatio non ceſſant vſque ad punitionem. Differunt autem iudicialis, & accuſatio primo (vt dictum eſt) quia denuntiator etiam iudicialis non tenetur probare ſicut accuſator. Præterea (vt habetur. ca. in quiſitionis. de accuſationibus) licet denuntiatio hæc ad vindictam tendat, non tamen denuntiatio infligenda eſt tota pæna iuris, ſicuti accuſato. Deſcendendo ergo ad iſtarum ſpērum ſingulas, ſtatuimus concluſionem tertiam. Ille qui fraterne denuntiatur, tenetur prælato veritatem criminis ſui fateri, tanquam patri. Si tamē non leuiter ſed grauiter timet quod tanquam iudex machinatur eum caſtigare, nequaquam tenetur. Concluſio hæc fit clara ex fine & ſcopo talis denuntiationis, quę ſola emenda eſt, non autem punitio. Quarta concluſio. Si denuntiatus fuerit rebellis, qui neque tanquam patri vult fateri crimen, iure compelli poteſt. Hanc concluſionem ſtatuimus membro 2.q.4. de correct fratern. contra Altiſſiodorum, lib 3. tractat. 25. c. 2. & contra Durandum in 4. diſt. 19. q.4. qui putant ſi peccatum eſt ſecretum, nulla obſtante rebellione ceſſandum eſſe, Sed eſt noſtra concluſio S. Thom. 2 2.q.33. art. 8. ad primum argumentum. Moderatur eam tamen ipſe, & cum ipſo illic Caie. & Palud. 4. diſt. 19. q.4. duobus limitibus, videlicet caſu, quo crimen probari poſſit teſtibus adhibitis in ſecreta correctione vel alijs. Præterea ſi ſpes vlla reſtat emendę fratris, nam illa ſpe ceſſante illic ceſſandum eſt, ſi peccatū eſt priuatum. Nam ſi ſerpit in perniciem publicam modo ſupra explanato, vel in detrimentum tertiæ perſonæ, etiam ſi non emē detur, imò propterea quod non iniquum propoſitum ille nequam expuit, progrediendum eſt. Et quamuis Caiet 2. 2.q. 69. art. 2. contrarium videatur ſentire, arbitror tamen illum denuntiantem, ſi eſt omni exceptione ſuperior, valere pro teſte in iudicio inde futuro, & pro ſemiplena probatione. Nam propterea in Euangelio iubē tur adhiberi vnus aut duo teſtes, vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum, quia ſcilicet ipſe denuntians valet pro tertio. Et hoc habetur expreſſe cap. In omni de teſtibus. At vero quantum ad illam reſtrictionem, quam nos quoque in Relect de ſecreto quæſtio. 2. membri. 2. approbauimus, nempe quod etiam ſi denuntiatus rebellis fuerit, niſi ſpes ſit eius emendæ, non eſt iudicialiter procedendum, eo quod totus ille proceſſus in bonum fratris tendit. At vero in contrarium videtur exi-

Quinq. modis diſtinctio fraterna diſtat à iudiciali.

Diſcrimē inter denūtiationē iudicialē,

& accuſationē.

Tertia conclu.

Quarta conclu.

Altiſſiodorēſis.

Durandus.

S. Thom.

Caiet. Palud.

ſtere verbum euangelicum. Si eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut etnichus & publicanus, cui aſtipulatur can. tam ſacerdotes. 24. q. 3. vbi habetur quod tales incorrigibiles, ab eccleſia ſeparentur. Quocirca arbitror quod licet non ſit citra ſpē emendæ ad alias iuris compulſiones & pænas progrediendum, ſententia tamen excommunicationis eſt ab eccleſia forte rebellis coram teſtibus denuntiationis ſeparandus donec reſipiſcat. Diximus quando crimen vergit in damnum publicum aut tertiæ perſonæ, progrediendum eſſe ad forum iudiciale: intelligendum eſt tamen, ſi aliter illud malum caueri non poteſt. Accidit enim temporibus noſtris, vt quidam, præmiſſa correctione fraterna, denuntiauerit quempiam qui alterius cædem moliebatur, denuntiauit autem tanquam patri, iudex autem nolebat denuntiationem ceu fraternam audire, ſed tāquam iudicialem, vt lege in illū criminoſum agere. De quare Adrian. antequam eſſet Papa conſultus, reſpondit non poſſe denuntiatorem illum cogi, vt iudicialiter denuntiaret. Et fuit cōſultiſſima reſponſio. Eſt enim ſententia Auguſt. 2. q. 5. cap. hoc videtur. vbi ait in eiuſmodi caſibus occultum crimen illi eſſe reuelandum, qui prodeſſe poteſt & non obeſſe. Intelligitur tamen, ſi citra tale iudicium occurri poterat futuro homicidio, nam ſi alteri impediri nequiuerat, commutanda erat euangelica denuntiatio in iudicialem. Quinta concluſio. Sicuti denuntiationem fraternam debet prę cedere admonitio, ſic & inquiſitionem ſpecialem vel infamia, vel expreſſa indicia. Dixerim ſpecialem quia generalem (vt dictum eſt) ſuapte auctoritate poteſt prælatus facere. Concluſio eſt expreſſa in iure, extra, de accuſ. ca. cum oportet &c. inquiſitionis, &c. qualiter & quando, ſecundo. Confirmatque illic eandem ſummus Pontif. ſacris oraculis, vt puta Luc. 16. vbi villicus non fuit in iudicium euocatus, antequam infamia eum proderet. Et Gen. 18. Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus &c. Et ratio naturalis eſt, quam ſupra tractauimus quia ſine accuſatore nemo eſt in iudicium deferendus. Eſt autem dubium de obiecto infamiæ, vtrū ſatis ſit obortam eſſe de crimine, quod ſcilicet vel notorium, vel infamia publicum eſt vt inquiratur perſona, quæ nulla cum infamia læſa eſt. Iacet (vt exempli gratia dixerim) cadauer occiſi hominis, vtrum liceat per viciniam diſquirere quiſnam interfecit? Et ſuffragantur affirmatiuæ parti hęc argumenta. Primum eſt conſuetudo. Vbi enim notorium eſt crimen, ſtatim diſquiritur reus, licet nullus ſit ſpecialiter diffamatus, alias vecors & negligens haberetur iudex, populuſque vt nunc mos eſt, ſcādalum acciperet, ac ſi iuſtitia diſſimulatione langueret. Et extant præterea canon. 2. qu. 1. canon. manifeſta. Et de accuſa. ci. eui dentia quibus habetur quod euidentis patrati ſceleris non indiget accuſatore. Quin vero & patrocinari huic conſuetudini apparet ius diuinum. Legimus enim Ioſue 7. quod cum Acham anathema occultus eſſet, crimen tamen notorium, ſortibus inquiſitus eſt, ac deprehenſus. Accedit & auctoritas D. Thom. quem Caiet. 2. 2. q. 69. artic. 2. refert, ſcilicet quod cum Pariſijs in ſo Baccalaureo furtum factum eſſet, conſilio ſuo inquiſitus eſt, ille qui latebat fur. His tamen non obſtantibus iura canonica & euangelica, ratioque ipſa conſuetudini refragatur. Et ideo ſtatuitur negatiua reſponſio: Infamia delicti non ſufficit niſi paucis exceptis caſibus ad inquirendum reum quem nulla dum reſperſit infamia. Verba ſunt in d. c. Cum oporteat, de accuſationibus. Niſi ſuper prædictis famam ipſius, ſcilicet perſonæ, læſam eſſe noueritis, vos ad inquiſitionem non ſubito procedatis. Et cap. inquiſitionis. iubetur nullum pro crimine ſuper quo aliqua non laborat infamia puniendum. Et in ca. qualiter & quando, ſic legitur. S. ſuper exceſſibus ſuis quis fuerit infamatus; tunc procedendum eſt ad inquiſitionem. Et in teſtimonijs diuinis ſupra citatis de Villico & de Sodomitis extat, perſonas fuiſſe infamia læſas. Deinde ratio id probat. Nam iura hæc fundantur in loco illo Mathæi 5. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Eſt autem temerarium iudicium de perſona iudicare propter publicum crimen, ac ſubinde illam explorare. Sunt autem qui hinc tergiuerſentur, dicentes quod quamquam licitum non ſit particulariter de ſingulari perſona ſuſpicari, atque adeo nequ percontari, licet tamen in genere diſquirere quiſnam

fecit,

Adrian. reſpōſio

Auguſt.

(Quinta concluſ.

Rō concluſiōis. Dubiū.

Primū argum. partis affirmatiuæ.

Secūdū argum.

Poſtremum.

Reſponſio.

Quorun dã ſnĩa.

Refellũtur p̃fati aucto ri.

Ad po ſtremũ, arg.

Ad iura citataad hibẽ re ſponſio.

Regula certiſſima.

obiectio Rñſio.

Arg. per peram à Caiet. ſo lutum.

feci t. Attamen diſtinctio hæc fallax videtur. Etenim ſi quis interrogatur, tenetur peculiariter reum prodere, eodem recidit, ac ſi particulariter ſciſciteris. Præterquam quod etiam accidere poſſet vt inter cæteros reus ipſe forte interrogaretur, qui tamen nullo ſe iure prodere conuincitur, & tamen vix euadere poſſet, quo minus vel de rubore vultus, vel de verborum ambiguitate deprehenderetur. Accedit huc vrgentiſſimum argumentum, ex cap. Inquiſitionis, de accuſationibus. Iubetur enim illic, quod etſi duo vel plures iurati affirment cuiuſpiam crimen, de quo tamen ille nulla infamia laborat, non procedatur in ipſum via inquiſitionis. Si ergo hoc verum eſt, quomodo illi qui nondum iurati ſunt interrogari poſſunt, vt quem nulla inſinuauit infamia ipſi prodant? poſſent tamen fortaſſe in tali caſu indicia inquiri vt ſcilicet vicinia interrogaretur in qua hora fuerit occiſus, quibus armis, & ſimilia. Et tunc ſi illa indicia aliquem in particulari infamia denotaſſent, poſſet de illo inquiſitio iniri Vnde ad auctoritatem Sanct. Thom. dum iunior erat, bene Caietan. reſpondit non permanſiſſe in illa ſententia, poſtquam ſecunda, ſecunda quæſtione 69. articulo ſecundo, eam non probauit. Quin vero ſertur neque tunc fuiſſe magiſtrorum calculis approbatam. Iura autem quæ aiunt euidentiam patrati ſceleris accuſatore non indigere, intelligenda ſunt quando & patrator ipſe vel manifeſtus eſt, vel infamia detectus. Id vero quod de ſortibus antiquæ legis adiectum eſt, nihil mouet. Nam cum Deus cognitor ſit vindicatorque vniuerſorum criminum, potuit illum totum populum ſortibus illis deterrere, quibus expectabatur reuelatio diuini numinis. Vnde ſenſus illius: Da gloriam Deo, illuc ſpectat, quod poſtquam Deus ipſe veritatem reuelaſſet, ille qui celaret, Deum ſubnotaret mendacij. Et ideo dare ei gloriam, erat veritatem confiteri, vt appareret quemadmodum Deus eſt occultorum cognitor, quod in gloriam ſuam magnopere cedit. Illud autem ſcrutinium per ſortes iam modo non liceret. Sicuti neque illud Nume. 5. de inueſtiganda muliere adultera citra infamiam. Conſuetudinem autem contrariam non eſt noſtrum vellicare, ipſi viderint qui illam in vſum inuexerunt, inde enim iam nunc perſuaſum habent plebem, neceſſarium eſſe, cum tamen nuſquam iuris peritiſſimi illam induxiſſe videantur. Niſi in quibuſdam caſibus quos ad ſex vel ſeptem loco citato in Relectione noſtra reduximus, atque ad amuſſim perpendimus. De quibus Bar. ad leg. Iuliam de adult. l. 2. poſt gloſſam. § ſi publico, & ſuper extrauag. ad reprimen. & Doctores iuris canonici, ſuper citatis tribus capitulis, de accuſ. tractant. Ex quibus caſibus illi ſunt planiſſimi, qui contingunt in crimine hæreſis & in crimine læſæ maſtatis. Tunc enim oborto rumore criminis, diſquiri poſſunt perſonæ. De cæteris vero illic, cui libuerit, noſtra legat. Non enim poſtulat hic locus tam longum de hac re diſputationem. Hanc tamen regulam adhibendam hic duxerim, quæ infallibi, vt reor certitudine, caſus omnes complectitur, quibus licet notorio, diffamatove crimine, latentem reum inquirere. Ea autem eſt. Quandocunque accuſare quiſque tenetur, puta dum crimen eſt in pernitiem publicam aut tertiæ perſonæ, neque eſt emendatum, ſed pendet in futurum, iuſte vnuſquiſque interrogari vt teſtis poteſt, & prodere reum tenetur. Quo fit vt ſolum ad vindicandum præteritum crimen nequaquam id liceat. Quod ſi quis forſan contra hoc arguat, quod ſi infamia expectaretur, multa crimina impunita manerent, Anacletus Papa reſpondet, canon ſi omnia 6 q 1. quod permulta relinquenda ſunt iudicio diuino.

Illud tamen argumentum quod ex canon quidam maligni 5. quæſt. 1. huic ſententiæ obijcitur, quia ei Caieta ſuper hac q. Sanct. Thom. 2. 2. quæſt 69. artic. 2. non (vt reor) pro dignitate ſatisfacit, non decet hic præterire. Caſus tex. eſt, quod quidam libello nocturno ſecretario diui Gregorij infamiæ notam inuſſerat, & ait Caietan. ſub conditione latentem illum criminoſum Pontificem excommunicaſſe, ſcilicet ſi non ſe reuelaſſet. Addit tamen excommunicationem illam non ferri ſuper conditionem, niſi ſe reuelauerit, ſed ſuper crimen, quia, inquit, poteſt delinquens pro elapſo delicto abſolute excommunicari. Et ideo benigne, inquit, cum illo actum eſt, cũ eius optioni relinquebatur, vtrum mallet reuelare, quam ſentẽtia excõmunicationis

vulnerari. Hæc autem reſponſior (vt in dicta Relectione latius oſtendimus) profecto (vt bona venia dixerim) non eſt tanto Doctore digna. Primum enim quod pro delicto præterito quis, nulla ante delictum præcedente monitione, ſententia excommunicationis feriri poſſit, inauditum eſt. Nam vt ex Euangelio plane colligitur, nemo poteſt tali percelli cenſura niſi ob mortale peccatum, idemque inobedientiæ, quia. ſ. rebellis non vult eccleſiam audire. Neque Paul. Corinthium illum, ob commiſſum inceſtum Sathanæ tradidiſſet, niſi quia incorrigibilis erat ideo enim ſeparauit illū à conſortio aliorum, admonens illos ne commiſcerētur fornicarijs. Ob idque poſt quam correctus fuit, ſtatim reſtituit reliquorum cœtui Quamuis mos ille excommunicandi forſan non erat qualis nunc eſt, vt excommunicati priuarentur ſuffragijs eccleſiæ ſed in torturam tradebantur Sathanæ, quod fieri poterat ob commiſſam culpam, ſeparari vero non, niſi ne contagione plebem inficerent. Quocirca nulla eſt licita excommunicatio niſi præuia monitione, vt ſancte cautum eſt c. per tuas, extra de ſententia excommunicationis. Ob id enim illi qui à iure præmoniti ſunt cenſuram excommunicationis ipſo facto incurrunt. At cum primum parere parati ſunt, veniunt abſoluendi, quoniam coram Deo iam non ſunt excommunicati. Hinc ergo palam fit, vt neque poſſit occultus peccator, qui nulla infamia denotatus, eſt ſub illa conditione, niſi ſe prodat, excommunicari, alias cuncta iura quæ inquiſitionis formam & ordinem delineant, corruerēt. Textus ergo Gregor. planiſſimus eſt nunquam enim ſanctiſſimus Pontifex cogitauit illum latentem diffamatorem extorſione excommunicationis in publicum producere, ſed hoc tantum ei præcepit, ad quod iure naturæ ipſe tenebatur, nempe quod vel produceret ſe vt crimen probaret quod alteri impoſuerat, aut famam ei reſtitueret, quam niſi ſe proferendo reſtituere non poterat ſin minus à ſacroſancta Euchariſtia ſub pœna excommunicationis deinceps abſtineret. Excommunicatur ergo non pro delicto præterito neque niſi ſe proderet, ſed pro futuro ſacrilegio, ſi ab Euchariſtiæ ſuſceptione, in peccato exiſtens, non abſtineret. At qui ex huius quæſtiunculæ reſponſione facile alterius ſolutio colligitur videlicet vtrum ille qui proprium faſſus eſt crimen licite poſſit de complicibus interrogari, qui nulla infamia læſi ſunt. Nam etſi conſuetudo parti affirmatiuæ patrocinetur. ex his tamē quæ dicta ſunt conſequitur negatiua. Quin vero expreſſa eſt iuris vtriuſque determinatio, vt c. cum monaſterium, de confeſ. & c. veniens. extra de teſtibus. & 15. q. 3. ca. nemini. & C. de accuſat. l. fin. & ff. de quæſtionibus l repeti. quibus locis cauetur ne confeſſi ſuper aliorum conſcientias interrogētur, crimine læſæ maieſtatis excepto, quo comprehenditur & hæreſum impietas. Tametſi alios etiam Bar. ſuper eadem lege, repeti excipiat, vt publicos latrones, & eos qui falſam monetam cudunt. De his autē ſatis illic a nobis dictum eſt. Et eadem regula quam nuperrime ſtatuimus, hic ſimiliter locum habet, videlicet quod liceat reum interrogare de complicibus, quādo ipſe teneretur accuſare nempe ad obuiandum futurum malum indamnum reipublicæ, vel pernitiem tertiæ perſonæ, nō autem ad vim dicandum præteritum. Scio equidem contrariam vigere conſuetudinē, neſcio tamen quo orta ſit iure. Profecto in conſcientia interrogatur, parere non cogitur, vt Caie. ait opuſ. 16. reſ. q. 5. Sed tamen abſit, vt qui tacere licite poteſt, mendaciū dicat, vt illic inſinuat. Enaſcitur autē hinc dubium aliud, vtrum vice verſa quando perſona diffamata eſt de vno crimine, interrogari poſſit de alijs occultis. Petrus. n. de Palude in 4. diſt 19. q. 4. affirmatiue reſpondet. Cuius fundamentum eſt quod ratio ob quam non licet de abditis iudicare, non ſumitur ex eo quod peccatum ſit occultum, ſed inde quod ſecretus ſit peccator qui ideo per vnius deilcti confeſſionem detectus interrogari deinceps poteſt ac debet, an alia commiſerit Verum hanc tamē opinionem & Adri. quoli. 11. & Caie. 2. 2. q. 69. ar 2. merito confutant. Nam expreſſe in canonibus citatis vtriuſque infamia exigitur, ex qua ius inquirendi naſcatur ſcilicet tam delicti quam delictoris. Eademque eſt ſententia S. Th 2. 2. q. 70. ar. 1. & ratio eſt in comperto. Poteſt enim quis adulterij infamia obſcurrari, qui tamen circa furtum, aliaque ſcelerum genera ſerenum habeat nomen, Attamen duobus modis licet conuictum de vno crimine, de alio interrogare. Vno, quando notum cri-

Prima ratio in Caiet.

Germana interpratioci tatitext.

Dubiū alterum

Paludani ſnīa. Fundamētum. Paludani.

Adrian. Caieta. S. Tho.

Ratio ī Paluda.

crimen indicium eſt alterius, vt ſi quis infamatus eſſet conuictuſque de adulterio, & adulteræ coniunx reperiretur in ſuo lecto necatus, interrogari poſſet an reus eſſet talis homicidij. Et ſi quis de homicidio conuinctus eſſet, & cadauer nudum inueniretur, interrogari poſſet ſuper ſpolio. Secundus caſus eſt, quando vnum crimen, alterius eſt circunſtantia, vt qui de conſuetudine cum puella conuincitur iure interrogatur, an ipſam defloruerit. At vero de hac infamia quæ viam inquiſitionis ante cedere debet vtrum ſit certo numero teſtium deſtinata non ſatis inter doctores conuenit, plerique tamen ſuper illo cap. Inquiſitionis, cenſent denarium numerũ ſatis eſſe. Attamen de hoc numero nihil in iure habetur, ſed id ſolum quod propter dicta paucorum, non debet quis infamatus reputari, niſi opinio eius apud probos & graues læſa exiſtat. Quocirca an infamia ſufficiens ſit prudentum arbitrio æſtimandum eſt, vt ſcilicet perpendat quando iam rumor ſit frequens. Numerus autem ille denarius, inde auctoritatem nactus eſt ad

Regula

infamiam, quod ſufficit populum conſtituere. Nihilominus illa eſt alia regula certior quam gloſſa dicti capituli, quæ ait, qđ ſi rumor ſit ſparſus per maiorem partem viciniæ aut collegij, aut vniuerſitatis, illa eſt ſufficiens infamia. Hanc enim commẽdat Bar. ff. de quæſt. l. de minor §. ormenta. vbi ait fama eſt communis opinio, vo ce manifeſta, ex ſuſpectione proueniens, quæ ſi ſit de malo, dicitur infamia. Requiritur ergo in primis bonorum opinio. Nam perditorum clamor atque hominum infimæ claſſis, legitimam infamiam non conſtat. Perditorum autem perditiſſimos iſtos cenſeo ariolos & aſtrologos, qui per aſtrorum obſeruationem occulta crimina propalare contendunt. Nam vt de ſua ſcientia quam exilis ſit certitudinis, nunc ſileamus, vſus tamen eiuſmodi artis in detegendis criminibus occultis peſtilentiſſimus eſt, iniquiſſimuſque à Deo atque omni diligẽtia a rep. profligandus. Eſto enim illis gratis, immo contra veritatem concederemus, perinde eis innoteſcere occulta crimina, ac ſi oculis proprijs vidiſſent, quo modo illi poſſunt illa niſi toto reclamante iure reuelare? Profecto neque inde iudex niſi vel imperitiſſimus vel nequiſſimus, vllam poſſit iuridicam anſam accipere ad inquirendum, vel vllo pacto procedendum contra illum, ab illis proditoribus proditum. Quare ipſi potiſſimum atque illi ſimul qui illos interrogant in malam crucem arripiendi eſſent. Nihil enim aliud faciunt quam homines falsò infamare, & quamuis vera dicerent, pernicioſiſſimi nihilominus eſſent, ſunt enim mortales adeo cupidi deprehendendi eos qui ſibi nocuerunt, vt facile iſtis fidem adhibeant. Vnde ſex centæ turbæ in Rep. oboriuntur. Quin & illi qui zelotypia exuruntur eos adeunt qui ad uteria tuarum vxorum ſibi denegant. Hæc de infamia. Indicia autem, vbi non volat infamia, non qualiacunque ait S. Thom. ſed expreſſa eſſe debent, & quæ prudentia iudicis vehemẽter reum indicent antequam ius emergat inquirẽdi. Vide quam ſancti ſanctaque iura famæ & honori conſultum curauere delitescentis rei, ſane cum maluerint aliqua crimina impune fieri, quam delinquentes occultos de poſſeſſione honoris ſui, famæque, & vitę temere depellere. Semiplena autem probatio cenſetur vnus teſtis omni exceptione ſuperior. Sed repetis forte contra hanc definitionem argumentum ſupra factum ex ca. Inquiſitionis, de accu. vbi cauetur etiam ſi duo vel plures iura i teſtes crimen pandant, niſi infamia reus laboret, non patere inquirendi ius. Reſpõdetur autem argumentum concludere ſemiplenam probationem, quin vero plenam trium teſtium non ſufficere ad inquiſitionem, ſed ſemiplenam probationem tunc facultatem facere interrogandi tam reum quam alios teſtes, quando procedit vr via accuſationis. Atq; hæc eſt mens S. Thom. Ex his autem, reliquum fit dubium aliud, vtrum reus in forro aut exteriori aut conſcientiæ compulſus ſit veritatem reſpõdere antequam certior fiat, iudicem iure ipſum interrogare, an illico ei potius debeat ſimpliciter credere. Reſpondetur nequaquam compelli, quouſq. illi cõſtet more & lege interrogari. Etenim qui bona ſua, honorem, & vitam iure poſſidet, quouſque ius alterũ ſibi innotuerit quo debeat illorum iacturam facere, non adſtringitur illa dimittere, alias prodigus eorum eſſet. Atq; id máxime in rebus grauioribus ſed in his potiſſimum quę vitam in diſcrimen

Additio auctoris contra aſtrologos.

Qualia oportet eſſe indicia quæ inquiſitionẽ antecedãt.

S. Tho.

Quid ſe miplena probatio.

Argu.

Solutio.

Dubitatio.

Solutio.

obijciunt. Nam in leuioribus debet ſubditus prælato fidē adhibere, illi tamen prorſum quē probum nouit, prudentem, & ſciētiæ peritum. Igitur vbi primum reo notū fuerit ſecundum iuris ordinem interrogari, ſub pœna peccati mortalis detegere veritatem etiam iniuratus tenetur multo tamē ſanctius ſi iuratus interrogetur. Loquimur nunc modo ex genere rei. Nam ob leuitatem materiæ iam ſupra dictū eſt fieri poſſe, vt negatio veritatis etiam in iudicio venialis ſit culpa. Quocirca reus qui veritatem negat, etiam illam qua in mortem adigitur, nullatenus eſt ſacramento confeſſionis abſoluendus quouſq; illam aperiat. Debent tamen confeſſarij conſiderata maturitate tunc vti, ne calamitoſum morti temere addicant, ſcientes in re dubia propē dēdum eſſe potius in fauorē rei. Et ideo ni ſi meridie clarius lex illos cogat, non ſunt miſeri cogendi, maxime in cauſſa capitali, aut honoris & famæ, dū ex altera parte nō agitur de tanto periculo alius tertiæ perſonæ, ſed debent prius rimari an iudex legitimus ſit, an reus aliquo ſit priuilegio exemptus, puta quia clericus, an deniq; plene conſtet cuncta leges merita fuiſſe ſeruata. Præterea illa debent eſſe prudentia, vt etſi reus auſcultare nolite eorū ſententiam diſſimulatiſſime id ipſi extra confeſſionē cela tam rem ſeruent. Solēt nanq; ſæpe iudices de confeſſarij facie delictum expiſcari. Ecce quando reus tenetur & iuſtus teſtis veritatem patefacere. Quod autem plus dubietatis, & anxietatis afferat, eſt noſſe, quando vel reus vel teſtis præter iuris ordinem inique cogitur, cum nullatenus ei (vt ſupra dictum eſt) mētiri liceat, etiam ſi ſalus totius reipublicæ illic periclitaretur, qua ſe poterit prudentia defendere, quove ſuffragio elabi. Hæc fuit in illa noſtra. Relectione citata membri 3. q. 3. vbi cuncta credo tetigimus quæ à noſtro puſillo ingenio deſiderare quis poterat. Vt autem ſummatim dicamus, complures ſecretorum gradus & ordines dignoſcuntur. Quorum ſummus eſt, qui ſacramentali confeſſioni debetur, ob idq; de illo conſtitutiſſimum eſt confeſſarium vere reſpondere, ſe neſcire quod in ſacramento audiuit, quoniam huius contradictionis ſcio, neſcio, vtraq; pars diuerſis ſenſibus eſſe poteſt vera. Nā licet prior ſimpliciter vera ſit, ſi ſcire pro eo vſurpes, quod relatu credis, poſterior nihilominus eſt vera in hoc ſenſu, quod neſcis tanquam homo, vel quia neſcis vt dicas, de hoc autem non eſt præſentis loci diſputatio, illic enim ſatis ſuperque dictum eſt. Vnum hic tamen repetere admonendo non ceſſabo, contra quod paſſim grauiſſime peccati video, nempe quam debeat eſſe recōditum, quamq; ab exteriori foro ſemotum confeſſionis ſecretum. Video, inquam, ſeculares iudices, immo & peius eccleſiaſticos, ſuas ſæpe cauſſas ad confeſſarios remittere, à quibus rei informati veritatem poſtea fateantur in iudicio idque præcipue in cauſſis matrimoniorum quæ clam fiunt. Cum tamen multo minus eſſet periculi ſimile eſſent illegitimi coniugati & in perpetua fornicatione perſiſterent quam illa via procedere. Arbitrātur enim iſti iudices neminem poſſe in confeſſione ſacramentali mentiri, & tamen & adultera & puella, immo vulgatis homo qui ſemel veritatem in iudicio negauerint, paratiſſimus eſt etiam in confeſſione id contegere qua ideo ratione patentiſſima illis offertur occaſio, vt ſacrilegium faciant mentientes in confeſſione. Et quando non contingat, faciunt eiuſmodi iudices confeſſionem odioſiſſimam. Nam cum videat indocta plebs per illam viam in iudicio compelli, quis non illam reformidet? Perſuaſiſſimū ergo Chriſtianis eſſe debet ſecretum illud nulla prorſus ratione reuelari poſſe magis quam ſi Deus ſolus ſciret, alias apertiſſimo periculo exponeretur ſacroſanctum ſacramentum, vt homines non auderem ſua illic patefacere crimina. Caueri ergo ſanctiſſime debet ab hoc ſacrilegio, ne iudices in ſuo foro ſacramentum confeſſionis nominēt. Neque ſacerdotes ſi qui ad illos inde remittantur, vllo modo eos audiant. Imò & iudices ipſos acerrime reprehendant. Interſtat ſacer limes inter vnum forum & alterum, quem tranſgredi ſacrilegium eſt, in rempu. Chriſtianam peſtilentiſſimum. Sed quo ad rem de iudicio exterioris fori reuertamur: In eiuſmodi ſecretis ſunt etiam gradus quantum ad fidem quæ ipſis ſeruādis debetur. Etenim qui per iniuriam ab altero ſecretum extorſit, arctiſſimo nexu ſtringitur illud ſeruandi. Adeo vt ſi illius reuelatione periclitaretur alterius vita, dicere auderem quod deberet ipſe periculum

Sana doctrina ad cōfeſſarios ſpectās.

Multiplex ſecretorū ordo.

Iudicij huius tēporis ignorantia.

culum antea ſubire proprius quam illud detegere. Poſt hoc eſt illud quod quis prudenter, vel tanquam prælato vel tanquam amico, alteri concredit. Tunc enim etſi nemo obligetur mortem oppetere, vt illud celet dum ab illo extorqueretur, tenetur tamen quam poſſet maxime illum cõtegere. Deinde ſequuntur alij gradus remiſſioris obligationis. Vt ſi ſcis ſecretum vel quod alter temere effutiuit, vel quod caſu vidiſti. At ne quæſtione ſequenti de teſtibus eadem nos occupet quæſtio, de omnibus tam reo quam teſtibus conſtituitur ſexta generalis concluſio. Licet cuicunq. præter ius requiſito primum non reſpondere, mox appellare. Quin vero & quo potuerit pacto ſe defendere, ne loquatur, ſi cuti contra priuatam perſonam. Nam iudex multo grauius mortaliter peccat (quod apprime animaduertere debent) dum tali vi ſecreta exprimit, quam ſi priuata eſſet perſona, eo quòd cum ſit iuſtitiæ patronus & cuſtos, eidem iuſtitiæ auctoritate publica, vim infert. Quamobrem dum per iniuriam extorſit crimen per illam cõfeſſionem non poteſt reum condemnare, quia ex iniuria nullum naſcitur ius.

Sexta conclu.

Si vero nullum aliud remedium interrogatis reliquum ſit, pro tali caſu eſt concluſio ſeptima. Poſſunt ac debent ſic contra ius requiſiti quacunque vti amphibologia, quam vſitatus ſermo citra mendaciũ ferre poſſit. Nam ſi talia verba nullatenus ſenſum verum admitterent, mendacium parerent, quod nullatenus licet. Et quidem antiquus doctorum clypeus ille erat, vt interrogatus diceret. Nego propoſita, vt propoſita ſunt. Et re uera inter ſynceros iudices illa eſſet legitima reſpõſio, ſed tamen quoniam iam illa minime contenti vrgentius inſtant diſtinctione opus eſt. Dum enim teſtis de alieno actu interrogatur, facilius protegere ſe poteſt, quam ſi interrogaretur de proprio. Arbitror enim licet non ſit eo gradu certum, quo in confeſſario, poſſe rite reſpõdere me neſcire, vt ſi interrogetur an alius quiſpiam, puta Petrus occiderit, illudve aut aliud fecerit, fuerit ve tali hora in tali loco, aut quidpiam ſimile, per quod veniri poſſit in notitiam criminis. Enimuero cum voces ſunt conceptuum ſigna, oratio illa neſcio, recipere hunc ſenſum citra mendacium poteſt: Neſcio vt tibi modo dicam. Quare non aduerſatur alteri veritati, ſcio ſimpliciter etiam ſi proprijs oculis id de quo interrogatur vidiſſet. Nam ſi tantum auditu illud teneret dubium non eſt, quin poſſet reſpondere ſe neſcire. Quandoquidem quod credimus, non proprie ſcimus. Et confirmatur concluſio. Iudex ſciſcitari de occultis non poteſt, imo vt habetur cap. qualiter & quando 1. de accuſ. debet interrogans excipere occulta crimina admonẽs teſtem ne illa detegat, ergo quamuis ipſe actu exceptionem non explicet, legibus ipſis intelligitur expreſſa. Quo circa iuramẽtum calumniæ, vel quodcunque aliud teſtimonium, eo moderamine intelligitur, vt ille iuratus dicet veritatem ſecundum ius. Atque inter alias expoſitiones hæc optima eſt, & textui genuina illius loci, Marc. 13. De illo die nemo ſcit, neq. filius hominis. Cum enim Apoſtoli Chriſtum ſciſcitarentur. Dic nobis quando iſta fient, ipſe reſpõdit. De die illa nemo ſcit, nepue filius hominis. Quaſi dixiſſet. Ad fidem redemptionis quam filius hominis operatur, non pertinet illum manifeſtari, ſed potius reticeri. Quare filius hominis neſcit vt dicat. Attamen dum interrogatio fit de proprio actu vt ſcilicet, ſi vel teſtis interrogetur, an viderit, vel audierit, vel adiuerit tali loco, & pariter ſi reus interrogatur an fecerit hoc, vel illud, illic perplexior fit locus euadendi. Nam dicere, Neſcio, ridiculum eſſet. Poteſt tamen dicere. Non memini, nam eundem ſenſum recipit, quem, neſcio, ſcilicet, vt dicam. Si tamen res eſt tam proxima vel tam inſignis, vt illa reſponſio fiat etiã deridicula, difficilior fit multo euaſio. Nã dicere, Non vidi, vel Non audiui, non mihi ſatis videtur eundem ſenſum admittere, quem, Neſcio. Nec auderem ſic ego reſpondere ſi vidiſſem. Quamuis in audire, tolerabilius idem permittatur ſenſus. Nã etiam audimus vt dicamus. De reo autem multo eſt res grauiſſima. Dũ enim interrogatur an occiderit vel furatus fuerit, vel de quocunque alio proprio actu, eludere interrogationem nequit, dicendo ſe neſcire neq. (vt diximus) admittetur ſi dicat ſe nõ meminiſſe. Quod aũt liceat ei dicere ſe nõ feciſſe, nullatenus eſt ſuſtẽtabile, quoniam Non feci, nullo mõ amplecti põt ſenſum. Non feci vt dicã Facere. n. non habet eandem connexionem cum eo quod eſt, vt dicam, quam habet, ſcire. In communi enim collo-

Conclu ſio ſepti ma.

Probõ conclu.

Qualiter interrogatus iniq. ꝓprio actu poſſit ſe legitti me eripere.

colloquio vbi ſermo oritur dem re aliqua quam ſecreto ſeruare volumus, licet quis reſpondeat ſe nihil ſcire, non exiſtimatur mendax, etiam ſi credatur id ſecreto noſſe. Si tamen ſermo eſſet de re quam alter fecit, qui ſciens rem illam feciſſe, diceret, non feci, aut, non ita res eſt, profecto mendax merito haberetur. Idem enim eſt prorſus, Non feci, & non ita res eſt. Quod porro nullo ſenſu a mendacio excuſari poteſt. Scio Adrian. 4. ſent. quæſt. de ſigillo confeſſ. dicere, quod reus contra ius interrogatus, poteſt etiam iuratus reſpondere, non ſolum nihil de illa re nouiſſe, verum interrogatus an fecerit, poteſt, inquit, ſecundum omnes Doctor. reſpondere ſe nō feciſſe. Neſcio tamen qui ſint omnes Doctor. quia neminem vidi, immo indubius credo, id neutiquam licere. At quia neminem dico, eſt vtique Caietan. opuſ. 16. reſ quæſtio. 5. quem ſupra citauimus, qui ait, inquiſitum præterius de occultis complicibus reſpondere poſſe non habere cōplices, quod ſi verum eſſet, conſequens fieret vt de ſe quoque iniuſte interrogatus reſpondere poſſet, non feciſſe. Quod ego profecto adduci non poſſum, vt credam. Quoniam nulla amphibologia valet eiuſmodi reſponſa mendacio excuſare. Et eſt mihi apertiſſima demonſtratio hæc, quod ſi illud non eſſet mendacium, uana tunc fuiſſet cura & ſolicitudo omnium Doctor. admonendi nōn licere, neque pro vita ſeruanda in iudicio mentiri, quia nullum aliud mendacium cauere volunt, quam hoc quo quis aperte negat ſe feciſſe, quod fecit. Quæro enim ab iſtis, an ſi iudex diceret tu occidiſti, reſpondens reus, non ita eſt, mentiretur profecto non eſt dubium. Quare nec adulteræ a marito nudo gladio interrogatæ, an amicum admiſerit, dicere fas eſt non admiſiſſe, ſi id modo falſum eſt. Neque poſſet a mendacio excuſari ſi cum eum admiſiſſet nudiuſtertius, abſolute reſpondiſſet non admiſiſſet intelligens heri, nam illa negatio vniuerſalis eſt. Quid ergo remedij eſt? profecto nullum, nam hominum iniquitatibus, poſtquam ſemel iuris ſinceritatem peſſundāt, nullis poteſt legibus obuiam iri. Sed miſeris neceſſe eſt mortem, velut martyres perpeti, antequam ius naturale, & diuinū mentiendo tran grediantur. Quod enim remedium excogitare poteſt miſera puella, cum morte tyrannus eriminatur niſi ſe cum turpiter conſentiat? profecto nullū, ſed gladio potius ſuccumbendum illi eſt. Eodem modo cur eandem mortem offerret, niſi mendacium proferret, moriendum eſſet. Et talis eſt caſus dum tyranni ce iudex reum in tales anguſtias redigit, vt vel mentiri debeat, vel mori. Hæ truncatim de hac materia hic dixerim, quoniā nec res eſt, quæ hoc loco plenarie diſputari deberet, & in dicta noſtra Relectione copioſè extat diſcuſſa.

Sentētia Adrian.

Rō egregia in Adria.

Ad primum igitur argumentum incōtrarium reſpondetur, iura ciuilia multa impune permittere, quæ non ideo approbant diuinæ leges, ut meretricia. Atque hac ratione quia ferre mortem, quæ ſecundum Ariſtot. 3. Ethi. terribilium omnium terribiliſſimum eſt, egregiæ virtutis eſt, illiusque fortitudinis culminis quod rariſſimi homines attingunt, leges humanæ nulla ſupplicia illis ſtatuerunt, qui cum accuſationibus tranſigerent, vt ſe a morte eriperent, licet ante tribunal Dei culpa non careat. Et ſimilis eſt reſponſio argumenti ſecundi.

Ad primū arg.

Ad ſecū dum.

ARTICVLVS III.

Vtrum reo liceat iudicium per appellationem declinare.

TErtium vitium rei eſt ſubdoloſa cauilloſaque appellatio. Arguitur ergo quod reo non liceat iudicium per appellationem declinare.

Primum, videtur hoc contradicere documento Pauli ad Rom. 13 Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Nā appellatio, quædam eſt recuſatio iudicis & ab eius obedientia exemptio.

Primū argum. Paulus.

Secundo. Maior obedientia debetur ordinarijs iudicibus, qui publica poteſtate pollent, quam alijs quos arbitrio tuo eligeris, ſed ab electis communi partium conſenſu appellare non licet, vt patet 2. q. 6. can. a iudicibus, ergo nec ab ordinarijs.

Secūdū argum.

Tertio arguitur. Si appellare licitum eſſet, quocunque tempore liceret, præfinitur autem a iure tempus decem dierum, ad appellandum, vt patet 2. quæſt. canon. Anteriorum, ergo appellatio non eſt licita. In contrarium eſt exemplum Pauli, qui vt refertur Act. 11. appellauit ad Cæſarē.

Tertiū argum.

Bre-

Breuiſſima eſt atque facilima quæſtio, ad quam duabus concluſionibus reſponde tur. Prior eſt. Licitum eſt reo quando iuſtitiæ confidit, qui iudicis forte grauamine premitur, appellare, dummodo ad legitimum appellet iudicem. Concluſio eſt manifeſta, etiam naturali iure, quoniam vt ſe ſuaque quiſque defendat, tutela & beneficio vti poteſt, quod ratio naturalis ei non denegat. Quod autem id nulla ratio naturalis vetet, patet, quia ea maxime eſſet obedientia, hæc tamen non obſtat, quia nemo obedire tenetur inferiori, niſi quatenus ille ſuperiori ſubalternus eſt. Eſt enim iudicum ordo ſicut cauſſarum naturalium, quarum in ſuis influxibus alia eſt alijs ſubdita. Quare eadem cau. & q. can. Omnis oppreſſus, conceditur afflictis reis appellare, iubeturque vt à nullo prohibeantur, ſed fulciantur potius & audiantur. Et can præcedenti. Appellantem non debetur afflictio vlla carceris, aut retentionis iniuriare cuſtodia. Sunt autem multæ a iure præſcripiæ ceremoniæ & formulæ appellandi, de quibus non eſt præſentis loci præſſius dicere. Quod autem habetur in can. Catholicus, videlicet quod ſi quis fidelium ad iudicem prouocauerit infidelem, excommunicetur, de Apoſtolica doctrina ſumptum eſt Obiurgat enim Paulus Corinthios in cap. 6. prioris epiſtolæ, quòd frater cum fratre iudicio contenderet, & hoc apud infideles iudices, cum inter ſeipſos poſſent ſuas componere lites. Nam vbi fides non eſt, neque rectum eſſe poteſt iud cium. Intelligitur autem illa prohibitio de illis catholicis, qui inter catholicos viuunt, nam illi noſtrates qui in terris infidelium negotiationis cauſa commorari permittuntur, nihil peccant ſi coram ipſorum iudicibus, vel actores compareant vel rei Poſterior concluſio. Appellare ad ſuperiorem cauſſa aut repellendæ aut differendæ iuſtæ ſententiæ, iniuſtum, & iniquum eſt. Probatur quia ſicut imponere reo (vt ſupra diximus) calumnia eſt, ſic imponere iudici, ille autem qui ſubdole & vafre appellat, præterquam quod obedientiam violat quam iudici debet, re ipſa imponit illi falſum, quaſi iniuſtam ſententiam tulerit inſuper & impedimento illi eſt ne ſuum perſequatur munus, atque adeo eiſdem de cauſſis iniuriam illi irrogat. Quapropter in eadem cau. & q. can quicunque, præcipitur vt tales appellationes non recipiantur, & can. omnino, eiuſmodi appellantes puniri iubentur. At vero ſcitis circa priorem concluſionem, vtrum licitum ſit, & condecens ſic religionum familias inſtituere, vt appellare prohibeantur. Apparet enim id neque decere, neque vero licere, tum quod præcipue in cauſſa capitis, quam tantopere nos natura admonet vt defendamus, nemo debet naturali beneficio orbari, quo ſe tueri poteſt tum etiam quod vt eadem cau. & q. habetur vtroque canone, Ad Romanam. Chriſtianis vniuerſis hoc indulgetur beneficium, vt quoties ſe quiſque premi ſenſerit, ad Romanam ſedem tanquam ad caput, prouocatione confugiat. Reſpondetur nihilominus per quam ſancte è religionibus abigi appellandi vſum, nam etſi fortaſſe accidere quandoque poſſit, vt monachus aliquis iniuria læſus affligatur, tamen ex alia parte talia damna (quæ rariſſime contingunt) pace & quiete compenſantur, neruus enim & decus religionis in hoc maxime conſiſtit, vt altiſſimo inter ſe ſilentio, omnia veluti inter fratres, quæ ſua eſt profeſſio, planiter tractent, & tranſignat, neque ſe ſeculo prodant. Etenim vbi primum religionum cauſſæ clauſtorum metas exierint, actum de illis eſt. Quocirca inſtitutiones ipſas ſic Pontifices confirmarunt, vt appellationes prohiberent, non quod per hoc ſummis ipſis Pontificibus obedientiæ quidquã ſit ademptum. Quicunque enim quantumuis incluſus monachus ad ipſum appellauerit, iure id conſequetur, verum quod ſic conſultum eſt religionum incolumitati. Sed & circa ſecundam concluſionem dubium præterea reſtat, vtrum reo etiam dum iuſte credit ab inferiori condemnari, liceat ſuperiorem interpellare, ea nimirum ſpe ductus vt ſuperior, vel fauore, vel quia diuerſam habet iuris opinionem, reuocabit ſententiam, vel illa dilatione poterit ſe ipſe eruere. Eſt enim à parte affirmatiua argumentum quod poſtquam intra limites obedientiæ iure id permittitur, videtur poſſe illuc ſubterfugere, nam (vt dicemus ſtatim) licet ei è carceribus fugere. Accedit & vſus, nam quicunque, ſi poteſt appellat. Reſpondetur tamen id certe non licere, ſed eſſe peccatum genere ſuo mortale, vbi quis certiſſimus eſt merito eſſe con-

Prima concl. Rõ concluſion.

Paulus.

Poſtrema concluſio. Probõ.

Quæſt. Rõ hæſi tandi.

Rñſio.

Dubrtatio.

argumẽtum partis affirmatiuæ.

Solutio.

ſe condemnatus, etiam ad mortem, per appellationem iudicium eludere, nam eſt cõtra iuſtitiam & in reipublicæ detrimentum, nam ſæpiſſime illis prolatationibus iudices, & miniſtri vel laſſantur, vel corrumpuntur & reſtant ſcelera impunita. Secus ſi aliquo pacto de æquitate ſententiæ dubitaretur.

Ad primũ arg. Ad primum igitur argumentum reſpõdetur, quod quando inferior iudex fines tranſgreditur iuris, exorbitat ab ordine ſuperioris, & ideo ſubditus nullam tranſgreditur obedientiæ lineam, ſi ad ſuperiorem recurra, quoniam nemo conſtringitur parere inferiori, niſi quatenus ipſe perſeuerat in ſuperioris ordine.

Ad ſecũdũ arg. Ad ſecũdum reſpondetur, quòd in vtroque eſſe peccatum vſu venit, ſcilicet in iudice perſpiciente defectum, per quem iuſtam cauſſam dat reo æquiorem alium interpellandi, & in reo defectum conſtantiæ, quia non perſiſtit in eo quod ſemel elegit. Vnde licet ordinario iudici firmior obedientia quam arbitro debeatur tamẽ quia ordinarius non à reo eligitur, ſed eius auctoritas pendet à ſuperiori, ſit vt quando ille ab eius ordine exit, poſſit reus citra inconſtantiæ notam prouocare, quando vero litigantes communi conſenſu ſequeſtrẽ elegerunt, propter eorum inconſtantiam non permittuntur appellare. Attamen ſi tres fuerint electi, & duo ſine tertio ſententiam tulerint, appellare licet, vt ſubditur ſtatim in c. ſane.

Ad tertiũ arg. Ad tertium argumentum reſpondetur, quòd cum appellare, officium ſit virtutis, conſtringi debet ab vtroque extremo, nempe vt ita hoc beneficium reo concedatur, vt tamen non cedat in accuſatoris iniuriã. Ob idque antiquitus biduum aut triduum concedebatur reo, vt poſſet appellare, poſt vero indultum eſt tempus decem dierum. Nam ſi quantocunque elapſo tempore appellare liberum eſſet, nulla eſſet firmitas in iudicio & ſententia, ſed ſemper eſſet ex arbitrio rei pendens. Atque eandem ob cauſſam interdictum eſt ſuper eodem articulo tertio appellare, vt patet extra, de appell. c. Directæ. Vbi permittitur appellare bis, & c. ſua nobis vbi prohibetur appellare ter. Et eſt expreſſus titulus in Codice, lib. 7. ne liceat in vna eademque cauſſa tertio prouocare. Iam vero Romæ inductus eſt contrarius mos, vt ſcilicet tres ſententiæ expectentur concordes. Ea forte de cauſſa quod technis fraudibuſque humanis in dies creſcentibus, aliter ſatisfieri litigantibus non poſſe creditum eſt nam cum hæc ex iure pendeant poſitiuo, poteſt Summus Pontifex illa pro temporum varietate mutare. Ille autem nocentiſſimus intolerabiliſque ſtylus eſt, vt litigatores permittantur cauſſas in fruſtra lacerare, & nouos articulos effingere vt à quocunque iudicis verbo appelletur, & de ſingulis expectentur tres ſententiæ, atque hac ratione lites immortales fiant.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum liceat condemnato ad mortem ſe quacunque via defendere.

POſtremum remedium quod reo ſupereſſe videtur eſt, vt ſe defendat, tũc præſertim dum morti addictus eſt. Arguitur ergo id licitum eſſe. Naturalis inclinatio ſemper eſt licita cum Deo auctore illa ſit vniuerſis rebus indita, inter inclinationes autem naturæ, ſumma cunctis rebus ineſt vt ſeſe conſeruent, inde enim naſcitur vt ſummam exopremus fœlicitatem in qua perpetuo permaneamus, ergo ad tuendam vitam quæcunque nobis defenſa licet. Secundo: Perinde ſententia fugiendo declinatur, atque reſiſtendo, fugere autem licitum eſt, ſecundum illud Eccleſ. 9. Longe eſto ab homine poteſtatem habente occidendi, & non viuificandi, ergo & reſiſtere licet. Tertio: Plus homo ſibi ordine charitatis tenetur quam alteri, licet autem alterum periculo mortis eripere, ſecundum illud Prouerb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & eos qui trahuntur ad interitum liberare ne ceſſes, ergo & cuique licet ſeipſum à morte liberare. In contrarium eſt Apoſtolus ad Rom. 13. Qui poteſtati reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtit, & ipſe ſibi damnationem acquirit. Etenim qui à ſuo ſe iudice defendit poteſtati reſiſtit quæ diuinitus ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum inſtituta eſt

Primũ arg.

Secũdũ arg.

Tertiũ arg.

Paulus.

Quæſtio hæc per diſtinctionem eſt diſſoluenda. Contingit enim quempiam, aut iuſte damnari aut iniuſte. Et ſecundum hæc duo membra duæ ſunt ſecernẽdæ concluſiones. Prior eſt: Nemini iuſte ac iuri dice

Diſtin. Prima concl.

dice condemnato licet ſe a legitimo iudi-
Rõ con cluſiõis. ce defendere. Et ratio (præterea teſtimo-
nium citatum Paul.) eſt quod bellum ne-
quit eſſe vtrinque iuſtum niſi vbi ignoran
tia alterutram partium excuſaret, iudex au
tem iuſte capit, tenet ſupplicioque addi-
Secũda conclu. cit legitimum reum, non ergo reus iuſte
poteſt illi reſiſtere, ſed eſt ſuo genere mor-
tale crimen. Poſterior concluſio. Cuicun-
que iniuſtæ condemnato fas eſt iudici re-
Probõ conclu. ſiſtere, vbi tamen non daret ſcandalum,
ex quo grauis turbatio timeretur. Conclu-
ſio eſt nota, quoniam iniqua ſententia nul
lam ſubdito inducit obedientiam, quin ve
ro iam tunc iudex non publica, ſed priua-
ta utitur auctoritate, creſcit autem inde
eius culpa quod prætextu iuſtitię iniuriam
infert, & violentiam. Vnde Ezech 22.
Principes eius in medio illius quaſi lupi
rapientes prædam ad effundendum ſan-
guinem, ergo ſicuti a lupis, ſic ſe quiſque
poteſt ab ipſis teneri, niſi graue inde me-
reretur ſcandalum. Emergunt tamen
ex his concluſionibus rationes aliquot du-
Prima dubita- tio. bitandi. Et primum omnium offertur du-
bium de innocẽte, qui ſecundum allegata
& probata condemnatur, videlicet vtrum
ſit illis connumerandus, quibus poſterior
concluſio ſuffragatur, vt ſe defendant, an
vero illis quib. refragat prior, præcipiẽs vt
Argu. pareant. Nam quod ſe poſſit defendere,
argumentum eſt ſua innocentia. Duriſ-
ſimum enim eſt manus innocentis liga-
re, qui per iniquitatem accuſatus eſt id
præſertim in cauſſa mortis, cum natura
cuilibet ius faciat defendendi ſeſe. Sed ex
altera parte eſt nihilo debilius argumen-
tum, quod illum iudex iuſte condemna-
uit. Et ponamus eundum etiam iudicem
credere illum eſſe nocentem. Quare ſi
damnato liceret ſe defendere, bellum eſſet
iuſtum ex vtraque parte. Res profecto gra
uis eſt, & qui a parte innocentis cenſeret,
reſpondere ad contrarium argumentum
poſſet, quod bellum ſimpliciter eſt iuſtum
ex parte innocentis, ſed tamen iuſtitia iu-
dicis fundaretur in falſa præſumptione,
quę innocentius protectionis non admit.
Solutio poſitæ dubi a- tio. Nihilominus non auderem ab hac parte
ſtare, ſed crediderim (vt quæſtione quar
ta dicebamus) quod ſi eiuſmodi innocens
poſſet citra graue ſcandalum, & citra vul-
nerationem iudicis eiuſque miniſtrorum
ſe protegere, poſſet quidem, vt pote non
ſolum fugiendo, verum & includendo ſe
in locum munitum, & forte armis terri-
tando miniſtros iuſtitiæ, & dum capitur,
connitendo ſe eripere etiam pellendo mi-
niſtros. Attamen ſi non poſſet ſe defen-
dere niſi inflictis vulneribus, neutiquam
crediderim id licere.

Nam primum id non fieret ſine grauiſ-
ſimo ſcandalo, quod peccatum eſt. Se-
cundo arguitur Iudex in tali caſu non ſo-
lum licite ꝛeum inuadit, verum & iuſtitiæ
præcepto ita compellitur, vt ſi non face-
ret grauiter peccaret. Nam faciamus te-
ſtimonia eſſe legitima, & iudicem habere
illum pro eo duriſſimum autem conceſſu
eſſet quod iudex teneretur prælium con-
tra hominem aggredi, qui iuſte poſſet e-
tiam ſe contra prælio defendere, nam etſi
in bello poſſent contra ſe inuicem duo ho
ſtes iuſte pugnare, quia alterum ignoran-
tia excuſat, eſt autem longe diſſimilis ra-
tio, quia allegata & probata ſecundum iu
ra obligant iudicem reum damnare.
Itaque iudex etſi decipiatur credens il-
lum eſſe reum, tamen non decipitur in
hoc, quod etiam ſi ſit in ſecreto innocens
tenetur illum damnare. Præterea, quod
ipſe ſit perſona publica & reus priuata, plu
rimũ ad rem facit. Adde quod ſi prætorẽ,
vel occideret vel vulneraret, licet poſtn o-
dum de eius innocentia conſtaret, nihilo
ſecius ob id quod illa ſe vide fendiſſet, pu-
niretur. Signum ergo eſt quod in conſciẽ-
tia id ei minime licuiſſet.

Ad primum igitur argumẽtum in prin
cipio quæſtionis reſpondetur quod inter Ad pri-
inclinationes naturales illas eſt potiſſima, mũ arg.
vt rationalis homo nihil contra rationem
incepter. Ob idque vniuerſale deſiderium
omnium creaturarum conſeruandi ſe, de-
bet homo rationis moderamine exequi.
Quapropter vbi citra iniuriam reipubli-
cæ in ſuo ſe iure non valet aſſerere vitam
potiusquam rationis ordinem deſerere de
bet. Argumentum autem ſecundum mul-
ta exigit diluenda dubia. Reſpondet enim Ad ſecũ
S. Thom. quod cum nemo ita condemne- dũ arg.
tur, vt mortem ſibiipſi inferat, ſed tantum D. Tho.
vt patiatur, nullus tenetur facere illud vn
de mors ſequatur, quod contingeret, ſi ſua
ſponte maneret in carcere. Et ideo cũ ei fu
ga patet, arripere poteſt. Verũtam ẽ nõ põt
reſiſtere miniſtro iuſtitiæ, nã hoc nõ ſolum
eſſet non agere ſuam mortẽ, verũ reſiſtere

ne pa-

ne patiatur. At vero contra hanc ſolutionem ſunt argumenta permulta. Primum, quòd nemo poteſt ſuam cuſtodire vitam cum alieno damno, quale daretur cuſtodibus contra quos ſi fugeret, lege ageretur. Ad hoc autem reſpondetur hoc accidentarium eſſe, quòd ideo fugiens minime tenetur cauere. Ipſi viderint cuſtodes quomodo munus ſuum expleant. Etenim ſi negligentes fuerint, illis imputandum eſt, nam fugiens, ius perſequitur ſuum. Quod ſi vrgentius arguas, ſequeretur ſi condemnato liceret ſe in dedes dare, quod licere pariter & compedes rumpere, & infringere ſeras, & perforare murum, qua ſe via eripere, hoc tamen reprehenſibile vulgo reputatur. Quin vero & legibus decretæ ſunt illis pœnæ qui talia audent. Henricus Gandenſis quolib 9. art. 25. negat illationem hanc, nimirum arbitratus hoc perinde eſſe atque reſiſtere iudici, eius percutiẽdo miniſtros. Vnde ſicut licet tibi, inquit, per alienum agrum tranſire, haud tamen diruere ſeptem ut tranſeas, ſic condemnatus dum fores patent, fugere poteſt nequaquam tamen vincula rumpere. Attamen etſi huic opinioni applaudere ciuiles leges videri poſſint, tamen contraria probabilior eſt, quam Caiet. ſecunda ſecundæ quæſt. 69. cenſet D. Thom. conſonam, dicenti quod licet fugere, ſed non reſiſtere. Et ita credo in foro conſcientiæ de quo præcisè tractamus. Cuius enim fugere licet, iuſtum ſubinde fit & ſe ab impedimẽtis, citra uim expedire. Eſt autem notandum uim proprie, neque brutis animantibus, quæ neque dominium vllum neque ius habent, neque vero inanimis rebus inferri, ſed ſolis hominibus. Et ideo condemnato non licet vel iudici vel cuſtodi carceris reſiſtere, manus in ipſos inijciendo, vincula vero rumpere non eſt reſiſtere, ſed fugere. Sicut neque qui leonibus eſſet traditur, vim inferret iuſtitiæ, dum, vt ſe defenderet, illos interficeret. Qui autem cuſtodem carceris ligaret, aut os illi, ne clamaret, obſtrueret uim faceret, non tamen ſi eum dum ſe teneret poſt ſe fugiens traheret. Sed arguis contra. Qui ædes rumperet vicini, uim inferret, ergo qui clauſtra rumpit carceris ut fugiat. Negatur conſequentia, quoniam ille ius non habet ingrediendi, ſicut hic exeundi. Fatemur tamen quod teneatur in conſcientia de damno dato. Hic enim tantum conſtituimus ius fugiendi, declarantes illic non inferri uim iuſtitiæ vindicatiuæ quicquid ſit de commutatiua. Quod ſi arguas, ſaltem rumpere vincula, peccatum iniuſtitiæ eſt. Negatur conſequentia: quia totum reducitur ad hoc quod eſt fugere. Quare non tenetur ille de damno ratione acceptionis, ſed ratione rei acceptæ. Enimuero ſi funem ligati poſſunt nodum diſſoluere, immo & funem diſcindere, & habentes adulterinã clauem poſſunt ſeras aperire, fit vt & ferrea vincula limare, & perforare murum liceat, etiam ſi qui hoc facit ſciat occluſos ſecum alios exituros. Nam ipſe ſuo vtitur iure, cui cura non incumbit cuſtodiendi alios. Verumtamen ex his non ſubſequitur quod amici condemnati poſſint vincto vel intrinſecus vel extrinſecus nauare operas ſuas, vt vincula vel muros dirumpat, licet poſſint conſulere vt fugiat. Nam ille tantum cui fugere licet, viam ſternere poteſt, cæteri vero maiorem iniuriam facerent diruendo carceres, quam priuatam domum, eſſetque in vtroque foro capitale crimen. Et quamuis Caietan. ſecunda, ſecundæ quæſt. 69. contrariæ ſit ſententię, arbitror tamen nemini licere porrigere vincto vel limam vel aliud inſtrumentum, quoniam iam hoc eſſet cooperari. Neque vera eſt illa regula, quod ſi mihi licet aliquid operari, liceat alijs me iuuare, quoniã vincula & carceres rumpere, ſolum eſt licitum ſternenti ſibi viam. Secus habet conſulere alteri quod ei licet. Cuſtodibus autẽ carceris iuſtitięque miniſtris grauiſſimum eſſet infidelitatis ſcælus, vel cooperari, vel conuiuere, vel diſſimulare, immo credo, & conſulere. Neq. vero propterea quod condẽnatis fugere in foro conſcientię liceat, aliquod patiatur reſpublica detrimentum nã ſatis obuiatur ſi carceres bene ſint murati, & cuſtodes vigilantes. Non enim eſt neceſſarium vt nullum ſit impunitum crimen. Porro autem fateor contra hanc determinationem frangendi carceres, quam in foro cõſcientię veridicam arbitrio, validiſſimũ exiſtere argumentũ ex iure ciuili, quo pœna capitis effractoribus carcerũ decernitur, vt patet, ff. de eſtract. l. De his & ff. de cuſt. & exhi. reo. l in eos. Secũdũ quas & alias particulares ſolent bene moratæ reſpublicę adhibere. Nam tam grauis pœna niſi pro mortali culpa, iniuſta ſane eſſet,

Prima ratio.

Solutio.

Secũda ratio,

Hẽricus

Caieta.

Argu.

Solutio.

Ratio altera.

Solutio.

Caieta.

Argum.

ſecun-

ſecundum ea quæ lib 1. q. 6. definita reliquimus, nempe pœnam, niſi pro culpa infligi non poſſe. Ad hoc nihilominus reſpondetur quòd cum legum conditores ciuiles non ſint ſpiritualium iudices, vt perpendere valeant culpas in foro conſcientiæ, nihil mirum ſi putent eſſe culpam vbi culpa non eſt. Igitur vel illam ſunt opinionem ſequuti, quod per ſe effringere carceres lethalis culpa ſit, vel ſuas leges in præſumptione fundauere. Præſumitur enim vis ſuper illata cuſtodib. & reſiſtētia, vbi vere ineſt culpa. Et ideo additur in dictis legibus. Si quis conſpiratione facta cum cæteris carceres affregerit. Vbi vis & reſiſtentia cuſtodibus illata inſinuatur. Subditur autem ibidem. Qui per negligentiā cuſtodum euaſerint, leuius puniantur. Et intelligendum eſt ſi vincula aut carceres rumperent, nam alias profecto nulla eſſet æquitas, cum citra con trouerſiam, nulla ſit illic culpa. Tametſi qui fugit, eo ipſo criminis fit iure ſuſpectus Subdit autem eadem lex, In eos, quòd etſi effractores inuenirentur poſtea innocentes ex eo crimine propter quod impacti ſunt in carcerem, tamen puniendi ſunt. At vero leges (vt dictum eſt) ſemper præſumitur reſiſtentiam. Alias re vera innocentibus nulla eſt culpa, vincula lacerare, nec terebrare parietes. Super eſt autem contra hanc eandem definitionem, & aliud argumentum huiuſmodi. Qui ad mortem damnatus eſt, eo ipſo damnatur ad carcerem, facit ergo contra obedientiam dum fugit. Reſpondetur per interemptionem antecedentis. Qui enim damnatur ad mortem, ſolum cogitur pati, & ideo ſubducere ſe poteſt. Verum eſt quòd leges ciuiles decernentes fractoribus pœnas, in virtute præcipiunt ne carceres effringant, quia legiſlatores præſumunt illic culpam (vt expoſitum eſt) alias nequirent repoſcere pœnas, vt lib. . quæſt. 6. dictum eſt. Poſſunt quidem & condemnare ad carceres, ſicut ad exilia, tenenturque tunc rei in carcere manere, eſſetque illis peccatum fugere, niſi immineret periculum mortis aut corporalis ſupplicij. An vero ſimul poſſet quis damnari ad carcerem, & ad mortem? Caiet. loco citato innuere videtur tales poſſe fieri leges, licet latæ non ſint. Arbitror tamē quòd non eſſent iuſte, quia non poteſt miſer illo naturali beneficio fugiendi priuari, quando ad ſupplicium deſtinatur corporale. Beneficium enim illud naſcitur ex appetitu, quem natura dedit rebus conſeruandi ſe. Quapropter diſtinguendum eſt, quod in aliquibus non poteſt homo condemnari, niſi vt patiatur, puta in his quæ vel morte vel corporale ſupplicium afferunt. Et tunc non poteſt condemnari ne fugiat. Diuerſa autem ratio eſt in alijs, in quibus ad ſimile ſupplicium corporale non proceditur. Tunc enim poteſt reus condemnari non ſolum ad pati, verum & ad agere. Puta vt pecuniam ſoluat in exilium ſecedat, in clauſtro maneat, vel in carcere non ſolum ad tempus, verum & perpetuo. In his namque omnibus obedire tenetur, & facere quod ſibi iniunctum eſt. At vero ratio quam ſecundum D. Thom. aſſignauimus, nempe ob id licitum eſſe damnato fugere, quòd non tenetur facere id vnde mors ſequatur, non apparet vſque adeo ſolida, nā expectare reum in carcere, non eſt occidere ſe, alia minime expectare liceret, quod falſum eſt, cum expectantes martyres contrarium dederint documentum. Reſpondetur quod neque S. Thom. affirmat hoc eſſe occidere ſe, ſed facere vnde mors ſequatur, quod licet nemo virtute ſententiæ teneatur facere, poteſt tamen ſua ſponte, quia æquanimiter pati vult ſententiæ executionem. De martyribus autem alia eſt ratio. Nam aliquando tenentur ob confeſſionem fidei expectare. In eadem ſolutione ad ſecundum ſubdit D. Thom. ſimilitudinem, dicens. Sicut etiam ſi aliquis ſit condemnatus vt fame moriatur, non peccat ſi ſibi cibum miniſtratum ſumat, quia non ſumere eſſet ſeipſum occidere. Et quod liceat ei cibum paratum ſumere, nemo ambigit, quia damnari non poteſt, niſi vt ei non miniſtretur. Reſtat tamen ambiguitas vtrum teneatur ſumere? Et quidem Caiet. illic incunctanter aſſeuerat teneri ita vt ſi non ſumeret, peccaret. Cuius maximum argumentum colligitur ex verbis S. Thom. nam dicit hoc eſſe ſe occidere, quod nemini licet. Ego vero fateor non eſſe mihi prorſus improbabile, quòd ei liceat non edere. Nam vere dignus eſt morte, etſi licite poſſit eam ſub erfugere, poteſt nihilominus non ſubterfugere. Quis enim ambigat quin ſceleroſus homo ſuorum criminū conſcius, ſciens prętorem venire ad ſe capiendum poſſit illum operiri,

Reſpon ſio.

Argumē tū alterū ad idem

Solutio.

Dubiū. Caiet.

Solutio.

Diſcuti- tur rō. S. Tho.

Mēs. S. Thomæ

Caiet.

riri, atque adeo in carcere aperto ſine vllis vinculis mortem expectare quam meretur? Ergo licet fatear, non eſſe parem omnino rationem, haud tamen eſt longe diſpar, quin & damnatus, vt inedia abſumatur poſſit à cibis contra iudicis iuſſa oblatis abſtinere. Neque S. Tho. aliud ait quam quod nemo poteſt ad hoc condemnari. Et ideo neque ille comedens, neque qui cibos illi porrigerent, niſi ſpecialiter eſſent prohibiti, peccarent. Ob idq; laudi datur apud Val. Max. lib. 5. Athenienſis Cimona, quæ patrem ſuum tali damnatum morte, lacte pauit. Attamen nemo illis tenetur tales cibos ſuppeditare, ſicuti extrema extra iudicium patientibus, vt 2.2. q. 31. art. 2. auctor eſt S. Thom. Igitur vt ad ipſam diui doctores rationem reuertamur, quando ſubdit quod non ſumere eſſet ſeipſum occidere, non intelligit poſitiue, quod aiunt, & formaliter, ſed reductiue, ſicut qui tenetur ſeruare nauim, ſi non ſeruat, cenſetur ſubmergere. Et idcirco qui ſine cauſſa non ſeruaret vitam, ſe occideret. Puta ſi quando extra caſus iudiciales fuit domus, vel irruit fera, vel appropinquat flamma, non fugeret, ſuæ eſſet vitæ prodigus, quia ſine cauſſa eam negligit, ſuique adeo eſt interfector, ſicuti & qui non damnatus non comederet. Qui autem legitima ſententia proiectus eſſet leonibus, non teneretur ſe ab ipſis defendere, quamuis licite poſſet quia non ſe ſine cauſſa mori ſinit, ſed quia mortem meretur, vult eam à iudice pati. Sed ais, ille non eſt damnatus ne comedat, fateor, & ideo poteſt comedere. Sed tamen quia eſt damnatus, ne ei miniſtretur eſca quouſque exhalet animam, poteſt (quod probabile reputo) non comedere. Secus autem de illo innocente qui immeritus condemnatus eſſet. Ille enim fortaſſe teneretur & de carcere fugere, & comedere ſi apponeretur panis, præcipue ſi vita ſua vtilis eſſet reipublicæ. Nam alias neſcio an vt tale patientiæ ſpecimen exemplo Chriſti præberet, liceret ei ſententiam iniquam ſponte ſua ferre, ſaltem non fugiendo. Poſtrema autem dubitatio ſuper eſt de eo qui ad epotandum venenum condemnaretur, quo quidem mortis genere ſolenni Athenienſibus fui ingenuos ac proceres enecare, quo & Socrates ſublatus eſt. Videtur namque huiuſmodi condemnato id licere, quia hoc non eſt agere, ſed pati, vt ſi vi aperiretur ei os, cur non poſſet ſponte ſua aperire vt cruciatum effugeret? Et ſi eſſet, v. g. quis condemnatus vt linguæ particula ei abſcinderetur, dareturque ei optio vt vel paruam ſibiipſi abſcinderet, vel maiorem carnifex ſecaret, cur non poſſet minus detrimentum optare? ſicuti de ſeipſo Ioſephus refert lib. ſecundo de Bell. Iudai. cap. 27. quod data ſibi optione, maluit vnam ſibi ipſe manum amputare quam permittere vt ambabus truncaretur. Et ſi quis condemnaretur ad ſanguinis emiſſionem, per venam quam lictor aperire neſciret, cur ſi reus eſſet artis peritus, id exequi tanquam miniſter iuſtitiæ non poſſe? Ad hæc breuiter omnia reſpondetur, in primis eiuſmodi leges, atque ſententias eſſe iniquas, quippe quibus condemnatur rei ſeipſos vel occidere vel mutilare. Quapropter Chriſtiana familia illas non permittit. Imo vero neque martyribus eiuſmodi iudicibus parere liceret. Secus autem quando actio potius eſt paſſio, vt ſi reus linguam extrahat manumve aut collum lictori paret, aut patibuli ſcalam aſcendat. Hoc enim non eſt agere, ſed ad crucem ſe hominem adaptare, ſicuti dum in carcerem duceris, potes tu ipſe ambulare. Ad hiſtoriam ergo Ioſephi reſpondetur male feciſſe, ſicut malefaceret qui particulam linguæ ſibi reſecaret, vt euitaret maius damnum, quia illud medium non erat per ſe neceſſarium, ſed ex malignitate alterius præcipientis. Secus ſi putridum haberet membrum, tunc enim tu tibi ipſi, ſi alius chirurgi non haberetur copia, poſſes abſcindere, ſicuti alia quacunque via tibi, ipſi mederi.

Valer. Maxim.

D. Tho.

Scrupulus. Solutio.

Ioſeph.

Poſtrema dubitatio.

QVÆSTIO VI.

DE INIVSTITIA TESTIS.

ARTICVLVS I.

Vtrum teneatur quandoque homo teſtimonium ferre.



VArtum locum in iudicio obtinere perſona teſtis, de qua quatuor examinãda ſunt, 1. teſtiũ obligatio, ſufficiẽtia, repulſa, & culpa. Quæritur ergo primo vtrũ quis aliquan-

aliquando teneatur testimonium dicere? Et arguitur à parte negatiua. Fraudulentia nemini licita est, quippe cui indiuidua malitia inest, qui aut occultum crimen reuelat, id præcipue quod suæ fidei concreditur, infidelis est & fraudulentus, secundum illud Prouerb. 11. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana, qui autem fidelis est, celat amici commissum, ergo nulli licet talia reuelare secreta, tantum abest vt quispiam teneatur. Secundo arguitur. Si testificari virtus esset, ea maxime conueniret sacerdotibus & clericis, propter eorum maiorem auctoritatem. His enim qui sacra tractant firmior debetur fides & tamen clerici testes esse in causa sanguinis prohibentur, ergo testificari nō videtur esse virtus. In contrarium est Augustin. vbi ait. Qui veritatem occultat, & qui prodit mendacium, uterque reus est. Ille quia prodere non vult, iste quia nocere desiderat.

Primū arg. partis negatiuę.

Secūdū arg.

Augustin.

Distin.

Responsio quæstionis, quatuor conclusionibus continetur. Discernendum enim est inter eum, à quo testimonium requiritur, & eum, qui non est requisitus. Prima ergo conclusio est. Quicunque à legitimo iudice secundum formam iuris in testem adsciscitur, tenetur testimonium ferre. Cōclusio inde patet, quod illud est obedientiæ munus, & obedire quicunque subditus tenetur maioribus suis iusta præcipientibus. Secunda conclusio. Qui occulta crimina interrogatur de quibus neq. infamia præcessit, neque alia iuris causa ex supra nominatis, non tenetur testimonium dicere. Hęc itidem est manifesta, quoniam qui cunque tenetur bono proximi nomini cōsulere, celando eius crimina, nisi legitime compulsus fuerit. Similes ergo sunt regulæ istæ a teste obseruandæ illis quæ reo prę scriptæ sunt. Quando vero vel nullus testis in terrogat, vel ille qui tuus non est iudex, altera tibi est obseruanda distinctio. Enim uero si testimonium tuum necessarium est ad liberandum hominem, vel ab iniusta morte, vel a falsa infamia, vel ab iniquo damno, tunc auscultanda est tertia conclusio. Quicunque ab eiusmodi periculis inique oblatis tenetur testimonio suo proximum liberare. Probatur quia charitatis mandato quicunque tenetur proximo suo malum cauere. Exemplum præsto est in eleemosyna, quam grauiter patienti porrigere quisque tenetur. Est enim & hoc genus quoddam, idemque præcipuum eleemosynæ. Quapropter non solum petitus à suo proximo & rogatus obligatur, verum etsi minime fuerit requisitus, tenetur quisque vltro satagere tur suum denuntiet testimonium, vbi prodesse potest, ita enim nos admonet Psaltes. Eripere pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Et Sapiens Prouer. 28. Erue eos qui ducūtur ad mortem Et ad Rom. 1. Digni sunt morte, non solum qui faciunt, sed etiam quo consentiunt facientibus. Vbi glossa, Consentire est tacere cum possis redargue re. Et eadem ratione cum possit testificari. Quapropter conclusio hæc multo habet patentiorem veritatem in prodendis criminibus, quæ in exitium reipublicæ vergunt. Nam si tunc quicunque tenetur esse acusator, multo æquius testis. Quarta conclusio. Extra casum necessitatis liberandi miserum ab iniuria, vel rempublicam apericulo, solum causa condemnandi reū nemo tenetur sua sponte offerre se in testem nisi iuridice compulsus secundum ordinē iuris. Probatur, quia celare tunc veritatē, nulla est causa damni vel publici vel priuati. Quare neque iustitiæ ratio, neque charitatis quempiam tunc cogit priuatum ciuem secretum pandere, quod in pectore habet. At vero conclusiones has sic iuxta ordinem S. Th simpliciter assertas, necesse est exactius perpendere Existit. n. statim argumentum contra primam quod si tenetur testis euocatus a iudice testimoniū ferre, sequeretur quod neutiquam ei liceret sese occidere ne accerseretur. Imò quod si vlla vteretur astutia ne verum testimonium ferret, teneretur restituere damnum quod vel actor vel reus acciperet, cui eius testimoniū cōducebat Hæc. n. illatio inde patet q; ferre tunc testimoniū, actus est iustitiæ, iustitia autē læsa restōnem postulat. Quod si argō hoc conuincaris, consequens subinde apparet vt qui cōtra tenorē tertiæ conclusionis ēt a iudice non vocatus testimonio suo non succurrerit iniuriā patienti accipientiue damnum, pari rōne teneatur restitutione id resarcire. Consequentia patet, quia dum S. Th testimonium Pauli adducit. Non solum qui agunt, sed ēt qui consentiunt facientibus, opinatur illū tunc in damnum proximi cōsentire. Quod aūt id concedendum nō sit arguitur sic. Primo

Secūda concl.

Rō conclusiōis.

Tertia conclu.

Probō clusion.

Paulus. Glossa.

Quarta conclu.

Probō.

argumēta cōtra primam conclusionem.

nemo charitatis lege tenetur Proximum à calamitate eripere, niſi extrema aut grauí neceſſitate prematur, ergo licet quiſpiam teſtimonio meo indigeat, vbi ei dānum agitur pecuniæ, aut famæ extra extremum aut graue periculum mortis, niſi à iudice cogar, non teneor obſequium meum ferre. Secunda, Neque vero eiuſmodi periculis extremo aut graui eadem charitatis lege ſuccurere vllus compellitur, cum detrimento ſuo. Tertio, etſi in talibus caſibus quiſpiam charitatis negligens, officium ſuum non præſtiterit, obnoxius ſub inde non ſit reſtitutioni. Concluſio ergo tertia non eſt vſque adeo vera vt in ſuperficie ſonat. Hæc argumenta adducta ſunt, vt diſcrimen pateſcat, quo inter primam tertiamque concluſionem intereſt. Enimvero licet vtraque vera ſit, prima tamen iuſtitiæ lege, tertia vero ſolo charitatis debito. Per hoc ergo diſcrimen alia innoteſcunt. Qui enim ſe fraude & dolo ſubduceret ne à iudice vocaretur in teſtem, profecto ſi ita eſſet proximo ſuum teſtimonium neceſſarium, vt ibi tota periclitaretur cauſſa, tunc & grauiter peccaret, & reſtituere teneretur. Nam eiuſmodi tunc homo contra iuſtitiam, dediſſet alteri damnum. Et multo peccaret grauius, tenereturque arctius reſtituere ſi falſum diceret teſtimonium, ex quo alteris condemnatio ſequeretur. Igitur ad primum argumentum contra tertiam hanc concluſionem reſpondetur, quod quamuis qui non acerſitur à iudice, non debet ex iuſtitiæ lege, ſed per officium charitatis teſtimonium ſuum, eſt tamen inter hoc atque alias eleemoſynas differentia, quod in alijs licet extra extremam & grauem neceſſitatem nemo ſtringatur dare quod ſuum eſt, tamen quando alter tuo indigit teſtimonio, quoddam ius habet ad illud quia vnicuique mandatum eſt de proximo ſuo. Et ideo ſi abſque vllo prorſus detrimento illud poſſis exhibere, etiam ſi alter non ſubeat periculum vitæ, ſed famæ vel pecuniæ, obligaris charitatis amore. Quemadmodum ſi haberes aliquam ſcripturam ex qua ius eius & cauſſa penderet, teneteris illam producere. Et accedit aliud vinculum ſingulare, quod alia eſt ratio neceſſitatis, cui ſuccurrere tenemur, quando illam quis patitur per iniuriam aut aliquam cauſalem cladem, quam ſi illam pateretur per ſolam inopiam. Etenim cum proximus domo caret, non obligor illi donare, quando vero domus eius ardet, etiam ſi ſit diues, teneor ſi poſſum ſine meo nocumento incendium extingue re. Secūdo autem argumento concedimus ſuam concluſionem, videlicet quod nemo cum ſuo graui periculo aut detrimento cogatur tale officiū charitatis præſtare, quin vtro nec cum detrimento ſuorum. Vt filis eſſet cum patre meo, non teneret mea ſpōte contra eum prodire teſtis. Sicut ſi idem meus parens aggrederetur nudo gladio innocentem, quem defendere ego non poſſem, niſi eundem parentem occidendo, non teneor. Et pariter ad tertium reſpōdetur, quod vbi ſolum charitatis obſequium & munus omittitur, nulla naſcitur reſtitutionis obligatio. Præterea ex quarta concluſione nonnihil exoritur difficultatis. Apparet enim quod etiam extra caſum liberandi innocentem, ad nocentis condemnationem compellatur iure quiſque nondum a iudice acerſitus, offerre ſe in teſtē, tūc ſcilicet quando legitimè accuſatus eſt. Neque ſolutio S. Thom. vero ſimilis eſt, vbi ait quod neque ſi accuſatori periculū immineat, curare hoc debeat teſtis. Nam quando accuſator accuſare conſtringitur, videtur & teſtis ad teſtificandum ſubinde compelli, alias iniqua eſſet accuſatoris conditio ſcilicet qui teneret vt immergere ſe in cauſſam vbi in probatione deficeret. Reſpondetur quod Sanct. Tho. præcisè loquitur vbi accuſator non tenebatur accuſare. Et ideo ſubdit, quia ipſe in hoc periculum ſponte ſe iniecit Tunc enim nemo illi tenetur fauere, ſicuti reo iniuriam contra ſuam voluntatem patienti. Et in hoc caſu verum habet illud Auguſtini ſuper verbo Abrahæ, Gen. 12. Dic quod ſoror mea ſis, veritatem celare licet non mendacium dicere. 2. 2. q. 2. canon Ne quis. Quando autem obligatio eſt accuſandi, vt in criminibus bono publico exitialibus, tunc quicunque tenetur etiam non vocatus profere ſe in teſtem.

Primū argum. in contrariam partem.

Arg. 2.

Arg. 3.

Legitimus ſenſus primæ ac tertiæ cōcluſionū

Ad primū arg.

Ad ſecūdū arg.

Ad tertiū arg.

Auguſt.

Ad primum igitur argumentum reſpōdetur diſtinguendos eſſe ſecretorum gradus (vt ſuperiori quæſtione dictū eſt) ſigillum enim ſacramentalis confeſſionis, nulla eſſe pōt neq; vero excogitari cauſſa, niſi expreſſa eſſet Dei reuelatio, ob quam detegendū eſſet. Et in hoc caſu verum hēt prouerbium

Ad primū arg. principale.

verbium citatum. Eſſet enim illa ſacrilega fraudulentia & infidelitas, dixerim ſacramentalis confeſſionis. Nam vulgaris conſuetudo detegendi alijs ſecreta ſub ſigillo confeſſionis, etiam ſi genibus flexis ſignum crucis & Confiteor præmittatur, niſi fiat integra confeſſio omnium peccatorum, non obligat ad ſigillum confeſſionis, ſed ad ſigillum ſeculare. Et ideo cum iuridice requiruntur, poſſunt ac debent talia ſecreta nullo obſtante iuramento ſeruandi, reuelari iudici, puta ſi ſint peſtifera reipublicæ, debent ſtatim accuſatione deferri in aures iudicis. Et ſi ſint in periculum graue tertiæ perſonè, cui non poteſt aliter occurri, vel ſi euocetis in teſtem. Ac citra tales caſus tenetur quiſque ſeruare ſecretum, aliter ius naturæ frangeretque mortale crimen, & in leuibus, venialis culpa. Quapropter extra caſus modo nominatos, in re dubia potius inclinandum eſt ad ſeruandum ſecretum proximi, quam ad prodendum. Vt ſi iudex ſolum a te quærat an ſcias aliquid, & tu tantum audiſti, non vidiſti, potes dicere, neſcio, quia quod audiuimus, non ſcimus. Si autem iuſte interrogatis an audieris, fateri cogeris. Item vidiſti fieri homicidium, etiam cum alijs conteſtibus interrogaris tamen per viam inquiſitionis, non teneris reſpondere, niſi vel infamia præceſſerit vel indicia. Si autem procedatur via accuſationis, etiam ſi ſolus videris, teneris adductus in teſtem teſtimonium fere. Reus autem tunc interrogari iuſte non poteſt abſque vno præuio, iuratoque idoneo teſte. Ad ſecundum autem iam ſatis ſupra reſponſum eſt. Quæſtione enim prima huius libri cauſſam reddidimus quare clerici criminalium iudices eſſe non poſſunt, videlicet ne qui ſacra tractant, cædis cruore commaculentur. Eademque ratione quæſtione quinta, dixi mus interdictum eis eſſe in eiſdem cauſſis accuſare, ac ſubinde modo dicimus nefas quoque eſſe teſtificari.

Secũdũ arg.

ARTICVLVS III.

Vtrum duorum vel trium teſtimonium in iudicio ſufficiat.

SEquitur ſecundo loco de teſtium ſufficientia, vtrum duo vel tres ſatis ſint? Et arguitur a parte negatiua. Teſtimonium vt fidem faciat, concors eſſe debet, contingit autem ſæpenumero duos & tres teſtes re aliqua diſcordare, eiuſmodi ergo teſtimonium non eſt legitimum.

Primũ argum.

à parte negatiua.

Secundo In nonnullis cauſſis non ſufficiunt tres teſtes, nam in obſignatis teſtamentis iure ciuil. requiruntur ſeptem, vt patet Inſtit. de teſtamen §. fin. & C. eodem titulo. l. Hac conſultiſſima. Et in alijs perinde cauſis eadem ſeruatur cautela.

Argu. 2.

Tertio argumen. contra perſonas in dignitate conſtitutas, & potiſſimum ſi ſint Eccleſiæ Romanæ non ſatis eſt ternarius teſtium numerus. Legitur enim ſecunda quæſtione quinta, can. Præſul. quod Præſul non damnetur niſi cum ſeptuaginta duobus teſtibus, qui fuit numerus diſcipulorum Chriſti. Presbyter autem Cardinalis non niſi cum ſexaginta quatuor teſtib. deponatur. Diaconus vero Cardinalis vrbis Romæ non niſi cum 27. condemnetur. Subdiaconus acolythus, exorciſta, lector, oſtiarius, non niſi ſeptem. Et eſt tex. Syluеſt. in Concil generali. In huiuſmodi autem Eccleſiaſticis quippe quorum crimina minus ſunt toleranda, pauciora deberent teſtimonia requiri, ergo vrgentiori ratione in alijs non ſufficiunt tres. In contrarium eſt illud Deuter. 17. In ore duorum vel trium teſtium peribit qui interficietur. & cap. 16. In ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum. Quod Chriſtus Matthæi 18 approbando citauit. Idẽque Paulus 1. ad Corinth. 12.

Argu. 3.

Paulus.

Ad quæſtionem vnica concluſione reſpondetur. Duorum teſtimonium, qui ſint homines fide digni ſufficiens eſt in iudicio, & ad maiorem certitudinem trium. Concluſio hæc trifario iure aſſeritur. Naturali, ſcilicet diuino, & humano. De diuino enim iam citata ſunt teſtimonia. Et præterea Chriſtus Ioan 8 eadem ratione aſtruxit teſtimonium ſuum, quod ſimul erat & patris, fide dignum eſſe. Quo loco ait Auguſtin. quod in hoc teſtium numero eſt trinitas ſecundum myſterium cõmendata, in qua eſt perpetua firmitas veritatis. Ius autem humanum patet 2. q. 5. ca. quod vero & extra de teſtibus. c. in omni negotio, & ff eod. tit. l. vbi numerus: Rãtione, autem naturali probatur. Certitudo (vt 1. Ethicor. auctor eſt Ariſtot.) non eſt ſimiliter in omni materia exquirenda. Ob idq. in actibus humanis, qui in caduc-

Conclu ſio riſi. ua. Suadet conclu. Augu.

cis, & contingentibus verſantur, & de quibus conſtituuntur iudicia, non ea exigitur certitudo quæ in ſcientijs demonſtrabilibus, ſed illa ſatis eſt quæ plurimum veritatem continet, raro autem deficit, probabilius autem eſt, certoque propinquius id quod à multis aſſeritur, quam quod aſſerit vnus, ob idque vbi vni tantum reo neganti multi obijciuntur teſtes, rationi conſentaneum eſt, vt illorum potius teſtimonio ſtetur, quam rei negantis. At vero multitudo tribus comprehenditur principio ſcilicet medio, & fine, quibus continetur linea, item longitudine, & latitudine, & profunditate, quibus concluditur corpus. Vnde Ariſtot. initio 1. de cœl. totum & omne de tribus primum dicitur, nam de duobus ſolum dicimus ambo, duo autem teſtes cum actore faciunt tres, quo autem abſque actore cur in iudicio non tanta perhibetur fides teſtimonium abſolutum ſit ac perfectum, adhibetur tertius teſtes. Vnde Eccleſ. 4. Funiculus triplex difficile rumpitur. Cum ergo ſub diſiunctione dicitur in ore duorum vel trium, prius membrum neceſſitatem deſignat & ſufficientiam poſterius vero abundantius complementum. Quod ſi obijcias cur non vnus affirmans contra negantem vnum ſufficiat, reſpondetur quod cum reus ſit ſuæ vitæ ſuorumque bonorum poſſeſſor, & melior ſit conditio poſſidentis, non exiſtimatur vnius actoris affirmatio contra ſufficiens, etiamſi vno alio fulciatur teſte, ad depelendum ipſum de ſua poſſeſſione. Sed nunquid non quandoque vnius auctoritas plurium teſtimonio præſtat. Fatendum quidem eſt, tamen leges vt ſæpe dici ſolutum eſt, non ea conſiderant, quæ raro cõtingunt, ſed quæ plurimum. Quamuis vnius eximiæ auctoritatis qualis eſt Imperatur, teſtimonium, ſufficiens iudicatur, vt habetur l. omnium. Cod. de teſtam. Quin vero neque plurium ſemper affirmatio firma eſt. Nam vt legitur 3. Regum 21. Nabaoth. plurium falſo teſtimonio condemnatus eſt. Et innocentiſſimus Chriſtus. Emergit autem ex hac concluſione argumentum contra ius humanum. Leges humanæ non poſſunt naturali derogare, ac multo minus diuinæ, quod autem tres teſtes ſufficiant, eſt de iure naturæ & diuino, vt dictum iam modo eſt, ergo leges humanæ non potuerunt teſtimonium trium infirmare, conſtituentes vt in teſtamento aperto requirantur quinque teſtes, & in occluſo ſeptem, atque alijs caſus item plures. Reſpondetur, ius naturæ & diuinum non vſque adeo ſtabilire teſtimonium triũ vt cenſeant nullam ob cauſſam exigi poſſe plures. Enimuero quamuis niſi hominum malitia nimium excreſceret, duorum vel trium abundaret teſtimonium, mortalium tamen fide & iuſtitia deprauata, idẽ ius naturæ perſuadet, vt teſtimonia firmiora requirentur, & maxime in defunctorum teſtamentis, qui ſuas voluntates poſt mortem aſſeuerare nequeunt.

Obiectio. Solutio. Argu. Solutio.

Ad primum igitur argumentum reſpõdetur, quòd ſingulares teſtes non faciunt in iudicio fidem, ſed illi tantum qui ſunt conteſtens. Dicuntur autem ſingulares, quando quiſque ſuum actum ſeorſum cõteſtatur. Sed tamen de eorum diſcordia cum Diuus Thom diſtinguendum. Nam ſi diſcordant vel in ſubſtantia actus, puta quod vnus ait reum percuſſiſſe alapa, alius vero fuſte, vel in loco aut tempore quæ ſunt, proximæ actionum circunſtantiæ, nempe quod vnus ait rem contigiſſe, aut mane aut domi, alius vero ſero, aut in agro, teſtimonium tunc aut refutatur, aut non ſatis ad ſententiam facere cenſetur. Videntur enim ſingulares eſſe, hoc eſt de diuerſis actibus loqui, præſertim ſi tanquã certa aſſerant. Nam ſi vnus dicat ſe non meminiſſe, non vſque adeo inficiatur eius teſtimonium. Sed eſt tamen regula quam prudenter Sanct. Thom. conſtituit, videlicet quod ſi teſtes actoris & teſtes rei ad inuicem fuerint diſcrepantes tunc cæteris paribus, ſtandum eſt a parte rei, quoniam cum melior ſit conditio poſſidentis, iudex propenſior eſſe debet ad abſoluendum, quam ad condemnandum. Si vero teſtes eiuſdem partis inter ſe diſſenſerint, & pariter teſtes alterius inter ſe, tunc iudex vtri partium aſſentiri debeat ex multis poteſt perpendere, ſcilicet vel ex numero teſtium, vel ex dignitate, vel ex fauore cauſſæ, vt ſi agatur de libertate alicuius, & de alijs negotiorum qualitatibus. Multo autem iuſtius repellitur teſtis qui ſecum ipſe diſſidet, ac hunc maxime cum de vſu, & ſcia interrogatur. Nam qui de opinione requiritur & fama non ideo reiciendus venit quod ſecundum diuerſa uiſa & audita de re tibuet. At vero quãdo in aliquib. diſcre-

Ad primũ arg. D. Tho. Regula Thom.

discrepant circunstantijs, quæ ad substantiam causſa exiguum afferunt momẽtum, non ideo testimonium inficiatur. Vt si alius dicat contigisſe rem hora tertia, alius hora quarta, vel quod tempus erat subnubilum aut subclarum, aut si domus pictura ta erat, aut secus, ad quas circunstantias nõ solent homines esſe attẽti. Quinimo (vt de concord. Euange Chryſ. & Aug. ſapienter adnotauere) aliquãta hiſtoricorum diſcordia, ſolidiorem illis arrogat fidem quam si vſque ad minima esſent concordes. Tunc enim conſulto & ex condito videri poſſent conſpiraſſe ad fingendum hiſtoriam. Præter hæc autem (& hoc Cum Caietano) lubẽter impræſentiarum adnotauerim quod etiam si teſtes ſingulares fuerint de multiplicatis ab eadem perſona eiſdem actibus, non debilem faciunt fidem, maxime in religionibus, vbi ſyncera debet esſe & plana cognitio criminum, vt si vnus atteſtetur talem commiſiſſe vnum furtum, atque alius eũdem commiſiſſe aliud. Tunc enim licet de rigore iuris non ſit illis fides habenda, tamen in religionibus poſſent haberi pro indicijs, vt procederetur ad aliquam inquiſitionem & ad interrogandum reum ipſum, etiam cum genere aliquo leuis tormẽti. Secus autem in ſecularibus vbi ad acerbiora ſupplicia proceditur. Ad ſecundum iam reddita eſt ratio cur in aliquibus cauſſis cumulatoria requirantur teſtimonia.

Chryſo. Auguſt. Caieta. Ad ſecũdũ arg. Ad tertium ar. S. Tho.

Ad tertium autem reſpondet S. Tho. quod illud c. intelligitur de epiſcopis & reliquis miniſtris ſingulariter Eccleſiæ Romanæ. Tribus enim de cauſſis tam ingens teſtium copia ante eorum condemnationem expectatur. Primum, quia ea debent ſplendere ſanctitate, ac ſubinde auctoritate, vt plus fidei eis adhibeatur quam teſtibus multis. Secundo, quia cum ipſi iudices ſint vniuerſæ eccleſiæ, propter executionem iuſtitiæ in uidiam contrahunt apud multos, & ideo facile poſſent aduerſus illos falſa obijci teſtimonia. Præſentia tempora documento ſunt quantas hæretici in Romanam Curiam expuerint blaſphemias. Tertia cauſſa eſt, quod ex illorum condemnatione multum deperiret auctoritatis Romanæ Eccleſiæ, quod periculoſior eſſet, quam aliqua illorum mala citra ſcandalum tolerare.

ARTICVLVS III.

Vtrum cuiuſpiam teſtimonium citra eius culpam repellendum ſit.

TErtio loco dicendum eſt de teſtium idoneitate. Quærendum ſcilicet, vtrũ cuiuſpiam teſtimonium ſit citra eius culpam repellendum? Et arguitur à parte negatiua. Ad ea quæ ſunt reipublicæ neceſſaria, ac ſubinde de neceſſitate ſalutis præſtanda, nemo repelli debet niſi propter culpam, teſtimonium autẽ ferre, eſt huiuſmodi, ergo ab illo munere nemo reijciendus eſt, niſi illius ſit ſceleris notatus. Secundo. Repulſio teſtis, aut in pœnam illi decernitur, aut ideo fit quod non datur illi fides, pœna autem nemo dignus eſt, niſi propter culpam, neque ob aliam cauſſam indignus eſt fide, quia quicunq; præſumitur bonus, quoadusq; ſua ipſe malitia prodat, ego nullo modo teſtis refutandos eſt, niſi propter culpam. In contrarium eſt canon ſi teſtes quarta. quæſt. 3. vbi complures hominum ſortes a teſtimonio ferendo citra culpam ſuam, repelluntur.

Primũ argu. Arg. 2.

Ad quæſtionem reſpondetur hac affirmatiua concluſione, citato c. conſona. Iure & merito homines à teſtificandi munere, tã ob alias cauſſas, quam ob culpam repelluntur. Concluſio hæc, præterquã iure humano, ratione etiam naturali clareſcit. Enimuero cum certitudo, humani teſtimonij (vt proxime dictum eſt) non ſit prorſus infallibilis, ſed fallentijs multis peruia, conſentaneum eſt vt quidquid teſtimonij fidẽ infirmat, refutetur. Infirmat autem huiuſmodi fidem cum primis culpa, cuius cauſſa infideles atque infames non admittuntur in teſtes. Præterea & qui publici criminis rei fuere. Præter culpam autem runt & alij defectus probabilitatem teſtimonij debilitantes, vt rationis inopia ob quã pueri & amentes recuſantur, atque etiam mulieres, niſi in certis caſibus. Secundo & cauſſæ quæ plenæ libertati obſtant, vt inimici & amici, atque adeo domeſtici. Tertio & humilium conditio, vt pauperes qui cauſa leuandæ famis corrumpi poſſent. Præterea & viles, vt ſerui. Denique latiſſime huiuſmodi defectus cano citato dinumerantur, videlicet ratione ſexus, ætatis criminis conditionis, aliarumque huiuſmodi cauſ-

Concluſio reſpõſiua. Rõ con cluſiõis.

ſarum. Circa hanc concluſionem, non tam dubitando quam admonendo quærendũ ſupereſt vtrum huiuſmodi defectus, quando latent in teſte, liceat litiganti in publicum traducere quo teſtimonium ſibi contrarium vel infirmet vel prorſus rẽcutiat? Et vt certiſſimum citra diſcuſſionem ſtatuamus, conſtantiſſimum eſt neutiquam crimen falſum licere teſti obijcere, neque cauſſã ſeruandæ totius reipublicæ. Nam ſi mentiri officiosè fas non eſt, quanto minus perniciosè? Iniquiſſimum ergo vſus eſt, & qui in bene morata reipublica non eſſet ferendus, qui iam nunc temporis in iudicijs eſt frequens, nempe dum aduocati flagitia, quæ neque ſuſpicantur quidem, teſtib. impingunt, dicentes vti iure ſuo ad ſuam redimendam vexationem, cum tamẽ mos ille plus habeat diabolicæ nequitiæ, quam iuris. Fatemur quidem cauſidicos illos procuratores minimum auctoritatis in hac re habere, nam meritiſſimo in his mendaciſſimi habentur nihilominus vix inde emergit teſtis ſine l. ſione honoris & famæ. Et ideo præter illam quam irrogant priuatæ perſonæ, iniuriam quoque inferunt reipublice, nam illa ratione deterrentur viri probi, teſtes eſſe. Et nonnunquam legitime excuſantur, etiam dum a iudice requiruntur, quia nemo cum tanto periculo honoris ſui, & famæ, tenetur obſequium præſtare ſuum. Quare deberent iſti taxatores, quos vocant teſtium, ſi in probatione deficerẽt ſupplicio affici. At vero de crimine vero, occulto tamen, ſupereſt dubitandi ratio. Nam qui crimen occultum reuelat (vt libro precedenti quæſtio. 5. dictum eſt) licet ſecundo gradu nihilominus iure infamator, habetur, ſicuti falſi impoſitor. Nihilo ſecius reſpondetur genere ſuo non eſſe peccatum, reuelare occultum crimen teſtis, ob quod iure repulſam patitur. Nam poſtquam id ius concedit, licitum eſt cuicunque eodem iuris beneficio vti. Attamẽ multæ ſunt requiſitæ conditiones, vt talia detegere crimina, non ſit charitati contrarium. In primis requiritur vt reuelatio illa ſit vindendæ liti neceſſaria. Quare ſi crimẽ non eſt ex illis quibus iure teſtimonium repellitur, nefas eſt illud propalare. Mox libranda eſt fœditas detegendi criminis, cum detrimento quod ſi non detegeretur, dari poſſet. Nam ſi in cauſſa exigui momenti immane crimen teſtis patefaceres, ob quod vel periculum mortis ſubiret, vel infamis deinde viueret, profecto charitatem grauiter vulneraret. Tertio & præcipuæ perpendendum eſt vtrum teſtis, vel ſua culpa, vel ſua ſponte ſe ingreſſerit, nam tunc æquius poſſet ei crimen ſuum opponi, quo os illi obſtrueretur. Quando vero, non ſolum abſque culpa ſua, verum compulſus teſtimonium dicit, periculoſum eſſet illum infamare, tũc vel maxime, quãdo non tam neceſſitate quam ob vindictam id ſit. Quarto denique perpendendum eſt vtrum quamquam alias improbus ſit, probe tamen, & candide, verum fert teſtimonium. Nam ſi conſtaret falſum eſſe multo iuſtius eſſet, etiam cum eius infamia impudens illi os compeſcere.

Dubitatio.

Solutio.

Argumenta autem quæſtionis facilima ſunt. Ad primum enim reſpondetur quod illa teſtimonia ſunt penitus reipublicæ neceſſaria quæ bonum habent auctoritatis pondus, quod quidem citra culpam alijs etiam defectibus diminuitur. Et ideo qui illos habent, refutantur. Et per hoc patet ſolutio ſecundi argumenti. Haud enim omnis teſtium repulſa, pœna eſt, quæ ob culpam infligatur, imò quandoque eſt cautela. Ad alterum autem membrum reſpõdetur quod vbi res non vergit in nocumentum alterius quicunque præſumitur bonus, dum non probatur malus. Quando vero agitur in tertium perſonam, vemini fit iniuria, dum neceſſaria adhibetur cautela.

Ad primũ arg.

Ad ſecũdũ arg.

ARTICVLVS IV.

Vtrum teſtimonium falſum ſemper ſit peccatum mortale.

QVantum quod in teſte conſideratur, eſt culpa, ſi falſus ſit de qua ideo quæritur an ſemper ſit mortalis. Et arguitur à parte negatiua. Primo ſic, Quandoq; teſtis non ſtudio, ſed facti ignoratione falſum dicit teſtimonium, ignorantia autem excuſat a mortali labe, ergo non ſemper falſum teſtimonium peccatum eſt mortale. Secundo. Mendacium quod alicui quidem prodeſt, nulli vero nocet, quodque ideo officioſum appellant, non eſt mortale, ſæpe autem teſtimonium falſum huiuſmodi mendacium eſt, puta dum teſtis falſitate illa ſtudet quempiam vel a morte libera-

Primũ argu.

Arg. 2.

liberare, vel ab iniuria, ſeu iudicis ſeu aliorum teſtium, ergo hoc genus teſtimoniũ non erit lethale crimen. Tertio: Ideo iuſiurandum à teſte requiritur vt timeat peierando mortaliter peccare, hoc autem neArg. 3. ceſſarium non eſſet ſi ipſum per ſe falſum teſtimonium ſemper eſſet mortale, ſignũ ergo eſt circa iuramentum quandoque cõtingere vt ſit veniale. In contrarium eſt illud Prouer. 19. Teſtis falſus non erit impunitus. vbi cũ ſermo ſit de punitione apud Deum, culpa denotatur mortalis.

Quæſtio hæc ſecundum triplicem gradum abſurditatis, quæ in falſo teſtimonio accidere conſueuit, tribus concluſionibus diſſolui ur. Conſideratur enim & ſecundũ ſacrilegium periurij, & ſecundum iudicij iniuſtitiam, & ſecundum falſitatem dicti. Eſt ergo prima concluſio. Omne
Prima conclu. periurium ſiue in iudicio ſiue extra quantumuis de re ſit minima, peccatum mortale eſt. Nec poteſt vlla ex cauſſa alleuiari, vt ſit veniale, quia adducere Deum in teſtem cuiuſuis falſitatis, ſacrilega impietas eſt. Secunda concluſio: Mentiri in iudi
Secũda conclu. cio violando iuſtitiam, etiam citra iuſiurandum genere ſuo eſt mortale. Verba
D. Tho. ſunt S. Thom. quibus inſinuat opinionem quam quæſtione præcedenti contra Caietanum conſtituimus, nempe quod poteſt mendacium in iudicio eſſe veniale. Ob id enim adiecit, genere ſuo, quod poteſt in indiuiduo eſſe veniale. Concluſio inde patet quod præclara iuſtitiæ virtus eſt ad ſalutem neceſſaria, & ideo qui illam tranſgreditor, charitatem, in qua ſalus conſiſtit,
Probõ conclu. auerſatur. Quamobrem. Decalogi præceptum. Exod. 20. ſub illa forma conſtituitur. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium. Nam teſtimonium falſum in fauorem proximi, non eſt mortale, que adeo quando dicitur vt idem impediatur iniuriam facere, quoniam neque hoc eſt contra ipſum, ſed illud contra ipſum exiſtit quod dicitur, vt
Tertia conclu. tollatur ei ius ſuum. Tertia concluſio: Mendacium, ſi aliam non habeat maculam quam falſitatis, non eſt genere ſuo mortale. Patet quia neque eſt contra religionem neque contra iuſtitiam, & ideo genere ſuo non expellit charitatem. Teneatur ergo in memoria differentia concluſionum iſtarum. Omne periurium, non ſolum in genere, ſed in quolibet indiuiduo eſt mortale. Mendacium citra iuramentum, ſi ſit pernicioſum, genere ſuo eſt mortale, ſed poteſt fieri veniale. Iocoſum autem & officioſum genere ſuo non eſt mortale, poteſt tamen ex circunſtantijs illuc vſque creſcere. Quod ſi ſciſciteris vtrũ ſit grauius, periuriumve quodcumque extra iudicium, an pernicioſum mendacium citra iuramentum in iudicio. Reſpondetur ex obiecto grauius eſſe periurium, vtpote Solutio. quod aduerſatur religioni, quam mendacium, quod aduerſatur iuſtitiæ. Attamen in indiuiduis penſandæ ſunt circunſtantiæ, quibus poteſt contra ſimplex pernicioſum mendacium malitia exuperare aliquod periurium.

Quæſt.

Ad primum igitur argumentum reſpõ Ad primũ arg. det S. Thom. Primum, quod nemo debet in iudicio aſſerendo teſtificari, niſi id D. Tho. de quo per vigilantem conſiderationem certam habet ſcientiam, ſed quod ſub dubio habet, ſub dubio debet proferre. Attamen ſi poſt prudentem vigilantiam pro certo id habet, ac ſubinde aſſerit, quod falſum eſt, non ideo mendacij reus habetur, quia non iuit contra mentem, quod nomẽ mendacij ſonat. Quare neque ſi iuratus id affirmet, periurus eſt. Ex hoc reſponſo eli
Corollarium. cit Caiet. neque vllam talis teſtis ſubire reſtitutionis obligationem. Etenim (vt libr. Caiet. præcedenti dictum eſt) reſtitutio, vel ratione acceptionis naſcitur, vel ratione rei acceptæ, eiuſmodi autem teſtis ratione acceptionis, in qua culpa non inſuit, non fit reſtitutionis debitor. Neque vero ratione rei acceptæ, quia cum teſtis non agat cauſſam propriam, id quod alter perdit ſibi non accreſcit. Hoc autem corrolarium cum his temperamentis verum eſt. Primo, quod nulla præfuerit negligentia aut leuitas & temeritas in credendo, nam tunc certe teneretur teſtis in parte pro ratione negligentiæ. Deinde qui omni proculpa falſus eſt, quamuis non teneatur de ſua ſubſtantia reſtitutionem facere, tenetur tamẽ dictum ſuum retractare ſi illa via prodeſſe poterit, vt qui iacturã fecit amiſsũ recuperet, tunc præſertim cum de vita aut fama agitur alterius. Quin vero licet iure teſtis non admittatur teſtimonium retractare niſi in continenti & abſque mora vt patet extra, de teſtibus, c. præterea nihilominus quia (vt gl. illic habet) etiam poſt temporis interuallum robur prioris teſtimonij tra-

tractatione infirmatur tunc maxime, dum teſtis bonæ eſt exiſtimationis, de quo nulla eſt ſuſpicio, conſulto fuiſſe mentitum, debet quantum cumque elapſo tempore teſtimoniū mutare, ſi modo intellexerit quod aliquo pacto poterit famam & honorem alterius reſarcire.

Ad ſecū dū arg. Ad ſecundum argumentum reſpondetur, mendacium officioſum adeo genere ſuo eſſe mortale, vt neque in iudicio tale fiat. Quare dum innocens vel teſtium calumnijs accuſatur, vel iudicis iniquitate vexatur, dicere aliquid contra veritatem, vt illa via ab iniquo iudicio innoxius eripiatur, niſi iuſiurandum interueniat non eſt mortale. Et ratio eſt (vt ait S. Thom) quia iudicium iniuſtum, non eſt iudicium ideoq. nihil illic contra iuſtitiam peccatur. Dum autem vniuerſaliter ait iudicium iniuſtum non eſſe iudicium, non loquitur more ſtyloque doctorum iuris, ſed ſermone philoſophorum moraliū, qui quidquid vitioſum eſt, nullū arbitrantur. Iuris enim prudentes non omnem ſententiam iniuſtam pro nulla ducūt. Sentētia enim apud illos duplici de cauſa eſt nulla ſcilicet vel quia dimanata non iudice, vel quia errorē continet, tum intollerabilem, tū etiam manifeſtum. Attamen etiam ſi non ſit nulla, accidit eſſe iniuſtā triplici de cauſſa, vt auctor eſt Gratian. ca. epiſcopus. 11. q. 3. ſ. aut ex animo, vt puta quia iudex ex odio procedit, tametſi hoc quidem niſi alia adſit iniquitas, ſententiam non vitiat aut ex ordine, nempe quod non ſeruatur neceſſarius ordo iuris, aut ex cauſſa, nempe dum contra veritatem aut facti aut iuris ſententia pronuntiatur. Atq. hæc eſt eſſentialis iniuſtitia, nam reliquæ accidentariæ ſunt. Et quæ dicimus de ſentētia, quæ terminus eſt iudicij, idē & de iudicio cētendū eſt. At vero licet hoc pacto ſit ſentētia iniuſta nō tamen (vt dicere cæpimus) cenſetur ſubinde nulla, niſi error tum intolerabilis, tum etiā

Gregor. propatulus ſit, ideo admonet Greg. ca. cau. & q. dicens. Sentētia paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta timēda eſt. Ob id ſcilicet quod quādo error non eſt manifeſtarius, ad reū non pertinet de illo iudicare. Conſiderate ergo perpende duo verba, ſententia, & paſtoris. Priori namque intelligit quod non ſit intollerabilis erroris, & poſteriori quod ſit veri iudicis. Hæc autem omnia in foro iudiciali intelliguntur. Nam in foro conſciētiæ, quiſquis omni proculdubio reſciuerit ſententiam eſſe iniquam, hoc eſt contra veritatē, pōt nō parere, dū id modo citra ſcādalum faciat. Et ideo S. Th. omne iudiciū iniquum cenſet nullum. Ad tertium facile reſpondetur, quod ideo ſtringuntur teſtes iureiurando, vt maiori percellantur timore. Grauius enim eſt a Dei religioni prœuaricari, quam humanā ſauciare iuſtitiam. Ad tertiū arg.

QVÆSTIO VIII.

DE IVSTITIA Aduocatorum.

S. Tho. 2. 2. quæſt. 71.

ARTICVLVS I.

Vtrum aduocatus teneatur gratis præſtare patrocinium pauperibus in ſuis cauſſis.

POſtrema deniq. perſona in iudicio eſt aduocatus, de quo primo quęritur, vtrum teneatur pauperibus gratis patrocinari. Et arguit à parte affirmatiua. Patrocinium inter alia miſericordiæ opera connumeratur, ſed opera miſericordiæ gratis debent impēdi, ſecundum illud Exo. 23. Si videris aſinum odientis te iacentum ſub onere, non præteribis, ſed ſubleuabis cum eo, cum tamen moleſtius premitur pauper lite cōtra ius ſibi cōflata quam aſinus onere. Secundo accedit auctoritas Grego. qui inter ſuas Homilias exponens locū Euangelicum Matt. 25. de talento quod ſeruus nequam ſubtus terrā infoderat, ait: Hīs intellectum curet omnino ne taceat, habens rerum affluenti m, a miſericordia nō torpeſcat, hīs autem qua regitur, vsū illius cum proximo partiatur, hīs loquendi vſum, apud diuitem pro pauperibus intercedat. Hæc enim omnia talēti nomine reputantur, talentum autem abſcondere culpa eſt, vt de pœna ipſa deprehenditur quam ſeruus ille pertulit, ergo patrocinium eſt in præcepto. Tertio, Præcepta miſericordiæ ſunt affirmatiua, quæ idcirco loco & tpe obligant quo calamitas ingruit, neceſſitatis aūt tps in paupere eſt quoties Primū arg. partis affirmatiuæ. Argu. 2. Gregor. Arg. 3.

iniuria

iniuria opprimitur, ergo tunc aduocatus tenetur ſuo patrocinio illi adeſſe. In contrarium autem eſt quod neceſſitas cibi nō eſt minor, quam illa qua pauper in iudicio vexatur, non autem ſemper tenetur dives cibo pauperi ſubuenire, ergo, neque patronus ſuo patrocinio.

Sicuti de accuſatore quæſitum, eſt vtrū de iuſtitia teneatur quandoque accuſare, & de teſte vtrum teneatur teſtificari, ita & de aduocato operæprecium eſt ſcire an officio miſericordiæ teneatur fauore ſuo miſeris ſuppetias ire? Ad quam vtique quoniam gratis pauperibus patrocinari vnū & eleemoſinarum genus, perinde reſpondendum eſt ac de alijs miſericordiæ officijs, de quibus D Thom. ſecunda ſecundæ quæſtion. 32. diſputauit Eſt ergo concluſio quæ ſola quæſtioni ſufficit. Aduocatus non ſemper cauſſæ pauperum patrociniū ſuum gratis præſtare tenetur, ſed tunc dūtaxat cum non in promptu apparet quomodo ei poſſit aliter ſubueniri. Probatur concluſio. Præceptum miſericordiæ, vt modo dicebamus eſt affirmatiuum, obligat ergo non pro ſemper, ſed miſeria id inopis exigente, igitur vbi in promptu eſt, ut poſſit aliter pauperi ſuccurri, non te præceptum conſtringit, ſed conſilium admonet. Eo potiſſimum quod ad impoſſibile nemo obligatur, & nemo poteſt omnibus opem ferre, licet ſit conſilium dum potes, alium beneficiendo preuenire. At vero vbi non eſt in promptu per viam aliam ſubuentio, tunc extrema cenſetur neceſſitas atque adeo obligatis. Vnde Auguſtin in princip. de doctrina Chriſtiana, Cum omnibus inquit, prodeſſe nō poſſis, his tibi potiſſimum conſulendum eſt qui pro locorum & temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus conſtricti ſtius tibi tanquam quadam ſorte iungun tur. Vbi rationem reddit cur omnibus non tenemur nempe quia non poſſumus Mox affirmatiuum præceptum ſuis qualitatibus circunſcribit vt ſit obligatorum.

Primum ratione loci quia non teneris quæritare quibus bene facias, ſed occurrētibus auxilio adeſſe, ſecundum illud citatum Exod. 23. Si occurris boui aut aſino vicini tui erranti, reduc eum Secundo etiā addit rationem temporis, quia non teneris proſpicere in futurum cauſſis pauperū, ſed in præſenti eis opitulari ſecundum illud 1. Ioan. 3. Qui viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera, &c. Subiungit autem Auguſ vel quarumlibet rerum opportunitatibus, quia dum homo omnibus non ſufficit, illis citius opem debet qui ſibi ſunt aliqua neceſſitudine coniuncti ſecundum illud 1. ad Timoth. 5. Si quis ſuorum, & maxime domeſticorum curam nō habet, fidem negauit. Duo ergo requiruntur ad prēceptum charitatis, prius ut hæ circunſtantiæ conueniat, poſterius vt non ſit in promptu via paratior ſubuentionis. Et quod de aduocato affirmatur, de medico pariter cenſendum eſt, ac de alijs perinde qui miſericordiæ officio leuare ærumnas poſſunt, miſerorumque neceſſitatibus opitulari, ſiue publicis ſiue priuatis.

Primum autem circa hæc dubium exiſtit, quomodo intelligatur excuſatio hæc præcepti, quando in prōptu apparet quomodo alteri neceſſitati ſubueniri poſſit, vtrum ſatis ſit vt tu excuſeris, alios eſſe qui neceſſitatem intuentes, & melius quam tu, poſſunt, & arctiori vinculo tenetur. Sic enim vulgus exiſtimat, quare paſſim audias hoc teſte pacto excuſantes Eſt talis qui melius facere poteſt ac debet, cur igitur ego tenear? Reſpondetur nihilominus iſtis eiuſmodi phyſicas potentias & naturales obligationes, niſi adſit actus, non excuſare reliquos, qui ſuccurrere poſſunt. Quid enim miſero prodeſt quod multi poſſint & debeant, ſi occurrit illi nemo? Verba ergo hæc, ſi in promptu appareat aliter ſubueniri poſſe, intelligenda ſunt in proxima aptitudine ad opus ſcilicet, vt ceras re vera abſque te ſubuentum iri ſtatim per alios. Alioqui ſi tu non facis, aliorum culpam tuam non excuſabit. Sed alterum deinde hic reſtat dubium. Videtur enim D. Tho. non ſatis ei feciſſe, loquitur inquā de extrema neceſſitate, nihil autem de graui, & tamen dubium eſt vtrum citra extremam teneatur etiam aduocatus patrocinari pauperi in graui neceſſitate, aut medicus etiam infirmum curare. Et quidem Caiet. impræſentiarum ſolam extremam neceſſitatem arbitratur ſecum afferre, præceptum obligans ad mortale. Diſtinguit enim tres gradus. Primum extremæ neceſſitatis, cui ſub mortali culpa ſuccurrēdum eſt. Secundum, neceſſitatis grauis citra extremam, cui non occurrere venialis, inquit culpa eſt. Leuioribus autem ſuccurre-

re con-

S. Tho. Concluſio rñſiua.

Probatio.

Auguſt.

Duo requiſita ad præceptum charitatis.

Primū dubiū.

Reſpōſio.

Dubiū ſecūdū.

Caieta.

re conſiliũm eſt, ſed illas prætermittere nulla eſt culpa. Mirandum eſt tamen quo modo ſui ipſius fuerit oblitus, nam ſecunda ſecundæ quæſtione 32. artic. 5. legitime D. Thom. interpretatus, duos confeſſus eſt caſus præcepti eleemoſynæ ſub mortali, videlicet neceſſitatem extremam de neceſſarijs, & grauem de ſuperfluis. In cuius confirmationem tractatum poſtea compoſuit de eleemoſina vbi eandem ſententiam adſtruxit neceſſariam eſſe conceſſu. Ioannes nanque non tantum de extrema loquitur, ſed de vrgenti neceſſitate. Qui viderit, inquit, fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua, &c. Viſcera. n. quæſo la extrema neceſſitas aperit, ferrea ſunt & obſtruſiora quã ſinit charitas. Igitur non eſt dubium quin perinde atque in alijs eleemoſinis, in patrocinio locum etiam habeat grauis neceſſitas, vt in loco citato ait S. Thom. quod recte Sylueſter agnouit in verbo, aduocatus, §. 28. Ecquis enim dubitet, quin ſi inopis hominis omni fauore deſtituti citra periculum vitæ periclitaretur honor, aliaue illi ingrueret vrgens calamitas, teneretur, & patronus ſuo illi adeſſe patrocinio? Et pariter medicus quamuis nõ immineret ægroto periculum mortis? Hoc autem verum eſt quod cum in graui neceſſitate non ſit præceptum, niſi de ſuperfluo, penſanda eſt & neceſſitatis grauitas & aduocati aut medici poſſibilitas. Et quidem grauitas ex obiecto perpenditur, periculum enim præſentiſſimũ vitæ extrema neceſſitas eſt. Et quamquam non eſſet tam certum periculum mortis, poſſet eſſe grauis neceſſitas, vt in infirmo graui tento infirmitate, & ſi cui grauiter periclitatur honor, & fama. Superfluum autem in aduocato, quatenus aduocatus eſt, ſicuti & in medico, eſt tempus quod ſibi ſupereſt. Haud enim ad ſuccurrendum grauibus cauſſis citra extremam tenetur horas ſuccidere quas in alenda ſua familia collocare eget, ſed ſatis fuerit ſi ſit dies qui non tanto tempore pro ſe eget, vt quod ſibi ſupereſt, cauſſis pauperum impendat. Si non omnibus illis potius quæ grauiora ſunt. Nam inde quod ſcientiæ locuples eſt tenetur partem etiam impartiri egenis, ſicuti ſi alijs diuitijs afflueret. Qui enim inuiſos habet pauperes, non eſt cur ſit in conſcientia ſecurus, quia neque eſt in tuto. Et per hæc clarent argumentorum ſolutiones. Qui enim iuuentum ſub onere iacens obuium habet, videt ſuã opem eſſe illi neceſſariam, cuius ideo ſit in debitor. Et pariter ad Gregorium reſpondetur, quod talentum abſcondere eſt vbi neceſſitas occurrit, auxilium ſubtrahere. Et quantum ad tertium attinet, iam expoſita eſt illa quæ obligat neceſſitas, atque illa quæ ſub conſilio militat.

Caietanus ipſi⁹ oblitus.

Solutio proximi dubij. D. Tho. Sylueſt.

Adargumenta partis affirmatiuæ.

ARTICVLVS II.

Vtrum merito ſint aliqui ab aduocationis officio arcendi.

POſt hæc quæritur de aduocatorum qualitate & dignitate, vtrum aliqui ſint tanquam in idonei ab hoc officio abigendi. Arguitur enim a parte negatiua. Ab operibus miſericordiæ nemo arcendus eſt. Secundum. Eiuſdem effectus neutiquam incongruè aſſignantur diuerſæ cauſſæ, vacare autem ſacris & peccatis ſordeſcere, contraria ſunt, incongrue ergo ab hoc officio arcentur ex vna parte infames, atque ab altera clerici. Tertio quiſque tenetur proximum ſicut ſeipſum diligere, nemo autem cohibetur propriã defendere cauſam, ergo neque cohiberi vllus debet tueri cauſam proximi. In contrarium autem eſt, quod infames & excõmunicati repelluntur ab hoc officio, vt patet. tertia quæſt. 7. cano. infames, & etiam monachi, niſi de licentia Prælati in cauſſis pijs 16. q. 1. c. monachi. & extra, de poſtulatio. c. ex parte.

Primũ argum. Secũdũ. Tertiũ.

Ad quæſtionem ſuppoſita diſtinctione duabus concluſionibus reſpondetur. Bifariam enim quis poteſt a munere aliquo repelli, ſcilicet aut propter impotentiam aut propter indecentiam. Sed differunt, quod impotentia ſimpliciter excludit hominem, indecentia vero non item, quia poteſt per neceſſitatem quod indecẽs erat fieri condecens. Eſt ergo prior concluſio: Qui potentia caret aduocandi neutiquam patrocinari poteſt ſiue potentia deſit in ſenſu interiori, quales ſunt furioſi, qui ſanum non habent ſenſum, atque impuberes, qui ipſum non habent integrum ac ſolidum, aut in exteriori, ſicuti ſunt ſurdi aut

Diſtinctio.

Prima conclu.

aut muti. Requiritur enim in oratore primum mens, non ſolum ſana, verum etiam extructa ad iudicandum, & deinde cum cauſſæ in foro exteriori agantur, inſtrumenta ad exprimendum conceptus. Secunda concluſio. Duplex eſt qualitas quæ in aduocato exiſtens, niſi neceſſitas adſit, indecentem facit aduocationem. Prior eſt dignitatis excellentia. Poſterior vero orbitas aliqua aut defectus. Excellentia inquam dignitatis indecentes reddit ſacerdotes, & maxime monachos, vt in foro verſentur. Qui enim ſunt ſacris miniſterijs mancipati, orationique perinde & contemplationi addicti, eos minime decet ad ſeculares cauſſas demitti, quæ & impedimento illis ſunt ne poſſint ſpiritualibus vacare, & auctoritatem diminuunt, atque offuſcant, ne pro ſua conditione & ſtatu in honore & exiſtimatione habeantur. Orbitas autem aut corporalis eſſe poteſt & naturalis, aut quæ ex peccato proficiſcitur, corporalis inquam vt cæcitas. Nam qui cæcus eſt, non eſt ad dicendum aptus. Nemo enim acrimoniam habere poteſt niſi eos videat cum quibus loquitur. Nam per oculos & concionis attentione excitatur orator, & per eoſdem ſpiritus quoque remittit quibus vegetatur oratio. Loquitur enim de oratore qui voce cauſſas agit. Nam in illis qui ſcripto reſponſa dant, non tantum officit occulorum orbitas. Fœdior autem ac nocentior eſt qui corruptis moribus ſordeſcit. Qua ratione repelluntur infideles hæretici, excommunicati, atque infames, qui grauioribus criminibus maculati ſunt. At vero vt in concluſione adiectum eſt, ingruere poteſt neceſſitas qua eiuſmodi decentia compenſetur. Quare & monachi pro ſuis eccleſijs, atque alij pro ſe ipſis & ſibi coniunctis, aduocationis officio fungi poſſunt. Primum ergo omnium, impræſentiarum animaduertendum eſt, quanta in aduocato requiſita ſit dignitas, quæ certe paulo minor deſideratur quam in iudice. Vnde cum in alijs cunctis actibus atque officijs præſcientiæ copia requiratur morum probitas, in oratore potiſſimum atque in aduocato etiam philoſophi id ſingulariter exigunt. Quare in deſcriptione Oratoris prius ponunt. Vir bonus, ac ſubinde dicendi peritus. Debet enim patronus cum primis ſumma fide clientis curam ſuſcipere, deinde cauere ne parti aduerſæ iniuriam inferat ac demum ea pollere auctoritate, vt non tantum iuris prudentia, verum & morum præcipuè integritate fidem ſibi arroget. Nam prauis, vt ait lib 12. Quintil. etiam vera dicentibus fides deeſt, videturque malus aduocatus malæ cauſſæ indicium & argumentum. Interrogatio autem hic exiſtat theologica. Vtrum dura quis ſe contra ius in hoc officium inſinuat peccet mortaliter? Reſpondetur quod ſi defectus non multum ad rem referat, non eſt mortale crimen, immo poteſt fieri etiam citra veniale. Vt ſi munus ſcripto conſulat & emendatus infamis, ſi tamen abſque vlla iuris peritia & negotiorum experientia ingereret ſeſe, non eſſet à mortali culpa immunis quandoquidem in illo periclitarentur cauſſæ ſibi concreditæ.

Secũda concluſio.

Munus oratoris

Quintilianus.

Interrogatio theologica.

Reſponſio.

Ad primum igitur argumentum reſpondetur, non omnia opera miſericordiæ omnes decere. Immo ſi indocti ad docendum prodirent, & ſtulti ad conſulendum, & inexperti medici ad medicandum, & infames ad corripiendum, potius peſtilentes haberentur, quam miſericordes. Ad ſecundum reſpondetur, quod ſicut virtus inter duo extrema conſtituitur, ita & patrocinandi muneri alij per excellentiam non ſunt apti atque alij per defectum. Ad tertium autem reſpõdetur quod neceſſitas non incumbit tanta ſuccurrendi alienis negotijs quam proprijs, ideo infames admittuntur in cauſſis proprijs & non in alienis.

Ad primũ arg.

Ad ſecũdum.

Ad tertium.

ARTICVLVS III.

Vtrum aduocatis delictum ſit iniuſtam cauſſam defendere.

POſt aduocati dignitatem ſequitur de idonea aduocandi forma, nempe vtrum licitum ſit cauſſam iniuſtam defendere? Haud enim deſunt a parte affirmatiua argumenta. Etenim ſicuti laus medicæ artis inde maxime relucet quod deſperatos morbos medicus ſanet, ita & aduocatus inde præcipue commendari aſſolet, quod in armas cauſſas propugnat. Secundo. Si cauſſam propter iniuſtitiam deberet deſerere, non eo punirentur aduocati, quod cauſſas perdunt, puniuntur autem

Primũ arg.

Secũdũ.

autem tanquam præuaricatores, qui diuerſam adiuuant partem, vt patet capit. Si quem pœnituerit, 2. quæſt 3. ergo licitum eſt ſuſceptam cauſſam contra iuſtitiam defendere. Tertiũ. Accedit tertio, quod maior illic apparet culpa, vbi cauſſa iuſta iniuſte defenditur, puta dum vel falſi producuntur teſtes vel leges allegantur falſæ, quam iniuſtam cauſſam via regia defendere, licet autem aduocato aſtutijs vtraque technis, ſicuti militi ex inſidijs pugnare, ergo iniuſtam cauſſam protegere non eſt prorſus nefas. In contrarium autem eſt reprehenſio illa 2. Paralip. 19. Impio præbes auxilium, & idcirco iram Domini merebaris.

Prima concl. Ad quæſtionem duabus concluſionibus reſpondetur. Prior eſt: Aduocatus qui ſciens & prudens iniuſtam cauſſam defendit, tum mortaliter contra iuſtitiam peccat, tum perinde ad reſtitutionem tenetur. Proba-tio. Probatur: Qui ad malum cooperatur, eiuſdem eſt iniquitatis reus, atque ipſe qui facit, ſecundum illud Pauli, ad Roman. 1. Paulus. Digni ſunt morte, non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui facientibus conſentiunt, aduocatus autem & conſilio & fauore cooperatur ei qui iniuſtam litem gerit, quin vero ipſe eſt qui litem nutrit, ergo mortaliter peccat, ac ſubinde cum peccatum ſit contra iuſtitiam, nempè in nocumentum alterius partis, ad reſtitutionem obligatur. Poſtrema concluſio. Poſterior concluſio. Qui per ignorantiam, iniuſtam tuetur cauſſam, excuſari pro ratione ignorantiæ poteſt, tam a culpa quam à reſtitutione. Concluſio in omnibus materijs clara eſt. Emergit autem ex priori concluſione dubitandi occaſio de cauſſa dubia. Vtrum aduocatus ſuſcipere eam cauſſam poſſit ac ſubinde defendere, quæ iudicio ſuo anceps eſt. Et quidem ſi in æquilibrio dubitatio pendeat, in promptu eſt affirmatiua reſponſio, quoniam iuriſprudentis munus non aliud eſt, quam legum ſenſus bona fide ad alterutram partem applicare. Immo hinc omnes lites pendent quòd res aut iure aut facto in dubio verſantur. Sed ratio dubitandi potiſſima eſt, vtrum etſi aduocatus intelligat aduerſam partem maiorem habere iuris energiam, poſſit eam quæ minoris eſt probabilitatis defenſare. Apparet namque id non eſſe licitum, quoniam videtur nihil aliud quam iniquitas iudicem in eam partem inclinare, & trahere contra quam pronuntiare deberet. Reſpondetur nihilominus ſub diſtinctione. Quando enim eſt cauſſa mortis, aut ſanguinis, aut vbi honor alicuius periclitatur, tunc actori contra reum patrocinari, niſi minimum tanta vigeat probabilitate accuſatio, quanta defenſio, profecto ingens eſſet ſcelus, quoniam melior eſt conditio poſſidentis, maxime in fauorem honoris, & vitæ. Ac fere idem eſt cum quis reus ſit, vt de ſua deturbetur bonorum omnium poſſeſſione. Immo in hiſce caſibus potiſſimum cauſſa capitis, niſi reus pernicioſiſſimus haberetur pium eſſet eius ſuſcipere patrocinium, etiam ſi eius cauſſa minoris eſſet probabilitatis, dummodo nulli fraudi panderetur locus. In cauſſis autem minoris momenti, tametſi vix abſque periculo poſſit infirmior cauſſa defendi ac debilior, tamen ſi ad rigorem conſcientiæ loquamur, non eſt cur omnino condemnetur, dummodo patronus clientem in primis ſuum admonitum curet, iuſtitiam non tam ei quam alteri parti arridere, deinde nulla prorſus vtatur falſitate, leges ſcilicet aut commentitias allegando, aut falsè interpretando, ſed illis ſemper vtatur quæ cauſſæ ſuæ ſuffragantur, reliqua vero ſubticeant argumenta, quæ à parte contraria militant. Et ad argumentum in contrarium reſpondetur, quod vnicuique licitum eſt ius ſuum abſque vi & fraude experiri, & perſequi. Et ideo cum patroni munus ſit ſuo clienti fauere, nemini iniuriam facit ſi merita ſuæ cauſſæ patefaciat. Ad arg. Altera vero pars ſibi viderit, cui patrono ſuam concredat cauſſam, & iudex etiam ſibi, vt quadratus ſtet, ne in partem nutet infirmiorem. Tametſi ut dicebam ſimilium, cauſſarum defenſio non caret periculo adulterandi leges.

Argu. Solutio

Ad primum igitur argumentum reſpõdetur, diſparem eſſe medici atque aduocati rationem. Medicus nanque qui deſperatum morbum curandum ſuſcipit nemini iniuriam irrogat, ſ. neq; tertio, neque uero infirmo, ſi ipſe conſentit. Aduocatus autem qui unam partem ſic propugnat, ut alteram expugnet, licet ſcientiæ laudem mereatur, eſt tamen ſecundum uoluntatem iniquus. Secundum autem argumen-

Ad primũ arg. principale.

Ad ſecũdum.

gumentum, de illo qui bona fide cauſſam ſuſcipit, quam poſt conteſtatam litem intellexit eſſe iniquam, abditioris eſt ambiguitatis. Reſpondet enim S. Thom. quod non debet eam prodere vt alteram partem iuuet ſecreta iniuſtæ cauſſæ retegendo, eſſet enim tunc præuaricator, iuxta ca. Si quem pœnituerit. 2. q. 3. quod iam expoſuimus, ſed debet eam diſſimulanter deſerere. At vero ſolutio hæc anſam contra ſe affert arguendi. Si quis enim accuſatori patrocinaretur contra aliquem in cauſſa capitali, quem decurrente cauſſa euidenter poſſet eſſe innocentem, teneretur cauſſam prodere, vt eum à morte liberaret. Immo vero agere teſtem eius innocentiæ, & tranſire ad defendendum eius cauſſam. Nam innocentia tanto potitur iure, vt etiam iudex (vt ſupra dicebamus) cur illa eſſet cognita, ad idipſum teneretur, nedũ aduocatus. Conceditur ergo huius argumenti concluſio. Nec S. Thom. loquitur niſi in cõmuni ordine & ſtylo iuris. Quin etiam ſi cauſſa in re grauiſſima verſaretur, quæ paulo minoris æſtimaretur quam mors. Vt ſi quæſtio eſſet de celeberrima fama & honore ſtatuque alicuius illuſtris, idem pro meo captu cenſerem. Hoc ſub aliorum cenſura duxerim, dummodo aduocatus non ſub dubio id noſſet, ſed certiſſima ſcientia. Et præterea dum id poſſet facere abſque ſcandalo, & præmiſſa fraterna admonitione, qua id commi naretur accuſatori, niſi deſiſteret. Et dando quam poſſet operam ne accuſatoris vita periclitaretur. Sed tamen ſi vſqueadeo ille nequam deſiperet vt reſipiſcere renueret, profecto cum eius periculo id poſſet facere. Imò ſi citra ſuum ipſius detrimentum id poſſet, arbitror teneretur. Et vice verſa illi qui reum mortis defenderet, quamuis noſſet iniuſte ſe protegere neutiquam liceret cauſſam eius prodere, licet deberet deſerere cauſſam, ſi nullo eum colore tueri poſſet.

Rõ in S. Tho.

Mens S. Thom.

ARTICVLVS IV.

Vtrum licitum ſit aduocato pretio patrocinari.

Primũ arg.

SEquitur deinde de ſtipendio patroni, vtrum ſit licitum? Arguitur namque à parte negatiua: Opera miſericordiæ non ſunt intuitu humanæ retributionis exhibenda, ſecundum illud Lucæ 14. Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos neque vicinos diuites, ne forte ipſi te reinuitent, patrocinari autem vt articul. primo dicebamus, officium eſt miſericordiæ, ergo gratis eſt impendendum, eo potiſſimum quod eſt ſpirituale opus, & ſpiritualia non licet temporalium æſtimatione tribuere. Secundo arguitur. Iudici, quia perſona eſt neceſſaria in iudicio non licet quidpiam ab alterutra parte litigantium recipere, vt Auguſtinus ait contra Macedon. & refertur 14. quæſt. quinta canon non ſanè. Aduocatus eſt etiam neceſſaria perſona, ergo neque illi id licet. In contrarium eſt ibidẽ Auguſtinus vbi ait quod aduocatus licite vendit iuſtum patrocinium, & iuriſperitus verum conſilium.

à parte, negatiua.

Secũ dũ.

Auguſt.

Ad quæſtionem duabus concluſionibus reſpondetur. Prior: Licitum eſt aduocato ſuum patrocinium pretio æſtimare. Facilius eſt ex ſuperioribus eius collectio. Nam quæ hominis propria ſunt, neque alteri de iuſtitia debet, citra iniuriam poteſt vendere, quia nemo quæ ſua ſunt gratis donare tenetur. Scientia autem iuriſperiti, & aduocati ſolertia & prudentia, ſunt propria ipſorum bona, ſicuti & ſcientia medici & cuiuſuis doctoris alius facultatis, neque illa rigore. iuſtitiæ ſemper alijs debet, ergo tunc poterit pretio illa æſtimare ac venditare. Poſterior concluſio: Si quis iſtorum per improbitatem aliquid vltra modum extorqueat, mortaliter peccat, idque contra iuſtitiam. Patet concluſio in primis auctoritate. Auguſtini eodem loco, vbi ait quod ab his extorta per immoderatam improbitatem repeti ſolent, data vero per tolerabilem conſuetudinem non ſolent, ſcilicet repeti. Et ratio deinde eſt in promptu, nam eiuſmodi officia pretio ſunt æſtimanda, in his autem quæ pretio penduntur exceſſus pretij iniuſtitiam operatur. Cui quidem rationi applaudit lex etiam ciuilis. C. de poſtulat. l. ſi qui. Circa priorem autem concluſionem dubitas forſan quomodo ſit æſtimandum huiuſmodi patrociniorum pretium vtrum conſiſtat in indiuiſibili, an potius latitudinem permittat vt poſſit quiſque paciſci quantum velit?

Prima conclu.

Rõ concluſio.

Vltima conclu.

Probã

Rõ concluſiõis.

Dubiũ.

velit? Arguitur enim quod tantum cuique petere liceat, quantum exprimere valuerit, quoniam re vera ſcientia hominis eſt ſicut margaritarum quod nihilo certo æſtimatur pretio, ſed prouoluntate contrahentium. Immo omni eſt margarita prætioſior, ſecundum illud Prouerb. 16. Poſſide ſapientiam, quia auro melior eſt.

Solutio. Reſpondetur nihilominus aduocatorum pretium, perinde, atque aliarum rerum duplex eſſe, vt lib. 6. dicturi ſumus ſcilicet & legitimum, & naturale, Legitimum inquam quod lege taxatum eſt, conſueuerunt enim lege taxari mercedes operarum miniſtrorum iuſtitiæ? videlicet tam ſcribarum, quam aduocatorum, atque aliorum vt ſcilicet pro tali ſcripto tantum ei ſpendatur pretium, & pro tali, tantum. De quibus vtique pretijs dubitari non licet, quin ſit peccatum iniuſtitiæ quidquam vltra ex pacto ſuſcipere, & qui plus percipit, ad reſtitutionem tenetur, ſi lex modo ſit vſu recepta, neque annuente principe abrogata. Quoniam vt lib. 1. dictum eſt, leges obligant conſcientiam, atque illę potiſſimum, quæ de rerum æſtimatione iuſta cauſſa feruntur. Et eſt profecto iuſtiſſima, patrocinis præſtandis reſponſiſque ferendis mercedes lege publica ſtatuere. Alioqui cum litigantes ab vna parte pudor ſuffundat, ſi parum conferant, ab altera vera vincendi auiditas extimulet, non poſſunt non eſſe immodicæ. Qua vtique ratione vſu maxime fieri ſolet vt lites nutriantur, & vtrauis pars vincat, maior tamen ſortis portio cauſidicis obtingat. At vero quando mercedes nō ſunt lege conſtitutæ, quia neque omnes commode poſſunt, tunc ſupereſt dubitandi ratio, vtrum iuriſconſulto quantum exprimere potuerit exigere liceat? Tunc enim militare videtur argumentum quod ſupra fecimus de rebus prætioſis, quæ tanti ſtant quanti vendi poſſunt.

Scrupulus.

Solutio. Reſpondetur nihilominus id non eſſe licitum. Nam rerum vt libr. eodem 6. dicturi ſumus, aliæ ſunt non ſimpliciter ad vſum humanum neceſſarię, quæ idcirco licet tanti æſtimentur, quanti vendi poſſunt, non vergit in reipublicæ perniciem. Sed aliæ ſunt humano vſui omnino neceſſariæ, vt frumentum, vinum, lana, &c. quæ citra iniuriam diſtrahi nequeunt niſi iuſto pretio, pro ratione temporum, & locorū. Atque huius generis ſunt forenſia munera. Quare optime ait Auguſt. quod extorta per immoderatam improbitatem repeti ſolent. Improbitas enim ſi non dicat niſi inſtantiam petendi, non continet iniuſtitiam, ſed quando eſt immoderata, hoc eſt exceſſiua reſpectu iuſti pretij. Et ſi eſt intelligenda poſterior noſtra concluſio. Quocirca neque ſcriba, neq aduocatus, quantum libuerit, exigere poteſt, imò vero neq recipere. Nam etſi gratis auctiora illa pretia videantur conferri, nunquam tamen re vera conferuntur, niſi coacta voluntate. Sunt fateor pēſandi labores, quos ſtudētes ad comparandam iuris peritiam exhauriunt, & quos faciunt ſumptus, & prę omnibus ingenium eorum & ſcientia, ſed tamen cum moderamine, habita qualitate & quantitate cauſſæ, & litigantium poſſibilitate. Neque vero audienda eorum ſunt hæc obtendicula. Aiunt enim non poſſe aliter ſuum ſuſtentare ſtatum, cum tamen ſtatus eorum & conditio non ſit ipſorum iudicio æſtimanda, qui illas ſibi vſurpant faſtuoſas pompas Si enim ſcribæ & victu & veſtitu nobilitatem præ ſe ferre contendant, & aduocari illuſtrium ſtatum, nō debent illos ſplendores miſerorum ſumptibus ſuſtentare. Vnum autem prouidenter iure cautum eſt, ne aduocatus de quota litis paciſcatur ſcilicet de medietate, aut de tertia, aut duabus tertijs, &c. vt habetur. C. de poſtulati. l. ſi qui, & illic Bar. & l. item. C. procu. & l ſumptus ff. de pac. Et fuit optima ratio legis, nam illa via inſerperent fraudes & technæ, quas aduocatus vt vinceret excogitaret. Imò vero eadem ratione, quidquid nonnulli Gloſſatorum in cōtrarium muſſitent, neque licet paciſci de aliqua certa quantitate ſub conditione victoriæ, quæ ſit tamquam honorarium. Nā eadem omnino offerretur tunc nefandis fraudibus occaſio. Sed tantum licet paciſci abſolutè de tanta quantitate in vtranuis partem euaſcerit cauſſa.

Auguſt.

Aduocatus non pōt paciſci de quota litis.

Ad primum igitur argumentum iam ſępe reſponſum eſt, non quidquid homo poteſt, facere debere per miſericordiam, ſed hoc tantum nos admonet Euangelium, vt eorum quæ per miſericordiā exercemus, à Deo ſolo expectemus mercedem. Quare vbi cauſſa pauperis te cogit ei patrocinari, id debes ſolo diuino intuitu facere. Non tamen (vt ſupra diximus) tenemur ſemper ad talia opera, ſed vendere ſuum

Ad primū arg.

poteſt

poteſt homo patrocinium. Nam etſi ſcientia res ſit ſpiritualis ratione ſubiecti, non tamen illius eſt generis ſpiritualium quæ gratis accepimus gratiſque debemus, immo noſtro ſudore & vigilijs parta nobis eſt, vt lib. 9. ſub tit. de ſimo. liquidius fiet.

Ad ſecũdum. Diſcrimẽ inter iudicem ac teſtẽ & aduocatum quãtum ad recipiẽdam mercedẽ pro tutela veritatis.

Secundum argumentum diſcrimen petit inter iudicem teſtem, & aduocatum. Nam cum ſinguli iſtorum veritatem prorſus tueri debeant, perinde ſcilicet aduocatus vt reliqui, nulla apparet, ratio cur huic potius quam alijs, pro defendenda veritate, liceat mercedem recipere. Eſt tamen deſcrimen quod finis proprius iudicis ac teſtis eſt iuſtum & veritas in communi, ſine reſpectu actoris vel rei ob idque ob veritatem dicendam neutri illorum quidpiam recipere licet: Scopus autem aduocati non eſt iuſtum ſimpliciter, ſed iuſtum clientis ſui, cuius cauſſam omnibus ſuis viribus protegit, altera neglecta, & ideo non ſolum, vt aliqui putant, pro labore, ſed pro ipſo patrocinio & defenſa veritate poteſt mercedem ſuſcipere, ſicut doctor pro veritate docenda quam dilucidat. Nihilominus autem reſtat & inter iudicem & teſtem differentia, quod iudex non ſolum pro veritate pronuntianda nil poteſt à litigantibus percipere, quia eſt communis vtrique, ſed neque pro labore & ſtudio id ſibi licet, ſed reſpublica debet illi prouidere tamquam perſonæ publicæ. Non quod iure naturæ id ſit prohibitum, immo ſi nullus exiſteret metus ne intuitu pretij in alterutram partem corruptus propenderet, ius naturæ non prohibet quin poſſit à litigantibus aliquid recipere, ſed propter talem metum iure ciuili cautum eſt, vt ærario publico ſuſtentetur. At vero teſtis quia non eſt vſque adeo perſona publica, ſed citatur ab illa parte cui intereſt, quamuis pro veritate dicenda nil poſſit recipere, quia quicunque parti debet eam ſyncere proferre, tamen pro labore ſuo recipere poteſt pretium ab eo a quo citatus eſt. Cum autem iudicem negamus quidquam recipere poſſe, inficias non imus quin pro ſubſcriptione aut citationis aut ſententiæ quidpiam ei conſtitui lege poſſit. Hæc enim meditatio non eſt præſentis loci.

QVÆSTIO IX.

DE CONTVMELIA.

S. Tho. 2. 2. quæſt. 72.

ARTICVLVS I.

Vtrum contumelia conſiſtat in verbis.

EXpeditis verborum iniurijs, quæ forenſi iudicio accidere ſolent, progrediendum nobis eſt ad illa etiam iniurioſa verba quæ extra iudicium vſu veniunt. Quæritur ergo primo de contumelia, vtrum conſiſtat in verbis. Arguitur enim à parte negatiua. Contumelia nomen eſt nocumenti, verbo autem nullum nocumentum videtur inferri, ſed factis potius lædituꝛ vel perſona vel honor eius ergo contumelia non in verbis, ſed in factis contingit. Secundo de honoratio quæ verbis fit ſuum habet peculiare nomen vituperij & conuitij, hæc autem a contumelia differre videntur, ergo contumelia non conſiſtit in verbis. In contrarium eſt quod ſolum verbum auditu percipitur, contumelia autem ad aures pertinet, ſecundum illud Hierem. 20. Audiui contumelias in circuitu, ergo contumelia eſt in verbis.

Primũ argum.

Secũdũ.

Quinque ſunt capitales iniuriarum ſpecies verbalium extrà iudicium, nempe contumelia, detractio, ſuſurrus, irriſio, & maledictio Contumelia autem, & detractio primo per ſe differunt ex obiecto. Contumelia enim eſt iniuria quæ contra honorem alterius fit. Detractio vero eſt famæ læſio. Differunt namque honor & fama, quod honor eſt reuerentia alicui propter aliquam excellentiam ac potiſſimum propter virtutem exhibita. Fama vero, vt habetur in gloſ. cap. veſtra, de cohabita. cleric. & mulie. eſt illæſæ dignitatis ſtatus vita & moribus comprobatus. Vel ſi cum theologis ac philoſophis loquamur, eſt clara illa notitia quam alij de nobis habent. Itaque eſſe poteſt honor ſine fama, & è diuerſo. Exhibetur enim

Differẽtia cõtumeliæ & detractionis.

reuẽ-

reuerentia magnati quandoque propter ſanguinis excellentiam cuius tamen morum ſiniſtra habetur exiſtimatur. Ac vice verſa, eſſe ſolent priuati viri in angulis latitantes, honoribus orbi, quorum tamen vitæ clara habetur opinio. Hoc præiacto diſcrimine, ad quæſtionem duabus concluſionibus reſpondetur. Prior: Contumelia propriè loquendo in verbis conſiſtit. Probatur. Contumelia vt modo dicebamus idem eſt quod dehoneſtatio, reuerentiæ contraria quæ honori exhiberi ſolet. Honor autem dupliciter alicui tollitur. Vno modo, vt ſi dicamus mediate, puta dum id quod honoris cauſſa erat, ſubmouetur. Qui enim diuiti ſubſtantiam, cuius ſolius gratia honor illi habebatur, furripit, honorem eius contenebrat. Sicut qui ſapientia ſcientiam læſione cerebri aufert. Nam ex inde incipiunt illi minoris haberi. Quapropter ille ſolus honor verus eſt, qui virtuti debetur, quippe qui ex nulla extranea cauſſa præterquam ex Deo dependet. Eiuſmodi autem dehonorationes non faciunt propriam ſpeciem, ſed referuntur ad alias iniurias, puta ad furtum, homicidium, & reliqua. Secundo autem modo, aufertur alicui honor directe & proprie. Et hoc fit dum quis quidpiam in notitiam alicuius deducit quod eius honori officit. Nam ſicut honor excellentiæ debetur, ita & turpitudinis notitia cauſſa eſt dehonorationis, atque in hoc proprie ratio contumeliæ conſiſtit. Deducere autem aliquid in notitiam alterius, pertinet ad rationem ſigni, & cum ſecundum Auguſ. 2. de doctrina Chriſti, verba inter homines primas partes ſignificandi obtinuerit, ſunt enim ſecundum Ariſt. 1. Periherme. earum conceptionum indicia, quæ ſunt in anima, conſequens fit vt ratio contumeliæ propriè in verbis inueniatur. Vnde Iſidorus in ſuis etymolog. Contumelioſus, inquit, ille dicitur qui velox eſt & tumet verbis iniuriæ. Alluſio enim vocum eſt, tumet, & contumelia. Poſterior concluſio: Contumelia extenſo nomine etiam in factis poſita eſt, quatenus rationem habent ſignificandi. Hoc patet, quia & rebus ipſis, vt illic docet Auguſt. conuenit ſigna eſſe aliarum rerum. Quapropter & factis poteſt quis alterius vitium patefacere. Vnde ſuper illud ad Roman. 1. Contumelioſos, ſuperbos, &c. dicit gloſſ. contumelioſos illos eſſe qui dictis & factis contumelias & turpia inferunt. Hinc fit nullum factorum, quatenus res ſunt, rationem habere contumeliæ, ſed quatenus vim habent ſignificandi. Dum enim quis fores alienas effringit furandi, animo, non contumelioſus, ſed latro eſt. Si autem id in vituperium & vilipendium domini conetur, fit contumelioſus. Significat.n. re illa dominum flocci pendere. Pariter ſi quis fuſte agaſonem, cadat, non animo dehoneſtandi ſed ferendi, nō perinde contumelioſus eſt, atque ſi nobilem pulſaret, non vt dolorem inureret, ſed vt auferret honorem. Et eadem ratione qui vxorē vicini libidinis gratia ſolicitat, non eſt formaliter contumelioſus in vicinum ſuum, ſed ſi id tentaret vt honori mariti officeret. Deſignare.n. tunc contendit turpitudine illa hominis vtilitatem. Enimuero quantum ad rem attinet contumelia, non ſemper exigitur vt vitium quod propalari conteditur, peccatum ſit, quamuis huiuſmodi contumelia ſit inſignior, ſed ſatis eſt eſſe vitium generis, aliusve animi vel corporis morbum, aut quidpiam excellentiæ contrarium, ob quam homines honori habentur. Vt ſi hominem denotes malignè natum, aut ignauum, &c. Neque vero requiritur vt ſis contumelioſus, quòd hominem infames, vitium eius occultum detegēdo, nam etiam ſi publicum concubinarium aut cochitem, aut ſordide natum ſic appelles, contumelia eum afficis, maiore autem ſi talia illi imponas. Præter hæc autem factorum genera, ſunt alia per ſe ipſa cōtumelioſa, quia nihil aliud in ſe habent quam ſignificationem, vt naſum vel pollicem inter duos digitos demonſtrare, aut linguam inter dentes. Significabant enim hæc vt fertur, Romanis fœdiſſimum vitium. Hęc autem contumeliæ deſcriptio occaſionem offert ſciſcitandi, vtrum ad eius rationem neceſſarium ſit vt verba aut facta in præſenti a alterius fiant. Apparet enim id eſſe neceſſarium. Nam hoc differunt contumelia & detractio, quod illa vim ſecum affert & contemptum, hæc autem ad fraudem inclinat & dolum, illa ergo fit in præſentia palam, ſicuti hæc clam in abſentia. Reſpondetur perinde differre contumeliam à detractione, ac ſupra de rapina & furto diſſere bamus. Contumelia enim quia contemptum ſignificat, & reuerentiæ quæ in præſentia

Prima concl.

Proba-tio.

Auguſt.

Ariſtot.

Iſidorus

Poſtrema concluſio.

Probō. Auguſt.

Gloſſa.

Sciſcitatio.

Ratio alterius partis.

sentia fit, aduersatur, ingenio suo in præsentia irrogatur: vel si fiat in absentia non est eo quod contumeliosus illam celare velit vt detractor: immo ob hoc verba in absentem iactat, vt in eius perueniant notitiam. Quare consulto dixit S. Tho. contumeliam esse cum quis id, quod est contra honorem alicuius, deducit in notitiam eius & aliorum: hoc est cum sua intentio est in faciem tale conuitium iactare.

Ad primũ arg. Ad primum argumentum respõdetur, quod verba, quatenus sonus quidẽ sunt naturalis, neminem lædunt nisi forsan tenerrimis sit auribus: at uero quatenus signa existunt, honorem & afferunt si sint honesta, & auferunt si sint turpia, eo quod honor de excellentia, quæ in hominem notitia est, ortum habet. Facta autem quatenus facta sunt, suas, vt diximus, habent vitiorum species, sed quatenus signa sunt, ꝓ verbis reputantur.

Ad tertium. Interstitiũ inter cõtumeliã cõuitium & imus ꝓperium. Isidorus Vlpia. Ad tertium respondetur, per discrimen illud designari solitum inter contumeliam conuitium, & improperium. Contumeliam enim, qui literarum collusionem cũ Isidoro nimirum obseruant, à contumeo deriuari contendunt: cõtumeliosus enim tumens est & turgenti animo inflatus. Quamuis vt Vlpia. vult ff. de iniu. l. 1. a cõtemnendo rectius dicatur. Quare sua primæua significatione solum significat dicti acerbitatem, contra honorem alterius, sed tamen ex vsus accõmodatione, apud Theologos illam speciem significat, qua obijcitur alteri peccatum mortale: vt ꝙ sit hæreticus, aut latro, &c. conuitium autem latius patet: vt sit maledictum, quo alteri obijcitur, malum quoduis, seu culpæ, seu pœnæ.

Cicero. Vnde Cicero pro Cœlio: Maledictum, inquit, nihil habet propositi præter contumeliam: quæ si petulantius iactatur, conuitiũ: si facetius, vrbanitas nominatur. Quod aũt Labeo. apud Vlpian ff. de iniur l. Itẽ apud Labeonem ait: nempè conuitium perinde sonare atque conuotium: quasi plurium coeuntes voces ad maledicta in vnum iactanda: sicuti 4. Reg. 2. de puerorum vociferatione legitur aduersus Eliseum inclamantium. Ascende calue: forsan non multum ad rem pertinet. Non. n. cum, in hoc nomine tam concursum significat pluriũ, quam vehementiam, sicuti in, conficio. Et Et crediderim ex, vitium, componi: conuitiari. n. nihil aliud est, quam vitijs alterum conspergere. Nisi dicatur a conuitando: vt lib. 6. ait Valla. Nam quem conuitijs proscindimus, procul a nostro contubernio vitamus: quasi illum a nobis per contemptũ abigentes: Hæc autem ad grammaticos attinent. Improperium vero aliam peculiariter speciem conuitij significat: nempè cũ quis alteri beneficium obijcit quod a se receperat: secundum illud Eccles. 20. Exigua dabit, & multa improperabit. Et apud Comicum: Isthæc commemoratio, quasi exprobratio est immemoris beneficij. Sed hæc tamẽ receptissimo vsu promiscuè vsurpantur. Quæstiuncula autem scholastica sese hic lectori fortè offert, vtrum omnes hi atque contumeliarum modi eiusdem sint speciei? an vero specie differant, sicut & ipsa probra differunt, quæ quis in alterum iacit. Crediderim cum Caietano omnes esse eiusdem speciei. Nam contumelia species est specialissima, vt puta quæ vnum habet honorem pro obiecto, quem ab eo aufert qui per vim patitur inuoluntarium: ab vna enim ratione formali obiecti vnica species constituitur. Nihilominus augeri tantum potest cõtumeliæ grauitas, vt eius expressio de necessitate sit confessionis, vt si quem hæreticum, aut traditorem, aut quid simile appelles, id ipsum est confessione explicandum.

Valla. Terent. Quæstiuncula.

ARTICVLVS II.

Vtrum cõtumelia, & generaliter conuitium sit genere suo peccatum mortale.

CVm contumelia in uerbis, vt dictũ est consistat, quæ genere suo nõ vidẽtur tã enormen habere læsionem: meritò quęritur, vtrum perinde atque homicidium, & furtum, & adulterium sit etiã genere suo mortalis culpa. Arguitur enim a parte negatiua: Nullũ mortale crimen esse põt virtutis officiũ, cõuitiari aũt est actus virtutis eutrapeliæ, ad quam secundũ Phil 4 Ethi. pertinet bene conuitiari, ergo contumelia nõ est mortale peccatũ. Secundo arguitur, Peccatum mortale viri perfecti non admittunt, qui tamen nonnunquam conuitijs & contumelijs vtuntur, vt patet apud Pau. ad Gala 3. O insensati Galatæ. Quin vero & Christus Luc. vlti. O stulti, inquit, & tardi

Primũ argum. Philosophus. Secũdũ. Paulus

corde ad credendum, ergo cõtumelia nullum est peccatum. Tertiò: Quamuis, id qđ est ex genere & obiecto veniale possit ex fine & ex circunstantia fieri mortale: ut mendacium, quando fit perniciosum, tamen vice versa id quod genere, & obiecto est mortale, fieri non potest ex intentione veniale, quia suum secum affert obiectum; quodcunque enim fine fureris, mortaliter peccas: si ergo contumelia ex genere suo peccatum esset mortale, nonnunquàm posset ab illo cadere gradu: quod tamen est falsum: nam leue conuitium, aut ex subreptione collapsum, nemo vnquam pro mortali duxit. Quartò. Omne peccatum mortale, vel est capitale, vel alicuius capitalis soboles: contumelia verò non est capitale, vt per se liquet: neque verò capitalis criminis germen: nam maximæ iræ, vt Gregorius 31. Moral. auctor est. Quod tamen falsum esse videtur: nam potius aut ex superbia gignitur, secundum illud Prouerb. 11. Vbi superbia ibi & contumelia; aut ad stultitiam reducitur secundum aliud Prouerb. 20. Omnes stulti miscentur contumelijs. In contrarium est, quòd nihil æternam commeretur pœnæm, nisi mortale sit crimen, conuitiator autem infernali pœna dignus est, secundum illud Matth. 5. Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis.

Tertiũ. Quartũ. Grego.

Ad quæstionem, tribus facilimis cõclusionibus respondetur. Prima est: Contumelia genere suo peccatum est mortale: id que atrocius quàm furtum & rapina. Hic autem animaduertẽdum discrimen est inter peccata quæ in factu consistunt, atque ea, quæ in verbis posita sunt. In illis namque peccatis genus ex solo obiecto perpẽditur: in uerbis autem non nisi ex adiũcta simul intentione. Quare hic genere suo, non id tantum sonat quod est ex obiecto, sicuti in furto, & in homicidio, sed etiam ex intẽtione. Et ratio est, ꝙ cum uerba re ipsa non offendat, sicut facta, sed significatione, significatio autem ex intẽtione fiat aliquid exprimendi: non censetur formaliter contumelia, nisi quæ ex animo conuitiandi procedit, vel ex crassa ignorantia & negligentia aduertendi quod dicis. Probatur ergo conclusio. Illud peccatum est mortale, quod est contra charitatem: charitas verò, per quodcunque peccatum tollitur, per quod pax perturbatur, & amicitia: tale autem est contumelia: ergo est peccatum mortale. Probatur postrema hæc præmissa: Honor est inter bona humana præstantius quam exteriora: secundum illud; Melius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ. Et cùm honor sit positus in excellentia potissimum virtutis, merito pluris mortales faciunt honorem, quàm alia externa bona. Quin verò elegantes homines, illis omnibus, vt medijs vtuntur ad comparandos honores, illorumque bonorum dispendio illos sustentant. Est ergo contumelia ex genere suo grauius peccatum, quam furtum & rapina. Malunt enim homines alijs priuari bonis, quàm contemptui haberi: quamuis tanta esse possit quantitas furti, vt grauitatem exuperet contumeliæ. Secunda conclusio: Iactatio conuitij & probri, quæ fit præter intentionem contumeliandi, pẽsanda est quandoque ex intentione proferentis: quandoque verò ex rei quantitate, & quandoque ex defectu cautelæ, quę adhibenda est. Vnde in triplici esse potest gradu, nẽpe vt sit quandoque virtus, quãdoque venialis culpa; & nonnunquam mortalis. Probatur: Cum vel pater, uel prælatus, vel maior natu corripiendo, probro aliquo vtitur aduersus inferiorem, si moderamine vtatur, officium præstat. Dũ autem quis conuitium graue per iracundiam euomit, mortale est. Vbi verò nonnullus est cautelæ defectus; plurimum cõsueuit esse veniale. Vt sæpe inter mulierculas contingit & homines infimæ classis, qui inuicem se conuitijs conspergunt, ut in buccam ueniunt, quibus per parum solet adhiberi fidei. At verò cum tantum semper fuerint homines honoris tenaces, consultissimè cuique etiam prælatis, abstinendum est à conuitijs, quæ humanos animos amarulentins, quam corporalia vulnera exulcerant. Atque adeò per parum solent ad correptionem conferre. Facillimæ sunt conclusiones: neque ut illis amplius immoremur opus est. Tertia conclusio. Contumelias uopte ingenio nascitur ex ira, vt Greg. ait loco cita. Non ꝙ sola superbia vel odium, quo quis alterũ cõtemuit, non quandoque sufficiat ad contumeliam; sed quòd vitium inde cẽsetur originem ducere, vnde plurimum oriri consueuit;

Prima conclu. Interuallũ inter peccata q̃ ĩ factoversãtur, & ea q̃ uerbis complentur.

Probatio conclusiõis. Secũda conclu. Rõ pro conclu. Tertia conclu. Grego.

fuerit, contumelia verò ex in plurimum naſcitur, eò quod maximam habet connexionem ad eius finem. Iræ namque finis eſt vindicta, atque vltio, & nulla eſt præſentior compendioſiorque via ad vlciſcendum, quàm contumelia. Qui enim potens non eſt, vt re ſe vindicet, aut id non audet, ſtatim in contumelias proſilit, vt fœminarum ingenium teſtimonio eſt, per hoc enim quod quis verbis alium peſſundat, quadamtenus animo ſatisfacit ſuo.

Ad primum igitur reſpondetur, quod conuitiari ſecundum Ariſto. 4. Ethic. cap. 8. eatenus eſt virtutis eutrapeliæ, quatenus intra limites moderatæ facetiæ continetur quando ſcilicet vrbanitatis venuſtas in cõuitio adeſt ſecundum illud ſupra citatum Cicer. Maledictum ſi petulantius iactatur, conuitium, ſi facetius, vrbanitas nominatur. Quare iſti aulici ſcurræ neutiquam permittendi ſunt ſcommatibus vti, quæ plus amaritudinis aſſerũt, quam ſalis. Sic enim riſus mouendus eſt, vt bilis non concitetur. Ad ſecundum reſpondetur, quod ſicut verberibus gratia diſciplinæ vti licet; ita & moderatis verbis, quæ ſuo acrote delinquentis animum nonnullo dolore afficiant. At verum vt Auguſt. li. de ſermone Domini in monte, admonet, raiò ſunt huiuſmodi amarulentæ obiurgationes adhibendæ. In ſolutione tertij adhibendus animus eſt, ad intelligendum illud verbum, quod D. Tho. tractauit 2. 2. q. 88. arti. 2. vbi docuit mendacium iocoſum, quod genere ſuo eſt veniale, poſſe ex fine fieri mortale, vt ſi referatur vel ad adulterium, vel ad infamiam alterius: mortale autem ex genere, quod facto committitur vt furtum, ad quemcunque finem referatur, etiam ſi fiat ad dandam eleemoſynam, eſt mortale. Ita que ſententia D. Tho. eſt quod intentio finis, licet veniale pertrahere poſſit ad mortale, non tamen mortale vſque ad veniale extenuare. Haud tamen negandum eſt, quin quod genere ſuo eſt mortale, poſſit vel ex leuitate materiæ, vel ex ſurreptione fieri veniale. Contumelia verò (vt iam dictum eſt) quoniam ſignificatione commititur, quæ ex intentione procedit, licet ſit genere ſuo mortalis, nihilominus poteſt ex ipſa intentione fieri venialis, quin verò aliquando laudem habere virtutis.

Ad primũ arg Ariſtot.

Ad ſecũdũ arg.

Auguſt.

Ad tertiũ arg.

Intẽtio S. Tho.

Adquartũ argu.

Ad quartum iam ſatisfactum eſt concluſione 3. Eſt enim contumelia filia iræ, non autem ſuperbiæ, nam peccatum quod ex alio naſcitur, ad eundem debet ordinari finem, contumelia verò non ordinatur ad exaltationem, qui eſt finis ſuperbiæ. At tamen ſuperbia diſponit ad contumeliam nam qui elatus eſt, facilè alios ſpernit, & ideo ait Sapiens, Vbi ſuperbia, ibi cõtumelia. Et rurſus quia contumeliæ furor rationem obnubilat, addit dicens: Stulti miſcentur contumelijs.

ARTICVLVS III.

Vtrum debeat quiſque contumelias æquanimiter ſuſtinere.

POſtquam de illata contumelia dictum eſt, ſequitur vt dicamus quomodo ſit ferenda. Eſt enim argumentum quòd id non ſit virtus, qui enim probra, conuitiaque ſuſtinet obloquentis, audaciam atque petulantiam eius fouet, quod reuera nullũ eſt virtutis officiũ. Secundò arguitur: Plus ſe quiſque diligere tenetur quam alterũ: atque adeo honorem ſuum pluris pendere quam alienum, nemo autem ferre debet, vt ſe præſente honori & famæ amici detrahatur, ſecundum illud Prou. 26. Qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat, ergo nullus ſua ipſius probria ſuſtinere debet. Tertio: Nemini licet ſeſe priuatim vindicare: qui autem æquo animo ſpumam contumelioſi ſuſtinet, ſeſe de illo vindicat, quatenus eum ſpernere profitetur, ſecundum illud Chryſoſto. ſuper Matth. Si vindicari vis, ſile, & funeſtam illi dediſti plagam, ergo id non licet. In contrarium eſt illud Pſ. Qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates. Et ſubdit: Ego autem tãquam ſurdus non audiebam, & tamquam mutus non aperiens os ſuum.

Primũ margu

Secũdũ.

Tertiũ.

Ad quæſtionem duabus receptiſſimis concluſionibus reſpondetur. Prior: Vnuſquiſque tenetur animum contumelijs ferendis habere paratum, vbicunque fuerit expediens, non tamen ea ſemper ferre. Probatur vtraque concluſionis pars: Patientia, vt in his, quæ contra nos fiunt, ſic & in his, quæ contra nos maledicuntur neceſſaria eſt, in his autem quæ contra nos

Prima conclu.

Probõ

Auguſt. ſiunt tantum eſt neceſſaria in animi præparatione, ſecundum expoſitionem Aug. ſuper illud Matth. 5. Si quis te percuſſerit in vna maxilla præbe illi, & alteram, præparatio autem animi cum affirmatiuo precepto iubeatur, non obligat pro quocunque tempore, ſed pro illo art. quod id ratio exegerit, ergo & animum debemus habere paratum, & tamen non ſemper re ipſa tenemur contumelias taciti ferre: Id quod ipſius Redẽptoris exemplo edocti ſumus: Nam & à percutiente ſe rationem rogauit dicẽs, Io. 18. Quid me cædis? quod nõ nullam reprehenſionis effigiem præ ſe ferebat. Poſterior concluſio. Quãdoque oportet illatam contumeliam repellere. Probatur dupliciex capite: Primò quidem propter bonum eius, qui contumelioſus eſt: nempè vt tumentis eius animi inſolentia reprimatur; ne illis iniurijs aſſueſcat, ſecũdum illud Prou. 26. citatum, & ſecundum aliud ibidem. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens videtur. Secundo, propter aliorum bonum, tam circũſtãtium, quam abſentium, qui contumelijs affectum nonnunquam ſolent minoris reputare, atque adeo eius doctrina & monitis minus inde proficeret. Vnde Grego. ſuper Ezechiel homil. 9. Hi quorum vita in exẽpla imitationis eſt poſita, debent ſi poſſunt detrahentium verba compeſcere, ne eorum prædicationem non audiant, qui audire poterant, & ita in prauis moribus remanentes, bene viuere contemnat. Hic primum omnium arbitror apud D. Tho. animaduertendum eſſe quod lib proximo quæſt. 6. verum iudicauimus, nempe licere cuique ſaltem priuato, famæ ſuæ læſionẽ infamatori remittere. Nam ſi eis qui honorem noſtrum contumelijs denigrant, reſiſtere non tenemur, non eſt cur ſemper teneamur ſplendorem famæ noſtræ alia via ſuſtentare, quam officiis virtutem vacando. Hoc autem ſolenne membrum prioris concluſionis, videlicet quod tenemur animos habere paratos ad ferendas contumelias, vbi id ratio tulerit, non nihil explicationis deſiderat. Et primò quæritur, vtrum præceptum ſit habere ſemper volũtatem, hoc eſt actuale propoſitum ferendi iniurias inferendas pro loco, & tempore. Reſpon. Nam præparatio talem actum ſignificare videtur. Reſpondetur id non eſſe neceſſarium, nam præcepta affirmatiua ſicut non obligant pro quolibet tempore ad extera opera, ita neque ad intimos actus, ſed ſatis eſt nõ habere propoſitum contrarium, atque in genere propoſuiſſe ſeruare mandata; nam illic virtute includitur hoc propoſitum. Et eſt animaduertendum huiuſmodi præparationem non ſolum eſſe neceſſariam ad non vindicandas auctoritate priuata illatas iniurias, nam id certiſſimũ eſt nemini licere, vt ſupra dictum eſt, ſed ad non reſiſtendum, vbi reſiſtentia ſine graui ſcandalo & ingenti detrimento fieri nequit, & vbi ratio fidei & boni publici ſuſtinentiam exegerit. Quare qui in animo gerit de quacunque cõtumelia ſe vindicatũ ire, & cuicunq; citra delectum obſtitutum, in ſtatu eſt perditionis. Attamẽ citra illos caſus quiſq; poteſt & priuatim cũ virtutis moderamine reſiſtere, & per publicã poteſtatẽ iuris ordine vindicare ſe. Quæris autem an citra caſus neceſſitatis, dum quis poſſit reſiſtere, conſilium ſemper ſit non reſiſtere. apparet enim id eſſe conſiliũ cum ſit miſericordiæ opus. Sed ad hoc iam poſteriori concluſione negante reſponſũ eſt. Vtrumque enim ſimul conſulit Sapiẽs, ſcilicet & ne reſpõdeamus ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiamur ei ſimiles, & rurſus vt reſpondeamus ei ne videatur ſibi ſapiens. Quapropter prudentiæ perpendiculo libran dum eſt quando contumelianti nobis reſpondere oporteat, quando vero minimè. Eſt enim ei reſpondendum quãdo ratio correptionis fraternæ id decere monſtrauerit, tunc enim præceptum charitatis eſt animum eius ſedare, eumque ſui furoris & ſtultitiæ admonere. Sed enim maior cura nobis adhibenda eſt noſtri, ne ſcilicet alterius furor noſtrum excitet, & qui compeſcere alium deberemus, ſimili nos impetu feruentes eum potius irritemus. Leuiter ergo admonere eum debemus oſtendendo abſque cauſſa, & ratione concitari, exemplo nimirum Chriſti, qui tantum dixit; Cur me cædis? hoc eſt nullam habebas cædendi cauſſam. Quando verò contumeliæ contra honorem fidei & religionis iactantur, tunc viciſſim religio eſt acriori obiurgatione contra vti. Hoc enim refertur, quod Paulus Galatas inſenſatos appellauit, & Chriſtus alios ſtultos, atque alios generationem ne quam,

Vltima concluſ. Rõ concluſio.

Grego.

Priuatꝰ quiſque poteſtlę ſionem famæ il latamre mittere.

Quæſt.

Reſpon ſio.

Haſitatio.

Paulus.

quam,& prauam. Perſonæ autem publicæ etiam propter ſuum proprium honorem, vt dictum eſt,debent conuitijs reſiſtere, vt pote quarum honor neceſſarius reipublicæ eſt: priuatæ autem licet non teneantur, poſſunt tamen. Poſtrema autem ſupereſt dubitatio, vtrum quando reſiſtere licitum eſt, tunc fas ſit pro vna ſuſcepta contumelia aliam reijcere. Appellat me quiſpiam latronem, appello eum ſicarium. Notat meum genus,noto ego ſuum ingenium & mores: Reſpondetur in primis nunquam licere crimen falſum alteri obijcere: eſſet enim mendacium,idemque pernicioſum. Præterea neq; crimen, defectumve vllum, vel occultum vel publicum per modum vindictæ, licet in conuitiatorem reſpuere: ſed tantum per modum defenſæ vim vi repellendo. Hoc eſt: Non licet illi obijcere crimen quod impertinens eſt ad obterendam eius auctoritatem: ſed illud prorſus, quod ad id eſt neceſſarium: vt ſi dicam eũ eſſe hominem mendacem, & ad eius confirmationem patefaciam aliqua eius mendacia, vt in eo quod mihi impingit defringat ei fides. Si aũt mę appellat concubinarium,nõ licet mihi eũ appellare latronẽ:ſicut neque ius eſt percutientẽ repercutere.

Poſtrema dubitatio.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur argumẽtum iam reſponſum eſt, ꝙ licet audaciam conuitiãtis mitibus verbis comprimere,ne videatur ſibi ſapiens:non tñ acerbis, ne efficiamur ei ſimiles. Ad ſecundum dicitur,ꝙ qñ ei reſpondemus qui contumelias in alterum iacit,non videmur ex nimio amore noſtri id facere,ſed ex charitate, tam contumeliantis, quam eius qui contumelias perfert: & ideo id facere ſemper eſt officium. Quando vero cõtumelias noſtras propulſamus: tunc non tam charitatem colere videmur quàm noſtræ ſuperbiæ ſuccumbere,& iracundiam irritare. Quare tunc ſæpius conſilium eſt tacere. Ad tertium denique reſpõdetur, quòd ſi quis contumelias ſuas audiens aſtu taceret, eo ſcilicet animo vt alterum quaſi ſpretum ad iracundiam exagitaret,peccatum eſſet vindictæ: ſi autem ſibi conſulens taceat, & virtuti obſecundãs, licet ſciat alterum inde peius concitandũ, nihil ſua referre debet,& hoc eſt qđ Chryſoſto. ait ſecundum Sapientis conſilium, Eccle. 18. Non litiges cum homine lingua to: & non ſtruas in ignem illius ligna.

Ad ſecũdũ arg.

Ad tertiũ arg.

QVÆSTIO X.

DE DETRACTIONE.

San.Thom. 2.2.quæſt.73.

ARTICVLVS I.

Vtrum detractio ſit denigratio alienę famæ per occulta verba.

POſt contumeliam, qua derogatur honori,ſequitur de detractione, per quam famæ detrahitur. Et primo circa eius quidditatem quæritur vtrum ſit denigratio alienæ famæ per occulta verba. Arguitur enim a parte negatiua: Occultum & manifeſtum circunſtantiæ ſunt non conſtituentes morum ſpecies: in definitione autem id tantum poni debet,quod ad ſpeciem pertinet: ergo nõ eſt quod in definitione detractionis ponatur occulationis differentia. Secundo arguitur: Fama eſt publica illuſtriſque notitia: ergo per id, quod occultum eſt, non denigratur. Quare detractio, quæ fit per occulta verba, non eſt famæ contraria.

Primũ argu. à parte negatiua.

Secũdũ.

Tertio: Detractio idem eſt quod ſubtractio, & demptio ex aliquo toto: contingit autẽ famam denigrari nihil veritatis ſubtrahendo, ſed occulta propalando crimina, ergo non idem eſt detractio quod famæ denigratio. In contrarium eſt illud Eccle. 10. Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihileo minus habet, qui occultè detrahit: ergo occultè mordere alienam famam eſt illi detrahere.

Tertiũ.

Ad qõnem vnica ſufficit cõcluſio, quæ ex ſuperiori q palam conſequitur. Detractio eſt occulta denigratio alienæ famæ. Concluſio iam ex ſupetioribus oſtenſa eſt. Enimuerò ſicuti facto noceri alicui bifariam ſolitum eſt,vt in furto & rapina oſtẽdebamus,nempè aut per manifeſtam vim aut per ſubdolã læſionem, ita ẽt & verbo vſu venit. Nam manifeſtè quis alteri per contumeliã nocet,occultè autẽ, per detractionem. Qui autem in alterius conſpectu manifeſtis verbis in eum inuehit,paruipẽdere eum ſe profitetur, quapropter honorem eius, vt diximus, ex profeſſo l dit.

Vnica concluſ.

Probatio cõcl.

Qua ratione, contumeliam diximus honorari aduerſari. At verò qui in angulis abſens aduerſus quempiam obmurmurat, non tam vilipendere eum, quam vereri ſe oſtẽdit. Obidque nihil contra eius honorem obmolitur, ſed contra famam, puta contra bonam exiſtimationem, ab alijs de illo habitam, quam per contrariam opinionem, vel obnubilat, vel extinguit. Eſt ergo detractio nihil aliud, quam alienæ famæ denigratio per occulta verba. Ex quo clarescunt differentiæ illæ ſupra poſitæ, inter contumeliam, & detractionem: tum quantum ad modum, quod ſcilicet illa manifeſta ſit, hæc verò occulta, tum quantum ad obiectum, quod illa ſcilicet honori, hæc verò famæ contraria eſt.

Nihil eſt, quod hic amplius immoremur, ſed eſt ſolutio primi argum. adnotanda. Differunt enim contumelia & detractio ſpecifica differentia, non tantum ratione obiectorum materialium, putà honoris & famæ, vt multi etiam diſcipulorũ D. Thom. arbitramur, ſed ratione formali proximorum, puta ob rationem diuerſam inuoluntarij, ſicuti diximus de furto, & rapina. Nam etſi tam raptor, quam fur alienum capiant, tamen in furto patitur homo inuoluntarium, per ignorantiam in rapina verò per vim, quæ ſecundum Ariſtot. diuerſæ ſunt cauſſæ inuoluntarij. Pari ergo modo qui per acceptam contumeliam iacturam facit honoris, patitur inuoluntarium per vim, qui autem detrimentum accipit famæ, per detractionem, patitur inuoluntarium per ignorantiam. Reſpondetur ergo ad argumentum quod etſi occultum, & manifeſtum abſolutè non varient ſpeciem, vt in eo patet, qui mentitur vel occultè vel manifeſtè, tamen quando per hæc variatur ratio inuoluntarij, ſpecies ſubinde mutantur.

Ad ſecũdũ arg.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd detractor dicitur occulte obloqui, non ſimpliciter, ſed clam illo, qui infamatur, ad differentiam contumelioſi. Nihilominus loquitur coram alijs, quibus bonam aufert exiſtimationem, quam de alio habebant. Itaque differentia inter detractionem & contumeliam non conſiſtit in hoc, quod coram pluribus, aut paucioribus fiat, ſed in hoc quod fiat coram ipſo qui læditur, aut clam ipſo. Ad tertium denique reſpondetur quod detractio non dicitur reſpectu veritatis, puta quòd ei quidpiam ſubtrahatur, ſed reſpectu famæ, quæ ſemper minuitur. Id quod octo modis contingit: quatuor nimirum directè, quatuorque indirectè. Directè quidem primo modo, quãdo falſum imponitur. Atque hic eſt omnium peſſimus.

Ad tertiũ arg.

Octo modis fama ſplẽdor minuitur.

Secundò quando vitium quis alienum ſuis verbis exauget, qui quidem ſtylus peſtifer eſt, & blateronibus, ac maledicis familiaris. Tertiò, quando occultum reuelatur. Qua quidem peſte illi rempublicam inficiunt, qui auiditate noua docendi, nihil ſciunt ſe continere ſecreti, ſed rimarum pleni omnia profundunt. Quartò, quando id quod bonum eſt oſtendere, quis conatur ex mala intentione profectum. Nam etſi hoc ad temeritatem quoque iudicij ſpectet, nihil tamen obſtat quin vnũ peccatum in duabus ſit malitiæ ſpeciebus. Vnde quando quis id facit ad denigrandum alius exiſtimationem, infamator eſt, quatenus inſinuat ſe aliunde intentiones hominis noſſe prauas, vnde bona eius opinio obſcurescit. Indirectè autem ille quoque eſt infamator, qui aliena bona, vel negat, vel ex liuore reticet, vbi propalare debet. Dum enim me præſente ſermo de illo initur bonus, quem conſtat me optimè nouiſſe, & ſileo, ſilentium meum iudicium quoddam eſt, illum non eſſe tantæ laudis dignum, quod eſt genus infamiæ. Et tertio id quoque contingit quando quis diminuit aliena merita. Et denique quarto cùm malignè quis alium laudat, quæ quidem vafricies, infamiæ modus eſt non infimus. Vnde Phauorinus apud Gellium: Turpius, inquit, eſt exiguè atq; frigidè laudare, quam inſectanter grauiterque vituperare, quoniam qui maledicit, quantò id acerbius facit, tanto magis pro iniquo inimicoque ducitur, tantoq; minus fidem capit. Sed qui in facundè ieiuneque laudat, à cauſſa ipſa deſtitui videtur. Nam amicus creditur eius, quem laudare vult, ſed nihil poſſe reperire quod in laudibus ponat.

Queſtio.

Quòd ſi quis, ſicuti de contumelia interroget, an modi iſti diffamandi ſpecie differant, quod apparet ex formarum varietate: Reſpondetur eodem modo omnes eſſe eiuſdẽ ſpeciei. Eſt enim detractio, vt reor, ſpecies ſpecialiſſima, vtpote cuius obiectum ſit infamia, moduſque iniuſtitiæ ſit iniuriam inferre, quam alter per ignorantiam

Solutio.

tiam patitur, ſicut in contumelia accipitur per vim. Tameſi vt de contumelia dictum eſt) tam ingens poſſet eſſe infamia, vt eſſet de neceſſitate confeſſionis. Qui enim de hæreſi, aut de inceſtu, aut de alio deformi peccato ciuem infamauit, non ſatis peccatum ſuum explicat niſi vitium exprimat, cuius notam alteri inuſſit.

ARTICVLVS II.

Vtrum detractio genere ſuo ſit peccatum mortale.

Primũ argum.

QVemadmodum de contumelia, ſic & de detractione quæritur, an ſit genere ſuo mortale crimen. Arguitur enim à parte negatiua: Peccatum alienum quod occultum eſt, aut per correptionem fraternam, aut per accuſationem detegere, eſt detractio, quippe qua aliena fama denigratur, & tamen illud eſt officium, ergo detractio genere ſuo nõ eſt peccatum.

Secũdũ.

Secundo nullum vitium quod toti mortali generi commune eſt, cenſendum eſt mortale, nam à peccato mortali præcipue inter Chriſtianos multi ſunt, qui abſtinent, ſed venialia ſunt quibus nemo citra mendacium aſſerere poteſt ſe vacare, hoc autem ſpecialiter vitio totum genus humanum periclitatur, vt habet glo. ſuper illud Prouerb. 24. Cum detractoribus non commiſcearis, ergo non eſt genere ſuo mortale.

Gloſſa.

Tertiũ. Auguſt.

Tertiò Auguſt. in hom. de igne purgatorio minutioribus peccatis annumerat quando cum omni facilitate & temeritate maledicimus, ergo detractio nõ eſt niſi veniale peccatum.

Paulus.

In contrarium autem eſt quod Paulus ad Roman. 2. vnà componit detractores, ac Deo odibiles, cuius cauſſam ſubdit gloſſa ne detractio, eo quod conſiſtit in verbis, leue quid putetur.

Prima concluſ. Rõ concluſiõis.

Ad quæſt. quatuor concluſionibus reſpõdetur. Prima. Detractio genere ſuo eſt peccatum mortale. Probatur, præſuppoſito eodem nomine, quod de contumelia declarauimus, nempè quod cum detractio ſit peccatum in verbis, quæ ſola ſignificatione nocent, non ſolo obiecto ſed ex intentione ſignificandi perficitur, quare ille propriè dicitur detractor, qui ex intentione, vel craſſiſſima negligentia rumorem hominis abſentis diſſeminat, cuius famã obſcurat. Et dicitur quis ex intentione facere, non ſolum quando directo id animo proponit, verum & quando animaduertit qui dicit, & ſine legitima cauſſa nihilominus verbum effutit. Hoc ergo ſuppoſito, probatur concluſio, vt ſimiles demonſtrari conſueſcunt. Illud vitium eſt contra charitatem, atque adeo mortale, qua in re magni momenti proximus læditur, nam inde pax conturbatur, tale autem eſt detractio, quippe qua fama obnubilatur, quæ merito maiori habetur pretio, quam exteriora bona ſecundum illud Eccleſi. 41. Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri boni & pretioſi. Secunda concluſio. Quando quis verba aliqua profert, licet ſint famæ detractoria, tamen id non intendit, ſed quidpiam aliud, prolatio illa non per ſe propriè cenſetur detractio, quod aiunt formaliter, ſed quaſi per accidens. Concluſio hæc ſequitur ex præcedenti. Nam cum intentio ſignificandi ſit detractioni natiua, vbi ille abeſt, deeſt detractionis forma.

Secũda concluſ.

Tertia concluſ.

Tertia concluſio. In tali caſu quo ſcilicet iniqua intentio non adeſt, ſi bono animo cordatoque zelo; & vbi oportet, circunſpectè oblocutio illa fiat, virtus eſt, ſi autem ex animi leuitate loquendive libidine ore labatur, in ſumma propter aliquã cauſſam non neceſſariam fiat, peccatum eſt plurimum veniale. Niſi fortè verbum adeo ſit acerbum, vt ſua ipſius ratione ſecum afferat mortalem culpam. Nam tunc adeo requiritur prudens cautela, vt quæuis negligenti loquendi, niſi ſubditus ſit motus mortale ſit crimen: Et maximè inquit S. Thom. in his quæ pertinent ad honeſtatem vitæ. Vt ſi quis alium de hæreſi, aut de quouis alio crimine notet, præcipue carnis, quæ licet ſint, vt ait Gregor. minoris culpæ, ſint tamen maioris infamiæ. Quare ſuperuacanea videtur Cajetan. diſputatio, ad quidnam referatur pronomen Hoc, apud S. Thomam vbi ait, Hoc ex ipſo genere verbum habere rationem peccati mortalis, vtrũ ſcilicet referatur ad id quod eſt dicere verba contra honeſtatem alterius, an ad ipſum aſſertum, vt ſit ſenſus, quod quoties qui aſſerit de ali

Gregor.

Superuacanea Cajet. diſputatio S. Tho.

quo peccatum mortale assertio ipsa sit peccatum mortale, propterea quod id quod de alio asseritur est mortale. Manifestum enim est priorem esse sensum S. Tho. non esse vult quoties affirmo alium peccasse mortaliter, pariter me delinquere. Nam quando id non profertur ex intentione, iam dixerat non esse mortale. Sed vult dicere quod quãdo verbum à me prolatum est nimis graue, ipsa prolatio est de se mortalis, licet non fiat ex intentione, propter incircunspectionem. Quarta cõclusio: Quicunque alteri famam iniquè sustulit, tenetur ei ad restitutionem, illo ordine & modo qui libr. 4. qu. 6. latissimè expositi sunt. Multa hic dicenda fuissent, nisi eod. libr. & quæstio. fuissent à nobis pertractata. Nihilominus quia hic commẽtatores D. Tho. nonnulla solent adnotare, recolere aliqua est operæpretium. Haud enim Dominus Caietan. impræsentiarum infamiam reputat mortalem, cum quis occultum alienũ crimen vni cordato viro secreto detegit, apud quem ita celabitur, ac si muro dictũ esset. Quod ego profecto, salua eius pace, probare omnino non possum. Quin verò mallem crimen meum notum esse tribus aut quatuor, quam vni grauissimo viro. Nam quamuis ex vna parte præsentius periculum immineat ab illis euulgatum iri, quam ab isto, tamen ex altera pluris ego æstimo in bona esse æstimatione apud illum grauissimum, quam plures alios minoris auctoritatis. Quare infamia non est solum accipienda hic in rigore iuris quando est apud plures: verum & secundum rei naturam. Quocirca pessimè ac nocentissimè illi faciunt, qui, nisi vigès sit causſa corrigendi fratrem vel vni quantumuis prudenti viro occultum alienum crimen reuelant. Nam etsi in suo id pectore reconditũ seruet, tamen alius apud ipsum magnum patitur honoris ac famæ detrimentum. Illud autem quod idem Caiet. subdit, videlicet recensere peccatum alterius, vnde ille nullam contrahit infamiam, non esse infamare, iam nos illic similiter cõfessi sumus. Vt si iuuenum amores referas, de quibus ipsi se iactant. In quo autem Scoto subinde consentit, nempè quod qui non asserti uè rumores seminat, sed relatiuè dicendo sese hoc & illud audisse, non sit habendus infamator, profectò consentire ego non possem. Immo vt iam illic diximus genus hoc est infamandi. Nam non possunt illi qui alias non audierunt non nouam concipere opinionem siniſtram proximi Qua vtique ratione, vt illic notauimus, illo modo famam vires acquirit eundo. Quod vero ibi tantum obiter tetigimus, examinandum hic pressius restat, nẽpe vtrum eũ qui vno loco infamatus est liceat in alio, vbi bono fruitur nomine, infamare? Caieta n. in opus. 16 respons. 9. id astruit. Adrianus vero quolib. 11. qu. 1 negat. Et quidem ratio Caietani ea est prorsus, quod cum quis prius sit iure famæ nullam ei iniuriam irrogat, qui idem detegit alibi crimen, ob quod famam perdidit. Secus autẽ si aliud quod occultum est detegeretur. Ratio vero Adriani, contra est, nempe quod licet alicubi quis infamia laboret, potest alibi illam habere illæsam, quare iniuria illi fit dum eadem nudatur. Et confirmatur Adriani opinio. Quamuis quis vitio sit publico infectus, siue ad mores pertinente, siue ad naturam, nemini licet illud ei in faciem expuere, ergo minus licebit illud de quo alibi infamatus est, hic disseminare. Hæc tamen discordia per distinctiones est conciliandа Bifariam enim quispiam potest alicubi labem infamiæ contraxisse, videlicet aut publica auctoritate & iudicio damnatus, aut priuatam per viciniam aut vrbem. Rursus dupliciter quis delinquere potest alterum infamando scilicet aut contra charitatem, aut contra iustitiam. His prahabitis dum quis priori modo honore suo & fama alicubi expoliatus est, nulla est iniustitia eum vbique de eodem crie infamare. Et ratio est, quia ille iure publico, præconio in pœnam mulctatus est sua fama, atque adeo cuicunque facta est facultas scelus illud propalandi. Quare qui hominem sic infamat, ad nullam tenetur restitutionem. Nihilominus peccatũ est contra charitatem, quin verò posset esse mortale eiusmodi damnatis hominibus sua rursus pudenda nudare, tunc potissimum quando emendati sunt, bonumque nomen alibi recuperauerint. Nam bona fama quam maximè hominibus adiumento est ad virtutẽ, qua perdita examinãtur. Non tñ tale infamandi delictum ad restitutionem obligat. Atque ad hoc facit tex. l. eũ qui nocentem ff. de iniur. vbi hſ, eum qui nocentem infama-

Sensus S. Tho.

Quarta conclus.

Caieta. sentẽtia.

Refellitur proxima sẽtentia.

Alterũ dictum Caie. in quo Scoto consentit.

Ratio in Caiet.

Quæstio

Opinio Caiet.

Adrian.

Ratio Caiet.

Ratio Adrian.

Confirmatio.

Dist. 1.

Secũda diuisio.

Solutio propositiæ conclusiõis.

Rõ conclusiõis.

infamauit, non eſſe bonum, & æquum ob eam rem condemnari. Quando vero quis poſteriori modo extra ordinem iuris in vno loco iacturam fecit famæ, non ſolum contra charitatem, verum contra iuſtitiã facit qui eundem alibi eadem infamia reſpergit, & ad reſtitutionem, eo quo fieri poteſt modo, tenetur. Quandoquidem iure non ſit illa priuatus, nam propter rumores, etiam ſi priuatim manifeſti ſint, nemo ius perdit honoris ſui ac famæ, ſi domicilium mutet, ſed reputatur ibi ſecretum eſſe delictum. Vnde ad Caietani argumentum atque ad prius Adriani reſponſum putato. Ad poſterius vero reſpondetur, diuerſam eſſe rationem contumeliæ & detractionis.

Ad argumẽta Caiet. & Adrian.

Nam per modum contumeliæ nequaquam licet improperari alteri ſuum crimen, aut naturale vitium etiam ſi naturale ſit. Poſt hoc ſubſequitur dubitatio alia, vtrum eum qui falſis commentitijſque virtutibus, ſeu moralibus, ſeu intellectualibus famam per vafriciem in republica compararit, licitum ſit diffamare. Apparet enim id eſſe virtutis officium, cum tales impoſtores rempublicam ſeducant. Ad hanc autem dubitationem, licet Adrianus loco citato abſolutè reſpondeat id eſſe licitum, cum temperamento tamen & diſtinctione, reſpondendum eſt.

Dubitatio.

Quando enim eiuſmodi ſyncophantæ ſuis impoſturis perniciem reipublicæ afferunt, tunc non ſolum licet, verum expedit eorum crimina, fallaciaſque retegere, vt ſi quis ſe optimum ementiretur medicum, aut theologum, qui populo eſſent peſtiferi. Tunc enim docendus eſſet populus veritatem. Si autem ſunt mulierculæ, quæ foris ſanctitatem præ ſe ferunt, qua ratione eleemoſynis victitant, licet occulto aliquo crimine ſint infectæ, neutiquam reipublicæ noxio, ſed innocuè viuunt, non eſt cur debeant infamari. De hiſtoricis autem dubitare merito quis poterit, an liceat illis hominum crimina perpetuæ memoriæ prodere. Ad quod cum grano etiam ſalis reſpondendum eſt. Primum quòd vbi non denarrantur infamia peccata & turpia, ſed bella, & homicidia, & alia quæ viris illuſtribus dedecora non ſunt, non eſt quòd ſint condemnandi. Mox quanquam aliqua turpia denarrent, quæ nõ ſunt omnino ſecreta, non eſt illis vitio vertendum. ſed officio potius tribuendum. Debent enim optima fide, quæ ad rem pertinent per narrare. Nihilominus vbi inuidia moti, aut alio prauo affectu quempiam aliquibus vitijs notant, non ſunt à peccato liberi. Tunc potiſſimum dum generi alicui, & proſapiæ notam inurunt, quæ in perpetuam memoriam manſura eſt. Aſtrologos denique qui falſa ſæpè vita hominibus imponunt puta latrocinia & alias turpitudines, non dubium eſt non eſſe ferendos. Nã præterquam quòd maxima pars eorum, quæ ſciunt, minima eorum eſt, quæ ignorant, quam ob rem infinitis vtuntur mendacijs, neque tanta fides eſt aſtris tribuenda, neque illa via permittendum eſt, crimine explorare. Extat quidem, Litem apud Labeonem, vbi § ſi quis aſtrologus, habet, vt ſi aſtrologus conſultus furem aliquem eſſe dixerit, qui non erat, iniuriarum eũ eo non agatur, ſubiungitur tamen conſtitutionibus eum teneri, hoc eſt municipalib. legibus condemnari poſſe. Quocirca, C. de malefi. l. nemo cautum eſt, vt nemo aruſpicem, aut mathematicum conſulat. Porrò ergo iſti non ſolum tanquam impoſtores, verum tamquam publici infamatores, eſſent in vltimas cruces adigendi. Celeberrimum hic autem, ac cognitu neceſſarium eſt, vtrum idem maiuſue ſit crimen ſeipſũ quempiam infamare, quam alium. Quod quidem in noſtra Relectione de rat. teg. & deteg. ſecr. tractauimus, & ſuperius hic lib. 4. quæſtio 2 & rurſus quæſtio 6. in hunc locum repoſuimus, quippe qui proprius eſt eius. Et quidem Caiet. hic & in ſua Summa verbo, detractio, indubius partem tenet affirmatiuam quatuor nimirũ afferens propoſitiones. Prima eſt, Quicunque ſeipſum infamat, peccatum committit genere ſuo mortale; idque grauius quam ſi alienam famam læderet. Secunda Illud peccatum non modo contra charitatem, verum contra iuſtitiam committitur: quia eſt contra eccleſiam & rempublicam cuius noſtra fama eſt, vti Auguſt. 11. quæſt. 3. cano non ſunt audiendi. videtur dicere. Tertia nemo ab huiuſmodi peccato excuſatur quãuis metu mortis id faciat. Quarta. Qui cunque ſe infamat, ad reſtitutionem tenetur. Fundamentum opinionis huius eſt quod perinde ſenſet de hominis fama, ac

Rõdubitandi. Adrian.

Solutio dubitationis præximæ.

Dubiũ de hiſtoriographis.

Alterũ de aſtrologis.

Qõ conuitia digna.

Opinio Caiet.

Prima propoſitio Caiet.

Secũda

Auguſt.

Tertia.

Quarta

Fundm Caie.

que

que de eius vita: vt ſicut vitæ non habemus dominium, ita neque noſtræ habeamus famæ. At quamuis non ſim neſcius, hanc vulgo opinionem veridicam exiſtimari, eius tamen fundamenti demonſtratio adhuc ſemper deſideratur; quia nuſquã probatur; nam etſi à Sapiente admoneamur curam habere de bono nomine, nullatenus tamen inde fit conſequens, vt non ſimus famæ noſtræ Domini. Quoniam & bonorum exteriorum tenemur habere nonnullam curam, quorum tamen domi nio fungimur. Igitur, vt præſenti diſputationi via & ordine ſatisfaciamus, contrarium fundamentum cenſemus verum: videlicet; vnum quemlibet ſuæ famæ habere dominium. Id quod præcedenti lib. quæſtione ſecunda quatenus materia fert moralis, demõſtraſſe me arbitror. Ex quo vtique fundamento poſtmodum, quæſtione ſexta elicuimus in arbitrio eſſe cuiuſq; priuati reſtitutionem ſuæ famæ remittere. His ergo, vt illic oſtenſis, hic ſuppoſitis.

Fundm̃ Cieta. falſum.

Prima aſſertio auctoris

Primum aſſertum impræſentiarum ſit hoc: Hominem ſeipſum abſque cauſſa infamare, peccatum eſt: tamen neque contra iuſtitiam, neq; genere ſuo mortale. Quod enim ſit peccatum, patet, quia eſt præter charitatem. Tenemur enim nos, noſtraque bona diligere: & fama bonum noſtrũ eſt: quare a Sapiente curam boni nominis habere iubemur: quia prætioſius eſt diuitijs multis. Quapropter qui ſine cauſſa ſe infamat, prodigus eſt ſuæ famæ: quæ quidem prodigalitas peccatum eſt, quòd autem non ſit contra iuſtitiam patet: nam id maximè eſſet, quod non ſumus domini famæ ſed ſicut uita noſtra, ſic fama reipublicæ eſt: cui eam diſpendẽdo iniurij ſumus. Hoc autem loco citato latè monſtrauimus eſſe falſum contrariaque argumenta diluimus, inferentes perinde nos habere honoris, famæque dominium, vt bonorum exteriorum; atque adeo nemini illum iniuriam irrogare, qui ſuæ famæ prodigus eſt: neque ad vllam reſtitutionem teneri, quoniam ſibijpſi nemo ad reſtitutionem tenetur. Atque hinc fit rurſus non eſſe genere ſuo peccatum mortale: & idcirco diximus eſſe non cõtra, ſed præter charitatem: quoniam præcepto charitatis non vſque adeò hæc bona tenemur diligere, vt illa negligere, ſit mortale delictum. Quin vero, vt illic inter alia dicebamus, Chriſtus Redẽptor noſter non ſic nos inſtituit, vt honores, ac famam, primos, ſcilicet accubitus: & honorum ſplendores tanti faceremus. Immo admonemur infamiam patienter tolerare: vt Greg. ſuper Ezech. hom. 9 egregiè docet. Et Paul. parui æſtimabat iudicari ab humano die. Et Amb. (ſi vera eſt eius hiſtoria) mulieres ad ſe induxit, vt illa infamia epiſcopatum ſibi caueret. Et Augu. Atque Anſel. ſua peccata ſcriptis ſuis propalarunt. Et S. Thom. q. præſenti art. 4 ad prim. ait in arbitrio cuiuſque eſſe detrimẽtum ſuæ famæ pati. Idque Adrian. q. 4 de reſtit. fam & latius quodlib. 11. aſſeuerat. Quæ certè vera non eſſent, niſi dñium eius haberemus aliter quàm uitæ. De hoc autẽ locis citatis abundè dictum eſt. Dixerim tñ genere ſuo non eſſe mortale. Nam qui iuratus crimen ſibi falſum imponeret, reus eſſet periurij. Et prælatus, qui famam ſuam regendis ſuis ſubditis habet obſtrictã cõtra iuſtitiam faceret infamando ſeſe. Sicuti qui familiam habens alendam, aut pauperes videt grauiter patientes, ſua bona in flumẽ proijceret. Et qui hæreſim, vel aliud nefandiſſimum ſibi crimen etiam cura iuramentum imponeret, propter inſignem turpitudinem poſſet peccare mortaliter. Sed reuera citra eiuſmodi caſus mendacia illa non eſſent niſi officioſa. Non eſt ergo cur grauius, imò nec tantum delinquere cenſeatur qui ſeipſum infamat, q̃ qui diffamat alium: cum hoc ſit contra iuſtitiã: illud vero minimè. Et ad Aug. iam licet reſpondimus, ſolum intelligere famam noſtram ſic eſſe reipublicæ, vt bona noſtra exteriora: nempe vt cum indiguerit, teneamur ei per bonam noſtram famam ſeruire: ſicut tenemur per noſtram pecuniam. At ſicut non tenemur ſeruare pecuniam profuturis neceſſitatibus reipublicæ, ita nec famã. Ad aliud eius dictum 1. de Ciuit. Dei, cap. 20. ſcilicet quod illo præcepto: Non falſum dices, iubemur etiam noſipſos non infamare, reſpondimus verum eſſe quãdum ad uim charitatis: non tamen quantum ad uim iuſtitiæ. Facit n. qui ſuam obſcurat famam, præter charitatem, qua ſe diligere debet, non tamen contra iuſtitiam, ſicut q̃ alienam corrodit. Et illud. Curam habe de bono nomine, monitum eſſe diximus, ut per virtutum culturam bonum procure

Probatio ꝓteritæ aſſertionis.

Ambr. Auguſt. Anſel. S. Tho. Adrian.

mus

mus nomen. Ex his igitur, vt gradum ad repræſentem faciamus, ſecundum hic aſſertum colligamus: Quando quis in quæſtione contra ius de occultiſſimo ſuo crimine interrogatur, licet iure reſpõdere nõ obligetur, ſi vt ab eculei preſſura ſe eripiat illud infamando ſe reuelat, non ſolum nõ eſt illi peccatum, verum eſſe poteſt virtutis officium. Concluſio eſt ſuperioribus appendix. Nam cum quiſque ſit ſuæ famæ dominus, poteſt eius diſpendium ob cauſam facere, ſicuti & aliorum bonorũ temporalium, igitur vt in tali caſu licitum mihi ero eſt liberationem ab illis tormẽtis propria pecunia redimere, ita & ſui criminis cõfeſſione, qua ſuæ famæ iacturam faciat. Secundò, id probatur: Poteſt eſſe tantus numorum acceruus, vt exiſtimationem famæ vulgaris hominis adæquet, ſicuti tantum eſſe poteſt argenti pondus, aurum exuperet, quod profecto nemo dextri ingenij inficias ire poteſt, cum ergo cuique in illo caſu diſpendio magnæ pecuniæ eiuſmodi cruciatus effugere liceat, fit vt poſſit id etiam diſpendio ſuæ famæ facere. Tertiò id ipſum arguitur, Si quis contra ius eculeo exponeretur, vt alienũ crimẽ reuelaret quod ſub ſigillo ſecreti ſuſceperat, non loquimur de ſigillo ſacramenti cõfeſſioni, quod antequam ſacerdos reuelet tenetur truculentiſſimam mortem perpeti, ſed de alijs ſecularibus nequaquam teneretur tam grauia tormenta perferre, an tequam id detegeret, maximè ſi non eſſet ſecretum regis aut reipublicæ, aut quod p iniuriam ab alio extorſerat, ex huius reuelatione vita illius penderet, ergo à fortiori nemo tenetur tam acrem torturam ferre, vt ſuum celet proprium crimen. Si aut de falſo crimine interrogaretur, maius dubium eſt, an peccatum ſibi eſſet mortale, illud ſibi citra iuramentum imponere: nam periuriũ nemo dubitat eſſe mortale. Nec verò dubitatur, quin etiam citra iuſiurandum peccatum eſſet veniale, mẽtiri: atque adeò certum eſt ſuccumbẽdum eſſe prius morti quam illud admittatur. Sed dubiũ eſt ad mendacium illud citra iuramentũ eſſet pernicioſum, ac ſubinde mortale. Et profectò ſi quæ dicta ſunt uerum habent, nõ video cur eſſet pernicioſum, neque ad reſtitutionem obligatorium: quandoquidem ille ſui ipſius infamator, ſi perſona ſit priuata, nemini mẽtiendo facit iniuriam: poſtquam ſibi ſoli famam aufert. Loquimur enim de illo priuato homine, qui crimen quod ſibi imponeret, non eſſet hæreſis, aliaue enormitate aut fœditate grauiſſimum. Aliàs propter dignitatem perſonæ, vel propter enormitatem infamiæ, mortale eſſet. Exiſtit tamen contra hanc ſententiam argumentum, qñ ex tali confeſſione delicti ſequeretur mortis periculum, qua reus ille condemnaretur: nam tũc videtur ideo non licere, q̃ tenemur vitã præ rebus omnibus ſeruare. Ad hoc aũt cõpluribus reſpõdetur modis. Primũ enim hactenus nihil de periculo vitæ locuti ſumus, ſed tantum de iactura famæ. Mox confeſſio illa ſic extorta non eſt cui fides ſit adhibenda, vt propter illam reus adiudicetur morti, immo neque vt propriè pro infamia ducatur, vt patet 15. q. 6. can. Si quandoque. Deinde, etiam ſi mortis periculum immineat, non tenetur homo tanto cum cruciatu vitam ſeruare, ſed poteſt breuiorem ſibi permittere mortem, vt tam acerbam effugiat. Ad primum igitur argumentum reſpondetur, quòd vbi rõ denunciare aliquẽ vel fraterne, vel iuridicè poſcit, non eſt infamia occlutum delinquentis reuelare crimen. Ad ſm̃ autem reſpondetur, gloſſam illam non toti generi humano impingere notam huius vitij in gradu mortali. Nã primum addi penè, deinde intelligitur de triuialibus murmurationibus, quæ in vulgus citra mortale ſerpere ſolent, quas Auguſt. in tertio argumento citatus reputat minutiora peccata. Hiero. Ad Gelantiam, rationem vniuerſitatis huius morbi adnotauit, vbi ait, Pauci admodũ ſunt qui huic vitio renuncient, raroque inuenies, qui ita vitam ſuam reprehenſibilem exhibere velint, vt non libenter reprehendant alienã. Tantaq; huius mali libido mentes hominum inuaſi, vt etiam qui procul ab alijs vitijs receſſerunt, in iſtud tamen quaſi in extremum diaboli laqueum incidant.

Secũda aſſertio.

Probatio.

Tertia ratio.

Dubiũ.

Arg cõtra prædicta.

Prima ſolutio.

Secũda.

Ad primũ arg.

Ad ſecũdũ arg.

Auguſt.

Hieron.

ARTICVLVS III.

Vtrum detractio ſit grauius omnibus peccatis, quę in proximum committuntur.

QVæritur tertio loco de grauitate detractionis, quoniam videtur oĩum deli-

delictorum maximum quæ in proximum committuntur. Ait enim glo. ſuper illud Pſal. pro eo quòd me deligerent, detrahebant mihi, plus nocere in eius mẽbris detrahentes Chriſtos; quia animas crediturorum interficiunt, quam qui eius carnem mox reſurrecturam peremerunt. Vnde fieri videtur conſequens detractionem tantò grauiorem eſſe homicidio, quantò vita animæ corporali præſtat, cum ergo homicidium ſit reliquis omnibus grauius, quibus proximus offenditur, ſit vt detractio ſimpliciter ſit omnium grauiſſimum. Secũdò: Detractio videtur eſſet grauior quam contumelia, pro eo quod contumeliã facilius homo repellit, quam latentem detractionem, quam ignorat, cõtumelia autem grauior, adulterio, nam peradulteriũ coniunguntur duo in vnam carnem ad peccãdum, contumelioſus autem diſiungit eos, qui amore coniuncti erant, quatenus occaſionem alijs præbet, vt quem contumelijs afficit, odio habeant, ergo detractio eſt peior adulterio, quod tamen inter peccata, quibus proximus læditur, magnum habent pondus: Tertiò: Contumelia oritur ex ira, vt ex Gregorio, artic. præcedenti retulimus, detractio verò ex inuidia, vt eo loco 31. Moral. idem ait Diuus, ſed inuidia grauius peccatum eſt quàm ira, ergo & detractio quàm contumelia. Quarto: Eo peccatum quodcunque grauius eſt, quo nocentiorem inducit effectum, detractio autem inter omnia peccata peſtilentiſſimum inducit, ſcilicet mentis excæcationem, ex qua radice omnia pullulant, Ait enim idem Gregor. 11. quæſt. 3. Qui aliud detrahentes faciunt, niſi quod in pulue rem ſufflant, & in oculos ſuos terram excitant? & vnde plus detractionis ſufflant, inde minus vident. Eſt ergo detractio inter ea quæ in proximum committuntur grauiſſimum. In contrarium, quod ſceleſtius eſt facto peccare quàm verbo, homicidium autem, & adulterium ſunt peccata in facto, detractione verò intra verba peccatur.

Primũ argum.

Argu. 2.

Argu. 3. Gregor.

Argu 4

Gregor.

Merito porrò crimen hoc in ſuſpicionem venire poteſt, quòd ſit omnium grauiſſimum, adeò eſt reipublicæ multimodè peſtiferum. Nihilominus tribus concluſionibus ad quæſtionem reſpondetur,

Prima concluſ.

Prima inter vniuerſa peccata, quæ mortales aduerſus ſe inuicem committunt, eſt homicidium. Excepta enim hic ſẽper habemus peccata, quæ Deũ habent pro obiecto, qualia ſunt infidelitas deſperatio, Dei odium, blaſphemia, periurium, & ſimilia, Probatur concluſio: Princeps formaliſq; vt aiunt, ratio vnde vnumquodque peccatum quod cõtra proximum committitur, malitiam ſortitur, ſumitur ex nocumento illato, nam quo illud peius eſt, eo repugnãtius eſt charitati, nocumentum autem tantò peius eſt, quantò bonum, quod per illud tollitur, exiſtit maius, bonum autem quod alteri quis maximum adimere valet eſt corporalis vita, ergo homicidium eſt peſſimum. Probatur hęc poſtrema premiſſa. Bona humana in triplici ſunt gradu. Primum. n. eſt bonum animæ, atq; ei proximum bonũ corporis, ac tertium id quod in rebus exterioribus poſitum eſt. Bonum autem animæ, quamuis ſit omnium præſtantiſſimum; nemo tamen poteſt illud alteri inuito adminere, licet poſſit illo occaſionem eius porrigere: bonum enim animæ eſt gratia per quam uiuit, quæ ſolo cõſenſu in peccatum mortale adimitur, in huiuſmodi autem conſenſum nemo poteſt alterum cogere. Et ideo quamuis alterum in peccatum inducere maiorem præ ſe ferat ex obiecto grauitatem, quam ſi illũ occideres, tamen quia talis inductio non eſt coactio, nõ tam enormiter peccas, quã ſi temporali morte illum interimeres. Ratio eſt, qua li 4. quæſt. 6. vſi ſumus, aduerſus eos, qui putabant grauius eſſe animam proximi per occaſionem occidere, quam illam corpori eximere. Reſtant ergo duo bonorum genera, quæ quis alteri inuito vi, aut fraude poteſt eripere, illorum autem præſtantius eſt bonum corporis, puta vita exterioribus bonis, quæ primum eſt omnium fundametum, fit ergo vt homicidium crimen ſit genere ſuo omnium atrociſſimum, quæ in proximum committuntur. Secunda concluſio: Detractio ſecundum genus ſuum eſt maius peccatum quam furtum, minus autem quam homicidium & adulterium. Patet ex dictis, quoniam fama egregius eſt bonum, quam exterior ſubſtantia, inferius autem quam vita, quæ per homicidium tollitur, & per adulterium in futura prole lædi tur nam per ſe loquendo, filius qui incerto naſci-

Probatio.

Secũda concluſ.

Rõ con cluſionis.

to naſcitur parente, educari nequit commode. Ex quo fit & fornicationem ſimplicem eadem ratione, vt quæſtione tertia, contra Mar. de Mag. conſtituimus, grauioris eſſe culpæ quam furtum. Et ſecundo ſequitur contumeliam peiorem eſſe etiam furto: nam eſt detractione propter violentiam & contemptum acrior. Tertia concluſio: His non obſtantibus, quæ per ſe rebus conueniunt, poteſt accidentariè peccati grauitas aliunde tum augeri, tum etiam minui. Nam qui deliberare malum perpetrat, grauius peccat, quam qui ex infirmitate, aut ignoratione illud admittit.

Tertia concluſ.

Qua vtique ratione peccata, quæ intra verba continentur eo quòd linguæ velocitate expuuntur, aut leuiter ore decidunt, leuiora cæteris paribus reputantur. Qua vtiq; ratione paulo ante aſſerebamus peccata, quæ in facto conſiſtunt, grauiora eſſe quàm verbalia. Intelligitur enim ſi rationem uerbi cum ratione facti conferas. Nam ex parte obiecti aſſertum peculiariter eſt in ſecunda concluſione, detractionem, qua fama obnubilatur, grauiorem eſſe furto, quo bona eripiuntur externa. Hęc autem ſemper intelligenda ſunt in ſpecie: nam in indiuiduo poteſt eſſe furtum peius quàm detractio: & detractio peior homicidio: vt ſi quis Deo aut eius fidei detrahat quod ad blaſphemiam atinet.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur argumentum p hoc poſtremum verbum reſpondetur. Nam qui Chriſto detrahunt in ſuam obmurmurantes fidem, atque adeò obſtantes, quominus qui crediturі erant illam ſuſcipiãt, in eius diuinitatem blaſphemi ſunt, atque adeo quadamtenus enormius peccant: quam qui carnem eius, uita in tempus priuarunt. Nam illam uitam gratia confirmandæ fidei aſſumpſit. Inter ſoluẽdum

Ad ſecũdũ arg. Solutio. S. Tho.

argumentum ſecundum definit S. Thom. contumeliam peiorem eſſe detractione: licet facilius repelli poſſit propter maiorem contemptum, & violentiam, ſicuti rapina peior eſt furto. Contra hoc autem quis forſan arguat; Fama excellentius bonum eſt honore, ergo detractio peior eſt contumelia, quia nocentior. Re

Tentat ſolutio S. Tho.

perias qui neſcientes hoc argumentum ad mentem Thom. diluere, negent famam egregius eſſe bonum honore. Immo cum audiant Thom. aſſerentem contumeliam eſſe peiorem, inferunt honorem præmi-

nere famæ. Cum tamen re uera contra ſtet veritas; Obiecta enim propria & formalia contumeliæ & detractionis, vt ſupra diximus, non ſunt honor & fama, ſed rationes inuoluntarij. Et inde colligitur contumeliam eſſe acerbiorem, nempè qa per eam quis patitur inuoluntarium ui, & per detractionem non niſi ignorantia.

Quorũdã ſolutio.

Huic tamen deciſioni minimè diſſonat, quo minus fama cumulatius ſit bonum, atque illuſtrius quam honor. Pretioſior eſt enim bona exiſtimatio, quam populus de tua habet probitate, quam honor, puta reuerentia, quæ ſæpe mendaciter exhibetur, & vafre, neque ſemper propter virtutem, ſed quandoque propter alia minora bona. Quapropter Sapiens, non quidem honori, ſed bono nomini, quo fama intelligitur, tres adſcripſit præminentes qualitates. Primum quantum ad pretium, quod bonum nomen ſit melius, quã diuitiæ multæ; Prouerbior. 22. Secundo, quãtum ad ſuauitatem & loci dilationem, quod ſit pretioſius quam unguenta, odore ſuo oblectantia; Eccleſiaſt. 7. Et tertiò, quantum ad temporis diuturnitatẽ, quod diutius permaneat, quam mille theſauri pretioſi, & magni, Eccleſiaſt. 41. Sed & hoc rurſus adnotandum, quòd etſi propter contemptum contumelia ſit genere ſuo, & obiecto peior detractione ſcatet nihilominus detractio mille incommodis, ac peſtibus, Obtenebrat. n. in primis virtutũ gloriam, quæ illius cœleſtis repreſentatio eſt. Mox facilius committitur plureſq; inficit quã contumelia. Nã cum in latebris fiat impune, atq; adeo paſſim, & quacunq; nacta occaſione loquendi obrepit, cũ contumelia propter metum non ſit adeo in vſu. Deinde detractores ex inſidijs pugnant, ob idque quã difficillime cauentur. Et maximè dum bilingues ſunt ac bifrontes, nempe qui in facie mulcent, in aureſque incantant, ſed in dorſo latenter commordent. Quo quidem proditionis genere nihil in republica peſtilentius eſſe poteſt. Nam cum nemo eiuſmodi homines caueat, ſed ſua illis pectora cuncti ſecuri pandant, ſanguinem alijs exugunt, quem in aliorum aures euomant. Vnde Eccl. 28. Suſurro & bilinguis maledictus erit. Accedit huc, q detractores non ſuas tñ aĩas perimunt, uerum & cunctis, apud quos ſua ſeminant ſcommata, eandem ſpiritualem

Reprobatur p xima ſo lu.

Documen. In cõmoda detractionis.

mortem

mortem inferunt: quatenus eis odium eius ingenerant, cui detrahunt, ac ſubinde pacem & amicitiam publicam, qua ſydere nullo reſpublica ſplendidius fulget, violant & contenebrant. Dicuntur autem peculiariter detractores, vt reor homicidę, vt in quadam epiſtola ait Clemens, quæ refertur de pœnitentia diſtinct. prima cano. homicidium quod animam eius, cuius famam denigrant, virtutibus priuare & nudare contendunt, quibus ſpiritualiter uiuit. Et eodem forte refertur uerbum 1. Ioan. 3. Qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Ad tertium conceditur, contumeliã, vt ſuperiori articulo dictum eſt, ex ira naſci, vtpote quod ira correptus, vt 2. Rhet. auctor eſt Ariſt. in manifeſto cupit vindictam, quam per contumeliam facilius adipiſcitur. Et ideo detractio, quia nõ ad eiuſmodi manifeſtam vindictam tendit, non eſt iræ filia, ſed inuidiæ. Detractor enim quia liuore tabeſcit, claritudinem alienarum virtutum conſpurcare ſtudet. Haud tamen conſequitur, vt ſi inuidia peior ſit quam ira, filia eius ſit peior quam filia iræ. Nam genituræ iſtæ vitiorum iudicantur ratione conuerſionis ad eundem finem: ad quem ſcilicet, & filia ordinatur & mater: malignitas autem & grauitas attenditur ex parte auerſionis. Et quia inuoluntarium per uim inferre, quam per fraudem, elongatior eſt auerſio a charitate, cõtumelia eſt peior. Nihilominus & detractio hac inter alias macula ſordet, quod ex inuidia naſcitur, quæ ſordidiſſimum eſt vitium: quatenus è regione maximè charitati opponitur. Charitas enim vt ait Paul. non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, nõ gaudet ſuper iniquitate: congaudet autẽ veritati: quorum omnia contraria in inuidia continentur. Habet enim hoc inter cuncta vitia enormiſſimum, naturæque rerum repugnatiſſimum, vt de malo, quod abhorrendum eſt, gaudeat, de bono verò, ac potiſſimum de alienis uirtutibus, q̃ amore ſunt potiſſimum venerandę contriſtetur: id quod diabolicum eſt ingenium. Quapropter nemo eſt, qui inuidiam cauere poſſit: quandoquidem omnes tenentur ad virtutum faſtigia conniti: & quo quiſq. altius euehitur, maiorem inuidiam inuidis concitat. Huius ergo hydræ ſoboles ſeſe detractores agnoſcant. Ad quartum igitur perinde conceditur, ingenium eſſe detractionis mentem excæcare, nam cum vnuſquiſque ut Prouerb. 15. ait Sapiens, in ſententia lætetur oris ſui, qui detrahere pergit, amare dicta ſua incipit, maleque de bono ſentire, ac probos ſubinde odio habere: per quam viam mens excæcatur. Attamen cum & idem ipſe effectus alijs etiam vitijs communis ſit, vt gulæ, luxurię & cæteris: non inde arguitur omnium eſſe peſſimam detractionem.

Ad ter-tiũ arg.

Ariſtot.

Paulus.

Adquar tũ arg.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum audiens, tolleranſque detrahentem mortaliter peccet.

PRopter pernitiem detractionis quærendum demum reſtat, vtrum qui detrahentes audiunt mortaliter peccent, niſi illis ora compeſcant. Arguitur enim contra: Nemo plus alteri quam ſibi tenetur: laudi autem cuicunque apponitur ſi ſuos ferat detractores: ſecundum illud Gregorius ſupra citatum, ſuper Ezechielem homil 9. Linguas detrahentium ſicut noſtro ſtudio non debemus excitare, ita per ſuam malitiam excitatas debemus æquanimiter tolerare, vt nobis meritum creſcat: ergo non eſt peccatum detractoribus aliorum non obſiſtere. Secundo. Eccl. 4. iubemur non contradicere uerbo ueritatis ullo modo; vſu autem venire ſolet, ut qui detrahit, a veritate non recedat, ergo tunc non eſt uirtus illi contradicere. Tertio id quod in aliorum vtilitatem cedit, nemo prohibere debet, detractio autem crebro in rem eorum eſt, quibus detrahitur. Vnde Pius Pontifex 6. quæſt. 1. can. Oues. Nonnunquam, inquit, detractio aduerſus bonum concitatur, vt quos uel domeſtica adulatio, uel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet, ergo detrahentes reprimere non eſt officium. In cõtrarium eſt Hieronymus, vbi ait, Caue linguam, aut aures habeas prurientes, vt aut alijs detrahas, aut alios audias detrahentes.

Primũ argum.

Gregor.

Argu. 2.

Argu. 3.

Hieron.

Prima concluſ.

Ad quæſtionem tribus concluſionibus reſpondetur. Prima: Quicunque uel aliũ ad detrahendum inducit, vel detractione propter odium delectatur, nihilominus quam detrahens peccat, quin uerò quandoque

doque aliquanto plus. Probatur concluſio ex illo ad Rom. 1. Digni ſunt morte non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui facientibus conſentiunt. Eiuſmodi enim conſenſus bifariam contingit: vno quidem modo directè, quando vel quis alterum ad peccatum inducit, vel ei placet: & quidem qui iſto modo conſentit, omnino fit criminis particeps. Quin verò ſi inducit, eo grauius peccat, quo in motore plus eſt culpæ quam in moto, atque adeò ſi lætatur, fortè poteſt & grauius peccare, ſi odium cumulatius habeat quam ſit in detrahente. Ac de iſtis intelligitur verbum Bernard. prope finem ſecundi lib. de conſ. Detrahere aut detrahentem audire: quid horum damnabilius ſit, non facilè dixerim: Secundò autem modo conſentire quis dicitur indirectè: quia ſcilicet non reſiſtit. Hoc autem dupliciter contingit. Nã qui non reſiſtit, aut munere ſuo proprio ac publico officio reſiſtere tenetur, aut priuata perſona eſt, cui id ex officio non incumbit. Sit ergo ſecunda concluſio: In priuata perſona detractionem aliorum non repellere peccatum eſt, multo tamen minus quam in detrahente, quod quiplurimum eſſe ſolet veniale.

Probatio cõcl.

Bernar.

Suadet concl.

Tertia.

Tertia concluſio: Quandoque non reſiſtere detrahenti, peccatũ eſſe poteſt mortale, primum in perſona publica, puta in eo, qui detrahenti præeſt.

Secundò, propter periculum quod ille qui audit, imminere ex detractione videt. Ac tertiò, ſi quis ob ſolã timorẽ humanũ obijcere ſe detractori formidet. Concluſiones ſunt Sancti Thomæ. Et vnica ratione ambæ confirmantur: Iam enim ſupra pluries monſtratum eſt, vt quis ſit indirectè cauſſa alicuius mali, nõ ſatis eſſe, quod vitare illud poſſit, ſed preter ea exigi, quod teneatur. Teneri verò quempiam accidit aut ex iuſtitia, aut duntaxat ex charitate. Priuata autem perſona rigore iuſtitiæ nõ tenetur malum proximi cauere, ſed tantum ex charitate ſi abſque ſuo detrimento poteſt. Et ideo non eſt per ſe omnino charitati aduerſum, à tali infamiæ detrimento proximum non liberare, vix tamen à veniali excuſatur, vt in ſecunda concluſione aſſertum eſt: Nam vbicunque detractio oboritur, poteſt quis facili negotio vrbanè, ac leniter detrahenti occurrere, atq; adeò ſi id nõ faciat, negligere omnino cenſetur proximi famam. Attamen ſi detractor ille vſque adeo eſſet turgidus atque intractabilis, vt periculum ab illo immineret, quicunque accuſaretur, etiam à veniali. Hoc autem quam rariſſimè vſu venit. Adde & ſola verecundia excuſari aliquem poſſe, vt ſi qui detrahit illuſtrimus eſt, audiens verè famulus eius, aut alia obiecta perſona, quæ mutire non audet. Ex iuſtitia autem cum primis tenetur Prælatus, & ideo ille procul omni metu & pudore tenetur ſubditos à detractione corripere, ſi ſit in re alicuius momenti, cuius idcirco omiſſio peccatum eſt mortale, Prælatus in quam detrahentium, nam prælatus eorum quibus detrahitur, non tanta iuſtitia eos tenetur protegere, quia cura prælati eſt cauere ne ſubditi peccent. Quamuis & quodammodo teneatur charitatis vinculo ſubditorum honorem tueri. Præterea priuata perſona, cum ex detractione videt periculum imminere alicui mortis, vel turbationem reipublicæ, cum aliquo ſuo detrimento tenetur occurrere. Metus autem humanus tunc aſcenderet ad peccatum mortale, quando iacturam temporalium bonorum charitati quis anteferret. Non autem id facere cenſendus eſt, quoties metu humano cauere ceſſat proximi detrimentum, vt in ſecunda concluſione dictũ eſt, ſed quando ſua eſſet omnino neceſſaria renitentia ex præcepto: Vt ſi detrahetur fidei, aut religioni, &c. Ex his demum hoc colligamus ſaluberrimum documentum, vt intelligamus impendio quàm maximè neceſſarium eſſe ad pacem & ſalutem reipublicæ, ac potiſſimum Chriſtianę familiæ detractoribus obuiam vbique prodire. Quod certè, vt dicebam nemo nõ ſuo gradu facilè poteſt perficere. Et quando id non poterit, prudentis officium erit colloquio abire, vt illa ratione detractorem pudore ſuffundat. Vnde Hieronymus epiſtola ad Gelantiam, quæſtione decimaquarta, egregiè tum detrahentes obiurgat, tum nihilominus & eos, qui eis non obſiſtunt, ſecundum illud Pſalm. Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar.

Suadet vtraque concl.

Docu. ſaluberrimum.

Hiero.

Ad primum igitur argumentum reſpõdetur, quod maledicta, quæ in præſentia eius, cui maledicitur iactantur, non detractiones,

Ad' primũ arg.

ctiones, ſed contumeliæ ſunt, & ideo ad virtutem humilitatis attinet illas ferre. Quando verò iam in alias aures inſerpunt, detractionis rationem induunt. Et tunc ait S. Tho. (id quod ſupra à nobis ſæpe citatum eſt) in arbitrior eius eſſe detrimẽtum ſuæ famæ pati, niſi in periculo aliorum vergat. Deum autem in noſtra præſentia abſentis famam corrodit, non eſt noſtri arbitrij infamatori parcere, quia non ſumus domini alienæ famæ. Et ideo vitio nobis vertitur ſi non reſiſtamus, cum facilè poſſumus. Nam ſi Deuter. 22 præcipiebatur vt nemo iacentem aſinum proximi leuare negligeret, grauius erit periclitantem proximi famam non protegere.

Ad ſecũdã arg. Ad ſecundum reſpondetur quod etſi dum detractor vera dicit, non ſit ei contradicendum, eſt nihilominus ei reprimẽdum verbum ne aliena vulnera exulceret, aut ſaltem ſubtugata fronte illi oſtendum eius nobis diſplicere ſermonem. Nam vt Prouer 15. legitur, Vẽtus Aquilo diſſipat pluuias, & facies teſtis linguam detrahentem. Ad tertium demum reſpondetur vtilitatem & emolumentum, quæ ex detractione prouenit, non ex intentione detrahentis proficiſci, ſed è Dei gratia mollientis alterius animum, & ideo perinde obſiſtendum eſt illi, atque raptoribus & furibus, licet ex talibus incommodis eis, qui paſſi ſunt, meritum nonnunquam patientię accreſcere ſolet.

Ad tertiũ arg.

QVÆSTIO XI.

DE SVSVRRATIONE ET deriſione:

S. Tho. 2. 2. quæſt. 75.

ARTICVLVS I.

Vtrum ſuſurratio ſit peccatum à detractione diſtinctum.

CONTVMELIAE & detractioni, quæ inter verbalia adprimas obtinent, alia adiungũtur, quæ nõ ſunt ſilentio prętereũda. Et primo de ſuſurratione quęritur, ſitne crimen à detractione diuerſum, an verò quidpiam grauius. Primum enim arguitur à parte negatiua, nempè quòd à detractione nõ differat. Ait enim lib. Etymol. Iſidorus, ſuſurronem de ſono locutionis appellari: quia nõ in facie alicuius, ſed in aure loquitur detrahendo: vbi ſuſurrare idem eſſe cenſet, quod detrahere. Et Leuit. 19. Non eris criminator, nec ſuſurro in populis. Et Eccleſiaſt. 23. (ut ſupra citatum eſt.) Suſurro & bilinguis maledictus erit: criminator autem, & bilinguis idem eſſe apparet, quod detractor. Secundò arguitur, quod quamuis ſuſurratio à detractione differat, non tamen ſit grauior: peccata enim oris à maledictione malitiam contrahunt: detractor autem mala ſimpliciter de primo ſpargit: cum tamen ſuſurrones ſatis habeant illa, quæ apparentiam mali habent inculcare. Tertiò: Qui detrahit fratri ſuo, vt habetur Iacobi quarto, detrahit legi atque adeo legiſlatori Deo. Vnde maiorem cõtrahit grauitatem, quã ſit in ſuſurratione. In contrarium autem eſt illud Eccleſiaſt. 5. Denotatio peſſima ſuper bilinguem: ſuſurratori autem odiũ, & inimicitia & contumelia. Vbi peiores effectus tribuuntur ſuſurrationi, quàm detractioni.

Primũ argu. à parte negatiua. Iſidor.

Argu. 2.

Arg. 3.

Ad queſtionem duabus concluſionibus reſpondetur. Prior: ſuſurratio etſi tam forma quam materia cum detractione conueniat, ſine tamen differt. Etenim tam ſuſurro, quàm detractor mala in proximum obloquitur, idque clanculo, inque eius abſentia: quare vtrunq; à cõtumelia differt. Atque hac ratione promiſcuè apud Doctores ambo quãdoque vſurpantur verba. Vnde ſuper illud Eccleſ 5. Non appelleris ſuſurro, ait Gloſſa, id eſt detractor. Attamẽ ſi verborum etymologiam conſulas, detractio idem eſt (vt ſupra diximus) quod famæ ſubtractio, & diminutio. Suſurratio autem ſolum denotat clãcularia m, atque adeo vitioſam loquutionem. Obidque forſan ex vſus accommodatione, illam ſignificat oblocutionem, qua quis contendit non tam famæ detrahere, quàm amicitias diſſoluere: & ideo differt fine. Quapropter etſi tam ſuſurro quàm detractor mala in genere de altero loquantur, tamen in ſpecie detractor illa diſſeminat, quæ verè ſint mala culpæ: nẽpè quibus fama

Prima concluſ.

Gloſſa.

tua commaculetur : Susurro autem satis ducit illa proferre, quæ possint audientis animum ab alterius amicitia diuellere: etiamsi sit bonum, dummodo uel malum appareat, vel audiēti displiceat. Vt si apud prodigum de eius amico susurret, quod sit pecuniarum tenax: & apud festiuum & dissolutum obmurmuret alterum esse nimis compositum, ac modestum. Discrimē hoc primum patet ex glossa super illud ad Roman 1. Susurrones, detractores: quæ ait susurrones inter amicos discordiam seminare: detractores vero aliorum bona negare aut minuere. Et prouerb. 26. Susurrone subtracto iurgia conquiescunt. Et Eccles. 28. Vir peccator (& est de susurrone ac bilingui sermo) conturbauit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Quamuis & hoc etiam supra detractori tribuimus: eidemq. idem tribuit ad Galantiam Hieronym. Quod si nos interroges vtrum cum multæ sint amicitiarum species secundum Philosoph. 6. Ethi. alia scilicet, quæ fundatur super bono honesto, & alia super utili, atque alia super delectabili, sint etiam diuersæ susurrationis species. Respondetur negatiuè. Susurro n. tantum contendit amicitias dissociare in genere. Tametsi dum alium scopum per illam uiam attingere contendit; tunc eius susurratio potest diuersas malignitatis maculas contrahere. Vt si quis in aures principis, aduersus alium susurret, ut eius honorem obtineat, ambitiosus est, vel auarus: & si de marito susurret apud uxorem, vt amicitia inter eos sublata, eius potiatur amplexu, erit adulter. Sed hæc extra rē præsentem sunt. Posterior conclusio: Susurratio genere suo grauius peccatum est detractione, atque etiam quam contumelia. Enimuero (vt supra dictum est) inde uenamur peccatum esse grauius, quod maius inferat nocumentum: eoque nocumentum maius cēsetur, quo bonum sublatum est præstantius: amicitia uero præstantius bonum est, quam fama & honor: ergo & susurratio pacis perturbatrix peior est, quā detractio & contumelia. Probatur autem vltima præmissa tum auctoritate. Eccles. 6. Amico fideli nulla est comparatio. Tum & ratione, nam bona fama, & honor in hoc vtilis est, vt multorum quis amicitiam cōciliet, atque adeo per regulam posteriori

Probatio superioris cōclusiōis.

Scrupulus.

Solutio.

Posterema conclusio.

Rō cōclusiōis.

sticam amicitia præstantior est, quā fama. Adde quod post virtutes, ad fœlicitatem comparandam, vt Ethic. 8 ait Aristo. nihil conducentius est, quam amicorum copia. Sane cum non solum amicorum omnia sint communia, verum omnes quadamtenus homo vnus. Quare cui legitimi abundant amici, nihil deesse in vita potest. Sed arguis etiamnum in cōtrarium. Detractor (vt supra dictum est) amicos etiam dissociat, sicut susurro: non ergo differunt fine. Respondetur quod etsi per detractionem amicitiæ nonnunquam euertantur, nō est tamen ille detractoris scopus, sed tantum famam deturpare, quæ ad inimicitias viā sternit: finis autem proximus susurronis est easdem inimicitias conflare: & ideo est turpior. De hac autem conclusione duo se offerunt minutioria dubia.

Aristot.

Obiectio.

Solutio.

Primum de hac cōparatione, qua amicitia famæ & honori præfertur. Apparet enim fama inde pretiosior, tum quod latius extenditur: plures enim sunt, quibus studiosus notus est, quam quibus est amicus: tum etiam q̄ est virtuti propinquior. Nam qui moribus præstat, illico in aliorū notitiam venit: etsi non tam facile in amicitiam: propterea quod non omnes sunt virtutis amatores. Ad hoc in primis respōdetur, neque famam, neque honorem, neque vero amicitiam, virtutes esse. Atque adeo neque spiritualia bona in quibus vera fœlicitas consistit: sunt tamen uirtuti agnata. Vnde Arist. 8. Ethicorum: Amicitia, inquit, non est uirtus, sed uirtuti proxima. Vbi de illa loquitur amicitia, quæ hoc nomine vere gaudet nempè, quæ ex bono honesto, hoc est ex uirtute proficiscitur. Nam quæ vtili, aut delectabili innititur, non est nisi secundum quid amicitia; sicuti & bona ipsa quibus nititur. Et quia amicitia non gignitur ex virtute, nisi per eius notitiam in qua fama consistit, inde fit; amicitiam præstantiorem esse, quam famam, tanquam eius finem, nam frustra esset uirtutis notitia nisi homines ad studiosi amorem alliceret. Ac proinde in cœlesti beatitudine, propterea notitia illa mutua beatorum ad beatitudinem spectat quod omnes eodem amore conglutinat. Vnde a prius in contrarium argumentum negatur latius protēdi famam, quam amicitiam, nam quotquot notitiam habent

Primū dubiū.

Solutio prioris concluſ.

Aristot.

Amicitia præstat famæ.

Ad arg. factum.

integritatis hominis ac virtutem præſtantiæ, niſi corruptis ipſi ſint moribus, ipſum amant. Ac perinde ad poſterius negatur propinquiorem eſſe virtuti formam, quã amicitiam. Immo amicitia germanior illi eſt, quapropter ſicut virtus nihil à fortuna pendet, ita & habere amicos potius a virtute naſcitur, quam à fortunæ temeritate. Alterum dubiolum eſt de grauitate peccati ſuſurrationis. Ad quod facile reſpondetur, quod etſi genere ſuo mortale ſit crimen propter nocumenti grauitatem, poteſt tamen ex leuitate materiæ eſſe veniale. Vtrum autem aliquãdo contingere abſque vlla culpa poſſit? Reſpondetur primum quod ſuſurrare ad dirimendam pernicioſam amicitiam, dummodo citra infamationem fiat, virtus eſt, etiam ſi nonnulla naturalia vitia hominis commemorentur. Vt ſi ad dimouendum hominem ab amica dicas eſſe deformem, atque inſulſam, &c. At verò diſſociare amicos quorum amicitia in virtute, & honeſto fundatur, nunquam eſſe poteſt citra peccatum, & quidem mortale ſi ex amicis contendas facere inimicos, nam ſi tantum contendas amouere aſſiduam familiaritatem, eſſe poteſt veniale. An verò quis poſſit amicitiã aliquorum diſſuere non quidem illa intẽtione, vt ſint inimici, ſed tanquam mediũ vt ſe loco illius expulſi in amicitiã alterius inſinuet, quia videlicet prelatus aut princeps non hunc ad tantam familiaritatem admittet, niſi alter excludatur. Reſpondetur primum quod alterum infamãda neutiquam licet, ſed tamen narrando aliqua eius vitia naturalia, quæ ſunt publica, forſan nullum eſt peccatum, quia vnuſquiſq; ſine vi, & fraude poteſt ſibi commodum cuius dignus eſt procurare. Quod ſi arguas, id eſt verum niſi alter non repellatur à iure ſuo. Reſpondetur quod quando illud ius ei per iuſtitiam competit, nefas eſſet tali iure hominem expoliare, ſed tamẽ quando gratuito in amicitia alterius retinetur, non fit ei iniuria.

Poſtrema dubitatio.

Reſponſio.

Scrupulus.

Solutio.

Obiectio.

Diſſolutio.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur argumentum iam reſponſum eſt, quod ſuſurro ſecundum illam generalem rationem, quę male de alio loquitur, detractor dicitur, differt tamen fine, vt dictum eſt. Ad illud autem l. cui. 19. reſpondetur crimi natorem, vt nomen ſonat tam à ſuſurrone, quam a detractore differre. Eſt enim ille qui aliena crimina præter ius vel imponit, vel denunciat, vel auget & improperat, licet hoc etiã detractor aliquando ſuſurroque faciat. Ad aliud verò Eccl. 28. concedimus & ſuſurronem nonnunquam eſſe bilinguem, nam duorum amicorum vtique dicit quod ei diſplicet. Atque adeo alteri vnum ac ſubin de alteri aliud, tametſi & detractor alia ſit ratione bilinguis (vt ſupra diximus) quia aliud in abſentia, aliud in præſentia loquitur. Ad ſecundum reſpondetur, quòd quãuis detractor ſemper quod malũ eſt oblo quatur, ſuſurro autem non id ſemper, ſed quod malum alteri apparet, eſt nihilominus ſuſurratio peior, quia peccatorum grauitas non attenditur ex illo materiali obiecto, ſed ex fine, & effectu, qui peior eſt in ſuſurrone.

Ad ſecũdũ arg.

Ad tertium denique reſpondetur quod qui detrahit homini, propterea cẽſetur detrahere legi, quod agit contra legem dilectione proximi. Quapropter & ſuſurro amicitiarum extinctor, quia nocentius eãdem Deum peius offendit, qui vt habetur 1. Ioan. 3 dilectio eſt. Quapropter Prouer. 6 Sex inquit ſunt quæ odit Dominus, & ſeptimum (quaſi omnium peſſimum) deteſtatur anima eius. Atque illud ſeptimum ille eſt, qui ſeminat inter fratres diſcordiã.

Ad tertiũ arg.

ARTICVLVS II.

Vtrum deriſio ſit ſpeciale peccatum à præcedentibus diſtinctum, atque adeò mortale.

POſt hæc, & de deriſione etiam videre ſupereſt, qualem quantumque peccatum ſit. Et arguitur primò quòd non differat à contumelia: nam ſubſannatio idem eſſe videtur, quod deriſio, eademque in cõtumeliam concidere, idque & ex materia & ex illato nocumento comperitur. Nemo.n. deridetur niſi de aliquo turpi, quod quidem ſi in faciem ei obijciatur, contumelia eſt. ſi verò clanculum eſt vel detractio, vel ſubſannatio. Item nocumentum quod per deriſionem infertur, aut contra honorem eſt, & tunc eſt contumelia, aut contra famam, & tunc erit detractio: aut

Primũ argum.

aut contra amicitiam, & tunc erit ſuſurrus. Quòd autem deriſio non ſit peccatum mortale arguitur: quia cum deriſio ludo fiat, ac ſæpe inter amicos, non videtur eſſe charitati contraria. Adde quod neque deriſio, quæ iniuriam Dei vergit eſſe apparet mortalis. Nam quicunque in peccatum recidit à quo per Dei gratiam reſurrexerat, irriſor eſt eius etiam ſi peccatum illud vt veniale: ſecundum illud Iſidori: Irriſor & eſt & non pœnitens, qui adhuc agit, quod pœnitet, & tamen non quicunq; relapſus in veniale, eſt mortale. Item & ſimulator irriſor Dei eſt, ſecundum illud Gregorij: Per ſtruthionem ſignificatur ſimulator, qui deridet equum & aſcēſorem, id eſt Deum, & tamen non quæcunque recidiuatio neque ſimulatio eſt peccatū mortale. In contrarium eſt quòd irriſio ſit ludo, cætera verò ſerio. & ideò peccatū hoc ab illis differt. Et Prouerb. 3 legitur, quòd Deus deridet illuſores, deridere autem Dei, eſt æternaliter punire, vt teſtatur illic Pſalres, Qui habitat in cœlis irridebit eos. Vnde colligitur eſſe peccatum genere ſuo mortale.

Secūdū arg. quo tentatur altera pars agitatæ quęſtionis.

Iſidor.

Grego.

Ad quæſtionem tribus facillimis concluſionibus reſpondetur. Prima eſt: Peccatum deriſionis diſtinguitur à cæteris ſupra nominatis. Probatur: Peccata quæ verbis committuntur, ex intentione (vt ſuprà dictum eſt) exiſtimantur ergo diuerſa eorum intentio diuerſas inter ipſa conſtituit ſpecies. Sicut autem contumeliator honori intendit derogare, & detractor famam diminuere, & ſuſurrator amicitiam extinguere, ita irriſor erubeſcentiam, & pudorem alteri offundere, qui quidem finis ab alijs diſcriminatur, ergo ab alijs ſpecie ſecernitur. Differt præterea, vt dicebamus, quòd cætera ſerio, irriſio verò ſub ludi forma ſcommata ſua tegit, vnde & luſus dicitur. Quare irriſio frequentiſſimè in ironia verſatur, vt ſi deformem hominem pulchrum appelles, & infimè natum, ingenuum, & elinguem, diſertum & elegantem. Ad ſubſequentium autem concluſionum intellectum præmeditandum eſt, quod cum irriſio non ſit niſi de aliquo vitio, aut morali aut naturali, prudenter diſcernendum eſt, an malum illud per ſe ingens ſit, & graue, an verò per ſe paruum, ſi enim per ſe magnum ſit, non eſt ſecundum naturam ſuam irriſionis materia, immo eius commemoratio vt ſeria improperatio natura ſua reputatur, quare ſi in riſum, & iocum proferatur, hoc ſit quia narratur, vt paruum. Bifariam ergo vitium aliquod ceu exile, & puſillum riſu, & luſu profertur, videlicet vel tanquam paruum & tenue ſecundum ſe, aut reſpectu perſonæ, quæ paruipenditur. Sit ergo ſecunda concluſio. Exponere peccatum alienum, aut naturalem defectum irriſioni tanquam paruum, ſecundum ſe non eſt genere ſuo mortale, ſed veniale, ſi aliquo in de modo alter pudefiat, nam res eſſe poteſt tam exigui momenti, vt nullum ſit peccatum, Concluſio eſt per ſe manifeſta. Quoniam omne peccatum ratione leuitatis materiæ fieri poteſt veniale. Dixerim autem genere ſuo, quoniam ſi quis vitium non adeo per ſe magnum alteri illudendo obijciat, ſciens irriſionem illum grauiſſimè laturum, peccatum contra charitatem committit. Vt ſi honeſtiſſimo viro, ac religioſo quis facie diceret ab que arbitris fuiſſe puellæ loquutum, vnde ille ingenti rubore ſuffunderetur, profectò non excideret à mortali culpa illæſus.

Secūda concluſ.

Probō.

Prima conclu. Rō concluſio.

Tertia conclu. Tertia concluſio: Si vitium quodpiam ſub riſu, & ioco in faciem hominis expuatur tanquam paruum, non quidem per ſe, quia magnum abſolutè æſtimatur, ſed reſpectu perſonæ, cui obijcitur, quæ pro vili habetur, & ideo pro nihilo ducitur talis eū vitij denotari, peccatum mortale eſt, idque grauius quam contumelia, tantoque enormius, quanto perſonæ, quæ illuditur maior erat habenda reuerentia. Probantur ſingulę partes, quoniam magnum vitium alteri in faciem obijcere peccatū eſt contumeliæ: quod (vt ſupra diximus) culpam affert mortalem: quod autem per ironiam, vel ſub riſus ſchemate proferatur, re uera culpam non minuit: immo eo auget quòd tali irriſione perſona adeò denotatur vilis, vt non magni pendatur tale uitium illi impingere. Sicuti nihili æſtimatur pueros, ſtultoſque homines atque alios abiectè ſortis ſimilium vitiorum nominibus denotare. Hoc enim rationem contemptus exauget: quare grauius eſt crimen, quam ſi ſerio per contumeliam talia obijcerentur vitia. Hinc palam fit

Suadetur poſi ta cōcl. quo ad oēs ſui partes.

Documen.

tertium concluſionis membrum, quòd quantò perſona illa maiorls erat reuerentiæ digna, tantò eiuſmodi irriſionis ſcommata grauioris ſunt culpæ. Quocirca dum in Deum eiuſmodi irriſiones euomuntur aut in fidem, & religionem enormiſſima exiſtunt blaſphemiæ crimina. Vnde Iſai. 37. Cui exprobraſti, & quem blaſphemaſti, & ſuper quem exaltaſti vocem tuam? Et ſubditur, ad ſanctum Iſrael. Poſt hanc ſecundum locum obtinet irriſio parentũ; vnde Prouerbic. 30. Oculum qui ſubſannat patrem, & deſpicit partum matris ſuę, oſſodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij Aquilæ. Deinde tertio loco habetur deriſio iuſtorum, nam cum honor ſit virtutis præmium, iuſto ſubſannare eſt virtutibus ipſis, & quadantenus Deo iniuriam irrogare. Quin verò & hæc nonnunquam ob inſignem viri ſanctitatem excedere illam poteſt, quæ eſt in parẽtes. Et contra hos irriſores legitur Iob 12. Deridetur iuſti ſimplicitas. Quod quidem deriſionis genus nocuum eſt, & peſtiferum quippe quo homines a virtutum exercitio præ pudore retrahuntur. Vnde Greg. Qui in aliorum actibus exoriri bona reſpiciunt, mox ea manu peſtiferæ exprobrationis euellunt. Circa hanc tertiam concluſionem, nam de alijs nullum eſt dubiũ, ſcrupulum ingerit argumentum, quod cum contumelia contra honorem exiſtat, deriſio autem contra verecundiam, honor verò præſtantius bonum ſit verecundia: videtur contumelia grauius crimẽ, quam deriſio.

Primus gradus irriſiõis.

Secũdus gradus.

Tertius.

Grego.

Scrupulus.

Reſpondetur nihilominus, quod vitiorum grauitas non inde ſemper ſumitur, vnde eorum ſpecies diſtinguuntur, ſecernitur enim deriſio a contumelia ex fine diuerſo, quæ ſcilicet erubeſcentiam, & pudorem efficit, grauitas tamen eius perpenditur ex maiori contemptu, qui eſt in deriſore, quam in contumelioſo. Illa enim ratione diximus contumeliam peiorem eſſe detractione, licet fama cui per detractionem officitur, pretioſius donum ſit quam honor. Adde, quod irriſio adiunctam ſemper habet contumeliam, quippe qua in præſentia irriſi improperatur eius vitium, ſed ſingulari modo. Quòd autem irriſio Dei, aut fidei, aut religionis, aut cuiuſcunque virtutis ſit nocentiſſima, inde patet, quod multi aliàs probatæ virtutis, nempẽ qui alia vitiorum monſtra debellarunt, quoniam a filijs huius ſeculi hypocritæ nominantur, atque ideo quod egregiè viuũt ſubſannantur, pudefiunt in publico egregijs virtutibus nauare operam. Cuius ideo familiam ſuam Chriſtus admonitam prouidè curauit. Primum Matthę. quinto. vbi ſingularem beatitudinis gradum illis propoſuit, quibus homines ob id maledicerent, quod mundum ludibrio haberent, & eius ſapientiam ſtultitiam reputarent, & veluti ſtulti in mundanorum oculis viuerent. Et Matthæ. decimo Qui me confeſſus, inquit, fuerit coram hominibus, confitebor ego dum coram patre meo, qui in cœlis eſt. Et apertius Luc. nono. Qui me erubuerit, & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in maieſtate ſua, & patris ſanctorum Angelorum.

Ad primum igitur argumentum reſpõdetur, quod ſubſannatio, & irriſio licet fine conueniant pudefaciendi, differunt tamen in modo, quia irriſio ſolo fit verbo, & cachinnis, & ſcommatibus potiſſimum ironiæ: ſubſannatio verò geſtibus alijs, vt detorto, rugatoue naſo, vt habet gloſſa, ſuper illud Pſalmi ſecundi. Qui habitat in cœlis irridebit eos. Haud prolatis labijs, alijſue ſeu membrorum, ſeu rerum figuris oſtenſis, quibus vitium hominis ſubnotatur. Talis verò differentia ſpeciem non variat, eo quòd geſtus illi omnes verborum vice funguntur. Differt tamen vtrunque a contumelia ſicuti erubeſcentia a decoratione. Eſt enim erubeſcentia, vt ait Damaſcenus, inhonorationis timor. Ad aliud eiuſdem argumenti membrum reſpondetur, quòd & ſi irriſio non ſit niſi de aliquo turpi, quare in materia cum contumelia, & detractione conuenit, tamen reſpectu differt. Tria enim ſunt, quæ homo virtutum vſu apud homines commeretur, ſcilicet, & honoris reuerentiam, & famam apud alios, & apud ſeipſum bona conſcientiæ gloriam ſecundum illud ſecunda ad Corinth. primo; Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ; contumelioſus ergo & detractor turpia dicunt, vt honori, & famæ officiant, deriſor autem, & ſubſannator, vt per erubeſcentiam, & pudorem gloriam conſcientiæ

Solutio.

Ad primũ. arg.

Ad aliud mẽbrũ eiuſdem argumẽti. Tria sũt quæ homo virtutũ vſu apud alios promereꝰ.

scientię illi alteri adimat. Ac per hoc respō detur ad tertium membrum, nempe aliud esse detrimētum derisionis ab alijs, scilicet inquietatio, ac turbatio tranquilitatis con scientiæ quæ magnum bonum est, secundum illud Proue. 15. Secuta mens quasi iuge conuiuium. Pabulum enim conscientiæ, nempe quo homo animam suam fagi nat, cogitatio est virtutum, quibus Dei fauore in eius gratia perstat. Ad secundum argumentum respondetur, quod etsi ludus de se nihil importet charitati contrarium, respectu illius personæ cum qua lusus initur, potest nihilominus ratione materiæ charitati aduersari propter contemptum. Ad tertium respondetur, neque qui in peccatum recidit etiam mortale, neque hypocrita officium simulans directe irrisor est Dei quoniam potest vel ex infirmitate vel ex ignorantia re labi, sed interpretatiue talis habetur, quia quandam irrisoris effigiē præsefert, dum quod in pœnitentia promisit non seruat. Adde quod venialia iterare non est proprie recidere, cum non sit gratia Dei casus, sed est dispositio quædam ad casum. Ad quartum denique respondetur, quod etsi derisio quatenus ludum importat, leuius quidpiam sonet quam contumelia quod detractio, nihilominus quia maiorem habet contemptum, inde fit grauior.

Ad tertiū mēbrum.

Ad secūdū arg. princip.

Ad tertiū arg.

Adquartū argu.

QVÆSTIO XII.

DE MALEDICTIONE.

S. Tho. 2. 2. quæst. 67.

ARTICVLVS I.

Vtrum cuipiam sit licitum alteri maledicere.

POstrema iniuria quæ verbis infertur est maledictio de qua primum quæritur, vtrum sit quoquo pacto licita? Arguitur enim a parte negatiua, Apostolus namque (in quo Christus, vt 2. ad Corint. 13. ipse asserit, loquebatur) præcipit ad Rom. 7. dicens, Benedicite, & nolite maledicere, & vt habetur Danielis. 3. Omnes tenemur Deum Benedicere. Ait enim, Benedicite filij hominum Domino. & tamen ex eodem ore (vt Iacob. Apostolus capitulo terzo docet non potest Dei Benedictio, & hominis maledictio procedere, ergo nulli licet alterum maledicere. Secundo arguitur ratione. Nam qui maledicit, optare alteri increpareque censetur malum. Quæ quidem animi affectio cum charitate pugnat, Quin vero neque diabolus ipse malitia obstinatissimus licitum apparet vt maledicatur, quippe cum Eccles. 20. legamus, cum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. Tertio denique arguitur Si quempiam maledicere licet, hoc est quia malus est, tamen cum aliena corda nobis non pateant, hac ratione non apparet, licita maledictio, vnde super illud Nume. 23. Quomodo maledicam cui non maledixit Dominus? ait gl. Non potest esse iusta maledicendi caussa, vbi peccantis ignoratur affectus. In contrarium autem exstitit maledictio illa Deu. 27. Maledictus qui nō permanet in sermonibus legis huius. Et Eliseus, vt 4. Reg. 2. legitur, maledixit pueris sibi illudentibus.

Primū argum. Paulus.

Secūdū arg.

Tertiū arg.

Quamuis vsitatius sit multo maledicere alteri, quam alterum, tamen inter morales philosophos vsus etiam obtinuit, vt ad explicandum affectum quem quis in alium exhibet maledicere, cum casu etiam accusandi copuletur. Ad quæstionem ergo trimembri diuisione præmissa, trina conclusione respondetur. Est enim maledicere idem quod malum dicere, id quod trifariam contingit. Vno scilicet mō sub forma enuntiationis vitium alterius referendo, atque hoc quidem nihil ad præsentem quæstionem attinet, sed ad vitium detractionis, aut contumeliæ, aut aliorum quæ hactenus explicata sunt. Secundo vero modo, maledicere aliquid contingit, per modum caussæ aut effectricies aut motricis, qua scilicet alius quispiam ad agendum mouetur. Atque hoc idem primum ac proprie Deo per excellē tiam competit, qui solo verbo cōdidit vniuersa, secundum illud Psal. Dixit, & facta sunt. Quapropter Deo benedicere idem est quod bonum impartiri, & maledicere idem quod malum inferre. Secundum

Diuisio trimembris.

autem Deum ſuo quoque gradu, & ordine, competit etiam hominibus qui imperios ſuos mouent ſubditos ad aliquid exequendum, ad quem exprimendum affectum inſtituta ſunt verba imperatiui modi. Tertio demum modo dicere expreſſio quædam eſt affectus id deſiderantis quod verbo exprimitur, cui quidem affecti verbum inſeruit optatiui modi Et hic proprie modis vulgo appellat maledictio aut bene dictio, puta boni malivè imprecario. Ex quo fit, quod dicere de his duobus poſtremis modis, velleque id, quod dicitur ſecundum bonitatem & malitiam, ſe conſequuntur, nempe vt qualis bonitas aut malitia latet in voluntate dicentis, talis depromatur in dicto. His ergo præhabitis ſit prima cõcluſio. Imperare vt alij malum fiat, optareque aut imprecari malum quatenus malum illi eſt, nempe quaſi illud propoſito ſuo intendens peccatũ eſt genere ſuo mortale. Concluſio manifeſta eſt. Nam malum alteri vel exhibere vel optare charitati apertè repugnat. Secũda concluſio. Malum ſic imperare, optare, aut imprecari vt rationem induit boni, licitum eſt & quandoq; neceſſarium officium. Probatur. Nonnunquam malum peculiaris perſonæ vt medium concipitur ad aſſequutionem boni, nam licet malum per ſe non ſit neceſſariũ medium boni finis, è malitia tamen hominum accidere poteſt vt ſi conducens taliter ex caſu ſit voluntas eiuſmodi finis bona eſt, & ita & imperatio & imprecatio illius medij, licet ſit perſonæ incommodum. Quapropter tunc eiuſmodi affectio non eſt per ſe propriè maledictio, ſed accidentarie, quia tunc non per ſe malum intenditur, ſed bonum, quemadmodum mors quam qui ſeipſum defendebat, intulit. Tertia concluſio, Imperium huiuſmodi & imprecatio mali bifariam poteſt rationem boni induere. Vno modo quia rationem habet iuſtitiæ quemadmodum Deus ac ſubinde humanus iudex licitè malefactorem maledicit, ſupplicio eum adiudicando, quemadmodum, & ſancta ipſa eccleſia dum anathemate rebelles percellit, iure & merito maledicit. Atque hac ratione & prophetæ ſæpe maledicunt, malè peccatoribus imprecantes, dum inæ ſeſe accommodantes voluntati, vt eſt illud, Confundantur ſuperbi, quia iniuſte iniquitatem fecerunt in me ac totus Pſalm. 108. Conſtitue ſuper eum peccatorem & diabolos ſtet a dextris eius & Pſal. 100. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperirent de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem, tametſi eiuſmodi imprecationes nonnunquam vim habeant propheticarum pronunciationum. Secundo modo contingit malum alteri imprecari ſub ratione vtilis qua vtique ratione licet ei imprecari, qui moribus corruptus eſt ægritudinem aliquam aut aliam calamitatem, qua ſalubriter caſtigatus cautius reſurgat Circa has igitur concluſiones, id ipſum recolendum eſt, quod ſupra de alijs verborum iniurijs adnotauimus, nempè adiudicandum maledictionis culpam, perpendendum eſſe animi propoſitum. Quapropter cum parentes filijs maledicunt nullum intus habentes mali deſiderium, nunquam eſt peccatum mortale, quamuis conſuetudo profecto peſſima eſt, & hominibus infimæ claſſis peculiaris, neque ad correctionem quidquam conferens præterquam quod ipſe maledicenti impetus ſæpè iram in odium concitat, atq; animum mutat, vt quidquid malorum imprecãtur, ferè illis optent. Ad hæc demum diaboli appellatio, qui illum cui male dicitur, imporret, vix a mortali peccato excuſari poteſt Eſt enim blaſphemiæ genus & ſcandalum, ſempiternam mortem alicui imprecari. Neque vero quod maledicentem poſt euomitam maledictionem dicti pœniteat indicium eſt non præceſſiſſe conſenſum atq; adeo culpam, ſed duntaxat eſt ſignum impetum illum non tam ex habitu quam ex paſſione emanaſſe. Leuiores autem maledictiones plurimum ſunt venialia peccata. Atqui (vt artic. proximo deſuſurratione dicebamus) ex maledictionis obiecto, peccatum ipſum ſpeciem trahit. Qui enim imperat imprecaturque homicidium, homicida reputatur, & qui imperat furtum, ſur, non autem qui imprecatur vt ab alio quis ſuis ſpolietur numis. Hoc autem adnotandum eſt diſcrimen inter maledictionem ſub forma imperandi, atque alteram imprecatoriam. Qui enim imprecationis tenori maledicit, ſi nullam habeat malam intentionem neque ſcandalum de, nullam committit culpam, qui vero vt malum fiat, imperat, licet nihil habeat ſiniſtræ intentionis ſed ficte id faciat, poteſt incautus cauſſam damni dare, atque

Prima conclu.

Secũda conclu. Probõ.

Tertia conclu.

Documentũ.

atque adeo tantum committere peccati quanta fuit cautelæ negligentia. Vt ſi quis famulis præcipiat vt nudis gladijs quenquam terrefaciant ex quo aliquid læſionis aut incommodi ſubſequatur. Sed quia ſcandali meminimus, illud maximè datur ratione perſonæ maledicentis, prælatus enim aut quæuis grauis perſona vix ſine ſcandalo poteſt malè ſubditis precari. Quod autem filij parentibus, aut inferiores ſuperioribus maledicant, id quidem neque per iocum licet. Eſſet enim non modo ſcandalum, ſed contumeliæ genus, tanta eſt reuerentia, quæ illis debetur. Contra tertiam demum concluſionem exiſtit, argumentum, quod perſonæ priuatæ non liceat optare alicui malum, tanquam medium ad aſſequutionem boni, quoniam quod facere non licet, nemo videtur optare alteri poſſe, nemini autem priuatæ perſonæ licet illi qui corruptis eſt moribus damnum dare vt emendetur, ergo neque illud liceret ei optare. Reſpondetur autem peremptoria priori præmiſſa. Nam quamuis mihi non liceat malum alteri inferre, quia non ſum miniſter iuſtitiæ, licet tamen mihi optare vt Dei permiſſu (penes quem ſumma poteſtas eſt) aut publica auctoritate, malum ei obtingat, quo flagello reſipiſcat. Neque vero ſolum ob ſpirituale bonum optare vitioſo poſſumus temporale malum, verum & ad cauendum aliud temporale peius. Enim vero optare poſſumus dilapidatori ſuorum bonorum temporale aliquod incommodum, ne ludo ac luſibus illa decoquat. Quin etiam & mortem alicui optare poſſumus, licet nobis conſtet viam perditionis ingreſſum ire, vt noſtræ reipublicæ mala caueantur, paxque & tranquillitas contingat. Poteſt enim quiſque Turcæ mortem, & clades omnes imprecari, vt ab eius tyrannide liberemur. Quin vero & Chriſtianis hoſtibus qui nos iniuſtè perſequuntur, quando alia non patuiſſet via, licitum eſt idipſum optare.

Argu. cõtrater tiam cõclu.

Solutio.

Ad primum igitur argumentum reſpõdetur, ſacris illis teſtimonijs hoc ſolum cõuinci, quod malum, quatenus malum eſt, nemini licet imprecati, ac perinde ad ſecũdum reſpondetur, quod qui malum alteri bono fine & propoſito imprecatur, non illi malum ſimpliciter optat, ſed bonum.

Ad primũ arg. Ad ſecũdũ arg.

Ad tertium reſpondetur, quod diabolum quantum ad eius naturam maledicere non licet, quippe quæ Dei figmentum eſt. Tametſi propter eius culpam id licitum ſit, ſecundum illud Iob. 3. Maledicant ei qui maledicunt diei. Senſus autem citatæ authoritatis Eccl. 21. eſt quod cum impius diabolo propter eius culpam maledicit, ſeipſum ſimili ratione iudicat maledictione dignum.

Ad tertiũ arg.

Ad illud autem poſtremo argumento inductum reſpondetur, quod ille Balaam merito renuebat populo Iſraelitico maledicere, quippe cui conſtabat eidem populo Deum benedicere. Secus autem res habet de peccatoribus quorum culpas, licet eorum corda non inſpiciamus, externis ſignis atque documentis perpendimus, & ideo illis poſſumus in rem ſuam maledicere.

Ad poſtremũ argum.

ARTICVLVS II.

Vtrum creaturæ etiam irrationali maledicere liceat.

SVperiori articulo, quo de maledictionibus quæ in hominem iactantur definitum eſt, alterum de irrationali creatura ſubiungitur. Arguitur enim quod non liceat illam maledicere. Maledictio namque aut in pœnam licet, aut ad emendam culpæ, creatura autem irrationalis neque culpæ eſt capax, neque vero pœnæ, immo nihil in creatura irrationali eſt niſi natura quæ Dei opificium eſt, eiuſque inſtinctu appulſuque agitur, quare qui ei maledicit, in Deum reſpergit iniuriam. In contrarium eſt quod dominus, vt Matth. 20. narratur, ficulneæ maledixit. Et Iob diei natali ſuo, vt eius habet hiſtoria capit. 3.

Arg. partis negatiuæ.

Ad quæſtionem quatuor concluſionibus reſpondetur. Prima, quæ cæterarum eſt fundamentum, Benedictio ac maledictio per ſe proprie in ſolam poteſt conijci rationalem, aut intellectualem creaturam. Probatur. Benedictio & maledictio in cauſſa tantum rem competit cui bonũ ac malum ad fœlicitatem ſeu infœlicitatem pertinens contingere poteſt, id autem ſoli creaturæ ſpirituali aut homini cõgruit.

Prima conclu.

Probat.

Nam brutę animantes quæ ſuarum actionum dominium non habent (vt lib. 4. qu. 1. demonſtrabamus) neque fælicitatis capaces ſunt proprie aut iuſtitiæ, neque infœlicitatis, & iniuriæ. Conſiſtit enim fælicitas in aſſequutione vltimi finis quem creaturas per ſuas actiones intendit, irrationales autem atque inanimiæ creaturæ nec fines agnoſcunt, neque illuc quidpiam referunt, neque ideo ius proprie ad rem aliquam per ſe habent, ſed quidquid ſunt, homines ſunt. Maior autem dubitatio eſt de priore præmiſſa. Nam etſi irrationalibus creaturis neque bonum neque malum accidat ad fœlicitatem pertinens ſuam, fameſcunt tamen, infirmantur, & moriuntur, quæ quidem mala poſſumus eis imprecari, atque adeo eis male dicere. Ad hoc veruntamen reſpondetur, bona aut mala quæ per benedictionem, aut maledictionem imprecamur, non eſſe illius generis quæ mere ſunt naturalia & generalia Dei concurſu lignis, ac ſaxis contingunt: ſed quæ ſub ſpeciali prouidentia Dei ad humanam fœlicitatem referuntur: hoc enim imprecatio optatiui modi deſignant. Hinc ergo gradus ſit ad concluſionem ſecundam, Benedicere ac maledicere irrationales creaturas, contingit in ordine ad hominem propter quem creatæ ſunt, ita vt earum maledictio aut benedictio in hominem ipſum refundatur. Probatio eſt quod earum bonum & malum ad noſtram fœlicitatem & infœlicitatem refertur. Tribus autem præcipue modis relatio eiuſmodi conſideratur. Primo quidem, per modum ſubuentionis, quatenus ſcilicet eorum ſeruitio ad iumentaque vtimur. Et ideo qui agris ſterilitatem imprecaretur, hominibus faceret iniuriam, quibus arua fructus ferunt, & qui armẽtis aut pecoribus optaret mortem, domino damnum illud optaret. Quare, & in pœnam delictorum noſtrorum ſterilitates accidere ſolent, & iumentorum peſtes. Atque hac ratione dominus Geneſ. 3. maledixit, dum ait, Maledicta terra in opere tuo, vt ſcilicet ſudore vultus ſui victum quæritans pœnas ſuæ culpæ luet. Et econuerſo Deuteronomio. 28. eidem benedixit, vbi ait, benedicta horrea tua, ac ſubinde maledixit dicens. Maledictum horreum tuum. Secundo modo irrationalis creatura homini per modum ſignificationis inſeruit. Qua ratione Dominus maledixit ficulneam in ſignificationem Iudaicæ ſterilitatis. Tertio denique modo eadem irrationalis creatura ad nos per modum continentis refertur, vt tempus, & locus. Atque hac ratione Iob maledixit diei natiuitatis ſuæ. Non quidem male hominibus precando, vt ille facit quis aeris inclementiam in frugum detrimentum deſiderat. Peccaret enim tunc, cum tamen Iob 1. legatur quod in omnibus illis non peccauit. Et capit 2. commonuit Deus Sathanam ne animam illius tãgeret, ſed maledixit illi diei propter amorem potius humani generis, ac potiſſimũ Dei. Nempe propter culpam originalem quam ſui conceptione contraxit, & propter calamitates aquæ ærumnas inde humano generi accreſcentes. Atque ad hunc modum reducitur maledictio Dauidis 2. Reg. 1. qua montibus Golboe male precatus eſt, nempe vbi clades Sauli & populi contigit. Tertia concluſio. Maledicere autem rebus irrationalibus, immo & dæmonibus, vt ſupra diximus, quatenus creaturę Dei ſunt, blaſphemia eſt Quarta demum. Maledicere eiſdem ſecundum ſe conſideratis, otioſum ac vanum eſt, ac ſubinde illicitum. Concluſio hæc ex prima manifeſte colligitur. Ex his cordatiſſimus quiſque eligere nouerit, quouſque liceat tempeſtates, æruginem, & locuſtam aliaq; id genus portenta maledicere. Abſit enim tãta ſacrorum irriſio, quanta fieri inter aliquos iuſticos fertur, nempe quod locuſta & bruchus patrono illis ac procuratore, vt fertur, conſignatis, in iudicium euocantur, & conteſtata lite cauſſa vtrinque agitur, ac demũ anathematis cenſura exterminantur, quæ enim res maiori ludibrio digna contingere Chriſtianis poteſt, quam cum eiuſmodi portentis ac vermiculis, & volucribus quæ mero naturali inſtinctu aguntur ſerio res agere? Quod ergo in eiuſmodi calamitatibus licet, id tãtum eſt vt diuinum auxilũ aduerſus dæmones legitimis exorciſmis imploremus, qui in vltionẽ delictorum noſtrorum permitti diuinitus ſolent eiuſmodi incurſionibus acturbinibus nos infeſtare. Atque hac forte ratione licet terminos benedicere, quamuis hoc non ſit adeo neceſſarium, ſed ſatis eſt Deum pro fructuum proſperitate exorare. Benedicere autẽ campanas religionis habet præterea tum,

Obiectio.

Solutio.

Secũda conclu. Rõ concluſiõis.

Tertia conclu.

Quarta conclu.

Ruſtico rumpor tentoſa ſuperſtitio.

Qua vĩa occurrẽtibus calamitatibus ob uiãdum ſit.

ſum, ſicut benedicuntur calices, quamquã in his non negauerim quin poſſit nonnũquam ſuperſtitionis nonnihil commiſceri. Argumentorum ergo ſolutiones, per ea quæ dicta ſunt, liquent.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum maledictio, peccatum ſit genere ſuo mortale idemque detractione peius.

Primũ argum. Auguſt.

POſtremo quæritur de culpæ maledicentium grauitate, videtur enim nõ eſſe genere ſuo mortalis, tum quod Auguſt. in homilia. de igne Purgatorij, inter leues culpas, & hanc commemorat, tũ quod malefacere peius eſt quam maledicere, & tamen non quicunque malefaciẽs mortaliter delinquit. Quod autem contrario grauius ſit peccatum quam detractio, inde primum apparet, quod maledictio genus quoddam blaſphemię, eſt vt habetur in gloſſa ſuper illud canonicæ Iudæ. Quod cum Michael Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ, blaſphemia autem grauius peccatum eſt detractione. Adde quod maledicens ſuo imperio cauſſa eſt mali qui autẽ detrahit ſolum id malum ſignificat quod exiſtit, peius autem eſt cauſſam eſſe quam ſignum. In contrarium autem vtriuſque patis eſt, quod nihil a regno excludit niſi mortale peccatum, a quo tamen maledictio excludit, ſecundum illud 1. ad Corinth 6. Neque maledici neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. Quod autem non adæquet detractionis grauitatem ex eo cõſtat. quod maledictio licita eſſe quandoque poteſt, detractio vero nunquam.

Secũdũ arg.

Prima conclu.

Ad quæſtionem quatuor concluſionibus reſpondetur. Prima, maledictio ſecundum genus ſuum peccatum mortale eſt. Loquimur enim in propoſito de maledictione illa, quæ fit intentione mali, nam quæ bono fit propoſito non adducitur in quæſtionem peccati. Probatur concluſio. Imperare malum alteri infligendum, ſicuti & illud cuipiam imprecari, aduerſum eſt genere ſuo charitati cuius ingenium eſt bona dilectis operare, occidit ergo hoc vitium maledicentis animum. Quo fit vt

Rrobõ conclu.

tãto ſit grauius quanto, & perſonam quod illi optare tenemur, aut malum quod illi optamus, pernicioſius eſt ac nocentius. Vnde Leuit. vigeſimo. Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Secunda concluſio. Poteſt nihilominus contingere vt maledictio ſit veniale peccatum, vel propter exilitatem mali quod imprecamur, vel propter defectum deliberationis: nempe vel quod ex leui motu, vel luſu, vel forte ex ſurreptione verbum ore labitur, verborum enim ſignificatio, atque adeo culpa ex affectu potiſſimum penſanda eſt. Ex his id quod articul 3. diximus, apertius fit, nempe maledictionis peccatum multiplicis eſſe ſpeciei. Eſt enim perinde de illo ac de odio cenſendum, vnde ſi maledictio in genere fiat, nullo in ſpecie explicato malo, vt ſi quis dicat maledicaris a Deo, tunc committitur generale maledictionis delictum, ſi vero, vt dicebamus, mortem fueris alteri ex animo imprecatus, homicidium mente commiſiſti.

Secũda conclu.

Corrolarium.

Tertia concluſio: Maledictioque ſimplex exprimit deſiderium, genere ſuo minoris eſt culpæ quam detractio. Probatur ex his quæ ſupra dicta ſunt. Primum enim detractor, ſicuti & contumeliator, malum culpæ diſperdit obijcitve aduerſus, alterum, qui autem ſimplex eſt maledictor, nõ optat alteri niſi malum pœnæ, puta mortem, aut uarias calamitates, aut forte culpam ſub ratione pœnæ, culpa vero grauius malum eſt ac nocentius quam pœna, eſt ergo ac ratione detractio, ac ſubinde reliqua verborum peccata maledictione grauiora. Secundo & id confirmatur ex proferendi modo. Detractio enim & contumelia ac deriſio eſt enunciatio aſſertioque mali, ſimplex vero maledictio (nil enĩ modo de imperio loquimur) non eſt niſi ſolum deſiderium peior autem eſt enunciatio, & aſſertio quam deſiderium, nam deſiderans non ſtatim deſiderio ſuo cauſa eſt mali, ſicuti qui enunciat cauſſa eſt infamia: fit ergo detractio peior ſit ſimplici maledictione. Attamen deſiderium internum, mali malitia inficitur ſui obiecti. Vnde Chryſoſt. ſuper Matth. Cum dixerit maledic ei, & domum euerte, & omnia perire fac, nihil ab homicida differs. Quarta concluſio. Maledictio quæ per modum imperij fit, cum rationem cauſſæ habeat, poteſt eſſe detractione grauior, ſi modo ingẽius

Rõ concluſiõis.

Confirmatio.

Chryſo.

Quarta conclu.

nocu-

nocumentum inferat, quam ſit famæ denigratio. Fuit autem tunc leuior, dum leuius damnum per ipſam detur. Hæc autē audienda ſunt ſecundum id quod per ſe ad rationē horum vitiorum attinet, poſſunt namque alia conſiderari accidentia, quib. prædicta vitia vel incrementum accipiāt, vel decrementum. Vnus tamen ſcrupulus reliquus ſit circa tertiam concluſionē, qua dictum eſt ſimplicem maledictionem eo eſſe leuioris culpæ quam detractionem, quod non eſt cauſſa mali. Arguitur enim contra. Maledictiones parentum filios eſſe ſæpè ſolent efficaces, nam hac ratione ſunt extimeſcendæ. Deus enim nonnunquam eiuſmodi imprecationibus annuit, ac potiſſimum ſanctorum, vti de Helia legimus 4. Reg. 1 quod ob ſuam maledictionem ignis de cœlo cadens deuorauit vnum, ac ſubinde alterum quinquaginarium. Et de Eliſeo capit. 2. quod cum maledixiſſet pueris nomine Dei, egreſſi duo niſi de ſaltu lacerauerunt quadraginta duos. Reſpōdetur primo quod dictum Diui Thom. intelligitur de verbis exterioribus, illa enim non ſunt perinde cauſſa ſicut verba detractionis per quam proditur ſecretum peccatum alterius. Secundo intelligitur de maledictione, quæ ſit mala intentione, illas enim Deus non eo modo exaudit, quo iuſtas imprecationes parentum ac ſanctorū. Ad primum igitur argumentum iam reſponſum eſt. Et ad ſecundum reſpondetur, gloſſa illa intelligitur de maledictione qua creatura maledicitur, quatenus creatura eſt Dei Et ad poſtremum, quod concludit maledictionem per modum imperij, peiorem eſſe detractione.

Scrupulus.

Solutio.

Ad primū arg.

Ad ſecū dū arg.

Finis Libri quinti, de Iuſtitia & iure.

FR. DOMINICI SOTO
SEGOBIENSIS, THEOLOGI,
Ordinis Prædicatorum.

Liber Sextus de Iuſtitia & iure.

PROEMIVM.

Materia cõſequẽtium libroru.

IAm denique deſtinati operis peruentum nobis eſt, cuius præcipuè gratia de illo cœpimus cogitare. hæc inquam vſurarum contractuum, cambiorumque ac ſimoniarum ſylua in animum potiſſimè nobis induxit, vt tantam operis molem aggrederemur. Videmus enim inſtantia tempora huiuſmodi iniuſtitiæ auaritiæque portentis vſque adeo ſcaturire, vt vix reliqua nobis ſiat ſpes veritatem perſuadendi. Nanabimus nos tamen pro captu noſtro ſuffragante Dei numine, operas noſtras, cæterum ipſius erit, pectora eorum, quorum intereſt, tangere, vt ſecundum veritatem afficiantur animi, quorum nimium gratia, auctore 2. Eth. Ariſt. tractatio omnis moralis Philoſophiæ inſtituitur. Quo ad ſeriem dicendi identidem ſpectemus, in capite ſuperioris libri ſic tractationem iniuſtitiæ commutatiuæ partiſumus, vt (quæ Ariſt. 5. Eth. c. 2. diuiſio eſt) in eodem præcedenti libro de iniuſtitia diceremus, quæ ab inuoluntariis violentiſque acceptionibus proficiſcitur: in hoc autem & ſubſequenti ſubinde alterum iuſtitiæ membrum explicaremus, quæ in his pactis atque conuentis verſantur, quæ homines ſuæ ſponte faciunt. Hunc ergo ſextum librum de vſuris & contractibus peculiariter expendimus quæ ſub titulo de Iuſtitia & Iure, inſignem habet locum. Et quidem S. Tho. duas duntaxat de hac re diſputauit capitales quæſtiones, vnam ſcilicet. De emptione, atque alteram De vſura, in quibus tota contractum materia virtute continetur. Enimuero (quod ceu baſis totius tractatus prænotandum eſt) omnis iniuſtitia cuiuſcunque contractus ad alterum duorum capitum reducitur. Aut enim precium de re exigitur quæ nullius eſt precio ciuili digna, & hoc in temporalibus reducitur ad vſuram, & in ſpiritualib. ad ſimoniam. Aut res pretio æſtimabilis iniuſto per exceſſum traditur, per defectumve recipitur, & hoc reducitur ad iniuſtitiam venditionis & emptionis. At vero quia prædictas duntaxat quæſtiones duas, eaſdemque breuiſſimas tractare conſtituit, illam de emptione alteri de vſura ordine prætulit, eo quod emptio dignior videtur contractus. Nobis autem, qui de omni emptionis ſpecie cæterorumque contractum natura patentiorem locupletioremque tractatum inſtituimus, operæ pretium eſt ordinem alterum ſequi. Nam cum tota contractuum iniuſtitia ad vſuræ figuram exigenda ſit & perpendenda, neceſſum fuit, eius naturam in capite ſtatim enucleare, ne filum poſtea contractuum quæſtio hæc nobis interrumperet. Neque præterea ratio huius ordinis bona deeſt, vtpote quod a maiori iniquitate exordium ſumat. Iniquius enim eſt pretium inde quærere, vnde nullum debetur, quam vnde iuſtum debetur, iniuſtum extorquere.

Ariſtot.

Fundamentũ.

QVÆ-

QVÆSTIO I.

DE VSVRA.

S. Tho. 2. 2. quæſt. 78.

ARTICVLVS I.

Vtrum vſuraria mutuatio genere ſuo ſit peccatum mortale.

ADIEM ergo vt deſcendamus, quæritur primo, an vſuraria mutuatio peccatum ſit genere ſuo mortale? Et arguitur a parte negatiua Primum Exemplo Chriſti, qui noſtrorum eſt morum norma. Ipſe enim Luc. 19. ſeipſum affirmat vſuras exigere. Secundo, & lex diuina priſcis partibus data, quam ideo Dauid Pſal. 8. immaculatam appellat, quod prohibet peccata, permittebat n hilominus vſuras. Legimus enim Deuter. 23. Non fœnerabis fratri tuo ad vſuram, ſed alieno. Quin vero & eo. lib. cap 28. id ceu præmium illis mortalibus proponebat. Fœnerabis gentibus multis, & ipſe a nullo fœnus accip.es ergo fœnerari ad vſuram licitum eſt. Tertio, & leges humanæ quibus iuſtitia inter homines conſtituitur, vſuras permittunt, vt patet totis titulis de vſur. ff. & C. ergo illæ ſunt licitæ. In contrarium eſt præceptum. Exod. 22. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum non vrgeb s eum quaſi exactor neque vſuris opprimet. Et Dauid inter eos qui habitaturi ſunt in tabernaculo Dei connumerat illum, qui pecuniam ſuã non dedit ad vſuram.

Primũ arg.

Secũdũ arg.

Tertiũ arg.

In capite ſtatim quæſtionis de nomine vſuræ, vt mortis nobis eſt, hoc prænotemus, quod Latinis non dicitur quaſi vſus æris, vt illi autumant, qui ſyllabarum colliſionem ſuperſtitioſe rimantur, ſed ſi primeuam eius ſignificationem ſpectes, idem eſt prorſus quod vſus. Vnde Cicero aduerſus Verrem. Cur piratis lucis vſuram tam diuturnam dediſti? lucis ergo vſura idem eſt, quod lucis vſus, puta vita. Mox idem nomen ad id deſcendit ſignificandum, quod ex vſu cuiuſque rei tanquam eius fructus accreſcit. Idem lib. de Senec. Terra nunquam ſine vſura reddit quod accepit, vbi fructus appellatur vſura ſeminis. Et Tuſc. q. lib 1. Natura dedit vſuram vitæ, ſicut pecuniæ, nulla præſtituta die. Dicitur ergo ab vſu, vſura, ſicuti a fœtu fœtura, & a cultu cultura Quapropter ſecundum has ſignificationes non eſt nomen vitij. Verum tamen inde tertio more & vſu accommodatum eſt ad ſignificandum id peculiariter, quod ex vſu pecuniæ aut rei cuiuſque vſu conſumptibilis ſorti excreſcit. Et ratio forſan accommodationis huius eſt, vt nomine ipſo rei peruerſitas per antitheſim denotaretur, nempe quod cum talium rerum vſus, quippe quæ re ipſe abſumitur, ſterilis per ſe ſit, veluti fructuoſus æſtimetur. Quocirca vſura ſecundum hoc ſignificatum, ceu nomen delicti vſurpatur. Appellatur deinde, & vſura, vt 1. Politic. capit. 7. auctor eſt Ariſtoteles fœnus Et eſt alluſio ad Græcam etymologiam. Quod enim nos vſuram, Græci τόκον appellant. ἀπὸ τοῦ τίκτω, quod eſt pario. Sicut enim animalia proles ſibi ſimiles pariunt, ſic & pecunia pecuniam. Quare maxime, inquit Philoſophus contra naturam eſt hic acquirendi modus. Haud enim munus veluti terra, aut pecus fœcundus eſt, vt pariat. Dicitur ergo Latine fœnus, quaſi fœtus quamuis inter iuris doctores tantum diſcriminis interſit, vt nomen vſuræ latius pateat, & vt dialectice dicamus, ſuperius ſit quam fœnus, nempe quod fœnus duntaxat pro vſura ſtricte ſumpta vſurpetur, nimirum pro eo quod ex ſolo mutuo iniuſte accreſcit, vſura autem accipiatur extenſius pro quocunque augmenta ex quocunque contractu, etiam dum licitum ſit. Vt ſi quid credita pecunia vendidiſti, & quia debitor in mora fuit, aliquid tibi ratione lucri ceſſantis auctum eſt, acceſſio illa vſuraria quid m eſt, non autem fœnebris. Sic enim habet Iuriſconſultus lege cum quidam, §. ſi pupillo. ff. de vſu Vſuræ non propter lucrum petentium (ille ſcilicet quæ legitimæ ſunt) ſed propter moram non ſoluentium infliguntur. Item, dum quis de hæreditate vel re aliqua etiam de pecunia litigat, ſi vincit addicitur ei cum ſorte quicquid vſu excruerit, idque vſura nuncupatur. Sed tamen vbi de

Multiplex vſuræ acceptio.

Cicer.

Ariſtot.

Quid interſit inter vſura ac fœnus.

hac

hac re quæſtio non habetur, promiſcuus eſt vſus fœnoris, & vſuræ. Nos ergo, vt cõmunis vſus non ſolum Theologorum habet, verum, & reipublicæ duntaxat accipimus nomen pro illicita vſura mutui: adeo vt ibi quidpiam, vel in pœnam, vel ratione moræ, vel aliter iuſtè ſoluitur, non exiſtimetur vſurarius contractus. Quod autem nos vſuram, Græcique Partum, id quidem Hebræi morſum nuncupant. Vnde Deuteron. 23. Vbi nos legimus, Non fœnerabis fratri tuo: Hebræi habent, Non morſum in feres fratri tuo: ſeu. Non fœnore mordebis fratrem tuum. Etenim ceu dentibus canis cadaueris viſcera, ſic fœnerator debitoris ſui ſubſtantiam diuellit.

Chryſ. Quo vtique Chryſoſto. alluſit ſuper illud Matthæ. 5. (vt nos illic adnotauimus) & volenti mutuare, &c. Similis eſt, inquit, pecunia vſurarij morſui aſpidis. Percuſſus enim ab aſpide, quaſi delectatus abit in ſomnum, & per ſuauitatem ſoporis moritur: quia tunc venenum latenter per omnia membra decurrit. Sic enim qui ſub vſura accipit, ſub tempore quaſi beneficium ſentit: ſed vſura per omnes ſuas facultates decurrit, & totum conuertit in debitum. Hæc Diuus ille. Igitur ſi hæc mediatè conſideraſti, vſura non more accidit niſi in ſolo mutuationis contractu, atque in alijs quibus mutui ratio ineſt. Et cum mutuatio non habeat locum, niſi in rebus vſu conſumptibilibus, in his duntaxat verſatur vſura. Exemplum, Vendidi tibi expectato pretio rem meam: & vt te expectem, auctarium poſco: quia contractus hic perinde habet, ac ſi idem pretium ſtatim a te mihi ſolutum tibi in tempus mutuaſſem, vſurarius eſt. Immo vero hæc regula, fallentiæ neſcia, in capite iſtorum contractuum præfigenda eſt, quòd ad perpendendum de vno quolibet contractu an vſurarius ſit, explorandũ eſt, an aliquam ſecum complicet rationem mutui, pro quo pretium redditur.

Vſura in mutuo ſolũ modo contractu, rebuſq; vſu conſumptibilibus locũ habere,

Regula.

Tunc enim in vniuerſum vſurarius eſt, alioquin minimè. Et ideo in tit. quæſtionis pro eodem duximus, contractus, ſeu actio vſuraria, & mutuatio vſuratiæ. Incaſſum autem hauritur labor, quo nonnulli inſudant, definitionem vſuræ perſcrutantes: &, niſi ego fallor, nunquam abſolutam venientes. Accipitur enim dupliciter. Vno quidem modo, pro actione, hoc eſt pro mutuatione cum pacto quidpiam vltra ſortem recipiendi. Sic enim videtur in concil. Agathenſ. vſurpari, decima quarta quæſtione tertia, capit. vſura, vbi habetur: Vſura eſt, vbi amplius requiritur, quam quod datur. Alio modo accipitur pro pretio, quod vſus æſtimatione ſorti accreſcit. Quod eadem diſtinct. cap. pleriq. ait his verbis Ambroſ. Quodcunque accidit ſorti, vſura eſt. Et hoc certè eſt natiuũ nominis ſignificatum. Nam conuentionalis actio potius dicitur vſuraria mutuatio, atque vſuræ peccatum quam vſura, ſicuti tonſura eſt, quæ ex tonſione reſtat. Itaque vſura obiectum peccati eſt. Quapropter mutuator dicitur ad vſuras mutuare, vſuraſque recipere, mutuatarius vero mutuũ ad vſuras recipere, & vſuras ſoluere. Eſt ergo vſura (ſi exactam compẽdioſamque, vt eſſe debet, definitionem cupis) pretiũ vſus mutuatæ rei. Per hoc. n. quod dr, pretium vſus, ſecluditur contractus emptionis, vbi non pro vſu tantum, ſed pro re ipſa penditur pretium. Per id aũt, quod dr, mutuatæ rei, ſemouentur a definitione contractus emphyteuſis, & locationis, quibus res non mutuatur. Rurſus nomen pretij, præcurrens pactum deſignat in mutuatione, vel ſaltem q̃ receptio fiat ratione mutui. Ob idque hoc ſelectius poſui quam lucrum. Compingimus n. definitionem hanc vſuræ diſtrictè pro maledicto fœnore. Et ideo ubi quid iuſtè ſeu ratione lucri ceſſantis, ſeu damni emergentis, ſeu in pœnã accreſcit ſorti, eſt quidem extento nomine vſura, haud tñ vſurę peccatum, de quo hic agimus: quia illud, licet ſit lucrum, non tñ eſt pretium: ſanè cum non pullulet ex conuentione mutui. Neque uero ſi quid mutuatarius honeſtatis gratia redonet mutuanti, eſt vſura, quia ubi non ſubeſt pactum, nullum eſt pretium. Item ſi pecuniam, vel auream, vel argenteam (vt ait S. Tho. in ſolutione ſexti) ad alium vſum, qui ſibi eſt accidentarius, puta ad oſtentationem, vel ad ornatum commodes, indeque pretiũ ſuſcipias, vſura non eſt, quia prætiũ nõ obuenit ex mutuo, cũ illic non tranſferaẽ dñium, ſed ex locatione pecuniæ. Eodẽ mõ excludit a rõne vſuræ contractus ſocietatis, ſubi qui ponit ſortẽ, quia non tradit dñiũ, non mutuat. Præterea, ſi id q̃ recipis, aliãs tibi debitũ erat, etiã ſi ex cõuentione mutui id recipias, nempè dũ debitori tuo mutuas vt debi-

Definitio vſuræ.

Vſura duplicitèr.

debitum ſoluat, non eſt vſura: quia non eſt pretium vſus rei mutuatæ, ſed recuperatio rei tuæ. Sors autem impræſentiarum dicitur ſubſtantia ipſa mutuata, quæ ſcilicet te contingit, & lex tibi tribuit. Et arbitror ex contractu ſocietatis pertractum eſſe nomen ad omnes generales. Illic enim quiſque ſuam ſortem, ideſt portionem in acerruum mittit: vnde omnes dicuntur conſortes, ideſt, ſuas vna participantes ſortes. Græci dicitur ἀρχαῖον, hoc eſt principale: & κεφαλαιόν, hoc eſt capitale: quæ ēt nomina Latinis in vſu ſunt. Ex hac definitione clara, colligitur diſtinctionis ratio inter vſuram externam & mentalem. Differunt enim non ſolum tanquam actus interior, & exterior eiuſdem obiecti, verum quòd externa dicit pactum tacitum, vel expreſſum: mentalis autem (quod meditatè conſiderandum eſt) abſque vllo intercurrente pacto committitur. Statue ergo ante oculos tria hęc, mutuum, pretium, ſeu lucrum, & pactum. Vbicunque interuenerit pactū, eſt vſura in opere, puta exterior: alioquin minimè. Atqui ad pactum expreſſum in foro Dei neque ſcriptura requiritur, neque teſtes: ſed etiam dum abſque arbitris explicas tuam voluntatem, ſcilicet mutuo tibi, vt tantum vltra ſortem mihi perſoluas, eſt expreſſum pactum. Si autem non ſic in forma, ſed nutibus tuam inſinuas voluntatē, cenſetur tacitum pactum. Vt ſi dicas: Ecce mutuo tibi: tu autem ſcis vſum; ergo non habeo vnde viuam. Soles eſſe gratus alijs; vel quid ſimile. Etenim lices non ſit pactū ciuile, vt mutuatarium poſſis compellere, eſt tamen obligatio, & ideo vſura exterior. Vſuram autem mentalem ſola ſpes cum intentione conſtituere ſufficit abſque vlla pactione. Vt ſi mihi mutuas, ſperans intendenſque ratione mutui me tibi aliquid exibiturum, vſura mentalis eſt, veluti intentio occidendi hominem, homicidium, quia obiectum ſcilicet recipere ratione mutui, eſt obiectum vſuræ. Non ergo fallaris ſic interiorem exterioremque vſurā diſcriminans, qp il a requirat expreſſum pactū, hæc vero tacitum, nā etiā tacita pactio vſuram facit exteriorem. Sed qñ dico, ſpes, intelligitur, dum illa eſt mutuandi cauſſa, & intentio, vt non mutuaſſes, niſi vt ratione mutui quidpiam tibi lucri accederet. Nam dum ex beneuolētia mihi mutuas, eſto inde ſuboriatur tibi repenſionis ſpes, quam gratuito ratione amicitiæ facturus tibi ſum, nulla ſubinde naſcitur mentalis vſura; quia nec illa ratione accipere, vſura eſt realis. Sed de his articulo proximo redibit ſermo.

Quid ſors.

Diſcrimē ītervſuram mētalē, & æternam.

His de nomine vſuræ præiactis ad quæſtionem duabus concluſionibus reſpondetur. Prima, Vſuraria mutuatio, hoc eſt pretium vſus mutuatæ rei ex pacto ſuſcipere, peccatum eſt genere ſuo mortale, iuſtitiæ commutatiuæ contrarium. Et quidem concluſio nulli nō eſt in confeſſo: ſed tamen quo iure fundamentum habeat nō nulla eſt controuerſia. Sunt enim (quod Ancharano tribuitur in quadam ſua diſputata quæſtione) qui negant iure naturæ prohibitam eſſe vſuram, ſed aiunt iure duntaxat diuino aduerſari. Et ideò fortè idem auctor tenuit, quòd tractare de vſuris non pertineat ad Theologos, ſed ad iuriſconſultos, quia cernebat perpendere naturæ ius, Theologorum eſſe munus. At negari non poteſt quin ſit de iure diuino, cuius Theologi interpretes ſunt.

Prima concluſ.

Aliquorū ſnīa Ancha.

Reſpondere ergo de iure exteriori, deque fœneratorum pœnis decernere, relinquitur Iuriſperitis, vſurarum autem naturam de ſuis principijs enucleare, Theologorum eſt. A diuerticulo autem vt reuertamur, opinio hæc, quòd vſura non ſit iuri naturali contraria, non ſolum planè falſa eſt, verum e iam periculo ſubdit concluſionis veritatem, qua aſſeritur, vſuram eſſe peccatum. Si ius inquam naturale ſemoueas, tenuiſſimum concluſionis ſtabilimētum relinquis. Etenim licet antiqua lege multis locis vituperata, infamataq. vſura ſit, tamen cum etiam illic Iudæis permiſſa fuerit, quam exercent cum gentibus, aliunde debent illa præcepta irroborari, ne ſuſpicio oriatur aliquo pacto eſſe licitam & iuſtam. Præterea (quòd rem vehementer vrget) tota illa lex, vt ad Hebr. 7. docet Paulus impleta per Chriſtum eſt, ac ſubinde abrogata.

Prima rō in ꝓximam ſentētiā Secūda.

Quapropter nullum eius prorſus præceptum vim vllam in lege gratiæ retinet, niſi quæ uel ſunt de iure naturæ, vel pręcepta ſunt rurſus a Chriſto. Hoc enim ſenſu, vt dicere ſæpe conſueuimus, intelligēdum eſt, mortalia præcepta permanſiſſe, videlicet quia vigore iuris naturę ſuſtētata ſunt, ac perinde in euangelio confirmata. Igitur qui negauerit crimen hoc eſſe contrà ius naturæ, præcepta de hac re veteris legis

Tertia. gis eneruat. Locus autem euangelij Luc. 6. Mutuum dantes, nihil inde ſperantes, ad hoc ipſum profitum adduci conſuetiſſimum profecto non illam habet energiam, quæ vulgo æſtimatur. Quamobrem D. Thomas ſacrorum ſenſum oculatiſſimus proſpector, non modo non vſus eſt illo loco ad aſſerendam concluſionem, verum ex illo quartum argumentum contra eandem obiecit. Agnouit enim non eſſe prohibitionem vſuræ, ſed conſilium mutuandi ſine ſpe humanæ compenſationis. Et ideo argumentatus eſt, quod cum mutua re nihil inde ſperando, conſilium præcisè ſit Chriſti, non ſit præceptum nihil ex mutuo recipere. Tametſi inſolutum non reliquerit argumentum. Et re vera Euangelium eſt patentiſſimum. Commendat enim illic Chriſtus dilectionem, quam non amicis, verum & inimicis debemus. Admonetque ſubinde, ne ob fauorem humanum & gratiam quam homines rependunt, charitatis beneficia præſtemus, ſed ſolum diuinam intuentes mercedem. Et ideo ait, ſi benefeceritis his, qui vobis benefaciunt, quæ vobis eſt gratia? ſiquidem & peccatores hoc faciunt. Et ſi mutuum dederitis his à quibus ſperatis recipere, quæ gratia eſt vobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. Si loqueretur de vſura, non dixiſſet æqualia, quia non eſt in more, vt fœnebre lucrum ſit ſorti æquale, ſed dixit æqualia, hoc eſt, paria bona gratuito refuſa. Idem ergo eſt quod ſubdit: Veruntamen diligite inimicos veſtros, benefacite, & mutuum date, nihil inde ſperantes, id eſt, nullam ab hominibus gratiam, ſed à Deo. Quare ſubdit. Et erit merces veſtra multa, & eritis filij Altiſſimi. Quare inepta gloſſa eſt, quod prius membrum ſit conſilium, poſterius vero præceptum. Neque S. Thom. in prima ſolutione illius quarti argumenti, dum dixit, quòd mutuum dare eſt conſilium, & inde lucrum non petere, eſt præceptum, voluit illum ſenſum ſecundi membri extare in euangelio: ſed quod eſt lex iuſtitiæ. non expectare lucrum. Quare ſenſum legitimum ſtatim ſubdit, ſ. quòd illic non fit mentio de ſpe vſurarij lucri, ſed de quacunque quæ in homine ponitur. Nulla. n. illic educitur prohibitio iniuſtitiæ vſurarum, ſed commendatio ſit miſericordiæ mutui, quæ propter ſolum Deum eſt erga proximos declaranda. Sed rogas quomodo ergo ait Alex. 3. in concil. Later. cap. ſuper eo de vſur. quod vſurarium crimen vtriuſque teſtamenti pagina deteſtatur? Reſpondetur, quod in vetери plana ſunt teſtimonia, in nouo vero illud abunde interdictum Decalogi? Non furtum facies, illam prohibet. Ait verò rurſus: Vrbanus 3. c. conſuluit, eo. tit. citat eundem locum. Date mutuum, nihil inde ſperantes ad confirmandam vſurarum prohibitionem. Reſpondetur quod Papa non vbicunque citat teſtimonia ſacræ paginæ in aliquo ſenſu, intendit canonizare eundem ſenſum tãquam de fide, ſed citat quãdoque illud ſecundum Doctorum opinionem. Præterea, illa euangelica ſententiam ſubminiſtrat vim argumento per locum à maiori, nempè quod ſi Chriſtus conſuluit vt neque gratuitum donum ſperemus ab hominibus, quod licitè poſſunt rependere, à fortiori conſequitur, neque expectandum eſſe pretium vſus, quod iuſtitia vetat. Deducitur ergo concluſio ex viſceribus naturalis iuris hoc pacto: Rerum duæ ſunt differentiæ. Quædam, ſcilicet quarum vſus eſt ipſarum rerum conſumptio, vt cibus & potus. Qua vtique ratione in his non habet ſeorſum computari vſus à re ipſa. Et eſt notandum verbum S. Thom. ad repellendam quorundam argutiam. Arguunt ſiquidem in contrarium: Cum vſus rei ſit actio ſeu paſſio eius, res autem ſubſtantia, natura differunt ſicut res duorum prædicamentorum. His autem reſpõdetur, quod S. Thom. nil de diſtinctione meminit, quantum ad rerum naturas. Et ideo cautus non dixit, vſus non differt à re, ſed non eſt ſeorſum computandus ſcilicet pretio diſtincto, quantum ad humanum vſum. Et hæc eſt cauſſa, quare iſtarũ rerum per mutuum transfertur dominium. Nam ſi illud non transferas, nullum concedis vſum proprium panis, qui eſt edi. Atque hac de cauſa, vt habetur Inſtit. de vſufruct. §. conſtituitur, & ff. de vſufr. ear. rer. quę conſu. l. 2. quãdo legatur vſusfructus talium rerum, legatur & ipſarum dominium. Niſi quod legatarius tenetur cautionem præſtare poſt reſtituendi, vt ſi quædam effigies mutui. Alię vero ſunt res, quarum vſus ab ipſis diſtinguitur, vt ſunt fundus, domus, equus, veſtis, &c. Poſſumus.

Obiectio prima. Diluitio Obiect. ſecũda. Vrbanus III. Reſpõſ. Ratio concluſ.

mus enim illis vti ſalua earum ſubſtantia, quamuis veſtis longo vſu atteratur, quia ſuaptè natura eſt conſumptibilis, ſicuti miſta vniuerſa. Et ideo talium rerum poteſt locari vſus, retento dominio, & vice verſa transferri dominium retento vſu. Res ergo prioris ordinis ſunt, quæ mutuo dantur, atq; adeò inde elicitur concluſionis ratio ſub hac forma. Siue eadem res bis vendatur, ſiue id vēdatur, quod per ſe nullius eſt pretijs, vtroque modo contra naturalem rationem iuſtitiæ commutatiuæ delinquitur, transferre aūt dominium huiuſmodi rerum, ſic vt rei pretio alterū pro eius vſu accumuletur, vel eſt bis vendere idem corpus, vel vſum, qui preter rē nullius eſt pretii, uendere nouo pretio: ergo uſuraria mutuatio eſt peccatum contra naturam. In numero autem talium rerum potiſſimum cenſetur pecunia: quip pe quæ ut 5 Ethicor. auctor eſt Ariſt. ad uſum permutandi res fuit inuenta. Et per hoc ſoluitur argumentum, quod fieri hoc pacto conſueuit. Mutuator pro illo beneficio dignus eſt. cui mutuatarius par referat, ergo poteſt illud in pactum ducere. Enimuerò pro beneficio mutuandi (vt ait. S. Thom. in ſolutione quinti) de iuſtitia quidem nō mihi plus debetur, qui ego do, centum vero aurei quos tibi mutuo, nil amplius valent, quam centum. Quare ſi amplius exigo, rem quodammodo vendo pluris iuſto, quandoquidem vſus rei non valet niſi quanti res ipſa, quæ vſu conſumitur. Ex honeſtate autem debes mihi beneficium, ſed tamen gratis, Et ideo obligare te ſi illud eſt æſtimabile pecunia, iniuſtitia eſt. Quod ſi inſtantius vrgeas. Scienti, & volenti non fit iniuria, mutuatarius ſua ſponte ſe vult obligare, nullam ergo præfert effigiem furti, aut rapinæ. Reſpondet ad ſeptimum S. Thom. quod mutuatarius non ſua ſponte, ſed neceſſitate compulſus, ſe nexu illo implicat, ſicut ſi neceſſitate etiam compulſus cogeretur rem pluris iuſto emere. Sed quid ſi non ob neceſſitatem, ſed propter voluntatem quis mutuum petat? reſpondetur, quod neceſſitas intelligēda eſt hoc modo, quod quomodocunque mutuum petatur, non poſſit obtineri, niſi ſoluatur vſura. Ex hac concluſione fit, vſurariam nequitiam, vti ſupra diximus, præcepto illo Decalogi eſſe prohibitam: Non furtum facies. Vn

Ariſtot.

de Ambroſ. 14. q. 4. Si quis, inquit vſuram accipit, rapinam facit, uita nō uiuet. Quin uero Auguſt. cano. proximo, Quid dicam, cum homicidio confert. Ait enim crudelior eſt, qui ſubtrahit aliquid, uel eripit diuiti, quàm qui trucidat pauperem ſenore. Nam inopi ſubſtantiam corrodere, trucidare eſt. Et in fine 2. lib. officior. introducit Catonē Cicero, qui interrogatus quid eſſet fœnerari, reſpondit, hominem occidere. Teſtimonia ergo ueteris legis frequentiſſima, ut pote Exod. 22. Leuit. 25. Deuteron. 23. Ezech. 18. & Pſalmorum alia, quibus peſtis hæc atque humanæ ſocietatis exitum identidem condemnatur, iuris huius naturalis explicatoria ſunt: vſque adeò, vt vbi regius Pſaltes beneficia, quæ nobis Meſſias præſtiturus erat, exaggerare conſtituit, vnà compoſuit vſuras & iniquitates, à quibus nō eſſet liberaturus. Ex vſuris enim, inquit, & iniquitate redimet animas eorum. Quod ſi demum addubites, quo gradu certum ſit, vſurarium mutuationem eſſe peccatum: reſpondetur, eſſe catholicam fidem: cuius perinde contraria negatio hæreſis eſſet, vt pote Clemen. vnica, de vſuris. condemnata.

Cicero.

Secūda concluſio, quæ prioris appendix eſt: Vſurarum lucrum obnoxium eſt reſtitutioni, etiam ſi non petatur, quippe cuius dominium minimè fœnerator acquirit.

Reſtat ergo tria argumenta, in capite quæſtionis obiecta diſſoluere, nam reliqua quatuor S. Thom. iam in ſuperioribus ſoluta ſunt. Atque in primo nihil ambiguitatis eſt. Tranſtulit enim Chriſtus nomen vſuræ à ſecularibus ad ſpiritualia. Et ideo metaphorica eſt vſurpatio. Eſt quippe ſimilitudinis plurimum, ſed diſſimilitudinis multum. Mutuat nanq; nobis Deus ſpiritualia chariſmata, eo q; gratis, ac ſine vllo noſtro prætio donat: vult tamē, vt noſtro vſu officijſque veluti ſemina in nobis iacta per eius fauorem cœleſtemq; rorem colamus, multiplicatoſque fructus terræ more feramus. Et quia hoc in gloriā eius cedit, appellat ſuas vſuras, vtilitas tñ præmiorumq; cumulus nobs accreſcit, quaſi noſtra nos fœnora faciamus. Interſtat aūt hoc diſcriminis, q; pecunia temporalis vſu conſumitur, & inde fit vitioſa vſura, dona verò ſpiritualia vſu creſcunt, ob idque eorum vſura commendatur apud Deum.

Ad primū arg.

In ſecun-

Ad secũ dũ arg.

In secundo argumento illius difficultatis expetitur solutio, vtrum, in veteri lege eatenus fuerit vsura permissa, vt culpa vacauerit apud Deum, an vero præcise quantum ad forum, humanum permitteretur impunè? Nam S. Tho. q 78. art. 1. Et Alex. de Hales. 3. parte, q 36. memb. 4. & reliqui huius notę auctores posteriorem hanc sententiam tenet. Conradus vero qu. 24 licet ambas vti probabiles referat, priorem tamen alteri præfert, & iuniorum quidam illum sequuntur. Porro autem non modo opinio S. Thom certissima est, & ideo suo iure & merito communi consensu Doctorum recepta, verum & altera ægerrime est sustentabilis. Et primo suus loquendi modus quo aiunt, Deum dispensasse cum illis, falsus ineptusque est. Enimuero vitium vsuræ (vt nuperrime ostendebamus) contra præceptum naturale est, quod scilicet vetat pretium de illa suscipere, quæ nullius est per se valoris, qualis est pæcuniæ vsus seorsum a pecunia considerati. præcepta vero naturalia neque a Deo ipso dispensabilia sunt, vt li. 2. quæs. 3. demonstratum reliquimus. Id enim quod natura uetat, tã intrinsece malum est, quam est homini esse rationalem. Cuius vtique contrarium non est factibile. Et eadem ratione neque quod natura vetat, licere potest. Et qui contrarium dicunt, ideo id autumant quod ignorant, vel quid sit præceptum naturale, vel quid sit dispensare. Igitur qui partem illam sustentare contendunt, non debent illam appellare dispensationem, & Conrad. omnium minime qui tam instructa argumentorum phalange probat, vsuram esse contra ius naturæ. At quo res pateat, recolere opus est vsuram non laxa licentia, sed certo modo fuisse illi genti permissam, vt scilicet non fœnerarentur proximis suis sed alienigenis. Sic enim habetur Deutero. 23. Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram, neq; fruges, neque quamlibet aliam rem, sed alieno. Fratri autem tuo absq; vsura id quo indiget, commodabis. Frater autem dicebatur ille, qui erat de populo, vt patet Exo. 22. Si pecuniam mutuam dederis populo meo, pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, neque vsuris opprimes. Aiunt ergo isti, quod quia Deus cõcesserat Iudæis terram gentilium, permisit subinde eis vsuras ab eisdem accipere tanquam ab hostibus, quorum bona in ius suum venerant. Sicuti posset, inquiunt, Cæsar suo concedere exercituit, vt sub vsurarum effigie, hostes expolient. Et adducunt textum Ambrosij 14. q 4. cano. Ab illo, vbi ait. Ab illo exige vsuram, cui merito nocere desideras. Cui iure inferuntur arma, huic legitime auferuntur vsurę. Sed in primis licet hoc illis largiremur, illa nulla tenus fuisset dispensatio, sed donatio Dei qui vniuersalis est omnium rerum dominus. Quemadmodum quando donauit eis Aegyptiorum vasa, non dispensauit in furto, sed vel tanquam Dominus eis tradidit, vel quod probabilius est, tãquam iudex eis adiudicauit, soluens eis laborum operumque mercedem, quibus Pharaoni seruierant, veluti dum ego amico tem meam dono, neutiquam dispenso in furto. Neque vero rex dispensat, quando per legem præscriptionis transfert dominium. Dispensare nanque in vsura esset, quod pro vsu pecuniæ quis licite perciperet prætium, nõ illo vltro donante, qui donare potest. At vero lite super nomine prætermissa, neq; credendus Deus est illas alienigenarum vsuras sic Iudæis concessisse, vt earum constitueret eos dominos. Primo quia eandem prorsus vsurarum speciem, quam inhibuit respectu proximorum, permisit illis respectu gentilium, quando autem inhibuit, ne fœnerarent fratribus suis, prohibuit illam quæ iure naturæ interdicitur. Eandem ergo vitiosam, & iniquam permisit illis respectu gentium. Respondet autem Conra. quod licet eadem fuerit in genere, non tamen in specie. At profecto si non erat eadẽ in specie, neque erat vsura in genere, sed erat vera Dei donatio, & ideo illi non reciebant nisi quod suum erat. Et tamen absurdum est tam immodicam homonymiã & æquiuocationem in eodem verbo scripturæ admittere. Ait nanque. Non fœnerabis fratri tuo, sed alieno. Secundo quod miror istos non animaduertisse, Terra gentilium Iudæis donata non erat nisi vtraq; ripa Iordanis, quæ centum sexaginta miliaribus in longitudine patebat, & sexaginta in lautudine, permissio autem vsurarum multo se latius dilatabat. Impune quippe vsuras suscipiebant a quibuscunque gentiliũ, qui remotissimus prouincijs ad illos aduentantes commercia cum illis

A mbr.

Deus nõ dispensauit in vsuris.

Reprobatur altera assertio.

Contra. Primũ arg.

Quorũdam assertio.

inibant. Adde quod eodem ipſo ca. Deut. 23. præceperat eis Deus, ne abhominarentur Idumæum vel Aegyptium, & tamen ab illis impune poterant vſuras accipere,

Tertia ratio. non ergo ratione hoſtilitatis fundabatur illa permiſſa. Et tertium arguitū eſt, quod profecto per tales techinas ſuffurari hoſtiū ſubſtãtiam non eſſet inter Chriſtianos bonum exemplum, neque reſpublica vlla bene inſtituta eiuſmodi fraudes permitteret. Haud ergo eſt credibile illa de cauſſa Deū hoc illis conceſſiſſe, alias induſſiſſet pariter vt quacunque via deprædarentur eorum

Quarta rō in cō tra. bona. Item quarto. Prophetæ Dei vbi ius naturæ, quod omnes ſeruare tenebantur, explicabant, abſolute improbabant vſuras, vt Ezec. 18. illa iuſtitia cū alijs connumerabatur. Si quis ad vſuram non commodauerit. Et infra. Ad vſuram dans, & accipiens amplius, nunquid viuet? Et cum ait Dauid. Ex vſuris & iniquitate redimes animas eorum, certe non de illis intelligebat quas extorquebant à fratribus ſuis, quia nullas accipiebant, ſed de illis quas ſinebantur ab extraneis exprimere. Poſtremo, quod per illam furti imaginem Deus

Poſtrema. illis non donauerit gentilium bona, apparet, tum quod illi non cognoſcentes verū Deum, iniquitati tribuiſſent, tum quod ſi iudæi tanquam ſuum accipiebant, abſque modo & limite illas corraſiſſent, atq; ideo gentiles abſterrerentur eorum conſortio. Quare neutiquam fit aliud credibile, quā quod Hebræis nefas erat, etiam a gentilibus vſuras eripere, niſi vſque ad certum limen & lineam, quam tamen non præſcripſiſſent, ſi putaſſent accipere quod ſuum erat. Accedit & quod Euſeb. lib 8. de præparatione euangelica. 2. vbi enarrat. Moſaicę legis præcepta, abſolute refert illis fuiſſe illicitam vſuram ſub his verbis. Non tollas quod non depoſuiſti, non tangas alienum

Euſeb.

Ioſeph. non mutues fœnore. Et Ioſephus legis peritiſſimus lib. 4. Antique abſolute quoque refert præceptum dicens. Nulli vero Hebræorum licebat fœnerari, neque cibum, neque potum, &c. In quam etiam ſententiam & Conrad. citat Rabinum quendam legit interpretem. Cuius etiam ſignum eſt, quod cum crebro in lege inculcata fuerit prohibitio vſuræ, nullibi legitur permiſſio illa fœnerandi alienis, niſi vno duntaxat loco Deuteron. 23. Permiſſio ergo illa eadem prorſus ratione inteligenda eſt facta Iudæis, qua ius ciuile modo eandem Chriſtianis permittit, nempe vt impune fieret ad euitãda maiora male, ſ. latrocinia, quia erant auaritiæ deditiſſimi. Quemadmodū & meretrices permittuntur, ad euitanda adulteria. Simili nāque figura prædixerat eodem cap. Non erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator quaſi dixiſſet, de gentibus impune permitto. Quapropter S. Th. in primo inquit, verbo. Non fœnerabis fratri tuo, denotatur ius nature. ſ. quod cum mortales omnes naturæ glutino ſint fratrer, a nullo accipienda eſt vſura. Altera vero pars eſt permiſſio vbi diſſimulandam non duxerim quorundam calumniam imponentium D. Tho. quod nomine fratris in illo loco intellexerit omnes homines, perſpiciebat. n. diſcrimen inter fratrem & alienum, ſed intelligit, quod licet nomine fratris ſpeciatim intelligerentur, qui erant de populo, tamen quia ampliſſima vocis ſignificatione (vt 1. de doctrina Chriſtia. c. 30. auctor eſt Augu) omnes homines fratres ſunt & proximi, inſinuatur illic naturalem vſuræ prohibitionem ad omnes homines protendi. Sed neque hoc ſilenter prætereundum eſt, quod non deſunt qui alterum ſenſum illi conceſſioni, Sed alieno, aſſuere velint, vt videlicet nulla ſit permiſſio, ſed potius inhibitio ac ſi dixiſſet. Fratri tuo non fœnerabis, ſed ſi quis pro alieno tibi ducendus foret, ille eſſet a te fœnore premendus. Neminem tamen mortalium debet ſic exiſtimare. Quemadmodum inquiunt legendus eſt canon Ambr. ſupra citatus 14. quæſtio. 4. a illo exige vſuram, cui merito nocere deſideras, quaſi dicat, ſecundum gloſſ. illic adſcriptam, ſicut nulli nocere debes, ſic a nullo debes petere vſuras. Quare ex verbo ibidem ſubiuncto, Cui iure inferuntur arma, huic legitime auferuntur uſuræ, non eſt inferendum, vt communis infert opinio, quod ab hoſtibus fas ſit vſuras furripere. Quoniam re vera, vt paulo antea dicebamus, talis mos neque ſpecimen præ ſe fert honeſti, neque Diuo illi inurenda eſt hæc nota, vt hoc conſuleret. Sed voluit excarnificare iniquiſſimam vſuræ naturam. Et ideo ſubdit, Sine ferro dimicat, qui vſura flagitat. Sine gladio ſe de hoſte vlciſcitur, qui fuerit vſurarius exactor inimici. Eſt ergo nō licētia,

Mens S. Tho.

Auguſt.

Explanatur locus ex Amb. citatus.

ſed

sed consilium, quod cum nemo se debeat de hoste vlcisci, eque debeat vsuris illum affligere. Haud enim cum regibus loquebatur, quibus solis licet bella indicere, sed in vniuersum cum priuatis, quibus consilium est vt fratribus iniuriam condonent. Igitur quantum ad Ambrosium, longe mihi est probabilissimum, hanc nobis exhibuisse mentem. Quod autem idem sensus accommodari posset textui Deut. 23. nouum esset, & credo violentum, sed est sēsus quem iam exposuimus. Illud autem, q̄ obijcitur eod. c. Deut. c. 28. Fœnerabis a gētibus multis, & ipse a nullo fœnus accipies, nihil ad rem pertinet. Accipitur enim illic fœneratio pro eo, quod est simpliciter, mutuare iuxta illud Eccle. 29. Fœnerare proximo tuo tempore necessitatis illius. Ob idque nihil aliud illic Deus significauit, quā bonorum affluentiam, quam populo illi pollicebatur. Ex his demum sequitur, non opus esse (quod Conrad arbitratur) mode rari permissionem illam antiquam, dicendo, quod per euangelium iam cessauit. Nam vsura illa culpam semper habuit, quod autem impune fiat, leges etiam nūc ciuiles illis permittunt, sicut alijs Christianis. Et ideo c. quanto, de vsur. solum eisdē Iudæis inhibetur, ne graues immoderataſque vsuras a Christianis extorqueant. Eodemque pertinet, quod ca. post miserabilē eo. ti. Papa principibus iubet, vt Iudæos vsuras Christianis restituere compellant nē pe quod immodicas diuellerant. Ad tertiū argumentum de legibus ciuilibus vsuras permittentibus pari modo respondetur, quod illas non permittunt tāquam licitas in foro Dei, quia neq. possunt, cum sint cōtra naturam & contra diuina mandata, vt ca. super eo. de vsur. sed sicut meretricia ad obuiandum latrocinijs, quia sicuti mortalium luxuria, ita neq auaritia potest humanis legibus omnino restingui.

Permissio autem vsurarum patet toto titu. de vsur. lib. 2. fforum. & C. eod. titu. potissimum l. eos. vbi vsurarum quantitati modus præscribitur, quarum summa est centesima. Hanc enim iura appellant maximum, vt l. qui sine. ff. de nego gestis eademque appellatur grauissima. De qua fit quoq. mentio canone, si quis. 14. q. 4. Dein de erant bes centesimæ, triens, &c. De quibus Barto. diffusum composuit tractatum super l. Si hæres, ad leg. Falcidiam, vbi. §. item, nominantur trientes vsuræ. In quo tractatu complures congerit opiniones. Multa enim de hac re nonnulli iuris interpretum hallucinantes multiplicarunt gloſsemata. Ad huius ergo intellectum notandum, in more fuisse Romanis, vsuras Calendis singulorum mensium persoluere. Vnde vsura centesima erat centesima pars fortis singulis mensibus aucta. Mutuo tibi dederam centum aureos, singulis mensibus debebas mihi vnum. Budæus lib. 1. de asse arbitratur nomen inde cadere, quod centum mensibus reddebant duplam sortem, sed multo significantius deriuatur a parte aliquota, vnoquoque mense soluta. Itaque singulis annis obueniebant duodecim ex centum, vt mercatorum verbo vtamur. Et existimabatur hæc vsque adeo grauis, vt non permitteretur nisi in traiectitijs mercibus, puta, cum quis pecuniam mutuabat mercatori marino, vt capitalis periculum ipse qui mutuabar, subiret. Ab hac centesima denominabantur reliquæ, scilicet bes centesimæ, triens centesimæ, dodrās, &c. Nam omne totum iure dicitur as, qui diuiditur in duodecim vncias. Vnde triens est tertia pars, puta quatuor vnciæ, semis medietas, &c. Et sic dicitur quis hæres constitutus ex asse, ex semisse, ex besse, quæ sunt duæ tertiæ partes, puta vnciæ octo, & dodrans, nouem. Quocirca triens vsura non est (vt quidam putant) tertia pars sortis, nec quadrans, quarta, alioqui longe maior esset quadrans quam centesima cum eadem l. eos 10c. existimetur maxima, sed triens est tertia pars centesimæ, vt si pro centum aureis vnoquoque mense solueretur tertia pars vnius aurei. Et simili proportione in cæteris. Existimandum ergo hic est quanto sit iam hisce temporibus licentior vsurarum rabies. Non enim solum duodecim ex centum in annum parum existimantur, verum neque quatuordecim neque sexdecim in singulas nundinas satis habent. Præterea vsurarum vsuræ summo rigore prohibitæ erant, vt ff. de vsur. l. placuit. Et C. eod. titu. l. vt nullo. Sic enim habet lex. Vt nullo modo vsuræ vsurarum a debitore exigantur. Vsuræ vsurarum dicuntur, quæ nunc maxime sunt in vsu. Suscepisti mutuo mille, pro quibus in vsuram debes centum. Non soluis

Corollariū contra Conrad.

Ad tertium.

Leges humanæ vsuras permittunt

Budæus

As dicitur omne totū. Dodrās Triens vsura.

Vsuræ vsurarū olim sūmo rigore prohibitæ.

ſixa die, inde ergo priores vſurę alias pariunt ſcilicet vt pro illis centum ſoluas inſuper decem. Hoc ſanè eſt, quod neque leges ciuiles vnquam permiſerunt. Et tamen modo vſque adeo peſtis hæc irrepſit, vt qui id delicti notam reprehenderit, ceu ridiculus exibiletur. Sed dubium ex his ſit reliquum quouſque extendatur permiſſio ciuilis iuris, vtrum ſcilicet ad hoc tantum, vt vſurario nulla decernatur pœna, ſicut permittitur meretricium, an vero eouſque vt vſuris læſo denegetur in iudicio actio ad repetendum, ſicuti de illo dictum eſt emptore, qui citra dimidium iuſti pretij decipitur. An forte vlterius etiam, vt qui vſuras promiſerat, cogeretur in iudicio eas ſoluere? His quippe tribus gradibus intelligi permiſſio poteſt. Ad hoc ineundem reſponſum meminiſſe opus eſt diſtinctionis propoſitæ inter vſuras licitas & illicitas. Licitæ namque vtpote quæ propter moram ſoluendi, ratione veldamni emergentis vel lucri inuito domino ceſſantis ſoluuntur, non ſolum lege permiſſæ ſunt, verũ & ſoluere eas cogitur q̃ in mora eſt. Et de iſtis intelligendæ ſunt leges vſuras ſolui iubentes. Qualis eſt l. 1. C. de vſur. Si interrogatione præcedente promiſſio vſurarum recte facta probetur iure deberi. Recte facta, id eſt iuſta de cauſſa, ac debito ſtipulationis modo. De vſuris autem iniqui, quæ fœnus dicebantur, arbitror nũquam ſic fuiſſe permiſſas, vt qui promitterent, pendere cogerentur. De quo notanda eſt lex tertia eiuſdem tituli, quæ ſic habet. Quamuis vſuræ fœnebris pecuniæ circa vinculum ſtipulationis peti non poſſint. Ecce fœnebres vſuræ non poterant in iudicio peti tamen propter pactum, ſicuti modo fit, ſoluebantur. An vero qui ſoluerat, poſſet in iudicio repetere, dubium eſt. Sequitur enim ſtatim in eandem l. Tamen ex pacti conuentione ſolutæ, neque vt indebitæ repetuntur, neque in ſortem accepto ferendæ ſunt. Ecce non repetebantur. At vero quidquid antiquis in more erat, certe non eſſet iuſta lex quæ actionem negaret volenti repetere. Dicamus ergo quod iura ciuilia recte & rite potuerunt vſuras permittere impune, nempe quod cum fur ſupplicio plectatur, fœnerator tamen ab illo ſit immunis. Cogere autem mutuatarium vſuras ſoluere, nulla vnquam lex permiſit, nec potuit. Sed & ſoluenti, actionem negare repetendi iniquum eſſet. Non enim eſt eadem ratio, quæ in decepto citra dimidium. Nam cum hæc fraudulentia, vt ſupra diximus, non ſemper facile conſtet, litium peſti panderetur aditus, ſi actio daretur. In vſura vero patẽtiſſima eſt iniquitas. Item impedire volentem repetere, eſſet contra ius canonicum, quod læſo per vſuras repetitionem concedit. Immo Clem. vnica, de vſuris, ſententia excommunicationis feriuntur, quicunque rectores, ac iudices, & officiales, quum impedimento fuerint, volẽtibus vſuras quas perſoluerunt repetere. Per hæc ergo facile diſſoluitur alia dubitatio, vtrum principes ſeculares permittentes vſuras, ſint iure canonico condemnati? Quæ quidem quæſtio multos contorquet, arbitrantes ius canonicum hac parte obſtare ciuili, quod tamen re vera nihil obſtat. Si enim ius ciuile aſſereret licitas eſſe in foro Dei, hæreſis eſſet in Clem. condemnata. Id tamen non aſſerit. Item, vel compelleret vſuras ſolui, aut ſolutas non repeti, non eſſet ferendum, quia idem Clementinæ aduerſaretur. Quare bene ait cum glo. Bartol. ſuper l cunctos populos. C. de ſum. tri. quod iure ciuili peti non poſſunt vſuræ, vt vſuræ, ſed vt intereſſe ratione morę. At vero quod principes ſeculares non plectãt ſuis pœnis vſurarios, ius vero canonicum ſuis eos puniat, nulla eſt contradictio. Nã principes illa tantum vlciſcuntur, vt libr. 1. diximus quæ paci & quietudini reipublicæ officiunt, præſertim per vim. Papa vero & eccleſiaſtici Antiſtites munere ſuo attentius conſcientijs conſulunt. Et ideo nil mirum, ſi acrius animaduertant in vſurarios quam ſeculares principes. Ius ergo canonicum vſurarios, tum multis opprobrijs proſcindit, tum & pœnis pluribus accumulat. Quas ad vndecim cõnumerat Sylu. in verb. vſura 9. Prima etenim eſt infamia, vt patet can. infames 13. q. 7. & 6. q. 1. Quin vero & lege ciuili aiunt eſſe infames. Attamẽ l. improbũ. C. quib. cau. infa. irrog. nõ ꝓnũciatur infames niſi exigẽtes vſurarũ vſuras, quas ius ipſum ciuile ſupra diximus vetare. Atq; illud appellat improbũ fœnus. Tres alia ſtatuuntur cap. quia in omnibus de vſu. ſcp manifeſti vſurarij nõ admittantur ad communionem altaris.

Dubiũ.

Solutio.

Ius ciuile nõ aduerſatur canonico circa contractũ vſurarum.

Sylueſt. Pœnę vſurariorũ canonico taxatæ.

Quod

Quod sic stricte quidam intelligunt, quasi non sint admittendi ad sacra audiēda. Veruntamen quia pœnæ non sunt restringendæ, & illic non fertur in eos excommunicationis sententia, non est audiendum nisi secundum verborū sonitum, quod scilicet non sunt admittendi ad suscipiendam sacrosanctam Eucharistiam, eo quod sūt publici peccatoris. Item quod non donentur ecclesiastica sepultura. Deinde, quod sacerdotum nullus eorum oblationes accipiat, quia censentur rapinæ. Et qui acceperit, est ab officijs suspensus. Reliquas vero cui libuerit, quæret loco citato. Ex his demū palam fit, quam fuerit superuacaneus labor, quem Bal. atque Bart. insumpserunt super l. cuuctos populos. C. de sum. trin. quamq; ab re lōge ad quæstionem illam de Catholico Iustiniano Cæsare responderunt, videlicet quomodo duo hæc cohærerent quod eadem lege præceperit cunctos populos sibi subiectos in religione versari, quā D. Petrus Apostolus Romanos tradiderat, & tñ vsuras permiserit, quas fides catholica docet esse illicitas, quasque Ecclesia vetat. Ad quod respondet Bal. quod præcepit teneri fidem trinitatis, sed non respectu aliorum articulorum, qui requiruntur ad salutē animæ. Profectò solutio non erat digna Bald. Nam Imperator præcipit omnes versari in religione Ecclesiæ Romanæ, quæ non solum fidem trinitatis, verum totam includit, & simul etiam mores. Responsio ergo est, quam iam declarauimus, nempe quod imperatoria vsurarum permissio nulla tenus repugnat fidei, quia non astruit esse licitum in foro Dei Hæc. n. esset manifestaria hæresis. Quod autem vsurarij ciuilibus pœnis non subiaceant, non est contra fidē, sicuti neque id quod meretrices nullo afficiantur supplicio.

Baldus. Bartol. Responsio. Baldi sitra. Vera solutio.

ARTICVLVS II.

Vtrum ratione mutui aliqua possit expeti commoditas.

Primū arg.

QVoniam cōstitutum est nihil ratione mutui posse in pactum duci, explicandum restat, vtrum neque cōmoditas expati vlla possit. Et arguitur a parte affirmatiua. Eadem esse videtur comparatio dati ad datum, & mutuati ad mutuatum, sed pro data pecunia licet ex pacto recipere eandem vel eius valorem, ergo pro beneficio mutuandi licet par expectare officiū, vt. s. mutuatarius vinciatur vt mutuanti remutuet. Secundo arguitur: Si gener pignus mutui accipiat, quod sit fructiferum, vt hortū vel fundum, potest fructib. eius vti donec sibi de dote satis fiat, vt pater ca. salubriter de vsuris. ergo licet aliquid recipere ratione mutui In contrariū est quod Ezech. 18. inter ea, quæ ad viri iustitiam requiruntur ascribitur, si vsuram & superabundantiā non acceperit. Vbi nomine superabundantię res omnis cōprehenditur, quę pecunia ęstimari potest. Accedit verbum Ambrosij c. plerique. 14. q. 3. quod cunque accedit sorti, vsura est. Et Hie. can. putant. Omnia munuscula cuiuscūque generis accipere vsura est.

Arg. 2. Ambr. Hieron.

Ad quæstionem præsentem tribus conclusionibus de mente S. Tho. respondetur. Prima Nihil ex pacto mutui vel recipere vel ex petere licet, cuius pretium pecunia æstimatur. Conclusio clara est quoniam secundum Philoso. 4. Eth. Omne illud cuius valorem pecunia metimur, pro pecunia habendum est. Cum igitur non liceat pretio mutuare fit, vt neque ratione mutui quippiam recipere, quod sit pecunia æstimabile. Secunda conclusio. Accipere aliquid non conuentionis nexu vel tacitę vel expressæ, sed quod gratuito mutuanti rependitur, nullam impingit vsuræ labem. Probatur. Quia beneficium mutuandi nō solum non auersatur amicitiā verū etiam conciliat, & firmat: ergo neque obstat quo minus mutuator possit munus quodcunque suscipere, quo solent amici amicorum beneficia repensare. Tertia cōclusio Nulla lex obstat quod minus fas sit mutuanti illa rōne mutui conquirere, & exigere, quę pretio pecuniæ non pendūtur vt puta mutuatarij amicitiam, ac beneuolentiam. Ex his conclusionibus summatim colligitur iudicium quæstionis pręsentis. Tertia enim requisita sunt, quę mutuationem usuraria macula inficiant. Primū, at id quod expetiturę ęstimabile sit pecunia. Secundum vt ratione mutui expectetur, & non quia aliàs debitum, vel alia via. Tertium quod ducatur in pactum, uel expressum uel tacitum. Quod intelligendum est, ut mutuationis actus sit re exterior usura. Nam etiā

Prima conclu. Aristot. Secūda concl. Tertia conclu. Tria sūt quæ mutuationē vsurariā reddūt.

ſi in mutuatione non interueniat pactum, ſi poſtea receptio fit ratione mutui, eſt receptio vſuraria. Quare vſura mentalis, vt diximus, eſt mente intendere ratione muti lucrum accipere. Per hæc enim prudentiſſimus, quiſque de omnibus iudicabit. Contra tertiam vero concluſionem, qua dictū eſt, licere pro mutuo exigere id, quod pecunia non æſtimatur, obuium ſit illico ſophiſticum argumentum, quod liceret mutui obligatione exigere ab epiſcopo ſacerdotium, ſi quidem ſpiritualia non ſunt pretio æſtimanda. Reſponſio autem eſt, quod concluſio loquitur de his, quæ in humana ciuilitate ad gratiam & vrbanitatem pertinēt, videlicet, quæ ſub obligationem non veniunt, ſed ſolent dari gratis, ſpiritualia vero alia ratione non æſtimantur pecunia, nempe quod non ſunt eorum propria, qui conferunt, ſed ſunt illis à Deo gratis commiſſa, vt tanquam eius bona gratis diſpenſent. Ob idque res huius generis crimen eſt, pretio, tam dare quā recipere. At quia ait ſanctus Thomas beneuolētiam & amicitiam non eſſe æſtimabilem pecunia arguitur contra. Secundum æſtimationē humanam vir probus pluris faceret bonorū amicitiam, quam aliquem pecunię numerum. Quin vero & pretio illam emeret ergo eſt æſtimabilis pecunia. Reſpondetur quod non ideo cenſetur non æſtimari pecunia, quod non ſit pretioſior, quam illa, ſed quod natura ſua neque emitur, neque venditur, conſiſtit enim in voluntate quæ non cogitur. Potes tu quidem collata pecunia emollire hoſtis animum, vt te diligat, emere vero, ceu panem, minime. Ob idq; non modo intuitu amicitiæ contrahendæ mutuare licet, verum & amicitiæ ſigna in pactum ducere, nam verum amorem, eſt impoſſibile, vt puta quod mutuatarius nō tibi noceat, affabilem ſe tibi præbeat, atq. vrbanum, &c. Quid autem, ſi ad amicitiam illius adrepere per mutuum procures, qui tibi poteſt aut ſacerdotium conferre aut magiſtratum, puta ſi rex, ille ſit, aut epiſcopus? Aiunt quidam, quod quando propoſitum non ſiſtit in amicitia, ſed vlterius ad lucrum progreditur, vſura eſt mentalis. Sed tamen de hoc iam regulam ſupra tetigimus, quam nunc confirmandam repetimus, videlicet, quod vſura mentalis per obiectum perpendenda eſt, non per hoc, quod ſit principalis intentio vel acceſſoria nempe ſit per mutuum intendis mutuatarium allicere, vt ratione mutui tibi quidpiam cōferat, vſuram mentem committis quamuis illa forte non eſſet principalis intentio. Si autem nō intendis, niſi amicitia eum deuincere, & poſtea, non ratione mutui ſed ratione beneuolentiæ id tibi conferat, cuius tu dignus es, nulla eſt mentalis vſura, etiam ſi illa ſit tua principalis intentio, puta facere amicum, vt poſtea bene erga te affectus gratuito, & liberaliter tibi aliquid donet. Itaque totum negociuum hinc pēdet, quod ſperas habere vel ratione mutui, vel ratione amicitiæ. Si autem illius officii quod ſperas indignus es, alia eſt noua iniquitatis ratio, Sententia eſt S. Thom. q. 13. de malo quam probet Caiet. quolib. 1. quæſt. 3. ſequutus eſt. Patet exemplis concluſio, Dum æquiſſimum noſti epiſcopum quem nullo alio reſpectu, quam iuſtitiæ, ſcis ſacerdotis conferre licet tibi ei ſeruire ad venandum eius beneuolentiam, vt poſtea gratis, & non propter impenſa obſequia conferat tibi beneficium, cuius eis dignus, quia certus es neque illum propter obſequia daturum, neque te recepturum. Item ſi tu magiſtratu dignus es, ſed tamen regi inuiſus, potes illum muneribus placare, vt te ad eius amicitiam inſinues, & dignorum albo te aſcribat, cur ergo non poteris etiam mutuato aureo beneuolentiā eius piſcari? etiam ſi alioqui non mutuares, niſi vt eius amicitia tibi eſſet frugi. In ſumma, cum exterioris mentaliſque vſuræ idem ſit obiectum, exterior eſt fidiſſima interioris regula. Accipere ratione mutui, vſura eſt in re, ergo id animo proponere, vſura eſt in mente. Accipere vero ratione amicitiæ, non eſt realis vſura, ergo neque illud optare, eſt mentalis. Scio equidem reſponderi poſſe, quod licet illud ſimpliciter optare, non ſit peccatum, tamen illam amicitiam per mutuum procurare, culpa non vacat. Attamen cum obiectum intentionis ſit licitum, neſcio quid culpæ hic lateat. Hoc tamen fatendum, quod cum ſit valde ſubtile diſcernere quando intentio ſubeſt recipiendi ratione amicitiæ, aut ratione mutui, ſemper eſt talis intentio ſuſpecta. Sed vbi vir prudens id diſcernit, nulla ſubeſt culpa. Sed nunquid non poteio pro mutuandi beneficiū amici-

Argū.

Solutio.

Scrupulus.

Solutio.

Vſura mētalis.

S Tho. Caiet.

Quæſt.

amicitia cum illo me coniungere, cui debitor ſum, vt mihi remittat? Vt ſi me quiſpiam de re aliqua in litem vocat, num mutuata pecunia poſſum cum illo fœdus inire, firmato pacto vt liti cedat? Reſpondetur, quod ſi rem illam vere debeo, non poſſum in pactum ducere, ſin vero per calumniam diuexor, poſſum quidem conuentione mutui meam redimere vexationem. Exiſtit autem contra priorem partem argumentum. Si quem ego iniuria affeci ſeu honorem eius læden-

Solutio. do ſeu famam etiam ſi pecuniariam reſtitutionem ex me iure poſſet exigere, poſſum nihil ſecius ego mutuandi vinculo eum obligare. Reſponſio. Quod

Arg. cõtra ſolutionem. ego quidem procurem, vt ratione amicitiæ per mutuum genitæ mihi condonet iam aſſertum eſt, licere. Quod vero paſciſci liceat, aliquantulo maior eſt hęrendi ratio, tamen recte mihi videor id quoque concedere ſaltem antequam ſin in pecuniam condemnatus. Nam etſi honor & fama pecunia poſſit æſtimari, tamen ex natura ſua iure amicitiæ condonari ſolet. Quare illud pactum non eſt niſi amicitiæ fœdus. Suffragatur nobis Syluester ver. vſura. pri. §. 11. Quæris autem forte, nec immerito, vtrum illa amicitia poſſit in pactum duci, quæ turpis eſt vſus? Vtrum ſcilicet petulans iuuenis conuenire ex mutuo poſſet cum muliere de turpi obſequio? Et ratio dubitandi eſt, quia illa nihil aliud apparet, quã amicitia. Reſpondetur, quod amicitiam permutuum procurare, vt poſtmodum illa amore victa conſentiant, non eſt vſurę vitium obligare tamen illam, minime ab eodem vitio excuſatur, quia illa obligatio æſtimabilis eſt pecunia. Ecce de his, quæ pecuniam non ſunt æſtimabilia. Contraria ergo ratione nihil pretio pecuniæ dignum poteſt in pactum mutui conſtitui, vt non licet tibi ea conuentione regni mutuare, tributorum te penſione exoneret, ſiue per priuilegium ſubſignatum, vt fias nobilis, ſiue in tempus, niſi forſan in propatulo eſſet quod per iniquitatem & tyrannidem exigerentur. Nam tunc quia illa non debeo, nihil ratione mutui recipio, ſed vindico me ab iniuria, defendendo quod meum eſt. Eadem ratione nec poſſum ratione mutui principem obligato, vt opuſ. 21. ait S. Thom. qui mihi conferat magiſtratum aut rem aliam. Neque poſſum mutuare centum eo pacto, vt mutuatarius illa vel eorum partem ſuis expenſis extorqueat ab illis meis debitoribus, a quibus difficile extorquebuntur. Neque ſi habeo frumẽtum decem miliaribus ab hinc longe, poſſum mutuare, vt tu inde aduehas vel illic conſumas, ſed mihi id hic perſoluas, quia te vectura aggrauo. Neque vero vt aliquod obſequium recipias vel a manu vel a lingua, vt alius ſcilicet tibi adſit aduocatus in cauſſa, vel ſit tibi amanuẽſis. Immo vero neque in pactum ducere, vt mutuatarius eleemoſynas faciat, vel alia opera miſericordiæ. Hæc inquam non licet in pactum ducere: neque expectare ratione lucri. Secus, ſi alter gratuito referat. Neque vt mutuatarius coram te canat, vt ſaliat aut negotia tua gerat, aut pro te oret principem, niſi res eſſent tam exiguæ, pro quibus non conſueuit pretium rependi. Atque eandem ob cauſſam neque mercator citra notamen vſuræ mutuare ſub eo vinculo poteſt, vt vel totum mutuum vel partem in mercibus mutuatarius ſuſcipiat etiam ſi iuſto pretio vendat, dummodo ille re uera mercium non egeat ſed cogitur emere ratione mutui quoniam obligatio illa emẽdi æſtimabilis eſt pecunia. Immo inde lucrum mercatori obuenit, nam licet merces tantum valeant, maiorem tamen copiam vendit quam vendidiſſet. Ex quo iniquiſſima mercatorum fraudulẽtia proditur, qui indigenti regi ſtipendio militũ, ea ratione ei mutuant, vt milites id mercibus tantum ſuſcipiant, & tantum in pecunia. Eſt enim triplex aut quadruplex figura prauitatis. Prima, quod licet ipſi putent merces tanti valere, haud tamen ita res habet, quia emptorum raritas extenuat pretium, & ſi illi non diſtraherent inter milites, non cito nanciſcerentur emptores, qui bus illo pretio diuenderent. Secũda iniquitas eſt, quod quia credito vendunt, carius vendunt. Et cum a rege expectationis intuitu lucrum ceſſant nihilominus conradunt, fit vt tempus bis vendant. Et tertio cum miſeri milites non indigeant eiuſmodi mercibus, viliſſimo eas ſtatim pretio coguntur, reuendere, atque vt ſummatim dicamus pro decem millibus, quæ rex ſoluit, vix milites ſex millibus potiuntur. Sed per

Merca torũ inſignis. fraudulentia.

Dubitatio.

contaris, vtrum poſſis mutuarium ratione mutui ligare vt tuum colat agrum iuſto pretio, vel tuum molendinum, aut furnũ, aut tabernam frequenter? Sũt quippe qui aſtruunt id licet, vt Summa Angelica, & Adrian q. de vſura, & quos Sylu. memorat in verbo, Vſura pri. §. 7. Quorum ratio eſt, quod cum huiuſmodi mutuator nullum det damnum, nullum extorquet pretium. Attamen ab aduerſa parte ſtat ratio, quod illa ciuilis obligatio eſt, æſtimabilis pecunia. Haud enim dubium eſt, quin priuatio libertatis ſuapte natura d gna ſit pretio. Alij vero arbitrantur nullam committi vſuram, ſi mutuum dederis illo termino ſoluendũ, quando mutuatarius ceſſauerit ad tuum molendinum venire, vel tibi alia via iuſto pretio ſeruire. Sed re vera eodem relabitur. Et ideo vſuræ palliatio eſt, niſi forte contractus ſit emptionis, & venditionis nihil enim vetat quo minus poſſit conſtituto pretio obligare hominem vt ad tuũ veniat molendinum per tot annos, ac per totam vitam, etiam adiuncta pœna, vt quãdo defecerit, certam ibi mulctam ſoluat. Hinc plane colligitur prædiorũ dominos vſuræ ſordibus infici, dum eo pacto colonis pecuniam aut frumentum mutuant, vt auctiori pretio fundos ſuos & prædia conducant. Neq. vero excuſantur, dicentes prædiorũ vſum tanti valere, ſed quia non poſſunt colonos alia conditione inuenire mutuant, nam ſi non inueniunt, ſignum eſt quod non tanti valet conductio. Ergo quãdo inuenires alium tanto pretio conducẽtem, tutum tibi eſſet tunc pauperi mutuare, vt eodem pretio conduceret, aliter minime. Sunt præterea qui vſuram in hac cõuentione nullam agnoſcunt. Obliga tu te mihi meas in æſtate demetere fruges pretio tunc temporis currente, vt ego tibi tũc ſoluam partem pretij. Nam hic nulla apparet mutui ratio, ſed ſolutionis. At vero nõ auderem hoc admittere. Nam illa anticipata ſolutio mutuatio, quædam eſt pecuniæ per operas alterius ſoluẽdæ. Quare obligõ ratio mutui fit. Sed arguis contra: Dũ mutuatarius iuſtum pretium ſuarum operarum recepit, nulla ei videtur deberi reſtitutio. Reſpõdet Io. And. vt refert illic Adr. quod debet fieri pauperibus. Nulla hoc tamen iubet ratio, quoniam reſtitutio nõ cedit in ius pauperum, niſi vbi non poteſt haberi creditoris copia, vel vbi condemnatur vt perdat, ſicut in ſimonia. Sed illi eſt reſtituendum, quantum illa obligatio valet. Ex quo fit, quod ſi vt ſe colonis obliget, pretium aliquantulo ſtatueretur, ei maius, aut vt veniat admolendinũ, aliquid remitteretur pretij molæ, nulla eſſet vſura. Item, ſi etiam conductor obligaretur ipſum conducere, nam tunc quia obligatur vnus obligatur, & alter, & non ex vi anticipatæ ſolutionis. Et hæc de prima conditione vſuræ, quæ eſt, vt quod recipitur æſtimabile ſit pecunia. Secunda vero eſt, vt ratione mutui recipiatur. Quapropter ſi mutuatarius alias mihi debitor eſt, poſſum illlũ pactione mutui diſtrictius deuincere, vt cum mutuata pecunia aliam etiam mihi debitam ſoluat. Vt verbi gratia ſi abſque arbitris decem illi mutuo dedi, quæ id iudicio negare poteſt, poſſum ea lege decẽ inſuper mutuare, vt corã tabellario ſyngrapham omnium viginti mihi ſubſcribat. nam licet illa obligatio æſtimabilis ſit pecunia mihi tamen illam debebat. Et eadem ratione excluditur a rõne vſuræ, ſi vel ratione lucri ceſſantis, vel donationis, vel alia via illud recipiam. In calce tamen huius articuli explicandum ſupereſt, in qua ſpecies ſit mutuũ reſtituẽdum, vt iuſtitia citra vſuræ crimen, quod alteutra partium committat, obſeruetur. Habet enim locũ mutuatio in his, duntaxat rebus (vt ſupra dictũ eſt, & hẽ. l. mutuum. ff. de rebus cred ſi certum petatur) quæ vſu conſumuntur. Mutuo ergo tibi modios frumenti decem, quo tẽpore vilius venditur, vtrum tpe redhibendi, quo forte carius erit, eandem menſuram mihi debeas quam tibi dedi, an idem tantũ pĩũ quo æſtimabatur dum tibi contuli? Et vice verſa ſi pluris vendebatur dum tibi tradidi, vtrum poſtea eandem præciſè mihi debeas menſura, an quo vẽdidiſſem, pretiũ? Idem eſt de vino, oleo melle, & ſimi. Tractat hoc Sylueſt. in verb. vſura pri. §. 18. & 17. & alij multi, quos re vera nõ video ſcopũ punctim ferire. Reſpõſio ergo hiſce diſtinctionibus fit clara primum, diſcernenda eſt mutuatio a vẽditione. Etenim dum tu hyemali tpe decem modios frumenti credidiſti videndũ eſt, vtrum mihi eo pretio vendidiſti quo tunc vendebatur, an vero mutuaſti. Si vendideris, non tibi frumentum, ſed precium debeo. Quapropter ſi tunc

Summa Angel. Adrian. Sylueſt.

Solutio oppoſitæ dubitationis.

Corolla rium.

Argu. Ioã. Andre.

Solutio legitima.

Secũda cõditio vſurarij contractus.

Qõ celebris.

Solutio.

si tunc singuli modij valebant ducatum, decem tibi ducatos debeo, quocunque precio post frumentum væneat. Et ideo si inter nos conuentum fuit, vt idem precium frumenti rependerem, & postea valet modius non nisi dimidium ducatum, viginti tibi modios debeo. Res est clara. Si autem non sit nisi mutuatio, tunc non precium, sed decem tibi præcise modiorum debitor sum, quocumque venundetur postea nummo. Vt si mense Ianuarij frumentum suscepi, soluendum sequentis anni eodem mense, eosdem tibi decem modios eiusdem qualitatis remetiri teneor, vt scilicet granum eiusdem si: bonitatis. Neque refert longe ne maioris annona væniebat, quãdo tu mihi dedisti, an multò minoris? Et idem est vini iudicium atque aliarum rerum vsu consumptibilium. Etenim ratione mutui non tibi debeo precium, sed corpora in eadem spem & qualitate. Quã ob rem si quando ego tibi soluo non valet modius nisi dimidium ducatum, quinque ducatis tibi satisfactio, licet quando a te mutuatus sum, decem modij emerentur ducatis decem. At vero si tu mihi mensus es frumentum vetustum, obligans me vt tibi remetias nouum, vsuraria mutuatio est. Nam petis frumentum melioris qualitatis quam mihi tradis neque refert vtrũ nouum vilius vendatur. Et ideo isti reconditores frumenti caritatem exoptantes, renouatorum nomine infamantur. Mutuant enim frumentum subm arcidum ac corruptioni proximum vt reddatur eis nouum. Atque idem in oleo & vino & alijs censeto, vt si subacidum vinum mutuas, vt dulcius tibi reddatur. Hæc doctrina, quia rationis germana ciuilis quoque iuris est, vt patet, ff. de rebus cred. si certa peta. per totum præsertim l. vinum. Quæris autem, quid si mutuo soluendo non sit designata certa dies, vtrum fas sit tũc mutuatori non repetere, quando det vilius vę nundari, sed opperiri tempus, quo sit maximi precij, vt frumentum duplet aut triplet? Respondetur ex natura rei nulla prodi ini.stitiæ effigiem. Esset tamen variæ indicium euidentius, quam charitatis. Dico non esse iniustitiam, nisi mutuator operam daret, ne aliter antea solueret, tunc enim iniustitia fit. Alioquin mutuatio imputatur, si non sibi consulit soluendo, quãdo ex re sua fuerit. At vero dum pactum interuenit, vt solutio non fiat ante certum tempus, quando coniecturæ docent auctori precio æstimandum, vsurarios contractus est. Contra hanc autem sententiarum sumitur a monetarum æstimatione argumentum. Sequeretur in quam ex his, quę dicta sunt, quod liceret mihi mutuare tibi ducatos centum quando minori argento vel ære æstimantur, & postea dum regis pragmatica aureorum valor augetur idẽ auri pondus suscipere. Sylvest. vsur. pri. §. 14. refert doctores iuris dicentes quod si verisimiliter dubitatur tempore solutionis posse valere minus plusve, tunc eadem antea moneta est restituenda. Sed re vera vel me vel istos fallacia cæcos. Inter stat. n. ni fallor, laniſſima inter capedo inter valorem monetæ, & valorem aliarum rerum vsu consumptibilium. Nam dum precium verbi gratia frumenti, vel vini, vel olei augetur, res ipsa in se immutata manet. Et ideo eadem est restituenda mensura, quæ mutuo recepta fuit modo iam exposito. Quando vero monetę valor augetur, ipsa in se natura monetæ quatenus moneta, hoc est rerum mensura est, augetur ac si augeretur mensura frumenti, vt puta modius fieret maior. Et ideo si quando a me mutuatus es ducatum, non valebat nisi regalia vndecim, & post ad duodecim eius æstimatio aucta est non debes ducatum integrum, sed vndecim argentea regalia. Quemadmodum prorsus si decem tibi vrnas frumenti mutuarem, dum vtnam duodecum tantum modioli explebant, & postea per legem aucta est vt capiat modiolos tredecim, non debes mihi nisi vrnas, quæ duodecim precisè reddãt. verumtamen quod de variatione valoris pecunię diuersis temporibus in eadem prouincia dicimus, falleret quidem si pecunia traduceretur ab vna prouincia, in aliam Ducatus, exempli gratia in Hispania, quæ auri abundantior est, minori argento penditur, quam in Anglia vbi maior est argenti copia. Ob idque vndecim hic argentea regalia plus valent quam illic. De hoc ergo reponenda est disputatio vsque ad proximum librum, vbi de cambijs differendum nobis est.

Restat ergo vt ad argumenta respõdeamus, quæ tantum nos duo proposuimus.

Primum.

Renouatores.

Dubitatio.

Solutio.

Obiectio contradicta

Sylvest. Discrimen inter pecuniæ & aliarum rerũ valorem.

Solutio. Tẽperatio superioris assertiõis.

Primum enim S. Thom. de lucro ceſſante, ſtatim artic. proximo enucleandum eſt. Secundum verum idem fetme, eſt quod prę cedenti artic. 5. loco fecerat, atque illic ideo ſolutum reliquimus. Eſt enim eiuſmodi. Mutuatarius tenetur ex honeſtate beneficium compenſare, ergo poteſt ad illud beneficium ratione mutui ciuiliter obligari. Iam enim ſupra negata eſt conſequentia. Nam iuſtitiæ legi illa repenſatio ſatisfacit, qua tantum tibi redditur quantum mutuaſti, aliæ autem honeſtatis, libera eſſe debet ſicut tu libere mutuaſti. Ad quartum ergo, quod nos primum fecimus, nempe an liceat ratione mutui obligare mutuatarium ad iterum mutuandũ, reſpondet Angel. aſſertorie Ratio ſua eſt eadem quæ paulo ſuperius allata eſt, nempe quod in tali contractu nullum mutuatario datur damnum. At vero iam ibidem monſtrauimus fallacem eſſe rationem. Nam licet beneficium mutuandi, officium ſit liberalitatis, & miſericordiæ, tamen obligatio eſt æſtimabilis pecunia. Ob idque perſpecte D. Thom. negat eſſe licitum. At vero vtrum mutuare hoc pacto licet, vt in præſentia tu mihi aliam rem mutues, ſcilicet mutuo tibi frumentum, vt mutuas mihi vinum? Nam ex dictis S. Thom apparet licentiam hanc colligi, vbi ait. licet ſimul mutuanti vnum aliquod aliud mutuum recipere, non aut licet eum obligare ad mutuum in poſterum faciendum, cũ tamen diſcrepantia deprehendi vix queat quod cum non te poſſim ligare vt cras mutues, poſſim te obligare vt ſtatim mutues. Neque reſponſio ſolida eſt, ſi dicas mutuationem de præſenti non eſſe æſtimabilem pecunia, nam etſi hoc verum ſit, tamen obligatio eſt æſtimabilis. Reſpondetur ergo quod neque S. Thom. dicit, quod poteſt intercedere obligatio in præſenti, vt ſcilicet petenti ex te mutuo, non aliter concedas, quam ciuiliter obligãdo vt ſtatim mutuet. Sed ſupponit vti res habet quod mutationes de præſenti gratuito fiunt. Vt, mutuatu mihi, & ego tibi. Et ideo ſimpliciter ait quod licet mutuum recipere. Quapropter placet mihi appendix illa Caietani hoc loco, nempe quod liceat fideiuſſori pretium recipere, vt fideiubeat. quoniam illa obligatio qua ſe ſtringit tuo nomine ſoluere, æſtimabilis eſt pecunia ac ſubinde vendibilis. Quod ſi contrarius inſurgas fideiuſſio eſt quædam ſpecies mutui, ſed fideiuſſor mutuaret amico pecuniam, non poſſet pretium reciperet, ergo neque inde quod pro eo fideiubet. Negat tamen prior præmiſſa. Alia enim res eſt fideiubere pro te quam mutuare tibi. Ex quo rurſus infertur, quod poſſet quis vt ſe obligare paratum eſſe ciuibus mutuare quoties egerent, ſtipẽdium Reipublicæ ſuſcipere, hoc enim nõ eſt pro mutuo, ſed pro obligatione. Ac demum ex his colligitur, quod non mihi licet mutui te nodo colligare, vt pro me fideiubeas. Quintum D. Thom. argumentum materiam inducit contractus ſocietatis, de qua, nos infra longam diſſertu ri ſumus quæſtionem Ad ſextum ergo, quod nos ſecundo loco poſuimus de pignoris vſufructu, reſpondetur planiter, ꝙ quando pignus eſt fructuoſum, computandi ſunt eius fructus in ſortem. Alias iidem reciperentur in pretium mutui, vnde vſuræ labes contraheretur. Cautio vtriuſque iuris, vt extra de vſur. capit. 1. & 2. & C. de diſtr. pign. l. 1. Exurgit autem duplex difficultas ex eodem iure Prima naſcitur ex c. conqueſtus, eod. vbi poſtquam præcipitur vt fructus pignoris ducantur in ſortem, additur. Niſi terram ipſa de feudo ſit monaſterij veſtri, nempe quod ſi eccleſia fundos aliquos in feudum ſeu in emphyteuſim alicui tradidit, & poſtea feudatarius eidem eccleſiæ eoſdem impignorat fundos eccleſia poteſt recipere fructus non computando in ſortem mutuatæ pecuniæ. Idem habetur extra de feu. cap. 1. & tamen eſſe appareret manifeſtariæ vſuræ ſcelus. Sunt ergo qui nõ aliter hoc putant defendi poſſe, quam quod in utilitatem eccleſiæ permiſſum eſt. Verumtamen ſolutio hæc non ſatisfacit. Nam eccleſiæ mos, & conſuetudo eſt potius non exigere vſuras: neque vnde licite poſſet. vt patet in capit. fraternitas. 12. quæ. 2. Et ideo alia nequit reddi ratio, quam quod hæc eſt natiuo feudorum conditio, vt quoties adierint ad verũ dominum, redeant cum fructibus, ſed tamen feudatarius abſoluitur a ſolutione feudi vt eodem capit. 1. de feud. habetur. Verum eſt tamen æquitati apparere, confine, vt ſi feudatarius, quia meliorem reddidit fundum plures colligebat fructus qui ſoluebat ille exceſſus ſemper obuenire ei, quam-

Primũ argum.

Ad ſecũ dũ arg.

Dubiũ.

Prima difficultas de fructib. pignoris.

Solutio D. Tho.

Solutio.

Caieta.

Feudorũ cõditio.

ei quamuis eum impignorasset. Attamen quia exoneratur illo onere excollendi deinc ps.fundum,& meliorem reddendi, etiam illo excesse priuatur. Grauius tamen oboritur dubium ex capit. salubriter de vsur.vbi habetur quod si socer tradidit genero pignus dotis fructuosum, iuste idem gener vsu fruitur pignore, dum sibi dos non soluitur, neque fructus illos cogitur ducere in sortem. Idem permittit ius ciuile,l. Pater,ff de doli mali & met.except. Et quidem de conclusione nemo ambigit,sed tamen de ratione est dubium. Aiunt enim Panor. & cæteri super d. cap. salubriter rationem sumi ex sustentatione onerum matrimonij. Sed est Adria. in q.de vsura. cui caussa hæc non probatur? Argumentum eius est,quòd in alijs quoque contractibus contingit, vt qui pignus recipit, teneatur aliqua onera sustinere, & tamen non ideo potest percipere fructus extra sortem, vt si vendas annuam pensionem pretio mille ducatorum, pro quo recipis pignus, teneris illa onere soluendi pensionem sustinere & nihilominus debes fructus pignoris in pretium numerare. Item qui stipendio regis viuit, tenetur alere familiam, & tamen si pignus stipendij acciperet, tenetur fructus recipere in pretium, ergo ratio illa nulla est. Hinc ergo colligit Adrianus q̃ non potest gener recipere illos fructus extra sortem nisi ratione interesse puta lucri cessantis. Et miror ita alios esse hoc argumẽto deuinctos, vt dicant caussa esse Theologorum opinionem, cum tamen nullus præter Adrian. extiterit, qui hoc somniet. Enimuero quòd propter onera matrimonij illic fluctus percipiatur, non solum doctorum opinio est,sed expressa iuris sententia. Hanc enim rationem subdit præfatum c.dicens. Cum frequenter dotis fructus non sufficienter ad onera matrimonij supportanda. Atque idem colligitur ex allegata l. Pater. Quis ergo Theologorum id audeat negare? Præterea,caussa illa lucri cessantis communis est in alijs etiam contractibus, & tamen leges aliquid peculiare tribuunt genero in fauorem matrimonij. Adde quod si illa esset tantum caussa, locum non haberet nisi vbi gener esse mercator qui in negotiatione deberet, tractare pecuniam. Nam qui illam non habet negotiationi expositam, agere de lucro cessante non potest, & tamen generis in vniuersum indultum est priuilegium hoc. Istæ rationes adeo mordent eosdem auctores, vt illic non persistant, sed dicant esse donationem soceri. Hoc tamen responsum nullum habet fulcimentum, nã Papa cum interrogatus fuerit de iure, nihil respondit de donatione, sed quid ius ratioque iubeat. Igitur Adri. & qui eum sequuntur, ideo seducti sunt,quod nullatenus intellexerunt quidnam esset onera matrimonij sustinere. Haud enim hoc,vt ipsi putant,id simpliciter est,quod vxorem familiamque alere, vt in alijs oneribus vsui venit, sed est eandem alere, reseruata semper dote. Tenetur enim semper maritus vxori de integra dote, & quia præter dotem debet illam alere, etiam si non sit negotiator, recipit iure fructus pignoris, dum soluatur, dos, quia præsumitur quod aliquid illa dote emeret, vnde illa salua, vxorium onus ferret. Et ideo lex illa ,pater, docet quod quando pater alit filiam, non potest gener recipere fructus pignoris. Sed quid si gener libere concessit terminum solutionis socero? Respondeo, quod id concessit suscepto fructifero pignore censendus est intellexisse secundum ius, ideoque potest percipere fructus extra sortem,nisi contrarium libere expressisset. Nam cum possit quisque indotatam sibi despõsare,potest & fructus remittere pignoris. Quod fit vt Almain 4. sent.dist. 15. q. 2. immerito remordeat Iurisconsultos, dicens, quòd quando socer non est in mora soluendi non licet genero recipere fructus pignoris vltra sortem. Immo ipse non penitus radicem iuris penetrauit,quo potest illos etiam tunc suscipere. Atque hinc plane, quod Panorm. eod c. salubriter, scite, vt arbitror colligit, posse generũ non solum fructuosum pignus, verum & certam pensionem quotannis recipere, dũ dos non soluitur. Illud enim non recipit ratione expectatæ solutionis, sed quia dote salua,tenetur familiæ prouidere. Neque argumentum quorundam contrarium tenentium vllius est momenti, s.quod Papa non respondet nisi de fructibus pignoris. Nam ex eodem responsio colligitur,quod potest alia via recipere vnde vxorios sumptus faciat. Sylvest. autem moderatur sic sententiam,vt non possit,gener plures fructus

Panor.

Adrian. Argu Adrian.

Prima rõ in Adrian.

Secũda ratio.

Postrema.

Decæptio Adria. & cõplicũ Sentẽtia auctoris

Scrupulus.

Solutio

Almain

Panor.

Sylvest. moderatio.

ctus ſuſcipere pignoris quam quibus ſufficiat onera ſupportare. Et arbitror conditionem non longe a veritate aberrare. Etenim quod alij dicunt, ſtantum poſſe recipere, quantum lucri ceſſat, inde refellitur, quod (vt probatum eſt) non recipit ratione lucri ceſſantis. Atqui ex eadem radice ſoluitur alia quæſtio ſi interroges vtrum defuncto marito poſſet etiam vidua recipere fructus pignoris vel alia alimẽta, ſeu a patre, qui nõdum ſoluit dotem ſeu a mariti hæredibus, ſi ſoluta fuerat. Apparet. inde non licere, quod diſſoluto matrimonio vidua non ſic perfert matrimonij ſumptus, vt debeat ſeruare dotem, & ideo poteſt mutuum ſuſcipere ex illa poſtea ſoluẽdum Nihilominus reſpondetur, abſq; dubio, ſeu pater debeat, ſeu coniuges hæres, alteruter tenetur, vel dotem ſoluere, vel illam ſecundum ſuum ſtatum & conditionem alere, quia tenetur maritus iure matrimonij eam alere, quouſq; ſuam ei integram ſoluat dotem, quæ dent eius hæredibus, quã maxime fieri põt reſeruari. Hoc tamen mihi dubium impreſentiarum occurrit, ad rem minime impertinentes, vtrum poſſet quis filiam non aliter dotare, quam mutuando genero pecuniam, ita vt mutuaret quiſpiã decem millia ducatorum mercatori ſub pacto, & obligatione, vt ſuam duceret filiam? Apparet enim hoc eſſe licitum. Primum, quia poſſet quiſq; (vt dicebamus) indotatam ducere, ergo pro mutuo. Item, quia ducere vxorem, videtur eſſe opus amicitiæ nam illam deberet prudentiſſimus quiſque ſibi matrimonio adiungere, quam haberet honeſte charam, amicitiam autem prõ mutuo poſcere non eſt vſura, vt ſupra dictum eſt. Præterea, ſi ille diligens eſſet & negotiationum peritus pluris pẽderet decem millia mutuata, quã donata mille. Reſpondetur nihilominus non eſſe licitum. Nam dũ mutui vinculo alium obligat vxorẽ ducere cum illa obligatio grauis ſit æſtimabilis pecunia, vſum mutuatæ pecuniæ ſ. orſum conſideratum, rependis, in prætium illius obligationis, loco videlicet mille ducatorum, quos ille in dotem reciperet. Neque refert maioriſve ille æſtimaret mutuum, an minoris. Et ad illud reſpondetur, quòd quamuis per amicitiam poſſet gratis vxorem ducere, tamen iam tunc non facit gratis, ſed pro vſu pecuniæ prætio æſtimato. Ex his fit conſequens Reges autem magnates nullatenus poſſe vrbib. aut villis quas in pignus mutui ſuſcipiunt, extra ſortem vſufrui, neque vlla ratione poſſunt ab vſuraria iniquitate excuſari. Remedium eſt tamen, vt non recipiant niſi emptas cum pacto retrouendẽdi, tunc. n fructus exportoribus obueniunt. Hoc aũt nihilominus ſubricendũ non eſt. Impignoras verbi gratia, ſterilem agrum, qui tibi neutiquam erat vſui, quia nec erat frugifer, neq; virecebat, neque illum colere cogitabas, alter aũt, cui impignoraſti, colit illum, vt olera inde ſaltem colligat, forte non eſt condemnandus, vt in ſortem ducat, quoniam cum tu nullum pateris detrimentum, non debet alterius induſtria in ſortem computari, veluti ſi depoſitarius vſu pecuniæ tuæ lucretur, nihil tibi debet. Hæc autem prudenter penſanda ſunt. Nã ſi emolumentum eſſet alicuius momenti, puta quo ager, non quod putabatur ſterilis, ſed domini in curia non colebatur, & poſtea cultus ſit frugi, arbitror fructus in ſortis ſolutionem annumerandos.

Qꝫ altera.

Rõ dubitandi

Dubiũ.

Rõhæſitandi.

Reſponſio.

Ad arg. facta.

ARTICVLVS III.

Vtrum ratione damni emergentis aut lucri ceſſantis liceat mutuatori quidpiam vltra ſortem recipere.

IN contractu mutuationis frequens habens ratio damni emergentis, & lucri ceſſantis, & ideo quęritur, an horũ ratione liceat mutuatori quidpiã ſupra ſortem accipere? Et arguitur a parte negatiua. Si hoc eſſet licitum, ſeqneretur, quod nullum eſſet vſuræ vitium, eiuſmodi lucrũ in pactum ducere, conſequens tamen eſt falſum, quia cum mutuatio opus ſit charitatis, gratis debet fieri, ideoque dum ſuapte ſponte ſuam quis pecuniam mutuat, debet eam ſubinde gratis a lucro duellere. Alioquin non mutuet, poſtquam non cogitur. Secundo arguitur ex verbo S. Tho. q. 78. art. 2. Id quod nondum quis habet, vendere nou poteſt, mutuator non habet lucrum immo multis peruium eſt periculis, quibus impediri poteſt, ergo pro illo nihil certi valet in pactum ducere. Tertio. Si de lucro ceſſante poſſet mercator ſtatim cum mutuatario conuenire patentiſſi-

Primũ argum. partis negatiuæ.

Arg. 2. D. Th.

Arg. 3.

patentiſſima aperiretur via palliandis vſuris. Haud ergo licet talem concedere licentiam. In contrarium tamen eſt, quod nemo tenetur ob præſtitum beneficium ſibi incommodare, contingit autem ſæpe, vt cupiam cauſſa mutui, & damnum accidat, & ceſſet lucrum, ergo licite poteſt tunc incolumen ſe, indemnemque ſeruare.

Quæſtio hæc & inter doctores controuerſa eſt, & inter mercatores periculoſa. Habet autem certi compertique quidquã, atque aliam partem dubiam. Ad eius ergo intellectum prænoſcenda eſt terminorum ſignificatio. Damnum quippe emergens eſt detrimentum, quod mutuatuor cauſſa ſolius mutuationis patitur, vt ſi rui noſas ædes reficere parabat, aut annonam in eſtate in totum annum emere, & amicus precibus improbis mutuatam ab illo pecuniam, quia ipſe forte grauius indiget, euellit, & idem tunc mutuator eum damni commune facit ſui, ſi poſtea domus ſine alia eius negligentia corruit, vel frumentum cogitur carius poſtmodum emere, vel per vſuras pecunias recipere quibus alia ſua debita ſoluat, illud dicitur damnum emergens. Lucrum vero ceſſans eſt, ſi mercator pecuniam negotiationi expoſiram, precibus etiam victus mutuat, vel quo citra dubium loquamur ab inuito extorquetur, vel ſtato tempore non ſoluitur, lucrum quod augere potuerat, ceſſat.

Damnũ emergẽs

Quid lucrũ ceſſans.

Reſpõdetur ergo ad quæſtionem quinque concluſionibus, ab his, quæ certiores ſunt, initio ſumpto. Prima concluſio. Quãdo mutuatori inuito, videlicet contra ſuã voluntatem vel damnum emergit, vel lucrum ceſſat, iuſte & abſque vllo vſurę periculo illud poteſt exigere. Momento lucrũ tunc duntaxat, ceſſare, quando pecunia erat in mercatoris negotiationi dedicata. Et ratio eſt patentiſſima, quia quando quis inuitus eſt, vim patitur, ac perinde quaſi rapinę iniuriam. Atque huc pertinet l. Cum quidam, ff. de vſur. vbi ait Iuriſconſultus, vſurę non propter lucrum pereuntium, ſed propter moram non ſoluentium inſligun tur. Et l. 1 habetur, quod ſi ſocius communem pecuniam in proprios vſus conuerti, teneatur ſocio vſuras præſtare. Et C. eo t. l. vſuras, cogitur emptor, qui in ſolutionis mora eſt, vſuras inſuper ſoluere vẽditori. Concluſio ergo in dubium venire non poteſt. Sed vtrum ſtatim ab initio poſſet ſic licite inter ambos conuenire, vt ſi non ſolueris ſtato die, tenearis deinceps certum numum vſuratum ſoluere? Reſpõdetur in primis quod nomine pęnę procul dubio poteſt. Nam cũ mutuatarius teneatur in tẽpore ſoluere, iam inde mutuator inuitus caret ſuis nummis. Et ideo rigore iuſtę mulctę poteſt illum cogere, ſicuti & iudex eum cogeret. At vero an idem liceat ratione caſſantis lucris, etſi aliquantulo ſit maius dubium, tamen neque negandum eſt licere, duntamen in fraudem contegẽdę vſurę id non fiat, empe ſi mutuator vere eſt mercator ex negotiatione victitans, quoniam poteſt bona fide mutuare vſque ad certum diem, admonitumque extunc mutuatarium habere, quod denique ſuũ non eſt propoſitum mutuare, ſed quod deinceps inuitus a ſuis negotijs cohibetur. Secunda concluſio. Si quis habet pecuniam negotiationi mancipatam quomodocũq. inuitus cogatur illam mutuare, nõ ſolum damnum emergens verum & lucrum ceſſans poteſt iuſte vltra ſortem repetere. Dico inuitus, quia ei vel aliqua vis infertur, vel tenditur fraus. Exempla. Vt ſi quis mercatori mortem aut incommodum aliud comminetur, niſi ſibi mutuet, vel ſi vaſallus prudenter grauiterque meruerit, niſi domino ſuo mutuum daret, diuexarũ iri ab illo, & moleſtias perpeſſurum. Hęc enim eſt quędam violentię ſpecies. Aut ſi forte rex ingruente bello indigeret a mercatoribus pecunias mutuari, qua vtique ratione poſſet illos compellere, illique tenerentur parere in hiſce inquam atque id genus accidentibus planum eſt mutuatariũ propter tales coactiones ſe poſſe indemnem ſeruare.

Prima conclu.

Ratio conclu.

Dubitatio.

Solutio.

Secũda conclu.

Atqui huic aſſertioni patrocinatur Pontificium ius, extra. de fideiſſor. capitulo peruenit, & capit. conſtitutus. quibus iubetur, quod ſi fideiuſſor nomine illius, pro quo fideiuſſit, ſoluit diſpendiumque aliud fecit, aut damnum accepit, tunc ille cuius gratia ſoluit reſtituat eum in ſuum ius, reddatque ipſum prorſus indemnem, ab omnique immunem iactura. Verumtamen quo ad rem deſcendamus, ibi latet quæſtionis neruus, vbi mutuator nullam ſpeciem vis aut fraudis patitur, ſed rogatus ſuapte ſpõte mutuat. De hoc igitur adhi-

Tertia conclu. adhibetur concluſio tertia, paulo minoris certitudinis, quam ſuperiores. Ille qui rogatus mutuat, poteſt præuiſum formidatumve damnum emergens in pactum mutui ducere, videlicet ſi domus ruinam timet, aut annonæ charitatem, quam modo emere impeditur, aut ſi vſuras poſtmodũ ſoluere cogitur pro ære alieno, in quo mutuet, manet. Concluſio eſt S. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 78. art. 2. alterique ſimilis, quam præcedenti quæſt. de venditore aſſeruerat, qui rei pretio apponere damnũ poteſt, quod vendendo incurrit. Ob idque ſimili ratione probatur. Damnum enim quod talis mutuator patitur, ſua intereſt, quod ideo ratione mutui accipere non tenetur, atque ideo poteſt de ſua incolumitate paciſci Moderati autem conſulto ſumus concluſionem veluti de venditione dicturi ſumus, nempe quod rogatus mutuet, mutuatariumque admoneat. Nam ſi vltroneus tacituſque mutuat, ſibi imputandum eſt damnum, quoniam ſi alter rem ſciret, nollet fortè ſub illa conditione mutuum accipere. Atque hinc ſequitur, quòd ſi damnum non fuit præuiſum, neque timebatur ſed poſt forte ſuperuenit, non tenetur mutuatarius de illo vtpote, qui reddere nõ cogitauit niſi ſimplex mutuum, vt per hæc intelligatur id quod diximus, rogatus, nihil enim aliud ſignificauimus quam quod mutuatarius ſciens & prudens tanquam rem ſibi commodam mutuari ab altero velit cum illo damno. Nam ſi ex re ſua nõ eſſet, nequiquam illud acciperet. Quo fit, vt etiam ſi qui damnum paſſurus eſt alteri ex charitate tanquam amico offerat conditionem, non ideo ſit inhabilis vt damnũ emergens recipiat. Hoc dixerim quia rogari vel offerre, vt ſtatim dicturi ſumus per ſe nihil facit neque tollit rationem vſuræ.

S. Tho.

Cõnis difficultas.

Diſtinctio.

Hactenus plana ſunt omnia. Totum, ergo quæſtionis pondus huc inclinat, vtrum pariter poſſit lucrum ceſſans ab eodem mutuationis articulo recipi vltra ſortem? Ad cuius examen præfigere operę pretium eſt diſtinctionem hanc. Bifariam poteſt exiſtimari pecunia, vno modo abſolute ſecundum eius communem vſum. Et de hoc omnes conſentiunt, nemini fas eſſe vltra ſortem aliquid recipere ratione mutui. Cuius rei exemplum in vniuerſis, qui negotiationi non vacant, late patet. Nam hic eſt vſus, qui ſeorſum non venit computandus. Altero vero modo conſideratur, vt nego rationis induſtriæ ſubeſt, nempe quia poſſeſſor illam habet negotiationis expoſitam. Et de hac pecunia aiunt Conrad. eoque multi poſteriores ſtatim poſſe mercatorem paciſci, vt lucrum ceſſans ad ſortem ſibi accumuletur, etiam ſi non ſit inuitus, ſed rogatus mutuet. Nihilominus ſtatuo egomet mihi hanc quartam cõcluſionem. Quod hoc modo poſſit lucrum ceſſans in pactum duci, non eſt adeo certum, vt patroni aſſertionis huius aut bitrantur, ſed eſt tum minus probabile, tum quam plurimis vſurarum periculis expoſitum. Et quidem quod non ſit vſque adeo certum, multis rationibus comprobatur. Primum, nullam iuris, aut canonici, aut ciuili legem inuenias, quæ hoc permittat, quod certe non eſt infimum argumentum. Nam cum tam frequentes extent, quæ vſuras ratione moræ pendi iubeant, videlicet dum mutuator, vel qui uis creditor inuitus re ſua caret, ſi ſpontanea hæc lucri ceſſantis pactio tam planè licita eſſet, non defuit lex, quæ id inſinuaret. Mox ſi piſcos doctores conſulas, Diuus Thom. id negat, conſulto dignoſcens inter damnum emergens & lucrum ceſſans, nempe quod illud licet in conuentione ponere, hoc vero minime. Cuius ſententiæ accedit Scotus in quarta diſtinctione 15. quæſtione ſecunda, & Durand. in tertia Sentent. diſtinct. 37 quæſtione ſecunda, & inter Iuriſconſultos illuſtris Innoc. ſuper cap. Nauiganti. de vſur. Immo inter antiquos graueſque ſeu iuris ſeu Theologiæ doctores neminem inuenias, qui explicitis verbis id aſtruat, niſi ratione moræ aut alius culpæ debitoris. Qui autem eam affirmant, ſunt Conradus recens auctor, quæſtione trigeſima eandemque cum forminidine & timore ſeptem conditionibus circunſepiens. Poſt verõ Sylueſt. verb. uſura. pri. §. decimonono, & Caiet. ſuper S. Thom. ſecunda ſecundæ queſt. 58. & in ſua ſumma affirmatius eandem defenſant. Atque Adria. in q. de vſura, licet fateatur (vt ſuo verbo utar) eſſe opinionem moderatorum. Quod ſi ratione agamus, vna eſt, quæ vehementer apud me aduerſus hanc opinionem depugnat. Lucrum ceſſare, vt nomen ſonat, eſt homine a lucro cohiberi. nemo autem cohibetur niſi ſua impediatur voluntas, inuoluntarium vero doctore 3. Ethic.

Opinio Conra.

Quarta conclu.

Prima rõ p cõcluſione

Secũda ratio.

D. Tho.

Scotus.

Durandus.

Innocẽ.

Conradus.

Sylueſt.

Caieta.

Adrian.

Rõ potiſſima a præteritæ concluſiõis.

Aristot. 3. Ethi. Aristot. sola vis, metusve, aut ignorantia facit, ergo vbi nullum istorum intercedit, non proprie censetur cessare lucrum. Certe est res creditu difficilis, quod si mercator qui negotiationi expositam habet pecuniam, offert illam mutuo, non potest recipere lucrum cessans, & tamen per hoc solum quod alter leuissimo verbo mutuum idem ab eodem petat, possit idem lucrum in pactum ducere cum nihilominus spontaneus facit rogatus, quam si alterum præueniret. Atqui per hanc rationem, omnes aliorum labefactantur. Primum enim patens est discrimen inter damnum emergens & lucrum cessans, nam illud non pendet ex industria, sed est mera passio, a qua idcirco se quisque incolumen seruare potest, hoc autem pendet ex industria a qua qui si sua spōte suam abstrahit pecuniam, non est, quod impediri cēseatur. Arguunt præterea sic. Post moram licet recipere lucrum cessans, sed pecunia negotiationi exposita tantæ vtilitatis erat ante illam moram, ergo poterat idem lucrum absq; mora peti. Sed vides argumentum extra chorum saltare. Haud enim negamus illam pecuniam tantum valere ante, quantum post moram, sed tamen antea non impeditur, sicut postea. Nam illa iniuria quæ fit post moram dimouet voluntatem inuiti mercatoris a sua negotiatione, & ideo debetur ei lucrum. Quando vero sponte mutuat, non proprie impeditur. Atque hanc differentiam optime perspexit D. Th quippe qui 2.2. q. 62. art. 4. in solutione ad secundum fatetur, quod qui pecuniam creditoris vltra terminum præfixum detinet, quia eum damnificat, tenetur ei refundere etiam lucrum. Ex quo male infert ibidem Caiet. eandem esse rationis vim ante moram. Nam quātum ad lucrum cessans, non censet D. Tho. creditorem damnificare, nisi dum inuitus impeditur, quando-quidem postmodum q. 78. negat ante moram idem lucrum licere recipi. Et per hoc aperitur fallacia alius istorum argumenti, huius scilicet. Qui mercenarium a suis operis impediret, teneretur illi refundere lucrum cessans, ergo negotia ori mutuanti. Negatur enim consequentia. Immo contrarium per hoc conuincitur. Si. n. vi aut fraude illum impedias, teneris quidem si autem tuis solis precibus ductus vult amore tui cessare, nihil ei debes. Et simile nos dicimus in proposito. Si autem conuentione facta ob pretium ille cessat, nullum ad propositum affers exemplum. Atqui & in huius discriminis ignoratione latet deceptio. Operæ. n. mercenarij natura sua locabiles pretio sunt, & conducibiles, pecunia vero minime. Nam si aliquid plus valet, non à se habet, sed duntaxat ex adiuncta possessionis industria ob idque quādo sua sponte mutuat, libere nudat illam tali valore. Quapropter neque est simile de illo, qui impeditur ne beneficium assequatur, cui restitutio debetur. Nam ille inuitus nō assequitur, neque rursum est par ratio de instrumentis. Arguunt. n. Opifex potest instrumenta suæ artis pretio locare, sed pecuniæ sunt etiam instrumenta negotiatoris ad lucrum, ergo potest illas locare Est nanque latissimum interuallum quod vsus instrumētorum, quia non consumuntur vsu, seorsum est dignus pretio, sicut vsus equi, & domus, quo idcirco locabilia sunt. Vsus autem pecuniæ per se non est ad illū vsum locabilis, quo consumitur, sed totus valor de tua nascitur industria, quem ideo recipere ne quis nisi quando impediris, impediris autem solum quando inuitus cessas. Arist. namque diuitias per se vocat fælicitatis instrumenta, s. vt liberalitatis virtus vsum habeat, non tamen quod sint sicuti aliarum artium instrumenta. Ac perinde patebit dissimilitudo de sato aruo. Arguūt siquidem præterea quod sicut frumēti modius per se non valet nisi modium, semina ti vero atque herbescentis pluris propter potentiam æstimatur, ideoque non solū, quando per vim ab aliquo pessunda ur, verum & ex conuentione potest vendi, quantum valet cum illa potentia, sic vtique negotiator, aiunt, potest cum illa potētia mutuare pecuniam. Porro autem a venditione ad mutuum, nulla fit solida consequentia. Nam res vendibilis suapta natura valet pretium, mutuum autem gratis fieri debet, nam, vt identidem hoc dicamus, industria mercatoris non impeditur nisi, quando eius voluntati seu per vim seu per fraudem obsistitur. Quare nec argumentum de iactu retis quid si iactum ff. de act. empt & vend. declaratur esse vendibilis in spe, ad presens propositum refert. Est enim res illa per se vendibilis. Hoc enim solum

Primū arg. contrariæ opinionis.

Solutio

Caieta.

Arg. 2.

Arg. 3.

Solutio

Argu. 4

Solutio

conclu-

concluderet, quòd poſtquam mercator iam emit merces, quas ad nundinas miſit, poſſet lucrum vendere, quod eſt in ſpe. Eſt enim tunc ſicut ſatus ager, & ideo illud lucrum eſt vendibile. Quando vero nihil emis, ſed ſponte mutuas, nihil habes quod vendas. Ac multo minus ad rem facit argumentum quod de genero ſit ſuſcipiente fructus pignoris extra ſortem ſiquidem iam probatum eſt non ratione lucri ceſſantis, ſed propter vxorios ſumptus illos recipere. Præter hæc alia ſunt argumenta, quibus palam docetur quantum periculi ab illa opinione confletur. Circumuallant enim eam Conradus atque alij eius fautores multis conditionibus, vt aiunt, vt cõtractus ab vſurę periculis liberetur. Harum capitalis eſt, quòd mercator potius expetere dẽt, & optare negotiatione augere ſuã pecuniam, quam mutuo. Per hoc n. putãt impediri eius voluntatem Nam ſi mauult mutuare, fatentur non impediri, atq; adeo non licere lucrum ceſſans recipere. Sed quam ſit imbecilla hæc conditio, aperte monſtratur. Id quod in re natura ſua, licitum eſt, nullum eſt peccatum deſiderare, neque tale deſiderium contractum vitiat, mercatori autem habenti pecuniam ad negotia paratam licet per hoc ſolum, quòd rogetur lucrum ceſſans recipere, ergo licet deſiderare vt aliquis ſe rogatum accedat, vt illo modo impediatur a negotiatione. Si ille ſic apud ſe conſtituiſſet. Niſi quis à me mutuum petat, nolo mercaturæ meum æs committere, planum eſſet vſuræ vitium, quia non habet pecuniam expoſitam. Dum autem firmiter conſtituit negotiari, niſi quis ab eo mutuum petat, profecto neſcio ſecundum iſtorum opinionem, cur deſiderare, vt quis mutuũ petat vt lucrum recipiat, vitium conflet vſuræ. Atque adeo ſequitur, quod per hoc ſolum, quod mutuator rogatur, non proprie impeditur, quandoquidem illud optare licet. Quod ſi hoc verum eſt, vide quam lata ſternatur vſuris via. Nam dicere, quòd debet mutuator mutuare charitate victus, vt poſſit lucrum recipere, commentum eſt. Siquidem ad naturam vſuræ tollendam, nil facit charitas. Adde quòd tunc non opus eſt vt rogari expectet, nam maior eſſet charitas, ſi amicum egere ſciens, offerret ei pecuniam mutuo, ſi vellet, cum pacto lucri ceſſantis. Nam dum mutuis eſt damni emergentis, profecto licet habenti pecuniam eandem amico offerre, vt ſi ex re ſua eſt, mutuatam cum tali periculo recipiat. Alia eorum conditio eſt, quòd labores & expenſæ, & pericula deducantur a ſumma ceſſantis lucri. Attamẽ neque hęc conditio, ſi ſua vera eſt opinio, firma eſt. Expenſas quidem planum eſt eſſe deducendas, quia remanet apud mercatorem. Sed tamen de laboribus & periculis non eſt eadem ratio. Sum ego, verbi gratia, mercator hac arte viuens, petis a me mutuo pecuniam meam. Arguitur ergo, ſi mihi liceret lucrum ceſſans iam nunc ſuſcipere, poſſem etiam tantum recipere, quantum ſi meas nauarem operas, lucraret, nam paratus ſum ego impendere labores meos, & malo laborando lucrifacere, decem quam ſine labore octo, volo etiam ſubire pericula, Si ergo ſolas preces iſti cenſent eſſe impedimentum meæ voluntatis, vt lucrum dicatur ceſſare, profecto cum a laboribus meis & periculis impediat, totũ poſſum petere. Enimuero ſi mercenarium impedires ne ſuas operas in vineam locaret, totum denarium debes ei ſine deductione laboris, quia maluiſſet ille integrum denarium laborando, quam decurtatum ceſſando. Ecce rationes quę me ſemper de hac re dubium tenuerunt. Et fateor, hanc mallem ſententiam tenere. At ſatis duxerim rationes meas aliorum iudicio relinquere, ſed optarem habere patronos, qui mecum eiuſmodi perſonata vſurarum portenta abigerent. Nam hæc lucri ceſſantis imago hiatum iſtum & voraginem vſuratum non a multis hinc annis patefacit. Nihilo ſecius, quia non mihi tantum arrogo, vt primus opinionem illam prorſus refellam, ſit noſtra quinta concluſio. Non omnino probabilitate caret, vt poſſit lucrum ceſſans in pactum duci ab articulo mutuationis, dummodo re vera ceſſet, & non fiãt in fraudem vſurarum. Vere .n. ceſſare tunc penitus cenſendum eſt, nõ quia poteras negationi pecuniam committere, ſed quando re vera iam firmus exponere conſtitueras, atq; eandem, quam mutuas. Nam ſi habes uiginti millia, & non decreuiſti mercaturæ niſi decem millia committere, ne quis ex aliorum mutuo lucrum ceſſans petere, eo quod illis quoquę

Opinio Cõradi nõ nihil cõtinet periculi

Argumentũ cõtra opinionẽ recitatã

Quinta concl.

que negotiari potuisses. Ratio concluſionis huius quæ vllam habeat probabilitatẽ hæc vna eſt, quod poſtquã illa pecunia tuę mancipata induſtriæ tanti æſtimatur: & alter ſciens & prudens vult illã cum illo onere ſuſcipere, videris tu poſſe de illo pretio paciſci. Et tunc S. Tho ſic interpretandus, eſt, quod non licet id integrum ſuſcipere, q̃ re futurum erat in actu: quia nondum eſt certum, ac multominus quantum poterat accreſcere quoniam hoc minus habet certitudinis ſed quantum eſt in habitu, puta in ſpe ſecundum coniecturalem prudentiam veriſimili. Quamuis cui rationes noſtræ alteram perſuaſerint ſententiam, optimo ſe iudicio tuebitur dicens nunquam lucrũ niſi in inuito proprie ceſſare. Et idcirco argumenta in capite quæſtionis propoſita ille diſſoluet cuia intererit.

Rõ concluſion.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum quidquid lucri pecunia vſuraria peperit, ſit reſtitutioni obnoxium.

POſt hæc ſequitur ſermo de vſurarum reſtitutione. Et quia de illa ambigere nemo poteſt, quæritur amplius, an quidquid lucri pecunia vſuraria peperit, ſit reſtitutioni obnoxium? Et arguitur a parte affirmatiua, ſecundum Paul ad Rom. 11. Si radix ſancta, & rami, ergo à contrario ſenſu, ſi radix infecta, qualis eſt vſuraria pecunia, & rami, puta eius lucra, ac perinde reſtituẽda Secundo. Si fœnerator fœnebri pecunia poſſeſſionem aliquam emit, vendenda illa eſt, vt iubetur extra, de vſur. c cum tu vt de eius prętio pecuniæ vſurariæ reſtituantur, ergo æquali ratione debet & lucrum eiuſdem pecuniæ domino reddi. Tertio fœnerator non plus iuris habet in lucrum, vſuraria pecunia comparatum, quam in ipſa pecunia, ſed illius pecuniæ nullum acquirit dominium, ergo nec lucri, ac ſubinde pari iure tenetur illud domino reſundere. Incõtrarium eſt ratio hæc. Id quod homo per ſuam propriam induſtriam nulla vetante lege acquiſiuit, legitime poſſidet, contingere autem poteſt, vt vſurarius ſua induſtria id acquirat, quod lex poſſidere non vetat: ergo illud non tenetur reſtituere.

Primũ arg.

Arg. 2.

Arg. 3.

De vſurarum reſtitutione vt in fronte quæſtionis dicebam, nemo dubitat, ſed tanquam certum relinquitur. Nihilominus quia eius ratio nonnihil habet dubietatis, & de hoc quoque reſpondendum eſt. Trib. autem concluſionibus conſtabit reſpõſio. Prima. Quidquid pretij ratione mutui per vſuram receptum fuerit manet reſtitutioni ſubditum. Concluſio iam ſupra art. 1. ex altera illata eſt, inde videlicet quod vſura eſt peccatum iniuſtitiæ commutatiuę, eo quod illic vel pecuniabis venditur, vel ſemel vſus, qui ſeorſum nullius eſt precij dignus. De lucro autem quod poſtmodũ per pecuniam vel rem aliam vſurariam accreſcit, diſtinguendum eſt cum D. Th. Rerum namque vt dictum eſt, aliæ ſunt, quarum vſus eſt ipſarum conſumptio, qualis eſt frumentum, pecuniæ, &cę. aliæ vero, quarum vſus non eſt earum conſumptio, vt prædiũ domus, & ſimilia. Eſt ergo ſecunda concluſio. Quando res, quæ vſu conſumuntur, per vſuram extorquẽtur, puta pecunia, grana, vinum, &c tunc fœnerator non tenetur reſtituere niſi tantum penitus, quantum accepit cum damnis, ſi quæ alia dedit, & cum lucro, ſi quod alteri ceſſet. Fructus autẽ qui per eaſdem res ſua induſtria accumulauit, liberi ſũt a reſtitutione. Extorſiſti a mutuatario mile aureos per vſuram, quibus poſtea induſtria tua centum adieciſti, mille tãtum illi debes, ac inſuper damna quæ tua cauſa accepit, & lucrũ, ſi quod illi ceſſauit. Idem eſt ſi centum cados vini eripuiſti, quibus venditis illos multiplicaſti, centum inquam tantum debes. Ratio eſt manifeſta. Nullus dubet alteri, niſi quantum illi dani dedit ergo qui mille tantum ſurripuit, ſimpla illa debet, nam quod illi per ſuã induſtriam accreuit, non erat alterius. Simile dicendum nobis infra eſt de emptore, qui non cogitur emere vtilitatem ſuam, ſed venditoris damnum. Atque idem omnino de depoſitario, qui ſi vſu depoſitæ pecuniæ alienæ lueretur, non debet niſi ſimplum depoſitum. Tertia concluſio. Si fœnerator rem aliquam fructiferam per vſuram recepit, reſtituere eandem tenetur cum fructibus. Vt ſi recepit fundum, non ſolum ipſum, ſed quotquot habuit fructus debet. Et ſi recepit domum, cuius locatione acquiſiuit decem numos, eoſdem una cum domo debet. Et ratio

Prima concl.

Probõ.

Secũda concl.

Tertia concl.

S.Thom.eſt,quod rerum illarum quas fæ-
D.Tho. nerator per vſuram acquiſiuit,non eſt do-
minus ſed dominium manet apud mutuã
tem.Quapropter non fæneratori ſed alte-
ri fructificant, veluti de pignore dictum
eſt.Sed arguis. Nunquid non & vſurariæ
obiectio pecuniæ dominium penes ipſum confe-
rentem pariter manebat?cur ergo lucrum
illarum non eidem debetur,ſicut aliarum
Solutio. rerum fructus? Reſpondetur planiſſimum
eſſe interſtitium,quod res illæ,quæ vſu cõ
ſumuntur, ſteriles per ſe ſunt, neque pa-
riunt,& ideo quanquam ſint alienæ, tamẽ
accedens lucrum totum debetur negotian
tis induſtriæ. Illæ vero quæ per ſe fructifi-
Replica ficant, domino fructificant . Quod ſi ar-
guas.Si fœnerator illapecunia vſuraria e-
meret fundum, teneretur ipſum cum fru-
ctibus reſtituere , ſi quidem cum alterius
pecunia illum emerit, videtur perinde eſ-
ſe,ac ſi eundem fundum per vſuram ab il-
lo extorſiſſet, ergo eadem ratione tenetur
reſtituere lucrum eiuſdem vſurariæ pecu-
niæ.Negatur antecedens.Immo fructus il
lius empti fundi ſunt ipſius fœneratoris e-
mentis,vt puta ſuæ induſtriæ debiti . Ne-
que tenetur reſtituere niſi pecuniam velu
ti ſi depoſitarius aliena pecunia rus coeme
Grauis ret,non debet niſi pecuniam . At vero vt
queſtio. perſpicatior fiat iſtarum concluſionum,
ac potiſſimum primæ intelectus, exami-
Opinio nanda eſt vetus illa quæſtio, vtrum per v-
gloſſæ. ſurariam dationem transferatur domi-
Scotus . nium ? Fuit enim opinio gloſſæ illius tex-
Paluda. tus Ambr. Si quis vſuram 14.q. 4. quæ id
Adrian. aſſeruit. Cum qua conſentit & Scot. in 4.
diſtin.15.q.2.ar.3.& Palud.ibidem, atque
Hẽricus Adrian.in q de vſura.qui ait eſſe commu-
nem opinionem Canoniſtarum . Et citat
Ratiõ p̃ in eandem ſententiam Henricum Gaud.
teritæ o- in quolib.4.quæſt.27.Immo & D. Thom.
pin. in 4.diſtin.15.quæſt.2.artic.4. Attamen S.
Thom.non ait illic niſi quoſdam hoc dice
re.Et ratio iſtius opinionis eſt, quod vnuſ
Solutio. quiſque liberam habet poteſtatem donan
di quod ſuum eſt mutuatarius autem libe-
re donat,ergo dominium trasfert.Quod ſi
reſpondeas vt artic.1. dictum eſt,non eſſe
omnino liberam donationem, quia ab eo
fit,qui neceſſitate compellitur,hoc non ob
ſtat,tum quod poſſet quis abſque neceſſi-
tate accipere ad vſuras, tum etiam, quod
metus multo efficacius tollit uoluntariũ,
& tamen non obſtãte metu transfertur do
minium,ut patet utroque iure, nempe ca.
Abbas.de his quæ ui met.cauſ.fi.& l. metũ
ff.eod.licet detur repetitio,& tales contra-
ctus ſint in irritum reuocandi. Quinetiam Replica
contractus matrimonij ſi metus non ſit ca
dens in conſtantem uirum,tenet.Et conſo Ariſtot.
nat Ariſt.ſententia 3. Ethic. de maritimo
mercatore, qui metu abijcit merces. Vbi
licet inuoluntarij quidpiam admiſtum in
ſit,eſt nihilominus abiectio ſimpliciter ſpõ
tanea. Item mutuatarius non uſurario pe-
cuniam tanquam in depoſitum,uel in pi-
gnus,neque per locationem,quibus cõtra
ctibus non transfertur dominium, ſed ue-
re dat pro mutuo,ergo transfert dominiũ.
Prẽterea,ſi non transferret dominium, ſe-
queretur quod omnes contractus quos po
ſt ea uſurarius illa pecunia conficere,eſſent
caſſi,perinde ac ſi latro p cunia furto ſub-
lata illos faceret. Ideoque quocunque uſu-
rario panem uel uinum uenderet,aut rem
aliam , teneretur reſtituere pretium uero
domino. His tamen non obſtantib.opinio
negatiua eſt indubie uera. Quam quidem Solutio.
opi.expreſsè hic tenet S Thom in ultimis
uerbis articuli,ubi ait fructus rei per uſurã D.Tho.
extortæ,eo fore reſtituendos,quo qui eam
dedit,eſt eiuſdem rei dominus.Et eſſet ni-
hil aliud,quam cauillus,dicere , quod licet
rerum uſu non conſumptibilium non trã
ferat dominium transfertur tamen pe-
cuniæ.Eadem quippe eſt ut robique ratio.
Quare D.Tho.in ſolutione tertij idem ad-
ſtruit de pecunia.Ob idque non debuiſſet.
Adria.eum citare in ſuam ſententiam,ne-
que uero omnes iuris doctores.Nam & u-
nus eorum,Syl.in uerb.uſura.6.dicit opin. Sylueſt.
S.Tho.teneri communiter a doctoribus.
Sed mos ipſorum eſt de hoc etiam raro cõ
uenire,quẽnam ſit opi.communis.Et ideo
parum deterrere debet illud ſuum uerbũ,
omnes.Opinionem autem S. Tho. cuncti
amplexi ſunt antiqui patres,ut Alex.3.pa. Alexan.
q.66 membro 4 & Altiſſiodorenſis 3. par. Altiſſio-
tract.21.q.1.& Richar.in 4 diſt.15.q.4.ar. dorẽſis .
5. Et Caieta.quoli.1.fecit de hoc quæſtio- Richar.
nem tertiam Atqui ut rationes ſententiæ Caiet.
huius eluceant,ſupponẽdum eſt,quod nu-
da traditio rei non eſt certum ſignum trã
lationis dominij. Sic enim habet.ff. de ac. Prima
re.dom. l. Numquam nuda.traditio enim rõ ingra
transfert dominium,ſed ita,ſi uenditio aut tiã proxi
iuſta mxaſſe
tionis.

iusta cauſſa præceſſerit, propter quã tradi tio ſequeretur. Hoc ſuppoſito arguitur ſic.

Prima ratio in gratiam proximæ aſſertionis. Si per vſurariam ſolutionem dominium transferetur, vel hoc eſſet rigore legis vel arbitrio voluntatis ſoluentis, quia non eſt alia via transferendi, lege autem non trãsfertur, cum lex omnis talem contractum vetet, voluntatem vero ſoluentis, iam dictum eſt non conſtare per hoc, quod volũtarie pecuniã tradidit. Supponimus enim nõ dare ratione amicitiæ mere gratis, hoc enim extra propoſitum eſt, ſed ratione cõtractus mutui, contractus autem hic tranſlationem non indicat, vtpote quo vſus pecuniæ emitur, qui nullo eſt ſeorſum pretio æſtimabilis, ergo nullum eſt conuincens argumentum, quod voluntas ſoluentis ſit dominium transferre. Cum ergo nemo præſumatur donare niſi planis documentis cõſtet, fit vt nulla fiat illic dominij transmiſſio, eo potiſſimũ, quod in huiuſmodi traditionibus, quæ plenam non habent voluntatẽ, quam minima excogitaris poteſt, credenda eſt alienatio.

Scrupulus. Quod ſi exquiras, cur ergo mutuatarius dat poſtquam (vt ſupra argutum eſt) neq. dat in depoſitum. neq. in pignus? Reſpondetur eo dare, quia aliter non poteſt extorquere mutuũ. Et ſi vrgeas

Solutio. ergo decipit hominem, negatur conſequẽtia, imò fœneratur ſeipſum ſeducit. Nã poſt quam accipit quod non debet, ipſe viderit quomodo recipit, illa enim traditio nõ habet peculiarius nomen, quam datio vſuraria. Et eſt non diſſimile exemplum de illo qui in naufragio eijcit merces in mare, nõ enim ideo dominium ab ſe illarum abdicat. Quare ſi vndarum poſtmodum impetu reijciantur in ſiccam, ſui etiam tũc ſunt iuris. Secundo preſſius. Omnes (illi etiam

Secũda ratio. qui ſunt partis aduerſæ) fatentur quod ſi fœnerator loco vſuræ extorſit aruum, tenetur idem vti ait S. Tho. cum fructibus reſtituere, huius autem cauſa alia reddi nequit, quam illa S. Tho. ſcilicet quod eius dominium ſemper manet apud eum, qui dedit. Nam ſi prædium vere eſſet fœneratoris, licet iniuſte extorſiſſet, fructificaret ſibi, neq. amplius teneretur quam prædium reſtituere. Quod ſi dicas, debere illos ratione moræ, quia alter impeditur, tunc ſequeretur, quod ſi mutuatarius non deberet a-

Tertia ratio. grum colere nihil fructuum deberetur ei, quod eſt falſum. Præterea tertio arguitur, Cum leges omnes vſuris recipiendis reclament, quantum fieri poteſt, denegandum eſt vſurario ius. ſi autem ei dominium concedatur, periculo exponitur reſtitutio nam ſi vera eſt illa donatio, poſſet quodammodo vſurarius tergiuerſari, negans teneri ſe reſtitutionis ligamine, ſaltẽ quouſq. alter petat. Ad hæc inſuper quarto loco accedit, quod ſolent leges dominium translationem impedire in donationibus quæ fiunt pro re turpi, & iniurioſa, vt ſi des Aſſaſino vt hominem occidat, aut corrumpendo iudici, aut ſimoniace, quia res illa non eſt vẽdibilis. Cum ergo vſus mutuatæ pecuniæ ſeorſum nullius ſit pretij, ſignum eſt, leges illius contractus prohibitrices, translationem domini impedire. Mutuatarius autem, qui dat non ratione amicitiæ, ſed ratione mutui, nunquam intendit aliter dare quam iura permittunt. Atque huc forſan ſpectat ratio Altiſſiodorenſis, inde probantis non poſſe mutuatarium ratione talis conuentionis donare, quia à Deo prohiberur, ſcilicet per leges naturæ ac diuinas contractum improbantes. Poſtremum autem egomet mihi argumentum excogito. Si vſurarius vſurarium pecuniæ eſſet dominus conſequens fieret, vt ſi haberet creditores alios antiquiores, quibus non per vſuras debitor erat, & poſtea æs alienum, per vſuras contraheret, neque haberet alia bona niſi illa vſuraria, prius deberet ſoluere antiquioribus. Nam ſi illa bona vere ſunt illius, re vera antiquius debitum præferendum eſt, & tamen hoc nemo concedit. Ratio ergo cur vſurarum dominis facienda eſt prius reſtitutio, non eſt alia, quã quod vſurarius non acquirit earum dominium. Primo igitur argõ in contrarium conceditur, illam eſſe cauſam, cur non trãsferetur dominium, quia ſcilicet illic non eſt libera donatio, ſed datio propter vſum mutuatæ pecuniæ, quæ nihil vale.t Neque refert (vt ſupra artic. 1. dictum eſt) ſi vſurarius ſtricta neceſſitate compulſus petat, an ſuo obſequatur animo, ſatis enim eſt, quod poſtquam conſtituit mutuum petere, compellitur dare, quia aliter obtinere non poteſt. Atque idem reſpondemus de datione per metum facta. Nam cum ſpontanea non ſit, non eſt cur dominium in alterum tranſmittat. Neque iura contrarium volunt, immo hoc plane ipſum docent, dum

Quarta ratio.

Poſtremarõa uctoris.

Ad primũ arg. partis ad uerſæ.

ſcilicet ſanciunt, eiuſmodi donationes nō eſſe irritandus, ſed vt irritas declarandas. Fatemur quidem, ſi latronis metu iures illi quidpiam largiri, teneri de ratione iuri, ſed tamen cum tradideris, minime dominium traducis. Quid autē ſi mutuatarius, id fœneratore exigendicat, ſe ſuam pecuniam cum dominio tradere? Reſpondetur quod ſi nō det ratione meræ amicitiæ, ſed mutui cauſſa. quidquid dicat & iuret, non intelligitur dominium traijcere, quia iura prohibent, ſecus autē de matrimonio, vbi ſi metus non eſt cadens in conſtantem virum, eo ſit conſenſus legitimus, quod citra talem metum nemo debet ſeipſum tradere, tamq. cæco nodo illigare. Secundum autem argumentum ſolutum eſt. Sed tertiū, an videlicet vſurarius poſſit per vſuras acquiſita eo vigore alienare, vt eius contractus ſint validi, paulo inferius commodius tractabitur.

Dubitatio.

Solutio.

Ad ſecūdū arg.

Per hæc ergo reſpondetur argumenta in capite qōnis propoſita. Ad auctoritatē enim Pauli dicendum, quod radicis qualitas ſeu bona ſeu mala, propterea redundat in ramos, & habeat rationē effectricis cauſſæ: pecunia vero vſuraria non eſt niſi ſola materia induſtriæ, & ideo licet ipſa ſit reſtitutioni obnoxia, non tamen eius lucrum. Et ſimili ratione reſpondetur ad ſecundū. Poſſeſſiones nanq. fœnebri pecunia emptę ſuæ mentis ſunt, ſibiq. fructificant, ſunt tamen obligatæ vſurarum debitis. Et ideo c. cum tu. iubentur vendi, ſi alioqui ſoluēdo non ſit fœnerator. Ex quo ſequitur gl. eiuſdem c. tex. non intellexiſſe. Elicit enim inde, quod res vſuraria pecunia emptæ, ſunt reſtituendæ, cum tamen textus non hoc dixerit, ſed quod ſunt vendendæ, & refert q̄ plurimum. Nam cum poſſeſſiones illæ in dominio ſint fœneratoris, ſi plus valent quam fuerat vſuraria pecunia, ille exceſſus vt hic S. Thom. docet, non alterius, a quo pecuniā extorſit. Sed ſuus qui emerat, eſt. Niſi forſan ratione vel damni emergentis vel ceſſantis lucri aliquid ei deberetur. Itē ſi cædem eſſent reſtituendæ, & fructus, quoque earum deberent cum illis refundi, quod eſt falſum. Longiſſime ergo differt res eſſe debitis obligatas, & eaſdem eſſe reſtituendas. Atque inde liquet tertij reſponſio, quo arguebatur non habere fæneratorem plus iuris in rem emptam, quam in pecuniam ipſam. Falſum enim eſt, quippe cum ratione induſtriæ ius habeat in rem, quod in pecuniam non habebat. Et per hęc diſſoluitur alia quæſtio. Vtrum ſcilicet omnia bona vſurarij ſint ſubdita reſtitutioni, nam ſuper eo. c. Cum tu. aliqui affirmant (vt Panorm. refert) alij vero negant, vt Panorm. ipſe & Io. Andr. dicentes quod illa quæ per vſuram ſunt extorta, obligata manent, reliqua vero legitime acquiſita, minime, quia nullum ius inquiunt, id præcipit. At vero S. Tho. in eadem ſolutione ſecundi, non modo illa quæ vſuraria pecunia empta ſūt, verum omnia affirmat eſſe obligata. Diſtinguendum ergo eſt. Primū enim triplicia ſunt vſurarij bona. Illa ſcilicet quæ velut vſurarum pretium acquiſita ſunt, & ea quæ pecunia vſuraria fuerunt empta, & præter hæc alia, ſi quæ legitima hæreditate, vel via quauis licita poſſidet. Rurſus obligatio, altera eſt perſonalis, ſcilicet quæ ex perſona deſcendit in poſſeſſiones, alia vero realis, quæ ratione rei ligat perſonā. Res ergo primi ordinis, puta quæ vſu non conſumuntur, vſura vel furto ſublatæ, obligatione reali manent reſtitutioni obnoxiæ, quippe quæ eędē numero reddēdæ ſunt eo quod dominium fixum permanet penes primū poſſeſſorem. Quocirca obligatio hæc quocunque cum re ipſa cōmigrat nempe ſiue vendantur, ſiue donentur, ſiue iure hereditario poſſideantur, obligatur poſſidens eaidem res rōne rei acceptæ reſtituere vero domino. Sed ſūt aliæ res ſiue vſuraria pecunia emptæ, ſiue legitime ab vſurario acquiſitæ, v g. ſunt patrimonialia. Et hæc non ſunt obligationi reali reſtitutioni ſubdita, ſed perſonali. Nam fœnerator vſurarium æs per vſuras contrahens, ſit reſtōni obnoxius, & rōne ipſius cuncta quæ poſſidet. Et eſt latiſſima differentia, quod hæc perſonalis obligatio non tranſit perinde atq realis cum rebus, ſed tātum in illos, qui loco perſonæ ſuccedunt. Exempli gratia. Si vſurarius vendat ſuum patrimonium, quando alia bona habebat quibus vſuras reſtitueret, poſt vero in pauperiem lapſus reſtituere nō poteſt, illi emptores liberi ſunt a reſtitutione. Nā bona quæ emerunt, vera erant fœneratoris. At vero ſi vita defunctus aliqua reliquit in bonis, ſiue illa, quæ per vſuras acquiſiuit, ſiue aliud legitimum, etiam ſi vſuraria ſub-

Ad primū arg. principale.

Ad ſecūdū arg.

Ad tertiū arg.

Quæſt.

Panor. Io. An.

D. Tho.

Bona vſura rei triplicia.

Diſtin.

Solutio pmiſſæ qōnis.

ria ſubſtantiam totam perdiderit, hæredes tenentur paternas vſuras ſoluere ratione obligationis, non quidem realis, ſed perſonalis, quia ſuccedunt loco defuncti. Ex his iam gradum facere poſſumus ad fœneratoris contractus, vt examinemus quinam ſint validi, qui verò minimè, quod quoddam ſuperiori argumẽto exquirebatur. Enimuerò ſi vſurarius dominium nõ acquirit, conſequens fieri videtur, vt nullatenus poſſit vſuraria bona vllo contractu abalienare. Ad hoc in primis per diſtinctionem illam ſuperius poſitã reſpõdetur. Res quippe vſu conſumptibiles in pretium vſurarię mutuationis receptę, alienari nequaquam ab vſurario poſſunt. eſſet nanq; alienatio irrita, quandoquidem nunquam in ſuum ius venerunt. De alijs, puta quæ vſu conſumũtur, alia eſt ratio. Enimuerò ſi vſurarius etiã ſi illas alienauerit, alia habet bona, quibus reſtituat, contractus alienationis, ſiue gratuito fiant, ſiue oneroſo vinculo, tenet; quoniam non eſt neceſſe, vt eædem numero reſtituantur. Si autem nihil prorſus habet, niſi quod per vſuras corraſit, imò licet illa quę habet, nõn ſint vſuraria, ſed legitima bona, quę tamen debitorum ſummam non exuperant, tunc vniuerſale fermè Doctorũ reſponſum eſt, omnes eius cõtractus eſſe irritos, quia omnia illa bona ſunt debitis obligata vel obligatione reali, ſi sũt prioris generis, vel perſonali, ſi ſunt poſterioris quia perſona eſt reſtituere obligata. At verò tam vniuerſalem ſententiam, niſi cum certo moderamine, non mihi videor ſatis probare: Etenim ſi ſit gratuitus contractus v.g donationis, planum eſt nõ valere, quoniam tunc donatum illud ab vſurarum debitis eximitur. Si autem ſit oneroſus tũc diſtinguam, nam ſi per illum nihil vſurarius recipit quod debitoribus ſoluat fateor ſimiliter caſſum eſſe, vt ſi filiam dotaret, quia non ſibi ad iuſtum ſupereſt quantum debet. Atq; idem cenſendum, ſi ſtipendia famulis perſoluat, etſi victualia emat, quę certum eſt ab ipſo conſumenda fore. Vide ergo quantum ſit periculi cum vſurarijs atq; alijs, qui creduntur non alia bona poſſidere, quam illicitè acquiſita, huiuſmodi cõtractus inire. Si tamen vẽdat, dummõ id non fiat in fraudẽ, arbitror ſm̃ ius naturæ contractum firmum eſſe, emptoremq; in conſcientia nullatenus teneri in reſtõnem, nã venditor etſi rem vendidit, pretium tamẽ recepit, quare nihilominus in bonis hẽt, & põt ex illo pretio ſoluere vſurarum debita, ſicut poterat ex re ipſa. Itaque ad irritandũ contractum, eo conijciendus eſt occulus, vtrum per ipſum vſurarij ſuã minor fiat, quam quæ ſoluendis debitis ſufficit. Et patet hoc modo rõ noſtra. Fac vſuriariũ non ampliorẽ hr̃e pecuniam, q̃ eſt ſuũ æs alienũ, ſi tunc illi uendo meũ fundũ, cõtractus eſt firmus, quia tm̃ habet in rebus, quãtum habebat in numis. Si ergo iterum ego eundem fundum eodem numo redimam, cur contractus eadem ratione non ſit ſolidus? Ius quidem ciuile forſan, quia fraudẽ præſumet, illum reſcindet, ſed tamen illo ſeclu ſo non eſt cur cõſcientiã remordeat. Hinc protinus facilis eſt deſcenſus ad fœneratorum hæredes. Ad illos enim non tm̃ obligatio realis deriuatur, uerum & perſonalis defuncti. Non ſolum, inquam, dum in hæreditate res eædem permanent, quæ ueluti pretium vſurarum acquiſitæ fuerant, tenẽtur eaſdem propter obligationem realem, quæ cum ipſis migrat, dñis referre, uerum etſi nihil illarum ſuperſit, ſed tm̃ defunctus aliquid unde debita ſoluantur, in alijs legitimis bonis reliquerit, tenentur reſtituere quidquid ille debebat, propter perſonalẽ obligationem, eo quòd eius loco ſubrogãtur, tenentur inquam in conſcientia, ſi bona debitorum ſummam adæquent. Alioquin ſatis eſt, ſi totam hæreditatem reſtituant. In foro autem exteriori, ſi hæreditatem acceptarent, cogerentur in totum, niſi forſan ſcriptorum præcisè bonorũ ſe hæredes pronuntiaſſent. Reliqua iam demum fit dubitandi rõ, utrum hæredum ſinguli in ſolidum teneantur, an duntaxat p̃ quota aſſis. Sunt enim & de hoc inter iuris Doctores placita diuerſa. Et Sylueſt. arbitratur in verb. Vſura. 6. § 10. ſe ſatis rndiſſe, quod ſecundũ illam opi. quæ tenet oĩa bona uſurarij eſſe obligata uſurarum debiti, unuſquilibet tenet̃ inſolidum, ſi uero non ſunt obligata, quilibet tenetur pro rata. At uerò diſtinctio hæc parum ad rem facit Nã, ut ſupra monſtratũ eſt, cuncta uſurarij bona obligata manent, ſiue reali ſiue perſonali obligatione. Et iõ ſic potius cenſendũ, q̃ res illæ, quæ pretium fuerunt uſurarium, a quouis heredum poſſideantur, reddendę ſunt domino. Et tunc ceteri cohæredes te-

De hæredib. fœneratorum.

Moderatio ſnĩa communis.

Vẽditio facta ab vſurario valida eſt ſecũdum ius naturæ.

Sylueſt. Satis fit dubitationi p̃poſitæ.

nentur illi refundere pro ratione ſuæ portionis. Si autem ſint alia bona, arbitror neminem teneri, niſi pro quota aſſis: ut qui hæres fuit ex ſemiſſe, teneatur ad vſurarũ medietate, & qui ex triente, de tertia, & cęteri ſimiliter de ſua cuiuſque portione. Et ratio eſt, quia perſonalis obligatio non tranſit in hæredes, niſi ratione hæreditatis: ob idque obligatio diſpertitur ſecundum portionem hæreditatis cuiuſque. Et hoc ſentio, etiam ſi bona illa vſuraria pecunia fuerint empta. Et hæc de reſtitutione eorum quæ per realem vſuram acquiruntur. Reſtat autem de vſura mentali reſpõdere, vtrum obliget ad reſtitutionem, vt c. conſuluit. de vſur. definiuit. Vrban. 3. Et in primis ex ſuperioribus conſtitutum ſupponamus, vſuram mentalem eſſe, quãdo etiam nullo præcedente pacto aliquid ſuperatur ratione mutui recipiẽdũ. Nam quando duntaxat ratione beneuolentiæ ſperatur, nunquam contrahitur vſuræ cõtagium: ſiue illa ſit principalis intentio, ſiue ſecus. Hoc namque iam ſupra ſatis nõ ſolo teſtimonio S. Tho. ſed clara ratione monſtratum eſt. Secundò ſupponendum eſt, vſuram mentalem, licet ſemper peccatum ſit cordis, nunquam tamen obligare ad reſtitutionem, niſi dum re vera ſubſequitur vſuræ receptio. Quinimò etſi pactum interueniat & mutuator iniquè cõtẽdat vſuras exprimere, niſi recipiat, nulla emergit reſtituendi obligatio: quia nihil debetur, niſi Deo in ſatisfactionem pro culpa. Igitur conſuluit. vbi reſtitutio iubetur vſuræ mentalis, hoc pacto intelligendũ eſt. At verò nondum per hæc ſatis liquet eiuſdem tex. intellectus. Haud enim deſũt qui cenſeant mentalem vſuram neminem reſtitutionis vinculo innodare, niſi eũ, qui prauam ſuam mẽtem alteri inſinuauerit. Imò Scot in 4. diſt. 15. q. 2. art. 2. id uidetur ſentire. Ait. n. quòd animus ſine vllo pacto verbali, vel alio ſigno ęquiualenti oſtendẽte debitori, ꝙ mutuans non mutuaret ſine ſpe lucri, non facit illum recipientem ſine pacto habere alienũ: & ideo nõ tenetur ad reſtitutionem. Et eiuſdem ſententiæ apparet eſſe Richar. eadem diſt. art. 5. q. 5. ut puta ſi vſurarius, vt habetur in co. ca. parabolam iuramenti, hoc eſt chirographum debiti reddere recuſet, quouſq; aliquid ultra ſortẽ ei ſupererogetur. Et facere pro Scoto videtur Gregor. in Regiſtro. Et habetur 1. q. 2. c. ſicut. vbi ait, eius oblatio, ſcilicet mutuatarij, nullã culpæ maculam ingerit, quę nõ ex ambientis petitione, pceſſit. Porrò autem hęc opinio, vt apud auctores iacet, nulla probabiliatate viget. Nam qui prauitatem ſui propoſiti inſinuant, nõ mẽtales, ſed reales vſurarij cẽſendi ſunt. Quã doquidem licet pactũ non ineant expreſſum, inſinuãt tamẽ tacite, Quare in d. c. cõſuluit. ſeorſum mentalis vſurarius ſecernitur ab eo qui mẽrem ſuam illo modo ſignificat. Item ratio eſt manifeſta vt etiam ſine tali ſignificatione vſura obliget ad reſtitutionem, nam quamuis tuam auaram mẽtem celes, tamen dum ſcis alterum ratione mutui tibi dare, tunc plane intelligis datio nem illius non eſſe liberam donationem, ſed fieri pro illo, quod nõ eſt pretio dignũ, ac perinde rationẽs alienum inuito domino. Vt ergo res hæc lucide pateat, notãdũ eſt quatuor modis poſſe contingere receptionem fęneratoris à mutuatario. Primo ſi mutuator intẽdat ratione beneuolentiæ recipere, eodemq; modo recipiat, tunc n. planum eſt nullum conſtari vſuræ pectatũ tantum abeſt, vt illa exigatur reſtitutio. Secundò: Si intendit recipere cauſa mutui, & re vera ita recipit, & hoc, licet nullum interueniat pactum, neq; intentionis ſignificatus, citra controuerſiam, peccatum eſt reſtitutioni obnoxium, tum propter rationem proximè factam, tum quia expreſſa eſt determinatio dict. c. conſuluit. Vnum tamen offendit me dubium circa capituli verba: Habentur nanque ibidem hęc, ſi non alias mutuo eſſet traditurus. Ex quibus verbis omnes, colligunt, quod intentio ſecũdaria vſuræ non obligat ad reſtõnem, ſed duntaxat primaria & principalis, videlicet ſi tu non mutuares niſi ob hmõi ſpẽ, & intẽtionem, nam ſi etiam ſine illa mutuares, aiũt hoc licere, quia hoc eſt ſiniſtrum, vt aiunt oculum habere ad lucrum. Attamen profectò intelligere hoc non poſſum. Enimuerò quãuis ſine tali ſpe mutuares, ita vt hęc tua non ſit principalis intentio, tñ poſteà dum recipis, noueris alterum tibi dare rõne mutui, profectò recipere tibi non licet. Sed eſſet peccatum nexu te implicans reſtituẽdi, quia recipis quod neq; eſt tuum, neq; ille gratis dat. Quare non aliter percipio ſecundariam intẽtionem capituli, excuſan-

Quæſtio altera.

Primũ fundamẽtum.

Secũdũ.

Scot.

Ricgar.

Motiuũ Scot.

Grego.

Sẽtẽtia Sco. nullius probabilitatis.

Ratio in Scotũ.

Dubiũ.

cusantem à restitutione, quam dum nullo modo mutuo, vt ratione mutui aliquid recipiam, sed gratis licet cogitatio obrepat, quod mutuatarius superogabit mihi aliquid, quod tamen ego sum certus non recipere nisi gratis cōtulerit. Alioqui quamuis secundaria intentio esset recipiendi rationem mutui, esset delictum cordis. Tertiò modo potest sic lucrum contingere, quod fœnerator non putat se recipere vltra sortem ratione mutui, sed fortè ratione beneuolentiæ, nihilominus alter dat mutui causa. Et tunc fortasse quispiam censeret nullam emergere restitutionis obligationem, quia illa intentio nullum fuit peccatum. Nihilominus discernenda, moderandaque est hæc sententia, nam quandiu iste crediderit accepisse ratione beneuolentiæ, & à culpa & à restitutione est liber. Attamen cum primum resciuerit mutuatarium non dedisse nisi ratione mutui, tenetur sub reatu peccati mortalis reddere. Et ratio est, quod iam inde agnoscit nō fuisse gratuitam donationē. At verò quia obligatio non nascitur ratione acceptionis, sed ratione rei acceptæ, non tenetur restituere, nisi id quod illius possidet, vel quo factus fuit ditior. Itaque si quod bona fide consumpsit, putans esse suum non debet. Quarto modo cōtingere potest, quod mutuator corruptam habuit intētionem, sed tamen alter non est largitus nisi gratis ex liberalitate. Et de isto membro sunt opiniones diuersæ. Nam Hosti. & Panor. in c. consuluit. de vsur. & gl. in c fi. de simonia. & Ioan. And. in Mercur. regul. pactum affirmant obligationem inde exurgere restituendi. Et ratio eorum est, quod cum illa intentio sit peccatum, receptionem vitiat, ac perinde quidquid recipitur, restitutionis debito amplexum est. Et intelligunt etiam, dum constiterit alterum dedisse beneuole. Nam dicunt quod restitutio tunc non est facienda illi, postquam gratis dedit, sed pauperibus ratione peccati. Nihilominus in hac opinione nihil prorsus probabilitatis inest res enim est clara. De peccato inquam in primis cogitationis, nulla est dubitatio. Secundò, neque de hoc ambigendum, quin quamdiu mutuator habeat conscientiam, alterum ratione mutui dedisse, teneatur ad restitutionem non quidem simpliciter, sed ratione errātis consciētiæ, pro eo quod putat se retinere alienum. Et hactenus rectè dicunt prædicti auctores. Attamen quod à parte rei teneatur falsum est. Et ideo vbi constiterit alterum non dedisse ratione mutui, sed gratuito quamquam deprauatissima intentione illud receperit, nullo implicatur restituendi modo. Et hoc manifeste probatur: Restituendi obligatio ex nulla alia insurgit causa, quam ex dāno alteri dato: hoc enim nomen ipsum aperit. Est enim restituere, alterum in suum ius statuere, quādo verò mutuatarius ob meram beneuolentiam quidpiam cōfert, nullum accipit damnum, nec depulsus est a iure suo, ergo alter nihil ei debet. Nam lucrum quod fœnerator acquisiuit, restitutionem nō inducit, alias quod donatum tibi est, reddere obligareris. Deinde arguitur: Dum ego rem meam ab altero eripio, quam arbitror esse suam, etsi tunc corde furtum committam, tamen si postea mihi innotescat, rē esse meam, nullo restitutionis reatu teneor. Imò verò quāuis sua ipsius fuisset, si postmodum notum mihi faceret dono mihi dedisse, profecto religatus essem iugo restituendi, par autē ratio est in proposito. Illi ergo mutuatario nihil debebatur. Si autem illi nihil debetur, multominus pauperibus. Restitutio nanque: vt iam supra dictum est, non cedit in ius pauperum, nisi vel quando copiā creditorum haberi non potest, vel quando datio ipsa iure condemnatur, vt simonia, datio autem illa beneuola nullatenus est prohibita. Dicere autem quod mala intentio sit digna illa pęna, vt vsurarius eleemosynam egenis eroget, profecto nullo fulcimento connititur. Ex his ergo collige solā receptionem ratione mutui, atque omne in vniuersum, siue intentio primaria fuerit, siue accidentaria obligare, ad restitutionem. Igitur quando dixit Grego. oblationem mutuatarij non ingerere culpæ maculam, si ex fœneratoris petitione non processerit, intellexit, quod non impinguit eidem fœneratori labem, si neque petit, neq. scit in pretium sibi propter mutuum repēdi, nam dum sciens & prudens illa causa recipit, eodem recidit, ac si peteret. Et sic glossare debet Scotum, qui eius susceperit patrocinium. Porrò verò postremum hic dubium dissimulandum nō est, quippe quod multorum ingenia torquet: Videntur

Hosti. Panor. Glossa. Ratio p̄teritæ opinionis. Auctoris iudicium.

Ratio dicti.

Ratio altera ad idem.

Corollarium ad motiuū Scoti.

Dubiū.

enim præfatum c. conſuluit. de vſuris. & c. mandato, quod eſt finale, deſimon. ſecum pugnare. Nam c. hoc, vt expoſitum eſt vſurarium mentalem nexu reſtitutionis perſtringit. Illud vero de ſimo. ait quod ſimoniacus affectus, nullo intercedente pacto per ſolam pœnitentiam diluitur, neque ad reſignãdum beneficium obligat, quod tali affectu ſuſceptum eſt. Et tamen quid quid in temporalibus vſura eſt, ſit in ſpiritualibus ſimonia, immo grauius eſt ſimoniæ crimen. Adrian. in illa q de vſura hoc conſtituit diſcrimen, quod cum reſtitutio ſimoniaci pretij facienda eſt eccleſiæ, Papa poteſt illam remittere, ſecus autem de vſura. Hæc autem ſolutio nulla eſt prorſus, quoniam Papa illic nullam facit debiti relaxationem, ſed tantum de iure interrogatus reſpondet. Docet ergo nullam eſſe neceſſariam reſignationem. Alij dicunt, quod cap. conſuluit. loquitur in conſcientia, qua quiſque tenetur vſuras reſtituere, ſed cap. mandato, loquitur tantum in foro exteriori, quod ſcilicet ſimoniacus mentalis non compellatur in foro exteriori reſignare beneficium. At vero neque hoc ſatisfacit. Nam etſi in humano tribunali nõ cogatur, deberet ipſe nihilominus in conſcientia reſignare, & tamen Papa illic pacatas curat conſcientias per ſolam pœnitentiam. Panorm. & reliqui in illo c. complures, commentantur gloſſas. arbitror tamen, quod quam conteſtantur litem, nulla eſt. Etenim caput illud, mandato forte nihil aliud ſibi vult, quam quòd ſi quis obſequia, vel munera epiſcopo obtulit ea intentione, vt illorum intuitu. & interuentu obtineret ſacerdotium, poſtea tamẽ reſciſcit collatum ſibi fuiſſe non ratione munerũ, ſola pœnitentia deletur ſibi præterita culpa, non tamen reſignare tenetur, quia re vera collatio non fuit ſimoniaca. Sin autẽ ſibi conſtaret collationem factam propter munera forſitan neceſſaria eſſet reſignatio. De hoc tamen libro. 9. in loco proprio. Poſt hæc demum dicendum ſupereſt de fœneratorum cooperatoribus an teneantur etiam ipſi reſtituere ratione acceptionis quamuis vſurarum nihil apud ipſos fuerit, quales ſunt eius factores & miniſtri. Atque in initio ſtatim quæſtio. ſtatuitur regula. Quicunque verè eſt cauſſa, vt quiſpiam per vſuras alterum lædat, tenetur in integrum ad reſtitutionem. Eſt enim regula iuris, quod qui cauſſam damni dat, damnum dediſſe videtur. Eſtque par ratio ac de concurrentibus cum fure. Nam cum ſecundum Paulum ad Rom. 1. non ſolum qui faciunt, ſed qui facientibus conſentiũt digni ſint morte, multò iuſtius, qui re vera in cauſſa ſunt. Cauſſa autem illi cum primis, exiſtimantur, qui mutuatarios ad ſoluendas vſuras compellunt, vt ſi principes in hunc errorem collaberentur, ac ſubinde iudices, etiam dum principum iuſſa id auderent, tales enim leges manifeſtariam haberent iniquitatem. Et pariter aduocati, & pariter quotquot in tale iudicium concurrerẽt, ad reſtitutionem teneretur Pari modo pronexetæ & intercurſores, qui fœnerarios diſquirentes inter ipſos, ac fœneratores fœnorum pacta conficiunt. Nam iſti veriſſimè ſunt cauſſa. Item conſultores, vt ſi quis filio, vel amico perſuaderet, vt tale iniret viuendi inſtitutum, profectò perinde reſtituere, ac ſi latroni cõſilio faueret. Hoc dixerim propter quoſdam, qui putant cooperari vſurarijs ad mutuandum nõ injcere reſtitutionis laqueum, ſed cooperari ad ſuſcipiendum lucrum. Nam profectò ſi ex mutuo ſequitur lucrum, eadem eſt vtriuſque ratio. Conſulere autem mutuatario, vt ſoluat vſuras, neque culpa eſt, neque ad reſtitutionem obligat, quia vſuras ſoluere non per ſe veritum eſt. De miniſtris autem nõ eſt facile iudicare. Agentes enim quos vocant, & factores, quibus vſurarij ſua negotia committunt, quique illorum peccuniam fœnori dant, omnino tenentur ratione acceptionis. Hæc omnia intelliguntur, ſi vſurarij non reſtituunt, & ipſi ſoluendo ſunt. Tamen ſi dum vſurarum nihil in vſum iſtorũ venit, conſilium eſt vt dent pro ſua virili operam, qualiter vſurarij reſtituãt. Quod ſi non profecerint, arbitror eſſe caſum conueniendi creditores, à quibus obnixe, vel debitorũ vel partis remiſſionem deprecentur. Eſt enim tunc miſericordiæ locus maximè, ſi illi ex aliqua ignorantia peccarunt. At poſtquam & de ignorãtia incidit ſermo: animaduertendũ eſt, q̃ ſi hmõi adminiſtros ea contingeret ignorantia teneri, q̃ prorſus ab omni eos culpa perpurgare, nullo poſtea colligarentur reſtitutionis nexu. Nã cum reſtitutionis obligatio non niſi ratione, vel acceptio-

A Iriani ſolutio.

Solutio.

Adriani nõ ſatis apta.

Aliorũ nñſum.

Solutio vera.

Qui dicantur cauſſa u ſurariæ prauitatis.

acceptionis, vel rei acceptæ exurgat, ſi acceptio nulla fuit culpa, & res apud miniſtrum non manet, omnis ceſſat obligatio.

Quid de famulis pecunias fœneratorũ portantibus.

Veruntamen crimen eſt tam apertum, vt neminem poſſit ignorantia in totum excuſare: niſi forſan in nonnullis caſibus, quorum ſunt grauium Doctorum opiniones diuerſæ. Tunc enim quem conſcientia in contrarium nõ remorderit, auſcultare Doctoribus poterit, qui bonæ ſunt auctoritatis. Præter hos nominatos ſunt alij adminiſtri, qui propriè non cenſentur eſſe cauſſæ; veluti famuli, qui pecunias portant & ſeruant. Erat, verbi gratia mutuatarius ſoluturus: mittit fœnerator per famulum ad petendum, & tradit alteri ad cuſtodiendũ, illi non propriè ſunt cauſſa, neque reſtituere tenentur. Imò credo neque emanuenſes, qui in commentarios rationes dati & accepti referunt. Nam iſti tantum memoriæ ſubſeruiunt. At vero de publico ſcriba, cuius inſtrumentum fidem facit paulò ſanè maior eſt dubitandi ratio. Nam ille publica fide pactum firmat, quod vera eſt vſuræ cauſſa. Et ideo ſaluberrimum eſſet conſilium, talia pacta non ſubſignare. Immo, ſi vigore illius inſtrumenti poſtea alter cõdemnaretur, non eſſet tabellio immunis a reſtitutionis debito: quamuis cum tales vſurariæ lites non admittantur in forum, non tantum inde imminet periculum: niſi tabellio fraudem ſciens, inſtrumentum vſurarium ſub tacita nequitia ſubſignaret. Vt ſi mutuum erat mille ducatorum, & centum vſurarum, fidem faceret mutuatarium mutuo recepiſſe mille, & centum, tũc enim reus eſt reſtituendi. Reliqua, quæ de reſtitutione adhiberi hic poſſunt, non ſunt hoc genus reſtitutioni propria, ſed alijs ſimul communia. Tenetur enim vſurarius de damnis, quæ mutuatarius propter vſurarias ſolutiones accipit.

Quid de amanuẽſibus.

Quid de tabellione.

Item fieri poteſt vſurarum recompenſatio. Vt ſi ego a te eundem vſurarum numerum recepi, quem tu exime per ſimilem iniuriam extorſeras neuter reſtat alterius debitor. Immo cap. quia fruſtra, de vſuris, non permittitur ille, qui vſuras ſoluit, repetere antequam ipſe quas accepit perſoluat. Ad hæc ſi neque creditoris copia, neque hæredum haberi poteſt, pauperibus facienda eſt reſtitutio: vt Alexan. ſtatuit, cap. cum tu, de vſuris.

ARTICVLVS II.

Vtrum liceat mutuo pecuniam accipere ſub vſura.

CVm dare mutuum ad vſuras, peccatũ ſit, & mutuatarius cauſſam eidem malo dare videatur, merito ſubinde interrogatur, vtrum liceat mutuo pecuniam accipere ſub vſura. Arguitur enim a parte negatiua: Pari iure condemnat Apoſtolus ad Roman. 1. eos qui malefactoribus conſentiunt, atque ipſos qui malefaciunt, qui aũt mutuum ſub vſura accipit, non ſolũ vſuram crimini conſentit, verum & occaſionẽ præbet, ac perinde ſcandalum dat, ergo vndequaque peccat. Secundo. Si hoc genus neceſſitas acceptionem excuſaret, ſequeret & excuſare quoque poſſe, vt quis pecuniã ſuam in depoſito penes vſurarium collocaret. Nã æqualis eſſe poſſet neceſſitas; hoc aũt a crimine nullatenus excuſatur, nã perinde eſſet atque gladium furioſo cõmittere, aut impudico virginem, ergo neque licitum eſt mutuum ſub fœnoris vinculo ſuſcipere. In contrarium autem eſt Philoſ. 5. Ethic. vbi docet iniuriam pati, non eſſe delictum, ſed facere; mutuator autem iniuſtitiam irrogat petenti mutuum, ſi eum fœnore mordicat, alter uero tantum patitur. A quæſt. duabus concluſionibus reſpondetur. Prior eſt; Eum, qui paratus non eſt fœnori dare, nemini licet inducere, vt fœneret. Poſterior; Ab eo qui paratus eſt fœnerato mutuare, licitum eſt mutuari ſub fœnore. Ambæ ſimul concluſiones una bimẽbri ratione comprobantur. Inducere quẽpiam ad malum, nemini licet. Præcipuum enim genus cooperandi ad malum, eſt ad illud mouere, & excitare. Cum ergo fœnerari malum ſit, nemini in tale propoſitum, quod ipſe nõ habebat, conijcere poteſt. Attamẽ vti alterius peccato in bonum, nihil abſurdi habet, nam & Deo hoc eſt in vſu. Vtiẽ n. peccatis noſtris in bonũ, ut in Enchirid. diſertè docet Augu. Vnde idẽ facer auctor ad Publicolã, qui utitur, inquit fide illius, qui per falſos deos iurat, non ad malum, ſed ad bonum, non peccato illius ſe ſociat, quo per dæmonia iuranit, ſed facto eius bono, quo fidem ſeruauit, ſi tñ induceret eum ad iurandum per falſos Deos peccaret. Subiungit D. Tho. Exẽplũ Hier. 41. de-

Primũ argum.

Secũdũ.

Ariſtot.

Prima conclu. Secũda.

Ratio vtriuſq; concluſ.

Auguſt.

decem virorum, qui vt vitam ab Iſmahele redimerent, qui eos volebat occidere, theſauros ſuos ei obtulerunt Quocirca veluti dum quis incidit in latrones, licet iniuriam ab illis patiatur volentibus eum trucidare: ipſe tamen offerens aurum, quo vitam redimat, non eſt prodigus: ſic cẽſendum de illo, qui vt ſuæ neceſſitati prouideat, mutuum accipit fœnori obnoxium. Hic autem dubia non deſunt minime prætereunda. Primum eſt, vtrum ſine vlla prorſus neceſſitate ab vſurario fœnerari, peccatum ſit. Videtur enim D. Thom. hoc affirmare, dum non aliter huiuſmodi mutui acceptionem excuſat, quam dum fit ad ſubueniendum neceſſitati propriæ, vel alterius. Hoc autem facillimæ ſolutionis eſt. Enimuerò ille, qui vel nulla, vel non iuſta neceſſitate adductus fœnerator mutuatur ab eo: qui paratus eſt non alio peccato delinquit, quàm prodigalitatis, quæ genere ſuo non eſt mortale. Poteſt enim quiſque circa peccatũ mortale ſua effundere. Attamen ex circunſtantijs fieri poteſt mortale: nempe ſi familiam habet alendam & proles quibus debet in poſterum proſpicere: vel ſi eſſet Antiſtes, qui ſcandalum daret.

Sciſcitatio. Quod ſi ſciſciteris, quænam ergo neceſſitas ingruere debet, vt prorſus culpam abſtergat? Reſpondetur non eſſe neceſſariam ita multum grauem, ſed ſatis eſſe, vt occurrat decentia ſtatus, & ornatus perſonæ: vt ſi magnates ad Torniaminis apparatum, & ad ſimiles celebrandas feſtiuitates ſub fœnore mutuentur, non eſt peccatum.

Solutio. Quin vero ſi ob meram voluptatem facerent, non eſſet niſi ueniale: tametſi etiam in hac magna rum claſſe fieri contingat mortale: vt puta dum hac ratione ingens contrahunt æs alienum in grauiſſimum liberorum detrimentum. Mox & inde arbitror grauiter peccare: quòd fomenta vſurarum ſubminiſtrant, cauſſaque ſunt, vt omne genus mercaturæ deſeratur, vertaturque in vſurarium quæſtum. Vtrum vero liceat mutuum ſub fœnore accipere ad

Scrupulus. exercendam mercaturam, vel alias licitas negotiationes ineundas, fertur D. Thom.

Solutio. Florentiuo mercatori reſpondiſſe, peccatum eſſe: attamen non eſt genere ſuo mortale: immo uero forſan quandoque nullũ. Etenim dum quis non aliam inſtituere valeret rationem uiuendi, non uideo cur nõ poſſet fœnebre mutuum petere, quo illa arte ſibi ſuisque prouideret. Verumtamen hac tacendum impræſentiarum non eſt, quod in perniciem reipublicæ in dies ire pergit. Ingentem enim hominum turbam videas, qui nihil in bonis habẽtes, vt alias effugiant mechanicas artes, nacta à fœneratorum facilitate, occaſione ſub uſuris mutua corradunt, quæ negotiationi exponunt: & de repente mercatores prodeuntes lautiorem uitam inſtituant. Qua ratione & luxu breui ſuam inopiam prodũt, & fracta creditoribus fide reclamant non eſſe ſoluendo. Hi profecto, tanquam publica peſtis, eſſent arcendi, & ceu publici latrones exiſtimandi. Hæc autem ſpecialis ratio utendi in bonum alieno peccato ad id nos euocat generalius perſcrutandum vtrum uidelicet in alijs quoque materijs pariter liceat. Et reſpondetur per hanc regulam, quotieſcunque id quod petitur, tum iuſtè fieri poteſt, tum & bona de cauſſa petitur, quanquam ſcias, alterum perperam facturum, licet tibi tuo uti iure. Exemplum eſt in re præſenti, dum mutuum ab uſurario petis, id tantum poſtulas, quod ipſe poſſet tibi abſque fœnore præſtare. Igitur ſi beneficium tibi fœnerat, ſua eſt, non tua culpa. Similiter in exemplo Auguſti. Dum ab infideli iuratam exigis fœderis, conuentiue fidem licite ipſe poſſit per Deũ verum iuratam præſtare, ſi autem per falſos iurat, ſuæ impietati tribuitur.

Dubitatio. Verumtamen ſi id quod flagitas, præſtari ab altero iuſtè nequit, petitio tua iniqua eſt. Et ſi ab amico peteres, ut quo tuis prouideret ſumptibus, furaretur, aut quo tuam iniuriam ulciſceretur. inimicum tuum vulneraret. Tametſi hanc regulam non uſque adeo uniuerſalis ueritatis arbitror, quo minus exceptionem citra uiolentiam patiatur. Etenim qui a miſero proſtibulo ſtato pretio turpem conſenſum petit, non eſt alius criminis condemnandus, quam ſimplicis fornicationis: quippe cum id genus mulierem non cenſetur ille mouere: quandoquidem ipſa eſt quæſtui paratiſſima. Secus ſi honeſtam ſolicitaret.

Dubiũ graue. Hinc rurſus ad rem proximè gradus fit ad aliud dubium examinandũ, ꝙ grauius eſt: utrum liceat minus malum ad peius euitandum cõſulere. Videlicet ſicuti licet mutuum petere ſub uſuris utendo alieno peccato

eato in bonum, ita sit decens dissuadere alteri, ne occidat, quod bonum est persuadēdo vti mitiorem vindictam sumat. Visus
Caieta. enim est hic Caieta. hoc negare, quod nos tamen super 3. cap. ad Rom. obiter, & qua si aliud agentes affirmauimus. Quapro-
Primū argum. pter constituimus rem hic pressius enucleare. Et à parte negatiua militare videtur primum omnium sententia Paul. loco citato. Non sunt faciēda mala, ut inde eueniat bona. Nam cùm consulens caussa illius rei sit, quam consulit, fit, vt qui minus malum consulit idem censeatur facere, &
Argu. 2. cùm euitare maius malum quędam sit species boni, vt 5. Ethic. c. 1. auctor est Arist. consequens apparet, vt consulere minus malum ad euitādum peius idem sit quod facere malum, vt inde eueniat bonum. Itē alteri non licet malum vllum facere, ut peius euitet, ergo neq; tibi idem ei consulere. Et confirmatur: Si tibi fas esse tale cōsilium alteri præbere: non esset nefas tibi ipsi idem assumere: quare liceret tibi facere malum vt peius caueres: quod est absurdum. Præterea, consulere minus malū,
Argu. 3. est inducere ad malum: at S. Tho hic vniuersim negat licitum esse inducere alium ad malum: ergo nefarium est tale consiliū.
Argu. 4. Ad hæc secundum regulam positam non licet ab aliquo petere id, quod licite ipse præstare nequit, sed nemo minus malum facere licitè potest: ergo neq; hoc est licitum ab aliquo petere.

Solutio His tamen non obstantibus arbitror documentum esse non solum iustum, verùm & salutiferum, si res perspecta consideratione versetur. Enimuerò quia res moralis est, debet casus in eas angustias perstringi, vt cui tale consilium dederis, constitutissimum habeat certissimusque sit grauius scelus perpetrare, ita vt nullo non moto lapide, nulla fiat reliqua via diuertendi induratum in eius animum ab illo proposito, nisi mollius inclinando in aliud, vbi virus euomat. Enimuerò etsi amicum tuum certis conjecturis crederes cras commissurum adulterium, quod nondum constituit, nihilominus nefas esset persuadere modò illi fornicationem, qua calorem restingueret. Neque si haberet corruptam naturam in alterum sexum, licitum esset ad euellendum illum habitum persuadere illi conuersationem cum fœminis. Nam ad præueniendum malum propositum, seu ad compescendum corruptum habitum, non licet hominem in alia inclinare vitia. Est enim regula Arist. 2. Ethic. ca. 9. eum qui delinquit in vnum extremum, inclinandum esse in alterum, sed tamen intra virtutis lineam. Igitur consulere minus malum non licet, nisi ad conuellendum animum qui actu, firmoque proposito infixus est in malum. Fac ergo vnum hominem constitutissimum habere alterum trucidare, & accinctum esse operi, cui, vt dissuaderes nullam præterijsti rationem. Quod huic ergo consilium præbere possit, vt mitiore læsione virtus expuat, arguitur sic, Illud consilium habet bonum obiectum & finem ab'que sinistra vlla circunstantia, ergo est bonum. Definem nullum est dubium, cum sit homicidium euitare, sed & de obiecto idem probatur. Illud si quidem non est, vt aduersarij falsò putant, simplex illud remissius incommodum, puta, cædere eum fuste, aut alapa, aut quid simile, sed hoc conditionate, si alterum certus est, facere, nempè aut occidere, aut leuis vulnerare, citius hoc fac, hoc autem obiectum bonum est, & rationi consonans. Nam vt Topicorum regula habet. Est duobus malis minus est eligendum. Quod vniuersim, etiam in malis culpæ verum obtinet, vt Grego. 13. dist. can. Neruipresspectè docet. Quapropter cum consulens duorum malorum minus, nihil aliud quam electionem illam suadeat, nihil mali committit, sed bonum cōsulit. Sed arguis: Saltem non licet illud minus malum absolutè consulere. Distinguitur de absolutè. Si enim intelligas extra talem casum, conceditur. Attamen casu quo ille certissimus est committere grauius malum, quod illi dissuadendo persuadere nequis ne faciat, quamuis comparationem non exprimas, sed alterum minus consulas, semper subintelligitur comparatio, scilicet si alterum facturus es. Secundò id etiam elucidatur: Si illud consilium malum esset, inde maximè, quod per illud alter inducitur ad peccandum. Quod autem id fallum sit, probatur, Nemo inducit alterum ad illud, quod alter apud habet constitutissimum facere: ille autem constitutum habet malum, aut hoc, aut illud facere, ergo consulens non inducit, vt malum faciat, sed vt faciat minus.

Arist.

Prima rō præteritę assertionis.

Gregor.

Obiect.

Solutio

Secūda ratio.

minus malum. Nulla ergo est consequentia. Dimoueo illum à peiori, inclinando ad minus malum, ergo induco ad malum.

Tertia. Imò in tali casu inducere eum ad minus malum, est inducere ad bonum. Tertiò, ad hominem arguitur contra Caieta. Fatetur nanque licitum esse in tali casu proponere illi materiam minoris mali. Fit ergo inde, vt licitum sit eandem ei declarare materiã, puta quod mitius potest vulnerare hostem, atque illo modo suum explere animũ, suoque honori satisfacere, meliusque sibi consulere, & maiora cauere pericula, sicut Loth exposuit filias nefandit Sodomitis, quo caueret hospitum abusum, hæc autem materiæ propositio (vt eius vtamur verbo) planè consilium est, & suasio. Nam quomodo aliquid aliter consulas, quam explicando rationes, quibus alter moueatur? Quin verò & hoc est inducere. Porrò ergo figmentum est perparum ad mores referens, concedere quòd licet proponere materiam minoris mali, & tamen negare consulẽdi licentiam. Quare Loth, non solum exposuit filias, sed ait, Abutimini illis Et dicere, quod illud fuit tantum permissio, est contra verborum schema, quod apparet plus quam consilij. Quapropter postea in sua Summa, verbo Tyrãnis, concedit planè q̃ licet cõsulere minus malum ad euitandum mains: Igitur vel putauit non sibi contradicere. Nã 2. 2. art. præsenti nunquam negauit licere cõsulere minus malum, sed licere inducere ad minus malum. Et forsan aliquid discriminis commentus est inter Consulere, & Inducere, quod ego non penetro. Vel fortè emendauit sententiam. Et Adr. quodlib. 1. q. 2. no

Adrian. strum amplectitur. Sed dimissis huiusmodi auctoribus, quicitra disputationem, & exa

Augu. men simpliciter loquuntur, extat sententia Augu. in lib. Quæstionum super Exod. & refertur 33. q. 2. cano. si quod verius, vbi de coniuge adulteræ loquens ait, Si facturus est, quod non licet, puta vel vxorem occidere, vel dimittere, iam faciat adulteriũ, & non faciat homicidium. Estque expressa

Chrys. sententia Chrysost. hom. 27. ad populum: vbi admonet consulendum esse illi, qui assuetus est iurare, vt iuret per caput suũ, ne iuret per Deum, Ex c. Gregoria. c. citato, Nerui, idem colligitur. Vnde ad primũ

Ad primũ arg. argumentorum in contrarium, concesso non liceret fieri mala, vt inde eueniant bona, negatur inde consequentia, q̃ licet consulere minus malum, nam talis consultor, vt dictum est, licet sit causa minoris mali, non ideo est causa mali, Est. n. fallacissima consequentia. Imò est causa electionis bonæ, quandoquidem eum, qui fixus est scelestiori proposito, deflectere ad remissus, verè est bonum. Et perinde respondetur ad

Ad secũdum arg. sm̃. Haud. n. sequitur: Alteri non licet facere minus malum: ergo nec mihi licet consulere. Ille namque cum in sua habeat potestate neutrum facere, alterutrum faciat, reus est, mihi verò, quia facultas nõ suppetit dimouendi illum ab vtroque, iustũ est, minus consulendo, à grauiori diuertere. Atque inde fit consequens, vt ego nõ possim mihi sumere simile consilium, nã semper in mea est ptãte duobus delictis, oblatis vtrunq; cauere. Et quantũ ad alia argu

Ad reliqua argumẽta. menta iam ostensum est, consulere minus malũ nõ esse inducere ad malum, imò ad bonum. Atq; adeò ne talis consiliarius petit, id, quod alter prẽstare iustè nequit, nam absolutè nõ petit, nisi vt grauius malũ nõ faciat, ob idq; sua culpa est si acquiescere non vult, nisi in alterum impingendo malum. Cuius simile est, mutuum petere sub

Corollarium. vsuris. Ex his ergo colligito nemini licere minimum veniale peccatum facere, ad euitãdum immanissimum malum in altero. est n contradictionis implicatio, malũ esse, & licere. Neq. licet id vni tertio consulere. Quapropter dum mihi tyrãnus mortem commitatur, potius debeo permittere homicidium, quam vt mentiar. Neque ad euitandum grauissimũ adulteriũ in iuuene, liceret mihi secundam aliam viro solutam inducere, vt illam cognoscendo, ab adulterio declinaret: At verò de Loth,

An Loth offerendo filias delinquerit. nondum per hæc, quæ dicta sunt, planè cõstare põt, veniatne eius factũ excusandum. Porrò Ambros. 32. q. 7. cano. offerebat. vt eius zelum excusatum hre. Et Petrus in secunda sua Canonica eum appellat iustũ: licet inde non fuerit consequens, vt in illo singulari actu non deliquerit, tametsi etiã sit probabile eum peccasse. Nihilominus si factum natura sua perpẽdas, profectò nullatenus licitũ fuit, nisi ignorãtia illud excuses. Haud. n. prudens fuit consilium, sed res indecẽs. Et rõ est, q̃ cum illi incũberet suarum filiarum cura, atq; adeo paterno iure

tenetur

teneretur earum cuſtodire pudorem, non debuit illa via peiori malo obſtare. Nam iam dictum eſt, neque minimum tibi peccatum licere ad euitandum in alicuo grauiſſimum. Secus, ſi conſulendo dixiſſet, ſunt in vrbe virgines fœminæ, quibus veſtram poteſtis libidinem offerre. Qua propter excuſatio quam ei prætexit hic Caiet. dicens quod tantum ex poſuit materiam minoris mali, dupliciter mihi apparet deficiens. Primum quod re vera fuit inductio Abutimini enim inquit eis. Deinde quod neque illa propriarum filiarum expoſitio eum decebat. Gloſſa ergo illius loci Geneſ. 19. quæ Auguſt. eſt, & refertur 14 diſt. can. quod ait non conſilio tribuit qđ fecit Loth. ſed animi perturbationi, quæ parrim eius culpam extenuauit. An vero prorſus excuſauerit, perpendendum eſt ſecundum ſcientiam quam homines illius ſæculi tenebantur habere. Supereſt ergo tandem ad argumenta partis negatiuæ principalis quæſtionis reſpondere. Et quidem primi ſolutio ſatis ex ſuperioribus liquet. Negatur enim eum qui ſub vſuris mutuum accipit, vſurario conſentire, tantum abeſt, vt cauſam illi, vel occaſionem peccandi porrigat. Etenim cum ipſe ſit paratus facere, minime eum perens mouet, vt modo de conſulente minus malum dicebamus. Atque adeo ipſe eſt, qui ſcãdalum dat, ſecus ſi paratus non eſſet. Ad ſecundũ vero eo pacto reſpondetur, quo ſuperius de illis dictum eſt, qui commercia cum vſurarijs ineunt. Si vſurarius inquam nullam aliam crederetur habere ſubſtantiam huius mundi quam vſuris acquiſitam, profecto nemini liceret pecuniam ſuam apud illum deponere, nam perinde tunc eſſet ac ſi tuum eſſet propoſitum, vt tuam quoque pecuniam fœnori daret, quod quidem propoſitum, iniquum eſt, Si vero copioſiorem pecuniam habet, licet tibi ſana mente tuã apud illum cuſtodiendam deponere.

Auguſt. Qualiter Loth ſit excuſandus. Primũ argum. principale. Ad ſecũdum.

ARTICVLVS VI.

Vtrum mons pietatis, vſurarius ſit.

HVic quæſtioni adhibendum articulũ duxerim de Monte pietatis, qui ſub forma mutui vſuræ labem contrahere videtur. Dicitur enim mons pietatis cumulatus æris a ceruus, qui ſubleuãdis per mutuum miſerijs pauperum deſtinatur, ea tamen lege vt mutuatarius quiſq. exiguam pecuniam in ſingulos menſes conferat, nõ quidem, vt aiunt, ratione mutui, ſed veluti ſtipendium miniſtrorum, qui ad ſeruanda excutiendaque pignora, habendaſque rationes dati & accepti deputantur. Cum ergo in mutuo pietas inſit, queritur vtrum ab illo collato ſtipendio vſuræ macula inficiatur? Et arguitur a parte negatiua. Si quidpiam hic commiteretur vſurariæ iniquitatis, maxime inde quod mutuatarij aliquid vltra ſortem erogant, id autem nõ faciunt ratione mutui ſed ad alendos miniſtros eidem negotio neceſſarios, ergo procul hinc abeſt vſuræ peruerſitas Probatur minor. Æquum eſt, vt illud rerarium ab illis, quorum intereſt, ſeruetur incolume, intereſt autem pauperum, nam diuitis, qui illud erogauit, nihil refert poſtquã iam tali miſericordiæ illud mancipauit. Neque refert reipublicæ, vtpote cui nihil inde accreſcit. Solis ergo pauperibus, quorum commodo depoſitum eſt incumbit illud cuſtodire. Neutiquam autem in cuſtodia eſſe poſſet, niſi ſub pignorum fide mutuaretur, atque adeo ad ectis eidem negotio miniſtris, qui pignora ſeruarent, & poſt moram vænundarent, rationeque ſingulorum bona fide retineret, ergo pauperum munus eſt tales miniſtros ſuis ſymbollis ſuſtentare, atque adeo illic omnis vſura cauetur, in contrarium eſt quod reddere tantum in ſingulos menſes, ac perinde tanto plus, quanto plus temporis prolatatur ſolutio mutui, atque id ad reddendum tutam mutuatam pecuniam, qua certe cautela mutuantis negotium agitur, quãdam habet effigiem vſuræ. Inſtitutum hoc montis pietatis in Italia centum hinc annis ortum eſt. Nam Pius II. primus eius refertur approbator. Et poſtea a Lateranen. Concilio ſub Leone X. iterum fuit receptus, cuius vtique extat approbationis Bulla At quoniam, vt Caieta. eiuſdem ſanctæ eccleſiæ Cardinalis, qui vt 2. 2. q. 1. art. 10. refert, eidem interfuit concilio, in Opuſculo huius rei ſingulari cõmemorat, non cuncta eiuſdẽ montis capitula fuerũt per eandẽ bullã approbata, ſed quatenus ſacris canonib nõ eſſent cõtraria, nulla irrogaꝫ iniuria eidẽ apoſtolicæ ſedi ſi de eadẽ mõtis rõne controuerſetur, eo præſertim qꝺ Papa & concilium, in quibus auctoritas reſidet

Quid mõs pietatis. Prim argu. a parte negatiua. Inſtitutio moris pietatis. Pius II Conc Late Caie

det ſumma condendi tum fidei articulos, tum & morum leges, non curant falcem ſuam mittere ad definiendas tanquam de fide philoſophiæ diſputationes, quæ non ex ſacra ſcriptura, ſed ex nuda philoſophia eliciuntur, qualis illa eſt quæ inſtituitur ad examinandum quiſnam contractus ſit vſurarius, quis vero ab hoc crimine liber. Hoc enim non ex ſacra ſcriptura colligitur, vnde ſuas veritates elicit ſancta Sedes, ſed ex media meraque natura rerum. Aliud denique eſt prohibere vſuras ſub his aut alijs cenſuris, quod cum non ſolum ex morali philoſophia, ſed ex ſacra ſcriptura colligitur, proprium eſt Apoſtoli cum munus, aliud vero examinare quiſnam cõtractus ſit vſurarius, quod permittit ex ſola natura rerum perpendi. Et ideo licet in eadẽ Bulla ſententia excommunicationis in eos feratur qui contra vel prædicauerint, vel diſputauerint, debet illa tamen intelligi cum eadem clauſula ſcilicet ſi impugnauerint capitula, quæ ſacris canonibus nõ fuerint contraria. Alias Caieta. fuiſſe damnatus, qui tamen cum tempore Leonis opuſculum edidit, quo monte non probauit, minime fuit reprehenſus. Cum hac ergo quam facimus proteſtatione, quod decretis vel concilij quatenus fuerit receptum (quoniam neque omnia acta illius Laterane nſis recepta ſunt) vel ſanctæ ſedis, nullatenus volumus contraire, ſed eiſdem ſanctiſſime obedire, paratiſſimi retractare qdquid eccleſia catholica iuſſerit, nihil aliud quam operæprecium arbitror explicare rationes quæ eundem montem oppugnare videntur ac poſt ſubijcere qua ratione eadem apoſtolica bulla ſit interpretãda. Igitur mons pietatis multis poteſt modis congeri. Primo, ſi qui habet ſubſtantiam huius mundi, commiſeratione ductus alicui vrbi aut reipublicæ auri pondus tribuit non quidem ſimpliciter in eius id transferendo dominium, ſed huic mutuationis uſui dedicando. Secundo, ſi reſpublica vel ex publico ærario id tali vſui ſeponat, vel ciuium contributione conficiat. Nam quã tum ad rem attinet præſentem, nihil refert Neque vero intereſt, ponduſne auri ſit, an frumenti copia, rerumve aliarum vſu cõſumptibiliũ. Capitula autem mortis ſunt, primum, vt non mutuo detus pecunia aut frumentum niſi in tempus certum, puta in annum. Alias in rem communem non cederet, ſed apud paucos totum occuparetur. Rurſus neque decet abſque pignoratitia cautione montem diſpenſare. Alioqui, cum mutuatarij pauperes eſſe debeãt, ſæpiſſime contingeret vt ſoluendo non eſſent, qua vtique diſſipatione breui mons in nihilum abiret. Qua propter neque pignora vltra præfixum tempus ſeruanda ſunt, ſed illico ſub haſta exponenda, vt cumulus reficiatur. His præhabitis radix huius diſputationis, vna quidem eſt, ſed tamẽ quę diuerſe intellecta diuerſas parit opiniones. Radix inquam eſt quod ille cuius intereſt capitalem illam ſummam pecunię ſeruare incolumen, debet ſuis impẽſis miniſtros ſuſtentare. Sunt autem qui cenſent pauperum intereſſe ideoque immune ab vſurę vitio arbitrantur cõtributionem ab illis fieri, vtpote quę alendis miniſtris neceſſaria eſt. Alij vero quo tum eſt Caiet. putant hoc non intereſſe mutuatariorum, ſed mutuantis, cuius ideo onus eſſe debet ſuos ſuſtẽtare miniſtros atque adeo quidquid vltra ſortem recipit, extorquere aiũt ratione mutui, ſeu ratione dilatę ſolutionis. Atque in hanc ſententiam noſtra concluſio inclinat. Arbitror inquam eiuſmodi ratione montis neutiquam ab vſurę ſordibus elui poſſe. Et quo huius ſententię veritas innoteſcat, hoc primum omnium vtamur exemplo, quod eſſe exiſtimo omniũ regulam. Arguitur inquam. Si quis diues, ac miſericors homo decreuiſſet cuicumq. petenti a ſe, euangelio auſcultans mutuare non tamen niſi ſuſcepto pignore & vſque ad certum tẽpus ſecundũ iura Montis pietatis, nequaquam poſſet quidpiam vltra ſortẽ recipere, ergo neq. illa q̃ vocãt Montis cõitatẽ, id licite poteſt. Demõſtremus prius antecedẽs, vt inde ad illationẽ deſcẽdamus. Homo hmõi mutuator ſi pignus recipit, hoc non facit ad vtilitatẽ mutuatarij, ſed in ſuã propriã, vt tutã ſibi faciat ſolutionẽ pecunię ſuę, ergo qdẽ cuſtodiatur pignus, ſua intereſt, non mutuatarij. Nam mutuatarius mallet ipſe retinere. Sed quia mutuatur aliter non vult pecuniã ſuam ei credere, pignus recipit, atque adeo ratione eiuſdem acceptionis fit debitor idẽ reddẽ di pignus. Idq. adeo non ſolum vt depoſitarius. Nam hic quia non in ſuã, ſed in depoſitantis vtilitatẽ depoſitum ſeruandum recipit, nõ tenetur rõne acceptionis, vt lib. 4. ſub tit. reſtitutionis dictum eſt. Obidq ſi citra

Mõs pietatis.

Capitula mõtis pietatis.

Radix p sẽtis dubitatiõis

Concluſio vnica qua ſatisfit q̃ ſtionis.

Prima rõ p cõcluſione

si citra suam grauem culpam depositum perdatur, non tenetur illud restituere. At vero qui pignus recipit cogitur ratione acceptionis, ob idq; licet minori culpa illud perdat, nihilominus restitutionis laqueo tenetur. Dixerim minori culpa, quia si nulla sua culpa dispereat, liber manet. Apparet n hoc loco Caiet. falsus qui tantum interualli inter pignus & depositum iecerit, vt putet eum qui pignus recipit perinde teneri ratione acceptionis restituere, ac si mutuo vel furto reciperet, atq; ideo etiã si absq; vlla sua culpa pignus pereat, manere semper restitutionis fune ligatum, cum sit latissima differentia. Nam qui mutuum recipit, eius dominium acquirit. Quare quolibet perdatur, sibi petit dominium autem pignoris manet apud debitorem, sicuti dominium depositi apud depositorẽ. Quocirca eidẽ perit debitori, vt patet expressa lege, pignus, de pigno. act. Nisi aliqua culpa creditoris perierit, vt colligitur l. quæsitũ, ff. de distract. pig. Ad nostrum ergo propositum satis est quod creditori incumbit custodia pignoris. Quod si arguas. Beneficiũ mutuandi in vtilitatem cedit eorum, qui mutuum accipiũt, mutuator autem habet se incolumen seruare, ergo id potest aliorum sumptibus facere. Iam supra prodita est fallacia huius argumentationis. Beneficium enim mutui dent gratis conferti, & ideo qui mutuat, recipere onera dent, quæ sunt mutuationi annexa, puta seruare pignus & reddere, alias non mutuet. Hoc quidem verum est quod vbi pignus tale sit, quod possit tinea corrodi, vt vestis, vel alia ratione perire, vtpote si est res pretiosissima ac subinde custoditu periculosissima debet mutuans protestatione mutuatarium admonere, vt suo periculo pereat. Quod si voluerit pignus curari, suis fiat expensis. Est quippe accidentarium quod pignus illius sit naturę. Et pari ratione si mutuator suam credere pecuniam recusat antequam mutuatarius publico se obliget instrumento, illud quidẽ dẽt expensis eiusdẽ mutuatarij a tabellione confici. Nam mutuator nil nisi fidẽ petit, quã alter tenetur dispendio suo exhibere. Atq; hinc sumitur nouum cõtra Monẽ argumentũ. Nẽpe q hoc quod quibusdã pignorib. accidentariũ & peculiare est, non dẽt in legẽ duci vt quicunque mutuatarius ratione cuiusque seruanda pignoris stipendiũ soluat. Quod autẽ de mutuatitia pecunia peculiaris domini cẽnsetur, constat & de illa existimandum cuius respublico dominium habet, nempe quod eius est curę, eam tuto seruare. Sed tamen arguis. Esto ita res habet dum mons certum habet dominium, secus tamen in monte pietatis. Est enim ratio longe diuersa. Quare illatio supra facta, nulla est. Cumulus siquidem huiusmodi nullum habet præter mutuatarios proprium dominum, nam diues qui illum contulit, dominium a se eius abdicauit. Quare sua iam non refert eandem custodire. Neque vero respublica, siue vt aiunt, communitas eundem tenetur seruare mõtem, quo nihil ei inde emolumenti obtingit neque vero dominium eius habet. Fac enim montem illum non esse congestum subsidijs ciuium, neque ex ærario publico, sed a diuite in illos vsus donatum, qui vel reipublicæ vel certis personis meram administrationem commiserit. Cum ergo nullus sit alius dominus, consequens fit vt mutuatarij custodia eiusdem ærarij incũbat. Ecce argumentum contrariæ sententiæ, quod eius patronos seducit, si non contraria nos ratio falsos habet. Probatur ergo eodem relabi illam pecuniam domino alio carere, ac si certum haberet. Illa nanq; tunc pecunia mutuationi exposita, non est pauperum qui mutuum recipiunt. Patentissimum enim est nunquam in eorum dominium veniisse neq. illa ratione ventum ire, sed perinde sunt mere mutuatarij ac si illa pecunia alium haberet dominium, ergo non magis ad illos pertinet illam seruare, quam si esset vel particularis personę vel reip. Ex hoc igitur capite sumitur argumentũ. Mutuatarij non tenentur illam seruare, ergo idem est prorsus iudicium illius stipendij quod vltra sortem tunc soluunt, quod esset si eadem pecunia, esset particularis personæ, tunc autem iam ostẽsum est non esse licitum illud extorquere stipendium, ergo neque vbi nuda administratio existit apud rempublicam. Sed quæris, quis ergo tenetur illam custodire? Respondetur. Si nullum alium habet dominum, illa seipsam. Itaque nullum restat remedium, quam quod expensæ ex eadem capituli pecunia subtrahantur. Sed pressius arguis. Tandem ergo exhaurietur? Fateor quidem ingenue. Et hoc est quod fautores alterius opinionis decepit.

Obiectio.

Solutio

Secũda rõ contra mõtem pietatis.

Obiectio aduersariorum

Solutio præteritæ obiectionis.

Arg. alterũ ad idem.

Quæst.

Solutio

Replica

Solutio.

Ex

Ex quo ſequitur, quod quicunque tale mõtem de ſua ſubſtantia erigere cogitauerit, ſi voluerit fore perpetuum, debet ſtipẽdia ſtatuere, quib ſuſtentetur, vel rempublicã obligare, vt montem ſuſtentet, alioquin mons ſeipſum mutuando conſumet. Sed contra. Mons ille tunc in perniciem tantũ miſerorum peribit, qui inde mutuabãtur, ergo eorum referebat illum ſuis expenſis ſeruare. Negatur conſequentia. Simili. n. rõne probares pauperibus incumbere ſuis expenſis ſeruare diuitias hominis miſericordis, qui mutuata pecunia præſidio ipſis eſſe ſolet. Operas. n. eiuſdem miniſtrorum ideo cenſeri in fauorem fieri pauperum quod ipſi mutuationis beneficia ſuſcipiũt, atque hac ratione eos obligare, vt illa contributione alant miniſtros, tam monſtratum eſt quã ſit fallax argumentũ. Pari. n. ratione, multas alias vſuras defenſares. Enimuero quotquot egeſtate coacti mutuũ ſub fœnore recipiunt, fauorabili beneficio potiuntur. Igitur vt iterum dicam cũ mutuatio gratuito ſit facienda, non debet penſari in cuius fauorem operę cedant miniſtrorum Montis ex eo quod mutuum recipere, beneficium ſit pauperum, ſed mutuatione ſuppoſita ſpeculari oportet, cuiuſnam referat pecuniam ſeruare tutam. Quando vero mutuatarius eſt in mora ſoluendi, liquidum fit ſuis expenſis, ac diſpendio vænundanda fore pignora. Confirmant hanc noſtram ſententiam exempla ciuitatum quarundam Italiæ, puta Mediolani & Brixiæ, & aliarum, vt Caiet. refert, & nos illic audiuimus, in quibus publico ſtipendio ſuſtentantur. Montis miniſtri. Vnum tamen argumentum ſupereſt, quod videtur contrariæ ſententiæ ſuffragari. Nam etſi pro mutuationis beneficio nihil poſſit vltra ſortem recipi, tamẽ mutuandi obligatio, vt ſupra aſſerebamus, digna eſt pretio Poteſt quis inquam ſtipendium ſuſcipere, vt ſit mutuare obligatus. Cum igitur Mons ille tali ſit vinculo aſtrictus, licite a mutuatarius aliquid pro illa obligatione exigitur? Reſpondetur in hoc nullum apparet vſuræ vitium, dummodo hac ſolum de cauſſa tenuiſſima eſſet exactio & procuratione pignorum, & proſcriptis rationibus dati, & accepti, & pro alijs id genus operis nihil exigeretur.

Et per hæc ad argumẽtum in principio quæſtionis obiectum patet reſponſio. Negatur inquam tales contributiones non fieri ratione mutui, niſi hac forte tantum de cauſſa fiant, quam modo adiecimus. Ac perinde Bulla Concilij tres permittit ſolutiones. Prima eſt (vt cum debita obedientia, ac reuerentia id dicamus) non omnia acta illius concilij more, & vſu eſſe recepta. Nam illud Seſſionis nonæ quod fuit inter præcipua, nempe quòd non perſoluentes diuinum officium fructus ſacerdotiorum pro rata reſtitueretur, & poſt ſex menſes ſacerdotijs priuarentur, nondum plane ſcitur an fuerit vſu ſeruatum, quam uis ego, quia iuri diuino quam proximum eſt, non audeo omnino contra conſulere. Secunda ſolutio eſt, quam ſupra dedimus. Videlicet, quòd excommunicatio non fertur niſi cum illo moderamine, vt diſputatio cohiberetur. Contra capitula, quateuus ſacris canonibus ac naturali rationi non ſunt aduerſa. Nam ſimpliciter non fuit illic articulus fidei conſtitutus. Sed rogas. Nunquid non eſſet eccleſiæ conducens, vt caſus omnes, de quibus dimicatur, ſinterent vſurarij, eccleſiæ auctoritate, definirentur? Apparet enim hoc ad ſalutem animarum neceſſarium. Reſpondetur minime id expedire, vt tanquam de fide definirentur, ſi tales ſunt, qui non niſi ex mera philoſophia perpendi debeant, quoniam Spiritus ſanctus non curat eccleſiæ niſi ſcripturam ſacram exponere, & leges neceſſarias ſancire. Et quando ſunt opiniones probabiles inter graues doctores, vtranque ſequaris, in tuto habes, conſcientiam. Secus de immortalitate animæ, ac ſimilibus veritatibus, quæ licet inter philoſophos diſputentur, nihilominus in ſacris habentur vel inde colliguntur. Tertia vero demum ſolutio eſt, quòd penſio quam Bulla in monte pietatis approbat, ſit illa tantum, quæ ſoluitur ratione obligationis ad mutuandam, atque hanc dicit cedere in miniſtrorum ſuſtentationem. Aliæ vero montium ſpecies, quas in vſu eſſe video, longe parentius vitium ſuum produnt. Solet enim potiſſimum inter ruſticanos aggeri copia frumenti, quæ egentibus mutuo diſtribuitur ſine pignore & ſine alijs negotijs quæ miniſtrorum operis egeant, illo nihilominus tributi onere, vt meſſis tempore duodecimã partem menſuræ ſupereroget, nempe modiolum in ſaneeas ſingulas, quod profecto

Obiectio alterа.

Solutio.

Confirmatio ſuperiorum rationum.

Poſtremũ arg.

Reſponſio.

Ad arg. principa

Quæſt.

Diſſolutio.

Aliæ montiũ ſpecies quæ sũt in more patẽtiorem præ ſe ferũt prauitatem.

non

non video quomodo defendi possit. Nisi omnes indiscriminatim oppidani & mutuum susciperent & quasi gratuitum spontaneumque tributum per capita illud soluerent. Nam si non ab omnibus, sed ab illis tãtum, qui mutuato egent corradatur, palam extorquetur ratione mutui.

QVÆSTIO II.

DE GENERALI RATIONE contractus emptionis & venditionis.

ARTICVLVS I.

Vtrum contractus emptioni & venditionis sit Reipub. necessarius.

DVo supra capita statuimus, quibus humani cõtractus deprauantur, videlicet aut id vẽdere, quod nullius est pretij, aut quod pretiosum est, plurisiusto distrahere. De priori vitio sub vsuræ nomine quæstione precedenti disputatum est, consequitur ergo vt de posteriori disputationem prosequamur, quæ quidem disputatio de contractibus inscribitur. Et quoniam omniũ primus atq; aliorum index est contractus emptionis & venditionis, quæstio hæc secunda instituitur de generali ratione huiusmodi contractus, atque adeo primus articulus, an sit necessarius reipublicæ.

Primũ argu. a partis negatiuæ.

Arguitur enim a parte negatiua. Quanto vita humana simplicius ac syncerius trãsigeretur, tanto quietius viueretur ac fœlicius, sed si solum esset rerum cambium, vt videlicet res non numismate distraherentur, sed pro rebus cõmutarentur alijs, quies tior esset mortalium vita, & a tumultibus tutior, quos negotiationum turbulentia secum affert, ergo contractus emptionis tollendus de medio esset humanæ reipublicæ. Secunda arguitur. Secula multa, vt 5. Eth. & 1. Polit. c. 6. auctor est Aristot. absque numorum vsu transierunt. Et Plinius lib. 33. c. 3. ait Seruium Romanorum regem primum signasse æs nota pecudum, vnde pecunia dicta est, & postea fuisse signatũ argentum, anno vrbis 485. & longe post aurum. Et lib. 7. c. 56. ait Liberum patrem instituisse, emere, ac vendere, illis autem seculis fœlicior agebatur vita, atque a fraudibus ac solicitudinibus incolumior quam modo nobis per istas negotiationes agere licet, ergo pernicios us est iste contractus, tantum abest vt sit necessarius. In contrarium est idem Arist. loco citato, vbi ait necessitatem humanæ vitæ numi fuisse inuentricem, qui esset velut mensura & norma æquitatis rerum. Id quod & Iurisconsultus l. 1. ff. de contrahen. emptio. diserte retulit.

Secũdũ

Aristot. Plinius.

Aristot.

Igitur quo quæstionem a genere ipso auspicemur, prima nostra conclusio sit; Contractus est actio inter duos, & ex qua vtrinque obligatio nascitur. Sic enim Vlpianus ait l. Labeo. ff. de verb. ac rerum significa. Contractus est vltro citroque obligatio, quod Græci σύμπραγμα vacant, hoc est confectum, quando videlicet quid piam ego causa tui, tu vero causa mei, accepta dataque vtrinque fide confidimus, ac ratum habemus. Quapropter prædicatio illa contractus, est obligatio (vt sic loquamur) non est identica, sed causalis, illum exhibens sensum, quem nos in nostra conclusione explicuimus, vt quia stato pretio paciscimur, me tibi merces traditurum te vero mihi idem pretium, mutua emergit ex venditione obligatio. Atqui hinc fit vt stricto nomine nullum pactum dicatur contractus, nisi ex quo vtrinque oritur obligatio. Qualia sunt, do vt des, facio, vt facias, do, vt facias, facio, vt des, quæ quatuor connumerantur l. natura. ff. de præscriptis verb. Quemadmodum in matrimonio, inque venditione, mutuatione, & id genus reliquis. Contractus nanque omnis, si de suo nomine rem perpendas, actus iustitiæ est, utranque colligantis partem. Laxant tamen alij latius nomen usque ad illas actiones ex quibus ex altera tantum parte oritur vinculum, veluti est donatio, & simplex promissio. Et ideo Bald quem Sylue. citat in verbo, contractus. & Contra. sequitur. qu. 16. distinguit de nomine contractus, quod accipiatur proprie, quando obligatio oritur ex vtraque parte, & improprie, pro eo ex quo oritur tantum ex altera parte, & improprissime, quando ex neutra nascitur. Sed re vera abusiue iustæ acceptiones ab usu essent abigendæ,

Prima conclu.

Stricto noie nullũ pactũ cõtract⁹ dici valet.

Baldus. Sylues. Contra. Aristot.

Hoc n. est nomina a sua natiua significatione abalienare, si quidem neque donatio neque promissio simplex ad iustitiam attinet, sed sunt actus liberalitatis. Vnde Aristo. 4. Topic. Donum inquit, est datio irrevocabilis, mutuatio vero, quamuis secus ibidem Contra. sentiat & Syl. nihilo a propria ratione contractus recedit. tum quod est datio vt reddatur, tum quod si fide data pollicitus es mutuare, tu teneris dare atq; alter reddere. Quod autem contractum, illum etiam velint appellare, vbi nulla est obligationis vis, sed potius obligationis relaxatio, merito fatentur esse (vt suo vtar nomine) improprijssimum. Exemplum est in acceptilatione, puta quando debitor creditorem interrogat, an quid illi debeat, acceptum habeat. & ille respondet, acceptum habere, hoc est illi condonare. Hic nanque potius est solutio debiti seu remissio, quod ex contractu ortum est, quam contractus. Sed & contractuum species, numerosius quam ars permittit, multiplicant Sco. n. 4. d. 15. q. 2. octo species discernit, ac totidem Gerson in suo tractu de contract. licet parum indifferenter. Antonius vero 3. pa. tit. 8. ca 2 duodecim, sed Conrad. quod suum ingenium est, ad species nu. 30. diuisionem inuitam pertrahit, quæ porro species non sunt, sed rerum potius connumeratio, in quibus confici contractus possunt. Eiusmodi autem materiales diuisiones, cum arte non contineantur, in infinitum abeunt. Si ergo nobis secūda conclusio. Septem sunt contractuum species s. emptio, cambium, mutuatio, emphyteusis, commodatio, permutata cōmodatio, & locatio, & tametsi prima ad secundam, sextaque ad septimā quodammodo reducantur. Missum enim hinc facimus matrimonij cōtractum, quæ mutua est personarum traditio. Nam reliquos tantum qui in externis bonis celebrā tur, consideramus, quorum præsens tractatio instituitur. Horum autem tres tantum ordines reperias. Etenim cum tria in huiusmodi rebus sit meditari, videlicet dominium, vsumfructum, & vsum, vnus est contractuum ordo, quibus dominium transfertur, alius vero eorum quibus conceditur vsusfructus, atque tertius eorum, quibus conceditur nudus vsus. Igitur vbi dominium rei transfertur, si gratis id fiat absque vlla redditionis obligatione, nuda donatio est, quæ ideo contractus nomine non censetur. Cui adiungitur & liberum legatum, nimirum, vbi nullum est iustitiæ debitum. Si autem translatio non gratis fiat, inde emergunt tres contractuum species scilicet cambium, venditio, & mutuatio. Cambium est, vbi res pro re commutatur, vt panis pro vino, mel pro oleo, cotium pro panno, &c. licet de nummorum cā bijs alia sit longe ratio, vt infra videbimus. Emptio autem est, vbi dominium estimato pretio transfertur, sed mutuatio, vbi trās fertur, vt idem vel tantumdem reddatur. Quod in rebus usu consumptibilibus, & potissimum in numismate usu uenit. Si autem saluo dominio transferatur ususfructus non gratis, sed pretio, fit tertius contractus, qui est emphyteusis, seu censualis pensio. Vt fundum sub annua pensione, uel in tempus, uel in perpetuum alteri tradas. Quanquam dum fit in perpetuo, emphyteuta dominium utile dicatur habere, non tamen directum, eo quod semper dependeat a uero dño, si emphyteuta in commissum incideri t. Et dr emphyteusis, hoc est melioratio, ob id quod illa ratione inuētus fuit olim huiusmodi contractus, ut steriles agri, quos dominus colere non poterat, alterius diligentia colerentur. Dū uero merus usus transfertur, tunc exurgunt tres aliæ species. Nam si usum rei gratis indulgeas, ut sola tibi restituatur substantia, est commodatio. Hæc n. secundum nomē differt a mutuatione eo quod commodatū in eadē spem redditur, ut equus & uestis &c. mutuatio uero uel i illa uel in altera. Satis. n. fit mutuanti aurū, si ei restituatur argētum. Secundum uero rem specie differunt qm̄ mutuatione transfertur dominium, cōmodatione uero minime. Si autem usum non gratis concedas, sed pro usu alterius rei, illa est permutata accommodatio, ut si alteri commodes equum tuum, ut suam tibi commodet mulam. Si autem usum concedis, non pro usu altero sed pretio, illa est locatio, cui respondet conductio, siue domum, siue equum, siue proprias operas loces. Perspice ergo quemadmodum ut cambium ad emptionem, sic permutata commodatio ad locationem reduc itur. Cambiū n (ut habetur l. 1. de contrahen. emptione) hoc rātum a uendi one seruigit, q̄ in illa non secernitur pretium a re sicuti in emptione, sed utraq; existimatur alterius pretium. Pari modo in permuttata commoda-

Cambiū

Emptio Mutuatio.

Emphyteusis.

Cōmodatio.

Differimen inter mutuatione & cōmodationem.

Permutata ac-

Scotus. Gerson. Anton. Conra.

Secūda conclō.

Sufficiētia habitæ diuisionis.

Donō.

commodatione vsus vnius rei, est pretium vsus alterius rei, ob idque est quædam locatio. Quare neutra istarum speciem peculiares habet difficultates præter illas, quæ in alijs sunt, ad quas reducuntur. Satis ergo fuisset quinque dinumerare species, nisi quod explanationis gratia duæ aliæ adiectæ sunt. Venditio namque vllo probabilitatis colore ponitur distinctæ species ab emptione, sunt quippe nihil aliud quod duæ correlatiuæ partes eiusdem contractus, sicuti locatio & conductio. Hinc sit, neque depositionem, neque impignoratio nem (quippe quibus neque dominium vllum transfertur neque vsus) esse per se contractu. Depositio namque est positio rei apud alium solius custodiæ gratia. Quare non est nisi quædam fidei commissio Impignoratio vero est rei cuiuspiam temporaria posito apud alium, ad confirmandã contractus obligationem. Quare ea ratione dicitur contractus, quia est contractionis, vtpote mutuationis aut venditionis cõfirmatio. Quin vero neque fideiussio est per se contractus inter fideiussorem & eũ pro quo fideiubet, quoniam solum nascitur obligatio ex parte fideiubentis, alter enim nihil ex debet si amicus gratus fideiussit. Sed fideiussio talis, dicitur iure contractus, quia est robur contractus inter debitorem, pro quo fit fideiussio, & creditorem, cui fideiubetur. Atque idem dicendũ de stipulatione, si pro fideiussione accipiatur, si vero pro simplici commissione, nullus est contractus. Sed tamen in iure frequentius vsurpatur pro actione illa, qua quis interrogatus stipem obligat, tunc si alter aliquam pollicetur conditionem verissimus est contractus, quia vtrinque paritur obligatio. Si autem ad alter nihil obligatur, tunc quia tantum stupulans obligatur, licet contractus iure dicatur, reduci tur tamen ad donationem Ecce contractuum spẽs, quos vocant nominatos, quia suum quisq; sortitur nomen. Innominati autem licet plurimi sint, ad hos tamẽ reducuntur. Omnes enim comprehenduntur sub illis quatuor speciebus suprapositis, do, vt des, &c. Tertia cõclusio. Emptio & venditio, sunt contractus reipublicæ maxime necessarij Conclusio est Aristo. & Iurisconsulti in locis citatis in argumenti post quæstionem. In primordijs enim humani generis, tantum erat rerum cambiũ, mos autem & vsus monstrauit penè esse impossibile illa ratione transig. humanam vitam. Dum enim sutor domo indigeret, ingentissimo opus haberet calceorũ acerno, quem pro illa cambiret, quibus vtique calceis dominus ædium forte non indigeret sed rebus alijs quibus carebat sutor. Et dum tu frumento affluens, vino alterius egebas, forte alter tuo non egebat frumento. Et ideo Arist. 1. Pol. c. 6. barbaras eas gẽtes appellat, penes quas etiam tũc cambia tantum rerũ absque numismatis vsu durabant, de quo, libro sequenti latius. In hunc ergo vsum signatum est numisma, nempe vt tum norma esset exequendi res, tamen tuas & fideiussor reipublicæ nomine, vt quoties illud porrexeris, dẽtur tibi res quarũ indigueris. Atq hunc arbitror genuinũ sensum illius Eccles. 10. Pecuniæ obediunt omnia, nempe quod pecunia inuentũ est omnis res. Pecuniam enim qui possidet, vẽnalia cũcta habet. Hac ergo ratione ex cãbiorũ habuit emptio & vẽditio. Ob idq. in illo contractu quia nõ distinguebatur res pretio, ex vtraq. parte dicebatur cambium. In hoc aũt traditio merciũ est vẽditio, receptio vero repẽso pretio, emptio. Quare emptio est venditionis finis, quia contractus hic ad id ordinatur, vt quisq. sibi necessariã prouideat. Ideoq. quasi a digno ri, denominatur contractus emptionis. Ex his ergo cõpendiola elicitur venditionis emptionisq. definitio, in qua constituenda multi posq̃ se maceraruntur, nihil exactũ colligunt. Est enim vẽditio, rei pro pretio distractio, emptio autem rei pro pretio contractio. Sunt enim hæc verba iuris, quibus generaliter significatur translatio dominij illius rei quę non est redibilis, vt. C. de rescin. vendi l. 2. Rẽ maioris pretij si tu aut pater tuus distraxisti. Quocirca hoc verbo notatur discrimen inter hunc contractum & emphyteusim locationem, in quibus non dominiũ, sed vsus, vel vsusfructus transfertur. Ea itẽ voce secernitur hic idem contractus ab vsuraria mutatione. Nam licet illic transfera tur dominium pecuniæ pro pretio, tamen cum eadem pecunia sit redibilis, non proprie distrahit. Particula aũt, p pretio, separat eundẽ contractũ a cambio, quo res pro re cõmutatur. Et per horum intelligẽtiam argumenta in contrarium rñsa putent Humanũ genus ab imperfecto ad perfectum progressum est Et iõ initio, dum rude erat

Locatio

Conductio.

Corollarium.

Quid depositio.

Quid ipignoratio.

Fideiussio contractus dici nequit.

Tertia conclu. Aristot.

Vsus numismatum.

Genuinus sensus loci sacri.

Definitiones emptionis & vẽditiõis.

incomptumque ac paucioribus neceſſitatibus implicitum, per rerum cambia ſibi ſufficiebat, poſt vero iam cultius politiorem ornatioreque vita inſtitues, neceſſe habuit nouas excogitare commerciorum rationes inter quas conſultiſſima fuit commerciorum vſus, licet humana auaritia nihil non deprauet.

Solutiones argumentorum.

ARTICVLVS II.

Vtrum negotiatio ſit licita.

QVamuis ſimplex rerum emptio & venditio, quibus quiſq. ſuæ familiæ prouidet demonſtrata ſit reipublicæ neceſſaria, non ſubinde claret negotiationem eſſe licitam, quæ eſt emere, vt reuendas, quæ vtique quæſtio etſi a D. Thom. 4. arg. q. 77. ſub compendio diſputetur, hic tamẽ ordine quem nos inſtituimus videtur congruentius apponi, vbi aliquantulo fuſius differenda eſt. Quæritur ergo vtrum negotiatio ſit licita? Et arguitur a parte negatiua: Emptio & venditio ideo oſtenſa eſt neceſſaria, quod non omnibus omnes abũdant, & ideo neceſſe quiſque habet, vt venditis quibus ſuperfluit, emat quod ſibi deeſt; quare emptio (vt dictum eſt) venditionis eſt finis, negotiatio autem eſt contra huiuſmodi emptionis naturam. Negotiator enim non vendit, vt emat quod ſibi deficit, ſed peruerſe emit vt reuendat, ergo negotiatio non eſt licita. Quapropter Ariſt. 1. Polit. cap. 6. emptionem rerum, quæ neceſſarię ſunt ad vitam, venditionemque ratione eiuſmodi emptionis appellat contractus naturales, emptiones autem negotiatorias appellat contra naturam, vtpote cuius finis non eſt vitæ ſufficientia, ſed lucrũ. Atque ex hoc ſumitur ſecundum argum. quod inibi idem Philoſ. ſubiungit, Ars illa quæ non habet præfinitum taxatumque finem, non eſt licita, ars autem numularia & quæſtuaria, qualis eſt negotiatorum, nullum ſibi præſcribit finis modum, ſed lucro lucrum aceruare ergo nefaria eſt. Tertio arguitur. Negotiatio in cauſſa eſt vt rerum pretia exerceant, tum quod merces ad paucitatem venditorum reducuntur, quæ charitatis cauſſa eſt, tum etiam quod negotiator carius quam emit, vendit. Et ideo ſi omnes ad primos venditores concurrerẽt, minoris emerent, id quod rerum vſu vbique experientia docet ergo tanquam reipubl cæ nocua interdicenda eſt negotiatio. Quarto, Actiones morales ex plurimum contingentibus exiſtimandæ ſunt, plurimum autem negotiationes plenæ ſunt fraudibus technis, ac dolis, ergo genere ſuo prauæ ſunt, atque adeo de medio tollendæ. Hac enim de cauſſa peſſime audit negotiatio, & in ſacris literis & apud ſacrorum doctores. Vnde Dauid Pſal. 70. Quoniam non cognoui negotiationem (ſecundum 70) introibo in potentias Domini, Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius. Quaſi negotiatorum iuſtitia non ſit iuſtitia Dei. Et Chryſoſto. ſuper illam hiſtoriã Chriſti apud Matth. eijcientis vendentes & ementes de templo, & refertur 88. diſt. can. eijciens ſignificauit, inquit, quod mercator nũquam poteſt placare Deo, & ideo nullus Chriſtianus debet eſſe mercator, aut ſi voluerit eſſe, proijciatur de eccleſia. dicente Propheta, Quia non cognoui negotiationes introibo in potentias Domini. Atque hac de cauſſa interdicta eſt clericis, vt patet eadem diſtinctione per totã. In contrarium eſt Aug. ſententia in libr. Quæſtionum veteris & noui teſtamenti, & refertur in eadẽ diſtinctio. can. fornicari. vbi ait, Fornicari hominibus ſemper nõ licet, negotiari vero aliquando licet, aliquando non licet, laicis licet, ſacerdotibus non licet.

Primũ argum.

Ariſtot.

Secũdũ argum. Ariſtot.

Tertiũ argum.

Quartũ

Chryſo.

Confirmatio.

Auguſt.

Pro quæſtionis deciſione notandũ eſt, negotium otio eſſe contrarium. Eſt enim idem quod abſque otio. Vnde pro labore & occupatione accipitur. Quemadmodũ dicimus, Negotium forenſe aut familiare, &c. Peculiariter autem negotiari idem eſt, quod mercaturam exercere. Et eſt forſan Antonomaſia quædam propterea quod ars hæc ſolicitudinibus implicita ab otio eſt alieniſſima. Eſt ergo negotiari emere vt reuendas. Vnde negotiatores coempto res dicuntur pro eo quod ex omnibus ſimul locis emunt, & mercatores, quia, mercari, communi vſu non tam eſt ſimpliciter emere quam lucri cauſſa ad reuendendum. Et dicuntur præterea inſtitores, eo vti ait Vlpia. quod negotijs inſtent. Vnde Prou. 31. Facta eſt ſicut nauis inſtitoris Duplex autem negotiationis ſpecies diſtinguitur videlicet vna qua res emitur, vt per induſtriam mutata reuendatur. Sed hæc (vt eo ca. eijciens habetur) nõ eſt nuda negotia-

Fundamentũ.

Quid ſit negotiari.

Duplex ſpẽs negotiationis.

gotiatio, sed inter alias mechanicas artes connumeranda. Quemadmodum enim mechanicus ex lana panum texit, & ex ferro fabre facit gladium, sic (vt exempli gratia dicamus) qui industrius est curandi, vel aues, vel equos, si rudem emat, vt cultiorem vendat, non tam negotium, quam artem exercere censetur. Nam qui pannos ponder, aut attritas vestes coemit, vt refectas vendat, nihil amplius per suam artem præstat. Negotiatio igitur mera, de qua in presentiarum loquimur est, qua quis quid mercatur vt nullatenus mutatum vendés lucrum, comparet. Respondetur ergo ad quæstionem quinque conclusionibus. Prima. Negotiatio neque est de se hoc est intrinsece bona, vt charitatis virtus, neque de se intrinsece male, vt mendacium, sed indifferens, vt comedere, quod secundum finis circunstantiarumque qualitate potest bene male que fieri. Conclusio patet ex citatis verb. Augus. Ait enim non esse vt fornicari, sed quod aliquãdo licet, aliquando non licet. Secunda conclusio. Si negotiationis finem per se consideres qui non est nisi lucrari, quandam præfert turpitudinem. Conclusio est S. Thom. 2 2. q. 77. art. 4. quam quidem probat argu. secundum supra ex Aristot. desumptum. Quoniam lucrari per se nil necessarium, honestumve nominat. At verò si lucrum aliorsum ordinetur, licite potest procurari. Et ideo subditur tertia conclusio. Negotiatio est simpliciter reipublicæ necessaria. Haud enim omnis prouincia omnibus abundat, quibus indiget, sed proclimatum varietate alia affluit terræ fructibus, & opificijs, quorum alia inops est. Et vice versa, alia est aliorum locuplex, quorum inopia alia laborat. Neque possent indigentium singuli tam longa facere itinera, vt minutiora quibus indigent, apportarent, neque vero omnes qui abundant, possunt vecturam exercere, vt illa alio transportat, necessarij ergo sunt, quibus ea sit cura vt mercium copias hinc inde transuehant, qua singulis minutius vendat. Et quod de loco dicimus, de tempore etiam censendum. Vsu enim venire assolet, vt uno tempore redundantia sit rerum, alio uero egestas, neque tamen pauper quis potest suos fructus ad seruare. Quare nisi essent qui emerent, ut in aliud tempus custodirent, non posset respublica seruari incolumis. Quin uero & dum mercimoniæ uel in maris portu uel in ciuitae exonerantur, necessarij sunt coemptores, qui earum copia in tempus seruent, quia non singuli possunt sibi in futurum prouidere. Sed rogat, Nũquid prudentius esset, ut respublica suos ministros conduceret, qui hãc prouinciam subirent? Re uera non posset commode, tam multis mercimonijs hac uia sufficere. Et ideo consultius ducit artem hanc inter alios permittere, quinetiam fouere. Atque hinc sequitur quarta conclusio, quam S. Th. interrogat in dicto art. 4. Licet negotiationis gratia merces carius uendere, quam emptę sunt, ratione impensarum, laborum, locorum, ac temporum, nam iustæ rei pretium, uel in melius, uel in locum, uel tempus mutatæ, excrescit. Hoc autem non facile, quod quidam autumant concedam uidelicet, quod negotiatori liceat carius eodem loco & tempore uendere propter officium quod habet, quam alteri cuicunque, eam pretij iustitia nullum respectum ad personas dicit, sed per se absolute pensatur. Scotus in 4. dis. 15. q. 2. dicit, quod tantum deberent mercatores lucrari quantum stipendij respublica illis decerneret. Regula autem hęc neque contemnenda porro est, neque tamen ad unguem seruari potest. Sed de rerum pretio statim articulo proximo. Quinta conclusio. Ars negotiatoria, tum ex multis circunstantijs illicita fit tum copluribus fraudibus est peruia, tum sub inde in plurimis uersatur periculis. Fit enim primum illicita ex obtecto, ut puta si rem emas, quæ uel natura sua est inuendibilis, ut sacramentum, aut sacerdotium, quæ cum gratis accipiuntur, gratis dari debent, aut lege est prohibita uendi, de quibus habes. C. quæ res uendi non possunt. Secundo ratione personæ, si quæ negotiatur, ut sacerdotes qui iure negotiatione interdicuntur, ut patet dist. 88. per totam, uel ratione personarum cum quibus negotiatur. Nam ad Sarracenos neq; in infideles licet Christianis arma deportare, ut patet extra, de Iudæis cap. Ita quorundam & sequentibus. Fit præterea indecens negotiatio ratione temporis. Vt si in die Dominica, uel in alio festo egregie solenni exerceretur, ut habetur ca. primo, de ferijs, uel in loco sacro. Qua ratione Christus eiecit de templo uendentes & ementes. Istæ autem circunstantiæ tem-

Prima conclõ.

Secũda concl.

Tertia conclu.

Interrogatio.

Rñsio.

Quarta conclu.

Quinta concl.

poris & loci, ratione ſcandali conſtituerēt peccatum mortale, alias minime. Vel ſi in eccleſia impediretur diuinum officium, quod Chriſtus notauit dicens. Quia domus mea, domus orationis eſt. Qua ratione c. decet de immu eccl. lib. 6. negotiationes, quæ in Eccleſiis præcipue prohibentur, ſunt nundinarum ac fori cuiuſcunque tumultus. Citra hos autem caſus non eſſet mortale. Nam in eccleſia confabulando, citra expoſitionem mercium negotiari, niſi ſacrorum aut concionis tempore, non eſt tantum peccatum quamuis, indecentia non careat. De alijs, autem circunſtantijs quæ non peculiariter negotiationes uitiant, ſed in omnes artes inſerpunt, quales ſunt mendacia, & fraudes, hoc ſingulariter adnotandum eſt, quod mercatura, neſcio quo ſuo genio, præcumctis artibus & officijs inextinguibilem ſitim lucri generat. Agricolæ enim atque opifices ſuis officijs victitantes contenti ſunt, mercatores autem, tum quod pecuniam præmanibus ſemper habent, tum quod hæc ars plurimum euentibus fortunæ patula eſt, auidiſſime lucro inhiant, in hoc nimirum aleatoribus ſimilimi. Quæ quidem auiditas animos abſorbet, mendacia nutrit, & dolos nectit Atque hac de cauſſa ait ibidem ib ſolutione ad tertium Sanct. Tho. quod hæc ars habet ſpeciem mali, & ideo interdicta eſt clericis. Ineſt præterea & in hac re peſtis alia, quod cum ſine labore magno & ſudore exerceatur, & maiore ſit in bonore, quam mechanicæ artes, otioſi homines & honoris cupidi, cætera deferentes opificia, in hoc ſe baratrum immergunt, atque adeo non vt merces loco traducant, aut in tempus reſeruent, aut in melius mutuent, ſed meri gratia quæſtus, vænalia cuncta coemunt, vt ſtatim lucrum exprimant. Quorum ſubinde cauſſa, quia liberum non permittunt forum, pretia augentur. Qui idcirco exigendi profligandique è republica eſſent, atque alijs artibus, quæ perſonis vacuæ ſunt, mancipandi. De his autem loquimur, qui ciues paratos priuatim emere anteuertunt. Haud enim condemnandis illis iunt, qui poſtquam ſinguli ſibi neceſſaria emerunt, redundantia mercantur, u in tempus ſeruent. Neque vero illi qui publicitus parati ſunt illa coemere, quæ pauperes neceſſitate coacti, nec emptores inuenientes, vendere volunt, vt veſtes, libros, &cet. Qui vero annonam emunt vt tempore futuro reuendant, licet quandoque vtiles ſint, quaſi rerum neceſſarium cuſtodes, multo tamē pluries ſunt peſtiferi, vtpote cauſſa immo dice augendi pretia, & ideo niſi vbi neceſſitas aliud expoſcat, meritiſſimo eiuſmodi mercatus vetatur.

Inextinguibilis ſitis lucri negotiatorib. ſingularis.

Negotiatores aleatorijs ſimiles.

Alia incommoda negotiatiōis.

Per hæc ergo argumenta ſupra facta ſimilimæ ſolutionis fiunt. Ad primum enim negatur, negotiationem contra naturam neceſſariæ emptionis pugnare quinimo illi obſequens eſt. Miniſterio ſiquidem mercatorum res ſunt veluti in penu, ſingulis indigentibus expoſitæ. Illa autem negotiatio quæ merum lucrum haberet pro fine, quia inſatiabilem animum, non ſolum neceſſaria, non eſt, ſed eſt impendio peſtilens. Attamen hæc ſitis in cuncta mortalium, pectora ſe inſinuat. Et per hoc reſpondetur ad ſecundum argu Tertio vero concedimus, neceſſarium eſſe hac ratione rerum pretia augeri. ſed tamen ex altera parte maiora fierent diſpendia, ũ vnuſquilibet deberet longa facere itinera ad quæritandum quod in ſua deeſt ciuitate Ad quartum reſpondet Auguſt. ſuper Pſalm. 70. Et refertur eadem diſtin. 88. canon. quoniam quod negotiatorum vitia, non ſunt negotij, ſed perſonarum. Etenim ſi propter eorum fraudes releganda eſſent negotia à republica, eadem ratione & agricolas & omnes pariter artifices atque opifices proſcribere deberemus profligareque ab vrbe. Nam & mentitur quandoque agricola, vt grana ſua vendit, & opifex, vt pretium augeat. Qui autem negotiatores in ſacris literis male audiant, declarat ead diſtin. Caſſio ca. quid eſt Negotiatores enim illi, inquit, abominabiles exiſtimantur, qui iuſtitiam Dei minime conſiderantes, per immoderatum pecuniæ ambitum polluūt merces ſuas, plus periurijs onerando, quā pretijs. Veruntamen negare non poſſumus, vt paulo ante declarabamus, quin huic arti multo plus periculorum à dolis & fraudibus immineat, quam cæteris Vnde Eccleſiaſtic. 26. Duæ ſpecies difficiles & periculoſæ mihi apparuerunt. Difficile exuitur negotians a negligentia, & non iuſtificabitur caupo a peccatis labiorum. Et cap. ſequen Sicuti in medio compaginis lapidum palus figitur, ſic inter medium venditionis & emptionis, qui quærit locupletari,

Primū argu.

Secūdū argum. Ad tertium ar.

Adquartū arg. Auguſt.

Caſſio.

pletari anguſtiabitur peccatis. Quocirca Prouerb. 20. in vniuerſum ait Sapiens. Malum eſt, malum eſt ait omnis emptor, & cum receſſerit, gloriatur.

ARTICVLVS III.

Vtrum rerum pretia arbitrio mercatorum ſint taxanda.

QVoniam primum in emptione & vēditione fundamentum iuſtitię eſt pretium, de illo quærendum eſt loco tertiò, an mercatorum æſtimatione ſit taxandum? Et arguitur a parte affirmatiua. Primo, Axioma inter Iuriſcōſultos eſt & celebrata regula. Tantum valet res, quantum vendi poteſt, quam videlicet adnotant l. pretia. ff. ad leg. Falcid. & l. 1. §. ſi hæres ad Senatuſconſul. Trebel & alibi ſæpe. Ergo ſi fraus modo abſit & dolus mercatorum erit arbitrium pretia ſuis mercibus ſtatuere. Secundo. In vnaquaque arte eiuſdem peritis credendum eſt, vt 3. Poli. capi. 7. auctor eſt Philoſophus, & vt Iuriſconſultus ait l. in re mandata. C mandati. vnuſquiſque in re ſua eſt moderator & arbiter. mercium autem artifices, ſunt mercatores. Ipſis ergo ipſorum iudicio deferendū eſt, ut pretia ponant. Tertio, Vnuſquiſque dñium rerum ſuarum habet, ac ſubinde liberam poteſtatem, ergo poteſt quiſq. tantum petere ac recipere pretium pro ſua re, quantum extorquere potuerit idquod in gemmis & rebus pretioſis vſu fieri comperitum eſt. In cōtrarium autem facit lex. Prętia citata ad leg Falc. cuius verba sūt. Pretia rerum non ex affectu neq. utilitate ſingulorum, ſed communiter finguntur, hoc eſt communi æſtimatione taxantur.

Primū argum.

Secūdū argum.

Ad hanc quæſtionem quatuor concluſionibus reſpondetur. Prima Pretia rerum non ſecundum ipſarum naturam æſtimanda ſunt, ſed quatenus in vſu veniunt humanos. Concluſionis huius ratio naturalis eſt, quod cum mundus & eo continētur propter hominem facta ſint, tanti ciuili æſtimatione rex valent, quantum homi nibus inſeruiunt. Quapropter Ariſt. 5. Ethic. 5. ait indigentiam cauſſam menſuraque eſſe humanarum commutationum. Si enim nullus alterius re vel opera indigeret, omnis ceſſaret commutatio rerum humanarum, ergo indigentia admetiri debemus rerum pretia. Viuentia in genere ſuo præſtantiora ſunt vitę expertibus atta men (vt ait. Augu. lib. 11. c. 16. de Ciuitat. Dei) mallet homo frumentum domi habere, quam mures. Et ſolet domus plus venire, quam equus, & nonnunquam equus, quam ſeruus, licet cum natura hominis nihil in corporalibus conferri ad æqualitatem valent. Vbi autem indigentiam nominamus, ornatum etiam reipublicæ intelligimus, vt cuncta complectamur, quæ hominibus præter vitæ neceſſitatem etiā ad ſuam voluptatem & ſplendorem vſui eſſe poſſunt. Secunda concluſio. Ad explorandum iuſtum rei pretium, ex multis ducenda eſt ratio, quæ in triplici ſunt ordine. Primum enim attendenda eſt neceſſitas, rei, mox copia & inopia, deinde negotiationis labor, cura, induſtria, pericula. Præterea ſi merces vel in melius mutuatæ ſunt, vel in deterius, venditorum, que atq; emptorum frequentia, ſit id genus alia, quę prudentiſſimus quiſque ſpeculari poteſt. Tertia concluſio. Cum pretium rerum iuſtum, duplex ſit, aliud ſcilicet legitimum & aliud naturale iuſtum, legitimum conſiſtit in indiuiſibili naturale autem ſeu arbitrarium minime, ſeu in latitudine diuiſibili. Iuſtum legitimum eſt illud, quod lege principis poſitum eſt arbitrarium autem, ſeu naturale currit, quando per legem nō eſt conſtitutum. Diſtinctio eſt Ariſtot. 5. Ethi. c. 7. de iuſto naturali & legitimo. Ad huius autem concluſionis intellectum no tandum eſt, quod merita illa & cauſſas ſtatuendi rerum pretia exiſtimare per ſe quidem primum ad rempublicam & eius gubernatores ſpectat, qui ſcilicet omnibus ſupradictis penſatis deberent ſua ſingulis mercibus ſtatuere pretia. At quia illud in omnibus impoſſibile eſt, relinquitur vendentium ementiumque exiſtimationi. Et illud tunc vocamus naturale, quia ſecundum rerum naturam vſui accommodatū currit Igitur vbi pretium lege poſitum eſt nempe, vt modius, aut tritici aut vini, aut vlna panni vendatur decem, neque vnius oboli acceſſio licita eſt, ſed eſt peccatum mortale ſi exceſſus notabilis augeatur, obnoxiumque reſtitutioni. Et ſi exceſſus ſit perexiguus, erit veniale. Et ideo dicimus in indiuiſibili conſiſtere. Atque hoc eſt, quod ait loco citato Ariſtot. iuſtum legitimum eſſe, quod licet antequam poſitum

Secūda conclu.

Tertia conclu.

Prima conclu. Rō concluſion.

Ariſtot.

Pretiũ rigidũ. piũ, moderatũ.

ſit mihi referat, refert tamẽ poſtquam poſitum eſt. Pretium vero, quod non eſt lege poſitum, non indiuiſibile eſt, ſed latitudinem habet iuſtitiæ cuius vnum extremũ dirigidum alterum vero pũm, ſed mediũ, moderatum. Vt quæ res iuſte venditur decem iuſte quoque venditur tum vndecim tum etiam nouem. Atqui ratio huius eſt, quod prudentia humana, qua per ſupra dictorũ conſiderationes de pretio exiſtimatur, nequit punctim attingere metam, ſed arbitramento quodam. Sicuti 2. Ethic. c. 6. de virtute ait Ariſto. quod conſiſtit in medio, vt definierit ipſe prudens. Atque adeo dum reſpublica penes quam talis reſidet auctoritas punctum non indicat, laxior reſtat iuſtitia pretij latitudinem habens ex quo fit primo conſequens, vt infra illos extremos limites vendere cuicunque liceat carius pecunia credita, quã numerata, inimico quã amico, diuiti deniq. quã pauperi. Sequitur ſecundo ſenſum illius legis, In cauſſæ, ff. de minor. vbi. §. idem Põponius habetur licere naturaliter contrahentibus ſe decipere cui ſimile hꝛ l. itẽ ſi pretio. ff. locati. nõ eſſe (vt Cõra. & aliqui putãt) infra latitudinem iuſti pretij, quia intra hos carceres nullum habet locum deceptio, neq; vlla opus eſt remiſſione (vt prædicti docto re autumant) ſanæ cum tota latitudo iuſta ſit. Sed (vt qõne proxima exponetur) intelligitur citrã dimidium iuſti pretij. Et ideo ait naturaliter, quod humanum ingeniũ lucri auidum, in cauſſa eſt. Quare licere, illic non eſt idem, quod ſine culpa, ſed impune in humano foro. Sequitur tertio, multo tutius, ſi fieri poſſet, conſultum fore cum coemptorũ negotiatorumq. conſciẽtij, tum etiam communi bono, ſi omnium pretia lege pareẽt, vnde l. 1. ff. de off. præf. vrb. § cura carnis. inter alias Præfecti curas illas cẽſetur, vt rerum pretia ſtatuat iuſta. Ob idq. quãdo in omnibus ſeruari nequit, quam fieri poſſet maxime, deberent taxari. Enimuero negotiatores, eo præſertim quod (vt ſupra dictum eſt) lucris ſitienter inhiant, non ſolum prę ſua cæcitate decipiuntur, verum etiam propter ſuam auaritiam conſuluꝝ aſtuque decipiunt. Quam obrem quando lege non eſt ſignatum pretium, non eſt ſtãdum vni ſeu iuslibet mercatorum arbitrium, ſed prudentium iudicio eorumque qui ſunt æquitatis cultores. Eſt enim fallaciſſima regula, ſi quis ſemper quanto emit pretio, quantumque laboris & periculorum ſubijt, tanti velit vendere cũ lucri acceſſione. Enimuero ſi mercator, artis negotiorumque ignarus pluris iuſto emit, aut ſibi fortuna aduerſa reflauit, quia ſcilicet copia merciũ inſperata ſuccreuit, non poteſt iuſte extorquere ex pẽſas, quas fecit. Et vice verſa ſi induſtrior alius aut fortunatior, cui vel contingit minoris emere, vel fautrix arriſit fortuna hoc eſt inſperata rerum inopia poſt accidit, iuſte ſane poteſt carius vendere, etiam eodẽ die & eodem loco, idque nullatenus mercibus in melius mutatis. Nam cum negotiationis ars plurimum ſit fortuitis rerum euentibus ſubdita, debent negotiatores & ſiniſtra ſuo diſpendio ſubire pericula, & dextram operiri fortunam. Loquimur cũ Chriſtianis de fortuna, pro euentu nobis inſpirato. Atque hic eſt ſenſus l. pretia. ff. ad l. Falcid. Vbi habetur, pretia rerum non ex affectu aut vulitate ſingulorũ, ſed communiter fingi. Hoc eſt non ſm̃ priuatorũ exiſtimationẽ, ſed ſm̃ cõem prudentiã cõſtituꝝ. Et eodem alludit ſimile verbum l. in l. 4. eo. tit. vbi habetur, rem non æſtimari pretio formali, ideſt a contrahentibus formato, ſed ſecũdum præſes, puta communi foro currens. Valor namq. rei non ſecũdũ futurũ, quando res nondum eſt, ſed ſecundum præſens in quo res eſt, debet iudicari. Accipe horum exempla. Eſt frumenti charitas in Hiſpania, mercator tunc Siculus hoc audiẽs onuſta frumento naui ad nos adnauigat, quando huc peruenit vel affluãte nobis clementiori cœlo, vel quia aliunde copiam grani habemus, longe imminutum eſt pretium, non poteſt ergo tanti vẽdere, quanti ſibi ſtat merx, neq. vero ſi credito futura ſolutione carius vẽderet, vt ſalte ſe indemnem redderet, immunis a peccato fieret, aut a reſtitutione liber. Et per hæc detegitur alia fallacia, quæ in nũdinis vſu venire ſolet. Etenim in initio cum ſit vberior emptorum copia merces pluris væneunt, in fine autem contraria ratione pretium decreſcit. Arbitrantur ergo tunc mercatores expectatio in tempus, pretio licite poſſe tanti vendere, quanti in initio, cum tamen numerata pecunia idẽ poſſint extorquere pretium. Falluntur in caput ſuum. Vbi demum ad clariorem iſtorum notitiam animaduertenda eſt quarta concluſio. Mercium pretia emptorem copia augen-

Prima deductio.

Secũda.

Tertia collectio.

Fallaxrẽgula in taxãdis pretijs.

Fallacia qua frequenter negotiatores in nũdinis vtũtur.

Quarta conclõ. Solutio.

augentur, penuria vero minuuntur, ſicuti econuerſo abundantia venditorũ minuuntur, raritate vero excreſcunt. Enimuero vbi merces affluunt, venditorum numerus amplior eſt & emptorum minor. Atq. ex hoc tibi reſponſum elicies, ſi hæſitaueris an vendendi cauſſa, & modus, pretium variet. Etenim cauſſa vendendi aut emendi nihil per ſe ad rem facit. Siue enim uendas neceſſitate compulſus, ſiue præ ſatietate rerum ipſas deſpiciens. Item ſiue ob neceſſitatem emas, ſiue propter voluptatem nihil inde variatur precij. Attamen quia uenditoris neceſſitas in cauſſa eſt, ut merces ſub haſta venum exponat, fit, ut paucioribus tunc exiſtentibus emptoribus preciũ rerum uilefcat, ſicuti in bello parta victoria exiguo numo uenditatur præda. Econuerſo vbi publici mercatores emptores expectant, quia illo modo uendendi plures emergunt emptores, ualor mercium creſcit. Atque eadem ratione in initio nundinarum, vt plurimum carius venditur quã in fine. Atque per hanc concluſionem lucet Monopoliorum iniquitas, puta cũ quis vel a principe priuilegium emit vt ſolus ipſe vendat, vel duo aut tres reliquam mercatorum multitudinem antenertẽtes, mercium aceruum coemunt, vt vniuerſi ad ipſos cogantur confluere vel iurata fides cõſtituunt vt nullus eorum niſi tanti vendat. Hinc enim raritate venditorum precium creſcit. Et eadem ratione, vice verſa, licet non tã crebro accidere conſueſcat, emptorum monopolia, ad extenuandum pretia, eſſent nihilominus iniqua. Vt ſi in portu, cui precioſiſſima nauis applicuit, illi, qui emere poſſent, ſibi mutuo promitterent non emere niſi tanti, aut ſi in ſubhaſtatione alios ego ne licitarentur auerterem, vt minoris ego emerem, peccatum profecto eſſet, quod ante reſtitutionem non remitteretur. Et hoc eſt quod ait Cic. lib. de officijs, Non licitatorem venditor, nec qui contra ſe licitetur emptor apponat. Quando vero venditores monopolium facerent, tunc iuſte emptores, quaſi vim vi repellentes, contraria pariter poſſent prudentia vti, puta conuenire inter ſe, vt nullus niſi certo precio emeret.

Monopoliorũ iniqtas.

Cicero.

Reſtat ergo ad argumenta reſpondere. Et primum omnium regulam illam. Tñ valet res, quanti vendi poteſt palam eſt, non habere tam vaſtum ſenſum, quantum verba ſonant. Alias liceret vendere vltra medietatem ueri pretij, quin uero duplo & triplo. Quod ſi illam ſic modereris, vt intelligatur quantum iure & iuſte uendi põt nam id poſſumus quod iure poſſumus, tũc quaſi principium petens, redderes illã inanem. Sin quærenti quanti vendere põt, rñdeas. Quantum iuſtitia fert, nihil rñdes quod ipſe ignorabat. Senſus ergo eſt q̃ tñ ualet res quanti vendi põt, ſ. cluſa ui, fraude, & dolo, quibus in emptore tollitur voluntarium. Et quãuis eodem videatur rñſum recidere ac ſi dixiſſem, iuſte, non eſt tñ idẽ Enim uero ſi quærenti quid eſt homo, rñdeas, eſſe hoiem, nihil doces. Si autem reſpondeas eſſe animal rationale licet idem. ſit tamen quia definitum explicas, non petis principium. Ad ſecundum reſpõdetur, perito artis credendum eſt qñ affectione rei propriæ non eſt infectus, & unuſquiſq. eſt arbiter in re propria dum illa ad alterũ nihil attineat, qui autem uendit, non rem propriã ſuam, verum cõem ſibi & emptori tractat. Et ideo non eſt legitimus arbiter. At quia de gemmis & rebus pretioſis mentio in tertio argumento ſit diſtinguẽdum de mercibus eſt. Quædam enim ſunt reipublicæ minime neceſſariæ, atque illas poteſt quiſque tanti uendere quantum emptor ſciens, & prudens uoluerit dare. Cuius generis ſunt ptioſi equi gẽmæ accipi tres, &c. Spectant enim ad ornatum decoremq. & ſplẽdorem nobilitatis, & ideo magnatum magnificẽt a eſt, res illa magno æſtimare. Alia uero ſunt reipublicæ neceſſaria, vt q̃ ad victum, veſtitum & alios id genus uſus attinent. Atque in his licet nihil fraudis dolive irrepſerit, uis tamen eſt, quantum extorquere potueris, tanti illas diuendere.

Ad primũ arg.

Ad ſecũdũ arg. Diſtin.

QVÆSTIO III.

DE INIVSTITIA QVÆ IN emptione & uendit. committitur.

S. Tho. 2. 2. quæſt. 77.

ARTICVLVS I.

Vtrum licite quis poſſet rem plus vendere quam valeat.

TRIBVS itaque articulis ſuperiori quæſtione præiactis, ſ. de emptoris, nego-

negotiationisque neceſſitate, ac de rerum pretio, ſequitur tertia quæſtio de iuſtitia q̃ in hunc contractum ſe inſinuat. Hoc autē ſtatim in capite carius non præteribo de quo lector forte dubius apud S. Tho hærebit. Ait enim in diſtributione ſtatim quæſtionis, ſolas duas quæſtiones tractandas aſſumere de emptione ſcilicet & de vſura, eo quod circa alias voluntaria commutationes nulla inuenitur iniuſtitia, quæ nō reducatur ad rapinam aut furtum. In quibus verbis dubitatio eſt duplex, Prior, q̃ eadem ratione potuiſſet & has omittere. Nam fraudulentia emptionis & vſuræ, genus quoddam furti eſt. Quod ſi dicat, has duas eſſe commutationes voluntarias, tūc emergit poſterior dubitatio, quod eadem ratione deberet delocatione ſtipulatione, alijs tractare. Ad has autem ſimul dubietates reſpondetur, ſcientem fuiſſe ac prudentem conſiderationem D. Thom Iniuſtitia enim emptionis & vſuræ differt a rapina & furto, quia non fiunt ſimpliciter inuito domino, ſed ſpontaneè tractante, hoc eſt transferent res ſuas in alium. Et ideo licet quantum ad iniquitatem pretij fuerit inuitus, eſt tamen contractus, qualis non eſt furtum. Et quāuis eadem ſit ratio delocatione, tamen iniuſtitia eius & quorumcunque aliorum contractuum ad iſtorum normam exigenda eſt & perpendenda. Omnes namque iniuſtitiæ voluntariorum commutationum ad hæc duo capita reducuntur, ſcilicet vel quod aliquo precio rem vendas quæ nullo digna eſt, & hoc reducitur vniuerſim ad vſuram, aut q̃ precio quod iuſto vel manus vel minus eſt, ſiue rem tuam ſiue vſum transferas. Et de hoc iudicandum eſt per regulas emptionis & venditionis. Eſt ergo primus articulus vtrum licite quis poſſit rem carius vendere quam valet. Quibus verbis implicatur, an poſſit contra vilius emere. Et arguitur a parte affirmatiua. Iuſtum in commutationibus iure ciuili conſtitutum eſt, idem autem ius permittit contrahentibus inuicem ſe decipere, vt habetur l. rem. C. de reſcinden. vend. & l. in cauſſæ. 2. ff de minoribus. §. idem Pomponius. ergo licet pluris rem vendere minorisq. emere quam valet. Secundo, Commune omnium deſiderium a natura videtur proficiſci, ac ſubinde culpa vacare vili autem emere & magno vendere (vt Mimus ille apud Auguſt. 13. de Trin. aiebat) commune eſt mortalium deſiderio cui & Sapiens conſonat Prouer. 20. vbi ait. Malum eſt. malum eſt, ait omnis emptor, & cum receſſerit, gloriatur. ergo licita eſt venditio iuſtum exuperans pretium, atq. emptio idem non attingens Tertio arguitur. Lex amicitiæ ſecundum Philoſophum 9. Ethic. ea eſt, vt rei vtilis repenſatio ſecundum vtilitatem fiat, quam qui beneficium ſuſcepit, conſequutus eſt contingit autem vt emptor cumulatius ex re empta beneficium ſuſcipiat, quam ipſa res valebat, vt ſi equum emit quo hoſtile periculum euaſit, ergo licebit tunc venditori pluris rem il ā æſtimare. In contrarium eſt ſaluificum illud Redemptoris monitum. Quæcunq. vultis vt faciunt vobis homines, hæc & vos facite illis. Et quo fit, quod cum nullus ſibi velit rem iuſto carius vendi, nullus debeat carius vendere alteri.

Ne inſtitutum noſtrum peruertamus, quod eſt S. Thom ſnīam vbiq. noſtræ præmittere, quatuor eius concluſionibus ad quæſtionem reſpondemus. Prima eſt Fraude vti & dolo, vt vel pluris res vēdatur aut minoris ematur, ſicuti in omni contractuū ſpecie delictum eſt idemque ſuo genere mortale. Primo patet auctoritatem Apoſtoli 1. ad Theſſal. 4. vbi admonet, ne quis fratrem ſuū in negotio circunueniat, quoniam vindex eſt Dominus, inquit de his omnibus. Et Cic. de offic. Tollendum eſt igitur in rebus contrahendis omne mendacium, non licitatorem venditor, neque qui contra ſe licitetur, emptor apponet. Etenim vt adeſt fraus, voluntarium abeſt ac ſubinde iuſtitia ſit, charitati aduerſa. Secunda concluſio. Si emptio & venditio ſecundum ſuam nude naturam contempleris, neutiquam licet rem aut iuſto maioris vendere, aut minoris emere. Concluſio eſt patentiſſima. Eſt enim hoc genus contractuum in commune bonum æqualeque commodum introductus. Quod autem ſic inſtitutum eſt, neutram partium grauare debet, ſed ad iuſtitiæ æqualitatē eſt conficiendum menſura autem ac velut bilancium trutina eſt pretium, in cuius uſum numiſma (ut ſupra diximus) inuentum eſt. Ergo iuſtum precium vel augere uel minuere, peccatum eſt iniuſtitiæ atque ſubinde genere ſuo mortale. Pōt nihilo ſecius uenditio ſecūdū accidens exiſtimari, nempe quatenus res vendibilis, aut in de-

Dubiū circa verba San. Thom.

Solutio.

Primū arg. partis affirmatiuæ.

Secūdū argum.

Auguſt.

Tertiū argum. Ariſtot.

Prima concluſ. Probō.

Paulus.

Cicero.

Secūda concluſ. Rō concluſiōis.

in detrimentum vendentis, aut in ementis vtilitatem cedit. Quo ſuppoſito adhibetur tertia concluſio. Licitum eſt in pretium rei ducere damnum quod venditor accepit, ita vt non ſolũ res æſtimetur quã in ſe erat, verum & quanti venditori valebat. Vt ſi meũ ſolũ per ſe non niſi decẽ valebat, mihi tñ, quia ędes illic extruere commodiſſimum duco, valet duodecim, hoc ipſum ex te pretium poſſum tum petere, tum perinde recipere. Et ratio eſt plana, quia vnuſquiſq. vendere totũ poteſt quod ſuum eſt, & in tali caſu non ſolum res, verum & eius emolumentum eſt vendentis. Quod ſi contra ſic arguas. Poſtquam rei dñs ſuapte ſponte diſtrahere mauult, quã emolumentum rei capere, ſibi imputare dẽt, & non exigere plus qui emptori confert, eo præſertim, qui ſi hic reſciſſet rem non tanti per ſe valere, forſan nõ emiſſet. Reſpondetur, argum conuincere id nequaquam licere, niſi venditor rem patefaciat emptori, admoneatq. hominem vt videat an ſibi expediat illa lege emere. Qui .n. emptor ſciens & prudens, quia vel ipſe tantam vel maiorem rei neceſſitatem patitur, vel ſuo vult animo obſequi, cum illo onere rem emere contendit, iuſte vẽditor tanti vendit, quanti ſibi valebat, alias minime. Quarta concluſio. Commodum quod ementi accreſcit, ſi nullum inde detrimentum vendens accipiat, non licet in pretium duci. Probatur ratione contraria. Quoniam venditor non poteſt niſi quòd ſuum erat vendere, commodum autem ementis non erat res vendentis, ſed ſua ipſius neceſſitas vel ars cauſſa illius exiſtit. Vt ſi quis equum emit qui non venditori, ſed ſibi ad bellum neceſſarius eſt, vel rem aliam quia per uſum ſuæ artis cumulatius lucrum facere poteſt, quam feciſſet venditor. Alioquin ſi utilitas ementis pretio accreſceret, liceret pharmacopolis medicamenta tanti vendere, quanti valet ſalus in infirmo. Vrbanum autem eſt, vt eiuſmodi emptor grates venditori rependat. Et per hoc ſoluitur argumentum tertium ex Ariſt. ſumptum. In commutatiua nanque iuſtitia rerum tantum æqualitas penſatur, in amicitia vero vtili vtilitas, quæ per donum gratificum rependitur. Vide quam ſit falſa & fallax regula Ioan. Maio. 4. diſt. 15. q. 29. vbi aſſerit, quòd id quod ſecundum naturalem æquitatem debetur, poteſt pactum duci. Nam tunc liceret mutuatarium obligare non ſolum ad remutuandum, vt ipſe fatetur, ſed ad emendum a mutuantis officina & molendum in ſuis molis, & pariter emptorem ad augendum pretium ob ſuum emolumentum. Quæreret hic autem attentus lector circa hanc concluſionem, an vice verſa detrimentum, quod emens patitur cauſſa ſit legitima vt pretij quidpiam detrahatur. Sylueſtr. quidem verb. emptio. §. 7. aſſerendo reſpondet. Vt ſi quis, inquit, tuarum operarum nihil egens, tuis victus precibus quia pauperes, te conducit poterit operas tuas minoris redimere, quam ſi te ipſe rogaret. Attamen huius certe cauſſæ non eſt emptoris detrimentum, ſed quia (vt arti. præcedenti diximus) venditoris copia vile ſcit pretium. Et ideo cum emptorem rei tuæ quæris, vel tuarum operarum conductorem, minoris tu tuaque æſtimantur. Aliud enim apparentius fieri poteſt argumentum contra eandem concluſionem. Sequeretur nanque ex illa, quòd neq. dum quis vſu alienæ pecunię, quam habet in depoſito, quidpiã lucri conficit teneatur dño illud partemve refundere. Conceditur autem plane cõcluſio. Neq; poteſt depoſitor cum depoſitario citra vſurę crimẽ paciſci dę parte lucri, niſi ſocietatem faceret cum periculo ſortis, de qua infra. Poteſt nihilominus ac eſſet idem depoſitor per honeſtatem & comitatem illi eſſe, re etiam gratus. Neque vero vſuræ culpa ſubeſt. Si tu pecuniam tuam apud gratum mercatorẽ deponas, quem tibi ſperas fore beneficũ, neque vero ille vſurarius cenſetur, ſi ea ſpe tibi ſit munere gratus, vt tu iterum eius cuſtodiæ aurum tuum concredas.

Primum igitur argumentorum capitis quæſtionis, dubij illius ſolutionem depoſcit, quo ſcilicet pacto iure permittitur in venditione & emptione decepto. Et quidem iam proximo articulo ſenſum illius legis excluſimus In cauſſæ 2. § idem Pom po. ff. de mino. Vbi habetur, quòd licet cõtrahentibus naturaliter ſe decipere Cui ſimile concinit lex, Item ſi pretio ff. loca. Haud enim intelligitur infra latitudinem iuſti pretij, quantum illic nulla eſt deceptio Intelligitur ergo citra medietatem iuſti pretij. Id enim non ſolum ciuilia iã nunc citata, & l. 2. C. de reſcind. vend. & l ſi voluntate, co.tit verum etiam iura canonica

Tertia conclu.

Rõ concluſion.

Obiectio.

Solutio

Quarta concl.

Probatio.

Regula Maioris falſa.

Quæſt.

Arg.

Reſpon ſio.

Ad primũ arg.

nica permittunt vt patet ca. cum dilecti. cap. cum cauſſa extra, de emptio. & vendit.

Quid ſit uendere ultra dimidium iuſti pretij.

At vendere vltra dimidium iuſti pretij, ſunt qui referente Conrad. q. 57. eſſe arbitrentur vendere vltra duplum, ſed nulla ſe poſſunt probabilitate tueri, nomẽ enim ipſum rem explanat. Eſt enim vendere vltra ſe, qui alterum, vt res quæ valet decem, habet latitudinem iuſtis inter nouem, & vndecim, vendere autem eam ſed enim, eſt vendere ultra dimidiam veri. Sicuti emere citra dimidiũ, eſt emere quatuor, nã quinque ſunt media pars. Sicut habet lex illa citata, Rem maioris, in C. Minus pretium eſſe uidetur, ſi neque dimidia pars veri pretij ſoluta eſt. Eſt ergo quæſtio, utrum lex id permittat tanquam licitum? De quo tres ſunt opiniones. Prima eſt. Durandi ordinis Minorum, quem & citat Conrad. q. 57. & reprehendit Ant. 2. par. tit. 1. cap. 16. tenentis, licere uenditori in foro Dei exigere pretium iuſto maius etiam ſi immodicus ſit exceſſus, dummodo non ſit ultra dimidium. Et poſſet quis in fauorem opinionis huius ſic arguere. Lex humana obligat in foro conſcientiæ, poteſt ergo in pœnam imprudentiæ condemnare emptore illo exceſſu, ſicuti facit in præſcriptione. Secundo ſententia iuſta obligat in foro conſcientiæ, niſi ex falſa præſumptione procedat, ſed ſi emptor uenditorem in iudicium de hac re deferat, abſoluetur uenditor, ergo in tuto manet eius conſcientia.

Quæſt.

Prima opinio Duran. Cõrad. Anton.

Primũ arg. pro Durãdo

Proxima huic eſt ſententia Gerſonis in tract. de contractib. & in ſuis Floribus, ubi ait quòd huiuſmodi deceptor peccat quidem, idemque mortaliter, ſi exceſſus eſt notabilis, tamen ad reſtitutionem non tenetur. In tract. quidem de contract. cunctatius id dicit, ſed tamen in Floribus audacius idem aſſeuerat. Et ratio ſua eſt, quia ſcienti & uolenti non fit iniuria. Tertia tamen opinio eſt S. Tho. præſenti loco 2. 2. Et quamuis dicat Gerſon non eſſe de hoc concordiam inter Theologos profecto in 4. Senten. q. 15. oẽs communi conſenſu ita ſentiunt. At forſan quis contra citet Scot. qui illic q. 2. ait durum eſſe inter contrahentes, ſi non ſemper intenderent aliquid de inuiſibili iuſtitia remittere ſibi mutuo, ut omnem contractum concomitetur aliqua donatio, ex quibus fortaſſe uerbis ille ſuus Durand. ſeductus eſt. At uero Scotus nihil ſibi aliud uult, quam q; ultra citraque indiuiſibile pretium contrahentes, ſibi mutuo intendunt remittere, infra latitudinem tñ iuſti, ubi nos ſupra diximus nulla opus eſſe remiſſione aut donatione. Etenim inferius art. 3. ait, q; in fi audibus non eſt uoluntaria donatio. Igitur q; leges canonicæ nec ciuiles permittere uelint deceptionem citra dimidiam iuſti, tanquam rata in foro Dei, patet cum primis naturali diuinoque illo præcepto ſupra citato. Id ne facias alijs, quod tibi fieri non vis, nemo enim ſeduci aſtu uellet. Eſt quippe (ut dicebamus) contractus hic emptionis ac uenditionis pro communi bono inuentus, quare neutra pars debet ab altera grauari. At demonſtratio naturalis eſt hæc, Præceptis naturalibus nulla humana lex derogare poteſt, quia eiuſmodi iuſſa (ut patet in decalogo) non ſunt diſpenſabilia, ſaltem nemo ambigit in diſpenſabilia eſſe iure humano, quanto minus abrogabilia? ſeruare autem iuſtitiam in commutationibus, eſt præceptum naturalibus, atque adeo diuinum, quia præceptio naturalis ab æterna lege deriuatur, ergo nulla humana lege poteſt abrogari. Minor porro præmiſſa tam nota eſt, quam Maior, quoniam iuſtitiæ obiectum eſt æqualitatem facere in rebus. Et ideo Ariſt. 5. Ethic. docet totam uirtutem iuſtitiæ commutatiuæ in hoc uerſari, ut æqualitatem inter perſonas conſtituat, nempe ut quantum a te accepi, tantum tibi reddam: neque tu ex me plus extorqueas, ergo recipere ultra latitudinem iuſti pretij, manifeſte repugnat natiuæ rationi iuſtitiæ. Secundo. Fraus (ut ſæpe diximus) opponitur uoluntario, illic autem eſt iniqua fraus; ergo emptor inuitus dat ultra dimidium atque adeo uenditor genus furti committit. Et præterea eſt contra præceptum Paul. 1. ad Theſſa. 4. Ne quis fratre ſuum in negotio, circunueniat, ubi omnis fraudulentia cõdemnatur. Tertio. Si liceret decipere citra dimidiam iuſti pretij, pariter liceret defraudare in mẽſura, ut ſi decẽ modios grani uendidiſti liceret tibi accepto integro omnium pretio ſex tantum ſubdole tradere. Patet, quia eodẽ relabitur, hoc autẽ iniquiſſimum eſt, aſſertuq; abſurdiſſimum, cõtra illud Deuter. 25. Non habebis in ſacculo diuerſa pondera, maius & minus, neque erit in domo tua modius maior & minor.

Secunda opinio. S. Tho. Rõ Gerſonis. Scotus.

Tertia ratio.

Ariſtot.

Secũda ratio.

Paulus.

Tertia ratio.

Suadẽtur ſententia. S. Tho.

Prima ratio.

Ex his

Ex his fit conſequens quod huiuſmodi deceptor tenetur ad reſtitutionem. Hoc com-
Corollarium cõtra Gerſonem. perriſſimum eſt, quoniam peccatum iniuſtitiæ (vt identidem repetimus) natura ſua obligat ad reſtitutionem, iuxta illud c. ſi culpa, extra, de iniur. & dam. dat. Si culpa tua datum eſt damnum, vel iniuria irrogata, iure ſuperi his ſatisfacere te oportet.
Arg. 4. Atque hinc ſumitur quartum argumentum contra illam Durandi opinionem, & (ſi qui ſunt, vt fertur) doctores iuris, qui illi patrocinantur. Si deceptio medietatem iuſti precij ſuperaret, obligatio inde emergeret reſtituendi quod negare non poſſunt. Tunc ergo aut reſtituendus eſſet totus exceſſus vltra iſtum pretium, aut nõ niſi ille, qui eſt vltra iuſtum pretium cum dimidio. Hoc ſecundum dicere nequeunt. ſiquidem ius etiam ciuile contractum reſcindit, niſi integer exceſſus reſtituatur emptori, vt expreſſe habet præfata lex 2. C, de reſcind. vend. Si autem tunc reſtituendus eſt totus exceſſus fit, vt in deceptione circa dimidium reſtituenda ſit illa pars. Mirabile n. eſt dictu, quod ſi rem valentem decẽte mercatus ſum ſexdecim, tenearis mihi reſtituere ſex, dum autem mercatus eam ſum quatuordecim, nihil mihi debens. Quocirca multo magis eſt de Gerſone mirandum, qua de prima opinione, nam poſt quam agnouit eiuſmodi deceptionẽ delictum eſſe, quomodo ignorare potuit præuaricationem eſſe iuſtitiæ? cuius vtiq. naturale eſt nexu reſtitutionis delinquentem illaqueare. Neque plane intelligitur quid ſibi voluerit, regulam iuris allegando. Sienti & volenti non fit iniuria. Nam etſi emptor ſciens & volens emit, celatur eum tamen iuſtus valor, ac ſubinde ſeduci tur, putans tanti rem valere quantum venditor petit. Sed aiunt iſti (vt pro illis arguamus) lex potuit humana venditorem a reſtitutione liberare, tradendo illi dominium, ſicut in præſcriptione. Profecto iuſte non potuit, quia non ſubeſt tanta cauſſa in præſcriptione namque ratio quietis obuiandi quam litibus perſuadet, vt principis qui cuſtos eſt pacis, priuet negligentes, qui diu rem ſuam deſerunt, quia poſt longi temporis lapſum multæ oborirentur fallaciæ. In contractu autem emptionis nequeũt cuncti rerum precia noſſe. Et ideo illi qui bona de emunt non eſt cur propter iniquitatem inſtitoris mulctentur illo exceſſu, eo præſertim, q̃ in præſcriptione poſſeſſor bona fide poſſidẽt, & ideo iniquum eſſet vt poſt tam lõgum tẽporis morã inquietaretur, fraudulentus vero mercatori mala fide decipit, ob idq. nulla fert rõ vt de ſua iniquitate emolumentum reportet, atq. id præſertim, quod ab innocente extorquetur. Igitur rei concluſionem faciamus, virtus humanarum legum in hac parte duplex eſt. Vna, q̃ læſo citra dimidiũ non dat in iudicio actionem. Altera, quod non permittit contractum reſcindi, vt habetur lege citata. Si voluntate. C. de reſcin. vendit. At vero rogas, cur ergo tali caſu actio non datur? Reſpondetur, inconſultiſſime legũ latores feciſſe. Haud n. illi mortales tanti æſtimabant bona hæc t̃palia, vt p̃p illa tantam ſinerent litigationum turbinẽ, quantã nunc videmus, contra documentum Chriſti admonentis, vt ad redimendum t̃pis petentia nobis tunicam, dimittamus & palliũ. Obidq. in præſcriptione ubi maior erat cauſſa rõne conſulendi paci, dñium adiudicatur poſſidenti, in deceptione autẽ citra dimidium, actio petẽti denegatur, eo q̃ illa deceptio infra dimidiũ iuſte agre, & lubrice põt ſemper percipi, & iõ multas parturiret fraudis formas. Remittitur tñ ad forũ Dei. Et hac rñſione ſit ſatis argumento ſecundo ſupra facto.
Scrupulus.
Obiectio. Haud. n. abſolutio iudicis in tali cauſſa eſt ſacramentalis. Sed alleger forſan cõtrarius axioma illud qui peccat legis auctoritate, non peccat, ſed quia contra legem agit, vt contra Pellicianum ait Argu. 2. 3. q. 4. can. Qui peccat, & idem ferme habetur l. Gracchus. C. ad legem Iul. de adul. eſt autem de
Solutio. luſoria hæc citatio. Illud. n. intelligitur de lege iuſſoria, ſecus autem de permiſſoria. Ille inquam qui agit quod lex iubet, non peccat, ſecus de illo, qui agit quod lex humana impune permittit. Non. n. omne illud permittit diuina. Alioqui meretrices quia lege permittuntur nõ peccarent. Vñ
Chryſo. Chryſ. (vt habetur 33. q. 1. ca hac ratione) Quod permittimus, inquit nolentes præcipimus, quia malas hominum voluntates ad plenũ prohibere nõ poſſumus. Et. ff. de reg. iur, ſemper in cõiunctionib. (ſic enim lex incipit) non ſolum quod licet conſiderandum eſt, ſed & quod honeſtum ſit. Vbi gloſſa ponit exemplum in prppoſito. Nam etſi licet, inquit, contrahentibus ſe decipere, non tñ conuenit bono uiro. Nullũ ergo

du-

dubium reſtat, quin huiuſmodi uafri ac ſe ductores, ſiue venditor ſit, ſiue emptor, teneantur reſtituere etiã nõ requiſiti. Quod ſi inſignem doctorem innocentium cõtra nobis obijcias, qui ſuper cap. quia plerique de immunitate eccleſiarum, in genere ait, quod quando contractus iure tenet, pars quæ lædit, non tenetur reſtituere quoadus que pars læſa reperat, nullatenus contra pugnat, quia id de contractibus prorſus intelligit, in quibus ius translationem dominij non vetat. Qua ratione lucrum ex ludo non tenetur lucrator reſtituere niſi petatur, impræſentiarum autem iure naturali & diuino inhibetur translatio domini. Quare idem egregius auctor cap. In ciuitate. de vſuris. In hoc particulari caſu edocet leges permittentes deceptionem citra dimidium iuſti pretij, intelligi iure fori, ſed non iure poli. Idemque Panorm. ſuper d. cap. quia plerique. Atque idem inſigniter Bald. ſuper cap. cum cauſa. de teſtibus. vbi allegans ſingularem illam gl. l. ſem per ff de reg. iur. ait tales fraudulentos contractus non eſſe licitos in foro conſcientię, ſed mercatorum animas in periculo verſari, quamuis alibi variare videatur. Etenim qui non rerum cauſſas introrſum rimantur, nõ præſenti ſibi conſtare. Attamen in eandem ſubſcribũt ſententiam quotquot ſunt iuriſconſulti præcipui nominis. Ad ſecundum arg. ipſe ibidem Aug. reſpondet, dicens quod Mimus ille dicebat, ſcilicet ca re vendere, & vili emere, re vera vitium eſſe naturæ, ac latam viam per quã (vt Chriſtus teſtatur) multitudo vulgi incedit. Contra quod tamen poteſt quiſque adpiſci iuſtitiam qua illi reſtat. Et ſubdit cuiuſdam exemplum, qui venditori petenti modicũ pretium pro libro, iuſtum ſoluit. Ad tertiũ autem ſupra reſponſum eſt.

Innocẽtius.

Mẽs Innocẽtij.

Panor.

Baldus.

Ad ſecũdũ arg.

ARTICVLVS II.

Vtrum vitium rei venditæ ſic venditionem dat illicitam, vt neceſſarium ſemper ſit illud detegere.

POſtquam de ſubſtantia venditionis viſum eſt, quæ in iuſto conſiſtit pretio, ſubſequitur, vt eius conditiones exploremus. Secundum autem ac tertium articulum S. Thom. q. 77. niſi qui oculate perpexerit, vix differre videat. Quærit n. in ſecundo, vtrum venditio reddatur iniuſta propter defectum rei venditæ. Cui quæſtioni poſtquam affirmatiue reſpõdit, adiecit q̃ ſi quis in uendicione ſcienter fraudẽ feceſit, venditionem reddit i liciam & reſtituere tenetur. In tertio nih lominus ſciſcitari pergit, vtrum venditor teneatur vitium rei venditæ dicere, quòd videri poteſt affirmando deſiniſſe in ſecundo. At vero diſcrimen eſt huiuſmodi, quod vendere rem vitioſam aut contingit eodem pretio, ac ſi integra eſſet & ſolida & in hoc ſenſu procedit articulus ſecundus. Aut cõtingit precio duntaxat, quod cum vitio valet. Et de hoc adhibetur articulus tertius, videlicet vtrum poſtquam res non maioris venditur, quam iuſte valet, licet venditori vitium ſubijcere. At vero adeo ſunt quæſtiũculæ germanitate connexæ, vt fortaſſe eodem ſimul articulo commodius diluciden tur. Quæritur ergo vtrum merces vitium, ſic venditionem reddat illicitam, vt neceſſarium ſit illud ſemper detegere? Et arguitur a parte negatiua. Tria ſunt, in quibus accidit merces deficere, ſcilicet ſubſtantia, quantitas, & qualitas. Defectus autem ſubſtantiæ, qui omnium eſt nocentiſſimus, non eſt cur ſemper contractum uitiet, puta ſi quis vendat argentum, aut aurum alchimicum pro vero. Nam, vt ferunt illius artis magiſtri, ad eoſdem fere humanos vſus confert, puta ad vaſa cælanda, cudendaque numiſmata, ergo multo minus ab alios defectus qualitatis & quantitatis reddetur venditio illicita.

Primũ argu.

Secũdũ argum.

Secundo vbi emptor emere non cogitur ſuo ſubeſt iudicio cognitio rei, ac perinde illi imputanda eſt deceptio, ergo venditor dummodo non mentiatur, docere non tenetur emptorem. Alio qui illo ſtultitiæ genere notaretur, quod retulit in officijs Tullius, vbi ait. Quid tam abſurdum, quam ſi domini iuſſu ita preco prædiceret. Domum peſtilentem vendo? Accedit huc tertio, q̃ cauſſa quę vigere poſſet vitiũ detegere non eſt alia quam vt preciũ fiat minus, haud tamẽ tenetur vẽditor cauſſas ſemper propalare, quibus res minoris æſtimaretur, nam mercatur præſcius merciũ quarum copia ſuperuentura eſt, licite poteſt tacitus ſuas præuendere pretio currenti, ergo illa de cauſſa non tenetur reuelare alia vitia. In contrarium eſt Ambro. lib. de officijs, vbi ait, Regula iuſtitiæ manifeſta

Cicero.

Tertiũ argum.

Ambr.

eſt

est quod a vero non declinari virum deceat bonum, neque damno iniusto afficere quenquam, neque aliquid dolo annectere rei suæ. Atque ibidem rursum. In contractibus vitia eorum, quæ vendunt prodi iubentur ac nisi intimauerit venditor, quamuis in ius emptoris transierit, doli actione euacuantur.

Cum in duos sensus partiti quæstionē simus, scilicet vtrum rem vitiosam pro integra, eodemque pretio vendere liceat, & vtrum dum pretio valorem non excedente vēditur, liceat eius vitium silere, de priori sensu tribus conclusionibus respondebitur, ac de posteriori alijs item tribus. In rem autem venali (vt primo argumento, dicebamus) tria sunt considerāda videlicet substantia, quantitas & qualitas. Est ergo prima conclusio. Defectus mercis, siue in substantia, siue in quantitate, siue in qualitate contractum reddit illicitum, si pretio verę rei integrę & solidę vendatur. Conclusio patentior est quam ait testibus indigeat. Violator enim tunc iustitiæ, atque adeo genere suo est peccatum mortale, nisi rei pusillitas veniale faciat. Atqui in eum qui contrafacit quantum ad substantiam, proclamatur, apud Isa. cap. j. Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mistum est aqua. Quantum vero ad qualitatis mensuram, admonetur Deuter. 25. Non habebis in seculo diuersa pondera, maius & minus, neque erit in domo tua modius maior & minor. Et paulo post. Abominatur enim Dominus eum qui facit hæc, & aduersatur omnem iniustitiam. Vbi natura peccati mortalis exprimitur. Et simile est de qualitate. Vt si quis morbidum iumentum pro sano firmoq; vendiderit. De his omnibus extant præterea cautrices leges. Lege enim. In venditionibus, ff. de contrah. empt. contractus rescinditur, si substantia vna & corpus, vt aliud, pro altera vendatur. Vt si mihi vnum fundum aut seruum vendas, & alterum tradas. De mensuris etiam, & de mercium qualitatibus leges abundant. Secunda conclusio, quæ ad ista consequitur. Venditor qui rei defectum cognoscens eundem fraudulenter emptorem celauerit, contra iustitiam delinquit qui vero rei nescius contractum fecerit, licet a culpa fiat immunis, tenetur tamen vbi primum defectus fuerit deprehensus, eundum contractum infectum reddere, alioqui restitutionis funiculo ligatur. Res est clara, atque eis etiam qui lippis sunt oculis peruia. Atqui celare censetur, qui ea verborum versuria vtitur, vt vitrum contectum relinquat, vt isti proxenetæ dum equum vitiosum vendunt, omnium morborum maculis eum depingunt, vt in aceruo verum vitium contegant. Tertia conclusio. Similis sententia comprehendit emptorem. Vsu.n. venire solet, ut venditor, substantiæ, aut qualitatis, aut quantitatis rei suæ ignarus rem uendat emptori, qui ueritatem nouit, qui ideo & pariter peccat, & pari nexu restitutionis innodatur, si minoris rem emit quam ualet. Atque hæc de priori sensu. In secundo autem opus est distinctionibus. Aut.n. ui ium occultum est, aut manifestum. Et quando est occultum, aut in damnum vergit, periculumve emptoris, aut secus. Sit ergo quartam conclusio Quando vitium mercis occultum est, per quod, emptori vel damnum datur vel creatur periculum, nefas est venditori illud celare & ad restitutionem tenetur. Conclusionis ratio est hæc. Quamuis non quisq; lege iustitiæ cogatur consilium auxiliumve alteri præbere, quo a periculis damnisque eripiatur, nisi quando vel ipsi ex munere proprio & officio incumbit, uel alter extreme laborat, tamen occasionem periculi aut damni alteri dare nemini fas est, venditor autem eo ipso quòd rem uitio aliquo affectam uænam exponit, occasionem dāni dat & periculi, quæ nescius emens incurrere posset, damnum quidem si res propter uitium minoris sit pretij, quam venditur, periculum autem, si propter idem uitium usus rei uel inanis sit, uel forte nocuus. Vt si militi equum mancum pro sano uendas, quo postea in acie uti non posset, aut si domum ruinam minantem uenderes, aut pestiferum cibum, ergo talis occultatio manifestaria iniustitiæ fraus est, ac perinde de genere suo mortale, idemq; hominem restitutioni subijciens. Quinta conclusio. Si uenditor caueat damnū dare, pura ꝙ non pluris rem vendat quam cum uitio ualet, neque illo emptorem obijciat periculo, & res fi emptori pro pretij ratione usui, nulla lege compellitur vitium patefacere. Hanc conclusionem non ponit in forma de occulto uitio S. Thom. sed tamen aperte ex præcedenti colligitur. Et

Tria in re uæna li considerāda.

Prima conci.

Rō conclusion.

Secūda concl.

Tertia conclu.

Distin.

Quarta conclu.

Rō conclusion.

Quinta concl.

ratio.

ratio est, quia venditor eatenus tenetur emptorē admonere, quatenus nullius sit ei occasio vel damni, vel periculi sed tunc nullius est caussa ergo potest rei suæ consulere, reticendo vitium. Nam si emptor sciret, forte eam iusto etiam pretio renueret emere. Sexta conclusio. Qñ vitium est manifestum, puta equus vnoculus est, vel a parte claudus, vel perforata domus nulla est necessitas euidentius illud euulgandi, quia nisi cæcus emptor sit, ipse potest videre. Quare si emit, presumitur sciens emere. Itaque vt summatim dicamus, si vitiū est notum, nulla est necessitas diuulgandi, si vero occultum & periculosum, quantūuis pretium extenues, illicita est venditio, nisi emptorem admoneas. Sed si non est periculosum, & pretium ad vitij qualitatē admetiaris, non teneris reuelare. Attamē pluris vendere iniquitas est propter damnum datū. Circa hatū au ē conclusionum singulas minutiora dubiola emergunt. In primis Conrad. q. 50 non plene approbat conclusiones has S. Tho. etsi fateatur easdem esse Gersonis vt re vera sunt, in suis Regulis moralibus. Ait. n. hoc agere moderamine, quod ceu regula constituit. Si dum vitium est occultum, venditor probabili coniectuta scit emptorem, etiam si vitium deprehenderet, nihilo secius rem empturum, tunc licite venditor tacito vitio æquo pretio vendit, si autem conijceret, ꝙ non esset empturus, iniuste occulit vitiū. Et eadem est opinio Pan. in c. iniustum, de rer. permu. quem vt Syluest. sequi, verb. emptio. §. 20. Et ratio istorum est, quòd dū alter non esset empturus, inuoluntarius cōtrahit, ac perinde iniuriam patitur. Quin vero eadem ratione addunt, quòd etiam dum defectus est manifestus, si emptor nō animaduertit, tenetur eum venditor admonere. Atque hanc sentētiam sequuntur ferme iuniores Sed tamen regula hæc istorum quamuis sit ipsis constitutissima, non tñ habet in ratione fundamentum. Nam etiam si venditor sciret alterum empturū, fortasse ille nolet tanti emere, quanti res valet, atq; adeo etiam dum scitur, est nihilominus ratione pretij inuoluntarius, & inuitus. Et tñ ipsi fatentur, ꝙ potest tunc nihilominus vendere pretio iusto tacēdo vitium, ne alter pretiū imminuat. Idq; rōne fateri vincuntur, nam vēditor nō tenetur dare occasione deterendi suum iustū pretium. Quod si in tali casu ei licet vitium celare profecto pariter id licet, etiā si sciret ꝙ alter non esset empturus, quia vtitur iure suo. Negamus igitur vllam esse rei consequentiam, ꝙ si emptori ignorantia in caussa est, vt inuoluntarius emat, venditor fiat illi iniurius. Etenim nemo dum vtitur iure suo, dat alteri caussam damni. Quocirca vt Diogenes apud Cicer. lib 3. Offi. aiebat, aliud est celare, aliud tacere. Celas, dū quod pandere teneris, non prodis, taces dum loqui iure non cogeris. Quemadmodum ergo & si quis tertius sciens vitium non admoneret emptorem, non laberetur in culpam maxime si sciret nec damnum illi nec periculum creari, ita neq; emptor est in culpa, quia suum seruat ius. Hoc tñ nos fatemur, ꝙ si nocet venditor illam rem fore prorsus inutilem emptori, nō potest vitium tacere Vt si ego equum submā cum vendo nobile iuueni, cui in more est eque cursitare, quamuis vendam iusto pretio, iniuste tñ ago At si vendo seni medico qui optat equum leniter gradientem profecto nullam ei irrogo iniuriā Et ideo posuimus tres conditiones, ꝙ caueatur periculū, & damnū & res sit emptori vsui. Adde ꝙ si creditur emptorē alteri post rē venditum ire, & quia vitiū ignorat tantum petiturū, quanti absq. vitio veniret, tenetur tunc prior vendens emptorē admonitum faceret, ne alterum fallat. Atq. hoc modo concordia conciliari potest inter Diogenē & Antipatrum, de quibus illic meminit Cicero. Ille. n. venditorem minime stringebat vitium mercis detegere, hic vero contra putabat Quidnam sit de iure ciuili in foro exteriori, ad Iurisconsultos remittimus, quorum interest scire qñ est venditori merces, & pecunia emptori propter contractus vitium redhibenda. Sed tñ iure naturæ conclusio S. Th. est verissima. At tunc potissimum qñ vitium est manifestū, quis dubitat, si emptor non aduertat, quin ipse reputandus sit sui erroris caussa? Sed tamē scrutatores isti S. Thom. aliud obijcere illi potuissent argumentum, quo mordaciorem inijcerent scrupulum Etenim si hæc eius sententia vera est, non solū in rei qualitate, verū & in quantitate mensuræ, & in substantia ipsa, id pariter esset licitum Proferamus quippe mercatorem, in exemplū, qui habet grana, vel vini genera, re vera pluris valentia, quā potest publico foro diuendere,

Probō. Sexta conclu.

Cōrad⁹ nō vsq; quaque probat conclusiones premissas.

Panor. Syluest.

Rō Cōrad. & aliarum.

Ad arg. Cōrad.

Arg.

vendere, & adde exemplum de rebus illis, quæ vel numero vel pondere venuntur, ſequeretur, quod poſſet ille ſi iuſtus modius, verbi gratiam, valet duos aureos, ſed nemo eſt qui det, & demus iniuriam illi fieri vel propter monopolium emptorum, vel quia iniquus gubernator vrbis hoc eũ grauamine premit. Poſſet inquam tunc ille vẽdere minoris, ſed tamen curtando menſuram, ita vt quam ille quantitatem tradit, iuſtiſſime valet illud, quod recipit pretiũ. Quin vero in ſubſtantia ipſa idem liceret. Eſt qui uenale habet vinum optimũ, cuius amphora iuſtiſſime valet decem, ſed tamẽ ſi populus credere non eſſe Rhenenſe, non tantum daret prætium, ſequeretur eadem conſequentia poſſe illum, etſi non ſit illius vineti, tacendo vẽdere decem. Adde, quod eadem ratione & aqua poſſet vinum dilure. Vt ſi nimia eſſet vini caritas, ita vt vina ſtaret duobus aureis, quam ob cauſſam nemo emeret, cur non poſſet caupo aqua illud miſcere vendendo vrnam viginti argẽteis, quæ re vera cum illa aqua tantũ valet? Et tamen illic eſt error in ſubſtantia, vt ait S. Th. ſecundum illud Iſa. 1. Vinum tuum miſtum eſt aqua. Profecto concluſiones horum argumentorũ magna conſequentiæ energia colliguntur ex dictis S. Tho. nam quantum ad moralem vſum, idem eſt tacere vitium in rei qualitate, atque in quantitate, & ſubſtantia, præſertim quando ſubſtãtia non eſt adeo diuerſa, quin eodem modo ſeruiat. Veluti ſi tu cogitas meum ſericum eſſe Granatenſe, & pannum Segobiẽſem, quod tamen non eſt niſi minoris notæ, ſed tamẽ ego vendo quanti valet, & eſt tibi vtile pro ratione pretij. Ne ergo nihil ad hæc reſpondeamus. Primum omnium argumenti hæc non militant vbi pretium eſt legitimum, puta lege poſitum, quia tunc nulla eſſe poteſt vel arbitratio contra ius. Sed ſi militat, eſt, vbi pretium non conſiſtit in indiuiſibili Secundo nolumus cauponibus atque alijs ſeu tabernarijs, ſeu alius generis coemptoribus anſam porrigere innectendi fraudes? ſunt enim inquiſitmi ſuorum iudices, magni ſane ſuas merces pendẽtes. Et ideo ſubijcio tertio quod rei publicæ magiſtratus non debẽt ad hęc argumentorum pondera attendere, ſed lege in eos agere, qui vel in menſura vel in ſubſtantia publicam fidem violant. Nihilominus in foro conſcientiæ, ſoli ſtando iuri naturæ qui vir eſſet alias ſyncerus & candidus, concurrentibus illis tribus condicionibus, videlicet, quod periculum & damnum euitaretur, & emptori eſſet merx ſecundum rationem pretij vtilis, non eſſet cur condemnaretur de iſtis memoratis oc cultationibus. Leges nanque naturales de æquitate menſuræ & de rei ſubſtantia intelliguntur, vel quando pluris iuſto uendi tur res aut quando res non ſunt ad eo'dẽ vſus accommodæ. Hoc autem per ſe compertum eſt, quod mentiẽdo non licet vitiũ contegere. Quapropter ſi emptor interrogat rei qualitatem, tenetur venditor veritatem aperire, ſi autem non interrogat neque damnum accipit ſibi imputet, quãuis forſan venditoris mendacium in talibus caſibus, ſi alioqui prædicto modo ſeruetur iuſtitia, non eſt pernicioſum. Secus autem, ſi talis rei qualitate neutiquam emptor indigeret. Vt ſi fortaſſe ad aliquam medicinam indigeret fortiſſimo vino, & vendere tur ei lymphatum. Et ideo inter pharmacopolas nefandum eſſet tale rerũ cambiũ.

His autem expeditis, reſtat nihilo minor dubitatio circa tertiam concluſionem, qua dictũ eſt, ſimili iuſtitiæ ratione complicari emptorem, qui. ſ. pari iure venditorẽ admonere tenetur, ſi minoris rem uendat, quã valet Cuius exemplum 13. de Ciuit. refert Aug. Apparent nanq; in contrariũ ratio. Haud enim videtur emptor tam ſtricte ratione contractus ligari vt venditorem doceat, quam vice verſa obligatur emptorẽ docere venditor. Etenim qui ſuas exponit merces inuitando emptores occaſiones eis offert erroris, niſi illos commonefaciat emptor vero nullam venditori occaſionẽ porrigit. Exẽplis hoc patet. Venditat quis pretioſum lapillum, quẽ putat eſſe vel vitrũ, vel quidpiam minoris pretij, quam gẽma. Incidit aũt in lapidariũ rei illius gnarum, qui ſ. cognoſcit gemmulę pretiũ, nunquid nõ ille poterit tacitus tãti emere, quã tum alter petit licet ſit longe iuſto minus? Idẽ eſt ſi aurifico ſpecies offeras & corpus, quod neſcis eſſe puriſſimũ aurum, ille tñ nouit. Procedimus nanque de venditoribus, qui hæc non proferunt interrogantes, vt doceantur rei valorem. Alioqui non ambigitur quin emptores teneantur eos docere, ſed loquimur de illis, qui nullatenus ſuſpicantur quid in re deliteſcat, quia forſan neque illis pluris ſtat res. Et adhibetur al-

Solutio facti argumẽti.

Dubitõ

Auguſt. Prima ratio dubitandi.

Prima aſſertio.

Secũda

Tertia.

Secũd ratio

tera ratio, quæ id præsſius persuadet. Si quis vel arte vel alia via nouit in prædio tuo abditam esse auri fodinam, vel aliam venam, seu lapidis, seu alius pretiosi lapidis, potest ad te prædium emptum accedere, tacitoque misterio, emere. Sic enim sæpe vsu venire solet. Quin vero Christus, Redemptor noster, vt lib. 1. q 3. dicebamus, idem velut licitum ac legale videtur recensere. Matt. 13. vbi ait, Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, &cet: id est, dominum agri secretum celat quousque diuenditis vniuersis quæ possidet, illum emat, vt sibi totus thesaurus competat, veluti loco citato copiosè disseruimus. Igitur nequaquam emptor iure cogitur valorem rei venditori detegere. Ad hæc autem ipsa nihilominus respondetur, diuersam esse rationem agri atq; aliarum rerū. Nam agri pretium de sola expenditur superficie quippe cuius natura est fructus, ferre. Ob idque qui agrum coemit, non maiori vinculo tenetur detegere id, quod in visceribus recondium est, quam si alius quispiam esset qui non cogitaret illum emere. Aliæ vero res perpenduntur secundum id quod sunt, & ideo dum quis tibi vnū pro alio, vendit, in primus si te interrogat, teneris veritatem aperire. Sed præterea etiā non rogatus, si illa esses persona quæ nolles emere, obligareris nihilominus charitatis vinculo fratrem admonere in re tanti momenti, postquam nihil tibi admonitio constat. Imò si grauem metueres iacturam proximi, peccatum mortale esset non eum docere secundum charitatis regulas, quas lib. proximo, q. de testibus, explicuimus. At vero quando emere constituis, accedit, insuper & iustitiæ lex. Nam cum ille rei nescius, minoris tibi iusto rem suam vendit in voluntarius illo pretio distrahit, & ideo teneris sub culpæ restitutionisque reatu veritatis illum admonere. Tametsi in eadem specie grauius esset in venditore delictum quia cum rem, offert arctius prohibetur decipere.

Rñsio.

Restat ergo ex conclusionibus argumētorum in contrarium responsa colligere. Primi ergo soluto est peculiaris de auro & auri chalco, quod nunquam hoc ad puritatem pretiositatemque illius pertingere potest, neque ad dignitatem & omnes vsus, præcipue quod naturam auri quæ corporum salubritati confert, nulla ars præstari potest, & ideo citata lex. In venditionibus, illud pro vero distrahi vetat. An vero per Alchimiam exprimi possit verum aurum, sub iudice S. Tho. relinquit. Et ideo subdit, quod si id forte fortuna contingeret, non esset illicitum pro vero venderet intelligas tamen retectis effectibus, quos artificium præstare non potest. Nihil enim vetat, secundum August. 3. de Trinita. quin arte dæmonum vtentium naturalibus causis veri naturæ effectus ingenerentur. Ad secundum vero respondetur, quod etiam si emptor vltroneus emat, incumbit nihilominus venditori rem eatenus petefacere, quatenus neque damni sit causſa neque periculi. Non quidem per præconem, quod Cicero irridet, sed tamen priuatim inter se & emptorem. Alioqui non satis ei permittit iudicium rei, quam nisi per suam relationem cognoscere nequit. Secus dum vitia sunt manifesta. Ad tertium denique respondetur, non eandem extare rationem de rerum uitio, & desuper uenturis mercibus. Rei enim ualor æstimatur secundum id quod in præsenti est, & ideo per uitium rei decrescit. Qua utique ratione detegendum est. Merces uero post uenturæ nihilo reddunt uiliorem æstimationē rei præsentis. Et ideo uenditor non tenetur reuelare quod in futurum expectetur. Historia est Thalētis Milesij, quam primo Poli. ca. 7. Arist. enarrat. Philosophus enim ille, cum ei ceu opprobrium obijceretur philosophiam pauperes suos alumnos efficere, & ipse per Astrologiam oliuarum ubertatem prospexisse, collecta exigua pecunia credito emit in hyeme sub confuso quantum quisque collecturus esset olei, arrasque dedit, postea uero, tum ingentissima copia proueniente, tum quod solus ipse esset uenditor ampliſſimam confecit pecuniam. Nimirum ostendens facile esse philosophis ditari, sed tamen sapientis esse diuitias despectui habere. Simile legitur de Ioseph Genes. 41. qui diuinitus edoctus futuræ ubertatis annorum septem, quos subsequutura erat aliorum sterilitas, uili prius emendo, & post care uendendo Pharaonem ditauit. Exemplum est præterea Ciceronis lib. 3. de Officijs, de Alexandrino mercatore, utrum cum Rhodum annonæ caritate laborantē frumenti numerū aduexisset, sciēs se alios mercatores secuturos, teneretur ciues præmonere, an.

Ad primū arg.

Ad secūdum. arg.

Ad tertiū arg.

Historia Thaletis Milesij. Aristot.

Cic. exēplum.

an vero tacitus posset pretium tunc currenti diuendere? Antipater enim aiebat, Diogenes vero negabat. Cuius nos imprę sentia sententiam cum S. Thom. implecti mur, sic tamen attemperatam, quod cumulatioris esset virtutis, si quidpiam pretij vẽditor ille subtrahere, De quo art. S. Thom. q. 77. post illa, quæ quæstione proxima denegatione disseruimus, nihil nobis dicendum supereſt.

QVÆSTIO IIII.

DE EMPTIONE CREDITO pretio.

ARTICVLVS I.

Vtrum liceat rem carius vendere expectata quam numerata pecunia.

POST generales emptionis ac vendi tionis leges, quæritur in particulari, vtrum ratione crediti pretij liceat rem carius vendere. Et arguitur a parte affirmati ua. Pretium iustum rei secundum prudentum iudicium deberæstimari, & secũdum commune forum duodecim autem numi absentes, scilicet in futuro soluẽti, nõ plus valent quam decẽ præsentes, ergo res quæ vendi potest præsenti pecunia decem, iuste potest credito vendi duodecim. Secundo venditor potest se indemnem seruare, quapropter D. Tho. 2. 2. q. 77. art. 1. assequi non est vetitus, posse vẽditorem pretio damnum adhibere quod patitur. Porro vero ex dilata pretij solutione vẽditor multa subit incommoda, vtpote lucri cessantis, secundo periculum ipsius capitalis, quod sibi forte nunquam soluetur, & tertio periculum dispendiorum atq. expensarum, quas fortasse antequam pretiũ recuperet, facturus est, illi autem periculorum metus pretio sunt æstimabiles, ergo potest horum gratia auctiori pretio vendere. Pari passu contrarium currit argumentum de emptore, qui ratione anticipatæ solutionis videtur iure posse minori pretio emere. Nam anticipata solutio pluris æstimatur, quam eadem prolatata, & similia pericula subit emptor antequam mercium cõpos fiat. Tertio denique arguitur. Sunt aliquæ merces reipublicæ necessariæ, quæ nisi expectato pretio distrahi nequeũt, quod ex mercibus ipsis conficiendum est, ergo iustum ipsarum pretiũ est, non illud quod in præsenti, verum illud quod in futuro solueudum est. Suntque aliæ econuerso, quæ venundari nequeunt nisi anticipata solutione, ergo iustum pretium erit non illud, quod cum merces traduntur, valent, sed quod anticipato tempore soluitur. Exemplum prioris membri patet in maritimis mercibus, quę nisi in magna copia aduehi non possunt. Enimuero cum totum nauis onus, si illa, quæ vt plurimum contingunt, spectes, vendi simul nequeat præsenti pecunia, sed expectandum sit tempus quo emptores eaidem valeant merces minutius distrahere, iustum pretium erit quod in futurum promittitur, quamuis maius illo sit quod statim numeretur. Exemplum secundi membri profertur in lanarum mercatu. Nam cum, vt plurimum accidit, pastores nequeant pastum gregum redimere nisi lanarum pretium sibi anticipetur, apparet illud esse iustum quod anticipatur, licet minus sit quam quod dum traduntur, valent. In contrarium est, quod pretium, vt q. 2. dicebamus, & habetur l. in l. 4. ad legẽ Falcidiam. res secundum rei veritatem, hoc est secundum præsens pretium æstimandæ sunt verba sunt legis. Et idem colligitur ex subsequenti lege, Pretia.

Solutio quæstionis presentis patula est, quippe quæ ex superioribus liquido colligitur. Respondetur inquam vnita negatiua conclusione. Nullatenus ratione crediti prorogatique pretij licet rem carius vẽdere quam in præsenti valet, carius, scilicet vltra latitudinem iusti pretij. Nam infra illam iam supra dictum est id licite augeri posse. Conclusionem primo probat argumentum proxime insinuatum, quia neq; rem pluris vendere licet quam valet, neq. plus valet, quam est pretium in præsenti currens. Et ratio naturalis est quod pretium cuiusque rei, eius existentiam commutatur vt tãti æstimetur, quanti est quãdo existit, nam tunc est hoibus vsui. Secundo id patesit per regulam quæstione prima constitutam, nempe quod ad perpendendum contractũ an sit vsurarius, explorandum est an mutui quidpiam implicet, cuius ratione pretiũ recipiatur. Hoc enim in hu-

Primũ arg. partis affirmatiua.

Secũdũ argum.

Tertiũ argum.

Conclõ negatiua.

Prima rõ pro conclu.

in huiusmodi venditionibus reperias. Perinde quippe est rem, decem valentem, credito vendere duodecim, ac si dece statim connumerata emptori mutuo dares sub
D.Tho. duorum fœnore. Probō est. S. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 7. Ex quo sit. vt q. 2. diceba mus, neutiquam posse vēditorem sibi prę texere quod tanti sibi merces stent, neque aliter posse sumptus quos fecerat reficere, quam si credito vendat, quoniam negotiatio eiusmodi fortuitis euentibus subdita est. Quare vbi in dissolutione nundinarum mercium pretia decrescunt, non potest mercator tanti vendere credito, quanti præsenti numo vendidisset in emptorū feruore, quia res iam tunc minoris æstimatur. Et eadem cōclusio emptoris pati iure comprehēdit, nēpe quibus ratione anticipatæ solutionis fas non est vilius emere. Nam pretium legitimum est, quo merces tunc æstimantur, quando tradūtur & ideo si minoris emunt, contractus reducitur ad vsurarium mutuum, videlicet quod pecuniam venditoribus mutuant, auctuarium mercibus soluendam.

Ad primum. At quia de conclusione nulla esse potest dubitatio, ad argumentorum solutionem descendamus. Et primum quidem tenuissimi momēti est. Negatur enim quod duo decim in futuro soluendi numi secundum se non plus valeant, quam decem præsentes, immo duodecim absentes idem valēt atque præsentes. Et licet accidentarie in negotiatore ratione industriæ possint decem augeri vsque ad duodecim, tamen inde non crescit rei pretium quod secundū eius naturam æstimatur, præcisis decem.

Richar. Caieta. De alio vero membro, puta de lucro cessante, Richardus & Caie. & quibus eorum probatur opinio, perinde censent atque de mutuo, nempe quod licet mercatori

Solutio auctoris pretium ob lucrum cessans augere. Nam eadem est vtriusque ratio. Ego vero egerrime in hanc sententiam trahi possum, eo sane argumēto ductus, quod neq. lucrum ei cessat, qui vendere non cogitur, neque vllus absque vi & fraude cogitur, qui vero tantum rogatu vendit, vltro vendit. Quare neq. Panormitanus capit. Ad nostram de emptione & venditione, neque antiquorum vllus huiusmodi exceptionem ap

Panor. probat, sed simpliciter vsuræ reos faciunt quotquot credito carius vendunt quam

Anton. numerato. Et Anton. secunda parte, titu. 1. cap. 8. §. intrepide negat ratione lucri cessantis licere cumulatius pretium exigere. Et re vera ex isto capite lucri cessantis frequentiores crebrescent vsuræ in mercatura quam in mutuo. Quare licet neque modo vsque adeo asseueranter hanc refutare audeam opinionem, sed permanserim vt supra in mea formidine, tamen argumenta contrariæ opinionis non sunt tanti ponderis, quam eius patroni putant. Quare ad auctoritatem S. Thom. quam Richardus pro simili adducit, idem quod supra respondemus nempe aliud esse damnum emergens, quod venditor patitur, quodque ideo vendibile est aliud vero lucrum cessans, quod re vera, nisi inuito non cessat. Multo vero improbabilius est, quod quosdam neotericos valde miror defensare, nempe quod ratione periculi, cui venditor suas exponit merces, dum pretium in tempus credit, ius habeat carius vendēdi. Conradus quidē quæstione citata quinquagesimanona, vbi hanc ediſſerit materiam concedere hoc recusat, sed tamen iu-
Metina. nior Metina, q. 38. de Restitutione nescio quem immitatus, id audenter affirmat. At vero cum res vsuraria, Ethnico etiam Aristotele teste, tam sit odiosa ac perniciosa, nemo deberet eius occasiones offerre, nisi vbi patentissima ratio id euinceret. Porro autē in hac opinione, nulla vel probabilis existit. Primum ergo omnium in contra-
Prima rō in p̄fātā opinionē. rium arguit. Cōrad. nullam, aut vix vllam esse huiusmodi venditionē in futuro soluendam, quæ non alicui subdatur periculo. Quocirca semper liceret aliquid vltra sortem recipere. Sed tuebuntur se contrarij auctores dicētes, non id opinati in qualicunque periculo, sed vbi est legitimum, nēpe quando mutuatarius vel pauperiē, vel fraudulētus, vel quauis alia rātione maleficus, tunc quippe aiunt posse debitorem
Argu. sed mad idem. metum periculi pretio vendere. Secundū eius argumentum non est multo maioris efficaciæ. Arguit quippe quod tunc nō solum capitale, verum & illud quoq. metus pretium periculo subest. Quare ratione illius liceret aliud recipere pretium. Verum tamen responderent aduersarij expectatione auctarij illius vltra sortem recipiendi, oēm compensari metum. Aliter ergo sic vrgentius reprobatur opinio. In primis
Prima rō auctore. mercator nō vendit inuitus. Si ergo videt suas merces tuto distrahi, non vēdat credito, vel

to, vel aliam accipiat cautionem. Cur ergo poterit metum illum vendere? Secundo ar-
Secũda ratio. guitur. Venditor ille vel fac eſſe mutuato-rem, nullum patitur, mergens damnum, neque iacturam facit ceſſantis lucri, neque diſpendium aut ſumptus in recipiẽdo pretio. Hæc enim omnia ceſſare ſupponimus, quandoquidem de ſolo metu diſceptamus quo ergo iure poterit, metus ille pretio vendi? Sed ais, quia eſt pretio æſtimabilis. Fateor quidem quoniam mallet homo ali cuius pecuniæ diſpendium facere, quam tali anxiari metu. Sed tamen non inde ſequitur, quod ſit illa ratione vendibilis tum quod venditor ſuapte ſponte in illum ſe emergit, tum præcipue quod emptor non tenetur aliter leuare illum tali metu, quã ſoluendo mercius pretium, cui idcirco dum ſoluit, ſatisfacit. Et elucidatur etiam num argumenti vis, ſi initio non fuiſſet facta timoris mentio venditor tamen fuiſſet ob periculum vehementer metu vexatus, poſtea dum emptor ſoluit nihil poſſet vltra ſortem venditor reciperet ratione præteriti metus ac periculi. ergo neque in initio potuit in pactum duci. Profecto ſi vera eſſet talis opinio, conditio vendentis, puta ſi eſſet nimirum auaris ac perinde meticuloſos, cauſſa eſſet legitima recipien-
Primũ argu. di maius pretium. Perpendamus ergo argumenta, quibus iſti audent haſce perhibere vſurarum anſas. Primum eſt hoc, fideiuſſor (vt ſupra dictum eſt) pro obligatione illa qua adſtringitur alienum debitum ſoluere, poteſt pretium recipere, ergo licet venditori hiſce verbis cum emptore paciſci. Quod fideiuſſori præbiturus es, mihi
Solutio. exhibe, & ego ſubibo periculum, nulla enim apparet diſcriminis ratio. Nam etiã fideiuſſor in virtute videtur debitori mutuare, dum pro eo ſoluit. Reſpondetur latiſſimam eſſe diſcrepantiam, quoniam fideiuſſor non pro eo quod mutuat, cum cõtingere poſſit vt nunquam pro debitore ſoluat, ſed quia obligatur, ſoluere, illam poteſt obligationem vendere, mutuatur vero vere mutuat, quod ideo gratis tenetur facere. Et miror iſtos non eſſe ſui memores. Cum enim fateantur, non quidem pro mutuo, ſed tamen pro obligatione mutuandi licere pretium recipere, ſimili intercapedine deberent perſpicere fideiuſſorem poſſe recipere pretium pro obligatione ſoluendi, ſeu mutuandi non tamen mutuatorem pro mutuo, tametſi vterque in eodem verſetur periculo. Et pari modo recutitur ſecundum eorum argumentum Arg. 2.
de illo qui per contractum aſſecurationis Reſpo.
in ſe ſuſcipit periculum alienarum mercium, iſte enim nihil mutuat, ſed pro illa obligatione ſoluendi merces ſi perierit, recipit pretium, ſicuti ille qui per contractũ ſocietatis exponit periculo eſ ſuum, non recipit lucrum propter periculum, ſed propter negotiationem. Hic enim ſuam pecuniam non mutuat, ſed negotiationi exponit, & ideo recipit eius lucrum. Quare ex iſtis nullum ſumitur argumentum ad mutuantem, quippe qui mutuando gratis debet transferre in alterum dominium, ea ſolummodo obligatione, vt tantundem recipiat. Atque hoc maxime confirmatur, quoniam mutuatur non obligatur pecuniam ſuam perdere, ſicut aſſecurator vel qui facit ſocietatem, ſi merces pereant, ſi quidem mutuatarius ſemper eſt obligatus ſoluere, quare tale periculum non eſt alio pretio dignum, quam vt mutuatarius mutuum perſoluat. Arguunt Arg. 3.
tertio. Qui equum ſuum homini locaret, a quo grauiter timeret, ne nimia cum fatigatione diuexerat, vel forſan alio modo occideret, poſſet cum illo de pretio conuenire, vt ſi equus periclitaretur, ſibi periret, ergo eodem modo in mutuata pe- Solutio.
cunia. Sed vides quam nulla ſit ſimilitudo. In locatione enim equi non transfertur dominium, & ideo poteſt verus dominus de periculo rei ſuæ paciſci. Qui vero vendit aut mutuat, transfert in alterum dominium, qui cum tenetur totum ſoluere, non eſt alio pretio grauandus ratione creditoris metus. Supereſt autem reſpon- Qõ alte
dere, vtrum liceat venditori ratione im- ra.
penſarum, quas probabiliter ſe timet antiquam pretium recipiat facturum, aliquid vltra ſortem in pactum ducere? Idem enim citatus auctor bifariam hanc licentiam concedit, ſcilicet, quod licet inter contrahentes de coniecturalibus expenſis conuentionem facere. Secundo, quod ratione anxietatis quam paſſurus eſt timore litis & laborum, poteſt etiam aliquid recipere. Hoc autem ſecundum iam ſatis repulſum eſt. Solus quippe metus & pe-
culm abſque vllo labore & diſpendio nullum ius tribuit aliquid eius gratia recipiendi. At quantum ad expenſas res at Solutio.
tinet,

tinet, non eſt dubium quin quidquid creditor in recipiendo debito diſpendit, poſſita debitore exigere. Attamen multo eſt tutius, dum hominis vafritiem & infidelitatem times, nil ei mutuare nec credito vendere, vel dum mutuas, expectare ſolutionis terminum, an forte ſine vllo diſpendio fiat. Nam expenſarum anticipatæ conuentiones vix vſuræ ſuſpicione vacant. Nihilo ſecius vbi omni procul fraude bonis coniecturis timentur expenſæ, nempe dum tuus debitor à tua vrbe loco diſtat, nulla eſt iniquitas de expenſis & laboribus pactum cum illo inire, conſtituturumque pretium recipere, etiam ſi nullos ſit poſtea facturus. Nam etiam ſi eſſe plura expenſurus, non poſſes amplius recipere, quam fuit conuentione firmatum. De materia tertij argumenti varie etiam inter doctores opinatur. Ab vna enim parte repræſentatur vſuraria mutuatio, ſed ex altera apparet emptio iuſta. Et quia caſus eſt conſuetus, deciſu neceſſarius eſt. Igitur re oculatius perſpecta, arbitror ſub diſtinctionem reſpondendum. Quando enim debitum nulli eſſet prorſus ſubiectum periculo, ſed abſque vllo ſumptu & labore certiſſime ſperaretur ſoluendum, neutiquam liceret tale debitum minoris emere, quanuis longum eſſet tempus expectandum eſſet quippe non ſolum palliatum, verum & detectum fœnebre mutuum. Quoniam ratione dilationis temporis plus accipere, quam tribuas, vſura. Neque refert quod creditoris actionem vendendi commodiora ſint nunc decem, quam poſt annum duodecim. Non inquã hoc compurgaret ementem, quoniam non emptio ſed certe mutuatio. Quando vero ſolutio in periculo verſaretur, nihil dubito quin liceret viliori pretio emere, quam eſt totum debitum, vtpote dum militi ſtipendium regium debetur, quod creditor timet aut non totum, aut non ſine magno negotio & moleſtia, aut non ſine expenſis ſe recepturum, poteſt quiſque tale debitum ab illo minoris emere. Quiſque inquam, abſque vi & fraude. Nam ſi quis regia theſaurtis eſt, & quod ſoluere debet minoris redimeret, vis eſſet. Exemplum aſſerti noſtri eſt, ſi debitor in paupertem lapſus eſſet, vel fugiſſet, &cet. Illic enim nulla eſt ratio mutui, neque in forma neque in virtute, ſed eſt emptio illius actionis, quæ re vera non tantum valet, vt quidam putant, quanta eſt pecunia quæ debetur. Immo eſt ſicuti emere ſata, & emere actionem, quæ ex lite pendet. Quod eſt emere rem in ſpe. Argum. autem quod e regione militare putaretur, eſt quod tunc videretur debitor ipſe licite ſuum ipſum debitum minori pretio poſſe redimere. Nam quod alteri licet, cur non idem ſibi licebit? Quod autem illi non liceat, per id liquet, quod qui non quantum debet, ſoluit, æquitatem iuſtitiæ minime ſeruat. Reſpondetur ergo, ad argum. nulla ſimilitudine pugnare, quoniam debitor ratione præcedentis contractus totam ſummã debet, tertius vero quia nihil debebat, iuſte emere poteſt actionem illam quanti ualet. Sed oritur hinc argumentum aduerſus id, quod a nobis nuperrime deciſum eſt argum. autem eſt hoc. Duodecim ſub periculo non plus ualent, quam decem certa, quandoquidem actio illa decem iuſte emitur ergo qui numerata pecunia poſſet rem uendere decem numis, poterit eandẽ credito uendere tunc duodecim, dum probab le periculum ſolutionis imminet. Reſpondetur aliud eſſe rem emere, quæ periculo ſubiacet, alium uero mutuare ſeu credito uendere ſub periculo. Nam qui mutuat aut credito uendit, cum nullam patiatur uim aut fraudẽ, quia ratione prorogatæ ſolutionis nihil poſſet recipere, uel cautionem capiat, uel non mutuet cum periculo. Quare ſi gratis uult illud ſubire, ſibi imputet. Quartum demum capitale arg. diu me certe multumque ancipitem tenuit. Nam ſecundum regulam uniuerſalem ac regiam, luſtrum rerum pretium eſt illud, quod receptis mercibus in promptu ſoluitur. Veruntamen non mihi uideor negare poſſe quin tali caſu legitima fiat exceptio regulæ, ut iuſtum pretium nõ ſit, niſi quod in futurum expectatur. Merces. n. quæ peregre, & potiſſime quæ maritimis periculis traducuntur, nequeunt niſi intanta copia traduci quanta ſimul nẽdi non poteſt numerata pecunia. Dixerim, nequeunt, ſi illa, quæ ut plurimum contingunt, conſideres, ſecundum quam conſiderationem de legibus cenſendum eſt. Quam ob cauſſam qui naues eiuſmodi mercibus onerãt, neceſſe eſt ut partim credito coemant. Ob idque & ſperari eis licet etiam in portu alijs mercatoribus eo ſimul pretio uendere,

Solutio tertij argumẽti.

Repub. cõtra ſolutionẽ. Reſponſio.

Arg. alterum.

Solutio.

Solutio quarti argum.

dere, quod exipsis minutatim venditis cõficiendum est. Veruntamen per hanc concessionẽ nullam cogitamus porrigere mercatoribus ansam, qui in ciuitatibus merces distrahunt, quoniam tota ratio contractum excusans, est necessitas vendendi & emendi tam amplam mercium copiam, quæ nequit numerata pecunia vẽdi, ob idque venditur illis, qui pretium inde sunt collecturi. Citra hanc autem necessitatem debent res æstimari pretio præsenti. Quapropter peculiares mercatores in nundinis sibi videant quomodo emãt, porro intelligentes non posse reuendere nisi pretio præsenti. Nam nulla inde sumitur excusatio quod empturi ciues nõ semper habeant pecuniam præsentem. Hoc enim esset illos cogere propter necessitatem emere ad vsuras. De secundo etiam membro quarti argumenti, nihil est mirum, si prudentissimus quisque ambigat. Nam re vera lanarum mercatus qui anticipata fit solutione, effigiem præ se fert vsurarium, cũ vilius illa ratione emantur. Attamen neq. eiusmodi emptiones vsurarias prorsus arbitro, si modo fraus absit. Nempe dum nõ anticipetur solutio nisi duos aut tres menses quando solet fieri herbarum solutio, aut plurimum intra eundem annum fiat quo sunt lanæ recipiendæ. Nam si anticipatur in alterum annum, vt ratione tam longe dilationis minoris emas, manifesta ria vsura est Ratio, quæ me in hanc cogit sententiam est quod merces ipsæ natura sua hoc exigunt, nempe quod sumptus pascendi tam numerosus greges eorum domini ferre nequeunt, nisi ex ipsa nutriẽda lana præsens sibi subsidium cõiant. Accedit, quod forma huiusmodi fori adeo iam more & vsu per crebuit, vt ipsi etiam pasto res in quo grauamen inclinat, renuant aliter vendere. Et forte in marino piscatu idem permittitur anticipatum pretium, nõ solum propter sumptus pauperum piscatorum, verum & propterea quod piscatura seruari nequiret nisi emptores paratissimi essent iactum antea emptum recipere. Haud tamen inde exemplum ad alia minora diducitur, vt liceat ab agricola anticipata pecunia grana minoris emere. Nã accidentariũ est quod agricola ea sit paupertate, vt exiguos illos sumptus ferre nequeat, qua ratione cogitur ad vsuram mutuum quæritare. Parque iudicium, est de alijs huiusmodi nimirum quando necessitas personæ in causſa est intempestiue vẽdendi. Etenim in lanis non am accidentaria personarum necessitas inest, quam rei ipsius natiua.

De lanarum anticipata solutione.

De piscatu marino.

ARTICVLVS II.

Vtrum liceat rem credito carius quam præsenti pretio vendere quando rei dominus non erat tunc venditurus.

TAmetsi regula generalis sit, quam superiori articulo constitutam reliquimus restat nihilominus explorare, an vllã admittat exceptionem, videlicet, vtrum quando merces vendendæ non erant vsq. ad tempus, quo plus valituras sperabatur carius licitum sit eas distrahere quam præsenti numismate? Et arguitur a parte negatiua, ex regula supra constituta, nempe quod rei pretium æstimandum sit secundum præsentem valorem, vt habetur l. in lege. 4. ad leg. falc. Secundo arguitur. Si liceret carius tunc vendere, id maxime permitteretur ratione lucri cessantis, quod speratur ex pretij augmento, dictum est autẽ secundum sententiam nobis probationẽ, nemini proprie cessare lucrum, prẽter eũ, qui vim aut fraudẽ patitur. Qui ergo sua pte sponte vendit, non potest de lucro cessante agere, atque adeo neque illa ratione carius vendere. Tertio. Si illa ratione carius liceret vendere, sequeretur, quod econuerso liceret rem emere cum pacto, vt integra seruaretur, quoadusque vel maioris æstimaretur, vel fructus ferret. Verbi gratia liceret oues ante fœturam eo pacto emere, vt venditor periculo suo eas custodiret, quousque fœtus suos ederent, caseũque & lanam ferrent. Consequentia probatur. Nam si venditor potest futurum pretium quo in posterum valituræ sunt res, ex nunc tutum facere, pari iure poterit emptor tutos quoque reddere fructus rei emptæ, quos emit. Consequens tamen est falsum. Nam res lege non pereunt nisi domino. Vnde cum primum quis rerum acquirit dominium, sibi periclitantur, vt colligitur l. incendium. C. si certum petatur. & l. pignus C. de pign. actio. In contrarium est cap. Nauiganti de vsuris.

Primũ argum.

Secũdũ

Tertiũ.

Capi nauigan.

Articulus hic intellectum exposcit di-

cti capituli, Nauiganti & c. in ciuitate de vſuris. Et quidem in c. Nauiganti. tria ſunt membra. In primo condemnantur vſuræ cõtractus, quo quis nauiganti vel eunti ad nundinas pecuniam mutuat periculum capitalis ſubiens, vt aliquid ſibi vltra ſortem rependatur, quæ quidem condemnatio interpretamento indiget, vt verum exhibeat intellectum. Nam vt quæſtione ſexta in artic. de ſocietate, diciſum ſumus, nihil vſuræ committit, qui pecuniam ſuam in ſocietatem mittit, vt inde lucrum ſperet quod periculum ingreditur capitalis, nam hoc nũ eſt ratione mutui, ſed quia ſua pecunia negotiator, qui autem nauiganti proprio periculo pecuniam committit ſuam non ominino mutuat, quandoquidem ſi pereat, ſibi perit, videtur ergo contractus ille immerito illic damnari. Reſpondetur propterea condemnari, quod cum mutatio gratis fieri debeat, non aliter mutuare, quam mutuatarium ad contractum aſſecurationis vel ſocietatis obligando, vſura eſt. Quod ſi contra redarguas. Qui mutuare non tenetur, poteſt id renuere, vt alios contractus ſibi commodos faciat, reſpondetur hoc verum eſſe, attamen vi mutui non poteſt alium cogere qui forte aſſecuratione non egebat. Nam forte illic nullũ imminebat periculum, ſed fingebatur. Quod patet ex illa compoſitione nauiganti, vel eunti ad nundinas. Nam euntes ad nundinas nulli ſubſunt periculo, & ideo forte habebatur ſermo de nauigatione, quæ extra omne fieret periculum. Sed de hoc illic rurſus. Ad quæſtionem ergo preſentem duabus concluſionibus reſpõdetur. Prior eſt, Licitum eſt merces anticipata ſolutione vilius mercari, quam præſenti foro væneunt, ſi tamẽ coniecturaeſt tempore, quo tradendę ſunt plus minuſve valituras. Vt ſi quis in hyeme triticum emit quod vſq. ad meſſem nõ eſt recepturus, etſi tempore contractus modius quatuor vendatur ſolidis, iuſte poteſt tribus emi, ſi creditur plus minuſve in æſtate valiturum. Iſte eſt caſus ſecundus dicti cap. Nauiganti. Et ratio eſt, quod cum res propter vſum emantur, id quod nunc non venit in emptionis vſum non debet æſtimari præſenti pretio, ſed illo quo valiturũ eſt, dum ei traditur. Sed arguis, rationem id tantum euincere quod liceat nunc emere indefinito pretio, hiſce videlicet verbis. Emo ex re tot modios tritici eo pretio, quo æſtimabitur tempore meſſis. Quod autem tunc liceat certum taxare effigiem habet vſuræ, nam forte valebit plus, & tamen ca. Nauiganti de taxato pretio loquitur. Reſpondetur, quod quando res in dubio verſatur, poteſt prudentia ac perinde conuentiones definiri. Quapropter iuſtitia huius cõtractus non in anticipata ſolutione ſundatur, alioqui vſuram ſaperet, ſed in coniecturali æſtimatione rei dubiæ. Ex quo fit, vt etiam dum ſolutio non anticiparetur, firmaretur tamen ſic contractus vt vtrinque reſultaret obligatio, æquus eſſet ac probus. Quemadmodum ſi quis datis arrhis ſtatoque pretio indefinite emeret quantum olei vel vini eſt prouenturum, vt Ariſtor. de Thalete (quod ſupra meminimus) retulit, nullam committeret vſuram, licet multo plus ſperato proueniret, neque venditor teneretur reſtituere, etiam ſi totum periet. Poſterior concluſio? Qui ſuas non erat merces venditurus vſque ad tempus, quo pretium auctum iri conijcitur, poteſt pluris vendere quam tempore venditionis valet, expẽſis deductis, laboribus ac periculis, & caſu, quo, vt ſupra admonitum eſt, ſcilicet rogatus vendat, vt qui vſque ad menſem Maium ſeruaturus erat granum ſuum poterit ſub natalẽ Domini carius quam tunc valet, diuendere. Hic enim eſt caſus tertius eiuſdem cap. Nauiganti. Et ratio concluſionis ſuperiori germana eſt, quoniam tunc non debet æſtimari pretium ſecundũ præſens, ſed ſecũdum tẽpus quo ſuas erat merces diſtracturus. Alias pateretur emergens damnum, a quo, vt ſupra dictũ eſt, poteſt ſe iure venditor ſeruare incolumen. Quare non ſolum indefinite vendere poteſt eo pretio, quo menſe Maij valituræ ſint, verũ definiri conſtituiq. pretium certum poteſt. Nã res dubia poteſt, vt modo dicebamus, per prudentiam terminari. Non eſt autem cur vt in ſuperiori caſu ſciſciteris vtrum, liceat ſicut etiam carius vendere præſenti numo, quoniam qui ſic emeret, mentis verius quam pecuniæ egeret. Ecquis enim numerata pecunia quas res vilius poteſt, carius emat? Attamen ſi venditor emptorem non decipiat, ſed ille velit tantum dare, quanto ipſe futuro tempore venditurus erat, genere ſuo non eſt vſura. At vero reſtat circa ca. In ciuitate. non paruum dubium. arguitur inquam, quòd non illi modo

&ca. in ciuitate de vſuris

Rñſio.

Dubitõ circa primũ mẽbrum c. nauigãti.

Poſtrema concluſio.

Prima conclu.

Rõ concluſiõis.

Rõ concluſion.

Obiectio.

Argu.

modo qui ſeruaturus erat merces, fas ſit precioſius vendere, verum & illi quoque qui non erat ſeruaturus, ſi modo pretio credito vendat Enimuero ca. In ciuitate. nulla condicionis illius mentio fit eſſetne venditor ſeruaturus, necne. Sed abſolute reſpondetur, quod ſeu piper ſeu cinamomum quod præſenti pecunia quinque vēditur libris, citra peccatum poteſt vænundari ſex, dummodo credatur ſolutionis tēpore plus minusve valiturum. Caieta. hac commotus auctoritate, 2.2. quæſt. 87. arti. 1. diſtinguit de huiuſmodi contractu Aut inquam ſolutionis dilationem bifariam poſſe conſiderari. Vno modo per ſe, vt actionem ab emptione ſeparatam puta, ſi contractus venditionis non ſimpliciter cōſideretur, ſed tanquam mutuum habens annexum. Itaque venditio perfecte nunc abſoluatur, ſed quia expectatur ſolutio, ratione taciti mutui aliquid extorquetur. Et hoc inquit, illicitum eſt, atque vſurarium. Secundo modo poteſt eadem dilata ſolutio conſiderari, non quidem per ſe at tanquam pars venditionis, quæ nondum fuit completa, ſed inchoata, & in futurum pendens. Et tunc inquit, aliquid inſuper recipere, quem ſit præſens precium, ſi res creditur plus valitura, non eſt vſura, quoniam venditio tunc cenſetur perfici, quando fit ſolutio. Ob idque ait inepte exponi cap. In ciuitate, per alterum, Nauiganti. cum ſint duo diuerſi caſus. Verumtamen contrà hanc opinionem eſt argumentū, quod hæc Caietana diſtinctio obſtruſior eſt, quā vt facile poſſit intelligi. Contractus enim vt ſupra citatum eſt l. Labeo. ff. de uerbor. ſignific. eſt ultro citroque obligatio, ergo tunc contractus emptionis abſolutus eſt, & perfectus, quando uenditur uel tradit uel tradere obligatur merces, atque emptor uel ſoluit, uel ſoluere obligatur precium. Quo fit, ut expectata ſolutio nihil ueter, quo minus contractus perfectus ſit. Quare ex illo capite nihil ultra præſens precium recipi poteſt. Secundo. Venditionis forma, quæ credito fit, una eſt ſemper ſcilicet. Vendo tibi hanc rem precio tali tempore ſoluendo, nulla ergo reſtat diſcriminis ratio, ut dicatur aliquando contractu inchoatus, & non perfectus, aliquando uero perfectus, & includens mutuum immo ſemper includit mutuum, puta expectationem ſolutionis. Tertio ſi uenditor non erat ſeruaturus merces, nil ei refert quantum ſit ualitura, atque adeo nec damnum illi emergit, nec lucrum ceſſat, quare ratione illius nihil niſi precium, quod in præſenti currit, percipere poteſt. Ob idque profecto multo eſt tutior ſolutio, quod capitulum, Nauiganti gloſſa ſit capituli. In ciuitate, ſcilicet quod nunquam liceat credito carius uendere, niſi quando ſeruande erant merces. Nam licet c. Nauiganti fuerit Gregorij Noni, & cap. 9. In Ciuitate. Alexandri III. explicuit nihilominus Gregorius Alexandri mentem. Nihilo ſecius non eſt prorſus Caiet. opinio improbabilis pretio Enimuero ſi quitem in definito pretio. Enimuero ſi qui tempore Natiuitatis grano abundant, rogatur credito uēdere quamuis non eſſet ſeruaturus, poteſt uenditionem tenuere, & dare quaſi mutuum decem modos recipiendos menſe Maio, vel pretium quo tunc uenierit. Veruntamen ſi eſt ceu mutuum, non poteſt emptorem cogere, vt menſe Maio, & non ante ſoluat. Atq. hac tunc ratione dicetur imperfectus contractus, q̄ non eſt taxatū precium, ſed in futurum pendens. An vero taxari poſſit, dubium pretium auctore æſtimatione quam in præſenti foro currit, porro concedere illi non auderem, qui nō eſſet ſeruaturus. Et ideo bene admonetur eodem cap. q̄ licet ex forma contractus, nō ſit vſura, quia effigiem habet venditionis, tamen ſuſpectus contractus eſt, ac perinde plebi interdicendus.

Primum igitur argu. iam ſolutum eſt. Regula nanque docens iuſtum precium eſſe quod in præſenti foro currit, intelligitur, ſi tunc merces emptori tradātur. Nam alias non ſunt æſtimandæ niſi tempore, quo in emptoris vſum veniunt. Secundum autem valentius pugnat, nimirum dum quærit, qua ratione qui ſeruaturus erat pretioſius vendere poteſt. Nam ſi ratione id lucri ceſſantis, iam ſupra probabilius arbitrari ſumus, non ceſſare lucro niſi inuito. Reſpondere ergo primo poſſumus, quod poteſt recipere ratione damnum emergentis. Quod quidem etiam ſponteneus venditor, quando ob commodum emētis vendit, poteſt, in ſupra deciſum eſt, in pactum ducere. Si autem huic reſponſo non acquieſcas, eo quod videtur lucrum ceſſans, reſpondetur ſecundo euidentius, quod lucrum ceſſare dupliciter vſu venit.

Caiet. ſolutio.

Ratio in Caieta.

Secūda ratio.

Tertia.

Solutio. tutior. Caieta. opinio. non pro tinus improbabilis.

Ad primū arg.

Ad ſecūdum.

Vno modo, quando res quæ alteri traditur, non plus per ſe valet, ſed ſolum ratione negotiationis induſtrię, qualis eſt pecunia. Et tunc cenſebant ego eum, qui vltro a ſe alienat, mutuando, non poſſe lucrum recipere, quia proprie non impeditur, vt ſupra expoſitum eſt. Secundo cõtingit, quod res ipſa quæ traditur, non modo ratione induſtriæ, verum ſuapte natura per ſe ipſa plus eſt valitura. Huiuſmodi ergo res, licet quis ſponte ſua vendat, ſi rogatus facit carius vendere poteſt, ob illum, qui ſperatur valorem expenſis tamen ac laborius, vt dictũ eſt, inde ſubductis. Tertio argumento dubitatio ſubmouetur de quodam vſitato cõtractu emptionis non ſatis tuto. Sunt enim qui miſeris ruſticanis mutuare renuentes, mille innectant fraudes. Primum iumenta ab illis emunt, quæ non habent, eademque ficte eiſdem locant, nempe conſignãt ruſtico viginti aureos, ceu precium bonũ, quos ille non habet obligando illum vt ſaluos, ac tutos locatoſque cuſtodiat, ſoluatq. menſtruum locationis precium, hæc enim vſura eſt, nimirum cum in fine anni adhibentur ijdem viginti aurei, vt pote ſeruati boues, adiectoque inſuper precio dictæ locationis. Secundo eſt qui in Autumno mille verbi gratia oues emit, obligatis venditoribus vt vſque ad Maium eaſdem ſaluas cuſtodiant: nempe vt ipſorum periculo pereant. Et poſtquam totam fœturam percipit, reuendit eiſdem eaſdem eodem pretio. In quo contractu multę latent iniquitates. Primum enim ſi agricolæ obligantur, ut iterum eodem precio emant, manifeſtaria vſura eſt. Nam cum teneantur eandem pecuniam re metiri, mutuum eſt cui addetur pretium agnorum, caſei, & velletum. Rurſus obligare illos vt illæſum ſeruent gregẽ, palliatio vſuræ eſt, nam grex ipſis ementibus tanquam veris dominis periclitari debet, quod quidem periculum ſi venditores ſuſcipiant, iuſta pecunia eſſet pro quantitate periculi æſtimandum, cum tamen neq. pro periculo, neque pro cuſtodia recipiãt niſi pertenue forte ſtipendium. Negatur ergo argumenti conſequentia, videlicet q̃ ſi poteſt venditor qui merces erat ſeruaturus, immunem ſe a damno ſeruare, poſſit etiam emptor venditorem arctare, vt merces ſeruet, nam cum primũ emit, ſuo ſunt periculo perituræ.

Ar tertiũ arg.

QVÆSTIO IX.

DE CENSIBVS.

ARTICVLVS I.

Vtrum cenſuum emptio ac venditio ſit vſuraria.

POSTREMA quæſtione de emptione & venditione, quæ huius libri quintũ habet locum interrogatur de cenſibus, quorum contractus latiſſime in republica percrebuit. Eſt ergo articulus primus vtrum huiuſmodi contractus emendi vendendique cenſus, ſit vſurarius. Et arguitur a parte affirmatiua? Numiſma, vt ſupra dictum eſt, nõ eſt vendibile ſed tantum mutuabile, & qui vſum eius ſeorſum vendit, vſurarius eſt. Nam vt ex 5. Polit. cap. 6 citabamus, ſolum inuentum eſt vt ſit precium rerum, non vt ipſum vendatur, qui autem cenſum emit, pecuniam emit vltra ſortem ſibi augendam, ergo vſurarius eſt. Probatur minor. Qui dat verbi gratia mille ducatos, vt ſingulis menſibus aut annis certam pecuniã recipiat, nihil aliud emit, quam illam pecuniam, quæ ſibi vltra ſortem accreſcit Nã ſi quotannis recipit centum, in decẽnio recuperat iuſtam ſortem. Quare ſi cenſus redimitur, eandem duplat, ſi vero nõ redimitur, quidquid vltra recipit, ſorti accumulat. Secũdo arguitur. Hoc genus cõtractus palleum eſt & clypeus omnium vſurarũ, ergo deberet longe a republica relegari. Probatur antecedens. Quicunq. gratis mutuare recuſat, hoc actu vtitur, vt ſaluo capitali redimibiles cenſus coemat, quod perinde eſt, ac ſi ſub fœnore mutuaret. Tertio arguitur. Si cenſus noſſent in rem aut rerũ fructus inſtitui, poſſent pariter & in perſonam, etiam quæ bonis careret, nam ſicut res, fructuoſæ ſunt, ita & operis ſuis perſona fructificat, conſequens aũt vſ condemnare c. 2. de pigno. vbi habetur q̃ liber homo pro debito non tenetur, ſi res defuerint. In contrarium eſt argumẽtum, quod annui reditus in bonis immobilibus iure cenſentur, vt patet Clement. Exiuit de verbo. ſignific. §. cumque annui bona autem

Primũ argum.

Ariſtot.

Secũdũ.

Tertiũ.

immo-

immobilia vendi emique iuste possunt.

Quæstio præsens pluribus forte opinionibus controuersa est inter Doctores, quā res exigit, est.n. plana. Igitur vt a nomine rem auspicemur, census, vt lib 3. sub tit. de tributis dicebamus, a censendo ducitur, eo q; vt habetur l. forma ff. de censibus faculcēsus a cēsendo dictus. tates ciuium recensendæ sunt, vt pro sua quisque tributum soluet. Inde tñ secundo deriuatum est, vt peculiariter tributum significet, quod pro capite exigitur, nempe dum princeps vult personarum capita catalogo esse recensita vt quantum sit eius imperium, sibi innotescat, De quo Christus interrogatus fuit, an liceret censum dari Cæsari. Cuius vtique superbiæ pœnas dedit Dauid, nempe quòd populum numerauit, vt legitur 4. Reg. 24. Tertio & census facultas, & substantia cuiusq. dicitur, & patrimonij æstimatio. Refert n. Liuius lib. Liuius Bifaria census constitutio. 1. q; Seruius Tullus Romanorum rex census ciuium constituit. At vero impræsentiarum nomine census nihil aliud censetur, quam pensio quam quis super suis bonis aut persona constituit. Aut quo significantius dicamus, est ius percipiendi pensionem siue in fructibus, siue in pecunia, vel re aliqua vtili. Est nihilominus secundo adnotandum, quod census bifariam constituitur. Vno modo, vt sit reseruatiuus, alio modo, vt sit consignatiuus. Reseruatiuus est, quando quis vel rem suam alteri confert reseruato sibi iure quotannis recipiendi partem quampiam. De quo ex tat lex fi C. de rerum permutatio. vbi quisque permittitur mille alteri donare, reseruato sibi, siue annuo, siue menstruo censu. Et de huiusmodi censu meminit glossa super c. constitutus, de religiosis domibus. Condemnatur enim in eodem cap. quidā Abbas, qui pensionem quam debebat multis retro annis non soluerat. Condemnatur inquam, non vt ius prædij amitteret, de quo pensionem debebat, sed vt pensionem persolueret. Et tamen si fuisset emphyteusis, prædio ipso expoliandus erat, vt patet l. 2. C. de iure emphyteutico. Ait ergo bene glossa quòd emphyteusis hoc modo differt a censu, quòd quando quis in emphyteusim dat alteri prædium suum, quia non transfert dominium directum, sed tantum vtile, quod si non soluitur pensio, prædium reddit ad ipsum dominium. Sed quando dat bona sua alteri sub censuali pensione quia transfert dominium rei in alterum, quantocunque tempore cesset ille pensionem soluere, non perdit ius prædij, sed debet pensionem Ille ergo dicitur sensus reseruatiuus. De quo tamen impræsentiarum non fiet amplior mētio, eo q; non est vsq. adeo in vsu. Alter ergo est census consignatiuus vt dum quis retentis suis bonis eorumq. vsu consignat alteri certam pensionem, quam obligatur singulis mensibus aut annis soluere. Hunc autē censum quam plurimis diuisionibus more suo partitur Conrad. quæst. 72. Nam ex parte fundamenti in quo constituitur, alter est realis puta qui in rem instituitur, atque alter personalis, qui constituitur in personam. Mox ex parte rei, quæ recipitur, alter est fructuarius, vt potè dum recipiuntur grana vel alij fructus, & alter pecuniarius, vt cum recipiuntur pecunia, atque hic est more frequentior. Rursum alter certus, puta cum taxati sint fructus seu pecunia, & alter incertus, dum non definitur nisi quota, puta vt tertiam partem vel alia fructuum recipias. Deinde alter est perpetuus, & alter temporalis. Præterea, alter pro certo annorum tempore, & alter pro incerto, puta, pro tota vita, quem appellat vitalitium. Ac demum alter est redimibilis, atque alter irredimibilis. De quorum ferme singulis peculiaria submouentur dubia, licet nonnulla parui momenti. Respondetur ergo ad quæstionem quatuor conclusionibus. Prima est. Prima conclu. Vnusquisque potest realem fructuariumque vt aiunt, censum in sua bona constituere, dummodo sint libera. Quod dixerim, vt illa excluderem, quæ maioratus vinculo sunt adstricta. Conclusio hæc in genere receptissima est, neque est, qui de ea dubitet. Est namque perquam manifestum, posse quemque bona sua gratis donare ac vendere, & quocunque alio contractu alienare, poterit ergo pari iure donare aut quotam aliquam suorum fructuum, aut certā partem, perpetuo se vinculo perstringendo, eandem, vel præfinito tempore, vel certe in perpetuum persolue re, hoc autem est censum constituere, puta consignare. At vero dubium est, an sicut Dubiū. potest sub donationis forma institui, sic ēt liceat per contractū venditionis? Enimuero ex Theologis, Henric quoli 1. q. 39. vbi Henrici solutio. in suam sententiam allegat alios, & ex iure con-

Variæ census diuisiones. Cōrad.

Innocẽ tius. re conſultis Innoc. ſuper cap. In ciuitate, de vſur. & ibid. Ioan. Andr. & Salic. ſuper Auth. ad hæc, C. de vſur. vbi pro ſe citat Grego Arimin. diſtinguentes, aiunt ꝙ antiquos annuos reditus, puta quia fuerant antea conſtituti, ſiue in res ſiue in perſonam poteſt quiſque emere. Haud tamen vllus iure poteſt ſic tales reditus emere, vt tunc conſtituantur. Exempli gratia, libere quiſque poteſt conſtituere ſuper bona ſua aut ſuper ſuam perſonam cenſum, quẽ dono det alteri, & poſtquam conſtitutus eſt, põt vnius tertius ab illo donatario emere. Pari modo tributa regia quæ ſuper ciues inſtituta ſunt põt vnuſquiſlibet emere, quæ dr iuriũ empt. Attñ ꝙ ego a te emã cenſum quẽ modo ſuper te, aut ſuper bona tua conſtituas, iniquũ eſt. Et rõ, inquiunt, eſt, ꝙ in emptione dẽt diſtingui pretium & merx, vt hr l. j. de contrah empt. Qñ aũt iã cenſus eſt cõſtitutus, ipſe hẽt rõ ne mercis, ſi vero non eſt conſtitutus, nulla eſt merx, ſed numi numis emuntur. Vnde ait Ioan. Andr. in ſe neſcire excuſare talem contractum Veruntñ, ſalua Doctorum auctoritate, qui egregia merito pollent, nemini dẽt in dubiũ venire, quin ſicut via donationis, ita & emptionis poſſit cenſus conſtitui. Et ſic hic ſecunda concluſio, quam cæteri omnes tam Theologi, quam ſuper eodem c. in ciuitate. Iuriſconſulti, vt Hoſti. & reliqui, intrepide confitentur. Nam cum quiſque liber homo bona ſua diuendere poſſit plane ſit conſequens, vt poſſit quoque vendere eorum fructus, vel eorum partem, obligando ſe vel quotam eorum vel certã partem ſoluere ita vt alteri ius vendat exigendi a ſe eoſdem fructus. Secundo. Si poteſt tale ius gratis donare, cur non poterit dare genero in dotem, atque adeo cuicunque alteri, vel pro ſeruitio vel pro pretio? Tertio id confirmatur. Poteſt ſuiſque ſuperioris iuſſu & lege cogi, vt partem ſuorum fructuum annuatim ſoluat, vt patet in decimarum tributorumque exactione, ergo poterit ſua ſe ſponte taxato pretio ad eandem ſolutionem obligare. Quarto. Poteſt quiſque (nuperrime vtroque iure monſtrauimus) rem ſuam alteri donare, ac perinde vendere retento ſibi cenſu. ergo poteſt vice verſa retento dominio cenſum vendere. Quapropter vti Sylueſt. ait, verb. vſura. 2. § 12 fallitur contraria opinio non dignoſcens hic mercem a pretio diſtinctam, nam ſicuti dum emuntur reditus antea conſtituti, emitur ius illud, ita dum nunc conſtituitur, ius idem ipſum habet rationem mercis. At quoniam de pecuniario aliquãtulo maior reputatur dubitatio, adhibetur tertia concluſio. Iure etiam quiſque poteſt pecuniarium cenſum ſuper ſuis facultatibus conſtituere, non ſolum donationis forma, verum etiã venditionis. Hæc ex ſuperioribus facile colligitur, & eſt aſſertio Conrad q. 75. Enimuero ſi poteſt fructuarius cenſus conſtitui, & fructus æſtimabiles ſunt pecunia, nulla vetat ideo, quo minus poſſit & pecuniarius conſtitui. Neque in hoc contractus mutuum ſubeſt, vti Anchar. illic à Sylue citatus autumat, immo eſt vera emptio, quia pretium illud nõ traditur vendenti cum pacto redhibendi, ſed in perpetuum. Secundo. Poteſt ſe quiſque gratis obligare numeriam annuamque ſolutionem, tradendo alteri ius petendi, ergo poteſt tale ius pecunia vendere. Tertio, Poteſt cenſus ſuper domum conſignari, cuius fructus non eſt niſi pecunia, ergo poteſt taxari idem cenſus pecunia. Re uera de reali cenſu, ſiue fructuarius ſit & prædialis, ſiue numarius, res eſt aptior quam vt pluribus egeat probationibus. Et præter rationes ſunt etiam iura tam ciuilia, quam canonica huiuſmodi comprobantia contractus. Eſt enim Authen. Vt ij qui obliga. ſe hab. per tres min. §. quoniam autem, vbi admonentur minorum curatores, reditus illis emere annuos. Et in regno noſtro extat lex Tauri 68. id permittens. Et ſuper omnia ſunt Extrauagantes duæ inter communes ti. de empt. quarum prior eſt Martini 5. anno 1423. edita, poſterior vero Calixti 3. anno 1455. qui quidem Pontifices Max. interrogati de eiuſmodi iure, ſanxerunt licitos eſſe contractus Neque iura hæc diſtinguunt inter fructuarios & pecuniarios. Veruntamen de cenſu perſonali grauius emergit hinc dubium. Multi quippe Doctorum qui cenſus reales fatentur eſſe legitimos, id de perſonalibus diffitentur, vt eſt Ioãnes de Lignano ſuper c. in ciuitate de vſur. & Abb. in diſputa 5. & Sum. Ang. in verb. vſura & D. Anto. in 2. par. tit. 1 c. 9. & Sylueſt. loco citato eodem propendet, dicens ꝙ dũ cenſus ſtatuitur ſuper domum, quæ non locatur niſi quinq. non põt cenſus cõſtitui maior. Quare oẽs iſti auctores aiunt nõ poſſe conſtitui

Rõ ꝓxi mæ opi.

Secũda conclu. Hoſtiẽ.

Prima rõ pro concluſione.

Secũda.

Tertia.

Quarta.

Sylueſt.

Tertia concluſio.

Cõrad. Probõ prima.

Ancha.

Secũda.

Tertia ratio.

Mart. v. Calix. 3. Dubitatio d cẽ ſu perſonali.

Ioan. de Lignia. Abbas. Summa Angel. D. Antoninus. Sylueſt.

constitui censum nisi supra rem, cuius fructus ad minimum tantumdem valeat quãtus est census Fundamentum huic opinioni hoc subijcere possumus, quod emptor cũ dominus fiat rei emptæ, debet eius subire periculum, vt patet, l. 1. Cod. de peric. & cõm. rei vend. Si autem census supra personam cõstitueretur, nulli emptor subesset periculo. Nã interemptis etiam rebus, semper maneret venditor obligatus. Esset ergo iniqua conditio, quod semper venditor in periculo uersaretur, emptor vero in nullo. Secundo arguitur. Sic census põt per sonæ infixus remanere, codẽ mõ posset cõstitui & super cunctis eius facultatibus simul obligata persona sicut pereuntibus cunctis bonis, nihilo secius obligatus ipse supereresset, talis autẽ contractus non appareret emptio, sed mutuatio sub fide pignoris, quoniam bonorũ dñium non transit in emptorem imo hẽnt rõnem pignoris qñ quidem ipsis extinctis nihilominus tenet persona. Si autem est mutuũ, vsura est censum insuper recipere. Fauere deinde videt huic opinioni, tũ ca. sup citat. de pignorib. vbi hr, q̃ homo liber pro delicto non teneatur, si res defuerint, tũ præsertim & præfatæ constitutiones Martini & Calixti, in quibus hr, q̃ super bonis, & domibus, prædijs, &c. constituẽdi sunt census. Et subdit, q̃ ẽt possessionibus ipsi obligatis, interemptis, & destructis, non debent venditores astringi. His veruntñ non obstantibus adijcitur quarta conclusio. Iuste quisq. emere potest personalem sensum, vipote quem venditur supra suam cõstituat personam, Conclõ est eiusdem Conradi, q. 74. quam & q. 75. repetit Probaturq. iudicio meo 10 nibus satis firmis. Põt se persona gratis obligare, etiam si bonis sit tẽporalibus destituta, ad menstruam, vel annuam pecuniæ solutionem, gratuito ius alteri conferens petendi, idemque ius genero filiæ conferendo, ergo poterit ius idem alteri vendere. Nam ut supra dictum est emptor tunc preciũ non mutuat, postquam nõ retinet ius repetendi, sed illo emit ius illud, quod hẽt rõnem mercis. Secundo, Potest se quisque astringere ad æs certum quotannis mercenario pro suis operis persoluendum, cur ergo non poterit eadem obligatio pecunia æstimari, ac subinde vendi? Tertio, potest census personalis principis lege constitui, vt patet. 2. Nehemiæ 10. vbi Hebræi statue-

Fundamen. p̃teritæ opin.

Secũdũ argum. Ad idẽ.

Postrema rõ.

Quarta conclõ.

Cõtra. Rõ conclusio.

Secũda ratio.

Tertia.

runt super se tertiam partem sicli ceu annuum censum personalem. Qua ratione in more nunc est aliquarum ecclesiarum, personales decimas exigere, de quibus mẽtio fit ca. Apostolicæ. de decim. & de negotiatione soluuntur decimæ, vt eodem in cap. Pastoralis. Et, vt supra diximus potest princeps non solum ex facultatibus. verũ etiam ex capitum recensione census exigere. potestque ratione delicti homo cogi ad annum tributum, ergo poterit sua quisque sponte tale super se ius vendere. Rursus liberum cuique iure est obligationem suarum operarum vendere, nempe vt sit obligatus suo corpore seruire, ergo pari iure vendere valet & personalem censum. Quid ni? Potest liber homo non solũ alijs ciuilibus contractibus obligari verum & in seruitutem vt lib. 4. monstratum est, sese vendere, & filium suum, potestq. super mãcipium suum, sicuti super suas reliquas possessiones, censum constituere, cur ergo nõ & super se vẽdere queat pecuniarium ius? Et (quod hisce omnibus robur adhibet) quicunque realis, census annexam habet personalem obligationem, ergo ipsis etiã pereũtibus rebus superstes obligatio est in persona, atque adeo constitui potest personalis census. Probatur primum antecedẽs. Tum quod forma contractus semper sic habet, quod venditor obligat se, & sua bona, quippe cum res inanimes non nisi per metaphoram dicantur obligari, sed dominus qui est obligatur & iudicio cogitur, tũ præcipue, q̃ per huiusmodi contractus nec dominium rei transfertur, neque fructus venduntur, sed ius illos petendi. Quapropter bona illa super quibus constituitur census, non tam rei venditæ rationem habent, quam pignoris atque hypothecæ qua venditoris fides firmatur, iuxta tenorem legis, fundus, ff. de ann. legatis. Et probatur hoc ipsum. Quoniam si fructus illo contractu venderentur, consequens fieret, vt eorum periculum non venditor, sed emptor subiret. Quapropter quo anno fructus perirent, non deberẽtur emptori, sed eidem ipsi perirẽt, quod tamen est falsum & contra vniuersalem vsum. Qua vtique ratione & vsu ostenditur, eum qui censum emit, non emere fructus, sed ius petẽdi, quippe cũ venditor periculo fructuũ ceu rei suæ subditus maneat. Sunt nanque res censui obligatæ, instar pignoris, quo

Quarta. Quinta ratio.

dispu-

diſparente, non ideo creditori extingui tur agendi ius, ut l. ſeruo C de pig. admonetur. Quod quidem inde rurſus, confirmatur, quòd alias non poſſent emi pecuniarij cenſus nullis conſignatis fructibus, cuius contrarium ſupra probatum eſt. Ex hac concluſione ſubſequitur primo, cenſus reales non ſolum conſtitui poſſe ſuper certus deſignatisque bonis, uerum & ſuper indefinitis, atq. incertis, nempe ſuper quibuſcunque, quæ uenditor ſeu poſſidet ſeu poſſidebat, eo quòd obligatio in perſonam reſoluitur. Sequitur ſecundo quod poteſt inſtitui cenſus ſuper re, etiam cuius fructus non adæquent cenſum. Denique in huiuſmodi emptionibus nulla uſura eſt. Neque uero iniuſtitia, ſi modo pretium ſit iuſtum ad quod eſt attendendum. Perſpice inquã, an ius illud tantæ recipiendæ penſionis iuſto ematur pretio. Nam tunc ſi res ſupra quam conſtituitur tuta non ſit, aut non tãtum fructum reddat, in emptoris uergit periculum. Quomodo autem iuſtum pretiũ æſtimandum ſit, articulo proximo patebit.

Primũ corollarium.

Secũdũ.

Obiectio.

Qua propter Metynenſis egre ſibi conſtat, quippe qui cum prius aſſeruiſſet contrarium huius corollarij poſtea affirmauerit perſonales cenſus. Nam ſi perſona manet obligata, licet fundus fructum iuſtum nõ ſuppeditet, ſupereſt actio contra perſonam. Sed arguis. Quando res non ſatis ſoluendo cenſui fructificant, tunc cenſus non eſt tutus, ergo tunc contecta ſubrepit uſura. Negatur conſequentia. Immo uero ex parte citius uenditoris reſultat iniquitas quam a parte emptoris. Nam emptor ſuo periculo cenſum emit in re male fida, ſed alter eſt, qui non deberet uendere niſi ſuper re tuta.

Soluti o

Reſtat ergo ad argumenta in contrarium reſpondere, atque ad illa prius, quæ initio quæſtionis obijcebamus. Ad primum reſpondetur forſan initi, de nomine diſputationem, an huiuſmodi contractibus ematur pecunia? Tametſi proprie non emitur, niſi ius petendi penſionem, licet iuris eiuſdem ualor, non ſit maior quam ipſa penſio. Vnde lingua noſtra materna cenſus ſuper regijs tributis conſtituti, iura dicuntur, dicuntur inquam uendi emique iura. At quamuis pecunia annuatim ſoluenda emeretur nihil aliud eſſet quàm bonorum emptio immobilium, ut citata Clement. exiuit habetur. Neque uero inde quod tractu temporis exuperent capitale, exiſtimandus eſt contractus uſurarius, differt enim a mutuatione ex diametro. Hæc enim eſt radix iuſtitiæ huius generis contractuum, quod qui mutuat, obligat mutuatarium eandem ſibi integram reſtituere pecuniam, qui uero cenſus emit, minime, ſed in precium eam dat perpetuum. Quare nihil obſtat quominus, ueluti in cæteris emptionibus temporum curriculo fructus ſuper pretium exuberent. Et per hæc ſolutum reſtat argumentum ſecundum. Nulla enim in hoc genus contractibus occulitur uſuræ prauitas. Sed & reliqua, quibus perſonalis cenſus diſſuadebatur, pari facilitate ſoluuntur. Conceditur enim priori fundamento emptorem nullum ſubire periculum. Immo licet ſuper ſtatueretur caſus, nullo ſe periculo obijceret, uel rei ſuper qua conſtituitur cenſus, uel fructuum, quia dominium in ipſum non migrat, ed uenditor eſt, qui pro recepto precio ſub eo permanet periculo tanquam rerum dominus. Nihilominus & emptor huic ſubijcitur diſcrimini, quod etſi res perirent, nunquam poteſt uenditorem cogere redimere cenſum, & ſimili modo in cenſu perſonali, hoc ei periculum imminet, quod uenditor ad pauperiem redactus ſoluere non poſſit cenſum. Ac ſubinde ad ſecundum argumentum cõceditur conſequentia & conſequẽs, ac proinde fatemur, dum quis cenſum ſuper ſuis bonis uendit, manente nihilominus obligata perſona bona illa formam inducere atque effigiem pignoris & hypothecæ. Capitulo autem ſecundo & pignoribus, hoc tãtum admonetur, quod liber homo non poteſt conſtitui in pignus debiti ueluti mancipium, vt patet l. qui filios. C. q̃ res pigno. oblig. poſſ. Haud tamẽ inde ſub infertur non poſſe cenſus nexu, ſicuti per alios cõtractus obligari. Arg. autem, quod ego in meipſum contra perſonalem cenſum validius inſtruo eſt hoc, Cenſum ſup te conſtituere uſu conſumptibili non eſt licitum, ſed uſurarium perſonalis autem cẽſus eſt huiuſmodi, ergo iniquus eſt. Probat antecedens. Si ego tibi mille porrigerem aureos, teque grauarem, ut de eorum uſu quotannis certũ mihi quidpiam ſolueres, uſurã cõmitterẽ, eo q̃ uſũ pecuniæ ſeorſũ vẽderẽ Minor añt patet. Nã perinde vr̃ facere, qui ſup̃ pſonã cẽſum emit, videlicet

Ad ſecũdum.

Ad primũ arg.

Argum.

Solutio.

vt pro

vt pro usu illius pecuniæ certam pensionẽ rependat. Veruntamen argumenti huius vtraq. præmissa negatur. In primis inquã constituere censum super vsum pecuniæ, non est vsura, nisi saluo id capitali fiat, puta cum obligatione restituendi pretium, nam tunc esset mutuum. Si autem tibi in perpetuum mille conferrem ducatos, nihil vetat quin possem de eorum vsu pensionem recipere Idq. patet. Primo, quia possum illos dare conuentione facta, vt tu eiusdem emas fundum fructiferum, quem si non emeris, tua erit culpa. Et hoc ipsum
Baldus. ait Baldus in feudis. Si de feudo vasallus, l. vnica. Præterea, hoc habet vim contractus societatis. Secundo, & altera quoque præmissa est falsa. Etenim personalis census non constituitur super vsum pecuniæ, sed est ius petendi, recipiendiq. a persona talem pensionem. Neq. vero Extrauagantes Martini & Calixti eandem quartam conclusionem nostram vllo pacto auersantur. At vero hoc in primis admonito opus est, q̃ cum in Conciliorum Summa quam
Mirãda. reuerẽ noster Mirã. neq. sine publico commodo, neq. sine priuata laude compilauit, post dictas Extrauagantes in formã vnius redactas, appensas inspexeris sex conditiones ad æquitatem hmõi contractum requisitas, non intelligas easdem in dictis Extrauagantibus vt necessarius extare, pontificiaue auctoritate pollere, sed auctorem ipsum iudicio suo, quod per egregiũ est, illas ceu necessarias collegisse. Earum aũt conditionum prima est, q̃ censuales reditus cõsignandi sunt in rebus certis, puta domo vel agro, quæ solæ maneant eisdem soluendis censibus obligatæ. Qua quidem conditione refutãtur personales census. Attñ cõditio illa nequaquam ex Extrauagantibus colligitur Bulla. n. hoc in sola enarratione, Pontifici præposito continet, q̃ res exprimantur, quæ permaneant obligatæ. Tñ postea in approbatione non excludit quin super personam possint institui. Enimuero illic tantũ fit mentio de realibus censibus, quos Bulla approbat, nulla tñ fit de personalibus quos non subinde reprobat. Secũda autem eiusdem auctoris condicio, nempe q̃ iusto pretio emantur census, statimque tpe contractus integrum soluatur idẽ soluatur pretium, pro priori membro vera est, non quod si pretium non esset iustum, eã rõne fieret contractus vsuratius, siquidem res illic vendibilis emitur, sed q̃ esset iniustus. Sicut dum res pretio digna, pluris minorisve iusto distrahitur. At vero quãtum ad scd̃m membrũ, nullam præfert probabilitatem. Nam licet in narratione Bullæ id quoq. ponatur, nõ tñ in approbatione tanquam necessarium constituitur. Quid. n. vetat quo minus veluti in cæteris contractibus venditor census emptori valeat partem pretij credere. Neq. quinta conditio ex eadem Bulla colligitur, nẽpe q̃ si res super quibus constitutus est census, perierint emptor cogi deinceps nequeat ad soluendum censum. Nam Bullæ clausula id solum cauetur, ne pereuntibus bonis cogantur venditores census redimere. Haud tñ prohibetur, quin possint cogi pẽsionem soluere. Immo si extinctis bonis liberi debitores restarent a pensionis debito profecto id Pontifices explicuissent. Quare cum hoc tacuerint, insinuarunt licitos quoque esse etiam personales census quãuis quia non sunt vsq, adeo emptoribus tuti, non erant tunc forte in illis artibus in vsu. Et ideo Pontifices non fuerunt de illis requisiti. Et per hæc quoque monstratur sexta conditio non esse necessaria, vt supra dictum est videlicet, quod sit necessarium censum constitui supra rem fructuosam, atque adeo ut fructuum ualorem non excedat.

ARTICVLVS II.

Vtrum census tam temporales, quam perpetui sint liciti.

SAtis erat in genere quæstionem decidisse, nisi quod nonnulla sunt tam de temporalibus quam de perpetuis peculiaria dubia. Quæritur ergo, an utrunque istorum genus sit licitum? Et de perpetuis arguitur a parte negatiua. Si essent liciti, sequeretur quòd non solum uenditor, uerEm & eius successores perpetuo manerent eodem pensionis fune irretiti. Consequens tamen uidetur iniquum, maxime postquam res perierint, super quibus constitutus est census. Primũ arg.

Secundo arguitur contra conditiones, quibus solet perpetuitas hæc firmari, nempe ut uenditor teneatur prædia seruare super quibus constituitur, neque illa possit absque censuarij facultate ab alienare, Secũdũ.

quod

quòd eius facultate vendiderit, decima nihilominus vel vigeſima pars illi obueniat. Tertio, quòd niſi ſtatis terminis ſoluerit, rebus orbetur ſuper quibus conſignatus eſt cenſus. Quarto, quod etiam ſi res ipſæ diſpereant, nihilominus maneat obligata perſona. Addunt & fideiuſſores & ſexcenta alia munimenta quæ non ſatis apparent æquitati amica. Tertio contra temporarios arguitur. Si liciti eſſent, ſequeretur non poſſe minoris emi quam ſit omnium penſionũ ſumma. Vt ſi in decennium cenſum emas aureorum decem, non valeres minoris quam centum emere. Nam alias quidquid vltra reciperes ſorti adhiberes, & tamen contrarius eſt vſus. Quarto arguitur. Si liceret temporaneos emere cenſus, perinde liceret, non ſolum in tempus certum, verum & in incertum, vt puta ſeculares, emere, quantum videlicet qui emptoris ſeculo vitaque durarent, quos vitalitios vocant, hoc autem tum iniuſtum apparet, quia cum vitæ periodum ſolus Deus nouerit, uſu ſæpe veniret multo plus durare, quam venditor credidiſſet, ac perinde grauiter læderetur, tunc etiam inde periclitaretur charitas. Nanciſceretur inquam inde occaſionem venditor exoptandi emptor mortem.

Tertiũ.

Quartũ

Duabus concluſionibus ad quęſtionem reſpondetur. Prior. Non modo perpetui cenſus licite emuntur uerum etiam in illis minor eſt uſuræ ſuſpicio, quam in temporalibus. Concluſio ex his quæ dicta ſunt, euidentiam ſortitur, quoniam ille merus eſt venditionis emptioniſque contractus, ac ſi prædia emas, aut quæuis alia, quæ iure hereditario tuis poſteris relinquas. Quo fit, vt huiuſmodi cenſus neutiquam eſſe poſſint meri perſonales, ſed debent eſſe non ſolum reales, verum & rebus immobilibus infixi. Nam reliqua omnia collapſo tempore dilabuntur. Quapropter Clemen. ſupra citata. Exiuit. Annui, inquit, reditus intra immobilia cenſentur à iure. Atque eo minorem præferunt effigiem vſuræ, quod pretium nunquam eſt emptori redhibendum. Poſterior concluſio. Pari iure licet emere temporales cenſus ſeu certi temporis, vt in decennium, vel in alium quem quemlibet terminum, ſeu incerti, puta ſeculares pro ementis vita aut filiorum. Concluſio eſt nota. Quia hic etiam diſtinguitur a pretio merx quæ eſt ius petendi penſionem. Quare niſi in pretio, de quo ſtatim dicemus, iniquitas inſit, nulla macula talis contractus inficitur. Etenim ſicut poteſt quiſq; fundum ſuum alteri in emphyteuſim pro ſua vita dare retenta penſione ita vice verſa poteſt & re ipſa retenta penſione ad vitam vendere. Item vnuſquilibet poteſt alienum prædiũ ad vitam conducere, cuius fructibus viuat. cur ergo non & ius ſuper eodem prædio emere recipiendi taxat pecuniam? Adde, quod & de bonis eccleſiæ id ipſum permittit Clement. j. de rebus Eccleſiæ non alien. nempe quòd ingruente neceſſitate poſſit prælatus pro ſua vita poſſeſſiones Eccleſiaſticas alienare, ergo & poteſt emptor pro ſua annuos emere reditur.

Prima concl.

Rõ concluſion.

Poſterior concluſio.

In concluſionibus ergo nulla eſt ambiguitas præter illas quæ per argumenta inſinuantur. Quarum prima eſt in primo, vtrum omnis obligatio perpetui cenſus perpetuo in hæredes deſcendat. Nam dum cenſus ſuper ædibus, aut mortalibus, aut re ſimili conſtituitur, ratio perſuadere videtur vt re tali diruta non debeat illa obligatio amplius hæredes premere, & tamen ſupra dictum eſt obligationem rei in perſonam refundi, qua ideo extincta nihilominus ſimiliter teneri perſonam. Quod ſi verum eſſet, deberet eadem obligatio ad hæredes permanere. Quod quidam abſurdum arbitrantur. Ad hoc tamen per hanc diſtinctionem reſpondetur. Quando perpetuus cenſus ſuper bonis incertis conſtituitur: ſcilicet ſuper his, quæ homo poſſideret, poſſeſſurusve eſt, tunc obligatio ad hæredes permeat, ſiue in bona quæ tunc venditor habebat ſuccedant, ſiue, illis interemptis, in alia, quoniam illa omnia ſunt eidem ſolutioni obnoxia. Et ideo hæredes tunc ipſi ſibi videant, dum hæreditatẽ acceptant. Nam qui ſenſum vendidit potuit cuncta ſua præſentia, futuraq. bona illo innodare vinculo. Quando vero cenſus conſtituitur in rem hanc conſignatam nõ prorſus perpetuã, qualia ſunt ædificia, neque alia hypotheca contractus firmatur, non prorſus cenſetur perpetuus cenſus, ſed tantum quantum res duratura eſt & perſona, quæ vendidit fuerit ſuperſtes. Nã illa perſonalis obligatio non ſuccedit in hæredes niſi ratione illius ſignatæ rei. De pretio autem perpetuorum cenſuum dicere aliud non poſſumus, quam quod

Ad primũ arg.

Pretiũ cenſuũ.

non

non ſolum quantitas cenſus exiſtimari debet, uerum ſtabilitas ac firmitas ſuper quibus conſtituitur. Quare iura ſuper caſtra & perpetua paſcua, & prædia maioris ſunt pretij. Quare utique ratione nō poteſt lege vnum in uniuerſum pretium cōſtitui Sed illud eſt iuſtum quo publicitus ſine ui & dolo uenduntur. Tametſi contingere poſſit, ut urgens pauperum neceſſitas eos cogat uiliori iuſto emere. Quare non appareret iuſto emi unum redimibilem numum pretio decem, ut iam factitari incipit, quāuis ubi uſus inualuerit, non prorſus condēnarem. Fuit autem conſultiſſimum frumētarios cenſus lege taxari, nempe, ut in frumento ſolucrentur, ſed æſtimato pretio, unum pro quatuordecim penderetur. Emiſti, uerbi gratia grani cenſum centum quadraginta aureis. Lex ergo præcipit, ut quoniam frumēti pretium latiſſime uariatur, non tibi quotannis ſoluatur, niſi quantum frumenti decem aureis eſtimatur.

Ad ſecūdum ar.

Circa ſecundum argumentum quo de conditionibus reliquis hiſce contractibus apponi conſuetis inquiritur, hoc ſtatim in fronte firmiſſime aſſeueratur, nullam ab illis contrahi uſuræ maculam. Nam uſura, ut ſæpe dictum eſt, inde tantummodo naſcitur, ut res emitur, quæ uendibilis nō eſt, Nihilo ſecios hiſce conditionibus inuadi poteſt iuſtitia, per iniquitatem pretij, & nimiam uenditoris oppreſſionem. In primis quod non poſſit uendi or bona illa ſuper quibus ſtatutus eſt cenſus abſque cenſuarij facultate ab alienare, non eſt iniqua conditio. Nam contingeret alias in alium poſſeſſorem demigrare, qui nō eſſet uſque adeo tutus. Quod uero cenſuarius, dum talem facultatem confert, ualeat partem pretij recipere, nihil meis auribus æquitatis exhibet. Nam etſi in emphyteuſi propterea quod qui penſionem recipit, dominium rei directum retinet, illo iure gaudeat, tamen quod cenſuarius qui nullum habet, rei dominium pro meta facultate quam conceditur uendendi, quidpiam recipiat, profecto rationi non eſt conſentaneum.

Quòd cēſuari⁹ recipiat partē p̄tij quia cōcedit facultatem uendēdi ini quū eſt.

At ſi iure particulari regni permittitur, nihil obloqui audeo. Item quod ad ſtabiliendos decem aureos cenſus cogatur uenditor ſufficientia hypothecare bona, ratio. ſane poſcit. Quod autem ſua bona dum ampliſſima ſunt, debeat ad maiorem cautelam ſic colligare, ut neque illa diuendere, neque impignorare, neque ulla ratione de illis diſponere queat, profecto importabile onus eſt, quod miſer ob ſolam neceſſitatem ſubire cogitur. Item, quod qui uno uel duobus annis non ſoluerit, eiſdem obligatis poſſeſſionibus expolietur, non eſt prorſus genere ſuo iniquum, quoniam poteſt id quidem in pœnam imponi. Et eſt l. Tauri. 68. approbatum. Attamen ut pœna ſit iuſta, debet eſſe moderamine ad culpæ quātitatem temperata. Nam ſi eſſet nimia non eſſet iuſta. Illud autem poſtremum, nēpe quod rebus pereuntibus perſona nihilominus obligata maneat, iam ſupra oſtēſum eſt licere. In tertio argumento dubiū ſubmouetur de pretio temporalium cenſum. Richa. n. q. 80. tenet poſſe emi tempo ralem pecuniarumque cenſum certi temporis minori pretio, quam ſit penſionum ſumma. Poſſunt, inquit, non aginta aureis emi decem in cenſum uſque ad decenniū. Ratio inquit eſt, quod tanti eſtimantur nō naginta nunc, quanti centum id decennio diuiſim ſoluti. Hæc autem ratio nulla eſt, niſi ubi uera ſit emptio. Fallit namque in mutuo, quoniam nō licet tibi mutuare nonaginta, ut illo modo recipias centum. Vnde cum idem ipſe auctor metuat huiuſmodi emptione m reduci ad mutuum, ſubiungit tunc eſſe contractum licitum, quando emptor mallet non emere, quam emere, ſed rogatu uenditoris emit. Addit inquam hoc temperamentum, arbitratus non licere decem illa recipere ultra ſortem niſi ratione ceſſantis lucri quod antea dixerat tunc penitus licere quando mallet mutuator non mutuare. At uero cum hoc lucrum ceſſans, ut crebo ſupra diximus, ſuſpectum ſit, quando quis ſponte mutuat, idque maxime impræſentiarum, nam qui cenſus emit, non putat ſe mutuare, ob idque non ſolum rogatur, uerum & rogans emit, negare non poſſum, quin huiuſmodi contractus emendi pecuniarios cenſus certi temporis ſuſpicionem præſeferat, ſi minus ſit pretium, quam cenſus. Neque uero ſunt vſu frequentes, neque eſſe decet, niſi vbi aliquod ſubeſt dubium plus minuſue ſuſcipiendi. Liceret inquam aureis nonaginta poſſeſſionem emere decennio duraturam, quæ ſingulis annis prolatura eſſet fructus decē aureorum, liceretque adeo ſimiles emere fructuarios cenſus. Nam cum fructus ſint in dubio, uere cognoſcitur em

Altera conuentio iniqua que in huiuſmodi cēſib. ſolet apponi.

Ad tertiū ſent. Richar.

ptionis ratio, quaſi ideo nõ vitiatur quod fructus tractu temporis ſuperaturi ſint pretium, cum autem nonaginta ducatis, non poſſit illonem, ſe lius petendi in pecuniam centum emis, quæ in nullo verſantur dubio, hocenim ſupponamus, videlicet, quod neque timeantur expenſæ, neque labores, neque vllum exiſtat periculum, profecto vix poteſt diſcerni, quin ſit mutuam Perinde atque ſi nonaginta nunc dares cum obligatione vt poſt decennium redhiberẽtur tibi ſimul centum, vbi plana eſt vſura. Nam quod ſoluantur per partes, vel ſimul in fine, nihil videt diſcriminis afferre. Quo circa absque formidine approbare non auderem, vt poſſint huiuſmodi pecuniarij cẽſus certi temporis emi, niſi tanto prorſus pretio, quanta eſt omnium penſionũ ſumma, vt ſit omnino forma mutui. Si quis autem iudicio ſuo diſcreuerit inter ſolutionẽ centum faciendam in fine decenij, & faciẽdam per annos, ipſe ſibi viderit, tametſi de hac ambiguitate articulo proximo redibit ſermo De cenſibus autem incerti temporis, puta ad vitam, vel quouſque paternam ingrediaris hæreditatem & ſimiles, dubitari non poteſt quin ſint liciti. Etenim cum illic dubium ſit quantum ſis temporis victurus, quantumve tuus parens, quantum que ſubinde fructuum emptor preceptu rus ſit, manifeſta eſt emptionis venditioniſque ratio.

Qualiter cẽſus pecuniarij certi tẽporis ſint licita.

De vitalitijscenſibus.

ARTICVLVS III.

Vtrum licita ſit emptio cenſuum cum pacto retrouendendi.

POſtrema demum quæ inter præcipuas eſt dubitatio huiuſmodi contractuum, verſatur in pacto retrouendendi, vtrum ſit licitum. Arguitur ergo a parte negatiua. Nullo contractu iuſtitia ſeruatur niſi ſit in commune bonum vtriuſque partis æquilibris, ergo ſi licita eſſet conditio, qua venditori facultas ſit redimendi cenſum deberet & eadem facultas emptori concedi, vt venditorem poſſet cogere ad redimendũ, alias eſſet præillo grauatus, hoc autem emptori non eſt licitum. nam ſi venditor ei tenetur pretium redhibere, mutuatum cẽſeretur, ac ſubinde vſura eſſet, emptorem quidpiam vltra capitale recipere. Secundo arguitur. Si huiuſmodi conuentum legitimum eſſet, ſequeretur & legitimas pariter eſſe adiectiones, vt venditor nequeat ante certum tempus cenſum redimere, eũdemque non minutius per partes, ſed ſimul totum Item quod non niſi vſque ad præfixum terminum ſit ei integrũ redimere, quo tranſacto perpetuus maneat. Hæc autem omnia grauamina, tum iniqua per ſe videntur, tum & ſanctionibus contraria prædictarum. Extrauagantium Martini & Calixti. In contrarium autem eſt, quod in nulla iſtarũ committi videtur vſura. Quare niſi alia contractus iniuſtitia maculetur non eſt cur repellatur.

Primũ argum.

Pro deciſione quæſtionis huius diſcerniculo illo primum omnium in huiuſmodi contractibus opus eſt, cuius in ſuperioribus meminimus, nempe duplicem eſſe in eis diiudicandam prauitatem, ſ. vſuræ & iniuſtitiæ. Nam vt ſupra dictum eſt, ubi res uenditur, quæ nullo per ſe pretio eſt digna, uſura eſt, ubi uero res uendibilis iniquo uenditur pretio, citra uſuram committitur iniuſtitia Hoc præhabito fundamento quatuor concluſionibus ad quæſtionem reſpondetur. Prima eſt. Nequaquam fas eſt cenſum emere cum pacto retroemendi. Puta obligando uenditorem ut eundem redimat eodem pretio, uel minori, niſi fructibus in ſortem computatis nihilo plus emptor recipiat, quam tribuit. Immo omnis talis cõtractus eſt manifeſte uſurarius. Hæc eſt conditio Extrauagantium Martini & Calixti, quæ quanquam illic non haberetur, eſt per ſeipſam manifeſta. Enim uero ubicunque traditur uel pecunia uel res quælibet uſu conſumptibilis cum pacto eandem rurſus uel eius ualorem recipiendi, & aliquid ultra ſortem illic uſura uel patet, uel latet. Dum ergo mille ducatis cenſum emis qui tibi quotannis quinquaginta reddit uenditorem cogens, ut iterum ex te redimat, tutum reddis capitale tuum, quod idcirco re uera mutuas, & ultra ſortem recipis rei fructus. Hæc ergo eſt radix uſuræ in huiuſmodi contractibus. Dixerim cum pacto recipiendi ultra ſortem, quoniam nil te uetat rem emere, ſic cum uenditore conueniens, ut ſi tibi infra certum terminum diſplicuerit, reſcindatur contractus dũmodo perceptos fructus in ſortem adnumeres. Eandem concluſionem lex etiam regni ſanxit. Secunda con-

Duplex prauitas incẽſib.

Prima conclu. Rõ concluſiõis.

da concluſio, Licitum eſt cenſum emere cum pacto retrouendendi, neque vlla illic ſubeſt vſuræ labes, nempe dum emptor eam obligatur reuendere, ſi venditori libuerit rem ſuam redimere, ita vt optio non in emptore, ſed in venditore ſita ſit. Quare niſi aliunde iniuſtitia adſit, nihil erit iniquitatis in tali contractu. Hęc etiam eſt conditio earundem Extrauagan. Martini & Calixti quam & ratio ipſa naturalis patefacit. Quocirca per hoc pactum diſtinguuntur cenſus redimibiles & irridimibiles. Quo fit, omnes perpetui ſint irredimibiles, non tamen contra. Nam etiam ſi non ſint redimibiles, poſſunt vendi dun taxat in tempus, vt ſupra dictum eſt. Probatur concluſio. Si aliqua hic ſubeſſet vſuræ ratio, maxime quia huc irreperat ratio mutui, at vero cum emptor ius ſibi non reſeruet cogendi venditorem vt pretium reſtituat, nullum eſt mutuum, ſed vera emptio. Quod autem talis emptio expers eſſe quoque poſſit alius iniuſtitiæ, patet quando talis iniuſtitia vel committeretur propter venditoris grauamen, & hoc non, cum ex re ſua ſit illa libertatis conditio, vel ob emptoris ligamen, & hoc minime, quando, opus illud, pretij attenuatione releuatur. Valent, verbi gratia decem perpetui floreni ducatis ducentis, ob illud autem vinculum iterato vendendi minuitur pretium, vt emantur non pluris, quam centum quadraginta florenis. Quapropter cum oblō illa, qua emptor reuendere cogitur, æſtimetur toto reſiduo, nulla reſtat iniquitas. Secundo id probatur. Poteſt in contractu emptionis grauamen aliud quodcunque emptor vl ro ſuſcipere ſi fiat pretij remiſſio, videlicet vt in emptis ędibus non aperiat feneſtras, vt certis perſonis non vendat, & ſimilia, poteſt ergo & hoc reuendendi iugum ſuapte ſuapte ſubire. Concluſio eſt quæ lege etiam ciuili iuſta cenſetur, vt patet. l ſi fundum. C. de pacto. inter empto & vend. atqui c. ad noſtram. de emp. inſinuatur quoque iuſta ſi pretium ſit iuſtum. Nam propterea illic ſimilis contractus vſurarius cenſetur, quod qui redimibilem cenſum emerat, adeo exoluerat vile pretium, vt potius cenſeretur mutuum. Quod ſiquis argum ob jcitur ex Leuiti. 25. vbi iubebatur vt ſi rem venditam venditor poſtea redimere percepti fructus recipientur in ſortem. Reſpondetur legem illam fuiſſe legalem, ſicuti alteram, vt anno Iubilæi res omnes venderentę, ad ſuos remigrarent venditores. Cauſa ratęnim id Deus, ne via venditionis ſortes terræ promiſſionis in paucos aggerarentur, alijs in pauperie derelictis, & ideo leges illæ ceſſauerunt. Tertia concluſio. Licitum etiam eſt neque vſuræ ſaporem habet, cenſus emere cum pacto retrouendendi, conſtituto tempore, tam illo, ante quod non ſit venditori redimendi facultas, quam illo citra quod ſi non redimatur, nulla fiat reliqua vltra redimendi facultas, ſed cenſus maneat perpetuus. Concluſio eſt, quæ eidem citato auctori eiſdem Extrauagantibus Martini & Calixti condemnata videtur. Hoc tamen eſt in eadem hærere ſalebra, nempe ex affirmatione negatiuam inferre. Continet enim narratio propoſitionis, vt quoties venditori redimere libuerit, facultas ſupperat. At quamuis propoſitioni Pontifex annuit, non tamen ſubinde cenſuit illam eſſe neceſſariam ad cauendam vſuram. Immo propterea propoſita illi eſt illa conditio, quod maiorem effigiem preferre videbatur mutui, ac ſubinde vſuræ, ſi quotiet vel let venditor pecuniam reddere, liber eſſet a cenſu. Nam vt ſupra diximus, quo minor eſt in venditore redimendi libertas, maior eſt in contractu ratio emptionis ac ſubinde minor vſuræ ſuſpicio, nam propterea minorem habet vſuræ repræſentationem perpetuus cenſus, quam temporalis. Probatur ergo vtraque concluſionis pars manifeſta ratione. Poteſt quis perpetuum cenſum emere, vbi omnino auferatur venditori facultas redimendi, ergo poteſt facultas illa ei concedi pro eo tempore, quo inter ipſum atque emptorem conuenerit. Et confimatur, Grauamen illud quod emptor ſibi imponit, iterato venden di quoties alteri libuerit, pecunia æſtimabile eſt, & ideo minoris emit quam ſi emeret in perpetuum. Quod autem venditorē adſtringat, vt ante tale tempus emere non poſſit, nihil aliud mali habet quam quod eidem emptori alleuiatur grauamen, atque adeo pluris æſtimandus eſt tunc cenſus, quam ſi integra libertas venditori relinqueretur. Ergo ſi ob hanc rem pretium augeatur ad iuſtum, nulla eſt vſura. Immo licet pretium eſſet minus iuſto, non eſſet vſura, quamuis eſſet iniuſtitia, quæ vſuram

Secūda conclu.

Probat. conclō.

Secūda rō ꝓ cū cluſione

Argu.

Reſſio.

Tertia conclu.

Suadeť vtraque conclu-ſionis.

Confirmatio.

ſaperet, vt habetur citato cap. Peruestras. Eadem ratione poteſt etiam emi conceſſa præciſe facultate redimendi vſque ad
Quarta conclu. præfinitum tempus. Quarta concluſio, Licitum eſt & ab vſuræ ratione ſe motum, huiuſmodi cenſus redimibiles ea appoſita cõditione emere, vt non membratim & per partes, ſed totum ſimul redimatur. Neque obſtat, quod in narratione dictarũ. Extrauagan. proponitur, vt quoties voluerit vaditor totum vel partes redimere, in ſuo ſit arbitrio. Eodem enim modo reſpondetur quod licet id concedatur, tamen in conceſſione non, excluditur aliud. Imò ratio docet non fuiſſe excludendum. Nam ſi eiuſmodi pactio contractum vitiaret, eo maxime quod faceret vt non eſſet emptionis & venditionis, hoc amen non facit nam ſi abſque illa conditione ob id, quod pretiũ dabatur in perpetuum ſine obligatione reſtituendi, erat vera emptio (nam in hoc vera emptionis ratio conſiſtit) propterea quod illa apponatur conditio, non deſinit eſſe emptio. Poſſet quidem eſſe iniuſtitia, quia minime diffitendum eſt, illam conditionem alleuiare obligationem emptoris de retrouendendo atque illa de cauſſa dignum fieri cenſum maioris pretij, ſed tamen effigies vſuræ nulla illic præfertur. Nam ſi cenſus poteſt emi perpetuus, cur non erit vera emptio, ſi emptor noluerit grauius ſe obligare quam ad reuendendum totum? Adde, quod ſi vera eſſet con-
Rõ pro concluſion. traria opinio, conſequens fieret & nullius certæ partis poſſet apponi conditio. Sed ſi ego mille ducatis emi ſeptuaginta in cenſum, ille poſſet ſingulos ducatos quoties vellet, redimere, quod reuera grauis eſſet emptoris incommodatio. Nam poſſet ille pecunia illa prędium emere, quo aleretur, ſaluo ſemper prædio. Si autem tam minutatim pretium reciperet, id non poſſet. Ad hęc, accidentarium eſt atque adeo extrarem, quod venditor non poſſit redimere ſimul totum. Si enim emi cenſum vnius tãtum ducati, quis non poterit totum ſimul redimere? Et ſi venditor diues eſt, quamuis cenſus cumulatior ſit, poterit illum totum redimere, quod autem, vel ille pauper ſit, vel cenſus magnus, cõtractum non mutat. Poteſt quidem, vt dicebam, iniuſtitia committit ob defectam pretij, nam ob huiuſmoni conditiones quę in grauamen vẽditoris, in leuamen autem emptoris vergunt, auctior eſſe debet cenſus æſtimatio, tametſi de hoc vſui prouinciæ abſque vi & fraude ſtandum cenſeo.

Ad primum igitur argumentum reſpõdetur, in primis duobus concluſionibus aſ Ad primũ arg. ſignatum eſſe diſcrimen inter emptorem & venditorem. Si enim facultas in empto re maneret, vt quoties ipſe vellet, teneretur venditor reddere pretium, manifeſtæ illic eſſet ratio mutui, atque adeo quidquid in cenſu venditor recepiſſet, eſſe vſurarium. Quod autem in ſole venditore maneat libertas redimendi, rationem non tollit emptionis: quia poteſt ipſe numquam redimere.

Ad ſecundum vero reſponſum itidem Argu. 2. eſt: duabus reliquis concluſionibus, eædẽ conditiones licitæ declarantur.

QVÆSTIO VI.

DE CONTRACTV ſocietatis.

ARTICVLVS 1.

Vtrum contractus ſocietatis ſit licitus.



Oſt contractum emptionis, & venditionis, ſubſequitur de alio, qui vſu celebris eſt, Primũ arg. cõtractu ſocietatis. Arguitur namque non eſſe licitum. Si licitus eſſet, ſequeretur iure inter duos ita contrahi poſſe ſocietatem, vt alter totam ſuam pecuniam periculo exponeret, alter vero nihil aliud quam operas. Nam vt habetur inſtit. de ſocietate. § ebri illa. quorundam opera ita precio a eſt vt iuſtum ſit conditione meliore in ſocietatem admitti, conſequen- tamen apparet falſum, tum quod iniquum eſſe videtur, vt alter periculum ſubeat mille aut decem millium ducatorum, alter vero nullum, & nihilominus partem lucri recipiat, tum etiam quod ſi contingeret nihil lucri accreſcere, iniuſtum etiam apparet, vt qui pecuniam contulit, nihil perderet, & tamen alter ſuas omnes amitteret operas. Secũ- Secũdũ. do arguitur. Si huiuſmodi ſocietas eſſet legitima, ſequeretur lucri diſtributionem ſin fieri debere, vt tanto maior pars illi obueniret, qui pecuniam poſuit, quam ei

qui

qui posuit solas operas, quanto pecunia illa maioris valoris est, quam alterius operæ Consequens tamen falsum est Nam si decem millia ducatorum conferātur cum opera & diligentia vnius hominis fere totum lucrum deberet illi obuenire, qui pecuniam posuit, cum tamen integrum suū seruet capitale, alter vero suarum operarum dispendium fecerit: In contrarium est c per vestras. de donation. inter virum & vxo. vbi Innocentius 3. contractum societatis approbat.

Quidicatur soclj. Hic primum omnium ante conclusionum assertiones notandum est, ex nomine ipso socios illos censeri qui in vnam coeunt negotiationem, vt suis quisque seu pecunijs, seu operis, seu expensis particeps lucri fiat. Quin vero, vt supra diximus ex hoc contractu nomen sortis deriuatum est, vt puta quod singuli incommune partes sua conferant, quæ qui dem partes sortis dicuntur. Secundo adnotandum, duplex esse societatis genus. Vnum scilicet dum simul multi mercatores vnum cumulum suarum pecuniarum congerunt, cōeaque habent ministros. Itaque & pecuniæ & operæ, & expēsæ sunt communes. Quod quidem societatis genus illustribus mercatoribus in vsu est frequentissimum Burgēsibus scilicet Genuensibus, Brugensibus ac Londinensibus, & reliquis. Et in hoc nulla existit dubitandi ratio. Quicunque enim sua pecunia negotiatur, eius periculum subit, quibus tam expensarum ratio pro rata suæ cuiusque sortis obtingit, quam etiam lucri distributio, Sed alterum est genus vbi vnus pecuniam ponit alter vero industria & operas, vt habetur l. societatem, ff. pro socio, vel industriam cum aliqua parte pecuniæ. Et de huiusmodi contractibus peculiariter est quæstio. Et forte vir honestus qui non habet negotiandi peritiam, habet tamen numos, seu dotales, seu aliter acquisitos, quos apud mercatorem collocat, vt pro rata pars sibi lucri pendatur. De hoc ergo quæritur, sitne licitum? Quam quæstionem in duos articulos partiti sumus. Quorum prior est. Vbi qui pecuniam ponit, periculum eius subit, posterior vero, an etiam id liceat, saluo capitali aut aliqua eius parte? Et quidem membrum prius vnica eademque indubia conclusione facillime expeditur. Si qui pecuniam ponit, periculum eius subit, licitus est contractus, neque vllum subolet odorem vsuræ. Conclusio est. Primum iuris Pontificij. c. citato. per vestras. de nde & iuris Cæsarei. Institu. de societ per totum, & C. ac ff. pro soci. quæ quidem iura ex natura rei colliguntur. Enimuero cum negotiatio licita sit, nihil refert an tu ipse pecuniā negotiēris tua, an vero alteri eam committas, qui tuo nomine eius negotium ineat, dummodo sub tuo dominio pecunia maneat, qui autem pecuniam suam in societatem ponit, dominium eius non transfert sed penes se retinet, si modo eius periculum subeat. ergo licite potest lucrum recipere quod pro illa pecuniæ sorte sibi contigeret. Quomodo autem tunc debeat lucri distributio fieri, quod secundo argumēto petebatur, sic definiendum est. Debet quidem primum cumulus fieri omnium sortium, singulis æstimatis, vt de qualibet constet, quota sit pars totius cumuli. Vbi cauendum est, nequis, vt nonnullis accidit, fallatur arbitratus totum valorem pecuniæ quā quis ponit, ducēdū esse pro vna sorte. Vt si, v.g. Petrus industriā & labores ponat, alter vero duomillia ducatorū una sors sit totus ducatorū valor. Nā tunc vix posset cōtingere vt industria tāti esset æstimanda quanti pecunia, cuius tamen contrarium habet textus. Institutionum citatus, nempe quod pretiosior est quandoque opera quam pecunia. Et cōfirmatur, quod valor ille non sit totus censendus ad percipiendum lucrum quoniam qui pecuniam sic ponit, non illa expendit, neque alteri tribuit, postquam est item sibi redhibenda, sed tantum exponit illam periculo. Quapropter solum æstimandum est eiusdem periculum pecuniæ Vt si Petri operæ & labores, & industria valet centum, forsan periculum duorum millium ducatorum nō æstimatur pluris, nam si contractum cum alio faceres assecurationis, illo centenario pretio assecuraret tibi illa duo millia, atq. adeo tunc lucri æquipartio vtrique obtingit. Et iste est casus l. si non fuerint. ff. pro soci vbi habetur quod potest esse lucrum commune licet vnus totum periculum subeat. Vt si alter nauigat, alioſue labores assumit. Quin vero possunt esse tres, quorum vnus ponat peccuniam, alter industriam quippe cuius prudentia negotiatio gubernetur, alter vero operas, & tunc sunt singula æstimanda Per hæc quorundam

Duplex societatis genus.

Conclusio prima.

Qualiter fieri debet distributo lucri icō tractu societatis, dū unus ponit pecuniam alter operas.

deceptio detegitur, qui arbitratur poſſe quempiam in ſocietate ponere mille eo pacto, vt quintæ partis tantum periculum ſubeat, quintamque pariter recipiat lucri nam cum alter ſubeat periculum aliarum quatuor partium, illa ratione meretur alias quatuor partes lucri, atque ade pro induſtria nihil reciperet. Pari modo ſi qui in duſtriam ponit, aliquam etiam ſimul appoſuit pecuniam, percipere ex lucro debet quantum operæ & induſtria valent, & præterea quanti periculum auri ſui penditur Atque hic eſt caſus per quem intelligendus eſt §. ille citatus. De illa Inſtit de ſciēt. vbi ſancitur poſſe alterum ſociorum lucri quidem duas partes ſuſcipere, damni vero non niſi tertiā. Quod quidem Mutius condemnabat propter iniquitatem quæ prima fronte apparet, ſed præualuit Seruij Sulpitu ſententia, illud eſſe licitum. Vt ſi verbi gratia. Petrus poſuit bis centum ducatos. Paulus uero niſi centum, ſed tamen poſuit induſtrias & labores valentes ter centum, nempe quia negotiatio illa forte obitur, vbi parum periculi pecuniæ imminet & induſtriæ plurimum eſt neceſſariū, vel vbi operæ & labores ſunt magni, vt in nauigatione. Tunc enim cumulus valet ſexcenta, quorum quatuor ponit Paulus, & ideo lucri debet recipere duas tertias, Petrus vero vnam, qui poſuit duo. In damno vero Paulus non ſubit niſi periculum vnius, Petrus vero duorum. Et eodem alludit caſus l. ſocietas. C. de ſociet. Simili modo cenſendum de alijs ſocietatibus, vtdum quis pecunia ſua oues aut armenta emit, alter vero paſcit, & induſtria ſua curat, ille qui oues emit, periculum ſubit tanquam ſuarum rerum, valor illius periculi conferendus eſt cum valore induſtriæ & laborum alterius. Nam ſi facias vt paſtor periculum ſubeat, iam ſupra diximus eſſe vſurarium mutuum, cum ſaluum ſtet domino capitale ouium. Pariter ſi pecuniam das opifici vt tuo periculo artem ſuam exerceat, conferendum eſt periculum pecuniæ tuæ cum ſuis operis & laboribus, & illa ratione diuidēdum lucrum. Sed nunquid non poteris illi corium, aut lanas, aut aliam materiam vendere, vt poſtquam induſtria ſuæ artis pecuniam cum fecerit, au ctius tibi pretium ſoluat, quam lana aut corium uenderetur præſente pecunia? Hic enim contractus in multis locis in vſus eſt, exiſtimaturque propterea licitus quod in rem cedit, & commodum opificis Reſpōdetur nihilominus eſſe omnino illicitum etiam ſi vtile ſit opifici, qui illa mutuata pecunia viuit. Nam eſt manifeſtum mutuū, nempe vbi res venditur carius pecunia credita. Ad primum igitur argumentum ſunt qui reſpondeant, vbi nihil lucri accere uit, non debere qui operas poſuit, illas perdere, ſed aliquid ei ex ſorte tribuendum. Nihilominus reſpondetur, quod quemadmodum ſi capitalis iactura fiat, totum admittere debet qui illud poſuit, ita vice verſa ſi ſaluo capitali nihil lucri accreſcat, totum eſſe illius qui illud poſuit, & alterum debere ſuas operas perdere. Quoniam hic fuit pactionis nexus vt alter ſubiret capitalis periculum alter vero operarum. Ad ſecundum autem palam dictum eſt uidelicet quemadmodum ſit diſtributio lucri facienda, non æſtimata tota pecunia, ſed eius periculo.

Dubitatio.

Rñſio.

Ad primū arg.

Ad 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum licitum ſit pecuniam in ſocietatem exponere ſaluo capital.

DE ſocietate contractus ubi legitima eſt ſocietas, nulla extat dubitatio. Sed dubium tamen ſupereſt, utrum ſaluo capitali, ſit etiam permittendus? Arguitur enim a parte affirmatiua primo ex ca. Per ueſtras citato, de don. inter uir. & uxo. ubi permittitur ut maritus dotalem pecuniam apud mercatorem collocet, ut eius lucro uinat, quod fieri non poteſt niſi ſaluum ſit capitale, quandoquidem dos, ut ſupra dictum eſt debet ſalua perſiſtere. Secundo arguitur poteſt qui amplam pecuniam in ſocietate ponit, paciſci cum ſocijs, ut non ipſe totum eius periculum ſubeat, ſed ipſi partem ergo eadem ratione poteſt inter eos conuenire ut alij periculum ſubeant, ipſe tantum uero pecuniam conferat. Tertio poteſt qui pecuniam in ſocietate collocat, celebrare cum uno tertio aſſecurationis contractum, qui periculū in ſe uertat, ergo poteſt eundem contractum celebrare cum ſocio, cui perinde periculū imminet, ſeruato ipſo in tuto, qui pecuniam contulit, ergo illud eſt licitū. In contrariū tamen

Ad primū arg. partis affirmatiuæ.

iamen eſt l. citata, ſocietatem. C. pro ſocio. vbi cum illa ſocietas approbetur vbi vnus pecuniam confert, alter vero operas illa re probari videtur, vbi vnus neque periculū pecuniarum ſubit, neque operarum.

Conclu. ſio reſpōſiua. Rō concluſiōis. Quæſtio licet controuerſum ſit inter doctores, perparum tamen habet ambiguitatis, vnica ergo concluſione reſpondetur. Neutiquam licitus eſt huiuſmodi contractus, vbi quis ſic pecuniam ponit, vt nulli ſe exponat periculo, ſed alter tenetur, quid quid accidat eundem ſeruare indemnem. Ratio eſt manifeſta, quoniam hæc non eſt ſocietas, ſed vere mutuum. Eo enim pto, quod alter periculum tuæ pecuniæ ſubdit efficitur pecuniæ dominus. Nam ille vere eſt dominus cui res perit ſi perdatur, & ideo quidquid vltra capitale mutuator ille recipiat, fit vſuræ reus. Atque hinc fit, nullam eſſe ſocietatem. Nam ille vere nihil ponit, quandoquidem pecunia in virtute iam non eſt ſua. In ſumma, qui neque operas neque pecuniam periculo exponit, nō bene negotiatur. Illa enim eſt negotiatio, vbi propria negotiantis pecunia negotio exponitur.

Ad primū arg. Ad primum igitur argumentum ſunt qui reſpondeant, concedentes in dicto ca. indulgeri marito vt poſſit dotem ſaluo capitali apud mercatorem ponere, vt eius lucro matrimonij onera ſuſtinuat, ſicuti ſupra genero permittit monſtrauimus vt fructus pignoris extra ſortē ſuſcipiat idēq. aiunt de bonis pupilli. Eſt tamen aſſertum hoc, vt improbabiliſſimum, ſit peſtulentiſſimum, quando cum recipere vſuras, ſit contra ius naturæ & diuinum, nulla eſt ratione diſpenſabile, vt expreſſe habet ca. ſuper eo. de vſur. neq. proredimenda vita captiui. Neque ſimile eſt de pignore, cuius fructus iure cenſetur ſocer tribuere dum dotē non ſoluit. Capitulum ergo illud tantum declarat quomodo maritus poſſit fructib. dutis viuere, nempe ſi illam apud tutū mercatorem collocet iure communi ſocietatis puta vt capitalis periculo ſit expoſitus.

Ad ſecū dū arg. Ad ſecundum concedimus, poſſe quempiam decem millia, verbi gratia, ducatorum in ſocietatem conferre eo pacto, vt non ſubeat periculum, niſi ſex autocto milium. Attamen tunc non poteſt ex lucro recipere niſi illam precisè partem, quæ illi pecuniæ reſpondet, cuius ipſe periculum ſubit, nam reliqua cenſetur ſocijs mutuare, quippe qui ſuo periculo illa ſuſcipiunt, atque adeo pars illa lucri quæ periculo illius prouenit, illorum eſt, qui eidem ſeſe ſubmiſerunt diſcrimini.

Ad tertiū arg. Ioānes Maioris Accurſius. Pano. Tertium vero argumentum eſt, vbi maior latet difficultas, tractat illud prolixe nimis Ioannes Maioris in 4. diſtin. 15. q. 48 & 49. Et quidem Accurſius l. ſi non fuerint. ff. pro ſoci & Panormi. cap. citato, per veſtras, indubie, idque merito tenent nullatenus contractum ſocietatis licitum eſſe, vbi ſaluum eſt capitale, nam re vera eſt mere mutuum. Neque argumentum quo in contrarium arguit. Maioris vllius eſt momenti. Arguit enim ex eo quod alter ſociorum pecuniam ponat, alter vero periculum ſubeat, non ſatis colligit eandem pecuniam mutuatam cenſeri. Nam in contractu commodationis & locationis apparet infirmitas argumenti. Poteſt enim quis alteri commodare equum ſuum aut rem aliquam ſuæ ſuppellectilis eo pacto vt commodatarius & conductor periculum in ſe ſumat, & nihilominus non eſt mutuatio, cur ergo ſecus in pecunia? Hoc tamen, vt dicebam, argum. nullius eſt ponderis, quando ſi in talibus contractibus taxato pretio rem alteri in quemcumque vſum tradas, profecto contractus eſt venditionis pretio credito, cum ergo pecunia taxatum habeat pretium, vt puta quod ipſa eadem ſalua reſtituatur iam alter fit dominus, & poteſt quidquid e libuerit de pecunia diſponere, ac ſi ſua eſſet, dummodo illam reſtituat cum lucro, eſt ergo vere mutuum. Quapropter neq. moderatio Hoſtienſis & Ioannes Andræ, qui illic ab eodem doctore citantur, faciūt rei ſatis. Aiunt enim contractum eſſe licitum ſaluo capitali, ea lege, vt ſi per negotiationem diſpereat, teneatur negotiator illud reſtituere, non autem ſi caſu fortuito. Et Maioris quidem prius approbat membrum, reprobat vero poſterius, nam poteſt, inquit, taliter ſeruari capitale ſaluum, vt etiam ſi aduerſa fortuna pereat, teneatur negotiator illud perſoluere. Attamen proculdubio vtrouis modo pereat, non erit contractus licitus, ſi ſit capitale ad æquale reſtituendum. Oſtendit ergo idem auctor dictum contractum eſſe licitum hac ratione, quæ iudicio ſuo manifeſta eſt. Poteſt, vt exempli gratia ſic loquamur, Petrus apud Paulum negotiatorem pone

Hoſtien ſis, Io. An. Argu. Maioris

re mille aureos, quos poteſt tutos facere per contractum aſſecurationis celebratum cum Ioanne, pretio, verbi gratia, quinquaginta ducatorum. Deinde poteſt cum. Titio aſſecurare, vt aiunt, lucrum, nempe vt ipſi eidem Petro det centum pro lucro. Qua ratione habet ſaluum capitale, & quinquaginta in lucro. Si ergo cum diuerſis perſonis illis modis contrahere iſte poteſt, quid nam vetat omnes ſimul facere cum eodem? Do tibi mille in ſocietatem, ex quibus cape quinquaginta pro aſſecuratione, ſupponamus enim periculum perexiguum eſſe, & dabis mihi centum aut octauaginta pro lucro. Habet ergo hic ſaluum capitale, & nihilominus recipit aliquid vltra ſortem. Caieta. opuſ. 16. reſponſ. q. 11. partim contractum reprobat, partim vero approbat. Ait inquam, ſi illi contractus vna ſimul cum eadem perſona fiant, non eſſe licitos ſcilicet contraho tecum ſocietatem hac lege, vt inter nos etiam conueniat tam de pretio aſſecurationis quam de quantitate lucri. eſt enim tunc palliarum mutuum. Si autem, inquit, fiant ſucceſſiue, itaque qui ponit pecuniam, non obliget tũ alterum ad eoſdem contractus. Sed poſtquam pecunia communi lege ſocietatis expoſita eſt, ille negotiator ſocius vult facere eoſdem contractus, non eſt cur cõdemnetur. Eiuſmodi diſtinctio placuit eidem auctori in penſionibus, nempe quod non poteſt conſtitui penſio cum pacto redimendi, ſed tamen ſucceſſiue non eſt inquit illicitum. At vero ea porro eſt exiguitas ingenti mei, vt videre aliud in his contractibus non poſſim, quam vſurarium mutuum, ſiue ſucceſſiue fiant, ſiue ſimul. Neque diſtinctio hæc ad rem mihi, quidquam referre videtur. Enimuero cum ſimul fiunt, manifeſtum eſt mutuum Nam eo ipſo, quod Petrus pecuniam tribuit Paulo, conueniturque inter eos de lucro, quod capitale ſit Petro per eundem Paulum ſaluum, tunc, vt nuper dicebam, poteſt de illa pecunia Paulus diſponere ac ſi ſua eſſet. puta prædia emere, dotare filiam, &c. ergo vere fit dominus pecuniæ. Vbi autem pecuniæ dominium tali formas transfertur, vere mutuum eſt, atque adeo quidquid poſtea vltra ſortẽ recipitur, vſurariam habet iniquitatem. Ex quo patentiſſima fit fallacia conſequentiæ citati doctoris, dum a pluribus arguit ad vnum. Cum enim ego vni trado pecuniam meam, & cum altero paciſcor de aſſecuratione, neutri re vera, mutuo, nam illic cui trado, non tenetur mihi reſtituere atque adeo non transfero dominium in idipſum, alter vero qui reſtituere tenetur, non recipit meam pecuniam. Quando vero in eandem perſonam ambo concurrunt, nempe quod idem ipſe cui pecuniam trado, obligatur mihi ad reſtitutionem, ex illis duobus oritur ratio mutui. Poſſum quidem conuenire cum illo de quantitate lucri, quia per hoc non transfero dominium, non tamen ſimul conuenire de ſeruando capitali. Ex hoc rurſus palam colligitur, idem prorſus committi vitium, quamquam ſucceſſiue idem contractus cum eadem perſona fiat. Nam etiam ſi ante menſem vel quod uis aliud tempus ſocietatem cum aliquo legitime contraxi, numerando ei pecuniam meam meijpſius periculo, quotieſcunque tamen cum eodem de tuto capitali paciſcor, in virtute transfero in ipſum dominium, atque adeo mutuo. Quod non contingeret, ſi cum alio tertio eundem celebrarem aſſecurationis contractum. Per hæc ergo quæ dicta ſunt, cenſeri de quodam contractu poteſt, qui cum alibi tum ſæpiſſime Romæ fieri ſolet. Habet Petrus officium, ſiue ſcriptor ſit, ſiue alter palatio ſeruiat, contingit numis egere, conuenit mercatorem aut quemuis aliũ, qui illi tribuit centum aureos ducatos, pro quibus Petrus in ſuo officio decem annos aut duodecim conſignat, ea tamen lege vt ſi intra ſemeſtre tempus mercator, ille qui pecuniam numerauit ab hac luce demigrauerit, capitalis iacturam faciat, neque Petrus teneatur ſuis hæredibus reſtituere. Si autem poſt ſex menſes eſt vita, ſuperſtes, proteſtatur debitori nolle amplius in ſocietate remanere, ratioque cum admonent, vt niſi extemplo ſoluerit inde ratione morę ſolutarium eaſdem ſtatutas vſuras. Eſt inquam cõtractus, quem ſocietatem appellant, ſed profecto eius iuſtitia non eſt vſque adeo liquida. Primum enim non poteſt reduci ad rationem empti cenſus, quia tunc deberet ille qui pecuniam tribuit, priuare ſe in perpetuum eius dominio, vt neque alter neq. eius hæredes in perpetuum tenerentur cenſum redimere, ſed in ſuo eſſet arbitrio, ſi vellent Et tamen

Caieta.

Iudiciũ auctoris Reprobatio diſtinctionis Caietani.

Solutio argum. facti.

Corollarium.

tamen non ita sit. Immo vero in potestate tributentis est capitale suum repetere, quin & re vera repetit. Et ideo eiusmodi contractus non appellant nisi societatis. Fingunt enim quod si quis fructuosum officium habet mille exempli gratia, illud emit, cuius fructus adscendunt vsque ad centum, mercator qui centum tribuit, init cum illo societatem, ponit. s. decimam partem pretij, vt decimam etiam fructus suscipiat. At vero hoc vſ a lege societatis distare, ꝙ ille nō subijt capitalis periculum, eo modo, quo fieri solet in societatibus videlicet exponēdo se periculo, si in negatione capitale perdatur, sed tantum illi periculo si mortem ante sex menses obierit. Igitur, vt de hoc, si quid valet, nostram aperiamus sententiā quantum ad illud semestre tēpus attinet, iustus apparet contractus, nam periculum illud quod centum conferens subiji, vt si vita tunc fuerit defunctus, illud amittat, æstimabile est pecunia, atque adeo sicut in ludo atque itidem in alijs fortuitis fieri consueuit, iuste videntur pro illo periculo centum aureorum recipi sex. Attamen ꝙ post lapsum sex mensium ratione morte recipiantur singulis annis duodecim, fraudem vſ sapere, tum ꝙ ab initio mora illa præuisa est, atque adeo videt in fraudē mutui cōcessa. Tum præcipue, ꝙ ratione moræ non potest supra capitale recipit, nisi damnū emergens lucrum vero cessans minime, nisi eiusmodi pecunia licitæ negotiationi fuisset exposita. Quapropter si ita res erat, contractus forsan est licitus, alias minime. Quin vero uix eiusmodi contractus approbare auderem, nisi sub forma empti census, aut planæ societatis, videlicet, vbi pecunia periculo negotiatiōis exponeretur.

QVÆSTIO VII.

DE CONTRACTV assecurationis.

ARTICVLVS VNICVS

Virum assecurationis contractus sit licitus.

POstremo denique contractus nominatur assecurationis. Nam quamuis verbum non sit inter linguæ peritos Latinitate donatum, est tamen Commentaribus vsu receptum, pro eo, quod est in tutorem constituere. At quod huiusmodi contractus non sit licitus, decretum apparet in cap. nauigant. de vsu. Secundo & ratio id videtur probare, nam qui pro pretio periculum in se suscipit, verbi gratia onustæ nauis, nihil emit aut societati committit, immo absque aliquo negotio pecunia lucratur ergo pro nihilo aliquid percipit, ꝙ vsuræ habet specimen. Accedit tertio, ꝙ si contractus hic licitus esset, occasio porrigeretur temerarijs hominibus, vt etiam si nihil prorsus in bonis haberent, possent se assecuratores exhibere, postquam nihil pecuniæ debent, præsentem offerre, quod esset reipublicæ pernicioſum. In cōtrarium est receptus vsus, idemque tam Theologis quam Iurisconsultis probatus.

Primū argum.

Secūdū.

Tertiū.

Facile ad quæstionem affirmatiua conclusione respondetur. Contractus assecurationis, si lege, & more fiat, licitus est. Probatur hæc conclusio ex obiecto. Pro quacumque re quæ precio æstimabilis sit, potest quisque mercedem recipere, in tuto autem rem constituere, quæ periculis est exposita, precio est æstimabile, ergo quisque potest illud precio redimere, atque adeo qui periculum illud subijt, idem recipere precium, atque id ex eo potissime, quod vtique se periculo summittit, videlicet tam dominus nauis soluendi precij, si salua sit, quam alter soluendi merces si pereant.

Conclō affiua. Probō.

Secundo arguitur à necessitate. Contractus eiusmodi est reipublicæ non infime necessarius, ergo cum ex obiecto nullo inficiatur vitio, bonus est. Antecedens inde patet, quod est necessariæ negotiationis adminiculum, multi enim mercatores meruerent naues cum tanto periculo mercibus onerare, & tamen cum pro exiguo precio magnum auri pondus securum constituunt, audent eiusmodi mercaturam obire, quæ quidem reipublicæ necessaria est.

Secūda ratio.

Accedit huc tertio, quòd licitum est fide iubenti pro alio, quem non est adeo tutum soluendo fore, aliquid pro illo periculo suscipere cui se exponit soluendi. Per similē autem contingit in assecuratione. Ad hęc per viā depositionis, quā vadiationem nonnulli vocāt, licet dubijs euentibus pecunia exponere vt illo periculo possint depositores quidpiam lucrari, vt de honesto

Tertia.

Postrema rō.

ludo

ludo diximus. Item, an pluet cras vel non pluet, &c. ergo pari modo licet mille, verbi gratia, ducatos periculo exponere, cum ſpe lucrandi quinquaginta aut ſexaginta. Sunt quidem qui ſtupidũ illum cenſeant, qui ſpe lucrandi centum aut mille, periculum ſubeat nauis inſtitoris valentis forſan viginti aut triginta millia. His autem reſpondemus, de precio quidem nihil nos decertare poteſt quidem eſſe iuſtum, vel iniuſtum. Ipſi ſibi contrahentes viderint. Sed re vera nullus eſt ſtupor neque demen tiæ nota, precio currente eiuſmodi pericu la ſuſcipere, quippe cum non ſint tam euidentia quin poſſint aſſecuratore bene ſperare. Et quamuis aliquando iactura ſit aliquando tamen accreſcit lucrum, eo potiſſimum, quod viri cordati aleam, cum tã to periculo non iaciunt. Et vice verſa vbi nullum prorſus immineret periculum, mẽ te careret, qui aſſecurationis contractum faceret ſuarum mercium Oriuntur tamen hinc dubitatiunculæ nonnullæ. Primum omnium, non ſunt huc admittendæ vafrities & impoſturæ, quæ in alijs etiam contractibus uſu euenire poſſunt. Si enim qui nihil in bonis habet, periculum ſe nauis ſuſcipere ait, ea nimirum ſpe, quod ſi ſalua fuerit, habebit mercedem, ſin vero petierit, ab det ſeſe, aut bonis cedet, iniuſtiſſimus eſt, poſtquam re vera nulli exponit periculo, atque adeo mercedem contra iuſtitiam poſcet. Et econuerſò, ſi domi nus nauis ad alium minus fidum portum roſtrum dirigat, quam ad illum qui fuerat in contractu expreſſus, alter non tenetur. Hæc enim omnia debent in contractu liquere. Sed dubium eſt, ſi quis naui vult vacua enauigare, quam tamen vult aſſecurare, ac ſi eſſet onuſta, vtrum licitus ſit etiã contractus. Dabo tibi mille, ut mihi viginti millia rependas, ſi mea nauis fuerit ſubmerſa. Apparet enim non eſſe contractum legitimum ex parte nauigantis, quia non habebit tantam curam ſeruandi nauem, quæ vacuano valet niſi mille, ac ſi onuſta eſſet, haberet. Reſpondetur, quod ſi nauigator alterum decepit, quia forſan non ſunt in portu, dicens ſuam nauim eſſe plenam mercibus tanti valoris, cum tamen nullas habeat, profecto contractus nõ valeret, quia alter ſi rem ſciret, non illum iniret, timens non fore tanti curæ nauigatori ſeruare nauem. Quin vero timenda eſſet fraus ne ſcilicet conſulto ſubmergi eã ſine ret, vt lucraretur viginti millia. Si autem aſſecurator ſciens & prudens id faceret, nullam patietur iniuriam eſſet enim tunc genus vadiationis ſeu depoſitionis, ſi ſalua euaſerit nauis, dabis mihi tantum, ſin minus, dabo tibi tantum. Eodem modo poſſent depoſitum facere alij ad quos nihil ſalus aut ſubmerſio nauis attinet. Si ſalua ad portum applicuerit, dabo tibi centum, ſin minus, dabis mihi mille. Pari modo poteſt fieri aſſecuratio in nundinis, latgire mihi tantum, & ego te ſecurum reddo, quod ſi tantum lucraturus. Dubium autem hoc aliud gignit, nempe vtrum idẽ contractus in alijs quoque rebus quam in mercibus ſit licitus? Sunt enim nonnulli, quos Sylueſt. verbo. Negotiatio §. 4. citauit, qui negant poſſe quemquam aſſecurare alterius vitam. Nam eſſet periculum, vt alter cuius intereſſ, optaret alterius mortem. At vero hic de iuſtitia loquimur cõtractuum, atque adeo de earum natura, an ſint vſurarij vitium autem contra charitatem huiuſmodi naturam non mutat. Quare liciti ſemper obiecto manent. Quin vero aliquando ſunt reipublicæ in vſum. Petit ex me mutuũ filius familias, qui ſi præmaturæ prius parente ſuo mortem obierit, mihi non ſoluet. Si autem fuerit ei ſuperſtes, in tuto ſunt mei numi Profecto tunc merito formidabo, mutuatũ ei quidpiam concredere. Et tamen ſi mercatorem qui ſecuram mihi faceret eius vitam, mihi tribueret nihil ei vereret beneficium impendere. Eadem ratione licet aſſecurare, quidquid incertum eſt euenturum, vt qđ erunt proſperi terræ prouentus, quod naſcetur prægnãti filius maſculus, & ſimilia.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur argumentum iam ſupra reſponſum eſt, illic neque condemnari contractum ſocietatis, neque aſſecurationis, ſed mutuationem, quæ cum gratis fieri debeat, ſit tamen cum pacto alicuius obligationis. Vt ſi quis pecuniam nauigãti mutuet tali pacto ut ſecum aſſecurationis contractum faciat, præterquam quod, ut ſupra diximus, forſan non erat tunc aſſecuratio neceſſaria, vel quamuis eſſet tamen nauigator maluiſſet periculum ipſe ſubire, quam pretio redimere.

Ad ſecũdũ arg.

Ad ſecundum vero iam reſponſum eſt, quod pro periculo, quod ille ſubijt, illam poteſt mercedem ſuſcipere. Atque adeo

Vitia q̃ in cõtractu aſſecurationis contingere poſſint.

Dubitatio altera. Sylueſt.

Dubiũ.

Rñſio.

adeo ad poſtremũ verbũ vbi diximus qđ qui non habet vnde id ſoluere poſſit, quod aſſecurat, neque pretium valet percipere.

QVÆSTIO VIII.

DE CAMBIO IN GENERE.

ARTICVLVS. I.

Vtrum ars campſoria ſit licita.

CAmbiorũ diſputatio ad vſurę tractatum attinet. Eſt. n. materia hęc vt cognitu maxime neceſſaria, ita tũ per ſeipſam abſtruſiſſima, tũ ẽt mercatorum nouis quotidianiſq. inuentis intricatiſſima, ac ſubinde doctorum opinionibus plurimum offuſcata. Quamobrẽ complurium ſum poſtulationibus impro be interpellatus, vt pus venenumq. huius peſtis aperirem, quæ id dies magis ac magis in rempublicam graſſatur. Curabo ergo pro ea quæ mihi ſuppetit ingenti facultate, id tentare. Deus nobis quod veritas habet ſuggerat. Igitur in ingreſſu de arte primum campſoria ſciſcitamur, an ſit licita? Primũ arg. a parte negatiua. Arguitur enim a parte negatiua. Ars campſoria numularia eſt, nempe numorũ commutatrix & auctrix, hanc aũt Ariſt. 1. Polit. cap. 6. & 7. veluti contra naturam ſit condemnat, vtpote quod in numis commutandis nullum inſit naturale commodum, ſicuti in commutandis cibis, veſtimẽtis, atq. alijs rebus ad vitam neceſſarijs. Accedit ſecundo, ꝙ finis huius artis, vt ſuperiori libro dicebamus eſt, diuitiarum conquiſitio, quæ in infinitum procedit, cum tamen temporalia deſideria modum habere debeant, qua idcirco de cauſſa eſt reipublicæ peſtifera, vt experientia ipſa teſtatur. Quare & Chriſtus numulariorum menſas euertit. Tertio per hoc clare, vt ſupra dicebamus, eſſe contra naturam, qnòd per haud artem maxime fit, vt ſterilis pecunia fructoſior ſit, quam terra ipſa, & inde campſores odium contrahunt apud homines. Atque inde præterea, quod fere homines ſunt ſedentarij, nempe qui otioſi viuunt, & tñ plus lucri corradunt, quam alij actuoſi labore manuum ſuarum inſudantes, eo præcipue quod pecuniam ſuam nulli ſubijciunt periculo, ſicuti in alijs fit negotiationibus. In contrarium tñ facit, quod quodammodo hæc ars vſui eſt reipublicæ ad cambiandas traducendaſque monetas.

Primum omnium nomẽ cambium Latinum eſt. Nam cambire, idem eſt quod rem vnam pro alia cõmutare. Sed eſt cum Ariſt. loco citato, vt ſuperiori libro partim adnotauimus, nunc emunctius recolendũ, tres permutationum formas temporum curriculo ordine ſuccreuiſſe. Cœperunt. n. homines res ipſas primum cambire, puta vineam pro domo, vinum pro frumento, veſtem pro calceo, &c. Quæ quidem cambio ſynceritati naturę eſt a ſuis primordijs natiua, ſed tamen propterea minime ſufficiẽs, quod neque res poſſunt aut in diuerſa loca omnes aſportari vt cambiantur, neque in longa ſeruari tempora. Et ideo ſucceſſit ſecundum cambium, nempe numus inuentus eſt, qui rerum eſſet pretium, cumq. rebus ipſis cambiretur. Atque modus hic cambiendi proxime ad primũ accedit, illiq. omnino deſeruit. Quare hoc porro ad vitæ ſufficientiam vitam erat. At vero inuento numo humana ſagacitas per auaritiam excitata, tertiam cambiorũ progeniem peperit, vt videlicet numum pro numo commutaret. Quæ quidem commutatio inde primum ortum traxit, quod autem pretioſioremque monetam neceſſe erat cum minutioribus cambire. Deinde vero, quia in vna regione aurum numeroſiori argento æſtimabatur quam in alia & negotiatores idem aurum pluris illic vendebant, quam in alia emerent, atque inde poſtea induſtria humana artificioſius eandem artem locupletanit. Hac ergo ratione generale cambij, ꝙ eſt rerum commutatione originem duxerat, tãdem crebreſcente vſu ad pecuniarum commutationem, quæ minus eſt naturalis, accommodatum eſt. Quare cambium non eſt idem, quod ars ipſa numularia ſeu pecuniaria. Nam ars induſtriam negotiandi ſignificat, cambium vero ipſam eius commutandi actionem. Sunt autem, qui intelligere aliter non valentes cambij nomen, quam ſi inter res fiat diuerſas, aiũt proprie cambium non poſſe intelligi niſi inter monetas aut diuerſi metalli aut diuerſi ſigni. Hac autem conditione ratio cambij nullatenus eget, immo in cambio ratione loci, vt infra, patebit, idem proprie numi pro diuerſitate loci cambiuntur. His ergo præhabi-

Quid cãbium

Triplex permutationũ forma.

habitis ad quæſtionem forſan alicui videbatur propter rõnes factas negatiue ſimpliciter reſpondendum, ſ. hmõi artem non eſſe licitam, pleriq. rñ contra reſpondent, non ſolum licitam eſſe, verum & vtilem. Concluſioreſpõſiua. Crediderim tamen tali eſſe concluſione reſpondendum: Ars campſoris quam numulariam Ariſt. appellat, ſi per ſe vnde ſecundum ſonum vocis exiſtimetur, in malum ſonat, non tñ ſic habet penitus intrinſecam malitiam, quin bono fine & circunſtantijs fieri poſſit licita. Quatuor enim actionũ genera libro tertio diſtinximus. Alia. n. eſt gñe ſuo bona, vt virtutis opus, alia indifferens, vt ambulare, alia vero ſic intrinſece mala, vt neutiquam fieri queat licite, vt mentiri. Quarta vero eſt, quæ per ſe nude conſiderata, in malum ſonat, attamen nõ repugnat, quo minus fine aliquo & circunſtantia fieri poſſit licite, vt plura ſimul retinere ſacerdotia. Atque huius generis, ſi rem conijcio, eſt ars cãpſoria. Nomen enim numulariæ artis, vt Ariſt. loco citato docet, duo ſignificatione ſua præ ſe fert abſurda. Primum ratione materiæ, q̃ præter pecuniæ primæuum vſum, qui eſt, vt rerum ſit pretium, cambitur vna pro alia Secundo, ratione finis, quia ſ. eiuſmodi commutatio non ad prouidentiam proxime neceſſariorum vitæ, ſed propter lucrum fit, quod infinitam gignit appetendi ſitim. Atque adeo ſic nude conſiderata, male ſonat. Accedunt & eidem arti eadem etiam incommodorum periculorumque genera, ac ſubinde fraudes atq. alia mala, quæ ſuperiori lib. quæſt. 2. negotiatione oſtendimus annecti, imo vero hæc pluribus eſt delinquendi occaſionibus expoſita. Nam reliquæ negotiationum ſpecies, quæ in emptione & venditione verſantur, plus habent naturalis commercij, cum res illic cambiantur ad vitam neceſſariæ, pluſque exigunt induſtriæ, diligentiæ, ac laborum, pluribuſque periculis capitale ſummittitur, quibus quidem rationibus honeſtantur, in hac vero arte nullum illorum ineſt. Præterea, maius habet illectamentum ad expiſcandum aliena bona, porro cum prodigi homines qui ſuis volunt voluptatibus inſeruire, paratam a campſoribus habent viam breui ſuas ſubſtantias decoquendi. At quoniam huius artis vitia in libri decurſu tractanda ſunt, de his modo ſatis. At vero ſecunda concluſionis pars nihilominus ſic probatur. Probõ concluſionis. Hæc eadem ipſa ars aliqua reipublicæ afferre poteſt emolumenta, ergo ſi illis vitijs expurgetur, in finemque referatur honeſtum, licita erit, atque adeo vtilis. Antecedens inde patet, quod neceſſarium quãdoque eſt ciuibus pretioſiorem monetam cum vilioribus commutare, vt in ſubſequentibus compertiſſimum fiet. Quod autem ab illis maculis, quibus ſordet, elui poſſit, liquet, nam poteſt campſor non abſq, modo, ac honeſtum optare lucrum. Sed neq. numiſmatum commutatio, quæ earum inſtitutioni aduerſari videtur, eſt omninò eius naturæ contraria Nam ſicuti in alijs rebus Ariſt. eodem 6. cap. primo Politi. duplicem dignouit vſum, ſic & in pecunia licet. Eſt enim calcei, veſtiſque ac reliquorum vtenſilium duplex vſus, vnus primæuus, cuius gratia inuentus eſt, quem admodum calcei vſus eſt calceatio, & indumenti, indutio, atque equi equitatio, &c. alter vero emptio & venditio. Horum autem licet prior ſit proprius, poſterior tamen non eſt repugnans. Ordinatus enim venditio calcei ad priorem vſum. Parí ergo modo etſi numorum proprius vſus & finis ſit rerum æſtimatio, ac pro illis commutatio, nihilominus eorum inuicem cambium non eſt omnino abſurdum, ſi eatenus permittatur, quatenus eſt Reipublicæ neceſſarium. In ſumma, ſiquod in huiuſmodi cambio ſubeſſet periculum mutui, id maxime ex parte campſori, nam ab altero qui pecuniam in alterum locum trajicere optat, id non timetur, plurimum tamen, imo ſemper campſor prius recipit pecuniam quam reddat, vbi omnis abſtergitur effigies mutui. Et per hæc, reſponſio clareſcit argumenti in capite quæſtionis obiecti. Ariſtot.

ARTICVLVS II.

Vtrum plures ſint cambiorum ſpecies.

DE cambio in communi, qui titulus eſt præſentis quæſtionis, ſecundo explorare reſtat cambiorum ſpecies. Arguitur enim non eſſe plures. Nam cambium nihil aliud ſonat, quam rerũ permutatio, propterea autem quod materia, hoc eſt, res quę commutantur, diuerſę ſint ſpeciei, Primũ arg.

cici, actiones ipſæ non variant ſpecies. Eadem enim artis ſpecies eſt, veſtem vel ex ſerico vel ex panno facere. Secundo argu. Neque propterea rurſus variantur, quod cambium fiat ratione loci vel ratione temporis, vel ratione monetæ, quādoquidem in his omnibus eadem cambitur moneta. In contrarium autem eſt receptiſſimus, non modo vulgarium, verum & ſcholarium vſus, diſcernentium diuerſas cambiorum ſpecies.

Arg. 2.

Ad quæſtionem quinque concluſionibus reſpondetur. Pr ma concluſio. Si res ipſæ quatenus res ſunt, exiſtimentur, cambium non eſt genus plurium ſpecierum. Concluſionem hanc profecto argumentum modo factum ſatis oſtendebat. Eadem enim eſt actio cambire vinum pro oleo, & aurum pro domo, & argentum pro auro, aut pro alio metallo, ſiue ſignata ſint numiſmata, ſiue rudis metalli maſſa. Actiones enim non ex materia, ſed ex obiecto ſpeciem mutant. Eadem enim eſt ſtatuaria ars, ſiue in ligno ſculptio fiat, ſiue in lapide. Atque in moribus eadem eſt ſpecies furti auri & veſtium. Quare, vt diximus, furtum ſpecies ſpecialiſſima eſt differens a rapina ſola ratione inuoluntarij, q̄ eſt in obiecto, quia vnum fit per fraudem, & aliud per vim. Immo vero neque quantum ad rationem iuſtitiæ, aut iniuſtitiæ mutatur ſpecies. Nam ut in tribus cambiorum generibus ſuperioris articuli exemplum ponamus, eadem eſt ratio iuſtitiæ & iniuſtitiæ, cambire vinum pro oleo, & pecuniam pro frumento, atque aureum, numum pro argenteo. Nam æqualitas in his omnibus ſeruata eandem habet rationem commutatiuæ iuſtitiæ, inæqualitas vero, eandem rationem iniuſtitiæ. Quapropter phyſice loquendo non ſunt diuerſa cambiorum genera, neque diuerſæ ſpecies, ſed dicuntur Latine diuerſa genera propter diuerſas materias, & præterea propter diuerſam accommodationem ad ciuilem vſum.

Prima conclu.

Secunda concluſio. Si moneta, non vt naturalis res, ſed quatenus numiſma eſt, atque adeo legale rerum precium exiſtimetur, commutati rerum pro pecunia, contractus eſt ſpecie ciuiliter differens a cambio primi aut tertij generis. Cuius vtique rationem ſuperiori libro aſſignauimus. Nam commutatio hæc peculiariter eſt contractus emptionis & venditionis, vt habetur l. 2. de contrahēda emptione, eo quod illic diſtinguitur precium a re, cum in cambijs cæterorum generorum in uicem res vna fit alterius precij.

Secūda conclu.

Tertia concluſio. Cambium tertij generis, quæ actio eſt numulariæ artis, ſpecies eſt etiam ciuiliter, atq. in genere morum diſtincta a cābio primi generis, nam illic non eſt niſi ſimplex rerum commutatio æqualis valoris ad vitæ prouidentiam, & ſufficientiam, naturaliter inſtituta, hic autem non res naturales, ſed legales numi, idque non ad victum neque veſtitum, ſed ad lucrum. Quare neſcio an propria ſpecies ſit negotiationis, quoniam negotiatio eſt rem emere, vt reuendas, quod non ſonat in malum. hic autem, vt diximus, non eſt propria emptio, vbi pretium a re diſtinguatur, dicitur nihilominus negotiatio, quia eſt numorum permutatio gratia meri lucri. Ex his fit cambium, de quo præſens initur tractatus, a reliquis contractibus ratione diſtare, iam enim monſtratum eſt non eſſe emptionem. Neque vero eſt locatio aut commodatio, cum hic dominium transferatur, quod non fit in illis. Sed neque eſt mutuatio, quia non transfertur dominiū ſimpliciter, hoc eſt ut ſors ſimplex reſtituatur, ſed cum lucro, & fœnore, aut precio. Quarta concluſio. Cambiorum, de quibus loquimur, complures nominantur ſpecies, quæ quidem ſiue re uera ſint ſpecies, vt philoſophi, ſeu naturales, ſeu morales de ſpecibus loquuntur, ſiue vulgari negotiatorum forenſiumq. vſu, perparui ad preſens negotium refert. Igitur quoniam in genere moris prima conſideratio in id fertur, quod eſt æquum aut iniquum, prima impræſentiarum cambiorum diuiſio, eſt & reale & ſiccum. Vix enim reperias horum nominum rationes apud auctores explicatas. Et tamen reale, quod re dicitur, idem eſt, quod cambium in re, hoc eſt legitima cōmutandi ratione factum, ſeu ratione diuerſarum monetarum, ſeu ratione loci, ſeu aliud ſit quodcumque legitimum, veluti in proceſſu patebit. Siccum autem idem eſt, quod cambium, quod in re non eſt cambiū, ſed fictum & vſuræ palliatum, quod ideo è regione reali apponitur. Et dr̄ ſiccum, ideſt ſterile, & humore carens ad fructificandum, non q̄ campſori nō inde lucri fiat acceſſio, ſed quod, vt ſuperiori libro diximus, cōtra rerum naturam pecu-

Tertia conclu.

Differēcia cambij a cēteris cō tractib.

Quarta concluſ.

Prima diuiſio cambij.

cambiū reale.

cambiū ſiccum.

pecunia pariat. Dicitur etiam ſiccum, quia merum eſt ac nudum, fœnebreque mutuũ, quod nihil habet legitimi contractus. Qua propter hæc duo cambiorum genera, licet in eadem verſentur naturali materia, puta in pecunia tamen in genere morum contraria prorſus diametralique linea ſpecie differunt, ſicuti iuſtum & iniuſtum. Sub vtroque ergo iſtorum membrorum multæ ſub ſecantur ſpecies, ſiue modos dixeris cambiorum. Quinta conclu. Sit ergo quinta concluſio. Omnes cambiorum formæ & modi, vt tã illicita, quam licita comprehendamus ad tria capita commode reducũtur, quorum aliqua manifeſtam habẽt iniuſtitiam, alia vero manifeſtam iuſtitiam. Sed alia ſunt quæ in dubium reuocari poſſunt Cambiũ enim monetæ non niſi propter aliquam diuerſitatem fit, videlicet aut ipſorum numorum, aut locorum, aut temporum. Non enim alia varietas inuenitur, quam in ſubſtantia, vel in loco, vel in tempore. At vero quoniam monetæ diuerſitas bifariam cauſſa eſſe poteſt cambij ſcilicet, aut quia ad vſum humanum precioſiores cum vilioribus cambiuntur, vel quia re vera una venditur pro alia ratione auctioris æſtimationis ob loci aut temporis diuerſitatem, ad quatuor capita reducamus cambiorum genera. Iam enim deinceps nihil philoſophicè diſputabimus ſiue genera ſint ſiue ſpecies ſiue modi, ſed mori latino promiſcue his nominibus vtemur. Primum ergo cambiorum genus eſt, quod minutum vocant, hoc eſt dum aurea moneta pro argentea vel ærea commutatur, vel ediuerſo. Id enim nomen ſumpſit, quod minutiores numi pro precioſioribus, aut ediuerſo commutantur. Secundum genus eſt ratione loci, vt dum qui alibi pecunia indiget, quam hic habet, hic numerat, vt ſibi alibi conſignetur. Et hoc ſolet appellari cambium per literas, ad differentiam ſuperioris, quod poteſt dici manuale. Illud namque præſenti utrinque pecunia fit manu numerata. In hoc autem qui pecuniam recipit, literas tradit, quarum fide alibi ſolutio fiat. Atque hæc duo genera ſi nihil doli admiſceatur, realia ſunt, ac ſubinde plane iuſta. Tertium genus eſt ratione temporis, vt ſi quis pecuniam nunc recipiat quam certa die ratione ſpectari temporis cum fœnore reſtituat. Et hoc eſt cambium manifeſte ſiccum, ac proinde iniquum, de quo libro præcedenti abunde dictum eſt. Iſtæ ergo duæ radices diſputationem cambiorum inuentibus oboculos primum omnium præfigendæ ſunt, ad diſcernendum inter iuſtitiam & iniuſtitiam cambiorum. Vbi enim ratione preciſe loci cambium fit, hoc eſt ea duntaxat ratione, vt pecunia tranſmittatur, cambium reale eſt & legitimum. Vbi autem aliqua ſe interſerit ratio expectari temporis, ſiccum eſt & vſurarium. Solet etiam diſtingui cãbium purum ab impuro, purumque nonnulli appellant cambium minutum, cui nullum aliud admiſcetur cambium vero impurum, vbi aliud commiſcetur, vel ratione loci, vel ratione temporis, ab ſubinde fatentur cambium eſſe poſſe impurum, ſed nihilominus legitimum. At vero quoniam impurum in malum ſonat, ſignificantius dicetur purum omne cambium reale ſiue minutum, ſiue ratione loci? impurum autem cui aliquid iniuſtitiæ permiſcetur, vel ratione temporis, vel quauis alia iniqua. Quarum vero cambij genus eſt ratione monetæ, non inquam, quod minuatim cambiantur, ſed quia re uera pecunia vnius loci pro pecunia alterius cambitur diuerſis vtriuſque loci æſtimatis precijs. Et in his genus cambijs potiſſimum verſatur cambiorũ diſputatio, quippe quæ, cum in vſu potiſſimum mercatoribus ſint & camſoribus quam plurimos parturiunt ſcopulos, humanas conſcientias cruentantes, atque adeo tum confeſſarius perplexos tenent, tum etiam doctores & obſcuros reddunt & varios vt videre eſt apud Caietan. in ſingulari cambiorum opuſculo, & apud Sylueſt. ver. vſura 4. & apud alios multos. Vtinam non idem notabis inuiatur character. D. enim Thom. de hac re nihil ex profeſſo ſcripſit. Nam tractatus ille vſuræ, vt ſupra diximus opuſculo 73. nullum præſefert ſpecimen. Sanct. Thom. ac multo minus ca. 13. vbi de cambijs brevis fit ſermo. Ad argumentum ergo principale in fronte quæſtionis poſitum, prima concluſio reſpondit.

cambiũ minutũ. cambiũ per literas.

Pulchra doctrinę tũ ad diſcernendã iuſtitiam aut iniuſtitiã cambiorũ.

Cãbiũ purum,

cãbium impurũ.

Caieta. Syluęſt.

QVÆ-

QVÆSTIO IX.

DE CAMBIO MINVTO.

ARTICVLVS VNICVS.

Vtrum minutum cambium ſit licitum.

QVamuis minutum cambiũ obiter aſſertum ſit licitum reſtat nihilominus, vt a clarioribus & certioribus auſpicẽtur, id ſuis rationibus patefacere. Arguitur enim non eſſe licitum. Numiſmata ad hoc publico ſigno cudũtur, vt ſint iuſtum legitimumq. rerum pretium, illud autem pretium quod legitimum, hoc eſt, lege poſitum eſt, vt ſuperiori libro monſtrauimus, in indiuiſibili conſiſtit. Si ergo exempli gratia, ducatus vndecim regalibus lege æſtimatur, non poteſt cum maiori argento commutari. Secundo, ſi id liceret, ſequeretur cuique priuatæ perſonæ licitum eſſe, atque adeo in emptionibus & venditionibus cuicunque ementi liceret, eo quod pretium in aurea moneta ſoluit, vilius emere. Et vice verſa, ſi venditor dum recepto auro refundit quòd ſupereſt pretij minutiori, atque ad vſum magis accommodata moneta, poſſet perinde atque campſor aliquid pretij recipere, conſequens autem conceſſum viam panderet aduertendam pecuniarum æſtimationem. In contrarium autem eſt receptus vſus, qui neutro foro, aut exteriori, ſcilicet aut interiori condemnatur.

Primũ arg.

Arg. 2.

Fundamentũ.

Ad intelligentiam non modò quæſtionis præmiſſis, verum & omnium ſubſequẽtium, animaduertendum eſt, pecuniam cum in metallo cudatur, duplici ratione in pretio haberi. & tanquam res & tanquam ſignatum numiſma. Propterea.n quod ſigillum publicum impreſſum habet, valor metalli non mutatur. Sed & illud velut ſignum aliis menſuris ac ponderibus publica auctoritate inſculptum, quod ſit teſtimonium valoris monetæ. Quo fit, vt ſi aliqua prouincia plus auro abundat, quam argento, aurum illic minore argẽto, æſtimatur, quam in alia, quę ditior eſſet argenti, quam auri. Et idem eſt de cupro & ære. Tanta n poſſet eſſe raritas auri & argenti, tantaque copia aliorum metallorum, vt illorum æſtimatione multo pluris penderetur aurum & argẽtum, qua in alia regione quę copia auri afflueret aut argenti. Atqui eadem hæc ratio in cudendo numo habetur, æſtimatur.n. apud nos ducatus vndecim regalibus argenteis propterea quod ſecundum copiam quæ apud nos eſt vtriuſque metalli, illa eſt legitima æſtimatio. Et in Italia æſtimatur duodecim Carlinis, atque alibi maioris aut minoris. Quo fit, vt licet moneta non eſſet ſignata, idẽ pondus hꝛetur pro pretio rerum. Immo vt Ariſt. lo co citato ait, priuſquam ſignaretur, ponderę, æſtimabatur, ſed reſpublica illo ſigno tẽ ſtatur metalli valorem. Duobus ergo modis licet cambire vnam monetam pro alia, vno. ſ. ſi conſideretur ſub ratione metalli, atq. altero ſub ratione monetæ. Quapropter tribus concluſionibus ad quæſtionem reſpondetur. Prima eſt, Cambire diuerſas monetas ſecundum metalli naturam, etiã ſi parum aliquid ſupra valorem ſignati numiſmatis recipiatur, nullũ habet ſpecimen mali. Vt ſi qui auro indiget vel ad deaurãdum, vel ad medicamen aliquod conficiendum, vel ad ornamentũ, vel ad alios vſus, ad quos natiuum habet iuuamentum, poteſt quiſq; ducatum optimi auri vltra valorem, quo ceu numiſma æſtimatur, vendere, dummodo augmentum illud non ſit niſi exiguum. Concluſio eſt Sylueſt. verb. vſura, 4. §. 3. & Caietan. in ſuo opuſculo & apparet manifeſta, quia ſicut tunc poſſet ille rude aurum egenti vendere, ſic & illud quod eſt ſignatum. Haud tamen deſunt, qui non ita gratis concluſionem fateãtur, quorum eſt Ioan. Metinenſis qui in ſuo cãbiorum tractatu eam non recipit. Cuius argumentum eſt, quod Rex dum monetam cudit, æſtimat auri valorem quo ad omnes eius vſus, veluti dum ſua Pragmatica pretium taxat frumento, ergo ſicut poſt talem legem non licet neque obolo pluris frumentum vendere, ita neq; ſignatum aurũ. Rñdetur tñ non taxari monetã niſi ſub rõne pretij, quamuis ẽt habeatur rõ ualoris metalli, & ideo nihil obſtat quominus aliquãtulo pretio cambiũ fiat auri cũ argẽto, propter metalli commoditates. Immo eſſe poteſt tam pulchra monera, ut ceu gemma æſtimetur. Quare non eſt ſimile de frumento, quod non habet aliam naturã, aut uſum quam frumenti. Secunda concluſio. Licitum perinde eſt numiſmata, qua rõne numiſ-

Ariſtot. Duplex conſideratio numiſmatis.

Prima conclu.

Sylueſt. Caieta. Argu.

Metinẽ. Solutio.

Secũda conclu.

numiſmata ſunt cambire, nonnullo ab alterutra parte conceſſo alteri pretio. Hoc patet in cambio minuto, quod ſuprà manuenſe nuncupabamus nimirum dum nu-
Probō concluſionis. mularius, aut aurum dat pro minuto argẽto, aut vice verſa. Hoc inde probatur, quòd hoc genus cambij legi nullatenus aduerſatur de numiſmatum æſtimatione, æſtimatio enim illa non eſt niſi quatenus ſunt rerum pretia, minutum autem cambium ob id permittitur, quod illic nulla eſt emptio aut venditio, ſed commutatio ad vſum humanum vtilis. Eſt. n. forte pauper, qui minutim pecunias expendit, pro quibus ideo aurum exhibet, vt ſibi ad ſumptus familiares vſui ſint, & forte eſt diues, qui argento ad fabrefacienda vaſa opus habet. Et vice verſa eſt alius, cui tranſportare expedit grandem pecuniam, vel cuius fert animus theſaurum recõdere, qui ideo ne tanto ſit ſibi oneri magnum pondus, vel argenti vel æris, cum exiguo auri commutat. Cum ergo ad iſtos vſus ſeruitium ſit & obſequium reipublicæ, varias habere paratas monetas, quæ ſine ſumptu & labore cogeri nequeunt, ſeruariq & exhiberi, poteſt perſona publica qui huic muneri ſuas impendit operas, iuſtum percipere pretium. Quin vero non ſolum ob iſtos vſus, ſed habes forſan monetas vetuſtate exeſas, quæ vix ſignum repræſentant, neque facile à mercatoribus recipiuntur, qua re vt illas cum alijs integris commutes, æquum eſt vt auctuarium pretium ſoluas. Debet autem pretium tum tenue eſſe, tum etiam vſu receptum, vt via fraudibus occludatur. Caiet. autem in illo ſuo tract. hãc
Caiet. facultatem ſolis campſoribus cõcedit, propterea q̃ publici ſunt reipublicæ miniſtri, quare ait inter priuatas perſonas non eſſe licitum. Non autem video cur non etiam priuatim liceat. Nam ſi genere ſuo cambitio illa æſtimabilis eſt pecunia, cur non licebit cuicunque? Quod ſi non eſſet pretio æſtimabilis, profecto nec liceret campſoribus, nam vt infra apertius monſtrandum eſt, antequam ſumptus & labores ſint digni pretio, penſanda res eſt ex obiecto, licita ne ſit an non. Hoc tamen eſt verum, quod ſi ego debeo duodecim regalia, non poſſum propterea, quod aurum ſoluam, vno ducato ſatisfacere, & idem eſt in pretijs, tametſi qui libere ſine vi & fraude rem ſuam vendit, nihil obſtat quo minus ſua ſponte minoris vendat aureo pretio, quàm argenteo, vel æneo Et tunc alter iuſte poteſt oblato puro & optimo auro minoris emere. Hactenus de hoc genus cambio ſecundum legem naturæ. Tertia concluſio. Poteſt reſpublica & princeps eiuſmodi minuta cambia inter perſonas priuatas interdicere. Quod conſultiſſime lege cautum iam dudum eſt in Hiſpania, tum ab obuiandum iniuſtitiæ, quæ ex pretij cremento ſtatim obrepit, tum præſertim ad inhibendum, ne aurea moneta in externa regna tranſportetur, quod re vera abſque graui reipublicæ detrimento non fit. Quapropter eiuſmodi lex ſi recipiatur obligat in conſcientia ſub reatu peccat mortalis & qui monetam auream cambiret pro alia ſupta legalem æſtimationem ſignati auri, fieret reſtitutioni obnoxius. Ad primum igitur argumentum iam reſponſum eſt, quod quamuis in cambio minuto numi tanquam moneta cambiantur, non tamen in rerum pretia, ſed ad alios, vſus, qui ad emptiones ipſa & ad venditiones ordinantur. Ad ſecundum pariter reſponſum eſt, hoc genus cambij priuatis etiam perſonis eſſe licitum dummodo in emptionibus & venditionibus fraudibus non aperiatur aditus. Nec vero ſit ciuili lege interdictum.

Tertia concluſ.

Ad primũ arg.

Ad ſecũdũ arg.

QVÆSTIO X.

DE CAMBIO RATIONE LOci & ratione temporis.

ARTICVLVS I.

Vtrum cambium ratione loci ſit licitum.

ASſertum quidẽ iam eſt cambium ratione loci nihil præ ſeferre iniuſtitiæ, ſed tñ vt id preſſius examinetur, arguit de morte a parte negatiua. In omni commutatione requiritur æqualitas iuſtitiæ monetæ aũt ſuum habent aut natiuum aũt ſignatum valorẽ ergo vbicũque exiſtat debẽt ad æqualitatem cõmutari, atq. adeo ratione loci non põt pretium recipi. Secundo arguitur. In eiuſmodi cambijs ratio latet mutui, recipit namq. onus dominiũ pecuniæ in vno loco, vt eandẽ reſtituat in alio, ſicuti recipit in vno tẽpore vt re-

Primũ arg.

Arg. 2.

vt restituatur in altero, ratione autem temporis nihil licet recipere, ergo neque ratione loci. In contrarium autem est, quod hoc cambium seruit traducendis pecunijs ab vno in alterum locum, quod reipublicæ vsui est. Titulus quæst. huius duos sensus auribus exhibet. Vnus est, vtrum cum eadem moneta in diuersis locis inæquali valore æstimatur, liceat illam hic numerare, vt eadem vbi plus valet restituatur, qui quidem sensus subsequenti disputationi reseruatur, nam in hoc intelligendo tota cambiorum machina posita est. Alter autem sensus est simpliciter, vtrum ratione transportationis transmissionisve monetæ ab vno in alterum locum, equum sit pretium recipere, quod supra diximus appellari cambium per literas, ad quem vnica affirmatione respondemus. Licitum inquam est ratione huiusmodi transmissionis pretium recipere. Conclusio est plana quoniam sicuti merces aliaque rerum genera expedit sæpe ad diuersa loca transuehere, sic etiam expedit pecuniam traducere, tum ad alia transigenda negotia, tum præcipue ad coemendas merces quæ ab vna in alteram prouinciam necessarium est asportari. Cum ergo munus hoc necessarium sit, pecuniaque æstimabile, cuique licet mercedem inde percipere. Secundo arguitur. Si quidpiam iniquitatis res hæc haberet, maxime quia affigiem habet mutui, at re vera non est mutuum, quia qui hic pecuniam confert, vt alibi recipiat, non simpliciter transfert dominium, vt alio tempore restituatur, sed vt alio loco. Itaque temporis expectatio accidentaria est huic contractui, nempe quia non possunt innotescere literæ in alio loco, vt pecuniæ exhibeantur nisi in tempore. Tempus inquam quod genus hoc cambij non vitiat, atque adeo accidentarium existimatur est illud, quod necessarium est, ac transmittenda chirographa. Nam si longius interueniat, illud iam impurum reddit cambium, hoc est, cum temporis expectatione commistum, ac subinde vsuram redolens. Quapropter ad explanandam huiusmodi cambij legitimam rationem statui assolet tempus solutionis, protinus visis perlectisque literis. Id quod in subsequentibus fusius elucebit. Et probatur tertio eadem conclusio. Posset agaso & nauta vt transportaret pecuniam perinde pretium recipere atque ob aliarum rerum vecturam, qui autem hic dat vt alibi recipiat, idem efficit, transfert enim pecuniam aliunde huc. Sicuti qui hic recipit, vt alibi reddat, transfert eam hinc illuc, ergo id potest pretio æstimari. Accedit quod pecuniarum traductio maxime ab uno regno in alterum multis subijcitur periculis, tam bellorum, quam latronum, atque etiam submersionis, si mari & ventis committatur. Imò ob id quoque quod sæpissime inhitum est numeratam pecuuiam a regno extrahi, quibus vtique de caussis expedientissimum est, vt campsores existant, qui in diuersiis prouincijs pecuniam habeant, aut fide polleant, & quod aiunt, credito, vt scilicet absque auri, & æris transportatione pecuniam per literas transmittant. Quod fit id necessarium est, iuste subinde huic negotio stipendium constituitur, siue campsor hic tibi pecuniam numerat, quam tu illi redditurus es Romæ vel Brugis, sine tu illi id numeres, vt tibi aut Brugis reddat aut Romæ. Nam priori modo trasfert tibi pecuniam tuam aliunde huc, posteriori vero hinc alio. Vnde fit notum id, quod supra diximus, non esse de intrinseca natura cambij in diuersis fieri monetis. Nam hoc in eisdem fieri potest. At licet conclusio certissimæ veritatis appareat, dubitas forte vtrum si ei qui Metinæ, quod exempli gratia dicamus, pecuniam alteri numerat, vt Romæ aut Brugis recipiat, expedit illuc suas asportare pecunias. Itaque pretium ipsi transmissori penderet, liceat pro eodem cambio pretium recipere. Apparet enim neutiquam licere quia non modo nullum suscipit laborem neque periculum, verum & rei suæ sibique consulit. Respondetur nihilominus id esse licitum, quia numerando alteri pecunias Metinæ, numerandas sibi Brugis, transfert illi sua a Brugis Metinam. Itaque licet & Petro expediret suam pecuniam a Metina tragsmettire Bruges, Paulo vero suas inde afferre Metinam, vterque illorum, nempe qui ab altero præuenitur, potest ab ipso præueniente pretium recipere. Probatur responsio hæc. Nã in his omnibus quę de cambiis dicenda sunt, oculus semper habẽdus est ad obiectum ipsum contractus, nẽpe si res est, primum quæ malitiam non inuoluat, mox q̃ si pretio æstimabilis, tunc

Duplex sensus q̃stionis.

Conclusio rñsiua.

Probõ conclu. Secũda ratio.

Dubitatio.

Rñsio

Probã.

enim vniuerſim poteſt pro pretio fieri. Et quo fit labores & reliqua omnia eſſe accidentia, quæ rei naturam quantum ad vſu ræ labem non variant. Accidentarium in-
Primũ corollarium. quam eſt, quod cum labore aut ſine labore autem cum meo commodo aut incomodo vicibus meis fungar, ſiue pecuniam alibi numeratam habeam ſiue tantam fidem apud aliquem, qui pro me reſpondeat, dũ tamen id pro te faciam quod eſt æſtimabi le pecunia. Nam in his induſtria plurimũ
Secũdũ. valet. Sequitur deinde non ſolũ illis, ſi qui eſſent per Republicam ad hoc munus con ſcripti, verum & quibuſcunque priuatis cã bium hoc iure naturæ permitti, niſi forte ciuili lege eſſet interdictum. Hoc inde patet, quod res ipſa genere ſuo eſt licita & pretio æſtimabilis. Quin vero nulli ſunt per rempublicam ad hoc deputati, ſed quibuſ cunque mercatoribus in vſu eſt hoc modo cambire. Hoc autem ad rem maxime impræſentiarum pertinens, admonito opus eſt, quod vbi pecuniæ tranſmiſſio re vera non fit, ſed fingitur, vafra eſt. Eſt, verbi gra
Documentũ. tia illuſtrium quiſpiam numis in Hiſpania egens, conuenit mercatorem qui ſibi mutuato auro ſuccurrat, renuit ille, offert tamen hic vt ſibi in Flandria rependat. Arbitrantur ergo mercatores & campſores, quibus nos eſt tanta fuæ ſalutis cura (nam qui timoratæ ſunt conſcientiæ, non ſe huiuſmodi impoſturis contaminant) arbitrantur inquam huiuſmodi contractus non eſſe illicitos. Aiunt enim, Ego qui hic pecuniam confero recepturus in Flandria illam cogito inde huc iſti traducere, cuius idcirco pretium recipio, cum tamen re vera nobilis ille neque vllam habeat in Flandria pecuniam, neque huc eam ſomniet afferre, ſed ſuę hic prouidere neceſſitati. Aiũt tamen campſores nihil ſua referre, neque illis ſtudium incumbere, an alij pecuniam habeant necne. Attamen nullo prorſus fuco incruſtare poſſunt cambia iſta, quin ſint manifeſte vſuraria. Quoniam fundamentum iuſtitiæ huius contractus, de quo in præſentia tractamus, non eſt aliud, quam quod re vera fiat pecunię tranſmiſſio, alias apertum eſt mutuum, atque adeo quidquid vltra ſortem percipitur, extorquetur ratione temporis, Alius aut clypeus, quo ſe protegunt, eo eſt iniquior, quo putant il lo figmento omni ſcientem Deum fallere. Petunt enim ab illis, qui pecuniam recipiunt, literas in Flandriam, qui quidem eas exhibent, diriguntque ad ipſos miniſtros eorundem campſorum, ac ſi illi pecuniam ipſorum nobilium haberent, qui quidem miniſtri tanquam eorum factores poſtea remittunt. Metinam ſub nouo fœnore, cum tamen re vera eiuſmodi cõfictæ miſſiones ac remiſſiones non niſi expectando tempori inſeruiant, ac perinde exaugẽdo fœnori ad exuggendam debitorũ ſubſtantiam: Et re vera ſi hæc non eſſet vſura, licet etiam quibuſcunque priuatis qui nullam exercent negotiationem, neque alibi pecuniam habent eodem quoque modo contrahere. Nolo tibi mutuare, ſed tamen numerabo tibi hic, vt tu mihi renumeres in Flandria tali pretio. Satis ergo homines ducant hominum illuſores eſſe ne ſint etiam Dei. Adde, quod pecuniæ tranmiſſio eſſe debet non ad quencunque proximum locum, vt ſi a Metina ad alteram Metinam vel Toletum fingatur tranſmitti. Nam traductio quæ fit intra regnum non eſt pretio digna, ſed expectati temporis palliatio. De quo iuferius latius. Ad primum igi-
Ad primũ arg. tur argumentum, reſpondetur, quod in hoc genus cambio nullatenus iuſtitiæ æquitas violatur, redditur nanque pecunia eadem vel æqualis receptæ, ſed pretium inſuper traductionis. Ad ſecundum vero
Ad ſecũdum ar. iam reſponſum eſt, non eſſe prorſus mutuum, immo maiorem habet depoſitionis formam. Collocat enim iſte pecuniam ſuam hic apud iſtum, vt eam vſque ad aliũ loeum deferat.

ARTICVLVS II.

Vtrum ratione temporis licitum ſit cambij pretium.

NEgatiua reſponſio huius quæſtionis ſatis eſt ſuperiori libro demonſtrata. Attamen nõ modo quia in præſentia dicendorum fundamentum eſt verum quia multi aliter ſentire videntur, operæpretium fuit, hic rurſum in diſputationem repetere. Arguitur ergo a parte
Primũ argu. affirmatiua. Dictum eſt ſuperiori libro, licere pro mutuandi obligatione mercedem recipere, nam alia obligatio eſt æſtimabilis pecunia, cambium autem ratione temporis nihil aliud eſt, quam quoddam

dam genus mutui, quod apparet emolumentum afferre mercatoribus ipsis, atque adeo recipere pro illo publico munere, licitum est, pretium. Accedit quod multos labores campsores insumunt, expensasque faciunt, & supra hęc omnia lucrum etiam eis cessat, quod ex illa pecunia mercaturam exercendo possent conquirere, horum ergo caussa posse videntur, habita ratione temporis, quo sua carent pecunia, aliquid percipere. In contrarium autem est definitio naturalis iuris, quam superiori libro mõstrauimus, nempe aliquid pro vsu pecunię vltra eius substantiam recipere vsuram esse.

Argu. 2.

Conclõ rñsiua.

Responsio, vt modo dicebam, non potest non esse omnibus receptissima ad partem negatiuam. Quare vnica his sufficiat conclusio, cambium ratione temporis neutiquam potest esse licitum, quippe quod manifestat habet rationem mutui, cuius ideo pretium apertam habet vsuræ iniquitatem. Quapropter demirandum est, doctores alias non infimi nominis huiusmodi cambia nõ reprobare, propter rationes, quas inter arguendum hac attulimus, videlicet propter labores, & sumptus, & lucrum cessans. Enimuero vt labores & sumptus in aliquam functionem impensi mercede digni existimentur, perspiciendum prius est an functio ipsa & negotium genere suo & obiecto iustitiæ munus sit, nam alias neque labores neque sumptus vlla digni sunt retributione, imò supplicio. Alioqui vniuersos vsurarios haberemus excusatos. Equis enim illorum est, qui in sua exercenda arte labores non collocet & sumptus? Quin vero latrones ipsi publici nonne improbas latrocinijs exercendis operas nauant? Igitur campsores cum mutuum indispensabili iure naturæ & diuino reprobetur, si ratione temporis ex mutuo aliquid percipiunt, nullos labores aut sumptus sibi prætexere possunt, quorũ de caussa mercedem recipiant. Sed aiunt artem esse reipublicæ necessariam, ob idque esse licitam. Ecce aliam fallaciam, prius enim ex natura rei perpendendum est, an negotiatio licita sit quam asseratur esse necessaria, nam quod natura sua non licet, ad nullum iustum finem esse potest necessarium peruersa ergo illatio est, dum per hoc quod res ab aliquibus iudicetur necessaria, inferatur esse licitam. Sed obtendiculo, quod de lucro cessante adhibent, multo minus eorum valet vsuras fucare. Nam in primis si quod in superiori libro non absque magna probabilitate disputauimus, veritatem habet, qui sua sponte, hoc est absque vi & fraude suam a sua industria alienat pecuniam, non potest ante motam solutionis de lucro cessante pacisci. At vero vt in sententiam contrariæ opinionis subscribamus, tamẽ in campsoribus nulla fingi potest caussa lucri cessantis vniuersis enim confessio est, nemini licere lucrum cessans exigere, nisi qui expositam habet negotiationi pecuniam, a qua negotiatione alterius rogatu illam euellit. Campsores autem nulli alij negotiationi habent pecuniam expositam, sed illi potius cambiendi muneri mancipatam, à nulla ergo licita negotiatione impediuntur. Nam etsi dicant se posse alia negotiandi forma lucrum conficere omnes doctores, lucri cessantis patroni consentienter reclamabant. Aiunt quippe illam potentiam non satis esse ad petendum lucrum cessans, sed requiri, quod sit iam pecunia negotiationi destinata. Sed ait. Non solum campsores qui arti duntaxat numulariæ suam dedicarunt pecuniam, verum etiam alij mercatores licitis mercaturis vacantes, cambia faciunt, illi ergo possunt rationem habere lucri cessantis. Respondetur neque illis prorsus licere. Eiusmodi nanque mercatores suam pecuniam minime cambiunt alibi percipiendam, nisi illam, quæ postquam suas emerunt merces, sibi superest. Quin vero sunt qui destinatam habent pecuniam mercaturis, atque aliam ineundis cambijs. Adde, quod idem etiam mercator, qui alter. Metinæ pecuniam numerat, recipiendam in Flandria, ab altero etiam recipiat ibidem soluendam, prout sibi videtur ex re sua esse. Cum igitur cambia, negotiatio per se sint secundum nullam opin. vlla potest haberi ratio lucri cessantis. Atqui hoc est, quod lectorem obsecro attentè hic præforibus perspectum habent, vt legitime cambiorum disputationem ingrediamur. Per hæc ergo, argumenta supra facta diluta restant.

Ad secũdũ arg.

Scrupulus.

Solutio.

QVÆSTIO XI.

DE PRETIO SOLVENDI numerata pecunia.

ARTICVLVS I.

Vtrum campſori liceat, vt pecuniam in ſuo cambio conſignatam in numero ſoluat mercedem aliquam recipere.

Primũ argum. Confirmatio.

POſt hæc ſequitur, vt receptiſſimam cõſuetudinem examinemus, qua campſori permittitur, quo pecuniã numeret pretium aliquod reciperet. Eſt enim a parte negatiua argumentum, quod numerãt pecuniam, officium eſt proprium debitoris. Nihil enim aliud apparet pecuniam numerari, quam illã ſoluere, ergo ſicut nulli licet ob id quod debitum ſoluit, aliquid recipere, ita neque id liceat vt debitam pecuniam numeret. Idq; adeo inde cõfirmatur quod certe præter campſores nemini aliorum ciuium id liceret, tanquam pretiũ recipere, qui enim ciuis alteri æs aliquod deberet, quantũuis ingẽtis ſummę, nihil exigere poſſet pro numerãda pecunia. Cum enim numerat, rei ſuo conſulit. Nam ſi non vult numerare id creditori confidat. In contrarium eſt, quod lege principium id permittitur.

Poſtquam fundamẽta ſuperioribus qõnibus præſtituimus, quibus machina diſputationis huius ſubnititur, campum barathrumque cambiorum ingrediẽtibus periculoſum eſt radices eorum & venas aperire. Nam præter negotiatores rari ſumus, etiam inter ſcholaſticos, qui facta ipſa intelligamus. Quamobrem non poſſumus circa ius ipſum non allucinari. Igitur animaduertendum initio eſt, primum iudicem artis numulariæ excogitandę eam fuiſſe proceres mercatores, qui ad ploãre negotiantur, non poſſunt pecuniam ſuã in burſa ad nundinas deferre, aut in arca habere præſentem eſſet enim onus & impedimentum maximũ eam ad tam diuerſa, diſtinctaq; loca euehere, ſed omnia chirographis tranſigũt. Ob idque introducti ſunt cãpſores, qui eiuſmodi chirographis reſponderent nempe in quorum cambio mercatores pecuniam conſignet. Secundo notãdum, quod huiuſmodi chirographorũ ſolutiones minime, niſi in nundinis, fieri conſueſcunt, atque adeo in illis quæ ratione eiuſmodi ſolutionum ſunt illuſtres: in quibus ſcilicet ſtatuta ſunt ſolutionibus tempora, vt infra patebit. Quamobrẽ mercator, qui ante nundinas merces emit illis tunc temporibus ſoluendas, præſente pecunia ſoluere cenſetur. Exempli gratia Dum negotiator merces emit, quarum pretium chirographo ſuo apud campſorem conſignat proximis nundinis ſoluendum, non exiſtimatur credito emere, ſed præſenti pecunia. At rurſus ſciendum, quod dum creditores, qui ſuper fidem campſoris bona ſua vendiderunt, chirographi ei repræſentant, bifariam illud recipiunt debitum. Vno modo, abſẽte pecunia. Recognoſcit inquam campſor chirographum, manetque obligatus ſoluere æs illud, cuicunque idem creditor ſuo rurſus chirographo conſignauerit. Atque iſto modo omnia ſunt chirographa, & quæ vocant credita. Si aute eiuſmodi creditoribus opus eſt numerata pecunia, ſoluere tenentur campſori quinque in ſingula milliaria. Hoc ergo quærimus, an liceat? Sunt enim qui rationem huius iuſtitiæ eam eſſe cogitant, quod pecuniam numerant. Sed reuera argumentum ſupra obiectum, ſententiam hanc vehementer impugnat. Nam cùm debitoris intereſſit debita numerare, nihil pro illo labore ei licet percipere. Et ita Caietanus opuſculo citato indubię aſſerit. Sed & præter hoc argumentum exiſtunt etiam alia manifeſta, quod pretium illud non recipiant pro negotio & labore numerandi, ſed propterea quod pecunia ſoluitur in numerato, quę pluris æſtimatur. Primum, quod profecto creditor mallet ipſe numerare quam illa, quinq; ſoluere. Secundo, quod qui vice verſa campſori ſoluit, nil recipit vt numeret. Tertio præcipue quod quando in nundinis inopia laboratur numeratæ pecuniæ pretium ipſum numerandi augetur vt ſoluatur innumerato, adeo vt aliquando exhibeantur decẽ & forte triginta in ſingula milliaria. Non ergo pretiũ penditur pro numeratione, ſed re vera quia pluris æſtimatur pecunia

Caieta.

Prima radix vnde arsnumularia duxit ortum.

nia præsens. Neque satisfacere videtur ratio, quod id recipiatur tamquam stipendium custodiæ, eo quod est pecuniarum custos. Nam si pecunia illa, sua est propria, sibi incumbit custodire.

Conclō rñsiua. His nihilominus non obstantibus, affirmatiua respondetur conclusione, eiusmodi s pretium iure posse recipi non quidem vt reor, ob rationes illas iam modo refutatas, sed ob hoc, quod cum campsores sint veluti mercatorum depositarij ac fideiussores, ob necessitatem iam modo explicatam, huius muneris & obsequij gratia cōstitutum illis censetur hoc genus stipendij, ut quoties pecuniam numerauerint, illa quinque in singula milliaria suscipiant. Ex hoc ergo fit, nisi eos posse ultra recipere, quam quod lege illis permissum est. Nā eatenus censetur publicum stipendium, quatenus lege publica uel proborum consuetudine permittitur. At si propter inopiam numeratæ pecuniæ, aut ob aliā causam plus recipiant, profecto usura est, quippe cum pro solutione illius, quod uere debent pretium extorquent. Nam postquam mercatorum fideiussores instituuntur, tenentur illa lege soluere, vel a munere illo & officio recedant. Et per hoc argumentū in contrarium responsum censeo. Pretiū enim illud non recipiunt quasi numerato res pecuniæ, quam simpliciter debent, sed quasi numeratores illius, quam ceu fideiussores debent, atq. adeo tamquam publicū stipendium illius necessarij muneris. Quo fit, ut personis priuatis id non liceat. Habet autem præterea istorum usus, ut fertur, quod si mercatorum pecuniam deponat, campsor pro maiori illius gratia respondeat. Numeraui campsori decem millia, fidem habebo apud ipsum, & creditum pro duodecim, & forsan pro quindecim, quia campsori habere numeratam pecuniam bonum est lucrum. Neque uero quidpiam uitij in hoc fœdere apparet. Nam fideiubere pro alio, æstimabile est pecunia, atque adeo campsor idem potest facere beneficio, quod ex tali susci pit depositō.

Deductio.

Ad primū arg.

QVÆSTIO XII.

DE NVMERORVM CAMBIO ratione diuersæ eorum æstimationis in diuersis locis aut temporibus.

ARTICVLVS I.

Vtrum liceat pecuniam vnius regionis pro pecunia alterius vbi plus valet commutare.

QVo ad usitata cambiorū genera, nos insinuemus quæritur, an licita sit cābitio pecuniarum diuersarum regionum, quæ sub eodē pondere & numero diuersi sunt ualoris? Et arguit a parte affirmatiua Qui tribuit ducatum unum pro alio eiusdem auri eiusdemq; ponderis legitimum facit mutuum. Nam nihil sibi petit restitui, nisi id quod cōfert, ergo illud est licitum perinde ac si frumentum mutues eadem tibi mensura reddendum, etiā si tempore solutionis pluris uæneat. Secundo. Si ego tibi decē mutuo ducatos, quos mihi elapso anno restituas, quamuis tēpore solutionis pretium ducati fuerit lege auctum, possum ex te eundēm ducatorū numerum recipere, ergo pari modo si pluris in alio loco æstimetur aurū, possum percipere idem pondus. In cōtrarium est, quod iustitia non fert ut plus recipias quā tradidisti, nisi sit pretium pro re aliqua licita, si ergo ducatum hic contuleris ualentem undecim regalia argentea, debitor non tenetur restituere ualentem duodecim.

Primū argu.

Secūdū argumē.

Ingressu statim materiæ cambiorum quę super commutatione monetari fundātur, ratione diuersis ualoris, in quibus tota uersatur Cambiorum ambiguitas, adnotādum in primis est, non esse commiscendas diuersas cambiendi rationes. Modo enim non disputamus, utrum pro translatione pecuniæ ad alium locum fas sit pretiū exigere? id enim iam constitutum est, sed tantum quærimus utrum illa ratione secluſa liceat cambire monetam hic minus ualentem cum eadem pluris alibi æstimata? Secundo notandum est quatuor modis contingere posse, vnam monetam plus in

Sensus qōnis.

vno loco aut in vno tẽpore (vt de ambobus vna dicamus) quam in alio valere. Primo ratione gradus auri vel argenti, nempe q̃ in Anglia, v.g. purius eſt altioriſq; gradus, aut in Luſitania, quã in Gallia, ſicuti re vera Anglicum argẽtum pretioſiſſimum eſt. Secundo modo quia ratius eſt aurũ in vna regione quam in alia, aut vice verſa argentum vel aliud metallum quo numi cudũtur, abundantius. Tertio modo, quia princeps dum reipublicæ expedit, pretiũ auget eiuſdem monetæ quare vno tempore plus æſtimatur, quã in alio. Quarto modo, quia pecuniæ in toto genere maior eſt copia in vno loco, quam in alio, atque illic adeo minoris pẽditur, vbi autem maior eſt inopia, maioris æſtimatur. De trib. prioribus modis preſenti art. dicere adornamus, dicturi de quarto in ſubſequenti, vbi cambiorum natura potiſſimum eſt explicanda. Ad quẽ ergo preſentem tribus concluſionibus reſpondetur. Prima, Cambire monetam minoris ualoris, hoc eſt inferioris gradus auri vel argenti, pro alia ſuperioris niſi compenſatione intercedente, eſt manifeſta iniquitas. Hoc patet. Primum, ſi in eadẽ fiat ciuitate, vt ſi coronas, quod deterius eſt aurum, pro auro ducatorum aut Caſtellanorum eiuſdem ponderis, quod longe purius eſt, commutares. Nam perinde eſt, ac ſi triticum, aut vinum, aut æs, aut cuprum pro alio cambires, quod eſſet ex natura ſua melius. Idem ergo eſt, ſi Pariſijs mille ſcuta Gallica aliquis numeraret, vt ſibi in Hiſpania tot puri ducati rependerentur. Res eſt plana, ſi exceſſus eſt alicuius momenti. Nã cambire ducatum Hiſpanum pro Hungaro, quod licet ſit pretioſior, eodẽ apud nos argento æſtimatur, nihil habet iniuſtitiæ. Secũda concluſio. Cambire monetam minoris valoris vt idem prorſus pondus recipias, etiam cum eius valor lege auctus fuerit, iniquitatem preſefert vſurariam. Hanc concluſionem præcedenti li. q. 1. conſtituimus, ſed vt cunctas rationis diuerſitatum monetarum ſimul componeremus, repetendam duximus. Et intelligitur concluſio contra opin. Syl. in verb. vſura. §. 14. ſiue actio illa præuiſa fuerit, ſiue inopinata. Etenim dum decem tibi ducatos mutuo, quorum ſinguli vndecim regalibus argenteis æſtimantur, ſi poſtea lege publica conſtituantur valere duodecim, non plura mihi debes argentea regalia, quam centum ad decem. Atque adeo idem eſt, ſi in alia prouincia, vbi mihi ſoluturus ex cumulatior eſt æſtimatio monetæ. Neque eſt ſimile, vt tibi dicebamus de moneta ac de alijs rebus. Nam dum frumenti valor augetur, eadem prorſus res manet, quæ ſecundum naturam ſuam non habet, niſi vnicum uſum, & ideo quot modios tibi mutuaui, totidem mihi debes etiam ſi plus valeat, monetæ vero valor cum augetur licet nõ mutet naturam metalli, mutat tamen naturam monetæ quatenus rerũ menſura eſt, ac ſi faneca noſtra, quæ duodecim modiolis exoletur, augeretur vt tredecim caperet, tunc enim ſi mutuauit tibi illam dum duodecim tãtum capiebat, non debes mihi niſi aliam eiuſdem quantitatis. Illic ſatis, vt arbitror, concluſionem confirmauimus. Tertia concluſio. Cambire monetã in vna prouincia, vt eadem in alia rependatur vbi propter raritatem metalli pluris eſtimatur quam vbi fuit numerata, iure nõ licet, ſed eſt vſura. Exempli gratia, ducatus aureus apud nos valet regalia vndecim argentea, & apud Italos & Carlinos tredecim qui ſunt regalia noſtra, vel faciamus diſputationis gratia rem ſic eſſe in more, neutiquam licet hic centum numerare ducatos, ſiue mutuo ſiue cambio, ſoluendos Romæ æſtimationem tredecim Carlinorum, niſi forſan crementum illud in pretiũ cederet traducendi pecuniam, de illo quippe nihil modo loquimur. Res eſt liquida quoniam perinde eſt ac ſi ero mille hic ac centum regalibus quæ huic confers, velles Romæ recipere mille ducenta. Dixerim, ſi Carlinus eiuſdẽ fit prorſus valoris, apud illos, cuius eſt apud nos regale, nam forſan nõ eſt eiuſdem valoris, Et ideo idem eſt forte recipere duodecim Carlinos quod vndecim regalia. Qua forte ratione liceret cambire ducatũ valentem in Hiſpania tercentum ſeptuagintaquinq; dupondia, vt redderentur in Gallia quadringenta quadraginta Turonuſi. Nã Turonus Galliæ non eſt tanti valoris, quam dupondiũ Hiſpaniæ Contra hanc nihilominus concluſionẽ exiſtũt duo argumenta, quibus via ad ſubſequentia minime obſcura panditur. Prius eſt: Poſſet quis in Sicilia, verbi gratia, centum modios tritici mutuare, reſtituendos ſub eadem mẽſura in Hiſpania, vbi pluris eſtimatur frumentũ, ergo eadem lege põt centum mutuare ducatos ſoluendos vbi plus

valent

Prima conclu.

Secũda conclu.

Sylueſt.

Tertiæ concluſ.

Primũ argum.

valent. Secũdo arguitur. Poteſt quis de fere ſuam auream monetam à regione, vbi minus æſtimatur, ad illam vbi plures habetur, atq illic eodem modo cambire, quo pretio illic currit, poteſt merces minoris emere in vna regione, & pluris vẽdere in alia, ergo eadem ratione poſſum centum ducatos alicui in Hiſpania mutuare reſtituẽdos vbi auctioris ſunt valoris. Ad prius arg. iſtorum diſtinguitur antecedẽs poteſt nanque contractus ille frumenti & rationem habere mutui & rationẽ cambij, quorum differẽtia eſt, quod mutuum ſit ratione tẽporis, quo expectatur ſolutio, eo quod qui ab altero mutuatur, re caret in præſenti, cambium vero non niſi ratione loci. Petrus re vera habet frumẽtũ in Scicilia, Paulus in Hiſpania fit inter eos cambiũ vnius pro alio. igitur vbi mutuum eſt, ſi non ſcitur quanti valiturum in Hiſpania ſit tempore ſolutionis, licitus eſt contractus. Si autem fieret mutuatio ea lege vt quando carius in Hiſpania veniret, tunc reſtitueretur, iniquum eſſet atque vſurarium, vt ſuperiori lib. dictum eſt. Cambiũ ergo duarum rerum in diuerſis exiſtentium locis ſiue grana ſint, ſiue quæcunque aliæ res neutiquam fieri licet ſi pluris in vno loco quã in altero æſtimentur. Claret enim tunc iniquitas iniuſtitię. Pari modo cenſendum de pecuniarum cambio. Ad poſterius denique argum. conceditur cuique liberum eſſe ex natura rei, niſi ciuili lege ſit interdictum, pecuniam ſuam ad locum alium tranſportare vbi maioris æſtimatur, & illam illic currente loci æſtimatione diſtrahere. Et pariter quiſq. alteri poteſt aurum ſuum concredere, quod quidem ſibi alibi reddat. Nam hoc non habet rationem cãbij, quandoquidem in mutuo & quodammodo vt dictum eſt, in cambio trãsfertur dominium, & ideo non poteſt recipi niſi res eiuſdem valoris. Ex his ſit conſequens quod cum in nundinis inter mercatores, vt infra narraturi fuſius ſumus ſcutum cremento ſæpe valoris ac detrimento varietur, cauendę ſunt vſuræ quæ in mutuis hac ratione deteſcunt. Si quis verbi gratia vt aliorum nationum ſermone loquamur, centum alteri ducatos mutuet, pretio ciuili foro in vrbe currente, vbi verbi gratia ducatus, vigintiocto groſſis extimatus, vt reſtituantur pretio in nundinis Lugdunẽſibus, mercatoribus taxato vbi pene certũ eſt ducatum valiturum groſſos tringinta, vſura eſt manifeſta, ſiue mutuatio in auro fiat, ſiue in argento. Nam in ſingula ſcuta recepturus eſt tunc mutuator duos groſſos vltra ſortem. Et vice verſa ſi in nundinis quis mutuet mille ducenta argentea regalia, numeret ea tamen in aureis ducatis æſtimatione duodecim argenteorum regalium, quo pretio inter mercatores currunt, itaque non annumerat niſi ducentos ducatos. Eo tamen pacto, vt mille ducenta regalia recipiat vbi vſu forenſi ducatus non æſtimatur niſi vndecim argenteis, vſuram committit. Nam cum non dederit niſi centum ducatos, vult ſupra recipere centum regalia. Et eſt notandum in hoc latere fallaciam, quod dum inter mercatores ducati aut ſcuti valor creſcit aut decreſcit, non eſt propter raritatem auri, de quo 3. noſtra concluſio loquebatur, immo eius numerus in foro ſemper habet ſuam argenti & æris æſtimationem, atque adeo inter mercatores qui dederit vnum aureum, non recipiet niſi, verbi gratia vndecim argentea regalia, ſed fingunt illa ſcutorum ac ducatorum nomina quæ maiori minorive pretio æſtimant. Et ideo qui mutuat aureum ſcutum eſtimatum nundinarum pretio maiori illud argento æſtimat dũ mutuat, quam dum illud recipit. Mercatores nanque nullam habent auri rationem aut argenti, vt ſtatim clarius patebit. Atque hinc colligitur reſponſio primi argumenti in fronte quæſtionis obiecti. Dũ enim decem ducatos mutuas ſiue in auro ſiue in argento, nihil amplius tibi debetur qua pecuniam eiuſdem valoris. Ac perinde ſecundi argumenti antecedens, concluſione ſecunda oſtenſum eſt falſum. Non enim poſſum creſcente valore aureæ monetæ niſi illum recipere quo dum mutuaui vel cambiui æſtimabitur.

Secũdũ argum.

Ad primũ arg.

Ad ſecũdũ arg

Corollarium.

Ad primũ arg.

Ad ſecũdũ arg.

ARTICVLVS II.

Vtrum licitum ſit monetarum cambium, quæ in diuerſis locis propter copiam & inopiam totius generis monetæ inæqualis ſunt valoris.

REſtat hic de quarto modo variari monetarum valoris diſputare. Fac verbi gratia, in Flãdria modo propter bel-

la, quæ illic geruntur, aut Romæ, multo esse strictiorem inopiam numeratę pecuniæ quam in Hispania, qua ratione pluris illic æstimatur ducatus quam apud nos, vtrum liceat hac ratione pro scutis quæ illic numerantur, plus in Hispania recipere. Apparet nanque in proximo art. definitam esse quæstionem ad partem negatiuam. Sane cum tertiam cōclusionem negatum sit licere cambire monetam auream vbi minus valet restituendam vbi pluris propter raritatem auri æstimatur. Eadem enim ratione non licebit maiorem pecuniam recipere, vbi propter pecuniarum copiam minoris æstimatur, quam illic vbi pecunia fuerat, collata. In contrarium est, qui rerum copia pretium earum minuit, qua ratione licet pro vno modio frumenti vbi duplo pluris æstimatur duo suscipere vbi duplo minoris venditur. Sic ergo erit in monetis.

Argu. a partis negatiuæ.

Peruentum nobis tandem ad locum est vbi cambiorum natura quæ mercatoribus in vsu habentur, explicanda est. Quam profecto, si ego non fallor, nusquam hactenus apud auctores intellectam legerim. An vero scopum ego tetigerim, alij iudices funto. Igitur post ea quę in superioribus iacta sunt fundamenta, mercatorum modo praxis ante oculos constituenda illis est qui eiusmodi cambiorum mores deprehendere cupiunt, Dictum enim est, chirographorum solutiones quibus mercatores sua transigunt negotia in nundinis statis temporibus celebrari, quæ quidem solutiones ac si tunc fierent præsenti pecunia quando res venduntur ita reputantur. Subiiciamus ergo in nostratibus exempla quæ illis simillima sunt quæ in alijs prouincijs, siue Venetijs, siue Genuæ, siue Lugduni, siue Lugduni vsu fiunt. Sunt ergo apud nostrates qua terræ statæ nundinæ, quibus sub eodem numero aliæ respondent in Flandria. Primæ celebrantur Campensis Metinę sub mensem Maium, vbi campsorum mensæ ad soluendum sternuntur, vel, suo idiomate, cambia aperiuntur, quintadecima Iulij, durantque solutiones vsq. ad decimam Augu. His respondent aliæ in Flādria sub mēsem Septembrem, vbi cambia solutionibus faciendis panduntur decima Nouembris, durantque solutiones toto illo mense. Secundæ nundinæ fiunt Metinæ Riui Sicci, vbi cambia incipiunt decima quinta Septembris, finiuntur autem decima Octobris. His respondent aliæ in Flandria, quæ celebrantur sub Natalem Domini, in quibus cambia incipiunt decima Februarij, durantque per totum mensem. Tertiæ fiunt apud nos eadem Metina Cāpensi sub mensem Octobrem, cuius cambia durant a mēse Decembri vsque ad initium Ianuarij. Cui Respondetur in Flandria nundinæ Resurrectionis, in quibus cambia incipiunt decima Maij, durantque toto mense. Quartæ nundinæ fiunt apud nos in Villalon. quarū cambia fiunt Quadragesima dimidiata vsque ad Pascha, quibus respondent in Flandria nundinæ Iunij quarum cambia durant feretoto mēse, Augusti. Igitur cambiorum praxis est hæc, vt tres menses post receptam pecuniā Metinæ restituatur in Flandria Nam campsor qui in nundinis Maij Metinæ in initio Augusti. pecuniam numerat recepturus est in Flandria nundinis Septembris, vbi solutiones, vt diximus, fiunt toto mense Nouembri, Et qui Metinæ Riui Sicci pecuniam annumerat in initio Octob. eandem recipit in Flandria in nundinis Natiuitatis, puta mense Februar. Et simili analogia de alijs censendum. Aiunt enim illam tēporis intercapedinem necessariam esse, vt chirographa possint illuc cōmodo peruenire, & parari pecunia. His circa practicam intellectis ecce cambiorum punctum. Quando in Flandria vel propter bella, vel alia quacunq. de caussa numorū penuria laboratur, ille qui hinc illuc suā vult inter mercatores trāsmittere pretiū pēdit qui autem vice versa pecuniam in Flādria numerat, Metinæ sibi restituendam, non modo nihil pendit, verum & plus lucratur, quam ille pendit qui in Hispania numerat vt in Flandria recipiat. Exēpli gratia. Nūc tēporis quo propter continua bella Cæsar pluribus indiget apud Flandriā talentis, raritas est pecuniæ illic maxima. Itaque minor pecunia tanti habetur quāti apud nos maior. Sicuti vbi charitas esset tritici, vnus modius tanti pænitet, quanti alibi duo. Quæstione enim sequen. articulo primo, narraturi sumus caussas augēdi cambiorum pretia. Hac ergo de caussa mercator qui Metinæ alteri quadringentos decem denariolos nostros, quos dupondia appellamus. Itali quatrinos, Galli turonos, non plures in Flandria recipit q̄

Mercatorū praxis.

trecen-

trecentos ſexaginta. Itaque pro tranſmiſſione perdit quinquaginta: quamuis, vt ſupra diximus, non iactura, ſed lucrum eſt. Qui autem econuerſo in Flandria numerat trecentos, recipit in Hiſpaniam trecẽtos ſeptuagintaquinque Itaque plus lucratur in re mittenda hoc pecunia quam perderat, dum hinc illam illuc tranſmiſerat. Simile ferme tunc contingit inter Hiſpania & Romam, vbi anguſtior eſt ſolito pecuniæ inopia. Per hæc ergo, vt obiter adnotemus, patet eiuſmodi cambia non eſſe

Caiet. a Docto intellecta, ac perinde in diuerſas ſententias diſſident, Caiet. namque in ſuo illo opuſculo, cap. 7 fundamentum huius

Syluest. cambij illud excogitat, quòd pecunia loco abſens minoris habetur quam ſi eſſet loco præſens, & eidem applaudit Syluest verb. vſura. 4. Nam quo loco, inquiunt, diſtat, pluribus eſt ſubiecta periculis, quocirca poteſt minor quæ tutior eſt, iuſte pro maiori cambiri quæ minus eſt tuta. Et quidem ſi re vera hæc exiſterent pericula, inficias nõ irem. Faſſi enim ſupra ſumus, ęs alienum, quod ille debet, a quo vel propter pauperiem vel propter fidei tenuitatem non eſt recuperatu facile, minoris vendi poſſe, quã fit eius quantitas, neque merces inſanis vndis commiſſæ tanti emerentur, quam ſi eſſent in portu. Attamen inter mercatores nulla ſunt, aut vix ulla huiuſmodi pericula. Nam illi qui Metinę recipit apud Flãdriam ſoluturo, tanta habetur fides. quam ſi pecuniam haberet in Hiſpania. Quare hanc illis licentiam facere eſt plus illis indulgere quam ſibi petunt. Adde quòd ſi hęc eſſet horum cambiorum baſis, tunc ille qui modo Metinę pecuniam numerat, recepturus in Flandria, minoris deberet illam Flandrenſem emere, hoc eſt, auctior illi deberet in Flandria reſtitui, cũ tñ mul-

Refutat ꝓxima ſentẽtia. to minus illic recipiat Alij ergo arbitrantur rationẽ, qua huius cambij iuſtitia fundatur, eam eſſe, ꝙ aurum pluris penditur in Flandria. Et ideo aiunt hoc non licere, niſi commutatio fiat diuerſarum pecuniarum ſcilicet argenteę, pro aurea, vel ęnea. At vero hoc iam ſupra diximus, mere gratis eſſe dictum. Nam cambia ratione loci non eſt fieri neceſſarium in diuerſis monetis. De quo cambio ſuperiori art. tertia noſtra concluſio loquebatur. Immo, vt proxime dicebamus, nulla inter mercatores auri vel argenti vel ęris habetur ratio. Sed fac nullum eſſe aurum vel argentum prę-

ter æneos eoſdemque minutiſſimos denariolos. Ex his namque qui modo Metinę confert quadringentos decem, in Flandria recipit non niſi tercentum ſupra ſexaginta. Et vice verſa, qui illic confert tercentum, hic recipit ſeptuagintaquinque ſupra trecentos. Vnde cum amplius ſit lucrum, dum prius pecunia numeratur in Flandria reddenda in Hiſpania, quam diſpendium, ſi Metinæ numeretur, redhibenda Brug s, vnum ex frugiferis negotijs eſt theſaurizate pecuniam apud Flandriam, hoc eſt illam a nobis illuc tranſmittere, in hunc potiſſimum uſum, ut inde huc rurſus remittatur. Fit enim lucri acceſſio tredecim dupondiorum in ſingulos ducatos, quamuis illud etiam quod diſpendium facere videtur qui plus Metinę videtur prius conferre, quam poſt recipit in Flandria, reuera non eſt iactura, verum etiam ſæpe lucrum. Sed & hoc demum noſſe oportet, ꝙ quanto exuberantior eſt Metinæ pecunia, tanto vilius cambitur hoc eſt qui pecuniã numerat ſoluendam ſibi in Flandria, auctius pendit precium, quia rariores inueniuntur qui Metinæ egeant. Et quanto anguſtior, tanto minus pendit, quia plures ſunt recipientes Metinæ ut conſignent in Flandria. Quæſtio ergo præſens eſt, vtrum cambia hæc ſint licita? Et prętер argumentum in capitę queſtionis factum arguitur hoc modo. Si hoc cambium reale eſſet ac licitum, id maxime, vel quia eſſet diminutũ cambium, vel ratione loci, nempe quia pecunia ab vno in alterum traducitur, muniti autem nullum habet ſpecimen. Haud.n. illic pretioſior moneta cum viliori cambitur, ſed denarij pro denarijs. Neque vero totũ eius fundamentum eſt ratione loci, nam tũc ſicut pro trãslationę ab Hiſpania vbi copioſior eſt pecunia ad Flãdriam precium ſoluitur, ita & econuerſo pro translatione ſolueretur quæ fit à Flandria in Hiſpaniam, ꝙ tñ vt in practica oſtenſum eſt non fit ſed accedit lucrum. Adde ꝙ qui in Flandriam pecuniam confert quæ ſibi in Hiſpania referatur, porro id non facit, qa indiget hoc ſuam tranſmittere pecuniam quia forſan illam hinc tranſtulerit ſed propter lucrum. Secundo arguitur. Genus hoc cambii manifeſtam oculis exhibet ſpeciẽ vſuræ. Nam qui Metinæ, verbi gratia pecuniam numerat reſtituendã ſibi in Flandria,

Primũ argum.

Secũdũ argum.

dria, dominium eius in illum transfert abſolutum quam perinde alter ibidem diſpēdit ac ſi ſimpliciter eſſet mutuum. Et (quod rem probabiliorem facit) ille qui recipit, non ob id videtur facere, vtquam habet in Flandria. Metinam tranferat, quia forte nullam illic habet, ſed quia Metinæ indiget, & quo expectetur ſolutio, fucatur illo colore quòd ſoluatur in Flandria. Accedit quòd ſi quis in alteri Hiſpania re vera mutuare pecuniam, quam mutuatarius in Flandria eſſet reſponſurus, quia ambo illuc forte proficiſcuntur, propterea quòd in aduerſo loco eſſet ſoluenda, nihil de natura mutui amitteret. Et confirmatur hæc ratio: Vt camb um ratione loci ſit licitum, nulla debet temporis mora de neceſſitate interuenire. Sed ego, verbi gratia habeo hic pecuniam præſentem, & tu Romæ etiam præſentem, admetior tibi hic, vt tu mihi Romæ remetiaris. Itaque ſi poſſibile eſſet me hodie exiſtere Romæ hodie mihi illic rependeres, ſed requiritur tempus, quia non poteſt nuntius illuc adiolare. Attamen in iſtis cambijs habetur ratio temporis. Si enim qui hodie recipit Metinæ, cras deberet ſoluere in Flandria, vel intra hebdomadam, ſi ſtatim ſuccuſſarijs equis nūtius euolaret, iſte qui recipit reuera vel non reciperet, vel nō niſi viliori pretio. Cum ergo hoc verū habeat, ſignum & expectationem trium menſium eſſe in cauſam lucri huiuſmodi cambiorū. Præterea ex notabili ſuperius poſito elicitur etiamnum recens argum. Nam ſi ſecūdum copiam aut inopiam pecuniæ quæ eſt in nundinis cambiorum precia variantur, iudicium eſt eadem cambia rationem habere mutui. Etenim ſi mercatoribus, reliquis negotijs peractis amplior pecunia ſupereſt, facilius eam conferent, pluſque perdunt, ſi vero maior eſt penuria difficilius conferunt & cum maiori lucro. Quod ſi negemus eſſe mutum, illuc relabi videbimur ut concedamus (quod quidam arbitrantur) venditionem eſſe emptionēque pecuniæ, ita vt pecunia in Hiſpania vbi eſt maior copia, minori æſtimetur precio, ſimilis autem in Flandria maiori. Quemadmodum olivæ, quæ apud nos naſcuntur, non autem illic. Ex hac ratione pecunia, quæ eſt Metinæ venditur illius precio, quæ eſt in Flandria, & ediuerſo. Pecunia autem cum ſit rerum precium, non poteſt precio alio diuendi. Hæc profecto dubiam rem faciunt. Imo apud illos qui eius tantum ſuperficiem aſpiciunt merito demonſtrabant, iniquam. Nihilominus quātum pro captu meo conijcere poſſum, res aliter habet. Quare ad quæſtionem hac concluſione reſpondetur, licitum eſt pecuniam ab vno in alterum locum cambire, habito reſpectu copiæ, quæ eſt in vno, atque inopiæ, quæ in altero, vt ſcilicet pro maiori numerata vbi eſt copia, minor recipiatur ubi eſt inopia, dummodo nulla præterea temporis habeatur ratio, quam illius quod neceſſarium eſt ad traducenda chirographa (pro quo, vt infra patebit, nec precium augeri poteſt) omneque fraudis dolique genus abſit. Enimuero niſi mea mecōiectura fallit, hoc quantū conijcere poſſum, eſt cambiorum fundamentum, quæ hac noſtra tempeſtate vſu celebrantur. Probatio apud me concluſionis eſt hæc. Iuſtitiæ lex eſt, vt dati & accepti æqua ſit æſtimatio quadringenti autem, verbi gratia denarioli vbi affluētior eſt pecunia non pluris habentur quam trecentum quinquaginta vbi pecuniæ penuria laboratur, ergo numerare illic quadringentus, ut aut centum, quinquaginta hic recipias, non eſt iuſtitiæ violatio. Nec vice verſa dare hic tercentum quinquaginta vt illic tibi quadringenti reddantur. Exēplum præfertur in oleo, vt modo dicebamus, cuius copia eſt apud, nos aut in vino, quod a nobis illuc refertur. Non enim pluris apud nos habentur, immo minoris centum cadi quam ſexaginta aut ſeptuaginta in Flādria ergo ſicut poteſt quis maiorem hic menſuram huiuſmodi liquorū pro minori apud Flandriam ſoluenda cābire, ita fieri poteſt in pecunia vice verſa, ſicut poteſt quis pauciores Metinæ vinas lini cambire pro pluribus ſoluendis in Flādria, quia lini apud nos maior eſt caritas, ſic poteſt modo mercator apud Flādriam, minorem cambire pecuniam pro maiori in Hiſpania redhibenda. Et confirmatur præterea inde concluſio, quod ſi quis vellet cambire ſimpliciter ratione loci nempe tranſmittere pecuniam ſuam ex Hiſpania Romam, ſed tamen vel propter bella vel propter alia præſentiſſima pericula, nulla alia pateret via, niſi cambiendo hāc pro illa, & Roma numorum anguſtijs grauiter premeretur, licet minorem illic redde-

Confirmatio.

Tertiū argum.

Conclō ſiua.

Probō concluſionis.

Confirmatio.

reddere, eo quod tanti habetur quanti hic aliquantulo maior. Nihil ergo in hoc cambio iniquitatis apparet. Quod ſi hoc licitũ eſt, nihil refert, an obiter quis illud faciat, & præter conſuetudinem, an vero ex officio. Nã quod natura ſua iuſtũ eſt, quiſque poteſt conſulto exercere. Contra hanc nihilominus concluſionem hoc feſtatim offert argumentũ, a loco ad tempus. Sequeretur inquam eadem ratione, quod liceret cuique modo in Flandria ſuo ciui numerare, v g. decem ſcuta, quorum ſingula eſtimantur tercentum denariolis ſiue in auro ſiue in denarijs, quia nihil refert, hac lege vt quando eſſet affluentia pecuniæ quanta eſt in Hiſpania vel maior, recipere pro ſingulis ſcutis tercentum ſeptuaginta quinque denarios, quos modo recipit in Hiſpania. Nam ſi hoc licet propter copiã, quæ eſt in Hiſpania, cur non erit licitum quando tanta fuerit abundantia in Flandria? Reſpondetur hanc quæ apparet, non eſſe ſimilitudinem, quoniam transferre nũc dominium pecuniæ vt deſignato poſt tempore reſtituatur non poteſt non eſſe mutuum, & ratione mutui nihil poteſt pretij extorqueri, ſed quando habetur ratio diuerſitatis, non temporis ſed loci, non eſt mutuum, verum cambitio duarum rerum præſentium, quarum valor modo æqualis eſt. Ex his ergo facile moderamina colliguntur ac temperamenta concluſionis, quibus eſt eius veritas circumſcribenda. Primum enim diximus cauendum eſſe, ne ratio huius temporis obrepat, quæ indicium ſit palliati mutui. Ad cuius vtique rei notitiam, hanc cenſeo ſtatuendam regulam. Nõ poteſt virtute huiuſmodi cambij aliud quidpiam recipi, quam ſi duæ res in præſenti exiſtentes cambirentur, hoc eſt, non poteſt, qui pecuniam in Flandria numerat, quantum eſt ex genere ſuo, plus in Hiſpania recipere, quam ſi eodem puncto quo pecuniam illic confert, fieri poſſet vt eandem reciperet in Hiſpania. Exemplum eſto. Si ille admetiens pecuniam in Flandria, certus eſſet eadem die miniſtrum ſuum eandem recipere Metinæ, nempe quia per literas antea & nuntios inter eos ſic conuentum fuerat, & ratione aſſertæ concluſionis amplius recipit, quam confert tantundem prorſus valoris, neque alium præterea obolum recipere poteſt, ſiue ſolutio facienda ſit poſt menſem, ſiue poſt tres, ſiue poſt decem. Hanc inquam regulam conſtabiliendam hic quã maxime neceſſarium arbitror. Nam ſi tam vera eſt, quam reuera cenſeo, infallibilis eſt iuſtitiæ iudex huiuſmodi cambiorum. Modificati autem ſumus concluſionem dicentes, quantum eſt de genere ſuo, quoniã non perinde in pecuniarum cambio cenſeri poteſt tempus illud præſens, quo æſtimandus eſt valor pecuniæ in alio abſente loco, atque in alijs mercibus, vt artic. proximo declarabimus. Porro autem eius veritas ex dictis fit compertiſſima. Fundamentum enim iuſtitiæ horum cambiorum atque adeo teſtimonium rationem mutui huic non abdi, eſt quod cambitur maior pecunia pro minori, aut vice verſa, quoniam in vno loco tanti æſtimatur minor, quanti in altero maior, ergo ratio valoris huiuſmodi pecuniarum ad eundem temporis articulum referri debet, & perinde ac ſi res præſentes ſint, earum cambium exiſtimari, atque adeo nulla temporis ratio interuenire valet, quæ pretium vel vnius augeat vel alterius minuat. Et quoniam concluſionem ſimilitudine aliarum rerum fulciuimus, earum exemplo in eius explicatione vtamur. Licet quidem mihi exiſtenti in Hiſpania, vt frumentum pluris vænundatur, duos modios cambire pro tribus in Sicilia, quos ſcio eodem æſtimari pretio quo duos in Hiſpania. Hæc autem cambitio non eſt licita, niſi pro eodem tẽpore, nempe quia tu habes frumentum in Sicilia, & ego in Hiſpania. Quare ex illo puncto quo ego tibi in Hiſpania meum confero, id quod tu in Sicilia habebas, factum eſt meum. Nam ſi tu illic nullum habes modo frumentum, ſed expectas habere, & quo te expectem, reddis mihi pro duobus tres manifeſtum eſt vſurarium mutuum. Ad propoſitum ergo, ſi ille qui recipit in Flandria reddit tibi poſt trimeſtra pluſquam redderet, ſi eadem die qua tu confers in Flandria redderet tibi in Hiſpania, manifeſtum eſt hoc non eſſe ſyncerum cambium rei pro re, ſed auctarium illud ob id adhiberi, quòd illo tempore illum expectas dum pecuniam quam paratam non habet, conficiat atque adeo ratione mutui quod illic contegitur. Et per hoc patebit vitium illius rationis, quam ſibi mercatores obtendunt. Fatentur nanque vnam cauſſam cur expectetur toto trimeſtri eſſe, vt ille

Arg cõtra concluſionem.

Solutio.

Modera mina po ſitę concluſiõis Regula.

Altera rõ pro concluſione.

Explodi tur mercatorũ cauillatiõ.

ille qui in vno loco recipit, parare poſſit, & forte conficere pecuniam ad ſoluendum. Hoc inquam indicium eſt manifeſtum mutui. Nam vt ſimplex ſit cambium, requiritur (vt crebro repetimus) vtriuſque rei exiſtentia, atque adeo, vt ille qui recipit in prõptu habeat pecuniam. Quare ſi in præſenti non habet, palam ſit, pro expectatione dũ conquirat, augere cambij pretium. Sed ait mercator, chirographum non eſt volucris, quæ poſſit ſubito euolare, atq. adeo tempus requiritur. Fatentur quidem, vt ſupra faſſi ſumus. Attamen cum tempus illud nõ niſi illi neceſſitati inſeruiat, vt cambium in noteſcat, ratione illius nihil pretij extorqueri poteſt. Et hoc eſt punctum, quod conſideratiſſime meditandum eſt. Si enim cambium eſt rei pro re, ad idem eſt reducendum punctum, pro tempore ergo notificandi nihil recipi poteſt. Quare vbi diximus admittendum eſſe tempus neceſſarium ad tranſmittenda chirographa non eo pacto intelligendum eſt, vt haberi eius ratio poſſit ad recipiendum pretium, quia tunc profecto pro eiuſdem temporis expectatione reciperetur, ſed intelleximus illud neceſſarium tempus non eſſe, vt quidem arbitrantur, vſuræ indicium. Sed ait rurſus qui partes mercatorum defenſat. Si iſte qui pecuniam alio tranſmittit, curſori eandem concrederet transferendam, inducias illius temporis concederet, tunc pro tempore pretium ſolueret. Reſpondetur non vnam ſolum fallaciam in argumento latere. Primum enim qui ſic arguit, immiſcet diuerſas ſimul cambiorum ſpecies, quod in præſentis quæſtionis fronte cauendum admonuimus, tunc enim non diſputamus de cambio ratione loci, hoc eſt, quod fit ſola ratione tranſmittendi pecuniam qua alibi indiges, ſed de commutatione pecuniæ vnius loci pro pecunia alterius, propter copiæ inopiæque varietatem. Nam qui pecuniam dat in Flandria, recipiendam in Hiſpania, nihil diſpendit, vt diximus, ſed lucratur. Item qui pecuniam concredit curſori, non transfert in ipſum dominium vt fit in cambijs. Atq. adeo nulla illic abdi poteſt ratio mutui. Et quod ad rem pertinet, pretium non illi conſtituitur pro tempore, ſed pro labore, cambire ergo pecuniam quę eſt Metinæ, pro illa, quæ cenſetur eſſe in Flandria, non debet illa norma iudicari, quæ eſt mera tranſlatio percurſorem, eo vel maxime, quòd pretia non cõueniunt. Tranſportaret enim curſor ab Hiſpania in Flãdriam quatuor millia ducatorum, pretio centum, & tamen qui prius recipit in Flandria, reſponſurus in Hiſpania, ſoluit quintam partem, & eo amplius, capitalis, Sed arguat ſic forſan contra campſorem quiſpiam. Dum bella vel obſtacula alia impedimento ſunt, ne pecunia transferri poſſet, multo auctius eſſe debet tranſlationis pretium, ergo id ego poſſum ſupra illam rationem ſuſcipere, qua vna moneta cambitur pro alia. Nã cum duarum cambiorum ſpecierum per ſe vtraque licita eſt, nulla eſt iniquitas, ſi altera alteri adhibeatur. Ad hoc reſpondetur, & eſt iudicio meo apprime notanda reſponſio quòd ſi cambium de quo impræſentiarum loquimur, licitum eſt, nempe vt pecunia vnius loci pro pecunia alterius cambiatur, hæ nihil bellis obſtantibus, ſtrata eſt para iſſimaque via traducendi monetam & ideo iniquiſſimum eſt ad lucrum huiuſmodi cambij pretium aliud inſuper adhibere ratione tranſlationis de loco ad locum. Sed alterum eligendum eſt, vel ſi quidpiam pretij ratione ſecundi adhibeatur, id debet eſſe tenuiſſimum. Ex quo fit, quòd cum inter mercatores non habeatur ratio niſi prioris cambij, ſcilicet commutationis monetæ ſi cambium fiat cum alio ciue, qui non eſt mercator neque negotiator, & præter hanc habeatur etiam noua ratio pretij propter tranſlationem, iniquum eſſet. Crediderim ergo certiſſimam eſſe noſtram concluſionem, videlicet ex cambio de quo impræſentiarum agimus, nihil amplius poſſe recipi, quam ſi eadem die in vno loco paretur, & in alio reciperetur, vel perexile inſuper quidpiam. Ex quo fit tandem, vt in calce totius quæſtionis hoc adnotemus, nondum patere differentiæ huius æquitatem, nempe q̃ cum ille qui pecuniam Metinæ prius capit, reddit autem poſt in Flandria, non lucretur niſi quinquaginta, ille qui econuerſo eodẽ tẽpore inuariataq. pecuniæ æſtimatione prius confert in Flandria, recepturus in Hiſpania, lucretur ſeptuagintaquinque. Enimuero q̃ prius cambium licitum ſit, id in cauſſa exiſtit, quod tercẽtum ſexaginta, quę iſte qui Metinæ recipit, reddit in Flandria, tanti æſtimantur quanti quadringentadecem quæ receperat, & econuerſo. Igitur qui vice verſa tercentum ſexaginta prius confert in

Argũ.

Reſponſio.

Primũ corollarium.

Secũdũ.

Obiectio.

Solutio.

fert in Flandria non eſt cur poſtea recipiat Metinæ, niſi quadringenta decem, nam idem eſt valor. Quare nihil referre deberet, quod prius qui recipiat Metinæ, vt ſoluat in Flandria, & quod prius annumeret in Flandria, vt poſtea recipiat Metinæ.

Reſtat igitur argumentis reſponſa ſubijcere, quatenus contra hanc noſtram aſſertionem militare videntur. Ad primum ergo in vertice quæſtionis oppoſitum reſpõdetur, diuerſam eſſe rationem quãdo precium auri augetur vel minuitur æſtimatione argenti aut ætis, propter ſolius auri raritatem, & quando tota pecunia pluris minoriſve æſtimatur propter eius in genere copiam vel inopiam. Nam priorumodo qui ducatum, verbi gratia confert in Hiſpania, non confert amplius quam vndecim argentea regalia. Si quidem idem eſt, in auro tribuat an in argento. Qui autem illud recipit Romæ æſtimatione Romana recipit illic regalia tredecim, non ob id q̃ tredecim regalia non pluris illic habeantur, quam vndecim apud nos, ſed quod aurum carius æſtimatur. Sicut ſi frumentum valens vndecim cambiret quis pro alio valente tredecim. Attamẽ quando maior eſt copia pecuniæ totius in genere in vna prouincia, quam in alia, non pluris eſtimatur, vbi maior eſt copia pecuniæ tredecim regalia, quam vndecim in altera, vbi eſt penuria. Et ideo poteſt, verbi gratia dare quiſque in Flandria vndecim in quacunq; moneta, ſiue aureos ducatos ſiue argẽteos, ſiue æneos numos recepturus tredecim in Hiſpania. Ad primum autem eorum, quæ proxime ante concluſionem adiecimus, iam ſatis reſpõſum eſt, iuſtitiam hmõi cãbij monetæ pro moneta nõ in eo fundari, quod ſit cambium mutuum vel merum ratione loci, vt numi transferantur, ſed propter differentiam valoris in diuerſis locis. Quare non inde variatur contractus quod fiat non ob neceſſitatem transferendi pecuniam ad alia negotia, quam ratione lucri, ſicuti in alijs mercibus accidit. Ad ſecũdum vero negatur hoc eſſe mutuum, vt declaratum eſt, quia non fit ſic hoc cambiũ, vel ſaltẽ nõ debet, vt ratione temporis aliquid petatur, ſed eſt cambitio duarum prę ſentium pecuniarum. Quocirca ingrnue conſedimus cum qui cambit, transferre in alterum dominium ſuæ pecuniæ, vt quo libuerit in vſus illam diſpendat. Vnde tamen non fit conſequens, vt quidam neoterici cenſent, eſſe mutuum, nam in cambio etiã transfertur dominium, vt dum merces quaslibet tuas cum alijs commutas. Neq; refert, vt idem auctor cogitat, pecuniam redditum iri in moneta diuerſi metalli aut eiuſdem. Ad aliud vero quod illic adhibebam, nempe accidere nonnunquam q̃ qui Metinæ recipit, nullas habet pecunias in Flandria, iam etiam dictum eſt in tali caſu, ſi iſte non ſoluturus in Flandria, omnino eſſe palliatum mutuum, quia non cambitur res pro re, ſed ſoluitur precium pro inducijs ad reſtituendum indultis. Ad aliud autem etiam reſpondetur, quòd recipere hic & ſoluere in Flandria non tollit rationem mutui ſi fiat ratione temporis. Si autem fiat ratione diuerſitatis valoris, non eſt mutuum, ſed cambium. Sed & ad confirmationem ſatis reſponſum eſt vbi eius concluſionem conceſſimus, nempe nõ licere plus recipere ratione huius cambij, quam ſi eodem die quo in vno loco confertur pecunia, referretur in altero. Ad aliud vero de argumento & decremento cãbiorum ſtatim dicturi ſumus artic. prox. Ad vltimum denique negatur ſub hoc cãbiorum tegmine pecuniam emi aut vendi quia neutra habet rationẽ pretij alterius, ſed eſt mera rerum permutatio.

Ad primũ arg.

Ad ſecũdum arg.

Ad tertiũ arg.

ad quartũ Arg.

Ad quintum.

Ad poſtremũ

ARTICVLVS III.

Vtrum cambiorum pretia inter campſores variari poſſint.

SVbſequitur vt de varietate cambiorum pretij quæramus, an ſit licita. Arguitur namque quod inter mercatores nequeant eiuſmodi precia variari. Nam cum pecunia non ſit vendibilis, non poteſt eius precium ceu reliquarum mercium aliquo modo mutari, niſi ſola principis lege augẽtis minuentiſve eius valorem. In contrarium autem eſt celeberrimus cambiorum vſus, qui reprobari hactenus nõ conſueuit.

Quæſtio hæc ad ſuperioris claritudinẽ apprime eſt explicatu neceſſaria. Cũ enim definitum ſit monetas diuerſorum locorũ p̃p diuerſam æſtimationẽ iuſte cãbiri, ope reprecium eſt noſſe vtrum in nundinis variari iuſte poſſint inter mercatores precia. Ad quã idcirco quæſt. duabus concluſionibus

bus reſpon. Prior? Accidere poſſunt cauſſæ quarum merito ſecluſis fraudibus ac dolis poſſint cambiorum precia variari

Prima conclu.

Cõcluſio hæc ex ſuperiori art. non obſcure, ſit conſequens. Enimuero ſi tantas non auri vel argenti, ſed pecuniæ in genere in cauſſa eſt vt aliquantulo minor tanti æſtimetur, ac maiori vbi pecunia abundat, cõſequens eſt vt ſi in nundinis, verbi gratia. Metinen. vel quia rex pecuniam corraſit, aut propter aliam calamitatem cuſſi æris penuria laboratur, & nihilominus ad mercatorem aliaſque nego rationes reipublicæ neceſſarias, operæprecium eſt Hiſpania in Flandriam & vice verſa, pecuniam per cambia traducere, poteſt qui illam Metinæ adnumerat, meliori conditione recipere in Flandria, & vice verſa ſi Metinæ abũdantior eſt pecunia poteſt etiam qui ibi recipit, meliori conditione recipere. Atque hic modus vſitatiſſimus eſt augmenti & decrementi cambiorum, nempe vt nulla habetur ratio auri, vel argenti. Caiet. autẽ in ſuo cambiorum opuſculo aliud enarrat crementi decrementique genus, neſcio verum ne ſit an fictum. Nempe dum negotiator Mediolani recipit cum pacto reddendi marcham auri Lugduni viliori pretio quam eſt valitura, vt ſi, verbi gratia dicamus quod quis accipiat mille argentea regalia repenſurus centum ducatos, qui re vera valent mille centum regalia. Neque vero hoc condemnat cambium immo arbitratur venditionem eſſe auri minori precio propter neceſſitatem, quia mauult ille iacturam centum argenteorum regalium facere quam ab alia negotiatione ceſſare, qua plus lucrabitur. Ego vero neque ſi credo hoc genus cambij in vſu haberi, neque ſi haberetur illuc auderem approbare, qm̃ (vt ſæpe diximus) inter mercatores nullũ eſt diſcrimen auri & argenti, neque augẽt valorem ſcuti vel ducati ratione auri, vt facti rex cum auri precium lege exauget, ſed vtuntur nominibus illis, ſicuti vel ducati, vt ſupra diximus. Et hoc forte dicere voluit Sylueſt. verb. uſura. 9. § 6. vbi ait non vti mercatores moneta vt vulgus. Præterea quando in vſu verſaretur, profecto pro vſura ducendum eſſet. Nam illa non eſt vẽditio auri, ſed reſtitutio mutui cum vſura. Eius enim quis pecuniam prius dedit, nihil intereſt ſolutionem in auro recipere vel in alia moneta, dum modo auctiorem extorqueat dilationis gratia. Dixerim autem hoc eſſe licitum, fraudibus excluſis ac dolis, quæ profecto, creberrime inter augẽdas monetas inſerpunt. Nam qui huiuſmodi cambiorum lucris omnem poſt habent religionem, perinde atque in alijs mercibus monopolia exercent. Confederantur nanque duo aut tres qui omnem abradũt pecuniam. Reſpiciunt. ſ. ab omnibus initio nundinarum pecuniam, ſoluendam partim in Flandria, partim Lugduni, aut Londini, aut Genuæ, &c. Atque adeo qui poſtea in eiſdem ineundis cambij indigent, nẽpe præſenti Metinæ pecunia cum alia nõ pateat Burſa niſi monopoli, erogantur eo precio recipere quo illis libuerit, eſt nocentiſſima peſtis, neque eſſet vllo modo ferenda. Verumtamen præcipue dubitandi ratio de hac concluſione eſt circa cauſſas, quibus legitime pretium cambiorum variari poteſt. Et quidem quod raritas atque abũdantis pecuniæ legitime cenſeri poſſit in cauſſa, compertiſſimum eſt, eſſeq. debet cõſtitutiſſimum. Penuria vero hæc atq. affluẽtia, bina eſſe poteſt, nempe abſoluta & reſpectiua. Abſoluta inquam, vt ſupra dictũ eſt, ſi propter nulla aut quoſuis alios ingentes ſumptus rex vndiq. pecuniam colligeret, aut propter aliam calamitatem reuera anguſtior eſſet. Et econuerſo ſi ob aliquam proſperitatem affluęret. Et de hac dubitari non poteſt quin ſit cauſſa legitima. Alia vero eſt de qua meritiſſimo inter prudentes multũ eſt hæſitãdum. Videlicet vtrum frequentia paucitaſque indigentium, atque aded petentium pecuniam in forma cambij, augeat, & minuat cambiorum precia. Et quidem Caiet. in illo ſuo Opuſculo c. 7. id nihil formidat aſſerere, cui & Metinenſis quoque ſubſcribit, de quo hoc obiter ad notauerim quòd ſecum gratis pugnare videtur. Concedit. n ſecundum accipientiũ numerum variari cambiorum precia, & nihilominus negat copiam aut inopiam, pecuniarũ legitimam poſſe æſtimari cauſſam vt eadẽ cãbiarũ precia varienẽ, cum tñ ob id numerus accipientiũ precia augeat aut minuat, q̃ cũ ſint plures pecunia reputatur anguſtior reſpectu eorũ, cũ vero pluris, reputaẽ amplior ſicuti in alijs mercibus. Porro ergo dubia eſt hæc cauſſa variandi precium. Primũ q̃ pecuniam cũ alijs mercibus hac ratione conferre, non eſt adeo legitimũ. Nam pecunia nõ eſt pẽdibilis

Rõ concluſiõis.

Sylueſt.

Cauſſa quib. legitime augeri põt cambiorum preciũ.

Caiet. Metinẽ.

dibilis,atq. adeo neq. vr̃ pretio more aliarum merciũ æstimanda. Secundò(q̃ attenta cõsideratione speculandum est)si hanc campsorib. licentiam indulgeas, fraudibus aditu aperis. Nã solent burlas in nundinarũ initio claudere, expectantes quo pretio cãbia currant. Et dũ prosperũ vident forũ, illã in cãbia producunt,alioqui seruant. Et quãuis primo aspectu nulla se illic prodat iniquitas,eo q̃ quisque põt rem propriam suo arbitratu aut seruare aut distrahere, prout ex re sua fuerit ,tñ si oculatius inspiciatur illa eadẽ causa ad eadem augendi cambiorum pretia. Nam propterea plures sunt qui cãbia quærunt, q̃ rarior est pecunia, est autem rarior, quia abscondita est, imo illa ratione abscondita vt augeantur pretia. Et re vera si ad normã aliorum pretium , vt mercatores volunt , varianda est cambiorum æstimatio , debent eidẽ subdi legi quæ solet a republica in alijs mercibus obseruari . Dum.n. multi sunt qui horrea obseruãt vnde annonæ charitas nascitur, compelluntur eadem aperire , & legitimo diuẽdere pretio, imo quãuis non compellerẽtur,peccatũ esset,eo q̃ cum res sint reipublicæ necessariæ, nõ possunt eorum dñi cõmunem iniuriã illo modo populũ affligere. Si ergo mercatores ita fatentur cambia esse necessaria profecto suo se mucrone iugulare vidẽtur dũ pecniã abscõdẽt, eo potissimum q̃ vix fieri põt sine aliqua specie monopolij . Nam si inter illos non conuenire vt bursas obserarent , vnus & forte alter aperiret cambium. Profecto res est mihi non satis comperta , nihilominus in hanc partem mihi ipsi propendere videor, quæ sit posterior conclusio . Vberior accipientium copia genere suo si caliditas omnis,& versutia caueatur, causa esse potest augendi cambiorum pretia , sicuti & raritas causa minuendi . Conclusio inde suadetur. Primum,quòd cambire monetã vnius loci pro moneta alterius,non solum licitum monstratum est,verum & necessariũ . Mox quòd numorum penuria vnius regionis causa est, vt minor tanti æstimatur quam alibi maior , cum ergo auctior numerus recipientium cambia causa sit vt minor habeatur pecuniæ copia quam dum rariores sunt, qui capiunt, colligitur vt hac etiam ratione augeri possit pretiũ . At vero adeo sunt multæ technæ ac doli , qui hac se statim ratione ad augẽda pretia insinuabunt,vt non absq; formidine & metu sit concussio in vsum admittenda. Est.n. res,quæ non tam in scientia posita est,quã in cõscientia & prudentia,& ideo optimorum cuiq. iudicio deferendus est huiusmodi vsus. Ad argumentum ergo quod in ver tice q̃nis proposuimus,respondetur,q̃ etsi pecunia non sit vendibilis,atq. adeo neque proprio pretio æstimabilis,ob id auẽ q̃ est campsibilis & commutabilis, põt pluris minorisq. æstimari,vt cum alia alterius loci commutetur. Ad aliud autẽm quod in super de fraudibus adiecimus, nihil aliud rndere possumus,quam q̃ vt dicebamus , cuique timoratæ conscientiæ iudicio relinquatur Nam etsi condemnandum simpliciter non sit, vt quis pecuniam suam veluti reliqua bona in tps,seruet,quo commodius ac magis è re distrahere possit, vix tamẽ,vt dictum est,absq. fraude fieri potest.

Postrema conclusio. Probat.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ arg.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum *cambium ad incertam solutionis quantitatem sit licitum.*

EX artic.proximo hic nascitur,vtrum scilicet cambiri possit pecunia præsens ac certa profutura, cuius valor incertus sit? vt si quis alteri centum ducatos numeret eo pacto, vt solutio fiat secundum æstimationem cambiorum proximarum nundinarum,aut Metinensium , aut Lugdunensium , aut Londinensium , enim refert Et apparet inde non esse licitum,quòd iustitiæ bilances periculo exponuntur , aut quod minus referatur quam collatum est, an (quod multo frequentius vsu venit) plus. Nam alterutrum contingat,violabitur iustitia. In contrarium autem est, quod cum liceat pecuniam ambiguo euentui committere,vt in ludo patet, & in sortibus non est cur id non liceat in forma cambij.

Argu.

Ad quæst duabus conclusionibus rndetur. Prior, si omnis fraus atque dolus procul absit , nullam per se habet rationẽ vsuræ qd̃ aliquis Mediolani, vel Parisijs, vel alibi pecuniam alteri conferat,nempe centum aut mille ducatos,siue in auro siue in argento(iam.n. sæpe dictũ est nihil referre) pretio cambiorum primarum nundinarum redhibendos. Confessio est etiã Caiet. in suo cambiorum opusculo , vbi procul

Prima conclu.

Caiet.

absit

abſit fraus, nempe primum, q̃ ſit æquilibre dubium pluris minoriſve ducatũ æſtimandum. Secundo q̃ ille qui confert, non ſit ille qui augendæ pecuniæ operam daturus eſt. Et ratio eſt plana: imo id licitum eſſe poteſt ſub forma mutui. Eſt.n. ſicut depoſitio, quam vadiationem appellant, hoc eſt poſitio pecuniæ periculo futuri euentus, vt etiam diximus de aſſecuratione. Accipe hac lege centum, vbi cambiorum pretia aucta fuerint, ſolues mihi plus, ſin vero, minus, vel æquale. Nam vtraq pars eidem ſubeſt aleæ. Caiet. Quin vero Caiet. in ſuo opuſculo cap. 6. aliud quid addit, quod neſcio an tuto affirmari poſſit, ſatiſq. doceri, nempe bifariam hoc poſſe cõtingere. Vno modo, in incertum reſtitutionẽ relinquendo, vt hac noſtra concluſione aſſertum eſt. Altero vero pacto, vt quod in dubio eſt, certa quantitate taxetur, Exempli gratia. Credo tibi ducatos nunc centum, valentes argentea, verbi gratia regalia mille, de quibus tamen dubitatur, vtrum in nundinis valituri ſunt mille, an forte mille ducentos. Poteſt inquit inter nos conuenire vt mihi referas mille centum, quod eſt medium illius exceſſus ſupra capitale. Huius autem contractus æquitatem profecto videre mihi non videor, imo citra dubium id minime licere crediderim. Primum enim aſſerta noſtra concluſio verum non habet, niſi eius moderamine temperata, nempe quod ſit æquale dubium monetam plus quam modo valituram aut minus, iuxta monitum capituli, illo ciuitate de vſuris. Vt ſi nunc centum ducati valent mille argentea, æquale ſit dubium, valorem æſtimandum in nundinis mille centum aut nongentis, tunc enim æqualis eſt alea. Si autem certum eſt quod ſint, vel quanti modo valet, vel pluris pendendi, non autem minoris, vt caſus habet Caietani, nequaquam profecto licet. Nam illud cambium diximus hic rationem depoſitionis, aut quam vocant vadiationis, aut ludi, in quibus debet euentus æqualiter in vtranque pendere partem. Item caſus hic ſecundus manifeſtum inuoluit mutuum cum lucro. Nam ſi cambium ſit non poteſt niſi res pro æquali cambiri, ſicut ſi modo tibi frumentum mutuarem. Quare non eſt ſimile de Secũ dũ. aliis mercibus iuxta tenorem cap. Nauiganti, quod qui ſeruaturus eſt merces, poteſt illas pluris vendere, ſi tempore quo a poſſeſſore erant vendendæ, plus erãt valituræ, qm̃ pecunia nequaquam vẽdi põt, ſed cãbiri. Quocirca ſi taxatur lucrũ, mutuũ eſt, q̃ vſuræ formam induit. Veluti ſi modo tibi frumentum mutuarẽ, & quia creditur plus valiturũ, eo te vinculo obligarẽ, vt pro decẽ modijs vndecim mihi reſtitueres. Ex his hoc colligamus documentũ, q̃ neq, ſecũm tenorem noſtræ ſecundæ cõcluſionis, licet genere ſuo vera ſit, tutum eſt hmõi cambia ad incertam ſolutionem facere. Nam ſemper illic abditui anguis, eo q̃ per quam rariſſime, imo poſſum us dicere, nunquã, dum hæc cambia fiunt, timetur minus pretium, ſed ſemper certũ eſt auctũ iri. Neque fiunt niſi ad perſonandas vſuras. Addit n qui indiget mercatorẽ aut campſorem, a quo pecuniam mutuetur ille autem nõ tenuit niſi rependatur pretio, currenti poſtea in nundinis, quia certus eſt lucri. Argumenti igitur in capite quæſt. obiecti concluſio conceditur, nempe ſecum id quod vt plurimũ contingit, non eſſe cambium licitum, quia iuſtitia periculo exponitur, argumentum autem in contrarium id tantum probat, q̃ ſi contingere poſſet æquale dubium futuri pretij in minus, quam valet, dum fit cambium, vt in maius licitum eſſet.

Documentũ.

Ad arg. facta.

ARTICVLVS V.

Vtrum cambium huiuſmodi, quòd intercalatis ac prætermiſſis primis nundinis in alias ſubſequens fit, ſit licitum.

IN hoc tandem poſtremo arti. concludere negotium reſtat totius campſorũ practicæ, vt quod lucidius reſereret lu culentiuſque examinetur, arguitur, quod liceat ſic eiuſmodi cãbia celebrare, vt propterea q̃ in tertias aut quartas nundinas fiant, pretium augeri poſſit. Etenim ſi hæc conditio cambium vitiaret, id præſertim, quod ratione dilatę ſolutionis aliquid percipitur, hoc autem minime accidit, ergo eſt licitum. Probatur poſterior premiſſa, qm̃ id pretij, vt campſores ſibi oſtendunt, non recipitur ratione temporis, ſed ob id, quod cambia quę in longius fiunt tempus minus ſunt cambienti fructuoſa. Nam ſi quam tibi Metinæ numeraui pecuniam, non mihi in Flandria in tempore numeras, cohibeor id cum lucro huc opportune remit-

Primũ arg.

he remittere, atque adeo pro illa quam facio iacturam, possum ex te amplius recipere lucri. Secunda ratio auctioris exigenda pretij dum solutio prorogatur, est, vt aiūt, quod dum cambia laxiora sunt, hoc est plus temporis ad soluendum indulgeretur plures sunt qui illa recipiant, vbi autem sunt strictiora, multo sunt rariores, quo autem qui recipiant plures sunt, eo cambiorum pretia merito augentur, sicuti in reliquis mercibus. Tertia Quia quo plus temporis collator cambij concedit debitori ad soluendum, minus ei negotium exhibet ad parandam alibi pecuniam quandoquidem maiori tempore facilius poterit parare. Ob idque non est iniqua accessio, quæ hac ratione ad pretium fit. In contrarium autem est, quod in huiusmodi cābijs manifeste augetur pretium ratione temporis, quod in licium est vsurariæ mutationis.

Secūdū argum.

Tertiū argu.

In campsorum praxi inter probos, atq; eos qui sunt circuuspectæ virtutis, nunquā male audiuit cambium, quo vt eorum sermone loquamur, nundinæ transiliuntur, hoc est proximis intercalatis ac prætermissis, solutio vsque ad tertias vel quartas, prorogatur. Nihilominus vero inter eos, de quibusdam ambigitur, quas intercalare & transilire necessarium ducunt, atque adeo existimant ratione illius dilati temporis augeri posse cambiorum pretia. Rememoranda ergo sunt nundinarum tempora quas 2. retulimus art. Diximus nanque a nundinis Maij Metinensibus, hoc est a fine Iunij, in vsu esse cambiri ad Flandrenses Septembris, id est ad mensem Nouembrē intercalatis nundinis Iunij, quarum solutiones fiunt toto mense Augusti, ob id q̄ cum solutiones Metinæ decima die eiusdem mensis absoluantur, nequeunt commode chirographa eodem mense transmitti. Item in nundinis proximis Riui Sicci, quarum solutiones absoluuntur mense Octobris, non cambitur ad Flandras Septembris, quarum solutiones durant toto Nouembri, quia non satis existimatur tempus illud ad transmittenda chirographa, sed cambitur ad nundinas Natiuitatis quarum solutiones fiunt in Februario. At denique a nundinis Octobris, quarum solutiones fiunt in Decembri, plurimum cambitus ad nundinas Resurrectionis, quæ Bergis celebrantur, quarumque solutiones fiunt in Maio. Et de hoc est maior dubitatio. Nam dimidiata quadragesima fiunt et iam in Flandria cambiorum quædam solutionis, licet non sint nundinæ. In hoc igitur tempus apparet commode mēse Decembri cambiri potuisse. Prætexunt sibi tamen mercatores hanc excusationē, quod tempus non est satis longum, tū præcipue, quia non fiunt tunc nundinę in quibus debitores ęs possint ad soluendum conficere, & id circo protelatur solutio vsque ad mensem Maium. Aiunt ergo quod cum trimestre tempus necessarium sit ad mittenda chirographa, nihil aliud quam ęquitas est ratione illius temporis pretium aliquod recipere, quod alteri indulgetur, vt commodius soluat. Et adhibent rationes quas proxime nos denarrauimus. Atque huic potissimum opinioni ansam porrexit decretum quorundam Parisiensium, anno Domini 1517. quo ad tria mercatorum quæsita respondentes, eam inertia responsione illis indulserunt licentiam, vt ratione temporis pretium possent recipere propter lucrum cessans, ac laborem, & industrias. Atque adeo adiecerunt, quod si intercalatis nundinis solutio in alias differatur, tūc quo longius fuerit tempus plus recipi potest. Fuerunt Colyphæi illius negotij duo fratres Coronelli, ciues nostri, alias profecto non pœnitendæ eruditionis & famæ, sed tamen in hoc, ipsorum etiam mercatorum confessione, ab scopo, vt salua eorum auctoritate dixerim tam de facto quam subinde de iure neque absque vlcere conscientiarum, mercatorum, aberrarunt. Ad quæst. ergo hac respondetur conclusione, quæ profecto nulli qui rem attente perspexerit, posse uidetur in dubium, uenire, Non modo nullatenus licet ob nūdinarum intercalationē & prætermissionē pretium recipere, imò si ex ipsa temporis conditione res perpendatur, neq. propter illud tempus quod inter cambium interstat & proximas nundinas Conclusio ex superioribus elicitur, quin uero ar. 2. est expresse demonstrata, sed maioris tū elucidationis, tum confirmationis gratia hic retinetur, nempe ut ostendamus argumentis suis cāpsores contra seipsos pugnare. Aiūt nanq; non recipi pretiū pro illo trimestri tempore quod intercurrit inter Hispanas nundinas atq. Flandras, sed quia non possunt chirographa citius mitti. Haud enim

Parisiēsium decretum.

Fundamentū.

Conclō rīsiua.

neceſſarium eſt habere ſtatos equos, quibus euollent, imò bellorum tempore fieri non poteſt. Nos autem fatemur equidem
Probō prima. tempus ad id muneris neceſſarium. Attamen tempus illud non debet in hoc ſeruire, vt diximus, vt qui pecuniam recipit, ſoluere poſſit commode. Nam ſi de præſenti non habet, fit vt propter expectationem pretium ſoluat, ſi vero habet, potius ei tempus ſeruit qui pecuniam contulit. Nam ua intereſt pecuniam recuperare, ac proinde chirographa mittere, quare nihil ratione illius temporis poteſt recipere. Itaque dicere ob id quod temporis intercapedo eſt mittendis contractus inſtrumentis neceſſaria, licere cambium caris fieri, repugnantiam inuoluit. Imò quomodocunque propter tempus illud quidpiam
Secūda. pendatur, ſignificatur mutuum, atque adeo vſura. Accipe aliarum rerum exemplum. Si ergo frumentum meum aut vinum, aut quiduis aliud cum tuis ſimilibus rebus commutarem, quas alibi habes eiuſdem omnino exiſtimationis, cuius meæ ſunt adijcerem tamē propterea quod tempus requiritur quo contractus miniſtris tuis innoteſcat, qui meis reſtituant, quidpiam mihi pretij ſoluere, profecto iniqua eſſet vſura niſi per exiguum illum ſumptū reciperem, quem in mittendis literis facerem. Sed perſiſtunt etiam tūc in ſua defenſione, dicentes. Fatemur illum qui in Flandria cambium recipit, non habere in prōptu pecuniam Metinæ, ſed expectare in nundinis, vendo ſuas merces, quas illuc mitti collecturum. Porro autem confeſſio hæc plus aperit rationem mutui. quandoquidem ob indigentiam temporis alter recipit, non loci ſicuti nobilis, ciuis ideo ab vſurario mutuatur, quod ſuos expectat prouentus quibus ſoluat. Et ſupra ſub tit de ſocietate diximus vſuram eſſe, ſi quis opifici lanam vel aliam materiam mutuet aut vē dat, vt cum fœnore ſoluat, quando ex ſuo artificio pecuniam colligerit. Eadem ergo vſura eſt, indigenti mutuare vt ſua negotiatione pecuniam congreget vnde ſoluat. Ad practicam ergo vt deſcendamus. Cambium quod Metinę fit menſe Decembri, nihil prorſus, vt reor, refert quando ſit ſoluēdum. Porro inquam ſiue cambiatur ad nūdinas Natiuitatis, quarum ſolutiones fiunt in Flandria in Februario, ſiue ad dimidiaram quadrageſimam, ſiue in nundinas Maij, nō poteſt neq; obolus recipi plus minuſve propter temporis prorogationem, niſi id forte quod in mittendis literis recuperandaq; pecunia diſpenditur, quod fere nullum eſt. Et idem pro comperto habet Caie. c. 6. ſui tractatus, nempe ex hoc, quod pecunia diutius occupata ſit, non poſſe pretio exigi, quia non inde fit res ipſa pretioſior. Qua vtique ratione S. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2 negauit licere rem carius vendi credito, quam numerata pecunia, niſi forte debitor in mora ſit, hoc eſt, ſtato die non ſoluat. Quod ſi qui campſorum partes agit reſpondeat ſolutiones fieri commode non poſſe, niſi nundinis, atque adeo faciendę ſolutioni neceſſarium eſſet tempus illud præcedens, hoc idem ipſum nos lubentes confitemur. Sed hæc eadem ſua noſtraq; confeſſio a nobis pugnat, cambiumq; vſurę cōuincit, ſi pretium ratione illius temporis petatur. Si.n. eius qui Metinæ pecuniam contulit, nihil refert vt illa primo menſe aut ſecundo ſibi rependatur, vſque ad primas nundinas, non eſt quod debeat quidpiam pretij auctius recipere, quam ſi eadē ſibi die ſolueretur. Nam vt ipſi fatentur nummi, qui in proximis nundinis ſoluuntur, pro præſentibus habentur. Si autem demū vel lucrum ceſſans, uel alios, labores, vel induſtriam ſibi prætexant ad inciuſtandum hoc pretium ratione temporis, iam ſupra q. 3. longe me arbitror hæc omnia exuſſlaſſe, Lucrum enim ceſſans nulla poſſunt ratione petere, etiam ſi millies rogati cambiant, tum quod ſua ſponte faciunt, tum præcipue quod a nulla alia cohibentur licita negotiatione, cum vt illic declarauimus, ſolis cambijs expoſitam habeant pecuniam. Atque adeo ſi genere obiecti vitioſum eſt cambium, nulla induſtria nullique labores digni mercede sūt. Quod quidem ſi doctores illi celeberrimi Pariſienſes ſupra nominati fuiſſent conſideratius meditati, nunquam tam patulam vſurarum occaſionem mercatoribus obtuliſſent. Sed eſſe vnde præcipitium ſit in huiuſmodi cambiorum barathrum. Nam etſi Socies campſores, qui rem perſpicienter habuerint exploratam, hæc forſan omnia nobiſcum fateantur, tamen multa cōminiſcuntur & cauſſantur quibus ſe protegant. Primum (in quo rei nodus cōſiſtit) dicere forte pertendent, q̄ etſi non liceat hoc genere cambij pecuniā niſi prę ſentem pro præſenti

Caieta.

S. Tho.

Suffu-
giū mer
catorū.

ſenti permutare, tamē hęc ratio præſentis non poteſt hic perinde atq. in reliquis mercibus perpendi. Primū quod forte dū Metinæ cambitur ignoratur cambiorum forū quod in Flandria currit vel Romę. Secundo, quod eſt vrgentius, quamuis modo id notum eſſet, neſcitur tamen an quando facienda eſt apud Flandria ſolutio aliquo inopinato euentu. malignior futurus ſit pecuniæ prouentus, an vero benignior. Qua varietate creſcere valor pecuniæ ſolet aut decreſcere. Tertio quod horum eſt confirmatio, ciuſmodi æſtimatio pecuniæ non fit in illa intercapedine quæ eſt inter nundinas, ſed in nundinis. Et ideo dum cambitur v. g. Metinæ mēſe Octobris, neceſſarium eſt vt referatur ſolutio ad aliquas Flādrenſes nundinas Lugdunenſes, nihil enim refert. Quare perinde eſt cambire a nundinis in nundinas, ac ſi præſentim pecuniam cambires pro præſenti, ob idq. nulla hic latet iniquitas. Quod ſi quis in contrariū hoc ar

Argu. gō exurgat. Si quādo Hiſpania fit cambiū, tunc de valore non conſtat Flandrēſis, aut Genuenſis pecuniæ, fit cambium in incertū, vt art. proximo dicebamus, & tamē non ſic fiūt ſed certo pretio. Do tibi tantum in Hiſpania, dabis mihi tantum in Flandria. Numero tibi tantum in Flandria, reddes mihi tantum cum fænore Metinæ. Ex quo conſequens fieri videtur, quod nō poſſint campſores illo incertitudinis clypeo ſatis ſe tuto protegere. Ad hæc autem reſpōdebunt, quod illa ratione potētior fieret vſurarium campus. Nam tunc qui pecunias Metinę numeraſſent, ea vterentur callidi-

Argu. alterum. tate, vt pecunia poſtea apud Flādriam minoris pēderetur quo locupletius eis lucrū obueniret. Et præterea ſi cambia non niſi in incertam quantitatis ſolutionem fieri poſſent, porro vel nulla eſſent vel quam rariſſima. Nam quot inuenias, qui velint ſuā pecuniam ſic fortuitæ aleæ committere? Imò vero & horum maximum adhibetur ex ſuperiori, arti. argum. quod cambia huiuſmodi in incertum non ſunt licita, niſi quando ſunt in vtrāque partem ambigua, videlicet quod plus ſis recepturus quam cōfers, vel minus. Et tamen cambia quę ſunt in vſu, non fiunt niſi cum certiſſimo lucro illius, qui prius pecuniam numerat. Nam & qui in Hiſpania prius confert denariolos quadringentos recepturus in Flandriā non niſi trecentos quinquaginta, licet perdere videatur lucratur tamen, vt ſupra dictū eſt. Haud igitur abſq. cauſſa diximus, hinc fieri præcipitium in cambiorum ſpinetum, vnde neque dicēdo extricare ſe homo poteſt, quanto minus ab eorum ſe periculo eripere, qui in re ipſa verſantur? Profecto prudenter ac ſaluberiter Alexan. 3. c. Alex. 3. In ciuitate, de vſuris ad interrogatum Genuenſis Archiepiſcopi reſpondit. Nempe quod etſi vendere res maiori pretio credito quam numerato, quādo dubium eſt an ſint plus minusve valituræ, non habeat figuram vſuræ, tamē conſulendō fore ciues, ne iſtis ſe fluctib. propter præſentanea pericula immergant. Nam vix ibidem poſſunt non latere fraudes quę Deo non celantur. Et ideo meritiſſima quotquot ſunt ſancti & prudētes viri, ab iſta numularia quæſtuaque arte deterrēt homines, & qui illi ſedent, male audiunt apud populum. At vero, ne nihil dicamus, neu totum cambiorum vſum ſtirpitus videamur conuellere, dicam quæ in re tam lubrica, pro meo captu admonere poſſum. Primum huiuſmodi cambia fieri non poſſunt in incertam ſolutionis quantitatē, propter argu. modo factum nempe quia ſemper eſt certum nō minus, ſed plus valituram reſtituēdum pecuniam quam ſit illa, quæ prius confertur, & niſi certi eſſent campſores aliquam ſibi factum in lucri acceſſionem, nunquam cābirent. Secundo hoc ſit etiam conſtitutiſſimum, quod temporis illius expectatæ ſolutionis nulla eſt ratio ducenda ad augendū pretium, ſiue in proximas, ſiue in tertias, ſiue in decimas nundinas cambitio fiat. Neque de hoc, ego ſaltem pro meo ingenio dubitare poſſem. Tertio & hoc etiā impræſentiarum admouerim, quod dum aliqua fit nūdinarum intermiſſio vt cambium in illas proferatur, in quibus ſperatur cambiorum pretium auctum iri, vſura metuenda eſt. Verbi gratia campſorum praxis eſt in nūdinis Octobris, quarum ſolutiones Metinæ fiunt menſe Nouembri, ad nundinas Reſurrectionis, quę fiūt Bergis in ēſe Maij cambirę, eo quod cū illæ ſint duriores plures q. adeo ſint, qui cambia ſuſcipiant, pluris illic æſtimatur pecunia. Atq. hac ratione cambia quæ Metinæ in illas nundinas prolatantur pretio fiora fiunt. Nam iam tunc non cambitur pecunia præſens pro præſenti, ſed pro illa quæ in futurum auctior ſperatur, prēterquam quod ſemper

Prima eſſentio.

Secūda.

Tertia.

ratione maioris dilationis plus inſuper recipitur. Hæc ergo omnia vſuraria ſunt cãbij. Et confirmatur hæc ratio, quoniam ſi illa futuri valoris ratio haberi poſſit in cãbijs, eadem ratio duci poſſet in cambijs proximorum locorum eiuſdem regni, immo & eiuſdem loci. Poſſet inquam quis numerare pecunias in nundinis Maij Metinẽſis reſtituendas ibidem in nundinis Octobris, eaſdemque cũ lucro, propterea quod petatur tunc auctum iri pretium, quæ tamen potentiſſima eſſet vſura, vt quæſtione etiam proxima repetentes monſtrabimus. Quocirca inter calatio ſolutionum dimidiatæ quadrageſimæ profecto non poteſt non eſſe ſuſpecta Igitur nullam aliam videre mihi videor legitimam cambiendi rationem, quam ſi ex præcedentibus nundinis illius loci ad quem cambitur, & ex præſentibus coniecturis æſtimetur, abſque fraude & dolo pecuniæ valor, qui eſt in præſenti aut in proximis nundinis, & ſecundũ illud ſolutio cambij cõſtituatur. Hoc enim eſſe cenſeo cambire præſentem pecuniam pro præſenti, & præcipue dum cambitur ad Romam & ad quemcunque locum, vbi non expectantur nũdinæ. Ex quo fit quod præteritio nundinarum nunquam fieri præſumitur niſi cum vſurarum fraude. Quod ſi dicas forſan tempore faciendæ ſolutionis res fore variatas, reſpõdetur, quod eiuſmodi pericula oportet te ſubire. Nam hæc eſt negotiatorum conditio & ſors. Etenim ſi vis pecuniam tuam adeo in tuto collocare, iam non eſt negotiatio, ſed vere mutuatio cuius gratia pretium iure percipere nequis.

Legitima cambiorum ratio.

Deſcendamus ergo ad ſuperiorum argumentationum reſponſa, quibus ſe ipſi mercatores ingulant quamuis illi qui rationem ſuarum habent conſcientiarum, bene vident nullius eſſe momenti, ſed illi hæc cogitant, qui ſuam volunt vſuram ſucare & incruſtare. Ad primum igitur reſpondetur, quod etſi cambia ad longius tẽpus non ſint adeo frugifera, neque tam cõmoda conferenti prius pecuniam non tamen ideo ſit conſequens, vt poſſit illius dilationis gratia pretiũ recipi. Alias omnes vſurarum nequitias excuſare a culpa valeremus. Nam vſurarius propterea ex longiori tempore amplius petit pretiũ, quod diutius habet ſuam pecuniam impeditã. Igitur qui noluerit hoc expectandi bene-

Ad primã arg.

ficium gratis conferret, non faciat eiuſmodi cambia, quia neque ſi improbiſſime ab alio rogetur, excuſabitur a peccato. Exponat ergo pecuniam ſuam aliæ negotiationi. Immo qui illam cauſſam allegat recipiendi pretium, ore proprio, ſuam fatetur nequitiam, ac ſi lucrum ceſſans recipere poſſet, quod vt ſuperius ac rurſus nuperrime dicebamus, iuſte nequit. Secunda vero ratio, nempe quod quo laxiora ſunt cambia plures ſunt qui recipiant, & ideo pretium augeri licet, non eſt præſua fœditate audienda. Primum, quia nõ ſunt cambia aliarum mercium trutina perpendenda. Præterea, quando accipientium multitudo inde emergit, quod plus temporis expectatur ſolutio, iam ſupra explicuimus quemadmodum non ſit iuſta cauſſa augẽdi pretia, eo quod radix manifeſtiſſimũ in fronte inſcriptum habet vſuræ titulum. Quare ridiculum eſt, quod in tertia ratione adhibetur, videlicet illud actius non recipi propter longius tempus, ſed quia indulgentur recipienti maiores induciæ, vt poſſit in loco ſolutionis parare pecuniam. Nam profecto idem eſt prorſus recipere ratione expectari temporis, atque ob id recipere, vt alter poſſit ſoluendam pecuniam parare, quam in promptu non habet. Hac enim prorſus de cauſſa qui ad vſuras recipit maiores ſoluit, quanto longius illi tempus conceditur.

Ad ſecũdum.

Ad tertium.

QVÆSTIO XIII.

DE RELIQVIS CAMBIORUM generibus.

ARTICVLVS I.

Vtrum cambia ad proxima loca eiuſdem regni ſint licita.

EDenſioribus ergo cambiorum ſpinetis emerſi, reliqua quę deciſu faciliora sũt, in hac poſtrema quęſtione proponamus. Et primo arguitur licitũ eſſe pro cambio inter duo loca eiuſdẽ regni pretiũ recipere. Nã loci diſtãtia huic negotio accidẽtaria eſt, atque adeo licet iuſtitia pretij violari poſſit, ſi non pro rõne diſtantiæ taxet, vſura tamen non poteſt committi, quandoquidem & transferre pecuniam ab vno in alium

Primũ arg.

in alium locum, pretio quoque æstimari poteſt. Secundo. Quia cum dictum ſit poſſe cambiri pecuniam vnius loci pro maiori alterius, quando pluris illic æſtimatur, eadem ratione id fieri poteſt in nundinis eiuſdem regni. Vt ſi cambium fiat Metinæ ad nundinas de Villalon, vbi ſperatur auctum iri pretium, poteſt illud in pactū duci Metinæ. In cōtrarium eſt quod eiuſmodi cambia merito apud viros probos vſuræ charactere inutuntur.

Secūdū

Ad quæſtionem tribus concluſionibus reſpondetur. Prima eſt. Si res ſyncere & cā dide, vt ſimpliciter ſonat, conſideretur, poteſt quidem pro cambijs inter quęcunque loca quantumuis propinqua pretium recipi. Hanc enim concluſionem prior earum rationum quas proxime faciebamus, demonſtrat. Si enim magnum pecuniæ pondus tranſmittendum tibi eſſe a Metina Hiſpalim, vel a Florentia Romam poſſet qui illam Hiſpali haberet vel in numerato vel in debitis eandem a te Metinæ accipere, & quia conſignat eam tibi Hiſpali, pretium recipere. At vero non amplius quam exiguum illud quo pernuntium poſſet mitti niſi forte non fictum ſed verum latronum vel alius, generis periculum itineri immineret. Nam tunc aliquantulo cumulatius eſſet iuſtum. Hæc autem pretia adeo ſunt exilis momenti, vt nihil apud campſores fiant. Quocirca adhibetur ſecūda concluſio. Pro cambijs intra regnum ſoluendis nulla poteſt æquitare pretium recidi. De illis enim loquor pretijs tantæ æſtimationis quanta camſoribus in vſu eſſe ſolet. Probatur, quoniam illa non fiunt cauſſa transferendæ pecuniæ. Quoniam ad id neque labores neceſſarij ſunt, neque propter itinerum pericula induſtria aut diligentia, quæ ſint aliquo pretio digna. Et ideo manifeſtum eſt eiuſmodi fœnus pro ratione temporis exigi quod differtur ſolutio Neque de hoc vllus eorum, qui bene morati ſunt ambit Tertia concluſio. Cambia quæ re vera eodem loco aut parum diſtanti in eadē prouincia redhibenda ſunt, licet fieri fingantur ad nundinas aliorum regnorum, neutiquam ab vſuræ labe elui poſſunt, ſed inter ea, quæ proprie dicuntur ſic cap. primum habent locum. Quare illa quæ Mediolani, verbi gratia fiunt per Genuam, aut Venetias, aut per Brugas: & Metinæ per Lugdunum, aut per Flandriam, ſi re vera qui Mediolani aut Metinæ recipit, non habet in illis locis pecuniam, neque ſperat habere, vt illic ſuoluat, ſed vbi recipit, indiget, & illic eſt ſoluturus, quidquid campſores fingant, impudentia cambia ſunt, vt ſupra ſub titul. de cambio ratione loci adnotauimus. Hæc enim ſunt figmenta & palliamenta quibus campſores nobilium bona deglubunt. Sciunt enim dum ciues qui mercaturam non exercent, cambia ab ipſis expoſcunt, nullos habere apud Flandriam numos, & nihilominus cogunt eos vt ad ſuos ipſorum campſorum miniſtros literas dirigant qui cambia remittant. Non ſolum ergo hominibus vt illic diximus, immo & Deo ipſi imponere iſti pergunt. At vero aiunt, nihil mea refert ſoluturus ne ſit mihi alibi an non. Porro autem his Sylueſter verb. vſura. 4. §. 9. quod quando campſor id ſcit vel præſumit, in vſuræ vitium mergitur, quia bene ſcit nullum recipere pretium niſi pro tempore, ſicuti ille facit, qui fictitios boues a ruſtico emit quos non habet, eoſdemque illi locat qui ſaluos ſuſtentet, & operarum mercedem ſoluat. Et quo vſuræ huius venenum apertius pateſcat, fac ciuium quemlibet qui non eſt campſor, illa calliditate tribuere alteri ſuam pecuniam auctiorem ſibi reſtituendam, nunquid non vt manifeſtarius vſurarius haberetur? Cur ergo non etiam campſor? Multo autem impudentius eadem fiunt cambia a Metina in Villalon, aut in alteram Metinam, quamuis in virtute eodem recidat, etſi nominentur per Flandriam aut per Lugdunum. Nam vt dicebamus, ſi in nundinis Hiſpanis facienda eſt ſolutio, eodem recidit. Quapropter illa cambia quæ in Italia intra eandem prouinciam fiunt, nempe Mediolani per Florentiam aut per Genuam, neſcio quo poſſint modo perſonari, ne appareant vſuraria, cum plane pretium non ratione loci, ſed ratione temporis, augeatur.

Prima conclu.

Rō concluſiōis.

Secūda concl.

Probō.

Tertia conclu.

Sylueſt.

Ad prius igitur argumentū iam reſponſum eſt. Ad poſterius autē reſpondetur, vt ſuperius dicebamus, q̄ intra eandem prouinciam fieri nō poteſt cambium præſentis pro præſenti pecunia diuerſo valore, æſtimata. Sicut inter diuerſas prouincias & regna. Nam in diuerſis prouincijs varietas inde prouenit, quod in vno loco pecu-

Ad primū arg. Ad ſecūdum.

niæ inopia laboratur in alia vero vbertate fruitur. In eodem autem regno diſcrimen hoc haberi non poteſt, niſi habita ratione diuerſorum temporum, vt ſi modo maior ſit copia & timeatur in futuris nundinis inopia, & ſub hac ſpe cambiri. vſura eſſet ratione temporis, vt ſuperiori quæſtione explicatum eſt.

ARTICVLVS II.

Vtrum cambia quæ licet at primas nundinas fiant tempore loco diſtantes, tamẽ quo longius diſtant pretioſius fiunt, ſint licita.

POſtremus denique cambiorum ſcrupulus eſt, vtrum quo proximæ nundinæ alterius loci diſtantius abſunt, prætioſius fieri poſſit cambium? Et arguitur a parte affirmatiua. Cambire in primas nundinas quantocumque tempore diſtantes, nulla eſt vſura, vt ſupra declaratum eſt. Quod ſi fiant extra regnum, poteſt maior pecunia pro minori, & econuerſo, cambiri, vt eſt etiam definitum, quo autem diſtantiores ſunt tempore nundinæ, plures ſunt qui cambiorum pecuniam perant ergo nihil obſtant quo minus cambium pretioſius fieri poſſit. Quando quidem vberiorem recipientium numerum pretium cambiorum auget, ſi ex corrupta radice non pullulet. In contrarium eſt quod augmentum hoc prouenire videtur ex hoc quod diutius expectatur ſolutio, quod vſuræ teſtimonium eſt.

Primũ arg.

Hunc articulum ob ea potiſſimum cambia adiecimus, quæ apud noſtrates in more ſunt, nempe propter cambia quæ inter Caſtellanos ac Luſitanos celebrantur. Enimuero ſi cambium ad nundinas eiuſdẽ prouinciæ fiat, iam ſatis dictum eſt non eſſe licitum plus recipere, propterea quod nundinæ plus diſtent. Nam illic ſola temporis ratio habetur. Quando vero cambiũ extra prouintiã fit, tunc eſt dubiũ, eo quod vel valor pecuniæ diuerſus in altero loco, vel tranſlatio videtur cambium iuſtificare dum nundinæ diſtantiores ſunt tempore. Praxis ergo cambiendi a nobis a Luſitaniam eſt, quod cum illic non ſint nundinę ſicut de Roma dictum eſt, non cambitur niſi ad certum tempus. Diuerſimode tamẽ a nobis ad ipſos quam econuerſo. Campſoria enim pecunia quæ Metinæ ſuſcipitur, ſoluenda eſt. Vlyſſipponæ poſt integrum menſem, & cum illic, vt de Flandria hoc tempore dictum eſt, non ſit tanta pecunię copia, pluris apud illos quam apud nos æſtimatur, ob idque ille qui Metinæ mille numerauit, licet aliquantulo minus recipe ret Vlyſſipponæ, tamen ſicuti de illo diximus, quæ Metinæ modo munerat & recipiat in Flandria, tantum recipit. Et ſi tantundem in forma recipiat, plus tamen recipit in valore. Et ideo cambiũ lingua noſtra vocatur, Ad par, hoc eſt quod idẽ prorſus recipitur quod confertur, cum tamen illud par Luſitaniæ valore ſit maius. Sed dicere poſſunt mercatores, ratione trãſlationis pecuniæ illud lucrum eſſe licitum Attamen in remiſſione quæ illinc ad nos fit, venenoſior latet anguis, Remittitur enim ad primas noſtratum nundinas. Sed quo plus diſtant, plus mercedis exigitur, & ſolent plurimum quatuor menſium inducię concedi. Obtendunt autem campſores non illud plus recipere propter tempus, ſed quia plures tunc ſunt qui cambia recipiant. Et quidem Caietan. in illo ſuo celebri opuſculo, cap. 7. huic campſorum cauſſæ aperte fauet, admonet ſiquidem diligenter notandum non eſſe ſufficiens ſignum iniuſti contractus minus dare pro cambio, dum tempus multum interiacet ante nundinas, pluſque quando proximæ ſunt nundinæ, hoc eſt campſorem qui prius numerat minus dare quando diſtantiores ſunt nundinę, plus autem quando ſunt propinquiores, vt eandem recipiat pecuniam, id eſt plus lucrari propter longius dilatum tempus. Sic enim eſt obſcura eius litera explicanda. Nam forſan, inquit, hæc conſuetudo introduci potuit, propterea quod ad longius tempus pauciores ſunt campſores qui locum habent venditorum, pluresque cambia recipientes. At vero profecto niſi ego grauiter decipior, non poſſum non mirari quod hanc indulgentiam vir tantæ eruditionis campſoribus obtulerit. Ad quæſtionem ergo duabus concluſionibus reſpondetur, ad cambia quæ ad Luſitaniã fiunt peculiariter accommodatis. Prior. In pretium miſſionis pecuniæ hinc illuc recipi quidpiam nequit, niſi quanta æſtimaretur ſimplex tranſlatim pecuniæ, iuxta formam explicatam quæſtione ſecunda. Itaque ſi centum ducati qui Mætinæ

Caiet.

Explanatur q̃ſtio propoſita.

Prima concluſ.

næ mille centum argenteis regalibus æstimantur, valent Vlysſipponæ mille forſan tercentum campſor non poteſt recipere Vlysſipponæ niſi mille centum, & tantillū forte inſuper quantum valeret illa tranſlatio, quæ profecto dum per literas fit, non magno æſtimanda eſt. Quocirca cum, vt vſus habet, longe plus recipiatur, eiuſmodi cambia culpa non carent. Poſterior concluſio, Neq. remiſſio pecuniæ illinc ad nos maiori prorſus digna eſt quam eiuſdē pecuniæ tranſportatio valere. Has ſimul concluſiones, vnica ratio ex ſuperioribus collecta ſatis probat. Pecunia enim vnius loci non poteſt in alium cābiri niſi altero duorum modorū, vel ratione translationis pecuniæ, vel quia in vno loco propter eius raritatem pluris æſtimatur quam in altero, in quorum neutro nulla haberi poteſt tēporis ratio, ſed laboris in tranſportando, & præſentis æſtimationis amborum locorū. Sed refulget hic lucentius ratio occluditur que magis via palliandi vſuras, propterea quod nullum his patet ſuffugium ad nundinas, quæ quidem in Luſitania non fiunt, vt expectetur quantum illic ſit valitura pecunia. Præterea quod in remiſſione inde ad nos manifeſta committatur vſura palam inde fit, quod quāto maius eſt temporis interſtitium vſq. ad nundinas, maioris æſtimantur cambia. Et quo ad argumētum a nobis præfactum, ac perinde ad opinionem Caietani reſpondeamus. Manifeſtum eſt quod numeroſior multitudo recipientium cambia non a iunde enim naſcitur quam quod laxiores indulgentur ad ſoluendum inducię. Quare illa de cauſſa augere prætia, manifeſta eſt iniquitas. Secus ſi (vti quæſtione præcedenti diximus) idem receptorum numerus aliunde augeretur. Præterea, & inde deregitur vſu æ facies quod campſores Metinenſes propterea ad id cogunt cambiorum receptores ad ſoluendum primo mēſe, vt inde poſtea longior ſit temporis diſtātia vſque ad proximas nundinas vt locupletius remittantur. Sed rogant forte campſores quomodo cambient? quia non poteſt primo menſe ſibi Vlyſſipponæ pecunia ſolui in numerato, propter eius qui illic eſt raritatem, ſed in remiſſiuis chirographis, & ideo coguntur illo tempore cambire quo proximæ nundinæ longe diſtant. Reſpondetur autem ita iuſte cambire poſſe, ſi nullam prorſus temporis rationem hēant, hoc eſt eodē prorſus pretio cambiant, dum nundinæ per quatuor menſes abſunt ac ſi intra menſem eſſent. Haud equidem neſcio quam plurimos ab alijs multiplicari cambiorū modos, quos nos conſulto miſſos fecimus tum quod adeo ſint obſcuri vt nulla enus poſſint lectorē informare, tum etiam quod omnia ſummatim fundamenta me arbitror tradidiſſe, per quæ de ſingulis poteſt quiſq. oculatiſſimus iudicare. Nam fateor, niſi qui mediocris fuerint ingenij, & attenta conſideratione rē fuerint ſpeculari, præterea ab ipſis campſoribus, inſtructi, non poſſunt ad tanta quanta hac arte accidunt ambigua, reſpondere. Bellorum enim calamitas, quam ciuium pecca a in rempublicam inuehere ſolent, in cauſſa potiſſimū eſſe conſueuit, vt reges pecuniam vndique & maxime ex famoſis nundinis cambiorū via corradāt. Atque hac de cauſſa cambiorum turba & ſæpe præter legem permittitur. Sed fieret multo conſultius ſi in tali calamitate. Rex ſecum tantum eandem ſineret cambia fieri, cęteris vero interdiceret, nam cum non ſit par in cæteris, ac in ipſo neceſſitas, non debet fieri conſequens, vt ſi cum rege fiant, fieri debeāt cum cęteris. Quamuis quæ perſonatæ vſuræ ſunt, neq. cum rege licitæ fiunt.

De miniſtris autem cambiorum, per ea quę ſuperiori libro de vſurariorum famulis dicta ſunt, iudicari poteſt, quamuis in cābijs celebrandi noua quæpiam de illis ad notanda ſuperſunt. Et enim dubium an qui cābium nomine aliorum recipit, tuto id faciat. Exempli gratia. Sunt locupletiſſimi mercatores qui regi potiſſimum pecunia ſuccurrunt, neq. in genti fœnore, ſed aiunt tanquam eius miniſtros ſe ex multis locis campſoriam colligere pecuniam, quā ei contribuant, & ideo mundos eſſe ab omni vſuræ labe, ſi quas vſuras ſoluunt ab ipſo recipiant. Hic autem multa ſunt cōſideranda, Accipere enim nomine regis dupliciter contingit, immo vero vno tantum contingit re vera modo, ſed ipſi alterum fingunt. Ille inquam proprie cambium accipit nomine regis, aut alius magnatis, aut mercatoris, qui tanquam eius famulis id exequitur, puta quia eius œconomus, eſt vel a ſecretis, &c. itaq. ipſe non fit debitor cambij, quod recipit, neq. poſtea tanquam ſuum tribuit regi, ſed rex eſt qui per illum recipit.

Poſterior cōcluſio.

Probō vtriuſq. conclu.

De cambiorum miniſtris.

Dubiū.

Scrupulus.

Solutio.

Solutio

recipit. Et talis miniſter nullam vſuram committit, ſed accipit vice domini ad vſuras, quod vrgente neceſſitate licite fit. Sed alius eſt qui licet fingitur miniſter regis, non eſt, tamen, nempe mercator aut campſor qui aliunde ad vſuras accipit vt regi ſub eiſdem vel maioribus tribuat. Exempli gratia Petrus accipit a Paulo & a Ioanne &c & dat regi, itaque rex non cambit cum Paulo vel Ioanne, ſed cum Petro, qui fit dominus pecuniæ. Hic ergo perſonatus fit regis miniſter, cum officium campſoris exercetur & ideo accipere ad vſuras, peccatum illi eſt, non ſolum quia id facit abſque propria neceſſitate, verum quia ad vſum illicitum accipit, ac perinde ea ſub vſuris regi tribuere, aliud eſt ei nouum peccatum vſuræ. Id quod ex alio eorum vſu fit etiã apertius. Aiũt enim quod qua ratione poſſunt aliunde ſub fœnore pecunias diſquirere, quas regi tribuant, poſſunt & ſuas tribuere proprias. Hoc ergo non faciunt nomine alterius, ſed proprio. Quare de iſtis citra dubium vllum, ſi cambia faciant vſuraria, vere vſurarij ſunt. De cambiorum autem proxenetis, hoc eſt de intercurrẽtibus conſtituentibuſque inter partes cambiorum pretia, non dubito quin adeo ſint vſurarium miniſtri, vt eodem conuoluantur vitio, quamuis peius illi qui factores campſorum ſunt, & ipſorum nomine cambia faciunt. De his ergo factoribus qui aliorũ nomine cambia faciunt, magna eſt dubitandi ratio, quando & quomodo ad reſtitutionem teneantur. Ad quod ideo in calce huius diſputationis reſpondere pro captu noſtro eſt operę pretium. Et quidem ſi ſciẽtes ad prudentes vſuraria cambia faciant, ad reſtitutionem indubie tenentur, idque ratione acceptionis quæ illis peccatum eſt, etiam dum nihil ſibi lucri acquiſierint. Si autem ignoranter & bona fide, arbitrantes cambia eſſe licita, vſque adeo, vt (ſi accidere poteſt) ab omni ſint culpa incolumes, liquidum eſt non teneri ratione acceptionis, teneri tamen videntur ratione rei acceptæ, cum poſtea cambiorum iniquitatem reſciuerint. Saltem dubio procul tenẽtur, quando aliquid lucri apud ipſos remãſit. Si vero nihil illis prorſus ex lucro prouenerit, ſtare in primis tenentur ſolertiſſime operam vt illi quorum nomine cambia fecerunt, reſtituant. Si autem id perficere ne queant, tũc meritiſſimo dubitatur, an ijdẽ ipſi reſtituere teneantur. Neque dubium facilis ſolutionis eſt. Enimuero quod nulla tenus teneantur, ex illis radicibus argumẽtum corruitur quas libro quarto ſub titulo de reſt. iecimus. Haud enim aliũde quã ex altero duorum capitum vinculum reſtitutionis naſcitur, ſcilicet aut ratione acceptionis, aut ratione rei acceptæ. Qui autẽ accipiendo nullam prorſus commiſit culpam, non tenetur ratione acceptionis, niſi in mutuo & ſimilibus, vbi promiſit reddere. Hoc patet vtroque iure, nam tota lex Aquilia, quæ de iniur. & damno dato ſcripta eſt, nemini actionem dat niſi contra eum qui in culpa fuerit. Et extra, de iniu. & damno dato, can. ſi culpa. non dicitur ſi cauſſa tua ſed ſi culpa tua datum eſt damnum. Vnde neque in practica, neque in foro exterioris iudicij, vllus damni aut iniuriæ cõdemnatur niſi qui in culpa fuerit ſaltem leuiſſima. Accidit & quod ſupra diximus, quod ſi quis a latrone partem furti dono ſuſceperit quod conſumpſerit, neque factus fuerit inde ditior, nullatenus teneri, iſti ergo factores ratione acceptionis non tenentur, neque apparet teneri ratione rei acceptę poſtquam nihil prorſus lucri eos tetigit. Hæc argumenta hanc profecto negatiuam partem concluderent, niſi quod ignorantia iuris nunquam, aut vix vnquã, prorſus excuſat, niſi homo ſit agreſtis, & ius valde reconditum. Cambiorum autem vſus adeo publicitus male audit, vt nemo ſibi prætexere queat excuſationis clypeum, niſi peritos bona fide conſula, quin vero peritiſſimos atq; homines periculoſiſſimã artem eſſe. Quocirca ego non auderem ictus prorſus ſaltem a toto excuſare. Sed ſi ſoluendo ſunt, tenentur creditores conuenire, & cum ipſis de re componere vt aliquid ſoluant, aliquid vero eius condonetur.

De cambiorum proxenetis.

Dubitatio.

Primũ argum. a parte negatiua.

Argu. 2.

Solutio.

Finis Libri Sexti, de Iuſtitia & iure.

FR. DOMINICI SOTO
SEGOBIENSIS, THEOLOGI,
Ordinis Prædicatorum.

Liber Septimus de Iustitia & iure.

PROEMIVM.

HACTENVS de iustitia, & iniustitia, earumque partibus subiectiuis, hoc est speciebus huic virtutis generi subiectis, dictum est. A modo de partibus eius potentialibus, ideſt, illi annexis subsequitur vt dicamus. Dicitur enim pars potentialis virtus illa, quæ cum non sit eius directè subiecta species, eo quòd non omnimoda ratione cum illa conuenit, nihilominus propter aliquid, quod vtrique commune est, ad illam ceu ad capitalem reducitur. Exempli gratia: Absoluta iustitiæ ratio tria comprehendit. Primum quòd est vnius ad alterum, secundum, quod versatur circa debitum, ac tertium, quod æqualitatem soluti ad debitum constituit. Liberalitas autem licet non versetur circa debitum, est nihilominus ad alterum, cui per ipsam beneficium confertur. Ob idque licet non sit iustitiæ species, reducitur tamen ad illam ceu pars eius potentialis. At religionis virtus quæ inter nos & Deum consistit, circa debitam quidem reuerentiam & famulatum, quem ei debemus, versatur. Sed tamen quia Deo, vt auctor est 5. Ethic. Aristoteles æquale reddere non possumus: hac ratione, a vera ratione iustitiæ deest, quapropter reducitur ad iustitiam tametsi ratione obiecti longè sit quam illa præstantior. De liberalitate autē misericordia, deq. id genus cæteris, quæ longius a iustitia distant, nihil præsenti Opere tractare decreuimus, sed de religione. Neque vero de cunctis eius partibus abirèt enim Opus in immensum, sed de his tantum quæ cum iustitia coniunctiorem habent affinitatem nempè de voto, quippe quod reddere ad finem pertinet quæ est iustitiæ fundamentum, ac de decimis, & simonia, quæ, nisi quod materia differt, simillima est vsuræ, sacrilegaque iniustitiæ species, & postremo de his quæ ipsi vicissim, præsertim episcopi, tum populo, tum ecclesiis debent, tam in eleemosinis quam in residentia. Præsens ergo Septimus liber in voti sermone versabitur. Neque nobis vitio dandum est, quod ordinem quodammodo D. Thom. non insectamur. Nam tum quod decimarum tractatus simoniæ disputationi affinis est, quæ voti sermonem subsequitur, tum etiam, quia spontaneæ promissionis consideratio illam antecedit, qua obligatio consideratur reddendi id quod debetur, in hoc septimo agere constituimus de voto quo Deo aliquid vltro promittitur, & in subsequenti de oblationibus ac decimis, quæ eidem debitæ sunt. Aristot.

QVÆ-

QVÆSTIO I.

DE SVBSTANTIA VOTI.

S. Tho. 2.2. quæſt. 88.

ARTICVLVS I.

Vtrum votum ſit alicuius rei poſſibile, ad quam vi præcepti non tenebamur.

HVNC ſtatim in fronte articulum proponimus. Vtrũ votum ſit rei alicuius poſſibile, quam antea vi præcepti non debebamus? Nam ſi nihil eſt quod Deo non ſit vigore præcepti debitum, inanis eſt nouendi religio. Et arguitur a parte negatiua. Nihil operis præſtare Deo poſſumus, quod ei non ſit à nobis tenore præcepti dilectionis ſuper omnia debitum, ergo vanum eſt quidpiã vouere. Probatur antecedens. Tenemur eũ diligere ex toto corde, ex tota mente, & ex totis viribus, ergo nihil eſt, quod virtute huius maximi mandati, nõ illi debeamus. Secundo, ille nos de nihilo creauit, ſuaque miſericordia paſcit, & ſuſtentat, ergo quidquid ſumus, atque adeo quidquid operari poſſumus, illi debemus immo vere, vt etiam Ethnicus ipſe Ariſtot. 5. Phyc. agnouit, nihil ei poſſumus pro ſuſceptis beneficijs par rependere nihil ergo ei alias indebitum ſpondere poſſumus. In contrariũ autẽ reclamat tota ſcriptura ſacra, vt Deut. 23. Cum votum voueris. Domino Deo tuo, non tardabis reddere, & Pſal. 75. Vouete & reddite Domino Deo veſtro.

Primũ argum.

Ariſtot.

Han quæſtiunculam, licet ſcholaſticis inſolitam quam ſuperficie tenus in calce ſecundi libri tetigimus, toti huic noſtræ diſputationi præ foribus affiximus, vt Lutheranis obuiam occurreremus qui hanc vouendi religionem futilem & commentitiã contendunt. De quare illos lib. 3. de natu. & gra. cap. 2. in iudicium detulimus. Lutherus inquam in ſuo damnato Opere De uotis monaſticis demoliri nititur morem hunc eccleſiaſticum, quoniam res eſt, inquit ſine auctoritate & exemplo ſcripturæ, merumque ac pernicioſum hominum inuentum. Audi monachum, quanto impetu ſuum euomat inſtitutum, idque poſtea Lutherani in ſuis dogmatibus cõfirmare ſtuduerunt. Fuit n. Lutherus omnium hæreſum Vvicleff fidus atque impudens renouator. Ille quippe molimen hoc fuit antea molitus. Contra quem celeberrimus Thom. Vvald tom. 5. de ſacramentalibus, tit. 9. ca. 83. & 84. doctiſſime, diſertiſſimeq. de hac re diſſeruit. Sed vt alios omittamus rationem originemq errorꝭ huius, vt nos loco citato explicuimus, ex duobus fontib. Lutherus deduxit. Primus fuit, ꝙ putauit præcepto dilectionis Dei ſuper omnia teneri nos ad omnia opera officiaque illi oferenda, quæ facere poſſumus, vt in primo argumento dicebamus. Vnde continuo intulit, non ſolum nullum eſſe opus quod non ſit natura ſua præceptum verum & nullatenus mortales in hac vita poſſe illud præceptum ſatis implere. Quapropter ait quemcunque quantumcunque iuſtum in omnibus operibus delinquere, vt arti. 31. & 32. ad Leonem adſtrui. Quoniam arbitrabatur hunc dilectionis modum quocũque præcepto cõcludi, quem quidem modum cum pro ratione præcepti adhibere non poſſimus, quocunque opere delinquimus. Sed tamen miſericordia, inquit, Dei eſt, quod non nobis eandem omiſſionem imputet. Ex quo ſibi ipſis inferunt nullum eſſe ſuper erogationis opus, qđ eſſe queat peculiaris materia voti. Alter iſtorum putidus fons extitit, quod opera iuſti debent liberrime fieri, votum autem neceſſitatem infert ac ſubinde libertati obſtat. At ſecundi huius capitis error quæſtio ſubſequenti monſtrabitur. Primum tamen expugnauimus loco citato, nimirum oſtendentes quemadmodum an illa blaſphemia perſiſtant, quòd Deus nos ad impoſſibile obliget. Hæc autem expugnatio nihil ad præſens. Sed idcirco de hoc errore meminimus, vt radicem panderemus ex quam illas in nos blaſphemias deprumunt, porro quod diſtinguamus a præceptis conſilia, cum tam omnia ſint præcepta comprehenſa. Item quòd putemus aliqua eſſe opera ſupererogationis, per quæ homines & nos præcipue monachi ſatisfacere gloriamur non ſolũ pro noſtris, verum etiã pro alienis delictis, de quibus ſubinde ſupererogationis operibus vota emittim⁹. Fuit tñ hæreſis hæc aduerſus Pelagianos cõdẽ

Auctor libro de natura & gra. Luther.

Vvulcleff. Thom. Vvaldenſ. Genuimus fõs vnde Luther præteritum errorem hauſit.

nata,

Aug. nata, vt refert Aug. in epistola ad Paulin. Vbi ex decẽ eorum erroribus illũ quintum facit, qp diuites baptizati tenerentur renũtiare omnibus diuitijs. Conclõ catholica. Rñdetur ergo ad quæstionem catholica conclusione. Prẽter opera præceptorum supersunt alia non debita, quorum uotum emittere iustum est, Prima probatio. ac celebre religionis officium. Conclusio tum frequentibus vtriusque instrumenti testimonijs stabilitur, tum etiam locupletissimis sanctorum exemplis, ac subinde ineluctabili ratione. Oracula enim veteris legis iam cœpimus ex Deut. 23. citare, & ex Psal. 75. Extat, & Num. 6. lex. Vir siue mulier cum fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint dño confectare, a vino & omni quod inebriare potest, abstinebũt. Et Eccl. 5. Si quid uouisti Deo, ne moreris reddere. Et Prou. 20 Ruina est homini deuotare sanctos, & post vota retractare. Neque vero se satis ab his iaculis ab clypeo illo protegunt, quod vetus lex iam pridem cum suis præceptis est antiquata, nam hæc non ex ceremonialib. habetur, aut iudicialibus quæ abolita sunt, sed plane inter moralia quæ naturæ iure perdurant. Immo vero quo istorum cæcitas apertius deprehẽdatur, Ethnicorum mos locupletissimo testimonio est ipsissimo naturæ iure hanc vouendi religionem fundari, sane quibus semper vbique terrarum solemne fuit tam rebus afflictis, quam prolætis victorijs vota suis delubris nuncupare. Vnde Liuius lib. 1. Tullus, inquit, in re trepida duodecim vouit Salios sanaque pallori & Pauori. Et Psaltes legem prospiciebat Euangelicam vbi aiebat. Imola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua. Sacrificium. n. laudis sacrosanctum conuiuium nostrum Proba- est, cui conuenit reddere vota. Mox & patio secũ da. trum exempla perpetuo durant, vt illa imitemur. De Iacob autem legitur Genes. 28. votũ vouisse Deo. Et de Anna Samuelis matre. 1. Reg. 1. Et vt reliquos sileamus ex illo Lucæ 1. Quantum vtrum non cognosco, clare colligitur sacratissimæ Virginis votum, vti Aug. asserit in lib. de nuptijs & concupiscentia & refertur 27. q. 2. causa sufficiat. Et in noua lege de Paulo legitur Actu 18. totõ disse sibi caput in Cẽchris, quõd haberet votum. Et in Euangelio Matt. 16. constat votorũ instituta Christo esse probatissima. Ait. n. primum esse eunuchos, qui se castrauerunt, hoc est, sua sponte, absque legis vinculo, propter regnum cęlorum. Et ne contra cum Lutheranis existimareunt præceptũ, subdit. Qui potest capere capiat. Cuius instar ait 1. ad Cor. 7. Pau. De virginibus præceptum nõ habeo, consilium autem do. Deinceps subsequitur adolescentis historia, qui Christũ interrogatione pulsans quid faceret, vt vitam haberet æternam responsum accepit, vt seruaret mandata. Cui rursus dicenti cũcta a iuuentute custodisse, respondit Christus. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quę habes, & da pauperibus, & sequere me, vbi aperte perfectionis statum a præceptorum materia discreuit. Ait. n primũ. Si vis ad vitam ingredi, tanquam de re necessaria. Quare vt legitur Marc 10. postquam adolescens rndit omnia seruasse, intuitus eum Christus, dilexit eum. Vnde fit consequens, non fuisse mentitum, licet Hieron. & Orig. ad contrarium annuere videantur. Ob idque Dominus cupiens eum ad vberiorem frugẽ promouere, culmen ei perfectionis monstrauit, quo post præceptorum fundamentum in consilijs prominet. Quocirca illico Petrus publico Apostolorum nomine subdit. Ecce nos reliquimus oĩa, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Super quo loco Aug. lib. 17 de Ciuit. Dei, ca. 7. ait, Hoc votum potentissimi vouerant, iuxta illud 1. Reg. 2. Dans, votum vouenti. Constat ergo Apostolos voto se obsequio Christi consecrasse. Hæc aut non est loci petentis locupletius disserere, quæ rursus q. 3. sub titulo de voto religionis, in mentem redibunt. Sed expediebat statim in libri vestibulo rationem patefacere, cur extra præcepta materia pateat multa vouendi, quæ non sunt lege debita. Ratio ergo conclusionis de cõ Rõ contrario principio, quam quo Lutherani nituntur ducitur hęc. Plurima extant opera, ad quę nullum nos cogit præceptum, multaq; alia, a quibus neque legis prohibitio nos arcet, ergo voto possumus & ad illa nos obligare, & ab his nos cohibere. Probatur antecedens. Prouidentissimus Deus in edendis legibus, quibus nos cogeret nõ tantũ ad id aspexit, quod nos illi procreationis beneficio deberemus, quodq; a nobis posset absoluta auctoritate exigere, sed cũ omnia suauiter pro cuiusq; conditione disponat ad id prorsus quod vniuersi mortales secundum imbecillem naturam nostram

Hiero. Orig.

Aug.

clusion.

noſtram præſtare ſufficiebamus, nam lex omnes æque obligare debet, atque ad id maxime, quod tum ad eius cultum, tũ ad noſtram mutuam charitatem neceſſariũ erat. Hoc autem non eſt quidquid vnuſquilibet totis ſuis viribus afficere poteſt, ſed ea prorſus quæ in Decalogo continentur, & quæ illi tanquam ibidem implicita appendent, ergo reliqua omnia in noſtra ſunt poſita libertate, facerene ea velimus an ſecus. Idq; apertius confirmatur Deus naturæ auctor, præter ſacrorum decreta nihil nobis aliud edixit, quam quod ipſa præcepiſſet, natura autem non obligat vniuerſos vt vnuſquiſq; quantum põt, faciat, ergo neq; Deus. Alias non oẽs ex æquo ſuis legibus obligaret, cum non omnes æqua valeant. Eſt ergo nihil minus quam veſania ſic de Deo ſentire vt iſti prædicãt. Colligamus igitur multa nobis eſſe extra præceptorum lineam arbitraria & libera, quæ ſint nobis votorum materia. Adde, quod votorum materia, vt paulo inferius patebit, non modo ſunt conſiliorum opera, verum & præceptorum. Sed hactenus locuti ſumus de illa peculiari, quæ non niſi voti obligatione ſit debita.

Confirmatio.

Ad primũ igitur argumentũ in contrariũ, negamus maximo illo dilectionis mãdato omnia complicari opera, quæ quiſq; exhibere poteſt, ſed ſatis eſt ſic tota mente & anima & viribus Deum diligere, vt nihil eidẽ dilectioni aduerſum admittamus, quod quidem in hac vita per Dei fauorẽ & ſubſidium implere poſſumus. Dupliciter quippe, vt 2.2.q 10. 4. art. 6. auctor eſt S. Th. præceptum hoc impleri poteſt. Vno modo perfecte, ſ. dum ad fidem peruenitur quem Deus intendit qui ſane eſt, vt homo ſe illi omnimodo amore cõiungat, vt neq; venialiter delinquere, nec alium admittere amorem queat. Atq; hoc fiet in patria, qñ ſcd'm verbũ Apoſtoli 1. ad Cor. 15. Deus erit omnia in omnibus. Vnde Aug. lib. de perfe. iuſt. Illa, inquit, plenitudine charitatis patriæ præceptum illud implebitur. Diliges Dñm Deum tuum ex toto corde tuo. Sed alio modo impletur imperfecte, qñ ſ. etſi non perueniatur ad finẽ, tñ a regula non receditur, quæ illuc ducit. Et iſto modo impletur in via. Quare impletio hæc non eo dr imperfecta quod nõ ſufficiat ad euitandam culpam, ſed quòd per ipſam non aſſequimur fidem. Vnde idem Aug. lib. de ſpiritu & tit. c. 26. inter militantem vitam & triumphantem ſic dĩ ſcernit quod ad iuſtitiam huius vitæ quæ illo dilectionis mandato præſcribitur, ſatis eſt non peccare. Neque id, inquit, deputandum eſt culpæ, quod nondum poteſt hic eſſe tanta Dei dilectio, quanta illius erit, dum a nobis conſpicietur. Ad ſecundum autem reſpondetur, quod licet quidquid ſimus, figmentum Dei ſimus, nõ tamen quidquid operamur, ei virtute præcepti debemus, vtpote qui ſuas leges naturæ noſtræ tenuitate admeritus eſt.

Ad primũ arg.

D. Tho.

Auguſt.

Ad ſecũdũ arg.

ARTICVLVS II.

Vtrum votum in ſolo voluntatis propoſito perficiatur.

SVppoſito, votum eſſe poſſibile propter liberam materiam, qua extra præceptorum obligationem ſuperſit, quæritur de eius ſubſtantia, quæ per definitionem innoteſcit. Atqui ordine Peripatetico prima inueſtigatio eſt de genere, ac ſubinde de forma definitionis, ſecũda de materia. Primum exploratur in hoc articulo, atq; alterum in ſequenti. Compertiſſimum ergo cum ſit, votum eſſe actionem humanam, quæritur cuiuſnã ſit potentiæ actus verum, ſcilicet ſit voluntatis propoſitum, an uero intellectus promiſſio Et arguitur, quod ſit propoſitum. Eſt enim multis recepta definitio voti, quod ſit conceptio boni propoſiti cum animi deliberatione firmata, qua quis ad aliquid, uel faciendum uel non faciendum ſe Deo obligat, propoſitum autem huiuſmodi firmum ſolo uoluntatis motu perficitur, ergo uotum in tali propoſito conſiſtit. Secundo & uox rẽ ipſam oſtendit. Dicitur. n. uotum a uoluntate, nam id quiſque proprio uoto facere dicitur quod uoluntate facit, cum ergo promiſſio non niſi rationis opus ſit, ſit conſequens, ut in uoluntate uotum conſiſtat: Tertio. Illic uotum perficitur, unde obligatio naſcitur, nam hæc eſt uoti gemina uirtus, obligatio autem ex ſolo propoſito abſque ulla promiſſione exoritur, ergo illic uotum conſummatur. Probatur minor. Per hoc, quòd quis mittit manum ſuam ad aratrum, obligatur ad opus, ſecundum illud Luc. 6. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpicens retro,

Primũ argum.

Arg. 2.

Arg. 3.

eſt

ēst aptus regno Dei, nempe quòd obligationem frangit, per hoc autem, quòd quis opus proponit, mittit manum ad aratrū, ergo illic fit obligatio, atque adeo votum. In contrarium est illud Eccles. 5. Siquid vouisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Vbi quod prius nominatur uotum illico nuncupatur promissio, in qua ideo eius est substantia posita.

Prima uoti acceptio.

Ad quæstionis elucidatione hoc primū de nomine notandum est, quod est Latinis celebre, idque duplicis significatus. Est. n. verbi illius nomen, quod est nouere, hoc est promittere, non cuique sed Deo, vel diuis. Promittere siquidem, polliceri q. & spōdere, communia uerba sunt pollicitationū quæ vel Deo fiunt, vel hominibus, vouere autem eam præcisè significat, quæ fit Deo. Est namque uotum, vt in subsequentibus patebit religionis promissio, a cuirtus, qua soli Deo eiusque sanctis seruimus. Vnde

Cicero.

Cicero ad Atticum. Ego me maiori religione quam quisque fuit vllius uoti obstrictu puto. Quocirca uota nuncupare, est diuis uoce polliceri, & destinare pro felici rerum euentu. At vero quia id quod a Deo votis hoc est oblatis promissionibus depo scimus valde desideramus, inde vsu venit, vt desiderium ipsum uotum dicatur. Vnde uoti compotes dicimur, & pro uoto succedere gaudemus dum nostra assequimur desideria. Et uota facere idē est quod optare autre, & precari. Hic autem nō usurpat nomē in hoc posteriori, sed in priori significatu, vt vouere sit vota emittere, & quod Latine dicitur, vota suscipere, hoc est aliquid Deo sancte pollicere. His præhabitis ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prior est. Ad uotum tria ex necessitate requiruntur. Primo quidem ratio

Prima conclō.

nis deliberatio Secundo uero propositum voluntatis. Sed tertio promissio, in qua ratio perficitur uoti. Probat uotum & obligationem secum affert ad aliquid faciendum vel cauendum, obligatio aūt quē ex propria voluntate nascit (nam secus de illa quæ orit ex lege) per modum promissionis fi, ergo ante promissionē nullū est uotum, Probat minorem. Obligat se homo alteri non aliter quam ordinando se illi, offerendoque id ad quod obligat ordo autē est opus rationis. Quare sicut imperando (qui est actus prudentiæ) ordinat homo ac

Probō conclō.

disponit quid fieri a suo famulo debeat, & deprecando quid sibi per superiorem fiat, sic promittendo ordinat, quid ipse pro alijs facere disponat, atque adeo in hoc rationis actu consistit obligatio, ac subinde uotum. Promissio autem ex faciendi proposito proficiscitur, propositum uero, cum sit actus deliberatæ voluntatis, deliberatio rōnis antecedit, ergo tres isti actus sunt ad votum ordine necessarij. Adde, quòd cum ex promissione obligatio emergat, debet ei innotescere cui fit. Est aut hoc inter homines, ac Deum interstitium, quod cum nobis non nisi vocibus aut exteris nu tibus aliena mens innotescat, non potest homo homini, nisi voce aut signis quidpiā promittere. Vnde Prouerb. 6. Illaqueatus es uerbis oris tui Deo autem (cui intima cordium patent, secundum illud 1. Reg. 16. Homines vident ea q̄ parant, sed Deus intuetur cor) per solam mentis loquelam fieri potest promissio. Quo fit, vt si voti essentiam ac necessitatem spectes, in intellectu absque ulla uoce consumatur. Posterior conclusio. Solent nonnunquam duo alia superaddi uoto, quæ sunt illi accidentaria. Sed nihilominus ad eius attinent expressiorem firmitatem, ut puta externa oris pronunciatio, secūdum illud Psal. Reddam tibi uota mea, quæ distinxerunt labia mea. Quæ quidem uerba nō sunt respectu Dei necessaria sed respectu nostri, sicuti vocalis oratio, ad experge faciendos nostros animos excitandosque mentis oculos in Deum. Secūdo etiam accipi solet aliorum testimonium, vt non solum Dei metus, uerum & humanus pudor firmiores nos reddat, ne uoti fidem defringamus. Quo forsan allusit sententiarum Magister in 4. dist. 38. vbi ait, q̄ uotum est testificatio quædā promissionis spōtaneæ quæ Deo, & de his quæ sunt Dei fieri debet, tametsi & de testificatione interna forte loquatur, qua se homo Deo debitorem contestatur. At uero quamuis hæc lucida sint nihilominus plusculæ lucis indigent. In primis circa tres actus prioris conclusionis recolendum est ex Phil. Ethicor. cap. 9. & 10. tres esse prudentiæ actus scilicet consulere, & iudicare, seu sententiam ferre, ac tertio imperare. Suppositia enim finis intentione, quæ ex uirtute morali proficiscitur, verbi gratia, temperate uiuendum est, uoluntas intellectu utitur ad consultandum de medijs,

Postrema conclusio.

Mag. sē tētiarū.

Documentū. Aristot.

dijs, conferendumq. difficultates quæ sunt in religione cum illis quæ sunt in coniugio, illaque mediorum collatio est consilium. Inuentis autem medijs per sinesim fertur sententia, quæ est melioris commodiorisque medij approbatio. Significato ergo deliberationis, ambo comprehendũtur, tam consilium quam sententia. Atque hoc est proprium voti fundamentum. Restat tamẽ de huiusmodi deliberationis maturitate, quãta esse debeat, indagare. Vtrũ antequam votum obliget, cuncta sint consilio deliberanda quorum ignoratio cohibere hominem posset a vouendo? Hæc enim apparet esse quorundam Iurisconsultorum opinio, in quorum cœtu esse videtur Richard. lib. 4. distin. 38. artic. 1. Vbi ait, quòd vbi non est plena deliberatio, & si sit semiplena, inde nullum oritur voti ligamen. Et arguitur, pro hac opinione, votũ cum a voluntate dicatur, debet esse spontaneum & voluntarium, ignorantia autẽ voluntarium tollit ergo vbi non omnia plene liberantur, non est plena libertas, atque adeo nec votum. Secundo. Vota hæc qua facilitate fiunt, subinde franguntur, ergo periculosa sunt, neque succedere valent prospere, atque adeo tutius est illa irrita reputare.

Quæstio deliberationis

Richar. Motiuũ. Richardi.

Altera ratio ad idem.

Quapropter non desunt qui dicant, referente Syluestro in verbo, votum 2. §. 13. quòd iratus aut bene potatus uouens aut iurans ingressum religionis, non tenetur, quia quod calore iracundiæ fit, pro non facto haberi debet. His tamen nihil obstantibus sentiendum arbitror cum Palude 4. distin. 38. quæst. 1. & cum Caieta. præsenti articulo, quòd ad votum requiritur plena deliberatio. Plenitudo tamen deliberationis bifariam intelligi potest. Vno modo, ut opponitur subreptioni, motui scilicet subitaneo seu merè naturalis sit, quem vocãt primo primũ, vbi nulla est ratio vel culpæ vel meriti, seu secundo primus, in quo sola esse potest venialis culpa, & talis deliberationis plenitudo necessaria est ad votum. Alio modo plena deliberatio est, qua nihil quod deliberari poterat omittitur, quæ quidem non est necessaria. Probatur prior pars. Votum debet esse non modo spontaneum, verum & sic deliberatum vt sub mortali reatu obliget, motus autem primo primus nullatenus est voluntarius, & secũdo primus, qui est absque plena aduertentia, esse non potest mortalis, ergo talis voluntatis actus ad voti obligationẽ non sufficit, quandoquidem votum sub mortali culpa hominem deuincit. Hæc autem plena deliberatio in hoc cõsistit, quod homo iudicio cognoscat quid faciat. Et confirmatur. Per motum ubi sola esse potest venialis culpa, votum non frangitur, ergo neque per talem motum firmatur. Posterior vero pars probatur ratione contraria. Ad uoti nexũ satis est, quod sit opus spontaneum, sed prior deliberatio ad hoc sufficit, puta iudicare quid facias, ergo posterior non requiritur. Secundo id confirmatur. Talis promissio homini facta obligaret, vt si eo iudicio pecuniam policeretis, aut vxorem tibi sponderes, ergo obligat etiam respectu Dei. Non n. remissior Deus in exigendis promissis est, quam homo. Tertio illa prior deliberatio sufficiens est ad meritum & ad mortalem culpam, ergo ad uoti obligationem. Enimuero si qs in repentino periculo mortis constitutus votum suspiciat rei bonæ, meretur, & non nisi per virtutem religionis, ergo talis uoti susceptio est vere votum. Item, si esset rei illicitæ, esset lethale crimen, ergo dum materia est debita obligatio uoti emergit sub reatu mortali. Quarto, si religiosus iudicio illo ac deliberatione quæ opponitur surreptitio motui contra uotum faceret, illud violaret & frangeret, ergo eadem deliberatio sufficiens est ad uotum confirmãdum. Colligamus ergo, quòd si quis ira percitus aut calore, aut mortis metu, quæ rationis iudicium tollerent, uotum emitteret, non obligaretur, vbi tamen illa rationis lux perstat, quæ facere potest aut meritum aut mortale delictum, uotum obligat. Eam ob rem fallax est apud Angelum regula in verbo, votũ ad perpendendum, an subitum votum fuerit validum, nempe ꝙ si transacta angustia periculi eum, qui vouit, facti pœnitet, vel, vt ipse ait, est male cõtentus, signum eum votũ nõ tenere. Fallit inquam grauiter regula Nam etiam si diu deliberes, põt te post facti tœdere Fulcitur præterea conclusio auctoritate canonica, vt c. sic nobis, de regula vbi clericus, qui nimia ægritudine laborans religionem uouit, ad habitus susceptionem compellitur. Et 17. q. 4 c. sunt si opes. illi etiã qui tumultuario mẽtis impulsu, nõ iudicio, ꝑpetuas opes ecclesiæ contulerunt, & de voti leuita

Probatur proxima sẽtentia.

Prima ꝓbatio alterius partis.

Secũda.

Tertia.

Quarta.

Fallax regula Angelica.

te

te taxantur, & nihilominus tamquam sacrilegi habent si eas reuocant. Addiderim tamen huic sententiæ hoc temperamentum, quòd talia vota, repentina deliberatione suscepta iustam secũ afferunt dispẽsationis causſam. Id quod docte Panor. admonuit super c. veniens, de voto & vot. red. Quin vero c. ipsum id clare docet, tamen si neq. monitum hoc præterierim qđ vbi votum Deo nuncupas, qui te siue in mari, siue in lecto, siue alibi a presentaneo periculo eripiat, postea ſaluus profecto inique & infide dispẽsationem procuras. Nam licet repentina deliberatio id ſinat, tñ cauſſa vouendi, beneficiumq receptũ ingratitudinis te redarguunt. Ad primũ igitur argumentorum in contrarium rñdetur qđ cum quis rõnis iudicio cognoſcit quid facit, ſatis ignorãtiam abſtergit, quæ voluntarium tollit, licet non cuncta conſideret, quæ conſiderari poſſint. Et cõfirmatur inde ſolutio, qđ labores & difficultates quæ ſunt in religione, nunquã ſatis citra experiẽtiam percipiuntur. Quare ſi cuncta eſſent perpendenda, nullum ſimplex religionis votum citra rei experientiam obligaret. Sciſcitaris autẽ, quid ſi te aliquis deciperet, affirmans in tali religione non ſeruari ciborum delectum, nec ieiunia, aut quidpiam aliud difficile, quod ſi prænoſſes, nunquam voueres vtrum cum ita ſeductus voues, iugo ſubiaceas? Reſpondetur, quòd ſi deceptio eſt circa illa quæ tu ferre non poſſes, votum non obligat quia eſt grauis iniuria. Cuius ſignum eſt probationis annus in quo ius vult vt rei grauitatem perpendas. Sed tamẽ ſi deceptio eſt circa alia minutiora nihilominus obligaris. Pari modo, ſi quis ruſticum falleret, dicens Hieroſolymas citra nauigationem adiri poſſe, aut Romam non longe diſtare, cum longiſſime diſtet quã ob cauſſam peregrinationem voueret, votũ non teneret. Secus, ſi aſſereret maiorẽ eſſe itinerum amænitatem, quam re vera eſt. Hic videri cuipiam poſſet de metu protinus & vi quæ voluntarium tollunt dicendũ, veruntamen cũ tantũ hic de deliberatione fiat ſermo, qua ignorantia cauetur, cõmodius de metu tractabitur quęſtione, ſequenti, ſub titulo de obligatione voti. Sequitur ergo de ſecundo actu, qui eſt propoſitum voluntatis. Nam q̃ id ſit voto neceſſarium, ambigere nemo poteſt, quando quidem citra voluntatis actum nulla eſſe põt promiſſio voluntaria, atq. adeo neq. obligatorium votum. Igitur poſt deliberationem, quæ eſt in intellectu, neceſſariũ eſt in voluntate propoſitum, hoc eſt electio & conſenſus, quo voluntas iuxta deliberationis ſententiam proponit operari. Arguitur autem, q̃ hoc propoſitum non ſit neceſſarium, ſed ſufficiat promiſſio. Nã dum quis vel Deo vel homini quidpiam pollicetur aut iurat, etiam ſi nõ proponat ſeruare promiſſum, obligatur, quandoquidem ex ipſa promiſſionis natura, fides promittentis adſtricta manet. Reſpondetur trifariam contingere promiſſionem fieri. Vno modo, dum quis proponit tum promittere, tunc etiam ſeruare promiſſum. Et de hac neutiquã ambigitur quin ſit obligatoria. Tunc n. tam deliberatio quam propoſitum, quam promiſſio eſt de opere ipſo cum ſcilicet opus deliberaſti, propoſuiſti, promiſiſti. De qua igitur ait S. Thom. Promiſſio procedit ex propoſito faciendi. Alia eſt promiſſio per contrariũ extremum, ſ. dum quis neq. intendit facere quod promittit, neque vero promittere qđ dicit, ſed nugari aut ſeducere. Quã ob rem neque de hoc caſu vlla eſt dubitatio, ſed certum eſt talem promiſſionem apud Deum non obligare, eo quòd promiſſio ſignum eſt propoſiti & intentionis, qua dum caret, vana eſt. Sed tamen foro exterioti tam Eccleſiaſtico, quam Ciuili, ſiue Deo promiſſio fiat ſiue homini, compellitur ſic vouens aut promittens ſeruare fidem, quia Eccleſia de interioribus non iudicat. Alias ſi vnuſquiſque libet allegans non habuiſſe propoſitum obligandi ſe, audiendus eſset protinus reſpublica perditum iret. Vnuſquiſque enim contende & non eſse monachum, neque matrimonium contraxiſſe. Requiritur ergo quòd quicunque hoc cauſsari cogitauerit ante iudicis tribunal, legitime id probet. An uero qui tale uotum uerbo tenus emiſit, aut matrimonium contraxit, teneatur parere ſententiæ? Reſpondit hic Caieta. quod ratione eccleſiæ & ſcandali tenetur. Hęc autẽ ſententia grano ſalis condienda eſt. Nam ſi id quod iubetur, fieri nequit licite, porro quia intrinſece malum, eſt potius mortem perpeti ille debet, quam obedire. Vt ſi quis poſt clãdeſtinas nuptias ſe cũdo publice contraxit, & ſi fori exteriori compel-

Tempe ramẽtũ præfatæ sẽtẽtiæ.

Ad primũ arg.

Scrupulus.

Solutio.

Argu.

Solutio.

Quæſt.

Solutio. Caiet.

compellatur debitum reddere, obedire nequit, eſſet namque fornicator. Si tamen id licite fieri poteſt, ut fictum monachum habitare in conuentu, habitumque gerere, tunc obtemperare tenetur, ubi citra ſcandalum ſuffugere non ualet. Nam ſi ſubripere ſe poſſet, in aliamque ſe conferre prouinciam, ubi quia non eſſet notus, citra ſcandalum quiret exemplus uiuere, non teneretur ſe ſententiæ ſummittere, quæ in falſa præſumptione fundabatur. Tertio. Eodemque medio modo poteſt quis uotum emittere, intendens quidem uere promittere, non tamen ſeruare promiſſum, aut intendendo iurare, non tamē iuramentum ſeruare. Quod re uera accidere poteſt in militaribus religionibus, atq; in aliis, ubi obtentu citius bonorum tēporalium, quā religionis ſolent talia uota celebrari. Et de hoc uoto poſſet quodammodo dubitari, an ſit obligatorium? Facere n. in contrarium uidetur, quod nō præceſſit propoſitum faciendi, & tamen S. Th. dicit, quod ex propoſito faciēdi procedit obligatoria promiſſio. Reſpōdetur nihilominus quod illic eſt uera uoti obligatio. Nam promiſſio ex natura ſua parit obligationem. Quare ſi eſt humana, ideſt uolita ligat. Vnde fit, ut ſic promittens grauiter peccet, qa id ad quod ligatur, facere non proponit. Et ſimile eſt de illo, qui intendit iurare, manet enim obligatus Nec S. Th. hoc inficiatur, quoniam non loquitur, niſi de regulari uouendi uia. Sed quid, ſi quis proponat intendatque promittere, aut iurare, ſed tamen non intendat ſe obligare? Apparet enim tunc nullam oriri obligationē, poſtquam obligatio non eſt uolita. At nihilo ſecius reſpōdetur obligationem oriri pro eo quod eſt naturalis effectus promiſſionis Et ideo ſatis eſt cauſſam eſſe uolitam. Ne quis enim laqueum tibi iniicere, quin illaqueetis. Sequitur de promiſſione, in qua dictum eſt uotum perfici. De qua quæritur, an ſit poſt propoſitum ad uoti obligationem neceſſaria? Sunt enim nonnulli ex Iureconſultis, qui ſuper ca. conſultis, de regularibus, affirmant ſufficere propoſitum abſque promiſſione, ſaltem quando res iam incepta eſt. Vtdum quis cum propoſito permanendi in religione, induit habitum, nam ille eſt caſus illius capitulo in quo, quiſquis ille erat, iubetur eſſe religioſus. Et arguitur pro hac opinione, vt quid ſit propoſitum aperiamus. Propoſitum quidpiam faciendi, eſt animum habere applicatum ad opus, applicatio autem animi idem eſſe apparet, quod obligatio. Secundo. Propoſitum faciendi eſt affirmatio de futuro faciam ergo qui poſt propoſitum non facit, mentitur, ſiquidem reddit propoſitionem falſam, mendacium autem in re graui eſt peccatum mortale, ergo qui religionem, vel peregrinationem, vel quid ſimile proponit, ſi non faciat, mortaliter peccat, ac perinde obligatur facere, quæ quidem obligatio ſufficit ad votum. His tamen non obſtantibus, reſpondetur, propoſitum ad votum, non ſufficere, ſed neceſſarium eſſe promiſſionem. Et primo patet ex receptiſſima voti definitione. Nā vt Eccleſ. 5. citatum eſt, votum eſt promiſſio Et Magiſter Sententiarum ait, votum eſſe teſtificationem ſpontaneæ promiſſionis. Vnde vota nuncupare, eſt aliquid Deo polliceri. Sed ratione id etiam confirmatur. Votum non eſt niſi quod alteri fit, ordo autem vnius perſonæ ad alteru n, vt ait D. Tho. non eſt niſi per rationem, qua ſe homo alteri, vel ſua ſubiicit, & mācipat, ergo tantummodo fit per rationem, ſicuti præcipere, & precari. Tertio. Quo punctim res tangatur, votum eſt illud, vbi ligatur fides, quæ, vt ait .Offic. Cicero, eſt fundamentum iuſtitiæ, fides autem, vt ipſe & Auguſt. aiunt eſt, qu a fit quod dicitur, ergo votum nō habet vim, niſi id dicitur, quod faciendum eſt, dicere autem eſt opus intellectus, ergo in promiſſione conſiſtit obligatio, & non antea. Et confirmatur ſententia hæc ex cap. literaturam, de voto, & voti redemptione. Vbi quidam qui in infirmitate conſtitutus dixerat. Non morabor, proponens in animo religionis habitum, abſoluitur a voto, quia non promiſit. Et ſunt verba expreſſa in cap. ſi bona, 17. quæſtio. 1. aliud eſſe propoſitum concipere in corde, & etiam ore nuntiare, aliud ſubſequenti obligatione ſe reum facere voti. Quare illic Gregorius illum, qui propoſitum abſque promiſſione habuerat, abſoluit a uoto. Et iure ciuili ex pollicitatione naſcitur obligatio, ut ff. de pollicita. ſeru. l. pactum. Vnde pro ſolutione contrariæ rationis notandum eſt diſcrimen inter propoſitum, & promiſſionem. Propoſitum namque cum fit in uoluntate, neque affirmatio eſt, neque locutio, ſed

Quiuouet animo promittendi nō tamen ſtā di promiſſio manet uerè ligatus. D. Tho. Dubō. Solutio.

Opinio Iuriſcōſultorū.

Primū arg. præteritæ opiniōis. Argu.

Propoſitum nō ſatis eſt ad notū Probō prima. Secūda.

Tertia.

Cicero.

Confirmatio.

Grego. Diſcrimen inter propoſitum & promiſſionem.

ſed eſt conſenſus ſeu voluntas, quæ exprimitur per ſimplicem intellectus affirmationem futuri, ſcilicet faciam. Hæc autem ſimplex aſſertio non facit illum ſenſum. Promitto facere, ſed eſt ſimplex affirmatio illius, quod quis tunc in animo gerit. Et ideo non eſt mendacium, quia mentiri eſt contra mentem ire. Ad formam igitur argumenti negatur, quod ſi poſtea ſic proponens non faciat, mentiatur, licet faciat propoſitionem fuiſſe falſam, quia potuit mutare propoſitum. Itaque licet falſum dixerit, neque mentitus eſt, quando protulit, quia tunc dixit quod putabat facere, nec quãdo poſtea fecit contra, quia non tenebatur non mutare propoſitum. Superueniens autem promiſſio ſic firmat propoſitum, ligatque animum alteri, vt abſque fractione fidei & iuſtitiæ non valeat, illud mutare, promiſſio ergo eſt neceſſaria. Neque contrarium colligitur ex dicto c. conſulti. ſane vbi ſolum ſancitur quod qui propoſuit per ingreſſum religionis Deo famulari, perſeueret, vel in ſuſcepto habitu vel in alio laxiori. Loquitur namque illic Innocentius conſueto more de propoſito promiſſione firmato. Reſtat tum demum poſtremum argumentum. Promiſſio pertinet ad illam partem prudentiæ vbi eſt imperium & deprecatio, vt verbis S. Thom. ſupra didicimus, imperium autem & iuſſio prudentiæ antecedit electionem, vt S. Tho. ſentire videtur 2.2. q. 47. artic. 8. electio autem idem eſſe videtur, quod propoſitum voluntatis, ergo promiſſio non ſequitur, ſed præcedit propoſitum. Caiet. hic diſtinguens reſpondet, videlicet quod imperium quo quis ſibimet præcipit, antecedit electionem. Nã poteſt deliberationem intellectus per prudentiam imperat voluntati vt eligat. Imperium autem quo quis præcipit alijs, electionem ſubſequitur, & pariter deprecatio ac promiſſio. At vero e contrario, vt reor, ſtat ſententia, nam Ariſtot. quam S. Thom. ac ſubinde veritas, nempe quod imperium, ſiue reſpectu alterius, ſiue reſpectu ipſius imperantis, ſemper electionem ſubſequatur. Etenim poſt deliberationem ſtatim ſequitur electio. Sed poſt electionem non ſequitur opus, niſi prudentia imperans, voluntatem ad operandum applicet. Imperium enim non eſt, Elige, ſed, fac. Et ita illic dicit S. Tho. quod conſiſtit in applicatione conſiliatorum & iudicatorum ad operandum. Similiterque ideo promiſſio ſequitur propoſitum. Ex his ſi definitionem voti, quæ vniuerſa comprehenderet, tam uanam quam ſolidam, tam iniquam quã legitima, elicere cuperes, ſatis, tibi eſſet dicere, quod votum eſt promiſſio facta Deo. Attamen illa quæ legitimo tantum voto congruat definitio, arti. proximo commodius conſtituetur. Circa verba autem S. Thom. inter probandum priorem concluſionem dubitabit forte lector, an ſimplex promiſſio obliget, & an ſolo actu intellectus oriatur inter homines obligatio. Sed hæc quæſtione ſequenti inter agendum de obligatione uoti commodius diſputabuntur, porro ubi ex profeſſo id tangit S. Thom.

Ad primũ arg.

Argum.

D. Tho.

Caieta.

Reprobatur Caie ſolutio.

Ad primum igitur argumentum iã negatum eſt, conceptionem propoſiti ſuffice re ſine promiſſione. Quare qui dicunt, uotum eſſe conceptionem propoſiti cum animi deliberatione firmata, uoce firmata, intelligũt per promiſſionem. Ad ſecundum reſpondetur, quod uotum nõ dicitur a uoluntate, eo quod ſit actus eius, ſed quia naſcitur ex eius propoſito. Et pariter ad tertium negatur quod per ſolum propoſitum quis dicatur manum mittere ad aratrum. Nam manum mittere, eſt animum operi admouere, quod non niſi per promiſſionẽ fit. De promittente ergo ait Chriſtus, quod ſi reſpiciat retro, non eſt aptus regno cœlorum.

Ad primũ arg.

Ad ſecũdum ar.

Ad tertiũ arg.

ARTICVLVS III.

Vtrum votum ſemper fieri debeat de meliori bono.

PRæcedenti articulo determinatum eſt genus, & forma uoti, ſubſequitur ergo eius materiam explorare. Vtrũ ſcilicet debeat ſemper fieri de meliori bono, quod uocant ſupererogationes, nempe cuius obligatio non cadit ſub præcepto? Et arguitur a parte negatiua. Baptiſmus, ut habet gloſſa ſuper illud Pſalm. Vouete & reddite, eſt uotum, & tamen eſt opus præcepti. Et Iacob legitur Geneſ. 28. uouiſſe Domino quod futurus ei eſſet in Deum, quod nihilominus eſt de neceſſitate ſalutis, ergo non ſemper fit de opere ſupererogationis. Secundo: Iephte, ut legitur

Primũ arg. a parte negatiua.

Arg. 2.

Iudicum 11. voto adſtrictus occidit filiam
Paulus. quem nihilominus Paulus ad Hebr. 11. inter alios ſanctos connumerat, & tamen illud non modo non fuit melius, verum neque bonum. Tertio, Nonnunquam e-
Arg. 3. mittuntur vota quæ in detrimentum perſonæ, redundant, vt cum quis ſe voto implicat, vt ieiuniorum ac vigiliarum, quæ immodice vitam hauriunt, obſeruatione affligat ſeſe. Et nonnunquam de rebus indifferentibus ac inutilibus, vt dum quis pollicetur non lauari aut comi, aut iter arripere certis diebus, hæc autem non ſunt meliora bona, ergo illud non eſt ad voti obligationem neceſſarium. In contrarium eſt illud Deute. 23. Si nolueris polliceri, abſque peccato eris. Vbi materia voti deſignatur eſſe illa, quæ non eſt in præcepto.

Ad quæſtionem hanc, vt ſeriem D. Th. etiam teneamus, quinque concluſionibus reſpondetur. Nam cum votum multis qualitatibus veſtiuntur ſecundum illas expendenda eſt eius materia. Ea propter ex illis quæ cogitari poſſunt vouendi virtuti ſubſterni, quædam manifeſtam habent rationem, cur non poſſint voto offerri Deo, quædam per contrarium manifeſtum quoque cur licita ſint eius materia, ſed alia ſunt, de quibus eſt dubium. Cuncta autem in genere ſunt numero quinque. In quorum primo gradu ea collocantur, quæ ſunt Deo vel aduerſa & contraria, vel ſaltem in conſona & iniuſa nempe delicta ſeu mor-
Prima talia ſeu venialia. De his ergo ſtatuitur
conclu. prima concluſio. De re nulla illicita fieri
Probō. licite poteſt votum, putà neque de homicidio, neq; de leuiſſimo mendacio. Proba tur ſuppoſita natura uoti, quæ eſt promiſſio Deo facta. Promiſſio eſt rei quam quis in alterius gratiam facere diſponit, hoc enim a comminatione, quæ ſibi contraria eſt, differt, quod comminatio eſt rei alteri iniurioſę aut perniciosæ. Promittere enim alteri, quod ſic cum occiſurus, aut quomodocunque læſurus, comminatio potius eſt, promiſſio ergo non eſt niſi beneficij, delictus autem in iniuriam Dei cedunt, ergo quis occidere vouere aut furari, potius id Deo comminaretur, quam polliceretur. Quare tale votum non eſſet obligatorium. Immo illud emittere peccatum
Secūda quidem eſſet, idemque poſt implere cu-
conclu. mulatius crimen. Huic, proxima eſt concluſio ſecunda. De re indifferenti, nempe quæ nihil ſecum emolumenti affert neque diuini honoris, nullum religioſè poteſt emitti votum. Vt ſi quis voueat vngues die Sabbathi non reſcindere, aut iter die Martis non arripere Probatur concluſio. Quia cum votum in gratiam Rō con honoremque Dei fieri debeat, non ſolum cluſiōis. de re illi, inuiſa emitti non decet, quod eſſet iniquum, verum neque de re, quæ illi non eſt accepta, quippe quod, cum Deo in gloriam non cedat, vanum eſt, quin vero tunc etiam ſuperſtitioſum, dum numen aliquod in rebus illis ineſſe creditur. Ex his autem quæ Deo neque contraria ſunt neque diſſona, alia ſunt vel impoſſibilia vel neceſſaria, alia vero contingentia, in noſtraque poſita facultate. De illis prioris generis ſtatuitur tertia concluſio. De re Tertia ſeu neceſſaria ſeu impoſſibili, fieri non po- conclō. teſt votum, Stupidus enim eſſet, qui ſe vel moriturum vouerei, vel nunquam moriturum. Primum ſiquidem neceſſariumeſt, atque alterum impoſſibile. Sicuti qui voueret ſe aut nunquam volaturum, aut volaturum aliquando. Ratio concluſionis Rō con eſt, quod votum debet eſſe non ſolum vl clōnis. tro factum, verum & a prudentia profectum, impoſſibilia autem & neceſſaria noſtræ voluntati non ſubſtant, non ergo ſub voti obligationem cadere poſſunt. Eorum vero quæ in noſtra ſunt poteſtate, neque Deo aduerſa, alia ſunt ad ſalutem neceſſaria, nempe vniuerſa præceptorum opera, alia vero minime. Cum audis neceſſaria nomen, ad illa etiam extende, quorum contrarijs a via ſalutis remoramur, vt non ſolum præcepta quæ ſimoliciter talia ſunt, nempe ſub reatu mortali obligantia, verum & illa includas, quæ obligāt ſub veniali. De iſtis ergo ſubijcitur quarta concluſio. Opus præcepti quatenus eſt ne- Quarta ceſſitatis, non eſt materia voti, bene ta conclō. men quatenus eſt in noſtra voluntate. Materia enim uoti eſt illa, quæ eius ratione fit debita, ergo quatenus opus eſt, legis obligatione debitum, non cadit ſub voto, quia non pendet ex noſtra volnntate vt ſi debitum, ſed ex legis neceſſitate. At vero quia præcepti neceſſitas non eſt ſimpliciter neceſſitas. ſicuti illa tertiæ concluſionis, quæ eſt mori, aut non volare, ſed vo- Explica luntarie illud implemus, aut tranſgredi- tur con mur, hac ratione cadere nemo poteſt ſub cluſio.

voto,

voto. Non quidem vt ad id obligemur ad quod nō tenebamur, ſed vt ad id, ad quod tenebamur, gemina ſimus obligatione cō ſtricti. Tenebaris inquam præcepto temperantiæ, non fornicari, cuius tranſgreſſio vitium erat tamen luxutiæ, emiſiſti eiuſdem rei votum, obligaris ergo virtute inſu per religionis. De illis demum quæ neque neceſſaria ſunt ad finem, neque indifferentia, ſed tamen conducentia & expedientia vt conſilia, adhibetur quinta cōcluſio Opera conſilij ſunt propria peculiarisq. materia voti. Concurrunt enim in talia opera conditiones omnes & qualitates legitimi voti. Prima quippe voti qualitas eſt, quod non ſit de re Deo aduerſa propter quam excluſimus peccata, neque de re vana propter quam abegimus in differētia. Tertio, quod prudenter fiat, quam ob rem exploſi mus impoſſibilia & neceſſaria. Quare primum votorum genus eſt iniquum, ſecundum vanum ac tertium ſtultum. Opera autem præceptorum licet quodammodo ſint materia voti, nō tamen omnismode, quia ſimpliciter voti, non tamen omni non pēdet a nobis, ſed ex legis neceſſitate. In operibus autem conſiliorum cuncta cōueniūt. Sunt quippe in primis Deo gratiſſima, atque in noſtra poteſtate conſtituta, eorumque obligatio non ex legis neceſſitate, ſed ex mera voluntate noſtra pendens. Hæc ergo hunc in modum conſtituta operæprætium eſt preſſius expendere, emūctiusque collimare. Et quidem circa primam cōcluſionem hoc primum medicandum ſupereſt, quod qui peccatum Deo vouet, eius id maieſtati comminatur, quæ ingentiſſima blaſphemia eſt. Enimuero cum quidquid peccatum ſit contra eius legem & voluntatem fiat, perinde eſt vouere hominem occidere, aut furari, ac ſi Deo ipſi comminareris idem malum. Vide ergo quāta hic ſit peruerſio, nempe quod cum votum actus ſit religionis, quo gratiſſima ei obſequia dedicanda ſunt, eouſq. religionem cōtaminas, vt obſequiū in comminationis audaciam conuertas. Ex hoc fit quod cum votū Deo fiat, atq ad primum Decalogi mādatū ſpectet, plus abſurditatis habet Deo rē illicitam vouere, quam homini ſub iuſo in iuriam comminari. Nam iuſi violatio contra ſecundū præceptum eſt. Atq. ex eiſdem rurſus conſequitur, vt vouere Deo materiā peccati mortalis, in vniuerſum ſit peccatum mortale, etiam ſi non fieret cū propoſito implendi votum, dummodo adſit intentio vouēdi, quia obiectū de ſe eſt mortale. Percontaris autem vtrū votum emittere venialis culpæ, puta ioco mentiendi, aut otioſè loquendi, ſit ſemper mortale. Et arguitur a parte affirmatiua. Qui aliquid Deo promittit, quod tenetur non facere, grauem inferre ei videtur iniuriam. Atq; id vrgentius roboratur, Votum, vt modo dicebamus, maioris eſt vinculi, cum Deo ſit, quam iuſm quod ſit homini, iuſm aūt promiſſorium venialis committendæ culpæ, videtur mortale, quoniam qui iurat te netur facere falſum, ergo & votum. Nihilominus reſpondetur, votum de re veniali non eſſe niſi veniale, quoniā ipſum implere nō eſt niſi veniale. Quare homo non ſe exponit periculo mortali. Vnde ad priorē rationem negatur, quod promittere Deo id quod ſub culpa veniali tenueris non facere, ſit tibi mortale, ſit de re veniali, ppter eandem rationem, quia ſcilicet implere illud non eſt niſi veniale. Idemque ſequenti lib. q. de periurio, de ſimili iuramento dicemus, ſcilicet non eſſe mortale. Et ratio eſt, quod illud implere non eſt niſi veniale, facere autem contra illud, nullum eſt peccatum, imò eſt virtus. Facere enim contra iuramentum, quod non eſt obligatoriū, nullatenus eſt illicitum. Vt ſi iuras non audire miſſam in die paſchatis, qua poſtea audis. Sed tota culpa committitur dū iuras, eo quod iuras quod teneris facere falſum. Et ideo tota culpa debet perpendi ex obiecto. Obiectum autem iuramenti eſt veniale, quare neq. iuramentū ipſum eſt niſi veniale. Circa ſecundam concluſionem de re indifferenti dubium inde emergit, quod multa ſunt indifferentia, de quibus emitti votum poteſt. Eſt enim indifferens tranſire per vicū, aut œdium limina penetrare, & tamen ſunt nonnunquam ſalutaria vota, quibus ſe homo a ſimilibus operibus arcet. Ad hoc facillime reſpondetur, quod in differēria quatenus indifferētia ſunt, ideſt, ſub ſua indifferentia perſeuerantia, dicari Deo aut diuis voto non debent. Et hoc pacto intelligitur concluſ Si vero penſata rōne aliqua, aut fine, pertinentia ad bonum fiant, tunc votum eorū nihil aliud quā religio eſt. Dixerim rōne aliqua vel fine, neqs putet propterea tantum q̄ res quælibet vouetur, illico rōne voti de impertinētib.

Quinta conclu.

Dubitatio.

Rōdubitandi.

Solutio.

Ad arg.

Dubiū alterum

Rñſio.

ad pertinentia commigrare. Exempli gratia. Vouere reſcindere vngues, vel non reſcindere, illicitum eſt, quia etiam poſt votum res eſt indifferens, nempe ad nihilum fructuoſa. Et eadem ratione ſi abſque alio fine voues non tranſire per vicum, aut nō ingredi domum. Sed ſi illa opera occaſionem tibi offerunt peccandi puta inſpectādi fœminam, vel alium inimicum, tunc fiunt ad rē referentia, ac ſubinde voti materia. Eadem ratione mulierecula vouens die Sabbathi in honorem Virginis non coquere, panem, ſed tamē non abſtinet ab alijs operibus, vanum emittit votū, quia alios te inſumente labores, nil diuæ Virginis refert hoc aut illos inſumas. Si autem voueas omni opere ſeruili abſtinere legitimum votum eſt. Sunt tamen aliqua, quæ prorſus neque probantur neque reprobātur. Vt ſi quis voueret die Sabbathi indui albo in memoriam virginitatis Deipare, nō omnino eſſet vanum, Itaque exiſtimādus eſt finis vel cauſſa, quæ opus faciat ad rem pertinere. Ex his fit conſequens, quod dum votum de ſimilibus rebus emittitur, non obligat niſi quandiu finis ille conducit, cauſſa durat, quæ votum fecit legitimum. Illa enim ceſſante, cum opus ad ſuam redeat indifferentiam, deſinit eſſe materia voti, atque adeo ceſſat obligatio.

Pulchra deductio.

Vouiſti vicini limina non calcare propter periculum, quod intus latebat, illo ceſſante non te diutius votum tenet. Hoc probatur, quia votum non plus obligat, quam ſi lex eſſet. Lex autem ceſſante in vniuerſum eius cauſſa & fine ceſſat, ergo pariter votum. His demum inſtructus documentis, cenſere de votis quiſque poteſt, quæ de huiuſmodi indifferētibus rebus paſſim emittuntur. Loquebaris forte cum homine & in colloquio aliquid tibi ingratum accidit, propter quod vouiſti nunquā amplius cum illo inire ſermonem. Et forſan ludebas, & ideo vouiſti nunquam deinceps cum illo ludere, vel non ludere chartis, vel non ludere in tali domo. Si illa nullius tibi occaſio ſunt mali, neque aliqua exiſtit cauſſa, vt ad bonum inſeruiant tunc talia vota nullatenus tenent. Sed vouere fuit vanitatis peccatum. Si autem loqui cum tali perſona occaſio tibi eſt mali, votum tenet. Sicut ſi vouas non ludere propter diſpendium, quod ſatis rei tuæ, aut propter alia pericula. Neque horum vlla eſſe poteſt dubitatio quæ hominis conſcientiam vllo pacto ſauciat. Sed abſque vlla diſpenſatione, qui vota huiuſmodi rerum indifferentiū fecit, poteſt contra illa facere ſatisq. illi eſt voti pœnitere. At vero de iuramento propter eius reuerentiam, poſſet quiſpiam animi hærere. Enimuero ſi illuc quod metu mortis exorquetur implendū eſt, vt quod quis in nemore latronibus metu mortis perculſius fecit, vt doctores ſentiunt, ratio videtur ſtrictus perſuadere, vt iuramentū de re etiam indifferenti ſit ſeruandum, alias fieret falſum. Nihilominus reſponde tur, iuramentum promiſſorium huiuſmodi rerum nulla prorſus cauſſā aut fine ad rē aliquam conferens, nō magis obligare, quam votum, quoniam tale iuramentū nihil aliud eſt, quam promiſſionis ac voti cō firmatio. Et ideo ſi votū non obligat, fit vt neq. iuramētū. Iuraſti nūquam te amplius cū tali homine colloquuturū, aut nunquā amplius tranſire per limen ad quod pedē forte offenderas, aliave ſimilia, quę nullius ſunt emolumenti peccaſti, quidem cū iuraſti contra ſecundum præceptū veruntamē iuramentū nullatenus fit obligatoriū, quare abſque diſpenſatione facere contra ipsū nullm eſt peccatum, atq. adeo neq. mendaciū, quoniam, vt ſupra dictū eſt, tota iſtorū iuramentorum malitia patratur dum fiūt. Iuraſti non audire miſſam die feſto facere contra, quia non eſt malum, non fit tāc mendatium, licet effitias fuiſſe falſum. Et quod non fit obligatoriū, patet: quia veluti ſi homini id promitteres, nihil tuam faceret promiſſionem, ita neq. Deus. Quare Eccl. 5. Vtraque promiſſio dicitur Deo diſplicere, ſcilicet infidelis, & ſtulta. Vbi vero dubium eſſet, an res eſſet aliquo modo vtilis, tunc timorati animi eſſet diſpenſationē procurare. Neq. ſimile eſt de iuro extorto quādo cadit ſuper materiam, quæ eſt alicuius emolumēti, latroni aūt promiſſam pecuniā exoluere, res eſt commoda, atq. adeo ex natura ſua iuramenti materia. Quapropter, licet ſit extortū, propter reuerentiam diuini nominis eſt implēdū, materia vero vana non eſt iuramenti ſubiectū, ac proinde neque obligationis capax. Sed de hoc libro ſequenti latius. Circa tertiam concluſionē nulla eſt dubitandi rō, ſed de quarta ſequitur exploradum quidnam cōtineat veritatis. Eſt n. argumentū, p materia præceptorū nū ſit materia voti. Nam cū votū ſit opus

Solutio.

Scrupulus.

Dubitatio.

sit opus consilij, & materia debeat respondere formæ, fieri videtur consequens ut eius materia debeat. similiter esse arbitraria & consiliarum, & ideo ubi lex obligatos nō habet, uanum sit uotum, imò uero quo dammodo Deo ingratum, Nam qui uouet facere quæ Deus alias, iubet maiorem uim suæ uidetur attribuere uoluntati quā Deo iubenti Item adhibere præcepto uotum, ex animi languore procedere iudicatur, nempe quod homo uiribus sit destitutus, ut quod Deus iubet, explere nequeat. Solutio. Insuper & dæmonem lacessit ut pugnantius eū tentamentis inuadat. Respondetur nihilominus præceptorum materiam esse Prima ratio. quoq; posse uotorum. Et ratio S. Th. est q̄ S. Tho. non est simpliciter necessaria, sed a nostra pendet uoluntate. Quare possumus nos ad talia opera arctiori uinculo astringere. Secūda ratio. Nulla. n. inter ambas obligationes existit repugnantia. Secundo id solenni Ecclesiæ usu probatur. Vouentes enim religionem, nouo nexu deuinciuntur ab adulterio & fornicatione abstinere, a quibus diuina lege erant prohibiti, idque a clericis, dum sacris maioribus initiantur, exigitur. Tertio Tertia. licitum est & sanctum, ad id ad quod lege tenebaris, iureiurando te in super innodare, ut non mutuum recipis, aut depositum, aut alium iuris cōtractum, ergo simili modo potes uoto eandem confirmare fidem. Quarto quamuis lege tenemur non occidere non furari, &c. nihilominus malefactoribus supplicia decernuntur, ut quos uirtutis honestas non allicit, metus pœnæ cohibeat ergo nulla est repugnantia legis obligationi alterum uoti adhibere. Sūt qui quasi de nomine disceptantes, dicant, hoc genus promittendi, non esse propriæ uotum, ob id quod materia non est proprijs apta, nihilominus qui sic promittit, duplici modo peccaret, si promissum non solueret, uidelicet contra legem, & contra promissionem. At nero profecto non est cur negetur esse propriæ uotum, postquam est uera promissio Deo facta. Et confirmatus sic esse fatendum: Nam qui tale uotū trāsgreditur, ut supra dicebamus, uere contra religionem peccat, non autem sic peccaret nisi uere faceret contra uotum. Nam si in hac obseruantia substantia religionis, quæ est genus, cōtinetur, fit ut & substātia uoti contineatur, quæ ius existit species Potest ergo quisque de materia in singulorum præceptorum uotum emittere.

Vnde ad primum in contrarium argu. respondetur, quod etsi uouere sit opus cōsilij, non tamē requiritur ut materia sit propria consilij, nam po est esse consilium ut arctius nos ad id perstringamus ad quod lege tenebamur. Quod si huc forte uerba S. Th. ex 4. dist. 38. q. 1. contra nos afferas, dicentis, huiusmodi uota large ita dici, non proprie Respondetur large, non accipere pro eo quod est abusiue, sed pro eo quod est communiter, quemadmodum illic Magister loquitur. Haud. n. negat quin propriam habeant rationem uoti, sed tamen quia materia communis & uotis & præceptis, ad quam subinde omnes homines in communi tenētur, ait huiusmodi materiā non esse propriam, id est, peculiarem uoti. Quare hic exactius loquitur. Et elicitur hęc materiæ distinctio ex uerbis Aug 17. q 1. ubi ait. Sunt quædam, quæ etiam non uouentes debemus, quædam etiam quæ nisi uouerimus, non debemus. Neque in hoc plus tribuimus nostræ uoluntati quā Dei, sed religamus eandem diuinę religioni, ut firmius id quod nobis præcipit, persoluamus. Et quāuis in hoc profiteamur nostrā imbecillitatē, illam tamen consolidamus. Atqui ut dæmones inde ferociores in nos insultant, ita & diuina subsidia locupletiora nobis mittuntur. Tametsi ut uerū fateār uota hæc operum pręceptorum nunquam aut uix unquam alicui suscipienda aut cō sulenda sunt quia neque crebro solent bene succedere. Quare uel non fiant, uel cassanda sunt, uel facile dispensanda, nisi quādo persona prudens, & constans, est ad rem tamen aliquam procliuis, quæ occasio illi est mali grauissimi aut scandali. Et cura nihilominus uigilantius adhibita, cauere illud potest malum. Vtrum uero uotum nū quam uenialiter peccandi sanæ sit mentis? Ad hoc respondetur, eiusmodi uotum insanum esse neq; ullo pacto obligare, quoniam est de re hominibus impossibili. Si. n. dixerimus (ut ait Ioannes) quoniam peccatū non habemus ipsi nos seducimus. Vouere autē nunquā peccare mortaliter, non est genere suo malum, qm̄ id per Dei gratiam possibile est. Attamen neq; hoc prorsus consulerem, quia res est per difficilis, tum factu tum præsertim & cognitu, potissimum de peccatis cordium. Crebro enim scrupulus pugnit conscenseris ne in mor-

Ad pri mū arg.

Ad secū dum.

malem culpam,votum autem debet eſſe de re comperta,& de opere cuius tranſgreſſio in propatulo habeatur. A ſingulis autem cauere,hoc vouere permittitur,vt nō fornicari, non ioco mentiri, & ſimilia.

Qō par ua. Quæris autem,vtrum ſi quis emitteret votum nunquam peccandi teneretur ratione,voti euitare illa ſaltem peccata, quæ potuerit,vt iocoſa mendacia? Offert ſe nanq. ad id rō,nā qui promiſit dare decem,ſicuta non poteſt,tenetur tamen ea conferre,

Solutio. quæ poteſt. Et qui promiſit ieiunare Aduentum,ſi nequit totum,tenetur nihilominus inquantū poteſt. Reſpondetur tamen tale votum ad nihil obligare,quia ſtultum eſt Hoc tamē poſtremum ſupereſt decidere. Vtrum tranſgreſſio cuiuſcūque talium votorum ſit mortalis? Vt ſi quis nouit nō mentiri iocus. Patrocinatur namque affirmatiuæ parti ratio hæc,quod tunc mentiri eſſet religionis violatio,quę a genere ſuo eſt mortale. Solutio autem huius pēdet ex articulo ſubſequenti,vbi diſputabitur vtrū tranſgreſſio voti ex leuitate materiæ fieri poſſit venialis. Illic ergo & hoc examinabi

Primū dubiū. tur. Et quinta autem concluſione, tametſi certiſſima ſit,dubia emergunt multo graniora. Et primum, an licitum illa ſit malo fine vouere? Vt ſi quis, quemadmodū nuper dicebamus, religionem Cruciatorum militiæ profiteretur opulentiæ cauſſa præbēdarum,aut ſi quis quod creberrime vſu venit,fieret ſacerdos,non propter ſtatus ſanctitate, ſed propter ſacerdotia, nimirum

Rō hæſitandi. ditari magis cupiens,quam ſacrificare. Apparet enim votum non eſſe licitum atque adeo nec obligatorium. Nam malum finis

Solutio Caieta. obiectum vitiat,de malo aut ē obiecto (vt concluſione prima dictum eſt) iniquū eſt votum. Dubium hoc etſi docte hoc loco

Diſtinctio. diſſerat Caiet. accuratioris tamen eget examinis. Multimoda.n diſtinctione vt impræſentiarū oportet. In huiuſmodi inquā votis melioris boni triplex fieri contingit relatio in malum finem. Poteſt quippe vel

Prima aſſertio Caie. obiectum ipſum voti in malum referri,vel applicatio animi ad vouēdum, vel votum ipſum. Exempli gratia. Si quis hanc faceret animo oblationem. Voueo dare eleemoſinam propter vanam gloriam tunc vocula,propter,moderari, & quod aiunt, determinare poteſt aut verbum, dare, aut verbum voueo. Et quidem priori modo obiectum ipſum voti,quod eſt,dare, refertur in malum finem a quo ideo datio ipſa contaminatur ac deprauatur. Et de hoc ſenſu eſt prima aſſertio, eiuſmodi votum nullum eſſe,ſed eſt inter illa,quæ prima cō cluſione condemnantur. Nam dare propter vanam gloriam,eſt malum obiectum, & multo erit iniquius vouere aliquid facere propter malum mortale, vt ſi voueas ad eccleſiam ire ad ſolicitandum puellam. Nam ire ipſum tunc malum eſt, quod eſt voti obiectum. Exemplum ſecundi. Vt ſi quis intendens pingue ſacerdotium,cuius non eſt dignus,fieret ſacerdos, vbi eſt implicitum votum caſtitatis vel præceptum, de quo modo nō diſputamus,aut cum nobilis tali animo induit militaris religionis habitum. Hic.n obiectum uoti non refertur ad malum. Si.n hic dicat,uoueo eſſe ſacerdos propter beneficium expiſcandum, præpoſitio, Propter,non modificat rē quæ eſt eſſe ſacerdot ē,ſed hoc quod eſt, uoueo. Haud.n poſt ſacerdos aut miles effectus opera facit ſuæ religionis, puta nec orat, nec celebrat,nec obedit propter malum finem, ſicut qui dat eleemoſinam propter uanam gloriam, ſed tantum profeſſus eſt propter malum finem. Et de hoc intellectu fit aſſertio ſecunda: Votum ſic factum, te- Secūda. net. Et ratio eſt,qnia obiectum eius res licita eſt,& bona,ſcilicet eſſe mlitem,aut ſacerdotem,nempe militare,orare ſacrificare,quæ quidem non referuntur in ſiniſtrū finem. Pari modo ſi quis profitetur religionem,peruerſo fine adductus, porro vt poſſet poſtea res conuentus ſuſſurari. Ille.n. obiectum uoti,puta uigilias,ora iones, & obedientias non refert in malum,ſed finis uouendi fuit malus. Quare uotum,quia de bono eſt obiecto,ſolidum eſt & firmum. Ad rei autem perſpicaciorem intellectum arguitur. Sicut dare eleemoſinam propter uanam gloriam peccatum eſt,& corrupto fine ire ad eccleſiam ſic & malo fine uotū facere,ergo ſicut uotum primi generis eſt malum,quia de malo obiecto,ſic & uotum ſecundi generis,quia malum habet finem. Quod ſi utrunque malum eſt, fit, ut neutrum teneat. Pro ſolutione argumenti hoc apprime in præſenti materia notandum eſt,quod lectorem minus attentem fallere ualde poſſet, nempe nō eſſe in uniuerſum uerum,quod omne uotum illicitū & malum ſit irritum, neque hoc a nobis aſſertum eſt,ſed hoc tantum,quod omne uotū

de

de obiecto malo est irritum & cassum concedimus ergo, quod vouens sacerdotium aut religionem malo fine, peccat quidem vouendo, tamen quia votum, bonum habet obiectum (nam etsi votum referat in malum finem, tamen obiectum non refertur in eundem) votum tenet. Negatur igitur postrema consequentia, votum factum malo fine malum est, ergo non obligat sicuti si haberet malum obiectum, quoniam res Deo deuota bona est licet malo fine dicata. In tertio autem modo plusculum latet ambiguitatis. exempli gratia. Rex sciens & prudens iustum indicens bellum, vouet Deo auri talentum, si victoriam obtineat. Hic obiectum voti, puta dare pondus auri, bonum per se est, finis tamen voti, puta obtinere iniquam victoriam, est malus. Et de hisce igitur votis distinguendum hoc pacto est. Si tale votum fiat vt Deus eiusmodi victoriam concedat, non est religionis actus, immo omnino religioni contrarius, eo quod qui sic vouet, Deum facit auctorem mali, pro qua turpitudine, quam Deo impingit, munus illi spondet, ob idque nullum est votum, sed graue impietatis blasphemiæque peccatum. Atque adeo longe scelestius, quam si esset votum de re illicita. Multo enim enormius est Deum facere auctorem mali, qui re illi diuersam vouere. Pari modo si quis voueret Deo munera, vt compotem eum faceret optati adulterij aut homicidij. Quocirca nihil refert votum ante facias quam rem inceptes, an postquam frueris optatis potius Nam etiam si post partam victoriam aut patratum adulterium Deo quidpiam ob id voueas, quo rem tui compotem desiderij, aut victoriam iniquam habeas, votum non tenet quia eadem impietati lue sordescit. Neque si id voueres in gratiarum actionem, neque pro illo gratum Deo & gratias audire. Neque vero interest tale votum emittas, non exprimendo vt Deus tibi in iniquitate patrocinetur, sed mere cõdicionaliter, hoc tenere. Si victoriam hanc obtinuero, aut si compos desiderij mei fuero hanc faciam eleemosinam. Quoniam nullus sic sub mera condõne vouet, nisi vt Deum sui sceleris patronum ac fautorem compellans. Et aliud excogitare, esset casum insolentem effingere. Quare vota hæc absurda omnia sunt & nullius vigoris. Quod si contra insurgas. Similes stipulationes homnibus factæ iuræ naturæ tenent, nam quod quis scorto pollicetur, solucre adstringitur, ergo & solidæ erunt respectu Dei. Negatur consequentia, quoniam potest homo ab homine turpe obtinere obsequium, pro quo mercedem debeat: à Deo autem nemo id recipit quod absurdum est, neq; pro illo debet illi quidpiam rependere. Quare neque tenebit votum, etiam si quis ignorans puter talia vota esse licita, quoniam ex natura rei sunt impia & blasphema. At vero quoniam in re mala aliquid boni inesse potest, cuius citra impietatem potest Deus auctor inuocari, secundo modo fieri hæc vota sancte possunt, nempe si rex bellum adortus nefariam pro sui exercitus incolumitate aliquid voueat, votum tenet. Sicuti si in duellum descendens quidpiam spoponderit, si saluus euaserit, quia effectus hos Deo ascribere non est nisi virtus. Quapropter talis finis votum non vitiat. Secus, si pro eo voueat. vt hostem inique occidat. Nam licet Omnipotens causa sit omnium entitatum, vtpote delectationis quæ est in flagitio, & similium, neutiquam tamen peccati. Pari modo si quis voueat si prolem, ex adulterio susceperit. Nam licet adulterij causa Deus non sit, conceptio tamen partusque fœtus naturalis est, Deoque ascriptus. Neque idem est de victoria, quippe cum idipsum quod est inique vincere, piaculum sit Simili iure, si vsurarius aut lusor pro parto lucro votum voueat, illud quidem tenet, iuxta verbum Christi. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Cum eo tamen id moderamine intelligitur, vt votum ex ære alieno quod aliter restituere nequit, non expleat, contingeret enim tunc de rapina eleemosinam erogare. Validiori denique ratione votum tenebit, vbi illud emiseris ad puniendum malum, vel quo ab illo cautius cohibearis. Vt si huiusmodi emiseris votum. Si tale flagitium admisero, talem faciam eleemosinã, aut peregrinationem, aut seculo religiosus vale dicam. Huiusmodi enim vota vel sunt quasi opera penitentiæ, patratæ iniquitatis vindicatoria, aut patrandæ prohibitoria, atque adeo conditione posita tenent. De quibus inferius emunctius. Secundum dubium circa eandem conclusionem existit de operibus, quæ sunt consiliorum, aut

Tertia.

Obiectio.

Dilutio

Secũda dubitatio.

directe contraria, aut impedimenta. Diſſecantur hæc autem in tres ordines. Quædam enim ſunt prorſus contraria, de quibus reſpondetur nullatenus licere votum amittere. Haud enim licet vouere non ingredi religionem. Nam licet nemo ingredi tenetur, liberum debet eſſe cuicunque & ſemper integrum. Quapropter votum contrarium non ligat, atque adeo iniuſtum eſt, non ſolum tanquam vanum, verum & tanquam dere Deo odibili, quandoquidem conſilia ſua impendio ſibi placeant, Sed arguis. Non omnia opera quæ in ſeipſis conſilia ſunt, cunctis hominibus conſilium eſt facere & ideo qui certus eſt non eſſe ad religionem aptus, vel ad peregrinationem, vouere poteſt nō facere. Reſpondetur, tale votum non poſſe à culpa excuſare. Nam qui impotens eſt faciendi, in caſſum vouet non facere, & qui quoquo pacto ſperat poſſe iniquus eſt, dum ſe voto cohibet. Ob eandem cauſſam nemini licet vouere aut iurare, ſe nunquam aut ieiunaturum, aut peregrinaturum, mutuaturum aut fideiuſſurum, aut quauis alia miſericordiæ officia nunquam indignis impenſurum, quandoquidem ea facere, ſæpe ſit conſilium. Ne tamen complures condemnemus qui hoc conſueuerunt, hoc intelligimus quando ea facere conſilium fuerit. Nam omnibus mutuo dare & pro omnibus fideiubere, non eſt conſilium. Quare qui ſic voueret. Non omnibus indiſcriminatim mutuabo, nihil mali voueret, ſed qui diceret. Nulli neque vllo caſu. Ex his ſit conſequens, neque dicitur eſſe votū non vouendi, quoniam vouere in genere conſilium eſt. Atquoniam non cuicunque eſt ſemper conſilium, licet votum facere non vouendi, niſi contra tali perſona, aut cum talibus circunſtantijs. Nihilominus ſi eo non obſtante voueas, quamuis pecces, tenet tamen votum iure diuino & naturali, cui tu non poteras derogare. Colligamus ergo nemini licere huiuſmodi, ſeu vota ſeu iuramenta facere, quoniam neq. facta tenent. Deus nanque aſcenſiones, teſte Dauid diſponit in cordibus noſtris', non deſcenſiones. Quo circa vouendi religio ſuopte ingenio & natura inſtituta eſt ad promouendos homines in ſublime, non ad retrahendum. Secundum gradus operū q̄ rum eſt, quæ licet nō ſecum compatiantur maiora bona, ipſa tamen per ſe officia ſūt, neq. ipſorum vota votorumve impletionis impediunt, quin aſcenſus fieri poſſit ad ſublimiora. Quocirca talium vota ſolida ſunt. Vt ſi quis voto ſe pauperum ſeruitio in hoſpitali mancipet, etiam ſi dicat, perpetuo manebo, hoc inquam votū eſt oblig. Neque proinde obſtat quominus ille ſi libuerit citra vllam diſpenſationem religioſus fieri queat. In tertio vero ordine ea collocantur, quæ quamuis non ſint formaliter religioni contraria, ſunt tamen ſuapte natura eius obſtacula, vt coniugale fœdus. Qui enim matrimonium ſemel conſummauit, cōmigrare ad religionem viuente coniugo nequit. In dubium ergo vertitur, vtrū fas ſit votū emittere ineundi coniugiū? Et arguitur hoc eſſe licitū, poſtquam obiectū eſt bonum, ac virtuti legitimum, & cuicunque ante emiſſionē voti religionis integrum ſit eligere quod maluerit vi uendi inſtitutum. Item, fas cuique eſt celebrandas a ſe nuptias iurare, quo quidem iureiurando deinde tenetur, ergo & quiſq; poteſt earundem votum emittere. Nihilo minus reſpondet eiuſmodi vota genere ſuo & obiecto non eſſe licita vtpote per quæ Deo offertur id, quod illi non eſt acceptū. Nō animo ob id ſolū, quod impediūt maius bonū, nam & matrimoniū cōtrahere & cōſummare impedit religionem, ſed quia per votum offers quod Deo non placet, quatenus offers impedimentum ſui conſilij. Itaque poteſt contrahendo matrimonium obſtaculum religioni opponere. non tamē illud voto Deo dicare. Nam etſi vouere nemo iure cogatur, compellitur tamē vnuſquiſq; viā Spiritui ſancto per impoſſibilitatem non occludere, quou'q. ſtatum mutes & firmes. ſi ei forſan aliquādo aſſlare dignetur. Sed eis, ſaltem licere votum emittere connubialis conſortij citra copulę conſūma onē, quoniam illud nulli eſt religioni impedimēto. Reſpondetur, q̄ ſimpliciter votum emittit matrimonij, ex natura rei obligat ſe conſummare alias caſſum deceptoriūq. matrimonium eſſet, ob idque dum abſolute emittitur, ſp eſt illicitum, ſi autē contingere poſſet, vt quis matrimonium voueret, quale fuit inter Virginem & Ioſeph, alteri videlicet voto perpetuæ virginitatis vtrinque adiunctio, nihil aliud eſſet quam religionis officium. Contra hanc autem deciſionem arguitur. De matrimonio bifariam meditari poſſumus,

Rñſio.

Dubitatio.

Solutio.

Secūdus gradus operū q̄ ſub voto com-

prehendi poſſunt.

Dubiū.

Ad primū arg.

Ad ſecūdum.

Rñſio.

Argu. cōtra p̄teritam definitionem.

sumus. Vno modo, vt est in generationis officium, & tanquam status quidam ac viuendi institutum. Atque hoc modo indubie fatemur nemini licere voto se illi adstringere, quoniam est status inferior excelsiorem impediens, atque adeo abusus est voti, quod esse debet semper fœlicioris frugis aut saltem minime illi obstans. Sed altero modo consideratur in remedium ad compescandam illegitimam libidinem. Et hoc pacto arguitur, quòd sit eius votum licitum. Nam carnis illecebris obuiare iustum & sanctum est, & coniugale commercium ad hoc est etiam munus permissum, nihil ergo in tali voto absurditatis inest.

Caieta. Propter hoc argumentum Caietan. artic. præsenti intrepidus asseuerat licere in tali casu ac tali causa uotum emittere matrimonij. Et ascisci contra se argumentum ex S. Thom. in quarta distinctione 41. cui multi adhærent, adstruentes, quod non liceat solum ad vitandam fornicationem coniuge vti. Esset enim tori cõiugalis abusus, qui in officium tantum concessus est.

Solutio. At nihilominus respondet, se nihil absurdi in tali vsu agnoscere, quin obiectum esse possit voti. Verumtamen quidquid sit de vsu, dato inquam quòd esset sola causa cauendæ fornicationis licitus, non tamen fit inde consequens fas esset tale uotum emittere. Non enim ratio quare non liceat, ea sola est, quod obiectum per se non sit bonum, sed quod est impeditiuum maioris boni. Et miror Caietan hoc non aspexisse. Liberum enim cuicunque est ac licitum matrimonium inire, immo aliquando cõsilium, quia melius est, vt ait Paulus, & consultius nubere quam uri, & tamen ratio quare non licet votum emittere est, quòd quamdiu quis matrimonium non contrahit, liber esse debet, vt si epiritus sanctus magit ei prosper affflauerit, mutare mentẽ possit. Et quod ratio Caietani fallax sit, patet, nam alias sequeretur, quòd liceret uouere matrimonium quatenus est in officiũ si quidem bonum est. Si ergo non licet, qa est impedimentum religionis, eandem ob causam non licebit ut est in remedium alterius mali. Et confirmatur. Non obstante tali voto, posset vouens mutato proposito ad religionem transgredi, ergo vanum est atque adeo illicitum. Et ideo non possum de hac re Caietano non refragari. Vnde ad primum argumentum superius factum iam responsum est, quòd etsi connubiale fœdus obiectum sit bonum & legitimum, tamen hoc tantum concluditur, qꝺ potest quisque illud inire, non tamẽ quod possit votum eius emittere, quoniam vanum esset, quando quidem eo non obstante, posset ille religionem profiteri. Et pariter ad secundum respondetur, quòd etsi liceat futuras nuptias iurare, nihilominus non obstante iuramento, licet iuranti monachalem habitum induere, neque aliter illud tenetur implere, quam si religiosus esse non maluerit, aut sacerdos, qui melior etiam status est, quoniam istæ conditiones a iure semper intelliguntur prosilire. Superest autem postremum dubium, quantum scilicet grauitatis in huiusmodi votis insit quæ fiunt contra consilia. Videtur enim nunquam pertingere ad peccatum mortale, ob id quod nullum obligat, atque adeo neque vllum sunt excelsioris frugis impedimentum, sicuti de illo diximus, qui se hospitali uoto adduxit. Respondetur autem tria in ipsis pensari. Primum est obiectum ipsum & intentum. Cum enim dare eleemosynam, & similia consilia, nonnunquam ad limen præcepti pertingant (tenemur enim quandoque eleemosinam facere) si quis ita vouerit ut proponeret nunquam eam largiri manifeste peccaret mortaliter, quia proponeret facere contra præceptum. Secundo, etiam consideratur in talibus votis repugnantia diuinæ voluntatis, qua ratione quis vouet Deo tanquã gratum id quod ingratum est. Et qui hoc sciens ac prudens faceret, non dubiũ quin peccaret mortaliter, essent enim manifestarius abusus voti, posset tamen ignorãs excusari. Attamen si considerentur solum tanquam impeditiua maioris boni, non habent aliam malitiam quam vanitatis, quia re uera non tenent. Quare non videntur genere suo mortalia, nisi in odiũ fierent religionis, nam impia essent. Quod si arguas, nullum prorsus habere magis quam si voueres seruire hospitali, negatur simile. Quando enim obiectum voti etiam dum est executioni mandatum, maiori, bono non obstat, votum nihil habet culpæ. At vero licet uotum coniugij ante eius consummationem nõ impediat tamen quia consummatio impedit, votum vitiatur. Quod si arguas, licet iurare futuras nuptias, quia semper intelligitur ex-

Prima ratio in Caieta.

Confirmatio.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ arg.

Dubiũ alterũ.

Solutio.

Obiectio.

Replica

ceptio

ceptio, niſi iurans vouerit eſſe religioſus, ergo ſimili modo licet vouere matrimonium, reſpondetur, quòd quando promiſſio fit homini, etiam ſub iuramento, iure intelligitur exceptio diuini cõſilij, ſed quia votum ſit Deo, illicitum eſt rem illi contrariam eiuſdem conſilij polliceri, niſi palam expromeres exceptionẽ, ſcilicet vouco Deo matrimonium, niſi de me ipſe ſalubrius quidpiam diſpoſuerit. An vero votum licitum ſit, dum pro ſine bonorum temporalium emittitur, ambigere nemo poteſt. Vt ſi quis quid vouеat, ſi Deus illi proſperum iter dederit, veluti Iacob, Geneſ. 28. aut ſi dederit maritum, aut proles, aut victoriam tametſi nõnulli nos hæreticorum irrideãt, dicẽtes hoc eſſe coemere & mercari a Deo: cum tamen non ſit niſi profiteri concta nobis ab ipſo prouenire, & ideo eccleſia orat pro huiusmodi bonis, quia vtilia nobis ſunt ad vitam æternam. Quare ſi uotum fiat ſub conditione, puta, ſic hoc mihi illudve acciderit, tunc ante impletam conditionem obligationem non parit. Secus ſi abſolute fiat. Nam tunc etiam ſi intentio tua ſit temporale illud adipiſci, quamuis non adipiſcaris, teneris. Ex his demum in calce quæſtionis quam de uoti ſubſtãtia inſtituimus venari qui'q poteſt definitionem quam multifariam Doctores quarta diſtinctione 38. conſtituunt. Debet enim definitio & genus & differentia compẽdio continere, quæ ſubinde tam formam explicet quam materiam. Eſt ergo votum promiſſio deliberatæ voluntatis, Deo de his quæ Dei ſunt facta Genus enim eſt promiſſio ex deliberatione & propoſito proficiſcens. Per hoc autem quod dicitur, Deo facta, vbi intelligitur, vel diuis, ſeparatur a promiſſione, quæ fit hominibus, conſtituiturque in religionis genere. Adiectum autem eſt. De his quæ Dei ſunt, ad explicandum conſiliorum materiam, quæ propria eſt ac peculiaris voti, licet extendatur ad præceptum.

Ad primũ igitur argumentum in cõtrarium reſpondere videtur S. Thom. quod in baptiſmo ſit votum, quamuis illud non ſit opus ſupererogationis, ſed neceſſitatis. Dicitur autem, inquit, votum, quia voluntarie fit, ſicuti cum quis rem præcepti vouet. Quod quidem baptiſmi votum Magiſter Sententia quarta diſtinctio. 38. appellat votum commune. Attamen vt bene hic diſſerit Caietanus, non eſt proprie votum, quaſi præcepto adiectum, idque multis rationib. comprobatur. Primum, quod Chriſtianus trãſgrediens Chriſtianiſmi pcepta, non duplici, ſed ſimplici peccato delinquit, quod manifeſtum ſignum eſt illic nos nõ obligari niſi lege ſimpliciter, nullo ſuperaddito uoto. Mox ex verbis illic proatis conſtat. Interrogatur enim catheccumenus, an abrenuntiet Sathanæ, & an velit baptizari, & an credat, & reſpondet, Abrenuncio, volo, & credo. Illa autem uerba tantummodo ſunt profeſſionis legis & religionis Chriſtianæ, & aſſumptionis noui ſtatus, quæ quidem nõ ſunt ſigna noui voti. Poſtremo id confirmatur, quia baptizari eſt neceſſariæ obligationis præceptum, vouere autem eſt liberum arbitrariumque opus conſilij. At nõ pluribus opus eſt. Nemo enim vnquam cogitauit ſic baptiſmũ eſſe votum, vt ſit obligatio noua obligatione præcepti adhinita. Sicuti dum ſacerdos vel monachus ſua ſtatuta profitentur modo ſeruandæ caſtitatis, quæ eſt in præcepto nouum per uotum adiungunt, ſed dicitur votum commune, pro eo quod Chriſtianiſmus eſt quædam religio ad quam omnes homines tenentur, atque adeo in baptiſmo eandem cũcti profitentur religionem, ſua nimirum nomina in talem malitiam conſcribentes. De Iacob autem cum Deo vouit, quod futurus ei eſſet in Deum, dicẽdum eſt, vel quòd ſe voto ad id ad quod lege tenebatur, religioſus adſtrinxit, vel certe uouit nouum conſilij cultum. Vnde ſubdit. Cunctorum quæ dederis mihi, decimas ſoluam tibi.

Ad ſecundum de Iephte, cum Hieronymo reſpondetur, fuiſſe in vouendo ſtultum, quia diſcretionem non habuit, atque enim reddendo impium. Sunt enim, vt ait D. Thomas, nonnulla, quæ non modo genere ſuo bona ſunt, verum & in omnem euentum, qualia ſunt virtutis opera. Alia vero non ſolum mala in genere, verum & in omni caſu veluti, illa quę ſunt genere ſuo mala. Quorum ideo priora tuto quiſque abſolute vouere poteſt, poſteriora vero, nullo pacto. Sed alia præterea exiſtunt quæ etſi genere ſuo ſint bona, & ſecundum hoc legitima voti materia, poſſunt tamen in euentum exire ſiniſtrum, tale fuit illud

Llcitum eſt voue re pro fi ne bono rũ tẽporalium.

Voti de finitio.

Ad primũ arg. D. Tho. In baptiſmo ñ emittit uotum.

Prima rõ proximę aſſertionis.

Secũda.

Poſtrema.

Ad 2.

illud quod Iephte vouit, vbi nota opus illud non fuiſſe indifferens, nã indifferentia iam ſupra ab acta ſunt a materia voti, immo fuit genere ſuo bonũ, vtpote immolare Deo. Verũtamen qm̃ immolationis materia non fuit ab ipſo præfinita, ſed dixit. Quicunq. primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ, eum holocauſtum offeram dño, votum prudenti caruit diſcre- re. Et ſimilia ſunt in diſcreta vota, cum ſub nota vniuerſalitatis proferunt. Videlicet voueo quidquid a me pauper petierit, illi porrigere. Nã forſan a te gladium petet ad patrandum homicidium, vel aliud qđ largiri nõ decet. Ea propter hmõi vota in illis euentibus quæ iure naturæ licita nõ ſunt, neutiquã obligant. Atq. hac de cauſſa impius fuit Iephte votum implens. Qm̃ illud ſuapte natura de pecude intelligebatur, vel armento, deq. alijs animalibus ſacrificio offerri conſuetis. Neq. videtur vlla poſſe ignorantia excuſari, eo q̃ non modo hominem contra ius naturę, verum & gnatam truculentæ adegit. Eapropter quod in eius hiſtoria præmittitur, videlicet ſpiritus ſanctus factus eſt ſuper Iephte, neque ad voti emiſſionem, neque ad eius ſolutionem eſt referendum, ſed ad id quod diuino zelo animatus Ammonitas Dei hoſtes adortus eſt. Et quamuis eum inter iuſtos antiquæ legis Paulus commemoret, non inde fit conſequens, nullum admiſiſſe delictum. Recenſet. n. & Sanſonem & Dauidem, quos conſtat nonnunquam fuiſſe collapſum, tum quod alias iuſti fuere, tum propter egregias eorum victorias. Ad tertium reſpondetur, neque votum macerationis corporis, neq. aliud quocunq. tenere, niſi quatenus eſt virtutis opus. Quare dum prudentiæ lineam exorbitant, obligare ceſſant. Quocirca Paulus ad Roma. 12. ſuos alumnus commonefacit, vt exhibeant corpora ſua hoſtiam ſanctam, viuentem, Deo placentem. Actum demum addit. Rationabile ſit obſequiũ veſtrum. At vero quia homines, inquit ſanctus Thomas, in his quæ ad ſeipſos attinẽt, plus ſibi nimio iudicantes indulgent, cõſultius eſt, vbi de hac re dubium ingruerit præfecti iudicio ſubdi. Percontaris autem quodnã erit iudicium tranſgreſſæ lineæ in huiuſmodi votis? reſpondetur non eſſe aliud quam dum ius naturæ reclamat. Non dico quod vbi ius naturæ non præcipit talia ieiunia & operum aſperitatem, non ſint talia vota licita, alias neque quadrageſima eſſet licita, ſed quando id quod facis, legi naturæ aduerſatur, nempe quando afflictatio in homicidium vergit, tum voti obligatio aboletur. De alio vero argumenti membro, nempe de rerum indifferentium votis iam reſponſum eſt nihil valere, quare aliquando deridicula ſunt & mulierecularum ludicra, quin vero aliquando execranda, vtpote quando ſunt ſeu ſortilegia & ſuperſtitiones vel deliramenta vel ſacrilegia.

Iephte impi⁹ in reddendo votũ

Ad 3.

Paulus.

Scrupulus.

Solutio.

QVÆSTIO II.

DE VOTI VIGORE, AC virtute.

S. Tho. 2.2. q. 88. artic. 3.

ARTICVLVS I.

Vtrum omne votum obliget ad ſui obſeruantiam.

COnſtituta voti ſubſtãtia, ſubſequitur de eius vigore & virtute indagare. Ac primum quæritur de eius vi obligãdi. An videlicet omne votum ſit obligatorium? Et arguitur a parte negatiua: Votum vt dicebamus eſt promiſſio Deo facta, promiſſio autem ſimplex quæ fit hominibus nõ obligat. Nã iure ciuili nõ oẽ promittens ſoluere cogitur, Deus aũt cum bonorũ nr̃orum nõ egeat, non cenſetur vrgentior promiſſorum exactor quã ſit homo, ergo neq. ſemper votũ obligat. Secũdo arguitur. Si votũ eſſet obligatorium ſequeretur q̃ nullus vouentium metus a voti præuaricatione valeret eos excuſare, quia ſicuti nullã Dei legem metus cauſſa violare licet, ita neq. vllum ſuſcipere votum qđ non optima fide ſoluas: conſequens tñ eſt falſum, eo q̃ votum, ſpontaneum eſſe debet, voluntati autem, auctore Ariſto. metus obſtat. Tertio, Nemo ad impoſſibile obligatur, vſu aũt nõnunquã venit vt qui aliquid vouit, explere votum nequeat, nempe aut q̃ ex alio dependet, vt ſi religionẽ vouit ad quam monachi eum admittere renuunt, aut ſi mulier quam virginitatem vouerat, lapſu deinde amiſit, vel dum

Primũ arg.

Secũdũ.

Tertiũ.

dum qui pecuniam uouerat, ad mendicita
tem redactus eſt, ergo non ſemper votum
Quartũ. obligat. Præterea quarto, Si votum omne
ſoluendi nexu colligaret vouentem, ſeque
retur quod omne votum illico eſſet implẽ
dum, nam quod debes, ſtatim reddere con
geris, non tamen omne votum ſtatim red
dere neceſſum eſt, vt puta quando ſub con
ditione fuerit emiſſum, ergo nõ omne vo-
Quintũ. tum obligat. Quinto arguitur. Si votum
omne obligaret, cõſequens fieret tũ quod
quis poſſet ſubditum obligare, vt patet fi
lium: tum etiam quod qui per ſe non poſ
ſet implere, teneretur id per alium facere,
quõd videtur abſurdum. In contrarium
autem eſt illud Eccleſ. 5. Quodcunq. voue
ris redde. Multoque melius eſt non voue
re, quam poſt votum promiſſum non red
dere. Nam vnum eſt conſilium non capere, alterum vero iuſtitiam præuaricari.

Conclõ ſiua. Quæſtionis ſolutio facilis eſt & clara, quæ in vnica concluſione conſiſtit. Votum genere ſuo & obiecto ſub reatu lethalis
Probõ. criminis ſacrilegijque obligat. Probatur, naturalis non conuincit vt promiſſi fides
Cicero. ſeruetur, vnde vt Cicero. 1. de Offic. ex quo
Auguſt. id Aug. in epiſtola 19. ad Hieronymum deſumpſit, Fides, inquit, duabus ſuis ſyllabis ſignificat, vt fiat quod dicitur. Quod ſi homines hac lege inter ſe tenentur, longiſſime conſtrictius tenentur Deo, tum ratione dominij, quod creationis iure in nos habet, tum etiam ratione beneficiorum, quibus nos in dies accumulat. Ex his namque arctiſſimum fidelitatis vinculum naſcitur, quo homines tenentur ſua Deo promiſſa perſoluere. Vnde Sapiens, diſplicere, inquit, maxime Deo infidelem promiſſionem. Hinc ergo ſit votum obligare ſub reatu culpæ mortalis. Nam etſi vouere opus conſilij ſit, nihilominus reddere eſt actus iuſtitiæ, quæ citra charitatis iniuria violari non poteſt, cum ſit inter homines maxime neceſſaria. Quidquid autem charitati aduerſatur per quam anima viuit,
Secũda ratio. eſt peccatum mortale. Et ſecundo reatus augeatur ratione vulneratæ religionis. Promiſſio quippe facta hominibus obligat iuſtitiæ vinculo, illa autẽ quæ fit Deo, inſuper ratione religionis. Et igitur vouere Deo, religio, atque adeo id reddere, iu-
Dubitatio. ſtitiæ actus, religione inſignitus. Ex vtroque ergo capite votum genere ſuo obligat ſub reatu mortali. Nihil in concluſione reliquum ſit ambiguitatis, ſed hoc vnum quod omnibus præceptis vniuerſale eſt, explorare id poſſumus de voto. Vtrum ratione leuitatis materiæ fieri poſſit, vt voti tranſgreſſio non ſit niſi venialis culpa. Videtur enim a parte negatiua id facere quod votum ſtrictioris eſt vinculi quam iuramentum, maioremq adeo ſanctitatem præ ſe fert, iuramentũ aũt falſum nunquam rõne materiæ fit veniale, ſed in omni indiuiduo eſt mortale. Ex altera vero parte, cum cõe ſit omni præcepto poſſe fieri veniale, apparet & idem huic competere. Atque ita indubie confitendum arbi
Solutio. tror. Et ne quis forſan propter religionis ſanctitatem id credere id reformidet, ego met mihi ſic probo. Votum eſt quæna lex quę ex hominis voluntate dimanat, quam ſ quiſq. ſibi ponit, ergo non aliter obligare debet, quam ſi lex eſſet ab eccleſia vel a
Suadet proxima aſſertio. Deo ipſo poſita. Imo vrgentior videtur legis neceſſitas quam voti, Lex autem etiam ſi genere ſuo obliget ſub reatu mortali, ratione tñ leuitatis materiæ rigorem remittit, vt eius tranſgreſſio non ſit niſi venialis. Futuri enim genere ſuo eſt mortale, ſed nihilominus furari vnum obolum, non eſt niſi veniale. Æqua ergo ratione ſi ego voco non furari, tunc vnum obolum ſurripere, non erit niſi veniale. Quod ſi dicas religionis celſitudine hoc non permittere, profecto id non video, quandoquidẽ præceptis fidei & charitatis id minime repugnet. Secundo. Tranſgreſſio voti quando
Secũda ratio. non eſt plena deliberatio, poteſt inde fieri venialis, ergo & ratione materiæ. Ter-
Tertia. tio, Si quis vouit quotidie recitare Roſarium, propterea quòd omittat vnum Aue aut duo, non peccaret mortaliter, quia neque lex Eccleſiaſtica, imo diuina cum tanto rigore nos obligat ſtatos pſalmos perſoluere. Concluſio ergo non eſt dubia, vbi prętermittitur tenuis particula illius quod
Dubiũ alterum voueras. At dubium ſupereſt, quando totum id quod vouiſti, eſt res leuis. Vt ſi ſpopondiſti erogare pauperi vnum obolum, aut dicere vnum tantum Pater noſter,
Solutio. vtrum horum omiſſio ſit mortalis? Et facit pro parte affirmatiua, q tunc cum totũ omittas, fidem frangis. Nihilominus arbitro huiuſmodi omiſſione non eſſe niſi venialem. Nam dum materia leuis eſt, nihil refert, totumne ſit obiectum uoti, an pars. Quocirca ſi uotum emiſiſti quotidie

dicen-

dicendi vnum Credo, etsi id quotidie omittas, nunquam moraliter delinquit. Secus si fortasse voto spoponderis quotidie obolum erogare pauperibus, tunc enim licet nec vnius solutionis nec duorum omissio sit mortalis, tamen quod hodie non tribuis, cras teneris. Quare tibi debiti summa excreuerit mortalis fit culpa. Per hæc ad id quod supra tetigimus, respondemus nimirum quòd si quis vouerat vnum veniale cauere peccamen, tunc illud committere, gemina erit venialis culpa, quoniam in hisce lege vetitis non se homo cogitat obligare nisi legis instar. Vnde si lex non obligat nisi sub reatu veniali, videtur vouens non aliter se obligare. Enimuero (quod hic consideratius meditari debes) non est in vouentis arbitrio situm sub reatu se mortali aut veniali obligare, sed culpæ qualitas ex quãtitate & necessitate obiecti perpendenda est. Contra hoc autem est argum Stat quod ludere, verbi gratia decem aut viginti ducatos ante emissum votum non sit nisi veniale, quoniam prodigalitas genere suo non est nisi venialis, & tñ post emissum votum, fit mortale sacrilegium. Respondetur nos non ire inficias, quin id quod antea erat veniale, efficiatur quandoq mortale per votum. Nam quod non erat malum, puta non dare eleemosynam, emisso voto esset mortale. Imo forte ludere illam pecuniam, esset virtus ante votum, & post votum mortale. Sed dico, quod est respiciendum ad quantitatem. Vnde postquam iam non ludere, virtutẽ constituisti in genere religionis, ac iustitiæ, in quo antea non erat, perpendenda est obiecti quãtitas & dum illa est grauis, erit mortalis Difficultas ergo quæstio. non in ipsa, sed in argumentorum solutione tota consistit. In primo quippe insinuatur dubium superius attactum, an videlicet simplex promissio homini facta sit obligatoria? Et cum simplicem audis promissionem, illam intellige, quæ nec ratione alicuius debiti præcedentis fit, nec iuramento firmatur, sed cum quis sua sponte simplici verbo quidpiam amico pollicetur. Et quidem quod in eiusmodi promissione q̃dam semper sit obligatio. nemo est qui ambigat, quoniam ad minus est assertio, quã si rẽ non compleas, mentitus es, mendaciũ autẽ vniuersum delictum est, saltem veniale, sed dubitatio est an genere suo obliget sub mortali reatu? Et quidem Caiet. 2. 2. cum q. 88. tum euidentius q. 113. non aliã vim obligandi agnoscit in simplici promissione, quam hæc modo insinuata. Putat inquam, promissionis obligationem non ad aliam pertinere virtutem quam ad illam quæ est moralis veritas. scilicet verum dicere, ob idque nõ adimplere genere suo nihil aliud est inquit quam mendacium. Quapropter ex obiecto non est mortale, nisi aliunde fiat pernicioſum, vt si vouisti rem quæ multum alteri referebat, puta, suppetias amico ferre aduersus hostẽ aut filiam eius ducere, quod non re compleueris. At vero in contrarium vare videtur ueritas, nempe quod promissio simplex genere suo obliget sub reatu mortali, nisi ex leuitate materiæ efficiatur venialis. Et ratio habet contrariam eidem Caiet. radicẽ. Enimuero promittere non pertinet simpliciter ad virtutem veritatis, sed reducitur ad commutatiuam iustitiam. Non enim est vtcunque verum asserere, sed obstringendo alteri fidem. Quare vt ait Cicer. in 1. de offic. fides hæc non solum ad iustitiam attinet verum est ipsissimum iustitiæ fundamentum, cui omnia hominum pacta conuentiones innitentur. Ex hoc ergo arguitur. [illegible] genere suo charitati aduersatur mortale, eiusmodi autem est promissum non soluere, quandoquidem est iustitiæ subuersio, quæ ligamẽ est ciuilitatis humanæ. Est ergo genere suo peccatum mortale, utpote per quod ingens detrimentum proximo infertur, qui suam fidem promittenti adhibuit. Insuper promissio Deo facta, obligat sub reatu mortali, non solum quatenus cultus est religionis, uerum etiam quatenus officiũ est iustitiæ, ergo illa quæ fit homini, quia quantum ad hoc, eiusdem sunt generis. Ad hæc uniuersarum gentium existimatio est fidei uiolatorem, ueluti scelestum hominem execrari, uox autem publica, est uox naturæ, ergo obligat sub reatu mortali. Vnde quod ait Salomon, Deo displicere infidelem promissionem, ubi notatur mortale delictum ad oẽm extenditur, etiã quæ fit homini. Quod si uerbum S. Thom. obijcias, dicentis hic promissionẽ obligare tantũ secũdum honestatem, ubi uidetur excludere, obligatione iustitiæ, nam sic solet usurpari honestas pro eo quod non est ad iustitiam necessarium. Respondetur quod

non

Caiet. sententia

Promissio simplex genere suo obligat sub mortali. Probõ. Cicero.

Ratio altera.

Postrema rõ.

Obiectio.

Argum.

Rñsio.

Quæstio 1 primo argumẽto prætacta.

non accipit honeſtatem, vt excludat iuſtitiam, ſed vt excludat ciuile forum. Non inquam negat, quin ſit obligatio iuſtitiæ, ſed inſinuat, quòd quantum ad ciuile tribunal, non ſufficit ſimplex promiſſio, niſi ſit vel iuramento vel ſcripto vel teſtibus Solutio. firmata. Immo & quantum ad honeſtatẽ iuſtitiæ in foro Dei accidere conditiones poſſunt quæ vim obligationis tollant. Vt ſi quod tibi promiſi, tibi poſtea ſit inutile, aut nocuum, vt ſi gladium tibi promiſi, quo poſtea video te uelle abuti. Aut ſi promittenti factum eſt impoſſibile aut perniciosum, vt ſi promiſi pecuniam, quam poſtea ob infortunium reddere non poſſum. Aut ſi mihi ingratitudinis ſigna exhibuiſti. Contra hanc autem promiſſionis obligationem ſtare videtur teſtamentorum ritus. Quãdiu enim teſtator viuit, legata oĩa mutare libere poteſt, neque obligatus cenſetur illa ſoluere, & tñ legatum quoddam Argum. videtur promiſſi genus. Reſpondetur autẽ legata non eſſe proprie promiſſiones, quæ vllam habeant firmitatem vſque ad teſtatoris mortem, quam vt ait Paul. teſtamentum confirmatur. Quare oĩa ad illum ſunt articulum referenda. Præter hæc ex ſuperioribus recolendum eſt, ſimplicem aſſertionem futuri non eſſe ſemper promiſſionem. Si.n. dicas faciam, id tñ exprimens, ꝙ in propoſito habes, non ſubinde obligaris niſi illo id ſenſu proferas, quod eſt promitto facere, vt puta dum quis ex te quidpiam petit, & reſpondes faciam. Alias iam ſupra diximus poſſe te mutare propoſitũ. Difficultas altera. Aliquantulo aũt difficilius dubium eſt, an promiſſio quam apud te ſola mente homini facis, ſit obligatoria. Viſus eſt S. Tho. art. 1. id negare dicens promiſſionem, quæ ab homine ſit homini, non poſſe fieri niſi per verba. Cuj & ratio ſuffragatur: Nam obligatio eſt inter duos, homo autem non loquit̃ homini, niſi verbis aut extẽris ſignis, ergo non ſe aliter valet alteri deuincere. Rõ dubitandi. Hoc forte problema eſt, ſtando in iure mero naturæ & in conſcientia. Nã in foro exteriori manifeſtum eſt mentalem obligationem, imo neque oẽm quæ ſit abſenti ligare. Sed in conſcientia de vtraque forte parte opinari quiſque poteſt. Et quamuis rariſſime id vſu veniat, nihilominus ſi contingat, neceſſe eſt ſcire an promittentis cõſcientia ligata maneat. Et ꝙ ſit obligatoria profecto ſunt argumenta non pœnitenda.

Primum. Voces ſunt ſigna conceptuum, ſi ergo vox obligat, non eſt niſi ex ui conceptus. Et cum mentalis promiſſio, locutio vere ſit non poteſt ſi non impleatur, carere mendacio, quod intrinſeca ratione delictũ eſt. Mox. Qñ ſola mente de re deliberaſti, illamq facere propoſuiſti, nondum obligatus es, ergo ſi his mente loquendo adhibeas, Promitto tali indigenti amico talem pecuniam, aliquid obligationis ad præcedentia adieciſti. Tertio, Si tam promiſſionem in mẽte inramento firmaſſes, vinctus remaneres ad ſoluendum, & tñ iuramentum promiſſorium non obligat niſi virtute præcedentis promiſſionis, ergo promiſſio obligabat. Quarto, ſi poſtea nullam aliã concepiſſes mente promiſſionem, ſed illã amico poſtea notificares, dicens. Nihil tibi nunc promitto, ſed tamen heri tibi apud me hoc pollicitus ſum, vide an promiſſum acceptum habeas, tunc obligatus videreris ergo virtute prioris promiſſionis. Quinto, Si ſurdo nihil audiente aliquid verbo promittas, ſimiliter ſi in præſentia vnius dicas. Ego tali abſenti amico hoc promitto, promiſſio in conſcientia videtur tenere, quidquid ſit de foro ciuili, ergo etiam ſi fiat in mente, quæ eſt promiſſio in abſentia.

Suadet ſequentib. rõnibus altera pars qõnis ꝓximæ. Primũ argum. Secũdũ. Tertiũ. Quartũ Quintũ.

Obiectio. Quod ſi contra arguas, Promiſſio pendet ex acceptione alterius, ergo antequam ipſe nouerit non tenet. Fateor equidem, ſed tamen quod contendimus, non eſt aliud quam ꝙ ille qui alteri mente promiſit, tenetur id ei ſignificare, & ſi voluerit accepta re, tenetur ei reddere. At vero quando promiſſio eſt mutua, puta, do ut des, facio vt facias, vt eſt coniugalis conſenſus, tunc non ſufficit mentalis niſi vtrique parti exterius conſtet. Et pari iure nullus alius contractus teneret, puta emptionis aut venditionis. niſi externe ſignificarentur conſenſus. De ſimplici autem promiſſione videntur argumenta nonnulla ſuadere probabilitate, at probabilius forte eſt, eam quę ſola mẽte fit, nõ obligare, nam antequam alius ſciuerit, põt reſcindi & mutari, vt lib. 4. q. de tiãsl. dñio me dixiſſe memini, ob id quod cum naturale ſit hominibus verbis aut ſignis ſuos ſignificare conceptus, ante ſignificatam promiſſionem nulla videtur obligatio reſultare. In ſecundo argu. tangitur de metu. Hoc.n cõſtitutiſſimum eſt quod votum debet eſſe uoluntarium. Voluntati autem ignorantia, uis, & metus obſtant,

Solutio.

vt

vt 3. Ethic. auctor est Aristot. Et quidem de ignorantia art. 1. dictum satis est. De metu ergo restat impræsentiarum hoc pacto respondere. Primum in confesso est, metū obstare, ne votum obliget ratione iam dicta, quia tollit voluntarium. At vero cum metus multiplex sit, dubium restat, vtrum omnis eandem vim habeat impediendi: nam solenne est in mortis periculo vota facere, quæ quidem nefas esset re non cōplere. Distinguitur ergo duplex metus: alter forinsecus incussus: alter vero ab intrinseco ortus. Et quidem forinsecus imminēs impedit ne votum obliget nisi post libera um habeatur & firmum: ille autem qui est ab intrinseco obligationem, non tollit. Distinctio est receptissima, nō modo Theologis, verum & Iureconsul. vt patet apud Panor. c sicut. 2. de regula. Quin vero ambæ istæ conclusiones, sanctiones sunt iuris canonici. Prima siquidem habetur in c. Relatum, de his quæ vi met. caus fiunt vbi mul er quæ coniugis metu votum emiserat religionis absoluitur. Secunda vero habetur eod. citato c. sicut de regula. vbi clericus qui nimia ægritudine monachatum vouerat, cogitur esse Monachus. Sed est per spectæ expendendum, quisnam impræsentiarum censeatur metus ab extrinseco qui excuset. Haud enim satis est vt a re extrinseca incutiatur: nam votum emissum in naufragio, metu turbati maris, tenet, neque requirit incuti ab homine, nam qui in vincula coniectus aut in suspendium, raptus votum emitti, licet metus sit ab homine, ligatus manet: sed requiritur quòd incutiatur per iniuriam. Neque vero id satis est: nam si Turca te habet captiuum, & Deo votum facias aut diuæ Virgini, quæ te inde eripiat, re vera tenet. Et similiter si inuasus ab hoste in conflictu votum facias, vt illęsus euadas. Requiritur ergo quòd incutiat ab homine per iniuriam intendēte extorquere tale votum: puta si dicat. Occidā te nisi voueris. Quocirca inde ratio huius discriminis elicitur, quòd metus ab intrinseco exortus, a Deo offertur, qui nemini facit iniuriam: ille autem qui ab homine infertur, ex iniuria nascitur. Sed licet forsan eodem recidat genuina ratio est, quod votum per metum ab extrinseco non est voluntarium, sicut alterum: qui enim vouet extrinseco metu perculsus, nulla id ratione gratum habet quod vouet, & ideo non sua sponte illud acceptat, sed quo se ab hoste defendat, quando vero metus est ab intrinseco, quia nulla existit pugna cum hoste, gratum habet illud vouere, vt patrocinium mereatur diuinum, quo liberetur a periculo. Et ideo est alia ratione voluntarium, quam prius. Et exemplo insuper ab hominibus ostenditur id tenere. Dum. n. grauiter iacens metu mortis amplam medico si euaseris polliceris mercedem, ideo votum tenet, quòd illud medium eligis, vt seruetis, multo ergo melius tenebit votum emissum Deo. Huic nihilominus veritati nonnulla obijciuntur argumēta Primum est. Iuramentum extortum per metum ēt cadentem in constantem virum prorsus obligat, votum autem genere suo, quia vt Deo, maiori rigore ligat quam iuramentum, ergo simile votum obligat. Negatur consequentia. Nam etsi votum propterea quòd fit Deo, coactius vinciat, quam iuramentum, quod fit homini, tamen iuramētum aliam habet obligandi naturam quā votum. Nam voti obligatio ex nuda pēdet puraque vouentis voluntate, & ideo metus eidem voluntati obiectus, tollendo voluntarium, tollit obligationem, vinculum autem iuramenti non ex voluntate iurantis, sed ex natura iuramenti resultat ac pendet. Est enim reuerentia hæc debita diuino nomini, vt quod iuras nunquam falsum esse sinas quomodocunque id iures, dummodo sis mentis compos. Sed de hoc iterum subsequenti lib. q. . art. 1.

Secundum argumentum est: Consensus per metum forinsecus expressus, vere consensus est. Ait enim Aristot. 3. Ethic. quod qui in naufragio fluctibus suas merces committit, simpliciter vult, licet conditionaliter nollet, ergo votum simpliciter est voluntarium, atque adeo tenet. Non desunt è Iureconsulti, qui huic argumento manus dent, nimirum fatentes quod si vouens habuit consensum quocunque fuerit metu coactus, tenet in conscientia apud Deum. Secus autem in foro ecclesiastico. Opinio est Panor. in c Cum iocū. de sponsa. cui astipulatur Sylvest in verbo, metus, §. 8. unde ad illud c. relatum, de his quæ vi metusve caus fi. respondeo, quòd Papa mulierem illā quæ metu nouerat, absoluit, præsumens non habuisse consensum, similiq. ratione absoluit Ecclesia eos qui legitime timorem probant, quos vtique

Duplex mens.

Panor.

Explanatio superioris assertionis.

Primū argum. cōtradicta.

Secūdū arg. Aristot.

Solutio Panor. Chryſo. Refutat ſolutio Panor.

vtique ſi conſtaret habuiſſe conſenſum, non abſolueret. At vero ſalua Doctorum grauium exiſtimatione male coniiciunt, immo quamuis reus fateatur ſe habuiſſe conſenſum, ſi tamen metum legitimis cõ probet teſtibus, in more eſt, vt abſoluatur. Et ſimili probatur exemplo in matrimonio, quod quoties metu cadente in conſtãtem virum celebratur, irritum habetur in foro eccleſiæ, vt patet c. cum loco, & c. veniens, de ſpon. & 2. 3. q. 5. can. notificaſti. Et ratio eſt, quod cum voti obligatio non niſi ex arbitrio vouentis ortum habeat, naturale eſt vt dum voluntas, illa neceſſitate compellitur, votum non ſit legitimum, eo præſertim quod votum eſt opus conſilii,

Corollarium.

cui metus viſque repugnat. Ex quo fit, vt idem metus, qui impedit dum votũ emittitur, ne obliget, culpam etiam eiuſdem tranſgreſſionis, excuſatione abluit. Exempli gratia, Si vouiſti die Sabbathi ieiunare, aut nõ ludere, aut eleemoſinam elargiri, & poſtea tibi metus mortis incutitur, vt contrafaciens, tunc contrafaciendo excuſaris, niſi in contemptum religionis tyrannus tibi eam minaretur. Nam cauſſa, quæ promiſſioni obſtaculo eſt ne obliget, excuſationẽ ſecum eadem affert tranſgreſſionis Præterea id probatur ratione ſupra formata, nempe quod votum non obligat, niſi ad modum legis, lex autem eccleſiaſtica ad ieiunium non eo rigore compellit, vt nos cõtendat pro ſui obſeruatione in mortem adigere, niſi infidelis tyrannus eam nobis

Graue dubiũ.

in legis contemptum comminaretur. Grauius autem intricatiuſque dubium impræſentiarum eſt vtrum huc quod dictum eſt, nempe metum extrinſecus per iniuriam oblatum voti obligationem impedire, in vniuerſum de omni metu ſit intelligendũ, ſiue grauis ſit, ſiue leuis? Et in primis conſenſus eſt omnium vniuerſalis, metum omnem cadentem in conſtãtem virum illam tollere voluntati rationem, quæ ad obligãdum eſt neceſſaria, ſed nondum ſatis eſt apud omnes compertum quiſnam cenſendus ſit metus cadens in conſtantem virũ.

Opinio Iuriſcõſulterũ.

Vulgaris enim quorundam Iuriſconſulto rum, immo & Theologorum opinio eſt, quæ prima fronte imaginẽ veri præſeferit, nempe metum cadentem in conſtantem virum, eum eſſe, cui vir conſtans non ſuccumbit, vt faciat quod non debet. Hæc autem definitio tum falſa eſt, tum & principium petere appares. Fieret. n. inde conſequens nullum metum quantumuis atrociſſimæ mortis, ob quem homo naturale legem, ac diuinam tranſgrederetur, cẽſendum eſſe cadere in conſtãtem virum, quoniam qui vllo impulſus metu talem tranſgreditur legem, non eſt vir conſtans. Obligat enim nos virtutis ratio, vt potius mortem feramus, quam furari, aut mentiri, aut quid ſimile, quod intrinſeca ratione malum eſt. Et tamen profecto metus mortis genere ſuo cadit in conſtantem virum, vt res ipſa per ſe patet, cũm terribilium omnium terribiliſſimum ſit. Et quod definitio eadem principium patet, inde liquet, quod cum quæſtio eſſet an metus aliquis matrimonii, aut voti obligationem tolleret, ob id quod cadens eſſet in conſtantem virum, facile pateret ſubterfugium dicẽti talem metum in conſtantem virum non cecidiſſe, propterea quod ob talem metum id fecit quod non debuit. Igitur deſcriptionem legitimam eiuſmodi metus, vox nos ipſa docet. Metus enim ille eſt cadens in conſtantem virum, quem viri conſtantia ſecum patitur, ſcilicet, quem ſtat virũ conſtantem ſine ſuæ fortitudinis vituperationem habere, ita vt non repugnet eſſe virũ conſtantem, & ſic metuere, nam vna pars fortitudinis eſt, timere vbi oportet. Sed eſt apprime animaduertendum, quod nullus metus quantumuis in virum conſtantiſſimum incidere ſolitus, a culpa tranſgreſſionis excuſat diuinę legis, & naturalis. Vnde etſi mortis metus puellæ oblatus, vt ſtupri patiatur, vere fit cadens in conſtantem virũ, quia fortiſſima id fœmina metuere poſſet, nihilominus ſi ob talem metum conſentiret ſtupro, non eſſet conſtans. An vero eiuſdem cauſſa metus ieiunium frãgere eccleſiaſticum, vel Miſſam die feſto ceſſare audire, non eſſet inconſtans, quia huiuſmodi leges Eccleſiaſticę cum tanto rigore non obligant, vt illarũ ſemper gratia mortẽ oppetamus. Non ergo ob id, quod quis metui ſuccumbat, deſinit eſſe cadens in cõſtantem virum, quoniam tunc metus excuſatur ſuccumbens non ideo, faciat contra id quod debet. Tale ergo metuum genus eſt, quod voti obligationem tollit. Haud tamen hic pacabitur lectoris ſolertia, ſed quæret forte vlterius, vnde perpendendus eſt metus, vt cadere cognoſcatur in conſtantem virum. Vtrum, ſcilicet

Prima ratio in primã opinionem.

Secũda. Quid metus cadẽs in virũ cõſtãtem.

Solutio dubitationis, p positæ.

Scrupulus.

Solutio. obiectio

ſcilicet in indiuiſibilis metus conſiſtat, idemque ſit vniuerſis. Ad hoc ergo reſpondetur. Trinum eſſe caput, unde tale iudicium ſumendum eſt. Primum ſcilicet ex parte obiecti. Timor enim mortis, quę omnium eſt temporalium truculentiſſimum malum, cadere exiſtimatur in conſtantem virum. Atqui nomine mortis, exilium quoque & perpetui carceres comprehenduntur. Quin vero & inſignis infamia, quam homines formidare nihilominus quam mortem aſſolent. Secundo id penſatur ex parte modi quo metus incutitur. Si enim fœmina tibi, vel puer, vel inermis homo mortem comminaretur, metus ille non caderet in conſtantem virum. Sed tertio (quod attentè hic conſiderandum eſt) id etiam perpenditur ex parte ſubiecti. Etenim virorum iſta conſtantia non conſiſtit in indiuiſibili, ſed ſuam habet latitudinẽ. Haud enim aut Theſei aut Herculis ſtrenuitate pollere omnes aut debent, aut poſſunt. Et nihilominus linea, extra quam nõ eſſet conſtantia. Metus ergo, qui ſecum illam compatitur conſtantiam, quæ intra illam includitur latitudinem, eſt cadens in conſtantem virum. Quocirca metus qui fœminam excuſaret, aut ſenem calore ſanguinis iam deſtitutum, non excuſaret virum alium. Vnde nomine viri intelligitur animi robur pro cuiuſque conditione. Ex quo fit, quod ſi puella religionem ingreditur parentum metu, pro eius conditione atroci, nempe quia illam & verbis & re nimium tractant aſpere, niſi in monaſteriũ ſe permittat obtrudi certe votum tali conſenſu emiſſum non teneret. Sibi ergo ſuiſque liberis parentes conſulant, vt eiuſmodi rigorem cogendi remittant. Quo ergo tandem rem concludamus, metus leuis, puta remiſſior quam qui cadit in conſtantem virum, nec voti obligationem impedit nec eius tranſgreſſionem excuſat. Quod ſi arguas, neque eiuſmodi vota eſſe prorſus ſpõtanea, cum ratione metus fiant. Reſponde tur, metum leuem in rebus ſpiritualibus, puta in voto & matrimonio, non exiſtimari metus nomine. De iure autem & foro ciuili nihil hic diſputamus, ſed ad leges & iudicia lectorem remittimus, quiſnam metus contractum vitiet, quis vero minime.

Tertium arg. quod apud D. Tho. ſecundum habet locum, complures aperit dicẽdi materias. Prima eſt de illis, quibus poſſibile eſt votum implere, ſeu quod citra ſuam culpam in tali ſunt impoſſibilitate conſtituti, ſeu quod ſibi viam præcludunt ſeruandi promiſſum. Et primum membrum ad illum ſpectat, qui religionem vouit, quam ſibi refragantibus monachis, profiteri non eſt poſſibile. De quo cenſet S. Tho diſtinguendum eſſe. Aut enim eiuſmodi hominis intentio fuit vouere religionem in genere, & principaliter, licet ex peculiari deuotione hanc poſtmodum elegerit, aut princeps eius propoſitum fuit, ſe obligare ad hanc religionem vel ad hunc locum. Atqui priori caſu tenetur ingreſſum illius monaſterij bona fide & diligentia procurare. Quod ſi illic non admittatur, tenetur adire aliud, ac demum ſi ad illam religionem non pateat ſibi aditus tenetur aliam ac ſubinde aliã tentare, vt per ſe non ſtet quo minus habitum induat. Sin vero vouendi intentio non fuit niſi ad talem domum, uel ad talem religionem, in de uel repulſus uel excluſus, non tenetur aliam adire, ſed liber eſt a uoto. In his ergo primum omnium perpendendum eſt obiectum uoti. Vouiſti religionem in genere. Itaque in obiectio uoti non poſuiſti hanc uel illam, tunc licet magis in unam ſis quam in aliam propenſus, non tamen ad illam magis es obligatus, quam ad aliã Si tamen in obiecto non ſolum genus religionis, ſed hanc expreſſe ſtatuiſti, illam debes prius aggredi, & inde repulſus alias adire. Igitur ſi uotum tuum fuit, hanc ſingularem domum ingredi, forte in qua ſtudium uiget, & repulſam a monachis pateris, nullatenus alium explorare teneris, etiam eiuſdem ordinis, quamuis obſeruatione præſtantiorem, neque ullum in contrarium ſcrupulum tibi ullus injiciat, quia uotum tuum non fuit emiſſum alio religionis intuitu, quam huius conuentus. Quare ſicut eadem uigeat in alio religio, nihil ad te. Pari iure ſi uouiſti talem religionem, nempe noſtram, aut diui Franciſci, aut ſingulariter aliam, teneris quidem conuentus aliquot circumire, & ſi non admittaris, non teneris ad alia. Si autem in genere uouiſti religionem, tunc teneris alias tentare. Sed eſt dubium, utrum tenearis circumire omnes conuentus & religionis? Appa-

Materia tertij ar gumẽti.

Dubiũ.

ret enim ſic eſſe nam poſtquam votum emiſiſti quod ex omnibus pendet, explorare omnes debes a quibus votum tuum pendet. In contrarium facit, quod tunc deberes orbem totum peragrare, quod quam moleſtiſſimum onus eſſet. Item ſi in conuentibus bene inſtituris non eſſet receptus deberes eũ ingredi, vbi religio, iacet, quod tuæ ſaluti non eſſe tutum. Reſpondetur ergo primum, quod vnuſquiſlibet ſuam cum primis debet intentionem conſulere qualiſnam fuerit, nam ſi tantum fuit illis religionibus ſe addicere, quæ ſibi erant circunſtantes & notæ, non tenetur niſi eaſdem diſcurrere. Quinimo licet qui ſic ſuam intẽtionem non reſtrinſerit, ſed abſolute vouerit religionem, non tenetur religiones omnes peragrare, quoniam neque Galliunquam ea de cauſſa ad nos permearunt, neque ex noſtris vllus ad illos. Alias deberes etiam vſque ad Græciam & Inſulas eandẽ ob cauſſam oberrare. Enimuero ius nos ipſum naturæ circunſpecte docet, vt eiuſmodi vota intra regnum noſtrum & linguam ſint adimplenda. Ecquis enim voueret, ſi ob id teneretur ignotas gentes inuiſere? Quod ſi inſtantius ſciſciteris, vtrum omnes ſaltem conuentus in regione propria circunire cogaris? (Apparet enim id ſaltem ratio poſtulare, quandoquidem votũ ex omnibus illis dependet.) Reſpondetur, neque tam late protendi obligationem, dum enim religioni te ante de voueris, tãtum teneris illam bona fide adire. Haud tamen metaphyſico aut dialectico ſignificatu cum tota eſt adeunda, vt vniuerſi conuentus viſitentur, ſed morali modo Ille enim ſic dicitur totam religionem exploraſſe, qui bonam partem circumiuit, nempe ſi quinque aut paulo plures conuentus ambiat, nam licet ex paucis iudicium cætero rorum venari. Ex his quæ dicta ſunt, palã ſequitur, illum qui aliquod habet impedimentum religionis, quod vel quando vouit non conſiderauit, vel poſt votum, ſiue ſua culpam, ſiue ſua culpa incurrit, liberũ fieri ab eiuſmodi voti obligatione quoniam ad impoſſibile nemo iure cogitur. Vt ſi forte eam religionem peculiariter vouiſti, vbi neophyti non admittantur, cum id primum reſcieueris, neque illam neque aliam ingredi teneris. Idem ſi morbo laboras perpetuo, aut alij perpetuo impedimento ſubiectus es, quorum cauſſa re iura repellunt, tutus es in conſcientia, neque vlla leges diſpenſatione. Secus ſi impedimenta nõ ſint niſi temporalia, vt ſi laboras quartana febre, illa abeunte teneris. Vbi axioma illud theologum cuius S. Th. 4. diſ. 38. ar. 3. memini, memoriæ mandandum eſt, nempe, quicquid faciendum votum impediret, ſi preſens eſſet, etram emiſſo voto obligationem auferre. Verũtamen ne quẽpiam decipiat, ad obligationem voti referendum eſt, non ad impedimentum volũtatis vouẽtis. Exempli gratia. Ille morbus, qui ſi dum vouebas, adeſſet, obligationem impediret, adueniens poſt votum eiuſdem obligationem tollit. Attamen licet emiſſo voto aliquid difficultatis experiaris, quam ſi prænoſces, non vouiſſes, non ideo voti obligatio ceſſat. Alias omnia dirimerentur matrimonia, omniaq; expoliarentur religioſorum clauſtra. Quid autẽ ſi repelleris, quia neſcis Grammaticam, aut neſcis officium aliud vt recipiaris inter profeſſos laicos, an tenearis Grammaticam diſcere, aut aliud officium? Ad hoc non eſt ſimpliciter reſpondẽdum, ſed cum diſcretione. Enimuero dum quis votũ edidit religionis, proponens illius eſſe ordinis, qui ſacris initiantur, bona tamen fide arbitrabatur non requiri Latine ſcire, ſi id poſtea ab illo requiratur re vera non apparet obligatus Grammaticam diſcere, neq; tenetur ad ordinẽ laicorum intrare, quoniam ſua ignorantia videtur hominem excuſare. Ac perinde ſi religionem vouit laicorũ, non tenetur aliquod diſcere opificium ſcitu difficile, quia putabat non eſſe neceſſarium. Quando vero quis cõmuni lege religionẽ vouit, tunc arbitror teneri Grammaticam diſcere, ſi modo facultas ſuppetit, quia ſciebat id eſſe neceſſarium, vel tenetur intrare vt laicorũ ordini deputetur. Dubium autem egregiũ ſupereſt. Vtrum repulſam paſſus, aut a religione excluſus, teneatur religionis regulam inquarum poſſit, ſeruare, ac munera religionis implere? Dixerim repulſus aut excluſus. Nam repulſus eſt, qui non admittitur, excluſus autem, qui ob incorrigibilitatem habitum exutus pellitur. Neq; idem eſt vtriuſque iudiciũ. De priori ergo prius diſputemus. Et loquimur de illo, qui bona fide procurauit religionem profiteri, minime vero potuit. De quo pro parte affir-

Reſponſio.

Scrupulus.

Solutio.

Obiectio.

Dubiũ egregiũ

affirmatiua, ſcilicet quod nihilominus ad
Primũ argum. partis affirmatiuæ. id quod poteſt obſtrictus maneat, arguitur. Puello quæ votum emiſit virginitatis, poſtea illum florem ſuæ amiſerit culpa, debet nihilominus perpetuam ſeruare continentiam, vt hic S. Thom. & conſentienter doct. aſſerunt, in voto autem religionis perinde ac in voto virginitatis includitur caſtitas, ergo qui religionem vouit, licet repellatur, tenetur perpetuam ſeruare cõtinentiam, atq. adeo petere ſaltem debitũ non poteſt. Secundo. Si quis voueat pauperibus decem erogare, aut aduentus ieiunia
Secũdũ argum. ſuſtinere, non autem totum perſoluere queat, tenetur quantum poteſt, ergo idem eſt ius de ijs, qui religionem vouerunt. Ter
Tertiũ. tio: Dum quis votum ſolemniter confirmat; tenetur ad omnia officia & munera, quæ in eadẽ ſunt religione conſtituta votum autem ſimplex habet pro obiecto votum ſolenne, nam qui ſimpliciter vouet, tenetur iuridico, tempore votum ſolennitate ſtabilire, ergo pariter tenetur eadem religionis officia inquantum valuerit, exhi-
Quartũ. bere ac ſoluere. Quarto Accedunt & tex. de conuer. coniug. can Quidnam. & can. Placet. in quibus eadem tentẽtiam definitur. Caſus enim prioris c. eſt, quod quidam inuita vxore religionem ingreſſus ac ſubinde ea ipſum repetente in ſeculum reuocatus, poſt eiſdem vxoris mortem cogitabat ad ſecundas ſe transferre nuptias Alexander autem 3. de eadem re conſultus, licet eum non rurſus in clauſtra religionis coegerit, inhibuit, tamen ne ſecundam vxorẽ duceret. Idem deciditur in 2. c. de muliere: quæ putans maritum obiiſſe vitam, monaſterium ingreſſa eſt, atq. inde poſtea a conIuge extracta, orbata poſtea viro, tentauit ſecundo nubere, & tamen prohibita eſt. His nihilo ſecius non obſtantibus ſub di-
Solutio dubitationis proximæ. ſtinctione reſpondetur, quod ſi qui religionem vouit, continentiam in ſuo propoſito expreſſit, tenetur in ſeculo permanens idem ſeruare, ſi vero nihil aliud quam religionem vouit, ad quam non recipitur, eouſque liber eſt, vt nihil in ſeculo teneatur
Probõ. religionis præſtare. Probatur. Si huiuſmodi perſona vel ad caſtitatem tenetur, vel ad aliud religionis munus, aut hoc eſſet virtute eiuſdẽ voti, aut quia repulſam paſſus, impoſſibiles ei fit ingreſſus, neutrum iſtorum ergo Probatur minor. Si enim teneretur ratione voti, illa obligatio ſtatim a tempore eiuſdem emiſſi inciperet, hoc autem vſus ipſe falſiſſimũ oſtendit. Ecquis enim aſtruat, vt qui vouũ ſimplex Carthuſienſiũ ſuſcepit, illico perſtringatur & Pſalmos recitare, & a carnib. abſtinere? Quod autem ratione repulſæ teneatur, multo eſt improbabilius. Nam illa repulſa non fuit in eius poteſtate. Quare neque ipſum nouo vinculo irretiuit, nullo ergo pacto tenetur in ſeculo vllum religionis munus ſoluere. ſecundo id arguitur, legitima cauſſa pateſiat. Nemo virtute voti obligatur
Secũda probatio. niſi ad id quod eſt proprium eius obiectũ, illius autem qui religionem ſimpliciter no
Obiectio. uit, propoſita fuit tantum religio ergo ad id tantum tenetur, quod ſi ſoluere non poteſt, immunis a voto ſit. At vero contraria forte in ſurgis. Qui obligat ad aliquid, ſimul & ad id obligatur, quod inde ſubſequitur, vt in religione inſtituta, is qui religionem ſimpliciter vouit, cũcta alia in virtute vouit. Hoc autem argumentum, non
Solutio. ſolum non eſt contrarium verum & fauet ſententiæ noſtræ. Etenim qui ſtatum aliquem pollicetur aſſumere, non ſe obligat ad leges illius ſtatus quouſque ſtatum illum re vera aſſumat, qua non exprimit in ſuo voto obligationẽ ad peculiares leges illius ſtatus. Cum ergo religio ſtatus quidam ſit, licet illum fueris aſſumere pollicitus, quouſq illum aſſumas, non teneris ad eius leges, quippe quæ non obligant niſi eiuſdem ſtatus profeſſores, vtpote qui ad illas ſe expreſſe obligarunt. Exemplum eſt in Chriſtianiſmo. Vniuerſi enim mortales Chriſtianiſmum ſuſcipere tenentur, & tamen quouſq. per baptiſmum illum profiteantur, non tenentur ad leges noſtrorum ſacramẽtorum, neque ad alias nobis peculiares quæ non ſunt de iure naturæ. Eodẽ itidem pertinet illius exemplum, qui emiſit votum ſuſcipiendi ſactos ordines, haud enim tenetur eccleſiaſticos pſalmos recita re antequam ſacris initietur, atque adeo neq. caſtitatem ſeruare, niſi quatenus diuina lege prohibetur. Idem ergo eſt de illo, qui religionis ſimplex votum fecit. Poteſt enim mutuum ius non ſolum coniugi reddere, verum & ſibi viciſſim petere. Et per
A dargumenta facta in contrarium. hoc ſoluitur argumentum ſuperius obiectum, Haud enim valet conſequentia votum ſolenne obligat ad ſingularia religionis ſtatuta, & illud eſt obiectum voti ſimplicis, ergo & ſimplex ad eadem obligat.

Nam votum ſolenne eſt completiuũ quod aiunt, nempe ſtatus profeſſio, quo quiſque expreſſe dicit vouere obedientiam, caſtitatem, & paupertatem, & leges obligant profeſſos, ſimplex autem non obligat niſi vt ſtatum ſuſcipias. Ac perinde reſpondetur ad illos canones ſupra citatos de conuerſ. coniugato. Illi nanq. vota ſolenniter ediderant promittendo explicite caſtitatem, & ideo inquantum ſe inuito coniuge potuerunt obligare, adſtricti erant. Potuerũt autem ſe obligare, vt nunquam coniugalem vſum peterẽt, & idcirco prohibiti ſunt ad ſecundas tranſire nuptias. Sed quia quantum ad alia votũ non tenebat, non ſunt defunctis coniugibus, in religionem reuocari. De alio autem argõ, nempe de illo qui multum vouit, qui perinde ſi totum non valet, debet ſoluere partem, nullum ad rẽ affertur exemplum, quoniam qui vouit totum, formaliter vouit partem. At vero de illa quæ ſuam virginitatẽ Deo dedicauit, diſtinguendum eſt. Bifariam enim vouere quis poteſt virginitatem: Vno modo ad ipſam proprie reſpiciens, ita vt ſua non fuerit intentio niſi a prima. Venere abſtinere, nam vſu hoc venire ſolet. Et tunc illa perdita non tenetur amplius ad caſtitatẽ, quia ſuum penitus propoſitum non fuit niſi vt carnis integritatem cuſtodiret. Si autem ſimpliciter & abſq. vllo moderamine votũ emiſit virginitatis, tũ illa etiam corrupta nihilominus tenetur ad caſtitatem, quia votum eiuſmodi ſimpliciter eſt negatiuũ, puta virum nõ cognoſcere. Quare quoties illum experitur votum violat. Ob idq. nullum inde exemplum ad illud deducitur, qui religionem vouit. Quod ſi hic obiter ſciſciteris, vtrum illa, quæ vouit non nubere teneatur ſubinde ad votum caſtitatis, vt quoties fornicetur, dupliciter peccet, apparet enim inde ſic eſſe, quod ideo mulier ne nubet vt caſte viuat. Reſpondetur nihilominus eiuſmodi votũ ex ſua natura, niſi aliud exprimatur, non obligare ad caſtitatem. Eſt enim caſtitatis materia duplex. Altera quæ opponitur luxuriæ. Et hęc eſt cõmunis materia præcepti & voti ad quam idcirco obligat, qui religionem profitetur altera vero eſt ſupererogationis, quæ eſt proprie materia, vtpote a toto coniugali abſtinere. Et quæ tantum vouet non nubere, ad hanc ſolam ſe obligat, ſcilicet nõ opponere religioni obſtaculum. Quapropter ſi fornicetur ſimplici flagitio delinquit. Quod autem ſi eo propoſito non nubere cogeret, vt licentius ſcortaretur. Reſpondetur votum hoc nullatenus eſſe obligatorium, eo quod eſt de re mala, obiectum enim tunc quod eſt non nubere, refertur in malum finem, atque adeo vitiatur, Ea propter neq. nubendo neq fornicando tranſgreditur illa votum. Hactenus de illo diſſertum eſt, qui citra ſuam culpam impoſſibilitatem incurrit, implendi votũ. Sequitur ergo vt de illo dicamus qui ſua ſponte illud fecit impoſſibile. Vtrum videlicet qui poſt emiſſum ſimplex religionis votum vxorem duxit, teneatur inquantũ poteſt caſtitatem ſeruare, puta debitũ non exigere? Videtur enim hæc ratio id perſuadere. Nemini ſua culpa ſuffragari debet, neq. ſuus patrocinari dolus, eiuſmodi autẽ homo ſua culpa viam occluſit implendo voto, ac perinde in eius fraudem vxorem ſibi aſſociauit, manet ergo in quãtũ poteſt ligatus. Atq. hanc opin. propter hanc rationem amplexantur Iuriſconſulti. Vnde Sylueſt. in verb. votum. 2. §. 1. cum cæteris Sũmiſtis, ait eiuſmodi perſonam impediri a complemento voti, quia ad debitum reddendum tenetur, quaſi compertum habẽs non poſſe petere. Nihilominus contraria ſententia, nempe quod poſſit etiã petere, amplectẽda eſt, quam hoc loco Caie. merito ſtatuit, quãdoquidẽ ratio proxime facta eiſdẽ viribus de vtroq militer, ſeu citra culpam ſeu ex culpa impoſſibile fecerit votũ religionis implere tenebatur enim ille dũtaxat, vt præmiſimus ſtatum illum ſuſcipere, qui penitus fuit ſuo voti obiectum. Nãcum ſtatuta religionis ſolos profeſſos perſtringant, ad illa non tenetur quod illa fuerit expreſſe profeſſus idq. iam inſuper ſic confirmatur. Religio tribus votis conſtat, ſcilicet obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis. Qui autem ſimpliciter vouet, illa non explicat, ſicuti qui vouet ſolenniter. Quare ad illa nondum tenetur. Quis enim te audiat ſi aſſeueraueris quod qui religionẽ diui Franciſci vouit, poſtquam rei vxoriæ mancipatus eſt, teneatur bonorum dominium & poſſeſſionem abdicare? teneaturque ad ieiunia & alia obedientiæ munera quæ in ſeculo præſtare poteſt? Si ergo ad alia duo non tenetur, fit vt neque ad votum caſtitatis. Ex hac autem definitione alia emergit dubitatio, vtrum. ſ. qui

non

Primũ arg.

Secũdũ argum.

Quæſt.

Rñſio. Scrupul. Solutio.

Qõ altera.

Rõ partis affirmatiuæ.

Sylueſt. Solutio qõnis.

Caiet.

non modo religionis ingreſſum vouit, verum & perſeuerantiam vſque ad mortem, citra ſolemnitatem tamen, & nihilominus ſuapte ſponte matrimonij ſe nodo implicuit, ad aliquid præ illo teneatur qui non niſi ingreſſum vouit? Et ratio dubitandi eſt, quod iſte formaliter vouit ſuum votum ſolennitate firmare, & ideo apparet ad caſtitatem ſibi impoſſibilem teneri ſcilicet vt vxorium debitum ei petere non liceat. Caieta. de hac re multa inſumit verba iudicio meo ſuperuacanea. Fateor enim me non percipere, quidnam nouæ obligationis votum perſeuerantiæ voto religionis accumulet. triplici enim forma fieri votum ſimplex poteſt religionis. Vno modo, vt quis voueat tantum ingredi, non quidem animo perſeuerandi, aut ſolenniter profitendi, ſed ſtatim exeundi. Et hoc arbitror eſſe vanum, vti ait Palud 4. diſt. 38. q. 4. Nam etſi obtendatur id fieri gratia tantum veredundiæ, nihil ad religionem hoc refert. Secundo modo, vt in obiecto voti ponatur perſeuerantia & ſolennis profeſſio. Tertio vt ſimpliciter voueatur religio. Et cenſeo ſecundum votum nihil tertio adhibere vinculi. Nam qui religionem abſolute vouit, votum illud ſecundum iura emittit, tam diuina quam humana, ius autem diuinum eſt vt voueat ea intentione, vt verè efficiatur religioſus, atque adeo vt perſeueret vſque ad mortem, iura autem eccleſiaſtica tempus indulgent probationis, vt ſi experimento bona fide didicerit non ſibi religionem congruere, nō ſuſcipiat, quod ferre nequit. Quapropter etſi teneatur quaterque vouēdo addas perſeuerare, ſemper intelligitur, niſi tempore probationis experientia te aliud admouerit. Atque adeo poſt tale emiſſum votum, ſeu ad profeſſionem ſine tua culpa non admittaris, ſeu tua ſponte matrimonium contraxeris, non arctius non ſeculo reſtas obligatus quam ſi ſimplex emiſiſſes religionis votum. Et ad argumen. in contrariū reſpondetur quod quamuis voueris perſeuerare ſeu religionem profiteri, non obligas niſi ad profitendum ſecūdum iura. Et ideo quouſque fueris profeſſus, neque ad caſtitatem teneris neque alia ſtatuta. Supereſt hic demum de illo dicere, qui poſt ſolenne votum, ceu incorrigibilis a monaſterio pellitur vtrū tutus maneat in conſcientia, poſtquam vi expulſus eſt, & obiectus. Reſpondetur, quod quamdiu per ipſum ſteterit quo minus recipiatur, non eſt tutus, ſed tenetur emendare ſeſe, & in via redire, quoniam cum ex culpa ſua fuerit excluſus, quamdiu in illa perſeuerauerit, verſabitur in periculo. Si autem correcta vita ad clauſtra rediens nō admittatur, tutus manet in ſeculo. Quod ſi ſciſciteris, an teneatur in ſeculo religionis vota ſeruare. Reſpondetur. A voto quidem obedientiæ abſolutus manet, poſtquam prælatus eum reiecit, ac ſubinde a voto paupertatis, quandoquidem conuentus eum non alit. Ac perinde a perſoluendo officio diuino, niſi fuerit in ſacri atque a ieiunijs & alijs annexis religioni, ſiquidem illorum non fecit votum expreſſum neque ad illa tenebatur, niſi ratione religionis, a qua expellitur, ſed tamen a voto caſtitatis non eximitur, eo quod expreſſe illud emiſit, nec prælatus potuit ab eo illum liberare. Quid autem, ſi ante indutum habitum vouerat religionem in genere, vtrum ſic, excluſus ab hac religione, teneatur ad aliam correctus tranſmigrare? Re vera ratio id videtur conuincere. Nam ſicut ille, qui non huc admittitur, tenetur aliam religionem explorare, ita ille teneri videtur, qui poſt profeſſionem expellitur, Et ita libentius cenſerem. Quamuis forſan dici poſſet, quod per votum ſolenne huius religionis ceſſauit illud ſimplex generale, & ideo ſi huc poſtea non recipitur, liber ille eſt prorſus. Sed tamen prior ſentētia mihi probabilior eſt.

In ſolutione ad quartum ſubmouetur dubium de tempore adimplendi voti. Ad quod S. Tho. ſolum reſpondet quod qui ſe obligare propoſuit, vt omni procul mora illud impleret, tenetur ſtatim: qui vero ad certum tempus, vel ſub certa conditione id propoſuit tenetur tunc. Veruntamen ſi exactius reſponſum deſideras, ſic accipito. Trifariam quis poteſt votū edere, ſcilicet aut tempus conſtituendo, aut conditionem ſupponendo, aut ſimpliciter abſq; vllo additamēto. Et quidem primum membrum, ſubdiſtinguendum eſt, nam ſi vouiſti certo tempore quidquam facere, idque temporis illius intuitu, ex deuotione ſcilicet illius, vt cum vouiſti ieiunare in vigilia Corpus Chriſti, vel aduentum, teneris tunc temporis ſub pœna mortalis culpæ. Quod ſi tunc non exoluēris, non teneris alio tempore ieiunium ſuppleTt 3 re,

Dubitatio altera.

Rōdubitandi.

Solutio.

Argum.

Dubitatio de excluſo a monaſterio pp̄ incorrigibilitatē.

Adquartū arg. S. Tho. De tēpore quo votū reddendū.

re, eo quod animus tuus ad illud fuit tempus propensus. Perinde. n. tunc censendū de uoto est atque de lege, quæ singulariter quadragesimalem ieiunium iubet. Si uero adiectio illius tēporis non fuerit propter eius affectionem, sed ut principali uoto limen poneres, tunc teneris quidam illo tempore, sed nihilominus illo transacto obligatio nō aboletur, quin alio tenearis. Vt si uouisti religionem intra annum ingredi, del cto tibi dabitur nisi illo anno promissum reddas Domino Deo tuo, & nihilominus illo præterito eandem teneris suscipere religionem. Res est clara. Conditionale autem uotum nō uno, sed duobus fit modis. Est. n. alterum sincere conditionale, alterum uero pœnale. Conditionale est, quotiescunque homo ad rem aliquam affectus est, sed quia impedimentū sibi obstat uel facultas non suppetit, uouet sub cōditione. Vt si uoueas post mortem matris quæ tibi erat impedimento religionem intrare, aut post mortem patris suppetentibus tibi numis peregrinari, aut si tibi tale Deus beneficium contulerit, orphanam dotare. Pœnale autem est, quando nō eras tali rei affectus neque tibi erat cordi, immo quia exosa est & in uisa tibi, adigis te uoto in illam crucem, si in re tibi forte aliqua peccare contigerit, Vt cum voues filu seris, aut si adulterium feceris religionem ingredi. Hoc. n. licet formam habeat conditionalis voti, est tamen pœnale, quoniam directe votum non est religionis, sed non ludendi aut non adulterandi, pœnam n adiecisti vt vel caueres, uel postfactum teipsum castigares Ea propter inter hæc vota vna est compertissima differētia, & vna itē aperta conuenientia, sed vna restat controuersia. Differentia inquam est, quod ante positam conditionem, quando votum est religionis aliudve ex tribus Pontifici Maximo reseruatis, super pure cōditionali non potest nisi per ipsum Pontificem vel per concilium dispensari, in pœnali autē potest per episcopum. Ratio est quod in priori illud, quo directe fertur votum, est religio, votum autem pœnale non recte fectus, vt præmissimus, nisi in illud proximū obiectum, quod est non ludere, aut non adulterari. Quare qui in illa dispensari potest, valet etiam in pœnam ex transuerso apositam, quantumuis sit religionis. Conuenientia vero est, quod vtrunque posita conditione obligat, neque de hoc vllo pacto controuertitur. Quod ergo sub iudice restat, est, vtrum posita conditione pœnale votum nequeat nisi a summo Pontifice dispensationem suscipere, perinde atque aliud conditionale. De quo q. 4. sub titulo dispensationis, artic. 3 dictum sumus. Videtur. n. eodēmodo esse indispensabile, quandoquidem virtute voti obligatio tam tunc religionis exorta est. Ad quintum facile respondetur. In primis neminem posse aliū suo voto obligare, neu filium, neu rerum, neu aliter subditum, quoniam votum est religionis actus qua quis suam propriam offert Deo voluntatem. Quare si vouisti filium alicui templo offerre, teneris illum ducere, ille autem solum tibi filiali obediētia tenetur parere, nullatenus tamen ex vi religionis. Rursus, qui per se votum implere non potest, si personale est, nullatenus id tenetur præstare per alium, tū quod in voto semper intelligitur possibilitatis conditio, tum quod personale votum fit propter propriam macerationem aut afflictionem corporis, aut ad excitandum deuotionem, aut patet in voto ieiunij aut peregrinationis. Hæc autem nemo per aliū assequitur. Secus, si non est votum mere personale, vt si in subsidium belli Hierosolymitani personam vnam uouisti, & tu nō potes, debes aliam mittere. Rursus, si uouisti monasterium ædificare, aut virginem dotare, quod uiuens non persoluisti, tenetur hæres tuus si bona illi relinquis, ut ait Palud. 4. dist. 38. q. 3. Pro quo facit l. 2 ff. de pollicita.

Votum cōditionale.

Votum pœnale.

Dīa inter uotū cōdōnale quantū ad dispensabilitatem.

Adquin tūprincipale.

Palud.

ARTICVLVS II.

Vtrum vtile sit expediensque vouere.

POst virtutem voti obligandi sequitur de alia, quæ est eius vtilitas. Vtrum scilicet aliquid nobis emolumenti afferat? Et arguitur a parte negatiua. Nemini expedit priuare se optimo bono, quale est libertas. Hac enim homines cæteris animantibus præstamus, quare nullo est auro æstimabilius, hac autem homo per uoti necessitatem nudatur, ergo uouere non est expediens. Secundo. Nemini consilium est periculis sese obijcere, qui autem uouit, periculo exponitur extra quod erat.

Primū argu. a parte negatiua.

Arg. 2.

Vnde

Auguſt. Vnde Aug. in epiſtola ad Arment. & Pau. Quia iam, inquit, vouiſti, iam te obſtrinxiſti. Aliud facere tibi non licet. Non talis eris, ſi non feceris, quod vouiſti, qualis māſiſſes ſi nihil tale vouiſſes. Minor tunc ceſſes, non prior. Modo autem tanto (quod abſit) miſerior, ſi fidem Deo fregeris, quanto beatior ſi perſolueris. Tertio arguitur. Paulus. Conſilium eſt Paul. 1. ad Corin. 4. vt imitatores eius ſimus, ſicut ipſe eſt Chriſti, Chriſtus autem nullibi legitur aliquod vouiſſe, neque Apoſtolorum vllus ergo nihil in vouendo emolumenti ineſt. In contrarium autem eſt Pſal. ille, Vouete & reddite Domino Deo veſtro.

Argu. 3.

Conclō rūſiua. Ad quæſtionem hanc vnica eamque cō pertiſſima concluſione reſpondetur. Vouere vtile quidem eſt, non tamen Deo, ſed nobis. Probatur. Alia ratione homini quid piam promittitur, quam Deo, homini enim aliquid promittimus, quod non ſolū beneficium conferre, vtile illi eſt, verum & ipſum ei pollicere. Nam ſicut re ipſa collata iuuantur, ſic & promiſſione fit certior futuri beneficij, vnde ſpē generat, quam pro alio beneficio ducit. Quapropter non ſolum conferenti, verum & promittenti gratiæ exhibentur. Deo autem vt nihil in de commodi accreſcit, quod aliquid ei cōferimus, eo quod noſtrorum bonorum non indiget, ita neque vtile eſt, vt ei aliquid polliceamur. Scit enim occultatius quam nos quidnam ei ſimus exhibituri. At vero vtrumq; nobis vtile eſt, nam per hoc quod ei aliquid exhibemus nobis ipſis augemus præmia, ei vero tantum extenſior fit gloria. Vnde Augu. in eadem epiſtola, Benignus exactor eſt, & nō egemus, & non creſcat ex redditis, ſed qui in ſe faciat creſcere redditores, nam quod ei redditur, reddenti additur. Inde autem, quod illi quippiam pollicemur, hoc nobis accreſcit lucri quod voluntatem noſtrum in bonum dirigimus & firmamus, vt mutare iure, neque vnus animum. Eſt ergo exire, non quidem ſua ſed noſtra vouere.

Probō.

Auguſt.

Corollarium. Corollarium concluſionis huius eſt ſaluare eſſe alijs conſulere vt voueant. Attamen tam concluſio quam corrolarium intelligitur in genere, & lex obiectio, nam ſpeciatim non ſingulis eſt ſemper commodū. Quid quidem non ex natura & qualitate voti deſcendit, ſed ex imbecillitate & defectu perſonarum, nempe quia ſibi non ſunt conſtantes vt voti arduitatem euincere valeant.

Igitur inter Catholicos adeo res hæc euidens eſt, vt niſi cum hæreticis nulla nobis pugna reliqua fiat. Eſt ergo primum ſupra factum arg. quo hæretici, vt nouiſſime Lutherus in impio ſub lib. De vobis monaſt. contendunt, pernicioſum eſſe vt vere tātum abeſt vt ſit vtile. Verba ſunt Lutheri in eod lib. Et paulo poſt Votum, inquit caſtitatis & totius monaſticæ, ſi pium eſt, debet neceſſario ſecum inuoluere libertatem rurſus omittendi. Et poteſt hæc hæreſis fucari ex verbis Chriſti. Qui poteſt capere capiat. Si omnis perfectus eſſe. Et ex illo Pauli, præceptum Domini non habeo conſilium autem do. Et ratio, inquit eſt; quia priuamus non libertate, quia iuſti debent ſeruire Deo, & non ſicut mancipia. Et inde inſcripſit alium nefarium librum de captiuitate Babylon. ſic enim appellat. Eccleſia ſticas traditiones. Reſpondet ergo S. Tho. quod ſicut non poſſe peccare non diminuit libertatem, ita neque neceſſitas firmatæ voluntatis in bonum qualis eſt neceſſitas voti. Ad huius autem liquidiorem intelligentiam notandum eſt, duplicem eſſe neceſſitatem agendi, alterum quidem naturalem, qualis eſt in brutis animantibus & in rebus inanimis. Et hæc prorſus tollit rationem laudis & meriti. Altera eſt neceſſitas obligationis. Et hæc non tollit meritum, ſed auget. Alias inconſulte atq. in noſtram pernitiem nos Deus legibus obligaſſet. Quod ſi altiſſimam rei huius rationem deſidera, ex fine libertatis tibi liceat perpēdere. Enimuero etſi libertas noſtra, naturalis nobis ſit tamē auctor ipſe naturæ Deus in hoc nos atque angelos liberos creauit, vt opera noſtra digna eſſent laude, & præmij merita apud ipſum. Opera enim naturalia, vt modo dicebamus, merita eſſe nequeunt. Ad hoc igitur noſtram condidit libertatem, vt cum malum facere poſſimus, facientes bonum, mereamur vitam æternam, quam ſi nobis abſq. vllis prorſus meritis neq noſtris neque Chriſti contuliſſet, flore illo accidētario gloriæ caruiſſet, quod eſt mereri quod habet. Nam præſtantius eſt mereri, quod non habes quam id habere quod nō mereris. Vbi ergo libertas noſtra in bonum figitur, vt non peccet, nihil libertatis perdit, quia figitus in id, ad quod creata eſt. Quapropter neque Apoſtolo-

Luther.

Motiuū Lutheri

Solutio. S. Tho.

Fit liquida ſolutio San. Thom.

rum voluntas in bonum cõfirmata vllam perdidit libertatem, ac multo minus beati longeq. minime Christus, qui licet ad vtrumlibet habuerit libertatem, non tamen ad id, quod malum est in sensu composito. Vnde Augu. in eadem ipsa epistola, Felix, inquit, necessitas est, quæ in meliora compellit. Vnde illæ auctoritates supra citatæ quibus Christus ostenditur liberam reliquisse familiam suam ad consiliorum opera, perperam ab hæreticis intelliguntur, quasi nos prohibuerit ne voto nos ad illa cõsecraremus. Legitimus enim sensus est, quod voluit nos illorum præceptionibus deuincere, qui tamen voto se voluerit ad illa perstringere, hoc ipsum consilium est saluberrimum. Alioqui nullus esset monachorum fixus status, si cuilibet pro libito fas esset abire, sed hoc ipsum est quod ipsi moliuntur. Aliquem tamen tibi forte scrupulum verba S. Tho. inijcient, quibus comparat necessitatem voti illi, quæ est nõ posse peccare, cum tamen votum de opere supererogationis sit, cuius contrarium non est peccatum Respondetur tamen non eo illa quidem verba retulisse, vt affirmaret votum esse firmitatem non peccandi, sed vsu est similitudine, quod sicut stabilitas non peccandi in Apostolis & beatis non minuit libertatem, ita neq. firmitas faciendi opus consilij, quod est maius de maiori bono. Ad secundum respon. per distinctionem. Duplex enim est periculum alterum, quod ex ipso facto nascitur, cui quidem te obijcere non est consilium. Vt cum quis se ponti committit ruinam minanti, aut inter cornua se proijcit trucis tauri. Sed alterum est periculũ non quidem ex facto ortum, se ex hominis fragilitate & languore. Et huic se hominem gratia melioris boni offerre, non solum non est semper temerarium, verum & nonnunquam expediens, vt equum ascẽdere, vt expeditius inter absoluas, licet ob segnitiem tuam possis inde cadere. Item neq. est temerarium periculis te committere, quæ ex euentu solent euenire. Ait enim Sapiens Eccle. 11. Qui obseruat ventum non seminat, & qui considerat nubes, nunquam metet, periculum autem voti non est prioris generis, sed posterioris, puta quod vir constans & strennuus superare potest. Vnde in eadem epistola August. Non te inquit, vouisse peniteat, imò gaude iam tibi non licere, quod tum tuo detrimento licuisset. Ad tertium respondetur, quod Christo nulla ratione vouere cõgruebat: tum quod Deus erat, tũ quod inquantum homo constãtissimam habebat voluntatem in bono, ceu comprensior existens. Vnde illud Psal. Vota mea reddam in conspectu timentium eum, non de sua ipsius persona, sed de corpore, quod est ecclesia intelligitur. Apostoli vero vota paupertatis & reliqua susceperunt, vt Mat. 19. colligitur, vbi ait Petrus, Ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? De quo latius. q. 3. & 6.

August. Scrupulus ĩ verbis San. Thom. Solutio. Ad secũdũ arg. August. Ad tertiũ arg.

ARTICVLVS III.

Vtrum votum sit actus latriæ siue religionis.

CVm in quæstione hac de voti virtute sermo versetur, quæritur, cuiusnam sit virtutis officium? Et arguit primo, quod nullius sit spãlis opus. Omne opus cuiusq. virtutis, vt supra dictum est, potest esse voti materia, eiusdem autem virtutis esse videtur promittere, & facere, ergo cuiuscunque virtutis est, suum vouere opus, atque adeo non est specialis, virtus.

Primũ argum.

Secũdo, Illa est solum religionis virtus, vt in de Offic. auctor est Tullius, qua cultũ Deo ceremoniamque offerimus, qui autẽ aliquid Deo vouet, tantum promittit, ergo non est religionis actus.

Secũdũ argum. Cicero.

Tertio. Religionis cultus soli Deo exhibendus est, cui latria detur, votum autem non solum Deo, verum & sanctis sit, imò & prælatis quibus religionem professuri, obedientiam promittunt, ergo votum nõ est religionis actus. In contrarium est illud Isaiæ 16. Colent cum in hostijs & muneribus, & vota vouebunt Domino, & soluent. vbi colere, quod est religionis, per id explicatur quod est vouere.

Tertiũ argum.

Ad intellectum quæstionis huius notandum est, actum quemlibet studiosum bifariam esse posse alicuius virtutis, videlicet, & elicitus, & imperatus. Ille enim actus elicitur a virtute, qui est obiectum formalis eiusdẽ virtutis. Sic enim credere est actus elicitus fidei, & restituere alienum, actus elicit, iustitiæ, instar actuum potentiarũ. Visio enim elicitur a visu, quia est sensatio coloris. Ille autem actus imperatur a virtute, quod elicitur per imperium illius mouentis aliam virtutẽ propter suum finem, vt ie

Fundamẽtum.

iunium

iunium, quod elicitur a temperantia tunc imperatur a charitate quando mouetur homo ad ieiunandum, non ſolum quia actus eſt temperantiæ, ſed propter amorem Dei ſicuti & in vitijs, dū quis furatur propter mœchiam, furtum quod elicitur ab iniuſtitia, imperatum a luxuria. Dum ergo quæritur de aliquo officio cuiuſnam virtutis ſit, non inueſtigatur cuius imperio, fiat (nam à multis poteſt imperari) ſed cuiuſnam ſit actus elicitus. Et hoc eſt quod de voto impræſentiarum percontamur. Ad quod vnica concluſione reſpondetur. Conclō ñſiua. Vouere eſt actus elicitus religionis, tanquam Rō con cluſiōis. Dei cultus. Probatur. Votum eſt ordinatio quædam & obligatio eorū, quæ homo vouet in obſequium cultumque diuinum. Hoc enim ſonat ipſum quod eſt Deo promittere, ordinare autem & offerre quodcunque opus in Dei cultum, eſt actus religionis ergo eiuſdem virtutis eſt vouere. Monſtratur minor. Opus cuiuſcunq. virtutis Deo poteſt, ceu ſacrificium offerri, vt ieiunium, eleemoſynæ erogatio, & quicunq. actus ceu fortitudinis ceu temperātiæ, &c. Huiuſmodi autē ordinatio & oblatio non tribuuntur ipſis virtutibus imperatis, à quibus illi actus eliciuntur, ſed virtuti imperāti, qualis eſt religio, ergo vouere eſt actus Dubita elicitus religionis. Vna autem tibi forſan tiuncula dubitatiuncula ex his oboritur. Quod cum Solutio. ordinare & referre aliquid in Deum, non ſoli religionis virtuti, verum & charitati, eidemque præcipue competat non magis inde colligatur, vouere eſſe actum religionis, quam charitatis. Reſpondetur autem hoc non inferri ex eo, quòd uouere ſit ordinare & referre aliquid in Deum, ſed ex hoc prorſus, quòd ſit aliquid offerre Deo ad eius reuerētiam & cultum. Itaq. prima differentia eſt, quòd charitas iefert opera in Deum tāquam in finem. Ieiunijs enim oramus, &c. propter Deum, quæ quidem præpoſitio, finem deſignat. Sed tamen vouemus eadem opera Deo, vbi Deum non exprimimus ſub forma finis, ſed ſub forma illius cui aliquid offerimus. Itaque Deus ponitur in obiecto religionis, ſicuti in obiecto fidei. Secundum diſcrimen eſt, quod charitas habet Deum pro obiecto tanquā rem amatam, ideſt, cui bonum in communi volumus, & nolumus malum, religio autem tanquā id cui reueremur & obſequimur nos noſtraque illi cultu offerentes, votum ergo non ſolum ordinatum eſt in Deum, ſed in reuerentiam eius & in cultum.

Primum igitur argumentum veritatem concluſionis apertiorem facit. Reſponde- Ad primū arg. tur enim quòd etſi id quod cadit ſub voto, tanquam eius materia, vt ieiunare, & ſeruare continentiam, ſint actus eliciti aliarū virtutum, tamen illorum votum non elicitur niſi a religione. Contingit tamen nonnunquam vt non ſolum votum, verū & actus ipſi deuoti eliciuntur a religione, vt cum uoues orare, & ſacrificare. Nam orare, eſt actus religionis. Itaque quandoque votum eſt actus religionis ſolum ratione formæ, quia ipſa promiſſio elicitur a religione quandoque vero ratione formæ & materiæ, ſcilicet quando actus ipſi pro- Dubita miſſi ab eadem eliciuntur uirtute. Emergit hoc autem dubitandi ratio, vtrum illa tio. ſit voti tranſgreſſio, quæ duas includat culpas, alteram ſcilicet contra ſpecialem uirtutem, a qua elicitur, atque alteram contra religionem, per quam Deo offertur. Exēpli gratia. Vouiſti ieiunare, vtrum non ieiunans & contra continentiam delinquas, & contra religionem. Item vouiſti Deo vt obedires prælato, vtrum & uirtutem obedientiæ vioies, quæ eſt iuſtitiæ, & rurſus vo Argu. ti religionem? Eſt enim argumentum, eſſe peccatum duplum, eo quod, vt ante præ diximus, votum eſt quædam particularis lex quam ſibi vouens præſcribit, lex autem quidquid præcipit, conſtituit in aliquo virtutis genere, vt dum præcipit quadrageſimam ieiunare, conſtituit illum actum in Solutio. genere abſtinentiæ. Sicuti & lex diuina precipiens coniugibus non ſe inuicem defraudare, conſtituit illum uſum in genere continentiæ, ergo & ieiunium uouens conſtituit illud in eodem virtutis genere. Et præterea in genere religionis, quare eius tranſgreſſio geminum erit delictum. In contrarium autem eſt, quòd communi iudicio non cenſetur niſi vnicum peccatum contra votum. Ad hoc reſpondetur quòd tranſgreſſio voti ex natura ſua vnicum eſt peccatum. Vbi ad notandum eſt quod actus ille qui voto, vt materia ſubſternitur, poteſt eſſe conſtitutus in genere virtutis, aut per legem aliam ſeu diuinam ſeu naturalem, ſeu humanam, aut per ſolū uotum. Si priori mō, congeminatur peccatū, ſi uero poſteriori, non eſt niſi ſimplum.

Vouiſti

Vouiſti honorare parentes, aut confiteri aut ieiunare. Quadrageſimam, quia iam ſecluſo voto opera erant ſingularium virtutum, ſi trāſgrederis bifariam peccas. Vouiſti autem ieiunium in vigilia corporis Chriſti, Fateor quidem te conſtituiſſe illud opus in genere abſtinentiæ, ſed tamen quia non aliter quam per votum, ruptio ieiunij non eſt niſi ſimplex peccatum. Pari modo ſi puellæ dotem pollicearis, cum iā humana ſis adſtrictus fide, ſi eandem pollicitationem religionis uoto cōfirmes tūc fracta fides duplum erit peccatum, ſcilicet tam contra humanam iuſtitiam, quam cōtra religionem. Dum autem ſoli Deo uouiſti eleemoſynam facere ſi non ſatis, ſolū contra votum peccas. Hinc ergo fit ſimplum eſſe religioſo crimen non obtemperare præfecto, quia licet illud obſequium conſtituerit in genere obedientiæ, non tamen niſi per ſolum uotum. Haud enim obediētiam prælato uoues, ſed Deo, quòd eris prælato obediens. Ad ſecundum reſpondetur, quod licet ille qui uouet, nondum det, ſi dare ad promiſſum referatur, quia nondum dat quod promittit, dat tamen illud in cauſſa, quia obligat ſe, quæ quidem obligatio uirtute continet rē promiſſam, tameſi etiam reuera det ſuam mētem ſuamque voluntatem, quam Deo mācipata. Tertium argum. quærit, vtrum votum quod fit ſanctis vel prælatis, ad religionem pertineat quandoquidem religio ſolum Deum habet quo obiecto. Et quidem de re nemo hæſitat, ſed modus latet. At qui S. Thom. nihil diſcriminat inter votum, quod ſit prælatis, & illud quod fit diuis. Nam utrumque cenſet promiſſionem factam hominibus, quæ non pertinet niſi ad humanam fidem. Sed utraque inquit, eſſe poteſt materia uoti, quatenus id ipſum quod homini vel Sancto promittimus offerrimus Deus. Itaque uotum quod facimus Beatæ Virgini, vt in ſanctorum culmine exemplum ſtatuamus, non cum uotum, niſi quia quod ipſi promittimus, offerrimus Deo nimirum ei pollicentes, q̄ hoc vel illud faciemus in honorem Virginis ſicuti ſi Deo me vouerem puellæ largiturum dotem, aut alium habiturum honorem. At vero non eſt mirum, ſi hanc S. Vhom. doctrinam alicui, non quidem falſa, ſed tamen cura cenſeatur, nam uſus vouendi ſanctis aliam præterea rationem præ ſe fert. Haud enim cum quis vouet virgini, aut D. Petro, aut D. Iacobo peregrinationem, vouet formaliter Deo, talem honorem Diuo exhibendum. Non inquam hoc illo pacto uouet, quo religioſus dum ait Præpoſito, Voueo Deo, quòd ero tibi obediens, ſed voueo Virgini, & voueo Petro. Quin etiam religioſi vna cum Deo componunt ſanctos dicentes. Promitto obedientiam & Beatæ Virgini, & beato Dominico, aut Franciſco. Dicamus ergo, ſanctos duobus modis exiſtimari. Vno ſeu homines aut Angelos, qui puræ ſunt creaturæ. Et iſto modo vera eſt ſententia S. Thom. quòd promiſſio illis facta, non eſt votum niſi offeratur Deo. Secundo vero modo conſiderantur, vt Deus eſt in illis, non quomodocunque per gratiam, vt in uiatoribus, ſed per gloriam, quaſi in his, qui ratione ſtatus ſuam ipſius præſentem diuinitatem participant. Et ſic vouere ſanctis, eſt honore Deo, qui eſt in ipſis. At vero S. Thom. hunc modum forſan non inconſulte præterijt, ſed eo quòd ſicut orare ſanctos nō eſt orare Deum, ſed diuerſa eſt ratio, ita alia eſt ratio vouēdi ſanctis, quam Deo. Sed tamen ubi de catholico ſenſu cōuenit, vana eſt de nomine diſceptatio.

Ad ſecūdū arg.

Tertiū argum.

D. Tho.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum magis ſit laudabile & meritorium facere aliquid ex voto, quam abſque illo.

CVm articulo ſecundo definirum fuerit, vouere eſſe vtile, & ita tertio, eſſe actū religionis aptiſſima ſubſequitur queſtio, vtrum opus voti cumulationis ſit laudis ac meriti quā ſi fieret abq. Nam ex illis apparet hoc ſubſequi. Arguitur nihilominus a parte negatiua auctoritate. Proſperi, lib. 2. de vita contempla. vbi ait. Sic abſtinere & ieiunare debemus, vt non nos neceſſitate ieiunandi ſubdamus, ne iam non deuoti, ſed inuiti rem voluntariam faciamus, votum autem neceſſitati non ſubdit, ergo præſtantius eſt abſque voto operari. Secundo arguitur ex illo Apoſtoli 2. ad Corinth. 9. Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia aut ex neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Votum autem, ut crebro vſu venit, triſtitiam generat, idque ob neceſſitatem,

Primū argum.

2. Arg.

Aristot. tatem. Nam ut 5. Meta. tex. 6. & 1. Rhet c. 11. auctor est Arist. necessitas eo ꝙ voluntatem premit, iustitiam infert, ergo excel-
Ad 3. lentius est opus absque voto. Tertio Votum ad hoc est necessarium, vt voluntas in eo firmetur quod spondet, firmari autem immobilius nequit, quam dum rem facit ergo melius est sine voto facere. Nam tũc firmior est res quam dum promittitur. In contrarium autem est monitum illud Da uidicum. Vouere, & reddite. Cuius solennis interpretatio est, vouere esse consilij, consilium autem vt præmissimus, de melioribus est de bono ergo melius est ex voto operari, quam citra votum.

Titulus vtrunque de opere voti medita to quærit, s. vtrum sit magis laudabile, vt qñ extra gratiã est mortaliter bonũ, & an sit magis meritorium, at puta qñ fit in cha
D. Tho. ritate. Et S. Tho. vnica respondet affirmatiua conclusione, quam tribus rationibus
Conclõ. corroborat. Conclusio est. Maiori laudi ac merito tribuitur opus ex voto, quam absque ipso exhibitum. Primo probatur ex
Prima rõ pro qõne. virtutis obiecto. Opus nanque nobilioris uirtutis, excelsioris est tam laudis, quam meriti, quare actus inferioris virtutis, dum a superiori imperatur, præstantior fit, vt si ob charitatem temporate agas, virtus autem latriæ, in qua hoc quod est vouere, collocauimus, est virtutum præcipua, vt puta in cultu Dei, posita, ergo actus ab illa per votum imperatus præstantior est,
August. quam qui fit sine voto. Vnde Aug. lib. de Virg. Neq. ipsa inquit uirginitas, quia uirginitas est, sed quia Deo dedicata est, honoratur, quam fouet & conseruat continen-
Secũda ratio. tia pietatis. Secundo id rursus confirmatur ex ea re, quæ exhibetur. Nam qui opus citra uotum facit, solum actum Deo impendit, qui uero ex uoto non actum modo, uerum & potestatem, addicit enim ei manci patque suam uoluntatem ac libertatem, ut deinceps iure nequeat secus facere. Sicuti qui fructiferam arborem alteri conferret,
Anselm. ut in lib. 1. de similit. auctor est Anselm. plus elargiretur, quam qui solos donaret fructus. Qua utique ratione promittentibus gratiæ singulares debentur præter illas, quæ illis aguntur, dum conferunt. Tertio
Tertia. & id confirmatur ex modo agendi. Enimuero per uotum fingitur esse rituique uoluntas in uotum, facere autem aliquid est maiori animi stabilitate & constantia laudabilius est. Vnde Philoso. 2. Eth nullum officium uirtutis nomine cẽset, antequam ex firmato habitu proficiscatur. Restat autem ante descensum ad argumentorum solutiones, conclusionem explanare. Catholicorum nanque nemini dubia est, sed tamen soleant male intellecta in abusum uenire. Arguitur igitur contra. Sequere- Argu.
tur, si uera esset, quod deberẽt semper monachi in quocunque ob eundo obedientiæ munere exigere expectareque superioris scriptum præceptum, nempe ut ex maiori uoti energia opus factum maioris esset meriti, sicuti transgressio peioris esset culpæ. Sic enim faciunt religiosorum multi, quibus nos hic eo consulimus pergimus ꝙ a parte contraria stet ratio. Nam quo libentius maiorique animi promptitudine obtemperas, illustriorem præstas obedientiam, promptius autem facit, qui urgens præceptum non expectat, sed simplici iussioni audiens est. Respondetur ergo sub di Solutio.
stinctione. Quando res ardua est eademque dubia, ut ad Indos ad nauigare, aut regimini onus suscipere aut quid simile, consilium est, ut monachus non iniustus suo proprio iudicio tales subeat prouincias, sed præfecti mandatum præstoletur. Quando uero res non est ambigua, tunc aut uanum est aut certe delictum, cogentem præceptionem expectare. Etenim si paratus est facere, sed conpulsorium præceptum ob id solum requiris, ut officij tibi meritum augeatur, uanum est. Nam uirtute uoti obedientiæ, promptitudo est magis meritoria. Præceptum. n. non ponitur nisi aut rebellibus, aut in dubio hærentibus. Si autem re uera facere renuis nisi præcepto cogaris, tunc meritum non solum non crescit, uerum adeo diminuitur, ut nonnunquam uertatur in culpam. Conclusio ergo non sic est intelligenda, sed ꝙ omnia opera quæ sine nouo præcepto, ex uoto tamen facis, maioris sunt meriti & laudis, quam si faceres sine uoti necessitate, maiorisque adeo, quam si præcepti conctionem attenderes.

Ad primũ igitur argu. ex Prosperi sñia sumptum rñdetur, ꝙ necessitas coactionis, utpote quando quis inuitus operatur, quia uoluntarium tollit, laudem minuit & meritum, imo nouum, quam prorsus aufert. Et de illa loquebatur Prosper. ubi aie- Obiectio.
bat. Ne iã nõ deuoti, sed inuiti rem uoluntariam

Ad primũ arg.

tariam faciamus, neceſſitas autē uoti, quo voluntatem penitius in bonum aſſerit, eo deuotionem auget. Sed arguis forte vrgētius, vti hæretici putant Qui abſque voto operatur, in ſingulis actionibus habet libertatem, vt citra iuris violationem ceſſare poſſit, qui autem voto illaqueatus eſt, etſi libere vouerit, tamen in ſingulis poſt actionibus illa caret libertate, liber us ergo facit qui non eſt voto alligatus, libertas autem laudem auget & meritum, ergo concluſio falſa. Qui in rem ſuperficietenus cerneret, reſponderet forte conceſſo maiorem ineſſe libertatem in eo, qui facit ſine voto, quia ſemper illi eſt integrum non facere. Sed tamē diceret ex altera parte, nimirum ob rationes ad concluſionem allatas, auctius creſcere meritum in eo qui fecit votum, legitima tamen ſolutio non eſt hæc, ſed q̄ maior eſt libertas in eo, qui vouit. Enimuero qui vouere reformidat, eo non vouet, q̄ tam liberum ſuij ipſius dominium non habet, quam ille qui vouit. Vnde ſicut illuſtrior eſſet in illo libertas (vt in Anſelmi exemplo perſiſtamus) qui non ſolum arboris fructus quotannis daret, verum totam ſemel arborem, quam ille, qui ſolos fructus donaret ſic præclarior eſt magnificentiorque libertas, Deo non modo opera tua, ſed ipſam voluntatem ſemel dedicare. Quare libertas illius primi actus tanquam ex radice diffundit ad ſingula opera, vt pretioſioris ſint libertatis, quam ſi fierent ſine voto. Ad ſecundum argu. ex illo Pauli adſcitum, Non ex triſtitia, & ex neceſſitate, tria ſub diſtinctione reſpondet S. Tho. Primum, quod neceſſitas coactionis eſt, quæ cum ſit voluntarij contraria, triſtitiam parit, de qua proinde loquitur Ariſtot. Et hanc iam conceſſum eſt non eſſe bonam. Eandemque perinde condemnat Pau. Secundum eum, quòd neceſſitas voti in his qui ſunt bene diſpoſiti, ob contrariam cauſſam videlicet quia voluntatem habent bono affixam, triſtitiam nō generat, ſed plane gaudium. Vnde Augu. in eadem citata epiſtola ad Arment. Non te, inquit, vouiſſe pęniteat, imo gaude iam tibi id non licere quod cum tuo detrimēto licuiſſet. Et quidem circa hæc duo aſſerta nullus ſupereſt ſcrupulus. Ait vero tertio, quod etſi quandoque opus voti ſecundum ſe conſideratum triſte, & inuoluntarium reddatur poſt votum, dum tamen in concuſſa maneat implendi voluntas, non ſolum non eſt malum verum eſt magis meritorium, quam ſi fieret ſine voto pro eo quod procedit ex religione, quæ potior eſt virtus, quam abſtinentia, a qua exempli gratia damus illud opus elici, puta ieiunare. Hoc tamen documentum non caret ambiguitate Et idcirco explorandum eſt, vtrum pœnitentia voti ſit quandoque delictum & quale genere ſuo, veniale ne an mortale. Nā ex vna parte videtur perin de eſſe pęnitere voti, ac ſi ante votum nolles vouere, quæ quidem nolitio, cum non ſit rei ad ſalutem neceſſariæ, non eſt mala. Idem enim eſt obiectum vtriuſq. actus. Nolo vouere, & nollem vouiſſe. Sed ex alia parte eſt arg. quod pœnitentia rei bonæ mala eſt, quoniam pœnitentia eſſe non debet niſi de malo, vouiſſe autem eſt bonum, ergo illius pœnitentia eſt mala Et ita conſueuit vitio tribui. Caietan. reſponſioni ſuæ triformem præiacit diſtinctionem. Ait enim quenquam pœnitere poſſe, aut voti, i. promiſſi, aut vouiſſe, puta animum applicuiſſe ad vouendum, aut tertio, bonorum operum quæ ex voto fecit. Pœnitere, inquit, voti, eſt dolere de promiſſione, qui enim, inquit, ſic dolet promiſſionem non ſeruat, pœnitere autem vouiſſe, eſt pœnitere quod ſe ſubiecerit voto, qui quidem non ideo alium mutat. At vero licet inter mutare & non mutare propoſitum clarum ſit diſcrimen, non tamen inter verba ipſa, pœnitere voti & pœnitere vouiſſe. Nam profecto Latine idem eſt. Etenim ſi pœnitere voli intelligas abſit acte, id eſt, non illius a te facti, impoſſibilis eſt hæc pœnitentia. Quandoquidem neminem niſi facti ſui pœnitere poteſt. Si autem id contracte vſurpes, tunc pœnitere voti idem eſt prorſus quod pœnitere te vouiſſe. Sicut pœnitere peccati, & pœnitere te peccaſſe. Haud ergo diſtinctio ex parte voti & vouiſſe, ſumenda eſt, ſed a verbo ipſo pœnitere, quod ambigui eſt ſignificatus. Pœnitere enim voti, aut vouiſſe vno modo accipitur, pro eo quod eſt retractare propoſitum. Dicitur enim ille pœnitere facti, qui mentem mutat. Et de hac ſignificatione non habetur in præſentia ſermo. Eſt enim citra controuerſiam, genere ſuo lethale peccatum, vt dictum eſt, tum etiam contra iuſtitiam, tum etiam contra religionem. Secundo autem

Solutio.

Ad ſecū dū arg.

Solutio. S. Tho.

Paulus.

Auguſt.

Ambiguitas orta ex ſolutiōe S. Tho.

Caiet. reſponſio.

Explodi tur Caie ta. diſt.

autem modo, idque vsitatius, accipitur pœnitere, pro eo quod est nolle fecisse, Et de hoc est præsens dubitatio. Ad quam respõ detur, eiusmodi pœnitentiam, licet absolute considerata, sonet in malum, tamen dummodo propositum faciendi sit firmũ, posse ex circunstantibus qualitatibas ab omni culpæ macula esse munda. Sonat inquam malum, sicut occidere, quia uouisse est bonum, tamen sicuti iudex uimq. repellens non peccat, sit non semper, qui uouisse pœnitet Idque præsertim ubi materia voti res est ardua, ac perpetua, & qui votum suscepit experimento difficultatem sentit, quam si prænosset, uotum non fecisset. Quare sicut initio nolle uouere, ita & emisso uoto nolle vouisse, nullum est vitium. Quoniam hoc non tam ex animi langore quam ex ipsius natura obiecti contingit. Vnde ad arg. supra factum respondetur, quòd pœnitentia rei bonæ, quando non est absolutè necessaria, non est per se mala. Et de hoc ait S. Thom. esse præstantius ex voto id facere cum tali mœstitia, quam citra votum. Atqui huius veritas inde patet, quòd hanc ob causam vouere est utile & salubre, ut animus obligatione firmetur, ne postea r i difficultas & mœstitia non nos ab opere absterreat, sed omnibus impedimentis superactis in proposito persistamus. Addiderim tamen quòd licet eiusmodi pœnitentia per se non sit reproba, potest tamen ratione periculi ad vitium inclinare. Qui enim crebros eiusmodi mærores voti admittit, labefactari incipit, ut a proposito desistat. Quare dum quis experitur propositum suum languescere, non potest citra venialem culpam eiusmodi pœnitentiam non recutere. Mortalem autem circa consensum frangendi fidem uoti, non est quòd metuas. At uero quando uota non sunt perpetua, neque de rebus arduis, sed de minutioribus, tunc pœnitere uouisse, durante tamen implendi proposito, nõ solum non est culpa, verum raro est periculum, quia potest qui vouit propositum in melius mutare. Vt si vouisti peregrinationem, aut prolixos recitare Psalmos, quod obest tibi sit, vel ad studium reipublicæ commodum, vel ad alia miseri cordiæ opera, nullum est periculum pœnitere uoti. Tamẽtsi absq. dispensatione propositum demutare, nefas sit. Tertium mẽbrum est dum quis postquam opera ex voto fecit, puta in religione degit uitam, se pœnitet sub tali instituto uixisse. Et de hoc distinguendum est. Aut enim eum illius transactæ vitæ pœnitet, præsuppositio voto, hoc est pœnitet eum persoluisse opera quæ ratione voti debebat. Et hoc manifestarium est mortale crimen: nam cum si non persoluisset lethaliter peccasset, fit ut huiusmodi pœnitentia sit de re ad salutem necessaria, atque adeo mortaliter iniqua. Si autem pœnitentia huc fertur quod est te uouisse nihil curans an illis caruisses fructibus, incidit in secundum membrum proxime tractatum, ut non sit genere suo mortale, quamuis pluisculum habeat grauitatis. Nam postquam fructus feceris, non potes citra culpam illorum pœnitere. Nisi vota essent de re leui & temporali, quoniam tunc nihil habet absurditatis pœnitere quod illud tempus in commodioribus alijs negotijs non collocaueris.

Ad tertium denique argumentum respondetur quod etsi dum quis reipsa officium aliquod præstat, firmatam tunc habeat voluntatem in illo præsenti opere, non tamen in futurum, sicut ille qui vouit. Et præsertim si vouit, iugiter eadem opera frequentare.

Solutio ambiguitatis proximę.

Pœnitentia uoti

ĩ monachis qua le crimẽ sit.

Ad tertiũ arg.

ARTICVLVS V.

Vtrum votum per susceptionem sacri ordinis, perque professionem religionis, fiat solemne.

INter virtutes voti summa est in uoto solemni, vt pote quod matrimonium non modo impedit, sed dirimit. Quapropter potissimum votorum discrimen dignoscitur inter simplex & solemne. Quæritur ergo vtrum votum per susceptionem sacri ordinis, & per professionem religionis, fiat solemne. Et arguitur a parte negatiua: Votũ ut præfati sumus, fit Deo qui nouit itima cordium, solemnitas autẽ in extera ceremonia consistit, quæ fit in cõspectu hoĩum, ergo hmõi solemnitas non est voto necessaria, sed accidentia, vt iure diuino nouum afferat vinculum. Secundo, si eiusmodi forinseca solemnitas esset de substantia voti, omnib competeret votis in quacunq. materia, quãdoquidẽ substãtia generis in cunctis participatur spẽb.

Primũ argum. a parte negatiua.

Secũdũ argum.

sunt

ſunt autem multa extra ordinem ſuſceptionem profeſſionemque religionis vt peregrinatio ieiunia, &c. quæ non conſueſcunt ſolennitate firmari, ergo huiuſmodi ſolemnitas ad ſubſtantiam voti non perti
Tertiũ argum. net. Tertio argum. Solemne idem eſſe videtur quod publicum, ſed poſſunt fieri multa vota in publico coram teſtibus, quæ non ſubinde ſunt ſolennia, & vice verſa, poteſt fieri votum religionis & ſacri ordinis in ſecreto, ergo ſolemnitas non eſt neceſſitas in voto. Quarto denique peculiariter contra clericorum votum arguitur. Si ſacris ordinibus ſolemne votum eſſet annexum, vſu contingere poſſet, vt quis ante legitimum pubertatis annum quin vero ante iuſtam rationis vſuram poſſet funiculo perpetuæ caſtitatis alligari. Quod re vera nulla videtur admittere ratio. Conſequentia vero inde conſtat, quòd cum ordinis ſacramẽtum characterem imprimat, quocunque tempore conferatur, ſuſcipitur. Quod quidem abſurdum a voto religione cautum eſt, cum ante quartum decimum annum fieri nequeat ſolenniter. In contrarium eſt quod huiuſmodi dunta xat vota, matrimonium & contrahendum impediunt, & contractum dirimunt, quod ſolius eſt voti ſolennis.

Ad quæſtionem S. Thom. duabus reſpõ
Prima conclõ. det concluſionibus. Prior eſt. Solemnitas voti attenditur ſecundum aliquid ſpirituale, puta ſecundum benedictionem aut conſecrationem quæ ex inſtitutione apoſtolorum adhibetur Probatio. Solemnitas rei
Probõ. debet eius naturæ & conditioni admetiri & accommodari, vt patet in rebus corporalibus, ſolemnitas enim nuptiarum conſiſtit in conuiuarum apparatu, ſolemnitas vero nouæ militiæ in apparatu equorum militumque concurſu, vt potiſſimum in Germania videre eſt, dum quis creatur Elector, & in alijs regnis, dum creatur auratus eques. Votum autem cum Deo fiat, eſt res ſpiritualis ſolemnitas ergo eius debet ſubinde ſpiritualis eſſe, puta benedictio aliqua, qualis in religionibus fieri cõſueuit, & in conſecratione, vt dum quis ſacris initiatur. Quæ quidem religio a tempore Apoſtolorum ortum habuit, vt apud Dionyſ. conſtat, nam de ritu ſacrorum ordinum meminit 2. cap. Eccleſ. Hierach. Et
Poſtrema conclusio. de monachis capit. 6 Poſterior concluſio. Votum fit ſolenne tum in profeſſione certæ regulæ, tum & in maiorum ordinum ſuſceptione. Probatur. Solemnitas fieri non conſueuit, niſi dum quis per ſuſceptionem
Probõ. noui ſtatus rei alicui mancipatur. Haud. n. ſolennitas nuptialis celebriter adhibetur niſi dum vterque coniugum alteri ſe mutuo tradit, tãtumque matrimonialem profitetur, qui publicitus innoteſcere debet. Per ſuſceptionem autem ſacri ordinis, puta ſubdiaconatus diuino ſe homo addicit miniſterio, firmum ſtatum ſuſcipiens clericalem. Similiter in profeſſione certæ regulæ, quando per abrenuntiationem ſecularium proprieque voluntaris, ſtatum quis perfectionis aſſumit igitur tunc fit votum ſolennne. Hic primum omnium doctores tã
Palud. Iuriſconſulti, quam Theologi innumeras voti diuiſiones aggerant, vt peculiariter apud Palud. in quarta diſtinctione 38. quæſtione ſecunda, eſt videre. Vbi vſque ad duodecim illas multiplicat. Nam Magiſter Sentent. aliquas ponit. Alterum enim eſt votum perſonale, vt continentiæ, alterum reale, vt eleemoſynæ, atque alterum miſtum, vt peregrinationis, vbi ſumptus ſunt neceſſarij. Item alterum eſt temporale, hoc eſt in tempus certum, alterumque perpetuum. Item alterum eſt commune, vt quando materia communis eſt præcepto & voto. Cuius exemplum ponit Magiſter in baptiſmo, atque alterum proprium, vt de opere ſuperogationis, quod eſt propria materia voti. Hæc autem atque id genus aliæ ſectiones patum ad rem conferunt.
Multiplex diuiſio voti.
Sed illa ſatis nobis eſt qua diuiditur in ſimplex & ſolemne. Horum enim uincula & obligationes multum differunt. Rurſus adnotandum eſt diſcrimen inter ſimplex votum & ſolenne ſi ex effectu perpendatur, hoc eſſe, quòd ſimplex matrimonium impedit contrahendum, haud tamen dirimit contractum. Impedit inquam, quia peccatum eſt mortale poſt emiſſum votum ſimplex religionis connubialia fœdera celebrare tenet tamen matrimonium. Solemne autem non modo matrimonio contrahendo obſtat, verum & contractum dirimit. Nõ q̃ ſit propria diremptio, quia matrimonium nullum eſt, ſed dicitur eo dirimere, quod perſonas inhabiles ad contrahendum reddit. Diſcrimen hoc extat
Diſcrimẽ inter votũ ſimplex & apud Bonif. 8. de voto & vo redem. c. vni. co libr. 6. Tertio inſuper ſupponendum eſt, votum ſolenne in duabus tantum materijs

solenne ex parte effectus.

terijs habere locum, scilicet in professione religionis, & in susceptione sacri ordinis vtpote diaconus, vt idem Pon ifex ibidē definit. Non quod definitio hæc illic fuerit primum sancita. Nam S. Th. viginti annis Bonifacium 8. anteceſſit, qui tamen, ceu rem priscam illam commemorat His supositis in lite versatur in quonam consistat votum esse solenne, hoc est matrimonium dirimens, vtrum videlicet de iure sit mere positiuo, an vero de iure diuino. Neque parum refert vtra pars vera sit. Nā si est de iure diuino, nequit a Papa super voto solenni dispensari, secus autem si sit de iure positiuo. Caiet. ergo hic tres de hac re opiniones recenset. Prima est, quòd voti solennitas consistat seu in benedictione, qualis fit in religione seu in consecratione, cuius vsus est in susceptione ordinum. Hæc autem opinio multis rationibus confutatur. Primo quia professio tacita, scilicet cum annus probationis, annuente neophyto elabitur, est in virtute solenne votum, & tamen absque omni benedictione. Secundo, quia in aliquibus religionibus, vt in nostra, non benedicitur ille, qui profitetur, sed capulare, idque fit postquā in manibus prælati professus est, ergo illa benedictio neque est de essentia, neque requisita. Tertio neque illa, neque consecratio sufficit. Græcorum nanque sacerdotes consecrantur, & tamen non adstringuntur solenni voto castitatis, idque perinde ecclesia de nostris decernere posse. Quapropter sublato Ecclesiæ statuto posset quisque dum sacris initiaretur, & (vt aliqui putant) religionem profiteri, faciendo simplex votum castitatis, aut nullum. Ante vero quam vlterius transeamus, admonitum volo lectorem hanc opinionem nusquam fuisse S. Tho. imo neminem eorum sic intellectam illam fuisse complexum, nam D. Tho in priori conclusione (quod mediate considerandum est) non astruit substantiam voti solennis in benedictione aut consecratione consistere, sed præcisè ait, q̄ solennitas voti attenditur secūdum benedictionem, & consecrationem traq. tantum vult dicere, q̄ illa benedictionis solennitas adhibetur, in signum voti sicuti solennitas nuptiarum non est de essentia matrimonij, sed est eius testimoniū. Quare non vult quòd illa ceremonia sit simpliciter de essentia, sed tantum explicat ritū, qui re vera nunc de ecclesia viget, quāuis de susceptione ordinum alia sit ratio. Nā eo ipso q̄ subdiaconus ordines suscipit, vna suscipit & votum Secunda opinio est, q̄ voti solennitas consistat in exhibitione personæ, itaque substantia solennis voti a simplici hoc differat, quod simplex est tantum promissio rei tradendæ, solenne autē sit traditio personæ, siue promissa fuerit, siue secus. Et quamuis opinio hæc a Caietan reprobetur, arbitror tamen esse verissimam. Et est expresse opinio S. Tho. in 4. dist. 8 q 1. art 3. & expressius hoc loco. Et vt comparatione ad aliam fulgentius eluceſcat tertia opinio, quam Caieta. amplectitur, est, votum esse solenne in hoc cōsistere, quod Ecclesiæ auctoritate statutum est per tale votum hominem fieri inhabilem ad matrimonium. Neq est peculiaris Caiet. sed est Scoti in 4. dist. 38 Probationes autem Caiet. hæ sunt. Prima quod ecclesia posset statuere vt quicunque coram tribus testibus continentiam voueret, faceret votum solenne, sicut ille qui ordines sacros suscipit at religionē profitetur, quod vtique signum est totum pendere ex arbitrio ecclesiæ. Secunda, quod vice versa licet quispiam quacunque solennitate profiteretur tria nota in religione non approbata per sedem Apostolicam, non resultaret votum solenne ex solo defectu ecclesiasticæ auctoritatis. Quinimo verba sunt Pontificis loco citato, de vot. lib. 6. videlicet, quod voti solennitas ex sola constitutione ecclesiæ est inuenta. Hanc verum tamen opinionem reprobat S. Tho. in 4. loco citato hoc argumento Si solenne votum religionis solo statuto ecclesiæ faceret religiosum matrimonio inhabilem, & hoc non esset de iure diuino, sequeretur, quod ecclesia posset contrarium statuere, videlicet, quod posset dispensare in illo solenni voto castitatis, quod tamen falsum est, vt postea disputabimus. Respondet hic autem Caieta. nescio qua metaphysica, videlicet, q̄ etsi neq. votum seorsum sine statuto Ecclesiæ sufficiat ad irritādum matrimonium, neque per se præceptum, tñ ambo simul sufficiunt. Solutio autem hæc dupliciter claudicat. Primo, si neque per votum ea ratione, quod quis se tradit, neque per præceptum efficitur inhabilis, intelligi neutiquam potest, quomodo ratione vtriusque efficiatur, hoc enim declarandum

Caiet.

Prima opinio.

Prima rō in primā opinionem

Tertia.

Mens S. Tho.

Secūda opinio.

Tertia opinio. Caieta.

Scotus.

Prima rō pro opinione Caieta. et Scoti.

Secūda ratio.

Argu. D. Tho. in prętĕritā opinionē.

Solutio metaphysica Caiet.

Arg. in Caiet.

randum reſtabat. Et arguitur ſic. Clarum eſt q̃ quamuis Papa ſeculari præcipiat, ẽt ſub pœna excommunicationis latæ ſentẽtiæ, vt vxorem non ducat, videlicet quia alia in eius tribunal, eum petit, nihilominus ſi ille non eſt alteri coniugio mancipatus & contra iuſſionem pontificis contrahat, licet peccet, matrimonium tenet, q̃m iubere ne contrahat, non eſt inhabilem facere. Arg. 2. Igitur ſi votum eo q̃ eſt perſonæ traditio, non facit eam connubio inhabilem, neq. ſuperueniens præceptum id perficiet. Præterea, neque reſpondet S. Tho. Si .n. ſolum ſtatutum eccleſiæ in cauſſa eſt, vt votum religionis inhabilem faciat religioſum ad matrimonium, poteſt eadem eccleſia facere primum q̃ ſi vera religio ſine illa inhabilitate, quandoquidem ablato ſtatuto votum per ſe manet ſimplex, item poterit in tali voto ſolenni poſtquam emiſſum, eſt diſpenſare. Profecto ad hoc non reſpondet, ſed fit ei conſequens concluſio. Et ita tandem, vt poſtea videbimus, concedit q̃ Papa poteſt diſpenſare in voto ſolenni. Illa enim opinio natiuum germen eſt huius radicis. Subſtantia voti ſolẽnis. Igitur ſi opinio S. Th. de indiſpenſabilitate voti ſolennis, ſuſtinenda eſt vt arbitror ceu antiquiſſimam doctorum confeſſionem ſuſtinendam, ſic cenſendum eſt de voto ſolenni, vti dicere recipimus, q̃ ſubſtantia eius conſiſtit in hoc, quod ſit traditio, cum votum ſimplex ſola ſit promiſſio. Quam quidem opin. tam in 4. quam hic expreſſe tenet, dum per ſimilitudinem nuptiarum ait, quòd ſicut in illis fit ſolennitas, quòd vterque coniugum totaliter mancipatur rei vxoriæ, ita per ſacrorum ordinum mancipatur homo diuino miniſterio & per abrenuntiationem ſeculi & proprie voluntatis ſtatum perfectionis aſſumit. Ex hoc enim diſcrimine naſcitur aliud, videlicet quòd ſimplex poteſt fieri ſoli Deo ſine aliquo eius miniſtro, ſolenne autem non niſi per eius miniſtrum. Et ratio eſt, quod promiſſio cum non ſit datio, non habet pro correlatiuo ſolennem receptionem, ſed ſolum quia Deo promittis, tua reſtat ligata fides. Obiectio. Traditio autem non fit, niſi vbi ille qui traditur, ſolenniter recipitur, Solutio. Sed ais, Deus etiam te recipiet ſi tu te illi dedas. Ecce in quo ſtat punctum. Cum tradere ſe hominem mutando ſtatum renuntiandoque ſuæ propriæ voluntati, ſit res maximi momenti, fieri non dent ſine iudicio & examine, quod quidem iudicium non eſt illi committendum, qui vouet, ſed eccleſiæ, quæ exploret, an qui tradere ſe adornat, idoneus aptuſque ad illum ſtatum ſit. Ob idque eccleſia neminem ante tempus probationis ad religionem recipit. Neque vero ad ſacros ordines abſque examine, vt patet in tit. de æta. & quali. ord præſic. Itaque in hoc quod eſt hominem Deo ſe per illum tradere, a quo nomine Dei recipitur, conſiſtit ſubſtantia ſolennis voti, quia tunc abdicat a ſe ius tranſeundi ad alium ſtatum, ille autem Eccleſiaſticus ſuſcipiendi modus, quæ ſolennitas eſt voti, eſt de iure poſitiuo. Veluti ſi quis ſecundum iura antiqua alteri ſe venderet, eo ipſo iure gentium eſſe eius mancipium, ſed tamen poſſet rex ciuili iure ſancire, vt nemini liceret ſe vendere, niſi tali ſolennitate, alias traditio non teneret. Et hoc eſt, quod ait Bonif. in d. c. ſcilicet quòd voti ſolennitas ex ſola conſtitutione Eccleſiæ eſt inuenta. Non enim dicit, quod ſubſtantia ſolennis voti, puta quod qui ſe tradit, non poſſit matrimonium contrahere, ſit inuentum Eccleſiæ, ſed quod modus ille tradendi, ſit de cretalis Eccleſiæ conſtitutio. In ſumma, vt ad præfatam obiectionem reſpondeamus, nemini conſtare poteſt a Deo recipi per votum ſolenne, niſi per iudicium Eccleſiæ. Ad motiuum. Caiet. Et hoc eſt quod ait S Thom. in d. diſtin. 4. art. 2. queſt. 3. ſcilicet quod votũ nunquam eſt ſolenne quantuncunque quis profiteatur niſi ſeruato ordine poſitiui iuris. Atque ea propter, nempe quia in alijs votis, ſcilicet peregrinationis & ieiuniorum, nulla fit traditio, neque ſtatus mutatio, non poſſunt fieri ſolennia. Item neque in religione, quæ non fuerit ad hunc effectum per Eccleſiam approbata. Sed interrogas, Dubitatio. ex quo loco ſcripturæ infertur votum ſolenne in iure diuino dirimere matrimonium? Reſpondetur, hoc ſyllogiſmo id concludi. Quicunque ſe alteri tradit, ſuam illi uoluntatem mancipando, iure naturæ & diuino fit inhabilis ad alium ſtatum, qui vouet ſolenniter tradit ſe abdicando ab ſe ius ducendi uxorem, poſſidendique propria, &c. ergo fit ad coniugium inhabilis. Maior eſt de iure naturæ ac diuino, quod patet, nam ſi dominium rei tuæ alteri tradidiſti, nullatenus illam rurſus citra furtum potes ſurripere, ſecus ſi promiſiſti, Reſpon ſio.

misicti, quoniam tunc cum nondum dominium arte alienaueris, caussæ vt supra dictũ est, superuenire possunt, cur non reddas. Pari ergo modo si te ipsum tradidisti, ius naturę diuinumque vetat, ne tui ipsius furtum facias. Minorem autem esse de iure diuino in religione patet, quoniam religio debet esse status sequendi Christum secundum illud, Si uis perfectus esse, vade & vende, &c. & sequere me. Nam nisi hoc institutum per modum status acceperis, non est firmum, status autem non firmatur per promissionem, qualis est votum simplex sed per traditionem. Vtraque ergo premissa est de iure diuino atque adeo conclusio. Discernito ergo inter solennitatem & votum solenne. Solennitas enim, hoc est illa ceremonia, non est de iure diuino, sed Ecclesiastico, sed tamen votum solenne dirimere matrimonium est de iure diuino, eo quod est traditio. Et licet pergere videar molestus, esse id contra Scotum & Caiet. confirmatur. Sequeretur enim ex eorum opinione, quod Papa posset dispensare in matrimonio rato non consummato: Probatur sic. Votum solenne dirimit matrimonium eiusmodi & tota vis voti solennis (vt autumant) est institutum Papæ, quod est ius positiuum, ergo pari auctoritate poterit illud matrimonium absque tali voto per solam dispensationem dirimere Ecce argum. Caiet. quod re vera secundum suam opinionem concludit, atque adeo eodem deuictus, concessit conclusionem. Sed profecto, vt bona venia grauissimi auctoris dixerim, adeo est absurda conclusio & nullo vnquam seculo admittenda, vt antequam illam concederet, dimouere animum deberet ab illa ratione solẽnis voti, quam hic refellimus. Negamus ergo minorem scilicet quod votum solenne virtute Ecclesiastici statuti dirimat matrimonium ratum, sed dirimitur iure diuino quia est mutatio status inferioris in superiorem. Ob id enim etsi consensus matrimonium statum constituat, licitum est tamen inde, quandiu non est consummatum, ad meliorem frugem conscendere: consumata vero copula, quia ex natura sua est procreatiua prolis; ascensum propter iniuriam, quæ educandæ prolis irrogaretur prohibet. Ecce ergo in quo votum solenne consistat. Contra hanc autem conclusionem arguitur primum omnium argumento Scoti, qui loco citato hanc opi. ait minus omnibus valere. Homo, inquit, per propriam voluntatem dominium sui habet, ergo per eandem solam potest illud transfere, per votum autem simplex quod soli Deo facit, suam obligat voluntatem, ergo per ipsum Deo dominium sui confert, ac per votum solenne. In hoc ergo non potest esse discrimen. Respondetur autem hoc esse negare manifestissimam naturam promissionis & dationis. Enimuero qui pecuniam aut equum amico dare pollicetur, non ideo ab se dominium abdicat nam si postea alteri daret, teneret datio tanquam vero domino profecta, alias deberes dicere quod quicunque alteri aliquid debet, iam non esset dominus illius, quæ quidem assertio esset contra omnem legem & forensem vsum. Concedimus ergo, quod homo per voluntatem potest transferre dominium non tamen per solam promissionem, sed per datione. Secundo arguit Caie. Si ecclesia constitueret, vt si quis coram tribus testibus votum faceret, illud dirimeret contrahendum, matrimonium illud esset solenne, sine receptione. Respondemus duo. Primum quod illa esset tunc receptio Papæ, nam quomodocunque ipse statueret esse solenne, censeretur recipere votum. Secundo adijcimus, quod Spiritus sanctus nunquam Ecclesiam permittet traditionem hominis per votum suscipere, nisi iudicio adhibito & examine, alias vergeret in religionum & sacerdotij exitium, At uero transacto probationis anno per suum decretum tacitam professionem recipit. Et econuerso quando religionem non approbat, tunc quantumuis vota tria exprimantur, non est solenne votum, quia ecclesia illud non recipit. Tertio arguitur. Prope Apostolorum ætatem, ut est videre apud Dionys. 6. cap. eccle. Hierar. vigebant monachorum ordines votorum solennitate (vt creditur) firmari & tamen non erant sicuti modo sunt. Nam post Anton & Benedictus hanc religionum formam Ecclesiæ auctoritate instituerunt. Respondetur, quod si vota edebant solennia, auctoritate Ecclesiæ & forsan in manibus Episcoporum illa edebant. A sacratissima vero uirgine nullum accersiri potest condannos argum. nam si votum emisit solentia, id fuit ex peculiari Dei reuelatione. An uero

Rõ altera ĩ Sco.

Primũ argum. Scot.

Solutio.

Argum. Caieta.

Arg. 3.

Dionys.

Responsio.

adeo ſit religionis intr nſecum votum caſtitatis, vt neque per eccleſiam fieri poſſit, vt abſque illo ſit vera religio, q. 5 diſputandum eſt. Illic enim & q. 7 reuertendum nobis ad votum ſolenne, & explicandam reſtat, tam religionis quam ſacerdotij.

Ad primū arg.

Ad primum igitur capitalium argu reſpon. quod voti ſolennitas licet fiat in oculis hominum, pertinet nihilominus ad Deum, inquantum per eius miniſtros hominis voluntas recipitur transferentis ius ſuum in Deum, abdicantiſque a ſe facultatem & arbitrium mutandi ſtatum. Quapropter eatenus conceditur, votum ſimplex perinde obligare apud Deum atque ſolenne, quod vtriuſque tranſgreſſio, eſt mortalis, ſed tamen vtrunque in ſuo ordine. Simplex enim obligat ſicut promiſſio, cuius ideo tranſgreſſio eſt non reddere quod promiſiſti. Sed tamen ſolenne obligat ſicut traditio, ob idque qui illud tranſgreditur, peccat auferendo quod tradidit, vel abutendo voluntate Deo mancipata. Vnde fit vt ſit grauior tranſgreſſio voti ſolennis, quam ſimplicis. Quod ſi arguas votum ſolenne perinde eſſe promiſſionem atque ſimplex, nam pari modo ait, qui profitetur, Promitto obedientiam Deo quod ero tibi obediens. Reſponderur differentiam eſſe, quod qui ſolenniter vouet, licet promittat obedientiam quantum ad officia religionis exequenda, nihilominus promittit illam ſeipſum ſuamque voluntatem, & totum ius tradendo ad dicendoque & mancipando Deo votum autem ſimplex non eſt traditio voluntatis, ſed promiſſio, qua obligatur eam tradere ſtatumque mutare. Et per hæc decidetur quæſtio, quam hic tractat Caiet. vtrum diſtinctio voti ſimplicis & ſolennis ſit ſpecifica, & pariter tranſgreſſio ſit alius ſpeciei. Reſpondet enim ſub diſtinctione, nempe quod ſi diſtinctio attendatur ex parte ſubiecti, differunt ſpecie, eo quod qui ſimpliciter vouit, non eſt inhabilis ad contrahendum matrimonium, ſicut ille qui vouit ſolenniter: quemadmodum. Primo de anima affirmat Auer. oculū hominis differre ſpeciei ab oculo leonis propterea qđ animæ ſic differunt. Si autem inquit, differentia attendatur ex parte obiecti tunc nō differunt ſpeciei, ſicuti neque hoc ratione differunt oculus hominis & oculus leonis quoniam eiuſdem ſunt formalis obiecti, perque eadem media ſentiunt. Nam eadem, inquit, vis eſt obligandi in vtroque licet in ſolēni maior in eadem ſpecie. Et certe ſi tota differentia conſiſteret in ſtatuto eccleſiæ, ita dicere debuit. Attamen tenendo quod vnum eſt promiſſio & alterū traditio, proculdubio ſpecie differūt ex ratione formalis obiecti. Atque ita forenſi vſu cenſetur. Alia quippe actio eſt promiſſio, atque alia tranſactio dominij. Et ita S. Th. in 3. ar. differre ſicut vegetatiuum & ſenſitiuum, quod differunt ex obiecto, tametſi ad mores parum hæc diſcrimina referant dummodo certus ſit grauius committi peccatum contra votum ſolenne, quam contra ſimplex.

Qꝫ ventilata a Caieta.

Refellit & finitio Caiet.

D. Tho.

Ad ſecūdum arg.

Ad ſecundum iam vtiq; reſponſum eſt, quod cum per vota aliorum operum non fiat mutatio ſtatus, non eſt cur fiant ſolenniter. Et ad tertium demum reſpon. aliam eſſe diſtinctionem publici & ſecreti, aliam vero ſolennis & ſimplicis ſeu priuati. Non enim ob id quod votum in publico fiat, eſt illico ſolenne, ſed quia fit ſecundum ſtatutum Eccleſiæ recipientis vouentem. Quo quidem ſtatuto ſeruato, etiam in angulo poteſt fieri ſolenne.

Adquartū argu.

Ad quartum tandem, vbi maior eſt difficultas, reſpondere reſtat. Et imprimis ambigi non poteſt, quin etiam ſi ante vſum rationis ordo ſuſcipiatur, characterem imprimat, atque adeo vere ſuſcipiatur, ut S. Th. in 4. diſt. 25. q. 2. & illic Rich. & Theologi fatentur, quia ad ſuſceptionem ſacramenti imprimentis characterem, ut eſt Baptiſmus, Confirmatio, & ordo, non requiritur actus in ſuſcipiente, atque adeo neque certas ætas de neceſſitate ſacramenit, ſecus de neceſſitate præcepti, quia nequeunt ſubdiaconi ante 18. annum creari, neque ſacerdotes vngi ante 25. ſub reatu peccati mortalis, & pœna ſuſpenſionis. Quapropter quidam qui arbitrantur ſacramentum ordinis non ſuſcipi in quacunque ætate, repelluntur, vt ait illic S. Th. quia eorum aſſertum neque ratione vlla neque auctoritate firmatur. Hoc ergo ſuppoſito conſequēs plane eſſe uidetur, id quod quarto argu. infertur, nēpe ante legitimum rationis uſum poſſe quemque uoto caſtitatis complicari. Neq; hoc abſurdius eſt, quam de obligatione matrimonij. Puella nanq; cuius malitia ſupplet ætatem, etiam ſi ante duodecimū nubat, uinculo matrimonij tenetur, ut

D. Tho. Richar.

pātet

pătet c. De illis de despons. impub. Quapter etiam si quis consensu extorto per metum cadentem in constătem virum sacris mittetur, voto etiam eodem castitatis tenetur, secundum dexteriorem opinionem, vt
Sylvest. bene ait Sylue. verb. ordo. 4. nisi forsă vxori esset matrimonio cōiunctus, qui in vita vxore abstinere non potest. Atq. id probatur argumento sumpto ex c. de Iudæis. dis. 45. vbi illi inuiti à Sigibuto credebantur, baptizati nihilominus ad fidem coguntur propterea quod charactere essent insigniti & tamen illis, qui renuunt, grauius est ad totam Christianam religionem obligari quam ad solum castitatis votum. At vero distinguendum est, vt reor, de huiusmodi clerico ante ætatem ordinato. Si enim vsŭ habebat rationis, puta quia decimum vel duodecimum annum attigerat, & forte in octauo, quia libere initiatur, cogendus est votum seruare. Si vero nullum prorsus habebat rationis vsum, sed nesciens quid de illo fieret ordinatus est, profecto rationi est maxime consentaneum, vt detur ei optio, nempe vt si voluerit in ordinis functione permanere abstineat, sin minus, omni prorsus officio suspensus vxorem ducat.

QVÆSTIO III.

DE HIS QVI VOVENDI FAcultatem habet.

S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 8.

ARTICVLVS I.

Vtrum illi qui sunt alterius potestati subiecti vouere possint.

POst voti substantiam, & virtutē subsequitur, circa eius subiectum indagare, qui nam sūt quibus facultas suppetat & arbitrium vouēdi? Et primo de his qui sub aliena sunt potestate, arguitur quod vouere possint. Minus enim
Primŭ arg. vinculum a maiori separatur, obligatio autem qua quis homini subditur, minus est quam quo obligatur Deo, ergo & obligatio prior nequit posteriori impedimento
Argu. 2. esse. Secundo. Filij qui sub cura degunt paterna, neq. ab illa sunt mancipati, arbitriŭ habent absq. parentum voluntatem religionem profitendi, ergo illos qui aliena potestati subsunt, nihil a vouendi virtute cohibet. Tertio, Maior desideratur ad faciendum quam ad promittendum facultas religiosi autem possunt absq. maiorŭ facultate aliqua religionis opera exhibere vt Psalmos recitare, inediaq. se atq. alijs afflictationibus macerare, ergo subiecto minime admit uoueudi facultatem. Quarto
Argu. 3. Argu. 4. Quicunque id tentat quod iure facere prohibetur, delinquit, subditi autem vouendo non peccant, quandoquidem nullibi prohibitum reperiatur, ergo videntur iure vouere posse. In contrarium facit illud Nu. 30. Si mulier in domo patris sui & adhuc in puellari ætate aliquid vouerit, non tenetur ea voti, nisi pater eius consenseris, & idem subditur de muliere habente virum quod 33. q. 5. can. manifestum. & can. noluit referatur Ex quibus perinde pari ratione colligitur neque alios quicunque alienæ potestati subdantur, voto se posse absque superioris arbitratu deuincere.

Duæ sunt hominum conditiones, quibus non plenaria suppetit ad vouendum facultas, nempe subditi qui alijs habent mancipatam voluntatem, & pueri quibus per ætatem non licet rationis luce satis illustrari. De prioribus dicendum in hoc arti. ac posterioribus in subsequenti. Ad quæst. ergo vnica conclusione, eademq. negatiua respondetur. Nemo qui sub alterius sit potestate, valet de his rebus in quibus ei subijcitur, votum vllum suscipere, quod citra eius assensionem solidum sit ac firmŭ. Conclusio est clara. Votum quippe, vt in superioribus patet, est promissio quæ Deo fit. Deus autem qui auctor est naturalium legum, non vult aliena surripi vt sibi tribuantur. Quare neque eleemosynas quæ de rapina fiunt gratas habet, qui autem subalienæ est potestati, non est sui iuris, ergo nihil Deo vouere potest, quod domino suo aut maiori debet, sed est omnino ab eius potestate pendens. Fit ergo, vt eiusmodi votum absque eius consensu non sit validum, sed irritari a superiori possit. Primum omnium quia quæstio hæc iste inquam & subsequens arti de votorum irritatione instituitur, supponamus irritationis nomini id significatum supponi quod est nullum, ac perinde cassum haberi ac si nihil esset factum. Quomodo enim diffe-

Conclō rnsiua.

Rō conclusiōis.

Dubitatio.

rat a diſpenſatione, & commutatione, & redemptione, quæſt. proxima quæ diſpenſatione ſubſequitur, commodius explicabitur. Prima ergo hic cauſſa dubitandi eſt de fundamento auctoritatis prælatorum irritandi ſubditorum vota, vtrum ſcilicet tantum iure humano, an etiam diuino & naturali ea ſibi competat auctoritas? Et ratio dubitationis eſt, quod locus citatus Numeri 30. ſolum loquitur de muliere, quæ eſt ſub cura parentis, aut ſub viri poteſtate, quemadmodum Aug. illic exponit. Et refertur 33.q.5.can. noluit inferre autem, inde generalem regulam ſubditorum nõ apparet, qua ratione firmetur. Nam ſubiectio vxoris & filiorum eſt naturalis, ſubiectio vero religioſorum, licet ſit diuina, tamen non videtur extendi, niſi ad obſeruantiam trium votorum & ſuarum conſtitutionum, eo potiſſimum, quod cum religioſi ſtatum profiteantur, qui via eſt ad perfectionem, non videntur diuino iure arceri, quo minus ſui ſit arbitrij recentibus ſe votis vrgentius ad meliorem frugem promouere. Adde quod mandatum illud apparet in numero eſſe legalium, quæ per præſentiam Euangelij extincta ſunt. Haud ergo deſunt, qui cenſeat ſolum humano iure ademptam eſſe monacho vouendi facultatem, citra maiorum aſſenſum, nempe c. illo monacho 20.q.4. At vero cum illud nõ habeat auctoritatem aliam quam Baſilij, ceu autoris, & Gratiani decreta colligentis non poteſt habere vim legis quippe quam Conſilium tantum vel Papa edere poteſt. Quocirca niſi iuri diuino aut naturali auctoritas illa conniteretur, non inde ſatis eſſet collecta. Reſpondetur ergo interdictũ hoc monachorum a iure diuino & naturali pro manere. Nam eo ipſo quo quis religionem profitetur, addicitur per obedientiam arbitrio prælati, atq. adeo iure naturę non poteſt inde abſque eius iniuria ſuam dimouere voluntatem. Quapropter non modo, tanquam ſpiritualis prælatus ex vi iuriſdictionis diſpenſare ſuper votum ſubditorum poteſt, verum & tanquam dominus voluntatem eorum perinde ac ſeculatis pater eadem irritare. Sciſcitaris, autem, vtrum in omnibus prælatis ſimilis ſit irritandi facultas, quibus adeſt diſpenſandi auctoritas? Videtur nanque affirmatiua pars vera quandoquidem diſpenſatio vtpote quæ ſpiritualis ſit functionis minus maiorem exigat poteſtatem quam irritatio. Reſpondetur nihilominus non ita rem eſſe. Epiſcopi enim diſpenſare poſſunt irritare vero minime, quia nõ ſunt abſoluti domini libertatis ſubditorum, ſed tantũ indices. Imò vero neq. Pont. Max. poteſt ſeculariũ vota irritare, ſecus religioſorum, quorum non ſolum iudex eſt, verũ peculiaris prælatus. Eſt enim ſicut generalis miniſter, aut magiſter cuiuſcũq. ordinis, & ſicut prouincialis, & ſicut prior. Quare & in hoc etiã fallit regula, quod ſi e ps id quod plus eſt valeat, perinde poſſit & quod eſt minus, quia non ſunt eiuſdẽ generis. Illi ergo qui facultatem habent irritandi vota præter religioſorum prelatos, ſunt iure naturæ parentes ac tuores vtriuſque ſexus, & domini ſeruorum qui ſunt mancipia. Nam paterfamilias non eadem auctoritate fungitur in ſuos famulos, vtpote quorum voluntatum non habet dominium. De vſu autẽ huiuſmodi poteſtatis, an videlicet abſque vlla prorſus de cauſſa dum maiori buerit poſſit quæcunque vota, irritare ambigitur Archid. nanque quem Sylueſt. verbo, votum. 3. & citat & imitatur, & Palud. in 4. d. 38. q. vſque adeo abſolutionem cenſent poteſtatem irritandi, quam diſpenſandi, vt credant, ſiue vlla prorſus cauſſa fieri poſſe irritationem, licet non diſpenſationem. Et ratio, inquiunt, eſt, quod diſpenſatio nõ fit quia votum non erat validum, & ideo requirit cauſſam, irritatio vero fit, quia non erat validum abſque ſuperioris aſſenſu, & ideo putant in mero eſſe arbitrio ſuperioris abſque vlla cauſſa poterat non vouere.

At vero hæc ſententia moderatione tẽperanda eſt, nam etſi diſcrimen ſit, quod irritatio nulla intercedente cauſſa, ſit valida, quod in diſpenſatione non ſic vtiq. facile conceditur, nihilominus prælatus abſq. vlla omnino ratione votum irritans profecto non eſſet a culpa ſaltem veniali liber, nam cum irritatio actus quodammodo ſit iuriſdictionis, debet iudicio & perſpicientia vti antequam irritet, vt perpendat vtrum ſit vtilius ac decentius facultatem negare, an concedere. Quare non eſt tam abſoluta libertas in ſuperiori ad irritandum, poſtquam ſubditus propoſuit antequam vouere, quam in ſubdito antequam a ſuperiore facultatẽ expoſcat. His de poteſtate irritandi, prælabitis, ſecundum

Rõdubitandi.

Auguſt.

Archid. Sylueſt. Palud. Rõ præfatæ opinionis.

Riſio.

Moderatio præteritæ ſnię.

Scrupulus.

Solutio.

2. Dubium.

dum continuo subsequitur dubium circa illud conclusionis temperamentum, videlicet, in quibus alteri subijciat, nempe vt illa perscrutemur, in quibus monachus superiori subditur. Nam apparet nulla opus fuisse exceptione Quoniam vt modo dictum est, simpliciter totam prælato tanquam Dei vicaria consecrauit uoluntatẽ.

Quadrifida monacorũ opera.

Ad huius intelligentiam notandum est, quadrifida esse monachorum opera. Primum enim genus est eorum, quæ solenni voto comprehenduntur, vt sunt tria vota essentialia & peculiaria statuta. Et in his dubio procul subijcitur prælato monachus. Apparet nihilominus posse de his votum voto ita firmiter adijcere, vt illud prælatus irritare nequeat, vt si voueat in ordine nostro nunquam carnes gustare, & nunquam locis & horis vetitis silentium rumpere, quoniam postquam licuit votum solenne de illis emittere, videtur posse, & arctius se adstringere ad ea seruanda.

Prima assertio.

Respondetur nihilominus & hæc etiam posse prælatum irritare vota quin vero & debere, quia hæc vinculorum congemination super eadem materia vix vnquam prudenter fiunt. Potestas autem inde patet, quod super omnibus constitutionibus & regulę statutis præter tria essentialia vota valeat præfectus ex caussa dispensare, cohibere potest subditorum arbitrium ne de hisce statutis recentia edant vota. Nam & illa super quibus dispensare potest, dum dispensando facit ea de illicitis licita, potest pro caussa nonnunquam iubere, scilicet vt subditus silentium rumpat, aut religioni ieiunium, ac perinde valet horum vota cessare. In secundo ordine sunt opera

Secũda.

libera, id est, quæ neque lege sunt præcepta neque noua sub voto concluduntur, vt orare, atque noua superaddere ieiunia. Atque ad hec quidem præfectus pro suo libito cogere nequit subditum, secundum illud verbum Bernardi. Votum meum non augeat. Prælatus sine mea voluntate. Tametsi nonnunquam in casu necessitatis iubere possit orationes & forte ieiunium, qđ ad rem modo non pertinet. Potest ea tamen impedire, quando libuerit, atque adeo hæc peculiariter proprieque sunt opera, quorum vota præfectus irritare potest.

Tertia.

Tertius operum ordo est, quæ prorsus Prælati auctoritatem exuperant, vt transitus ad arctiorem religionem. Hoc enim cum ad exitum spectet subditi, ex eiusdem obedientia Prælati non comprehenditur sub illa, quo fit vt bene ait Caietan. votum quod monachus eiusmodi transitus emiserit, non posse a Prælato irritari. Atque adeo hoc operum genus exceptum putes illo conclusionis verbo in his in quibus alteri subijcitur. Haud tamen crediderim huiusmodi votum transeundi ad arctiorem religionem, omnino exire auctoritatem Prælati, vt idem auctor insinuare videtur, sed tantum quod ad irritationem, immo arbitror posse eundem Prælatum super idem dispensare. Quorum discrimen q. seq. ar. 3 subijciemus. Quartum operum genus est eorum quæ ad salutem sunt [necessaria, vt legis percepta seruare, neque vero illa modo, sed & quæ ad charitatis feruorem attinent, quorum contraria sunt venialia. Atqui horum uotum censet idẽ Caietan. irritari a præfecto non posse, vt si monachus votum Deo vouerit non furandi, aut non mentiendi. Ratio eius est quoniam hæc materia non est prælato subdita quandoquidem super his ipse veluti super regularibus statutis dispensare non valeat. Ait nihilominus posse prælatum eiusmodi votum nomine Dei commutare. Quare & hoc quoque exceptum arbitratur in conclusione. At vero non facile illi de hac re subscriberem. Nam etsi quantum ad necessitatem implendi suspensatio istorum sub potestate prælati minime comprehendatur, nihilominus illa noua obligatio qua subditur sua sponte religare se cogitat, non video cur non possita prælato irritari. Nam quantum ad spontanea dominus est subditarum sibi voluntatum

Caieta.

Quarta assertio.

Caieta.

Tertiũ dubiũ.

Tertium subinde dubium circa eandem conclusionem de illo verbo videlicet, quod eiusmodi votum rei in qua subditus superiori subijcitur, non est sine eius consensu firmum, est inquam dubium, vtrum antea quam accedat superioris consensus, uotum subditi teneat, an uero contra ipso facto sit nullum? Et dubitationis articulus est, utrum cum in uoto subditi semper includatur superioris conditio, subintelligatur affirmatiue, si ille consenserit, an uero tantum negatiue, scilicet nisi dissenserit? Nam priori modo uotum ante eius consensum nullum est, po-

ſteriori uero ualet quouſque per ipſum irritum fiat, Et quidem Richard. 4. ſent. diſt. 38. artic 4. quem multi Summiſtarum ſequuntur, diſtinguunt inter religioſorum vota, atque alia aliorum ſubditorum puta filijfamilias, & uxoris, &cet. Et de religioſis generalem abſolutamque aſſeuerat concluſionem, nempe ſic eſſe per uotum ſolenne inhibitos noua edere uota, ut quodcunque cuiuſcunque generis abſque expreſſo conſenſu ſuperioris faciant, ipſo facto irritum ſit & caſſum. Quare non ſolum eius tranſgreſſio, nullum eſt peccatum, uerum & emiſſio nonnulla eſt noxia. Nam incaſſum uouere culpa eſt. Quin uero arbitratur Rich. eiuſque comites hanc eſſe ſententiam D. Th. propter uerba poſtrema ſolutionis tertij quartique argumenti, ubi ait uotum religioſi non eſſe firmum niſi ſuperiori placuerit, autem nō renuerit. Aſſertique in eandem ſententiam can. Monacho. 20 quæſt. 4. Et ſupra hæc adhibet rationes duas. Prior eſt, quod cum religionis onus ſit ualde graue neque decet, neque uero licet profeſſionis uotum nouis ſarcinis onerare, ne religioſus oneri ſuccumbat. Poſterior, quod cum idem religionis uotum tantæ ſit altitudinis, ut omnia precedentia in ipſum commutata extinguat, ſit ut etiam ſubſequentia eiuſdem uirtute irriten tur. Quare de filiofamilias & uxore non negat quin poſſint facere aliqua uota de his quæ ſibi non ſunt prohibita. Huic autem opinioni, ut bene Sylue uerbo, uotum tertio, §. 3. ait, neque S. Tho. ſuffragatur, neque arridet ueritas. Quare Petrus a Paludе, & Innocentius illic ab eodem Syluеſtro, citati, ingenue fatentur religioſos, qui quidpiam uouerint, quo prælati obedientia non impeditur, reos eſſe voti, niſi dum per prælatum irritum non habetur, illud impleant. Et ratio profecto eſt in promptu. Nam ſi alij ſubditi citra ſuorum maiorum iniuriam poſſunt ipſis inconſultis votum ſuſcipere conditionale, quouſque ſuperioris ipſi renuerint, vt Richard ipſe fatentur, non eſt cur religioſis eadem facultas interdicatur. Secundo arguitur contra eius rationem. Quæſtio obſtante religionis onere poteſt religioſus habita prælati facultate alia ſuperaddere vota, ergo nihil obſtat quominus ipſo inconſulto de materia, quæ ſibi non eſt prohibita, poſſit idem ſucipere, dummodo paratus ſit cauſſa uoti nunquam abeſſe officijs obedientiæ, & quoties ſuperiori uotum diſplicuerit, ab ipſo ceſſare. Cap. autem monacho nullatenus aduerſarijs, immo nobis patrocinatur. Haud quippe ait illic Baſilius quod uotum monachi ſine conſenſu Abbatis ſit nullum, ſed quod ſit frangendum, vbi inſinuat ante fractionem ſolidum fuiſſe. Quamuis neque illa admonitio illo eſt rigore audienda, vt quidquid religioſus uouerit, illico ſit frangendum, ſed illud prorſus, quod vel ei uel prælato ſit graue & moleſtum. Ad ſenſum igitur S. Thom. diſcendamus, qui uidetur ſentire votum ante conſenſum prælati emiſſum nullatenus eſſe obligatorium. Nam & in concluſione & in ſolutione tertij & quarti dicit, tunc nondum eſſe firmum, quod ſonare uidetur non eſſe obligatorium. Huius autem verbi ſenſum Caieta. docta diſtinctionem enucleat. Materia enim uoti reſpectu religioſi duplex eſſe poteſt, altera ſcilicet prohibita, uel in genere, ſicut conſtitutionum interdicto, ne quis, monaſterij ſepta egrediatur, prohibetur uotum peregrinationis. Aut in particulari, ſicuti ſi prælatus bona cauſſa inhiberet, ne quis ſuorum de tali aut tali re uotum emitteret. Altera uero eſt materia non interdicta, ut orare, quibus horis uacat & ſtudere, ieiunare, &cet. Secundum quam diſtinctionem ad dubium reſpondetur, quod cum uotum de materia prioris generis emittitur, ſubintelligenda eſt affirmatiua conditio uidelicet ſi prælatus ratum habuerit. Si uero materia ſit poſterioris ſpeciei, tunc conditio ſubintelligenda eſt negatiue ſcilicet niſi prælatus irritum fecerit. Et ratio diſcriminis eſt, uotum debet fieri de re licita, quando uero materia eſt prohibita non eſt licita niſi fiat ſuper illa diſpenſatio, quapropter qui tali fecit uotum non obligatur quouſque aſſenſus prælati acceſſerit. Attamen quando materia non eſt prohibita, apta eſt ad uotum. Et ideo religioſus uotum faciens ordini uel ieiunandi uel non metiendi, ipſo facto aſtrictus eſt quouſque prefectus uotum irritet. Qua ſorte de cauſſa ſub diſtinctione ait in ſolutione 4. S. Thom. quod in uotis religioſorum intelligitur debita conditio, ſcilicet ſi ſuis ſuperioribus placuerit, renitatur uel

Richar.

Prima ratio Richar.

Secūda ratio.

Contraria opinio.

Syluеſt.

Pet. a Palud. Innocē.

Ratio opinionis

Secūda ratio.

Caiet.

vel non, vt prius membrum referatur ad materiam prohibitam, posterius vero ad liberam. Quare cum dicit votum absque assensu prælati non esse firmum si sit votū prioris generis, intelligit non esse validū, si vero posterioris, plane intelligit quod etsi valeat, non tamen sic solide, quin semper eius irritatio ex voluntate pēdeat præfecti. De vtroque autem membro super est dubietatis nonnihil ad quod operæ pretium est respondere. De priori inquam est dubium, quod votum de re illicita ipso facto est nullum, immo peccatum, votum ergo religiosi de re prohibita, neq; sub conditione valet, immo est peccatum. Respondetur per distinctionem antecedētis. Quādo enim res est prohibita, quia per se mala, tunc votum illius iniquum est, quando vero tantum est mala, quia prohibita, potest sub dispensationis conditione materia esse voti. Sed quæris, vtrum sic vouens teneatur id denuntiare prælato? videtur enim postquam non est voto ligatus, non teneri. Respondetur ideo teneri, ne vanū sit votum, quod absq; eius licentia implere nequit. Sed de hoc statim apertius. De posteriori etiam membro dubitatur, vtrum religiosus qui liberā materiam nouit (puta orare, aut ieinnare) teneatur rem prælatū celare, ne votum irriter, an vero contra licitum ei sit eidem id patefacere. vt infectum reddat? Videtur enim hoc posterius in fraudem voti cedere. Respondetur licere rem detegere. Nam in hoc vtitur iure suo. Quin vero si graue est votum, potest molestiam suam & grauamen ei aperire, vt irritet. Neque vt voto iniuria, quandoquidem munus maiorum est subditorum temeritatem corrigere, tametsi quando votum non est acerbum, salubrius est libenter illud persoluere.

At vero rursus circa prius membrum dubitatur. Vtrum religiosus qui votum rei prohibitæ emisit, satisfaciat petendo a suo prefecto facultatem operis obeundi non exprimendo votū? Apparet enim hoc satis esse. Nam postquam consensus superioris ad hoc requiritur vt tanquam materiæ dominus illam permittat, qua ratione dicebamus quod cum votum materiæ nō inhibite emittitur, statim tenet, fit, vt si ipse opus inhibeat, videlicet ne peregrineris, satis illud est ad nullitatem voti, Multā hic non necessariam metaphysicam accumulat Caie. res enim perspicacior est, quā vt nec verbis indigeat. In primis hoc est certissimum quod si prælatus, voti nescius, tantum prohiberet opus, non ideo votum fieret irritum. Nam subtrahere materiam ad tempus, non est votum irritare. Etenim cum irritatio actio sit iuridica, quæ rei notitiam exposcit, debet idem prælatus votū nosse vt ipsum casset. Atq. hinc palam fit consequens, teneri subditum antequam sit in mora, illud eidem patefacere. Quare Nume. 30. requiritur in patre notitia voti filiæ, vt consentiat vel dissentiat. Quod si contra arguas, Maritata mulier, quæ votū simplex continentiæ fecit, non tenetur coniugi illud detegere, sed potest licite, dummodo debitum reddat, nō petere, ergo pariter potest tacere subditus. Respondetur, nulla similitudine argum. pugnare, quoniam eo ipso quod mulier est viro coniugata, adempta illi est potestas vouendi nō reddere, etiam sub conditione, & ideo votum sunm nō intelligitur nisi de non petēdo, quod potest facere inscio viro, sicut religiosus clam prælato implere votum orandi. Vbi autem materia prohibita vouetur sub conditione, tenetur voues id dispensatori votum facere, alias incassum voueret, quod in Dei ludibrium vergeret. Maiori autem ambigendi occasione interrogatur vtrum postquam religiosus cum facultate prælati votū de re aliqua suscepit, maneat nihilominus penes eundem superiorē irritandi facultas. Apparet enim nullam fieri reliquam. Quod Richardus loco citato, opinatus est, immo dubitat an dispensare tunc possit, sed aut euolandum ad Papam. Nam cum ad voti firmitatem in subdito nihil amplius requiratur quam prælati cō sensus, fit vt postquam illo firmatum est, nulla super ipso illi supersit irritandi potestas. Nihilominus respondetur tunc etiam in præfecti arbitrio permanere illud irritare. Et ratio est quia etiam emisso voto religiosus nihilominus simpliciter manet subditus atque adeo neque prælatus sua orbatur auctoritate. Quin vero adde quod non nunquam, etsi bona, caussa facultatem cōcesserit, poterit nihilominus rite & recte mutatis rebus id quod semel ratū habuit reuocare. Patrocinatur huic documento Augustinus super Num. qui refertur 33. qu. 5.

Dubitatio.

Solutio.

Scrupulus.

Solutio.

Dubiū alterum

Rñsio.

Hæsitatio.

Caiet. Prima assertio

Solutio

Quæst.

Richar.

Solutio.

Augustin.

ca. noluit vbi docet, votum quod puella paterna facultate firmiter susceperat, posse postea viro irritũ reddi. Adde quod quamuis absque vlla caussa votum idem casset etsi peccet, nihilominus votum est cassatum. Atq. huic assertioni suffragatur idem ibidem Augu. eadem caussa & quæstione, can. manifestum. vbi ait expresse, quod si vxor auctoritate viri votum emiseri, quod ipse, neq. citra suam culpam postmodũ cassauerit, nihilominus vxor parere tenetur. Quin vero textus ipse sacer idipsum continet. Quod autem vir & pariter prælatus sine caussa reuocando peccet, non solũ illic Aug. verum & textus ipse Num. 30. contestatur, vbi ait quod etiam dum conuiuere visus fuerit maritus, sed postea contradixerit tunc vxor non tenebitur voti rea, sed vir ipse portabit iniquitatem eius. Et ratio est, quod etsi superior facultatem habeat irritandi inferioris votum, non tamen vsque adeo absolutã, vt supra diximus, quin ratione & iudicio id debeat facere. Et ideo postquam facultatem concessit non debet absque caussa reuocari. Confirmatur hæc manifeste de religiosis sententia, ex simili a muliere maritata desumpto Enimuero si vxor præmissa etiã viri facultate munus aliquod vouerit sacro alicuius Diui, semper dũ non soluit in arbitrio est viri dictũ retractare, quod si retractauerit, quamuis ipse in culpa sit, nihilominus ipsa non poterit nõ obedire. Expressa est sentẽtia Ambrosij in libro de Paradiso q̃ refertur can. nec illud. 33. q. 5. vt illud Gratian. infert. Et ratio est, quod illa facultatis concessio non est absoluta translatio dominij illius rei in vxorem, sed solũ ius offerẽdi sacro quapropter quousq. res ipsa tradatur, semper est a superiore dependens, si reuocare libeat. Neque tua consequentia vlla est arguas. Superior peccat retractando se, ergo subditus minime ei tenetur obsequi. Illatio inquã nulla est. Quoniam non est subditi examinare iussa maiorũ in his quæ non sunt, per se mala, sed ex ipsorum arbitrio dependẽt secus vbi rem per se illicitam iuberent, vti iurarij, vel mentiri. At vero sicuti de religiosis monachis supra quæsitum est, sic & de vxore respectu viri quærendum superest, vtrum in vniuersum possit vir cuncta vxoris vota irritare? Et quidem Caiet. pari modo exciperet votum non peccandi, puta non mentiendi, quia in illa materia nõ videtur subdita vxor. At vero crediderim, & illud irritare posse. Nam licet qnantum ad necessitatem legis non sit subdita, est tamen subdita quantum ad vltroneam obligationem. Quare nullo excepto vir potest vniuersa vxoris vota irritare, & si aliquod esset quod irritare nequiret, dispensare votissimum est neutiquam posse quia vt quæstione proxima videbimus, illud propriũ est spiritualis prælati. Attamen vice versa, vtrum etiam vxor irritare posset votum mariti, in dubium euocatur. Apparet enim ab vna parte nullam habere huiusmodi facultatem. Nam vt scriptum est, ipsa sub viri potestate erit, non econuerso. Respondetur quod cum in fide coniugalis tori pares sint, vt primæ ad Corinth. 7. ait Paulus, quia vir non habet potestatem sui corporis, sed vxor sicuti neque vxor sui, sed vir, neuter absque alterius permissu votum facere potest simpliciter castitatis, immo illo non obstante tenetur vterque debitum alteri reddere, vt bene colligit Gratian. can. manifestum trigesimatertia quęstione quinta. An vero possit alteruter votum facere non petendi, maior est dubitandi ratio. Nam in hoc nullam, quantum ad fidem tori irrogat alteri iniuriam. Nihilominus quod vt possit eiusmodi votum vxoris irritare, non debet esse in ambiguo, non vtique propterea quod est contra fidem thalami matrimonialis, sed quia ipsa vere est subdita. Et ita expresse ait Augu. in eodem ea manifestum. Quod autem vice versa simile votum mariti possit vxor irritare, latentius dubium est. Nam propterea quod sit contra fidem, non potest, postquam paratus est debitum reddere Neque vero ratione sublectionis, quia vir non est vxori subditus.

Respondetur, in primis tale uotum præ graue esse uxori & pene maritali fidei aduersum. Nam cum mulieres præ pudore petere vix audeant debitum, si vir petere esset prohibitum, in fraudem matrimonij resultaret. Et ideo non longe ab scopo aberraret, qui diceret tale uotum absque consensu uxoris non tenere. Saltem hoc certum est, quod deberet per Antistitem omnino ad tollendos scrupulos dispensatione aboleri. An uero extra hanc materiam uir habeat absolutam potestatẽ

Ambr.

Qõ altera.

Caiet.

Solutio.

Scrupulus.

Rñsio.

Paulus.

August.

Dubitatio.

vouendi

vouendi in consulta vxore, forte quæris. Apparet enim veritas sic habere, postquã non est vxori subditus. Sed tamen ab altera parte argument. nihilominus existit, quòd in his quæ ad communem vtriusq. familiam attinent, non possit. Vt si lõgam peregrinationem vouerit, per quam officium coniugale suo defraudetur fructu aut si amplam voueret pecuniam, quæ ip si vxori & filiis alendis necessaria est. Profecto non prorsus probabilitate caret, id non posse quandoquidem in vxotis perniciem vergit. Adhoc nihilominus respon-
Solutio. detur irritandi facultatem simpliciter non esse vxori permittendam, respectu viri, maxime in bonorum dispensatione. Nam etsi illa reclamante ipse noluerit bona prodigere, quamuis male faciat, factum nihilominus tenet postquam absolutus est eorum administrator, atque adeo eiusmodi votum non subest uxoris potestati. Nihilominus si votum in uitium prodigalitatis aut iniustitiæ impingeret ipso facto non haberet vim obligandi & sic nulla egeret irritatione. Simile dicendum est de absentia. Potest enim uir citra fraudem ma-
Dubiũ graue. trimonii peregre proficisci, atque adeo si causa exigeret uotum emittere, neque in hoc subdit vxori. Si tamen non esset causa legitima, pariter non teneret, sed peccatũ esset vouere. Potissimum hic autem dubiũ est, quin vero soluto non facile, vtrum post quam vterque coniugum communi consensu votu castitatis emisit, possit maritus, quam facit vxori, facultatem reuocare, atque adeo eius irritare uotum, ac pari iure uxor quam facti forsan pœnitet, suam etiã quam uiro dedit retractare, debitum que ex illo petere. Est enim sententia Gratiani in eodem can. manifestum negatiua.
Sẽtẽtia Gratiani. Nam postquam vterque suo renunciauit
Arg ad alteram partem. iuri, vterque fit ab altero liber. Argumentum autem quod rem dubiam facit, est huiusmodi. Postquam vir facultatem fecit vxori continentiam vouendi, videlicet nõ petere debitum, potest illam reuocare, vt auctoritate non solum Diui Augustini, verum & diuinæ scripturæ, & rationem modo confirmatum est. Quod autem pleniorem concesserit, nempe vt neque peteret, neque redderet, non tollit quin vtranque pari ratione possit retractare, ergo vir saltem annullare potest eiusmodi votum vxoris. Et cum hoc iure par sit marito, coniux, ipsa etiam posse videtur retractare cõcessam facultatem. Accedit, quod viu venire potest, vt vterque in periculo versatur carnis illecebræ, atque adeo conultius sit iuxta monitum Paul. 1. ad Corinth. 7. ad usum coniugii redire. Quod si dixeris, eo quod ambo communi consensu votum emiserint, priuatum esse vtrunque potestate reuocandi, profecto ratio huius non est adeo patens.

Si enim maritus reuocare facultatem Solutio. valet, quam dedit vxoris, quando vxor nõ eandem ei vicissim contulit, non apparet cur eo quod vxor eandem contulerit, priuatus sit vir facultate sua. Profecto argu-
Solutio. mentum uidetur rem dubiam facere. Nihilominus respondere possumus, quòd cũ in illo officio pares sint coniuges quando uicario mutuoque consensu vterque vouet, est genus quoddam mutui contractus, facio ut facias, ideſt renuncio iuri meo, vt tu renunties tuo. Quo circa ob id quod vxor viro suo renunciat debitum exigere, priuatur maritus non solum iure petendi, sed & facultate reuocandi factum, qua propter vtriusque votum censetur absolutum castitatis. Aliud post hæc dubium sequitur. Vtrum votum semel a superiori irritatum, si postmodum ab eius cara & ser-
Postremũ dubiũ. uitute exeat, reuiuiscat? Ad hoc sunt qui distinguant, votum impuberis irritatum non reuiuescere.

Si tamen pubes iam erat, quando illud fecit, nempe si quartum decimum excesserat annum, quamuis irritetur, nam si reale est, vt supra diximus, etiam tunc vsque ad vigesimum quintum irritari potest, tunc aiunt cum taliter vouens fuerit emancipatus, teneri. In hanc sententiam solet citari Innocen in cap. scripturæ de vot. & vor. redempt. Attamen ipse nihil amplius dicit, quam quod impuberes vouentes, vel qui sunt sub cura parentum, tenẽtur cum fuerint emancipati, implere. Cum ergo non explicet, etiam si fuerint cassata, non
Paluda. est credendus id sentire. Sed Paludan tamẽtsi ambiguus annuere ad hoc videtur
sẽtẽtia. in quarta distinctionem trigesima octaua, quæstione quarta. Attamen salua auctoris existimatione, contraria sententia proeuldubio amplectenda est, quam Syluester tenet verbo, uotum, tertio §. secũdo nempe quod in uniuersum, uotum quodcunque siue uxoris siue filij, siue serui, siue religioſi

Reprobat ſnïa præfata.

gioſi ſemel irrita rum, nullam deinceps virtutem retinet, qua vllo tempore obligari poſſit niſi iterato fiat. Extat enim regula iuris, quòd obligatio ſemel extincta inſtaurari non poteſt. C. de remiſſione è pignoris, l. cum ex cauſſa. Atque huic ſententiæ libentius arridet. Panorm. ſuper eodem, ca. ſcripturæ. citato. Immo & textus cap. quidam, & c. placet de conuerſio. coniuga. id confirmant, quippe vbi habetur, quod cõiux religionem intrans quatenus alterius coniugis reclamatione caſſatum eſt, poſt obitum eiuſdem coniugis non amplius ligat. Moleſtior autem dubitandi ratio exiſtit, dum vxor, verbi gratia votum emittere executioni tunc mandandum, ſi maritum vita ſuperauerit, & idem de filio, ſi dũ ſub cura parentis ageret, votum emitteret, poſt ſuam emancipationem explendũ, & pariter ſeruus ſub conditione ſi fuerit libertate donatus, vtrum & eiuſmodi uota poſſint etiam ijdem ſuperiores irritare? videtur namque pars negatiua inde confirmari, quòd eiuſmodi uota fiunt pro tempore, quo vouentis libertas ſub aliena poteſtate non conſtringitur. Præterea quia votum vxoris, tunc nullatenus marito nocet. Ad hoc poſſet trifariam reſponderi. Primo ſub diſtinctione. Eiuſmodi nanque vota alia ſunt, quæ fiunt ſuperiori grauia & incommoda, alia vero, quæ non niſi in vouentis grauamen ve gunt. Illa quæ ſunt prioris generis, non poſſunt ab illo veritati ſi pro te facta ſunt quo fuerit ipſe uita defunctus, vt ſi non religionem vouerit, aut caſtitatem, quia illam nullam habent incommoditatem, præterquam quod coniugali officio ſuperſtite viro quodantenus videtur obſtare. Si autem incommoda ſunt vouenti, itaque irritatio in bonum eius cedit, tunc videtur poſſe maritus & pater illa irritare, ut ſi vouerent longam peregrinationem, aut longos ſumptus. Alij vero ſcrupuloſius reſpondent, neutrius generis vota illo pacto edita irritari poſſe, ac ſubinde conſulunt ad diſpenſationem

Sylueſt. reccurrere, Sylueſter vero verbo religio. 2. §. is. contrariam per aliud extremum ſequitur opinionem, nempe quodcunque votum quod quiſque dum ſub alterius eſt poteſtate, cuiderit, poſſe durante illò tempore irritari, vt ſi puer decimotertio anno, intrare decimoquinto vouerit religionem & pariter ſi ante vigeſimumquintum quidpiam vouerit, poſt illam ætatem exequendum poteſt illico ea pater irritare, videlicet illud perſonale ante quartumdecimum, & alterum reale ante vigeſimumquintum, vt articulo proximum videdum eſt. Et re vera non eſt eiuſmodi ſententia metuenda. Apparet enim inde tuta, quod cum uoluntas ſubditi illi tempore ſimpliciter ſit ſuperiori arbitrio alligata, quacunque conditione id vouerit, irritari tunc poteſt. Adde, quod ratio huius poteſtatis quę ſuperiori in eſt, illic fundatur, vt ſubdito conſultum curet, propterea quod non prę ſumitur eius voluntas idonea rationis luce illuſtrari vt vouere poſſit. Quapropter etſi conditionem apponat implendi poſtquã fuerit liber, eadem poſcit ratio, ut ſuperior iudicio ſuo tunc dum ſui iuris eſt, perpendat, an id illic congruatque adeo in ſua eſt poteſtate tunc quando uotum editur, irritare, eo vel maxime quod nullum eſt uotũ quod in grauamen ipſius uouentis nõ credat. Quare diſtinctio in prima reſponſione facta, ſuperuacanea uidetur. Vtrum uero ſi durante ætate, qua filius eſt ſub poteſtate parentis, nunquam fuerit irritarum. poſtquam eandem ætatem tranſierit, poſſit ad eodem patre irritari, multo maiori perplexitate ambigitur, ſed tamen articulo proximo aptius diſſoluetur.

Ad primũ arg.

Super eſt ergo tandem ad argumenta initio quæſtionis obiecta reſpondere. Primi autem reſponſio iàm ſupra explicata eſt. Nam etſi obligatio quæ fit Deo, maior ſit quam illa quæ fit hominibus nihil ſibi tamen offerri optat, niſi quod ſub dominio ſit offerentis. Nam obedientia, quæ parentibus debetur obligatio etiam eſt diuina, & quam ſubditi debent prælatis, quare non habet gratum, ut contra eiuſmodi maiorum uoluntatem ſubditi quidpiam uoueant.

Ad ſecũ dũ arg.

Ad ſecundũ reſpondetur, quod poſtquã filij ad annos pubertatis peruenerint, puta quartumdecimum annum maſculus exceſſerit, & fœmina duodecimum, niſi ſeruitia ſint & mancipia, ſui ſunt iuris, quãtum ad ea, quæ ſuam attinent perſonam, nempe ut uel religionem profiteantur, uel matrimonia contrahant, manent tamen ſub cura parentum quantum ad bonorum diſpoſitionem. Quare reale uotum, quod ante vigeſimumquintum emittunt, irritari a ſuperiori poteſt, ut articulo proximo uidebitur.

debitur. Seruus autē quia in potestate dñi est neq. ad religionem se vnquam obligare valet, neque ad peregrinationem, neq. ad aliud per q̄ dñi obsequio subducatur, vt Doctores super cap. scripturæ, extra, de
Ad 3. vot. & vot. redempt. annotant. Ad tertium vero respondet S. Tho. quòd etsi plus sit facere, quam promittere, atque adeo religiosi multa incōsultis prælatis facere queant, nihilominus non possunt firmiter absque eorum consensu vouere. Et ratio inquit, est, quia nullum est tempus exceptum in quo prælatus nō possit eum circa aliquod
Obiectio. officium occupare. Veruntamen hāc rationem Conradus loco citato non approbat.
Conra. Arguit enim hoc non euincere, quin
Solutio. possit subditus aliqua vouere, quorum cōtraria non potest iubere prælatus, vt non mentiri, non maleloqui, &c. At vero sanctus Thomas non intendit illam pro ratione adæquata inducere. In contextu namque quęstionis causſam reddiderat, cur subditus inconsulto prælato vouere non potest, nempe quia habet voluntatem illius arbitrio alligatam & eandem explicat in initio responsionis, scilicet quia religiosus subditus est prælato quantum ad suas operationes, secundum professionem regulæ. Alia autem subiuncta causſa solum est particularis, respectu illorum operum, quorum contraria prælatus potest præcipere. Nam cum potestatem habeat quocunque tempore præcipiendi, libera esse dent subditi voluntas ad obtemperandum, & ideo vouere contra non potest. At vero neque de huiusmodi operibus tam euidenter hæc ratio rem conuincit, quam illa prius enarrata. Nam cauillari quis posſet, dicens, quòd quamuis prælatus potestatem habeat quocunque temporis articulo occupare subditum, non inde euincitur, quòd possit eius vota irritare: sed hoc tantum, quod non obstante voto debet ei contrarium iubenti obedire. Sed nihilominus votum perstat firmum, obligans subditum secundum ipsum facere quandiu prælatus opus contrarium non præceperit. Itaque auctoritas prælati extenditur ad impediendum aliquando executionem voti, non tamen ad irritandum votum. Attamen nihilominus est congruens ratio quòd si potest quoties libuerit executionem impedire, possit & votum tollere, quod quadamtenus liberæ obedientiæ obuiare videtur. Ad quartum denique respondetur, quod etsi votum subditi sine consensu prælati emissum non sit omnino firmum, nihilominus quia eius permissu mandari potest executioni, non peccat subditus vouendo, siue religiosus sit, siue uxor, siue filius. Ex quo uerbo colligitur votum statim esse obligatorium, si de materia sit non prohibita, licet a prælato pendulum. Secus, si sit prohibita. Sed neque tunc est peccatum uouere, postquam sit sub conditione, si prælato placuerit: sicuti alterum cum conditione, nisi renueris. Ad 4.

ARTICVLVS II.

Vtrumpueri religionis voto se possint obligari.

SEcunda hominum conditio de quibus dubitabatur, an se possint uoti iugo subdere, est puerorum. De quibus arguitur, quòd nulla se possint uouendi religione uincire: Ad firmitatem requiritur deliberatio: quæ cum absque rationis luce fieri nequeat, amentibus & furiosis non accidit, ac perinde religione uouendi excluduntur: pueris autem aut nullus affulget rationis radius, aut malignior atque exilior quam ut deliberare queant, ergo quidquid uouerint, cassum est. Secundo arguitur, Id quod fieri recte potest, nequit ab alio haberi irritum: uotum autem religionis quod uel puer uel puella ante pubertatis annos susceperit, potest a parentibus retractari, ac perinde a tutore, ut 20. q. 2. c. puella. prospectum est ergo uidentur eiusmodi pueri ante legitimos cosdē annos non posse rite uouere. Tertio: Propterea religionem ingressis annus permittitur probationis, ut maturo consilio perpendant quid ferre ualeant humeri, hæc autem matura perpensio non competit pueris, ergo non possunt legitime uouere: In contrarium est idem ipse citatus canon, puella, ubi admonetur uotum puellæ nisi intra annum apparentibus renuncetur, ualidum esse, quod testimonium est ante fuisse rite factum. Nam quod non rite fit etiam si non reuocetur, nunquam fit illa ratione solidum. Primū arg. Secūdū. Tertiū.

Adquæstionem quatuor conclusionibus respōdetur. Prima est. Si puer & puella an-

Prima conclu. la ante pubertatis annos non ea vtã tur rationis luce, vt deliberare queant, nullo ſe voto poſſunt conſtringere. Ante probationem autem concluſionis recolere ex ſuperioribus opus eſt alterum eſſe votum ſimplex, alterum vero ſolenne, quorum differentia eſt, quod ſolenne ſola eccleſiæ auctoritate firmatur eo quod in benedictione aut conſecratione, ad modum ſuperius expoſitum, ſecundum eccleſiaſtica decreta ſolidatur: votum autem ſimplex efficaciam non habet aliam, quam quæ a deliberatione vouentis exurgit, qua ſe obligare intendit. Hęc autem deliberatio duplici de cauſſa, vt dictum eſt, infirmatur, ne robur habeat. Vno quidem modo ex defectu rationis, vt de furioſis & amentibus dictum eſt, dum ſuo paroxiſmo tenentur altero vero modo ex eo, quod voluntatem habet alterius arbitrio colligatam. Ex priori ergo membro ſit conſequens noſtra concluſio, quod ſi puer nondum vſu rationis fungitur, nequaquam ſe poteſt voto perſtringere. Secunda concluſio: Si puer ante pubertatis annos munere rationis fruatur, poteſt quidem quantum in ipſo eſt voto ſe obligare, ſed nihilominus ex parentum arbitrio pendet, aut eius qui pueri curam gerit, vt poſſit ab ipſis irritari. Probatur concluſio. Nam pueri ante legitimam ætatem in vtroque memoratorum modo impediti ſunt nempe & ob rationis defectũ, & ob ligamen quo eorum voluntas ſub iugo eſt parentum. At vero quia, etſi non crebro, tamen quandoque vſu venit, & lux feſtina rationis ante conſuetam ætatem aliquibus affulgeat, fiantque ſubinde doli capaces, idonei tunc fiunt, vt rite poſſint quantum in ſe eſt vota edere, manet nihilominus impedimentum alterum puta dependentia ab aliena voluntate, cuius arbitrio irritari poſſunt. Tertia concluſio: Votum ſolenne nemo quantumcunque ſit doli capax, ante pubertatis annos poteſt ſuſcipere. Concluſio non alia indiget probatione, quam eccleſiæ auctoritate, nam ſola eſt cauſſa huius afferri, quæ quidem maſculis 14. annum præſcripſit, fœmellis vero 12. Quarta demum concluſio. Poſt annos pubertatis quiſque ſe poteſt religionis voto nihilominus ſolenni qui ſimplici, quantumuis parentibus reclamantibus, firmiſſime obligare. Hic primum omnium tres ſunt diſcernendi ætatis limites videlicet infantia, quæ durat primo ſeptennio, quo tempore infantes cenſentur nullo fungi rationis ductu, atque adeo eorum vota nihili penduntur. Atque ad hoc tempus alludit prima concluſio. Mox ſequitur pueritia, quæ vſque ad quartumdecimum annum maribus protenditur, vbi pubertas aduenit. Et illa ætate poſſunt pueri eſſe doli capaces, ſed tamen durat tunc poteſtas parentum ad irritandum puerorum vota, etiam ſi ſint perſonalia, puta religionis, vt habetur cap. non ſolum de reg. lib. 9. Fœmellis autem præſcribitur annus duodecimus, vnde pubertas illic incipitur, vt habetur citato cap. puella. 20. quæſt. 2. ſed quantum ad vota realia, quibus ſcilicet res vouentur, aut ſumptus, deinde ſubſequitur tertia ætas, puta adoleſcentia, quæ dicitur pubertas, quo tempore adoleſcentes ſunt ſub cura parentum, ut de ſuis bonis ſine eorum auctoritate diſpenſare nequeant: vt habetur, ff. toto tit. de minor. 25. annis. Hinc autem forſan nos obiter interrogans interpellet, cur puellis minus ſit tempus ante pubertatem præſcriptum, quam maribus? Nam cum fœminę leuioris ſint iudicij & prudentiæ, contrarium videbatur ratio flagitare, nempe vt longius eis poneretur ad conſultandum tempus. Reſpondetur forſan in cauſſa fuiſſe, quòd in fœminis acceleratius feſtinat rationis vſus, fructus enim quo excelſioris ſunt naturæ ſerius matureſcũt. Sed tamen legitima cauſſa fuit, quod in viro qui præeſſe debet vxori, præſtantior requiritur prudentia quam fœminis, quibus gubernatio familiæ non adeo incumbit, præſtantior enim ſapientia requiritur ad gubernandum, quam ad obediendum. Hic vero admonito opus eſt, quod puer qui ante pubertatem non habet rationis vſum, vouere nequeat, non eſt tantum intelligendum ante ſeptennium. Nam etiam vndecimo anno, & puer tertiodecimo, qui illo caret, eadem ratione prohibetur. Et vice verſa iuxta tenorem ſecundæ concluſionis, ſi ante ſeptennium eundem haberet vſum, quod quidem prudentum diſcerniculo perpendendum eſt, obligare ſe poſſet voto, niſi parentes tenuerent. Illi ergo annotum limites deſignatur ſecundum præſumptionem iuris, atque adeo quando res eſt dubia, ex illis ſumendum eſt iudicium.

Secũda conclõ.

Probõ conclu.

[Tertia conclu.]

Quarta conclu. Tres limites ętatis.

Interrogatio.

Rńſio.

Primũ documẽtum.

Sed

Secũdũ. Sed est hic præterea notandum, ꝙ quando ante legitimũ tempus pubertatis quis emisit votum, etiam si sit religionis, quod postmodum neque irritatum fuit, neque legitima ætate iterato confirmatum, tunc vt ille secundum conscientiam reus voti iudicetur, nõ sufficit quæcunque opinio, tunc habuisse vsum rationis, quando vouit, sed requiritur rem esse adeo certam, & compertã, vt nulla aut tenuissima apud viros prudentes reliqua fiat dubitatio contrariæ opinionis. Monitum hoc pro captu meo hic obiter appendi, ꝙ vulgo existimatur, dum res est dubia, potius esse in fauorem voti iudicium ferendum nempe obligare credi derim nanque prorsus contrarium, nam cum iure eiusmodi puer præsumatur non habuisse vsum rationis, non est in contrarium adigendus nisi luculenter id rat o cõuicerit. Melior siquidem est possidentis conditio & hominem manere liberum, cẽsetur manere in sua possessione. Immo hoc semper arbitratus sum in fauorem voti facere, ac potissimum religionis quippe qđ cum res sit grauis momenti, nemo debet, in illam nisi ratione cogente obtrudi. Et confirmatur: Quia nemo ante illud legitimum tempus tenetur ecclesiasticis legibus puta sacramentorum, aut ieiuniorum, nõ ergo est cur teneatur voto quod ex sua mera voluntate pendet, nisi plane constet esse doli capacem. Ex his sic dispositis ætatũ limitibus, colligitur tam cõuenientia, quã discrimen inter votum personale & reale.

Discrimen & cõueniẽtia inter votum personale & reale.

Personale enim est, quod ad personam attinet, vt est religionis, orationis, aut ieiunij, reale veto, quod pertinet ad res, puta ubi sumptus requiruntur. Ambo ergo in hoc conueniunt, quòd ante rationis vsum neutrum, potest emitti, illo tamen præsente vtrumque simplex. Nam solenne religionis, nõ est nisi post quartumdecimum annum. Rursus conueniunt, quod ante pubertatis annos, nempe ante quartum decimum in puero, & duodecimum in puella, vtrunque potest a parẽtibus vel tutoribus irritari, etiam si sit religionis, quo irritato, nulla eius obligatio in perpetuum resurgit. Differunt tamen, quod votum personale post quartumdecimum irritari non potest. Et ratio est, quia iam puer habet rationis vsum, vt iam obliget personam, votum autem reale vsque ad vigesimũquintum irritari potest. Circa prius autem horum membrorum forsan quis dubitet, an de omni personali voto sit intelligendum. Dubitatio. Nempe si puer anno 15, voueat ieiunium aut quotidianam orationem, vtrum perin de ac si esset religionis nullatenus irritari possit. Rõ dubitandi. Est enim a parte affirmatiua argumentum, quoniam canones irritationem non prohibent, nisi voti religionis, quod in eius fauorem videtur factum. Neque S. Thom in 4. de alio voto loquitur. S. Tho. Item si vxor similia ederet personalia vota, possent a viro irritari & pariter prælatus omne votum subditi, sed tantam habet potestatem pater in filium, quantum vir in vxorem, ergo & hæc valet cessare pater in filio qui nondum vigesimumquintum annum attigit. In contrarium est quod ratio quæ cõuincit religionis votum tunc ætatis irritare non posse, est, quod iam tunc est, plenus rationis vsus, quæ quidem ratio idem conuincit de quocunque alio personali. Quare non facile credam illam exceptionem Solutio. esse factam in fauorem religionis, immo est declaratio naturalis iuris. Et ideo cum illud quod obseruatu difficilius est, maioremque exigens deliberationem irritari vetatur, consequens apparet, minora minus irritari posse.

Igitur libentius negatiue ad quæstionẽ responderem, videlicet nullum personale votum filij pubertatem ingressi posse a patre irritari. Nam Doctores idem iudicium de omni personali proferunt. Neque simile est de vxore, quoniam illa non prohibetur vouere propter rationis defectum, sed propter subiectionem ad virum qui omne eius votum irritare potest, sicuti prælatus omne votum subditi, filius autem post pubertatem quo libertatis usum non vsq. adeo subditur patri, sed duntaxat in dispensatione bonorum. Et ideo in tali casu non aliud quam dispensationis remedium suppetit. Quod si quis contrarium cẽ fuerit, probatiorem rationem excogitet. Contra tertiam deinde conclusionem qua negatum est votum solenne ante quatuor decim annos validũ esse, arguitur. Matri- Argum. contra tertiam conclusionem. monium eorũ qui sunt doli capaces tenet vt docemur ca. de illis de sponsi. impu. ergo & votum valere deberet, siquidem maioribus priuilegijs foueri debeat quam matrimoniũ. Adde quod ẽt ordo facer, quodq. præcedenti dicebamus, si quis ante legitimum tempus illi initietur, tenet. Cui quidem

dem ordini annexum eſt caſtitatis votum, ergo non eſt cur non valeat ſolemne votum. Neque ſatis eſt reſpondere ſic eccleſiæ placuiſſe, nam cum ſpiritu ſancto regatur, nihil temere conſtituit. Quærimus ergo eiuſmodi rationem decreti. Reſpondetur, quod ſacramenta non ſubſunt eccleſiæ iudicio vt ſecundum eſſentiam mutentur, & ideo vbi competens ſubſtat materia, non poteſt illa ſacramenta irritare. Vñ cum vir & fœmina libere conſentientes poſſint iure naturæ ſe matrimonio coniũgere, fit ut ſi malitia ætatem ſuppleat, nempe ſi non modo rationis lux utrique præfulgeat, verum & fœmina idonea ſit viro, atque ipſe poſſit matrimonium conſummare nõ potuit eccleſia tale irritare matrimonium poſt quam illic ſacramentum perficitur. Et ſimilis parque eſt de ordinis ſacramento ratio.

Solutio. Attamen quoniam religio non eſt ſacramentum, poteſt eadem eccleſia ſolemne religionis votum irritate, idque adeo conſultiſſime ante quartumdecimum annum caſſatum duxit.

Scrupulus. Quod ſi rurſus interroges, an ſaltem tale votum religionis exiſtimandum eſſet pro ſimplici, apparet nanque ſic eſſe, quoniam cum eccleſia ſolam ſolemnitatem deneget, videtur ille inquantum potuit obligatus remanere, puta voto ſimplici. Simile enim habetur cap. quidam, & cap. placet. de cõuerſ. coniuga. Coniunx enim qui altero reclamante abſtractus eſt a religione, quamuis a uoto ſolemni abſolutus cenſeatur ligatus tamen manet ne altero defuncto ad ſecundas tranſeat nuptias, quia obligatus eſt carnis debitum non petere.

Solutio. Nihilominus nõ obſtante argumenti ſimilitudine, quæ nõnulla eſt, crediderim impræſentiarum rem ſecus habere, nempe ante quartumdecimum quis fecit ſolemne uotum, qui nunquam ſimplex aliud neque ante nec poſt egerit, nullo ligari, neque ſimplicis voti fune, quandoquidem uotum illud irritum per eccleſiam habetur ut habetur capit. non ſolum. de uot. lib. 6. Neque ſimile eſt de coniuge, nam in uoto ſolenni cõiugis includuntur tanquam duæ partes, & non reddere debitum, & non petere, & ideo licet ab altero coniuge ſub cuius eſt poteſtate impediatur eius voluntas reſpectũ prioris, ſuperſtes nihilominus ſit ei poteſtas obligandi ſe reſpectu poſteriori. Ille autem qui ante ætatem ſollenniter uouet, non impeditur quia a ligatam habet alteri voluntatem, ſed propter ætatis defectũ, & ideo ubi ſimpliciter irritatum eſt ſolenne votum religionis, non eſt cur virtutem ſimplicis retineat.

Poſtremũ dubium. Poſtremum denique dubium eſt quod ſuperiori articulo tetigimus, nempe utrum ſi pater uotum filij dũ ſub ſua eſt poteſtate non irritat, integrum ſibi ſit, poſtquam emancipatus eſt, idem eius votum irritare, quod dum ſub ſua erat cura emiſerat. Exempli gratia. Puer tertiodecimo anno votum fecit ſimplex religionis, quod neque pater ante quartum decimum irritauit, neque filius ipſe poſtea amplius confirmauit, in decimo autem quinto anno, voti eundem filium pœnitet, vtrum facultas tunc perduret in patre illud caſſandi, quandoquidem ſi tunc vouiſſet, certum eſt non poſſe. Pariter votum reale ante vigeſimumquintum annũ emiſſum a filio, vtrum poſtquam eodem elapſo tempore emancipatus eſt filius, poſſit a patre irritari. Profecto res eſt dubia, gratius tamen in partem negatiuam inclinarem, nam etſi tempore emiſſi uoti pater irritare illud poterat, eadem ei poteſtas non perſtat niſi vſque ad præfinitum lege tempus. Quare ſi illa intra idem tempus non fungitur, poſtea non valet illam exequi.

Solutio. Idque a ſimili confirmatur. Nam ſi ſeruus dum erat ſub alterius dominio uotum emiſit, quod nunquam dominus irritauit, poſtea libertus non poteſt ad dominium recurrere qui illud irritet. Neque irritatio teneret.

Ad primũ arg. Ad primum igitur argumentum reſpõdetur, ſolum concludere pueros quibus nondum rationis vſus illuxit nequaquam vouere poſſet, vt prima aſſeruit concluſio.

Ad ſecũ dũ arg. Ad ſecundum negatur prior præmiſſa. Enimuero quamuis in poteſtate ſit patri liberorum uota infecta reddere, nihil tamẽ obſtat quominus uouere poſſint, nam intelligitur negatiua conditio, niſi a parente vel tutore irritetur. Quare quandiu non irritatur, tenetur filius, vti de religioſo diximus, illud exequi.

Ad tertium ar. Tertium deniq. de uoto ſolenni curſorit, quod iam dictum eſt ante annos pubertatis ſuſcipi non poſſe.

QVÆ

QVÆSTIO IIII.

DE DISPENSATIONE ET commutatione voti.

S. Tho. 2. 2. quæst. 10.

ARTICVLVS I.

Vtrum in voto possit fieri dispensatio.

POst irritationem voti eorũ qui firmiter vouere nequeunt, sequitur quæstio de eorum dispensatione, quę firma sunt nota. Argui tur ergo de more, ꝙ nulla in eiusmodi vo ta cadere possit dispensatio. Minus est votum commutare quam super illud dispensari, votum autem commutari non potest, vt verbis illis Leuit 27. insinuatur. Animal quod immolari potest Domino, si quis vouerit, factum erit, & mutari non poterit, neque melius malo, neque peius bono, ergo multiminus potest super votum dispensari Secundo, in his quæ de lege naturæ sunt aut diuina, non potest per hominem dispensari, ac multominus in præceptis primæ tabulæ quæ ad dilectionem Dei spectant, quæ auctore Paulo omnium est præceptorum finis, votum autem semel emissum, re ipsa explere, est ius diuinum ad religionem attinẽs, ergo nulla in aliud incidere valet dispensatio. Accedit tertio, quòd redditio voti pertinet ad fidem, quæ Deo firma debetur, postquam illi est impignorata, super hoc autem dispensare absurdum apparet, ergo non est licitum. In contrarium existit argumentum, quòd maioris roboris est, id quod ex communi voluntate procedit habentis publicam auctoritatem, quam quod ex voluntate singularis personæ dimanat, sed in lege quæ ex communi consensu reipublicæ stabilimentum habet, dispensari potest, vt lib. 1. ostensum est, ergo & super voto quod solo vouẽ is arbitrio firmatur. Ad intellectum quæstionis præsentis recolenda, est illa distinctio, quam lib. 1. q. vlti præmisimus, inter dispensare, irritare, abrogare, & interpretari, adde etiam in voto, commutare, & redimere. Irritare, nanque siue in lege siue in voto id mediteris, est illud cassum habere per subtractionem materiæ. De lege illic exemplum posuimus, & de voto, qõ proxime præcedenti multa produximus. Commutare autem, vt nomẽ sonat, est vnum in aliud quidpiam mutare, vt si peregrinationis votum in ieiunium commutetur. Atque idem est redimere, nisi quod redemptio commutationem sonat in pecuniam, vel in aliud pecunia æstimabile, vt dum votum peregrinationis, quod ad sacrum Iacobi edidisti, in aurum mutatur, quod eidem templo offeras. Abrogatio vero non habet locum nisi in lege, quãdo cessante caussa legis ipsa subinde cessat. Sed interpretatio atque ἐπιείκεια perinde atque in lege habet locum in voto, quæ est quando declaratur legem aut votum in tali casu non tenere, vt paulo post videbimus. Dispensatio uero in lege, est exceptio, ut illic diximus, personæ ab vniuersali obligatione, ut cum aliquis priuilegio excidatur, ne Quadragesimam ieiunet. Voti autem dispensatio, ut quod singularem tantum personam obligat, non sic commode definiri potest, sed est sublatio uoti, ob id, ꝙ caussa qua factum est, minime iam tunc decere uidetur. Vt autem hæc clarius eluceſcant, ad responsionem quæstionis descendamus, quæ hac continetur conclusione. Votum quodcunque simplex potestati subest ecclesiæ, tam ut super eo dispenset, quam ut ipsum in rem aliam commutet. Probatur conclusio. Voti dispensatio instar dispensationis legis perpẽdi debet. Dispensare autem, secundum uocis sonũ, idem est, quod communia ad singulares personas pro cuiusq. gradu & ordine applicare quod œconomus in familia exequitur, & per hoc clarescit dispensatio legis. Etenim cum lex, ut li. 1. late monstratum est, non ponatur nisi habita consideratione boni communis & eorum quæ ut plurimũ contingunt, accidat aũt id in aliquo casu & persona deficere, oportet per eũ qui publicã gerit potestatẽ, discernere in tali casu nõ esse seruãdã. Pari ergo modo de uoto cẽsendũ. Nã qui uouet, quandã sibi constitui legẽ, ob id qđ bonũ sibi cẽsebat, ac Deo cũ primis gratũ, usu aũt uenire põt, ut rebus mutatis id qđ sibi bonũ erat, uel malũ simpliciter fieri, uel incõmodũ uel felicioris frugis impedimentũ qđ est cõtra rõnem uoti. Qua rõne expediens est, ut penes illum, qui spiritualem habet iurisdictionem

Primũ arg.

Secũdũ.

Irritatio uoti.

Cõmutatio.

Redemptio.

Abrogatio.

Conclõ responsiua.

Probõ.

iuriſdictionē poteſtas ſit iudicandi, ſatius eſſe aut votum non eſſe obſeruandum, aut in rem aliā mitiorem commutādā. Atqui actio prior dicitur diſpenſatio, quæ maioris eſt poteſtatis, poſterior vero, commutatio, quę facilius fieri poteſt. Vnde rō cur huiuſmodi auctoritas in eccleſia fuerit neceſſaria, explicat Innocentius ad Ianuarium, 1. quæſt. 7. cap. diſpenſationis. vbi prudenter ait, diſpenſationes nonnunquam cogere ex rigore debito aliquid remittere, inſtar nauigantium qui tempeſtate vrgente quædam exonerant, vt cætera ſalua permaneant. Impreſentiarum tres tantum cauſſas iuſtæ diſpenſationis refert D. Tho. ſ. vt ſi voti materia mala ſit, aut inutilitas, aut maioris impeditiua boni. Tertio autē arg. locupletius omnes ſunt explicandæ diſpenſandi rationes, nam in præſentia ſat erat exemplum proferre. Circa hanc concluſionem nihil aliud notandum ſupereſt, quam quo perſpicuum fiat diſcrimen inter illa quinque, vel ſex quæ dicta ſunt. Et primo inter diſpenſationem & commutationem liquida eſt differentia. Nam per diſpenſationem vinculum prorſus voti enodatur ac tollitur, in commutatione vero minime. Ipſo enim eodem vinculo, quo ad peregrinationem, verbi gratia coactus eras, obligatis ſubinde ad orationem in quam votum commutatum eſt. Itaque ad orationem illam non teneris virtute præcepti illius, qui commutauit, quia ille nihil iubet, ſed mutat. Neque vero nouum ſuſcipis votum, ſed virtus prioris manet in ſecunda materia. Acperinde eadem eſt religio ſeruare illud in ſecunda materia, atque in priori. Mox neque inter diſpenſationem & irritationem obſcura differentia eſt. Nam irritatio eſt ſublatio materiæ, atque adeo obligationis voti, quod nondum firmum erat, ſed pendulum ab irritantis voluntate. Quæ ideo non ſolum ad ſpiritualem pertinet poteſtatem, ſed pater & maritus idem poſſunt. Diſpenſatio vero eſt relegatio & ablatio vinculi quod firmum erat, quæ ideo functio ad ſpiritualem poteſtatem attinet. Neque ſine cauſſa & iudicio fieri poteſt, quo iudicetur cauſſam vouendi inutilem iam eſſe. Quod ad irritationem non eſt neceſſarium. Attamen inter diſpenſationem & ἐπιείκειαν ſeu interpretationem, non tam clarum eſt interuallum. Nam qui diſpenſat, nihil aliud videtur facere quam interpretari & declarare votum iam tunc in illo caſu non obligare. Ad hoc autem loco citato lib. 1. cum de legis diſpenſatione diceremus rñdimus. Interpretatio. n. voti, ſicuti legis, exigit vt eius impletio ſit rōni naturali contraria, ad diſpenſationem vero ſatis eſt, q̄ legis & voti rō in tali perſona deficiat. Ex quo fit, interpretationem pro illo articulo nullam exigere prælati auctoritatem, vt illic declarabamus, ſi recurſus ad ipſum non pateat. Accipe exemplum. Vouiſti carnes non edere, tamen in eum locum incidiſti, vbi niſi eas comedas, peribis, tunc quoniam res accidit naturali iuri contraria, tu ipſe auctoritate priuata potes non obſtante voto illas comedere. Haud tamen rō a uoti uinculo abſoluerit, ſane q̄ eadem neceſſitate præterita ſeruare teneris. At vero forte tibi aliquo modo ieiunium nocet, vel impedimento tibi eſt, ne tam attente poſſit ſtudio literarum incūbere, non ideo poteſt per ἐπιείκειαν cōtra votum facere, ſed tantum poteſt cauſſa quare prælatus recum diſpenſet, votique obligationem vel ad tempus vel in perpetuum tollat. Quocirca diſpenſatio non eſt interpretatio, votum tunc, non tenere, ſed etiam ſi votum teneat, illud tollere. Quo fit, vt aliquam habeat ſimilitudinem cum abrogatione legis, quæ fit principis auctoritate, ceſſante cauſſa, quamuis plus requiratur ad diſpenſationem, nempe q̄ materia voti ſit, vt diximus, vel inutilis, vel mala, vel impeditiua melioris boni. Eſt præter hæc omnia & voti ceſſatio, quæ nulla indiget diſpenſatione, de qua quæſt. 1. meminimus, nempe ſi vouiſti certam domū nunquam intrare, & cauſſa fuit propter periculum quod illic tibi imminebat, ceſſante prorſus illa cauſſa, ceſſat & votum. Nam non intrare domum, res eſt vana, atque adeo indigna materia voti. Igitur ad concluſionem redeamus, quòd conde-cens fuerit eccleſię prælatos tali fungi auctoritate, in votum, quali in legem, compertiſſimum eſt, nam cum neque vouentis prudentia tanta ſemper ſit, vt votum matura conſultatione ſuſcipiat, & res præterea humanæ quotidie ſubinde mutentur, ſæpe ſæpius rationi conſonat, id quod quis vouerit retractandum fore. Et quoniam per votum fides Deo obligatur, & priuatus homo eſſe non poteſt idoneus

Diſcrimēinter diſpēſationē & reliqua.

Quantū interſit inter diſpēſatio. nē & irritatio-nem.

Rō altera cōcluſionis.

iudex

iudex in cauſſa propria, ratio ipſa a natura profecta docebat, vt qui vices Dei gerit, tali fungeretur arbitrio & iudicio. Quapropter Chriſtus hanc eccleſiæ ſuæ auctoritatem reliquit. Tota autem rei huius difficultas in cauſſis conſiſtit, quibus diſpenſatio iuſtificatur, de quibus art. 3.

Ad primū arg. Ad primum igitur argumentum reſpondetur, idem diſcrimen in lege veteri inter animalia conſtitutum, quæ templo offerebantur, perinde apparere inter votum ſolenne & ſimplex. Animal enim oblatum, quod immolationi idoneū erat, iam inde exiſtimabatur quaſi diuino cultui mancipatum, qua de cauſſa redimi pretio nequibat. Ac pariter, vt ſtatim dicturi ſumus, in votum ſolenne, quo ſe homo diuino tradidit cultui, diſpenſatio non cadit, animal vero quod ſanctificari per immolationem, non poterat redimi iubebatur, & pariter nunc ſuper voto ſimplici diſpenſari

Ad ſecūdum ar. ab eccleſia poteſt. Ad ſecundum reſpondetur, quāuis ſuper his quæ iuris naturæ ſunt ac diuini, diſpēſari per hominem non poſſit, tamen non minus teneretur homo legi maiorum mandatoque parere, quam explere votum nam & hoc quoque naturale ius eſt ac diuinum. Quapropter etſi implere votum, ſit de lege naturæ ac diuina, tamen dum ſuperior diſpenſat nihil contra votum ipſum fit, ſed tollitur, eo quod iudicetur non debere in tali caſu ligare. Quemadmodum quando princeps in lege humana diſpenſat, non id fit vt ſubditus legi nō obtemperet quod eſſet contra ius diuinū, ſed ad hoc prorſus, vt quod erat lex, in hoc caſu ceſſet. Quare prælatus diſpēſans in uoto, non diſpenſat ſuperius diuinum aut naturale, hoc enim faceret, ſi manente voto licitum cenſeret opus contrarium. Quod ſi

Obiectio. tibi hoc videatur petitio principij, atque adeo ſic arguas. Lex diuina & naturalis nō poteſt per hominem tolli, reddere votum

Solutio. eſt lex diuina, ergo poteſt illa tolli, atque adeo neque eius obligatio. Reſpondetur, quod diſpenſans non tollit legem diuinā, quæ eſt ut dum firmum manet, ſeruetur, ſed tollit obligationem quæ ex mera voluntate uouentis ortum duxit. Quod enim homo reus ſit voti, ex duabus præmiſſis colligitur, nempe quia vouit, quia lex eſt vt votum reddatur diſpenſans autem non tollit hoc ſecundum, ſed prius, puta obligationem, quatenus ex voluntate iſtius emerſit, quæ, vt ſupra diximus, quodammodo eſt lex humana. Ac pari modo reſpondetur ad tertium, quod qui non perſoluit votum, quod præfectus cenſet incommodum nullam frangit Deo fidem, imò eius vicario obſequitur. Ad 3.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſuper voto ſolenni continentiæ religionis fieri poſſit diſpenſatio.

QVamuis eccleſia poteſtatem habeat, vt dictum eſt, diſpenſandi in voto perinde atque in ſuis legibus, tamen propter ſingulare priuilegium voti ſolennis, explorare reſtat, vtrum uſque ad hoc etiā eadem poteſtas extendatur? Et arguitur a

Primū argu. a parte affirmatiua. parte affirmatiua, Vna earum ratio, quæ ſupra relatæ ſunt diſpenſandi in voto, eſt, ſi pretioſiori bono obſtaculum ſit, ſed hæc in voto etiam ſolenni continentiæ reperiri poteſt. Nam bonum commune, teſte Ariſtot. Ariſ. diuinius eſt, quam peculiare cuiuſpiā poteſt autem in voto continentiæ alicuius perſonæ periclitari commune bonum, vt ſi per matrimonium illius, qui continentiam ſolenniter vouit, perpetua regni ſucceſſio ſeruaretur incolumis, ac ſubinde afflicta republica paci conſuleretur publicæ, ergo tunc religio eſſet ſuper tali voto diſpenſare. Secundo. Latria nobilior virtus

Secūdū. eſt quam caſtitas, poteſt autem ſuper uoto latriæ, puta offerendi ſacrificium aliquod iuſte de cauſſa diſpenſari, ergo ſuper voto ſolenni caſtitatis, Tertio. Sicut uotum abſtinentiæ periculum vitæ afferre poteſt uo

Tertiū. uenti, ſic & ſolenne uotum continentiæ ſed cauſſa ſeruandæ vitæ licita eſt diſpenſatio prioris: ergo & poſterioris. Quarto, ſub

Quartū. voto ſolemni religionis non ſolum caſtitas, verum & paupertas & obedientia cōtinetur, horum autem duorum diſpenſatio legitima eſſe poteſt & iuſta, ergo & caſtitatis. Minor patet, dum quis ex monachatu ad functionem epiſcopalem aſſumitur, tunc enim ille & a profeſſionis obedientia eximitur, & in diuitijs permittitur uiuere, In contrarium autem eſt illud Eccl. 29. Omnis ponderatio non eſt digna animæ continentis, id eſt, nihil quo continentiæ ſtatus compenſari poſſit. cui applaudit, &cet. cum ad monaſterium de

sta mona. Cuius postrema verba sunt Abdicatio proprietatis, sicut etiam custodia castitatis, adeo annexa est regulæ monachali, vt contra eam neque summus Pontifex possit indulgere.

Ad quæstionem tribus refutatis opinionibus respondet D Tho. per suam, quã quinque conclusionibus explicat. Ad materiæ autem intelligentiam prænosse oportet tria esse in voto continentiæ consideranda, nempe materiam perpetuitatem ac solemnitatem. Tres opositiones, videlicet duæ priores & quarta, in conclusione capitali eademque negatiua consentiunt, nempe super votum solenne continentiæ neutiquam per ecclesiam dispensari posse, sed de causa dissident. Prima enim quæ est antiqui Altissi. & glos. c. cum ad monasteriũ, de sta. mona. super cap. 1. de vot & voti redemp. caussam ad materiam reducit, Aiunt inquam eius auctores huiusmodi solenne votum idcirco non esse dispensabile, quod excellentia continentiæ virtutis æquam non recipit compensationem, vt auctoritas Ecclesiastę citata ĩsinuat. Rationem autem eam assignãt, quod homo per continentiam tum de domestico triumphat inimico, nimirum de carne, quæ diabolo & mundo molestior est, tum & angelorum repræsentat naturam Christoque secundum animæ puritatem & corporis, assimilatur. Hæc autem ratio non admodum vrget, nam animæ bonum, vt contemplatio & oratio, præstantius est, viciniusque nos Deo reddit cõformes, quam bona corporis. Id quod & Apost. 1. ad Cor. 7. contestatur ubi cõtinentiam medium existimat fouendæ contemplationis, quæ eius est finis. Ait n. quod in nupta mulier cogitat quæ Dei sunt & ideo coniugibus ob id cõsulis a communi toto in tempus seiungi, vt possint orationi vacare, & tamen super voto contemplationis & orationis dispensari potest Ob id ergo alij quorum fuit Albert. Mag. in 4. dist. 38. ar. 7 rationem eiusdem conclusionis a perpetuitate voti deducunt. Aiunt. s. idcirco hoc votum dispensationi non subdi, quod præ ermitti nequit, nisi per id quod omnino est cõtrarium, id autem quod voto contrarium est, eius perpetuitati repugnat. Attamen ratio hęc nullam habet energiam, nam etiã uotum abstinendi perpetuo ab esu carnium prætermittere nemo potest, nisi edendo carnes, & tamen potest in illo dispensari. Igitur tertia opinio conclusionis sententia differt, asseuerat enim votum solenne continentiæ esse dispensabile propter communem reipublicæ vtilitatem, vt supra argutum est. Attamen his noui obstantib. D. Th. respondet quatuor præambulis propositionibus ex quibus quintam colligit capitalem conclusionem. Prima propositio est. Nullus ecclesiæ prælatus, vt summum atq; minimũ comprehedamus, efficere potest ut qui uotum solenne emisit, ab eo desistat, ad quod cõsecratus aut benedictus est, nempe ut sacerdos non sit sacerdos, aut religiosus non sit religiosus. Probatur ex illo Leuit. vlt. Illud quod semel sanctificatum est Domino non potest in alios usus commutari, quoniam iam dicatum est Deo, ecclesia autem non potest sanctificationem illius quod semel sanctum est, tollere, neq; in rebus ipsis inanimatis, nequit enim efficere ut consecratus calix, aut templum, aut ara, non sint consecrata, atque adeo multominus ut homo semel Deo consecratus aut dicatus desinat esse consecratus, atque adeo neq; potest ab illo usu abducere, ad quem consecratus est, aut benedictus, atque alij applicari. Solennitas autem uoti, ut quæstione 2. dictum est, consistit in consecratione & benedictione uouentis, fit ergo consequens assertio nostra, nempe fieri non posse ut qui semel sacerdos aut religiosus est, desinat esse talis, tametsi sacerdos functione & executiones ordinum suspendi possit. At quia hoc de sacerdote propter characterem certius est, nonnulli. Iuristæ id de religioso negarunt, dicentes posse fieri non religiosum. Sed tamen hoc, inquit S. Tho. ignoranter dixerunt. Hac ergo prima propositione præfixa, ut ad uotum continentiæ descendamus, speculari restat, utrum continentiæ uotum illi sit muneri essentialiter annexum, ad quod per uotum solenne consecratio fit, aut benedictio. Nam si ita sit, qua ratione qui consecratus est, esse nequit non consecratus aut benedictus, fit, ut neque ulla queat super tale continentiæ uotum fieri dispensatio Si autem tali muneri, continentia non sit indiuidue annexa, dispensari potest ut huiusmodi cõsecratus aut benedictus continentiæ uoto soluatur. Res est apertissima. Subnectitur ergo secunda propositio: Ordini sacro debitum continentiæ non est essentialiter anne-

Tria in voto cõtinentiæ consideranda. Altissiodo. Glossa.

Rõ proxima nõ admodũ vrgens. Paulus.

Rõ Alber. Magni.

Refutatĩ ratio Alberti.

Prima ꝓpositio D. Tho.

Probõ.

Secũda propositio.

annexum, ſed ſtatuto eccleſiæ, vt ſuperius iam nobis conſtitit. Hoc patet, quia nõ eſt de eſſentia ſacerdotis caſtitatem ſeruare quandoquidem Græci etiam ab eccleſia Latina permittuntur in coniugij fœdere permanere. Ex hac ergo prolinus ſequitur tertia. Videtur eccleſia diſpenſare poſſe in voto continentiæ, quod per ſuſceptionem ſacri ordinis ſolenniter ſuſcipitur. Patet poſtquam non ſecum in eodem pugnat ſacerdotem eſſe & non continere. Quarta propoſitio. Debitum continentiæ ſtatui religionis eſſentiale eſt. Probatur: Homo per religionis ſtatum ſeculo prorſus abrenuntiat, totum ſe Dei ſeruitio mancipando, ergo illo voto ab ſe reſcindit quidquid eiuſmodi obſequio obſtaculo eſſe poteſt, hoc autem maxime eſt coniugalis ſarcina vt per quam homini neceſſitas incumbit familiæ curandæ, ſecundum illud Apoſtoli 1. ad Cor. 7. Qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt, ergo religionis voto eſſentiale eſt caſtitatis debitum. Idque nomine ipſo confirmatur. Nam monachus ab vnitate, ſic nuncupatur, nempe quia ſolus viuit, atque vnico Dei, negotio incumbit neque ad vxorem vel ad alia ſecularia diuiſus eſt. Ex his tandem elicitur quinto loco capitalis concluſio, qua ad quæſtionem reſpondetur: In voto continentiæ, quod religionis profeſſione fit ſolenne, nequit eccleſia diſpenſare. Cuius rationem Decretalis citata ſubdit, nempe quod cuſtodia caſtitatis annexa eſt regulæ monachali. De tertia propoſitione S. Thom. quæ ad votum ſacerdotale ſpectat, nemo dubitat, quin ſit ab illo ſeparabilis continentia. Sed de hoc forſan tyrunculus hæreret, vtrum votum caſtitatis, quod ſacerdotes modo ſtatuto eccleſiæ ſuſcipiunt, ſit de caſtitate intelligendum, quę rei vxoriæ apponitur, an vero de illa, quæ ſimpliciter omni copulæ aduerſatur, ſiue coniugali, ſiue fornicariæ, multũ enim refert nam ſi tantum de priori intelligitur, tunc fornicatio ſacerdotis non eſſet niſi ſimplex peccatum, ſi autem de poſteriori, erit etiam fractio voti. Apparet autẽ non intelligi niſi de priori, ſcilicet quod tãtum voueant non ducere vxores, nam hoc eſt quod ſuo ſtatui ſatis eſſe videtur. Reſpondetur nihilominus ſimpliciter eſſe intelligendum de caſtitate, ſicut eſt votum religionis, nam ad functionem ſuam qui conſecrando venerabili ſacro mancipantur, omnis mundities condecet, qua ratione eccleſia ordinibus ſacris illud adnexuit votum. Quare fornicantes, duplici culpa maculantur. Articiſciterur forte quiſpiam, quomodo poſſit Papa ſuper huiuſmodi voto diſpenſare, videlicet vtrum antequam fiat, nempe abrogando nunc legem poſitã, vt qui amodo initiari voluerint ſacris, non fient voti caſtitatis obnoxij, an vero etiam cum illis qui iam voto ſolenne fecerunt. Apparet enim modus hic ſecundus non licere, nempe vt qui votum ſolẽne fecerunt, vxores ducant. Reſpondetur, vtroque id modo poſſe facere, quandoquidem huiuſmodi votum vim aliam non habet quam ex eccleſiæ ſtatuto, cum ex natura rei, votum continentiæ nõ ſit ordini ſacro annexum. Et ſimili q. 6. de militaribus religionibus dicturi ſumus. De capitali autem cõcluſione multi ſunt qui a ſentẽtia S. Th. deflectunt: tenentes eccleſiam perinde in voto ſolenni continentiæ religioſorum diſpenſare poſſe atq; in voto ſacerdotum, vt eſt Henrici Gand. quolibe. 5. q. 25. & 26 & Richard. in 4. diſtinct. 38. artic. 9. & Durandus eadem diſtinc. q 2. Et ex noſtris Palu. q 4. Quin etiam & ipſo D. Thom. aliquando contrariam ſententiam non reſpuit, vt patet in 4. diſt. 38. qu. 1. articu. 4. Imò vero quod non poſſum non mirari, Caietan im præſentiarum non ſolum contrariam ſententiam aſſeuerat, verum & aſſerit opinionem hanc S. Tho. de huiuſmodi indiſpenſabilitate non eſſe eius abſolutè, ſed opinatiuè, quia illum, inquit, ſenſum ex Decretali hauſit quem tamen ipſe non cenſet eſſe legitimum. Idemq. contendit & in opuſculis. q. 12. primi quolibeti. Igitur pro examine præſentis quæſtionis attente notandũ eſt quemadmodum S. Tho. ex prima propoſitione & quarta colligit, diſpenſari non poſſe in voto ſolenni continentiæ religionis, quæ eſt capitalis concluſio. Sic ſcilicet fieri per eccleſiam nequit vt qui ſemel in religionem benedictus eſt, deſinat eſſe religioſus. Sicuti fieri non poteſt vt qui in ſacerdotem conſecratur, deſinat eſſe ſacerdos. Continentia verò perpetua eſt de intrinſeca ratione & eſſentia religionis, ergo ſuper illa fieri non poteſt diſpenſatio. Qui autem ſententiam hanc impugnant, v trã-

Ratio.

Tertia propoſitio.

Quarta propoſitio.

Probõ.

Paulus.

Concloſiua.

Scrupulus.

Reſponſio.

Quæſt.

Solutio.

Henrici opinio.

Caiet.

Caiet. ſtudet demoliri rõnẽ S. Tho.

que præmiſſam demoliri conantur. Imò non ſolum extranei, verum & hic Caieta. priorem non approbat, quia non idem de religioſo quod de clerico in ſacris cenſet, eo quod per ſacros ordines imprimitur in delebilis character, vnde fit impoſſibile eum qui ſemel eſt ſacerdos, definere eſſe talis, etiam ſi degradetur. In religione autem nullus character imprimitur, ſed ſola adhibetur benedictio. Quare etſi fieri nequeat religioſum non fuiſſe benedictum, nihil tamen vetat quominus pro legitima cauſſa eiuſmodi religioſus detrahatur ad alios vſus, puta diſpenſetur cum illo vt a cœlibatu ad nuptias demigret. Veluti & conſecratus calix poteſt per diſpenſationem in alios aſſumi vſus, nam & ſacros propoſitionis panes ſacerdos legis veteris Dauidi porrexit, quo ſuorum famem leuaret. Hæc omnia a Palude mutuatus eſt. Ex quo ſubinde infert D. Tho. Decretalem, Cum ad monaſterium, non ciraſſe legitimo ſenſu. Illic enim ſolum habetur quod non poſſet religioni ſine voto caſtitatis religioſus permanere, haud tamen inde, inquit colligitur quod non poſſit a religione extrahi. Immo ait quod ſi auctor vidiſſet ſummos Pontifices eandem. Decretalem ſic fuiſſe interpretatos proculdubio non ſuſcepiſſet onus huius opinionis ad defendendam illam decretalem, ſane cum pluries a Romano Pontifice diſpenſatum ſit in voto ſolenni, vt cum rege Aragoniæ refert Petrus de Palud. in 4. diſt. 38. Papa Cœleſtinus diſpenſauit cum ſanctimoniali Conſtantia filia Rogerij regis, vt monaſterium poſt profeſſionem exiens, Henrico Sexto Regi nuberet, vt hiſtoriæ tradunt. Alij autem Thomiſtæ vt D. Th. defendãt, fingunt neſcio quam qualitatẽ religioſo per benedictionem imprimi indelebilem, quod deridiculum figmentum eſt. Igitur quod Caietanus de S. Thom. cenſet, videlicet quod ſi ſenſus Decretalis intel exiſſet non perſtitiſſet in hac ſententia, id ipſum ego de eo cenſuerim, nempe quod ſi mentem D. Thom. penetrare voluiſſet, non tam facile ab illo receſſiſſet. Vis enim rationis D. Thom. ad probandum religioſum fieri non poſſe non religioſum, non perſiſtit in eius benedictione tanquam in prima radice, ſed in legitima traditione, quia ſcilicet dum ſolenniter profitetur, dedit tradiditque ſe in alterius poſſeſſionem, hoc eſt in alienam poteſtatem, nempe quia religioni ſe dedicat perinde ac ſi quis in mancipium ſeſe traderet domino, quæſtio. 2. articu. vlt. declaramus. Sed quia illa traditio ſub forma benedictionis celebratur, ea vtitur quaſi traditionis ſigno. Nam in ordine noſtro antea fit profeſſio quam benedictio. Vnde in quarto diſtinct. 38. quæſt. 1. articul. 2. expreſſe ait tum votum ſolenne fieri quando quis præſentialiter ſeſe Deo tradit, diuinis ſe præceptis mancipando, vel in ſacro ordine, vel in religionis profeſſione. Et articu. 3. inter ſoluendum tertium argumentum poſtremæ quæſtiunculæ, propterea ait per votum ſolenne dirimi matrimonium, quod non fit per ſimplex, quia votum ſolenne habet actualem exhibitionem proprij corporis. Hæc autẽ ratio profecto nõ eſt tam debilis quam Caiet. & alij arbitrantur, nam ſi quod eſt in hominis dominio & poſſeſſionem per humanam poteſtatem auelli ab illo iuſte non poteſt, nec vero coniunx ab altero coniuge, multo fit probabilius vt qui iam ſe Deo in hoc obſequium mancipauit. amoueri inde non valeat. Quæ quidem ratio tanti tempore D. Thom. habebatur vt præter ingenitam ſibi conſuetiſſimamque vrbanitatem & modeſtiam, non fuerit dicere veritus, eos qui ſentient religioſum poſſe fieri non religioſum, ignoranter id dixiſſe. Hoc enim prorſus argumento D. Mat. vſus eſt aduerſus regem illum, qui ſanctimonialem Ephigeniam ducere volebat, quod cum cœleſtis regis ſponſa eſſet, nefas permittere exiſtimauit, quamuis dimidium regni illi offerret. Ad quam auctoritatem Caiet. reſpondere nequiuit niſi negando hiſtoriam. Et rationis fundamentum eſt quod quæſtio. 2. articu. de ſolenni voto declarauimus, nempe quod etſi cerimonia ſolennitatis voti conſtitutio ſit humana, eius tamen obligatio ius eſt diuinum ac naturale, videlicet vt qui re vera iam ſe alteri perpetuo mancipauit. nequeat inde citra iniuriam diuelli. Quod autem religio ſit perpetua traditio, patet ex illo euangelico, Vade & vende omnia quæ habes & ſequere me, perpetua. ſanimi firmitate. Igitur qui contrarię opinioni patrocinan-

Explanatio rationis San. Thom.

cinantur, in eo, niſi nos fallimur decipiuntur, quod cum cerimonia profeſſionis ſit de iure eccleſiaſtico, inde inferunt uinculum non eſſe de iure diuino. Quod ſi uerum eſſet, profecto tam facile poſſet ſuper uoto ſolenni diſpenſari quam ſuper ſimplici, quod tamen abſurdum eſt. Quocirca Altiſſiodorenſis & Albert. Magn. in quarta diſtinctione. 34. articulo. 17. & Alexand. Halen. in 3 par. & Bonauentura etiam in 4 in fin. diſtinctio. 38. atque alij huius claſſis pro conſtitutiſſimo ſemper hoc habuerunt. Ob idque D. Thom. opinionem cui in 4. uitus eſt conuuere, poſtea in Summa re oculatius perſpecta, demutauit, contrariamque quidquid Caietan. dixerit, affirmatiſſime complexus. Et eſt mihi profecto in confirmatione eius ſententiæ argum. minime debile, nam ſi religioſus, per diſpenſationem fieri ualeret non religioſus, non eſſet firma ratio ut per profeſſionem religionis matrimonium ratum nõ conſummatum dirimeretur. Fac enim maritum ante copulam religionem profiteri atque uxorem alteri ſe coniugio copulare, tunc ſi iſte fieri poſſet non religioſus, tranſire poſſet ad alias nuptias, quandoquidem priores diſſolutæ fuerant. Vnde uſu ueniret ut poſt ratum matrimonium de præſenti, uiro liceret habere aliam uxorem, & uxori alium uirum. Hæc in corroborationem attulerim prioris præmiſſæ, nempe religioſum fieri non poſſe ſecularem. Ex his ſit S. Thom. Decretalem, cum ad monaſterium non ad id citaſſe ad quod Caiet. putat ſcilicet ad confirmandum q religioſus non poteſt fieri non religioſus nõ bene uidebat, hoc illic non definiri. Sed hoc aliunde conſtitutio citauit illa ad aſſerendam alteram præmiſſam, uidelicet perpetuam continentiam ſic eſſe religioni annexam, ut neque per eccleſiam fieri poſſit ut ſit uera religio ſine continentiæ uoto.

Et certe eſt mirandum quod Caiet. apud D. Thom. hoc non perſpexerit. At uero & ſecundum præmiſſam non deſunt qui inficientur, nimirum arbitrantes continẽtiam non ſic penitus natiuam eſſe religioni quin abſque illa poſſit uera eſſe religio. Imò uero Caie. licet hic aliud affirmare & defenſare uideatur, tamen illis ſuis uerbis. q. 88 art. 7. quod ſolo eccleſiæ ſtatuto religioſus inhibili ſit ad matrimonium, quæ pariter Scotus ait, uidetur idem ſentire.

Altiſſiodo. Albert. Magn. Alexan. Halen. Louan. Firmiſſima rõ pro opinione.

D. Tho.

De hac autem re in ſubſequenti quæſtione ſingularia nos manet ar. 3. ubi de militaribus religionibus diſputabimus, an ueræ ſint religiones, cum eiuſmodi milites matrimonia contrahant. Interim tamen ſatis ſit nobis expreſſum decretum Innocentij iam citatum, ubi ait nec per ſummum Pontificem indulgeri poſſe ut abſque caſtitatis uoto uerus ſit monachatus. Per hæc ergo argumenta contraria opinionis diluuntur. Simile nanque quod a ſacerdotio ad religionem afferunt nullum eſt, uidelicet, quod ſi poteſt Papa ſuper continentia ſacerdotis diſpenſare, poſſit cum monacho, nam caſtitas non eſt illi muneri indiuidua, ueluti huic. Sed arguunt ſic præterea. Id quod uoto ne fieret obſtaret, nam eſt legitima, ut factum tollatur, ſi autem grãde reipublicæ periculum immineret, niſi unus quiſpiam dum liber eſt, matrimonium contraheret, id potius eligere deberet quam religionem, ergo ſi eadem neceſſitas poſt quã eſt religioſus, incũbit, tunc etiam extrahendus eſt. Negatur autẽ prior aſſumpta. Reſpondeant. n. mihi, qui hoc uultuntur Achille. Si ſalus omnino reipublicæ inde eſſet dependens, quod qui uxorem habet legitimam, alteram duceret, utrum dimittere quam habet, deberet, ut aliam ſibi copularet? omnino negabunt. Et tamẽ ſi res eſſet integra, hoc eſt ſi ille liber eſſet, deberet illam ſibi adiungere, quæ ad publicam ſalutem conferret. Simile ergo nos de religioſo reſpondemus, quippe qui fortiori eſt uinculo colligatur. Rurſus, Paludanus arguit, quod in omni uoto excepta ſub intelligitur auctoritas Papæ, ſi diſpenſare uoluerit. Atque alij eidem rationi aliã adiungunt, uidelicet, quod homo a iure naturæ nullatenus ſe ualet eximere, qua propter nullo obſtante uoto, ſi naturalis lex caſum obtulerit neceſſarium parendum eſt, atque adeo omnino cum religioſo diſpenſandum. Negatur uero illud documẽtum. Imò ſicut poteſt homo ſic ſuper matrimonium alteri addicere, ut neq; per Pontificẽ poſſit ab illo diſſociari, ita ſe poteſt & per uotum religioni mancipari. Quocirca falſum eſt quod inuoto ſolenni illa ſubintelligitur exceptio. Reliqua iſtorum argumẽta nullius ſunt prorſus momenti præter illud, quod licet merito pluris habeatur, non tamen perinde cogit atque ipſi putãt. Et eſt illud quod hic Caie. ineluctabile exiſtimat,

Ad primũ arg.

Replica

Solutio.

Altera ratio Paludani.

Solutio.

Ad aliũ argu. eorundem auctorũ

ſtimat, nempe, quod Pontifices ſupra memorati cum religioſis diſpenſaſſe leguntur, vt religionem cum matrimonio commutarent. Ad hoc autem in primis reſponderi poteſt, hiſtorias illas, ſaltem illam regis Aragonum, non eſſe vſque adeo certam, haud enim in Chronicis illius regni extat, nec vero in ſacro canone, ſed a Palude citatur. Secundo, vt Sylue. in verbo, votum. 4. refert, ſunt qui aſſeuerent religioſum illum Aragonem non fuiſſe profeſſum. Idemque adſtruunt de ſanctimoniali Conſtantia. Vel forte allegarunt non vſque adeo ſpontaneos ſolenniter vouiſſe, quod creberrime vſu venit. Præterea, idem Syluester magiſter Palatij ſacri non veretur dicere a ia multa Pontifices factitare, neque ſecundum ius neque ſine ſcandalo. At vero non opus eſt huc confugere. Sed cum de re hac diuerſe fuerit iam pridem opinatum, Papa diſpenſans ſequutus eſt opinionem illam quam probabilem cenſebat. Haud tamen ſuinde fit conſequens, vt illam tanquam de fide decreuerit. Nam facta Pontificum minime articulos fidei conſtituunt. Quod miror tum alios, tum præcipue Caietanum non animaduertiſſe. Quapropter ſi Cæleſtinus diſpenſauit cum Conſtantia, non dubium quin hoc D. Th. notiſſimum fuerit ſucceſſit enim ei paulo poſt. Et nihilominus non fuit cur uereretur contrariam probare ſententiam. Neque iam hoc condemnabat Papam, vtpote qui arbitratus fuerat ſuam opinionem fuiſſe probabilem. Quare ſi Diuus Tho. fuiſſet Papa, nunquam diſpenſaſſet, nec citra culpam potuiſſet, niſi ſententiam mutaſſet. Quin age, id expendamus quo Caietanus arbitratus eſt. Aitquippe, quod cum Innocentius III. illius Decretalis auctor, cum ad monaſterium Cæleſtino III. proxime ſucceſſerit qui cum Conſtantia diſpenſauerat, non eſt vero ſimile anteceſſoris ſui factum condemnaſſe. Ego vero coniicio D. Thom. aliter ſenſiſſe, qui paulo poteſt ſcripſit videlicet Innocentium obid illum canonem edidiſſe, quod diuerſa eſſet ſententiæ, quam fuerat Cæleſtinus. Quod quidem citra eius iniuriam ratione iam dicta facere poterat. Nam Cæleſtinus non fecerat canonem quaſi de fide. Et ideo ſanctus Thomas Innocentij potius canonem amplexus eſt, quam Cæleſtini factum ſequutus.

Caiet. affirmatio.

Solutio.

Ad primum igitur argumentum reſpõdetur, cauſſam illam diſpenſandi, quando uotum impedimentum eſt maioris boni, de ſimplici tantum intelligendum eſſe, nam ſolenne perinde ac matrimonium fit indiſſolubile. Quare nullam permittit diſpenſandi cauſſam. Vnde optime ait San. Thom. periculis humanarum rerum per eaſdem res humanas obuiandum eſſe, non autem per hoc, quod res diuinæ in vſus profanentur humanos. Quocirca cum religioſi omnino ſint mundo defuncti, nulla de cauſſa aut euentu ſunt illinc reuocandi. Vide quam affirmanter hanc diuus Thom. opinionem habuerit inhibitam, contra quam Caiet. cenſuerit.

Ad primũ arg.

Ad ſecundum reſpondetur id tantũ conuincere, quod ſicut poteſt in voto orationis aut ſacrificij diſpenſari, quæ excellentiora ſunt obiecta, poteſt & in voto ſimplici continentiæ, ſiue temporalis ſiue perpetuæ. Attamen dum ſolenniter fit, non cenſetur in diſpenſabile, propter dignitatem obiecti caſtitatis, ſed vt identidem repetimus, propter traditionem & mancipationem uoluntatis, cuius gratia opus caſtitatis ſit excelſioris virtutis, puta religionis & latriæ.

Ad ſecũdum.

Ad tertium reſpõdetur, latum eſſe inter abſtinentiam & continentiam diſcrimen. Cibus nanque perſe medium eſt ad conſeruationem uitę indiuidui, coitus autem nõ niſi ad conſeruationem ſpecie, obidq; continentia, ubi in periculum vergit manifeſtum an præſentiſſimum uitæ, etiam citra diſpenſationem, vt ſupra diximus non obligat. Sed per ἐπιείκειαν poteſt qui votũ ſuſceperat, illud frangere. Ac perinde ubi reſ eſt dubia, locus diſpenſationi patet. Nam in huiuſmodi caſibus continentia deſinit eſſe materia uoti. Vbi autem coitus ſaluti indiuidui medicinalis cenſet, quia non per ſe ad talem uitam ordinatus eſt, non ideo eſſe deſinit materia, uoti, atq; adeo dum ſolenne eſt, tolli per diſpenſationem non poteſt, ſed tali periculo per alias medicinas uel abſtinentiam eſt ſuccurendum.

Ad tertiũ.

Ad quartũ deniq. S. Th. reſponder, quod monachus dũ epiſcopali inſula inſignitur, non magis a paupertatis uoto abſoluitur, quam continentiæ, quia nihil habere tanquam proprium debet, ſed ſicut diſpẽſator communium bonorum eccleſię. Similiter neq; a uoto obedientiæ liberatur, nã quod

Ad quartũ.

prælą-

ptælatis religionis non obediat, inde accidit, quod superiorem non habet præter Papam, sicuti generalis magister, licet nemini in religione obediat non censetur exẽptus Ad illud autem verbum Eccles. contra q citatum, quatenus primæ superius repulsæ opinioni adstipulari videtur, respondendum restat. Videtur enim continentia illic propter eius pretiositatem indispensabilis cẽseri. Quod si verum esset, nec votum eius simplex dispensari posset. Respondetur ergo id tantum illic doceri, quod nec carnis fœcunditas nec bonum aliquod corporale comparandum est continentiæ, quæ bonum est animi. Sed nihilominus si votum est simplex, dispensari potest. Id quod hoc loco D. Thom. de episcopo monacho affirmat profesto difficultate non caret. Primum enim ambiguum reliquit, an nihil voluerit discriminis inter episcopum monachum atque alios ex seculo assumptus in paupertate constituere, an vero soli monacho censuerit non licere habere proprium, reliquis vero id licere. Nam si peculiariter id de monachis adstruxerit, id porro mori & vsu videtur contradicere. Quoniam monachus in episcopum creatus perinde sit dominus decimarum ac prouentuum, qui suæ functioni destinati sunt, ac si ex seculo assumptus esset. Si autem voluerit nullum episcoporum vllum habere dominium suorum redditum sed tantum dispensationem, res esset credi tu longe durior, quod lib. 9. tractaturi sumus, & eo pro captu nostro pressius disserturi. Crediderim namque cum episcopales fructus stipendia sint episcoporum, dominium illorum habere, licet iure mĩæ largiores teneantur eleemosynas fundere, quam seculares, tanquam pauperum patres. Alioquin si dominium non haberent quidquid superflui expenderent, contra iustitiam vsurparent, & ad restitutionem tenerentur, quæ quidem sententia acerbissima esset. Sed quia hic articulus illic habiturus est proprium locum super sedẽdum interim. Fortasse vero hic D. Thom. inter episcopum ex seculo assumptum, & illum qui assumitur ex religione, noluit discriminari quantum ad redditus episcopales, sed quantum ad alias proprias possessiones. Concedit enim 2.2.q.85.art.6. secularem episcopum posse habere proprium, quod denegat religioso. At vero forsan non est tam in dispensabile votum paupertatis, in religioso quam castitatis. Nam postquam creati sunt episcopi, nonnunquam hac parte cum illis dispensatur. Et illos qui ad primam apostolicam sedem assumuntur, votum est propria possidere, licet à voto castitatis, religioni annexo, non sint absoluti.

Adaliud argum

Ambiguitas ĩ litera S. Tho.

Solutio.

ARTICVLVS III.

Vtrum ad commutationem vel dispensationem voti requiratur prælati auctoritas.

POstquam visum est auctoritatem commutandi dispensandiq. vota in ecclesia existere, videre restat, an penes solos prælatos sita sit? Et arguitur a parte negatiua. Potest vnusquisque libet homo abiq. prælati licentia religionem ingredi, per votũ autem solenne religionis a quibuscunque votis in seculo editis absoluitur vt habetur ca. scripturæ. extra de vot. ergo citra prælati auctoritatem fit votorum absolutio. Secundo, Dispensatio voti in hoc consistere videtur, quod præpositi iudicio decernatur votum non esse obseruãdum, ac si prælatus id perpetuam decernat non subinde videtur subditus a voto absolutus, quia nemo contra diuinum præceptum soluendi promissum dispensare valet, ergo prælati auctoritas non sufficit, imò vero nec requiri videtur. Si enim qui voto irretitus est, recte censeat in tali euentu non esse seruãdum, continuo fit liber, siquidem votum eo casu non obligat, quo malum est ipsum seruari, non ergo ad hoc munus auctoritas prælati necessaria est. Tertio. Si dispensare in voto, præfectorem esset potestas, tunc omnibus competeret, non tamen cũcti facultatem dispensandi habens in quocũque voto ergo hæc non est prælatorum potestas quatenus prælati sunt. In contrarium existit, quod votum perinde ac lex obligat, ad dispẽsationem autem legis necessaria est superioris auctoritas, ergo & dispensationem voti.

Primũ argum. a parte negatiua.

Secũdũ.

In præsenti articulo tametsi de sola dispensandi commutandique auctoritate interrogetur, de causa pariter legitima dispẽsandi respondendum est. Quare duabus est operæpretium conclusionibus respondetur. Prior est, ad votum dispensandum

Prima conclu

neceſſaria eſt ſuperioris auctoritas. Nam (vt hoc obiter verbum in tyronum gratiã non præterierim) non hic loquimur de abſolutione à tranſgreſſione voti, quamuis enim poſtquam caſtitatem voueris lapſus carne fueris, tuus te parœcius valet abſoluere. Sed de diſpenſatione probatur concluſio. Votum, vt in ſuperioribus commõſtrauimus, eſt promiſſio quæ de re aliqua Deo ſit quæ illic accepta eſt & grata, quod autem Deo acceptabile ſit & gratũ ex eius pendet arbitratu, atq. adeo & iudicio præpoſiti quin eccleſia vices eius fungitur. Ad illum ergo ſpectat ſuper votis diſpenſare, ſecundum illud 2. ad Cor. 2. Nam & ergo quod donaui, ſi quid donaui, propter vos, in perſona Chriſti. Poſterior cõcluſio. Ad

Vltima concl.

voti diſpenſationem ac perinde ad commutationem quæ in minus ſit bonũ, requiritur cauſſa. Probatur primo auctoritate modo citata. Nam vbi ait Paulus, in perſona Chriſti, auctoritatem deſignat, vbi vero ſubdit, propter vos, cauſſam ſubſignat legitime diſpenſandi, quæ quidem in bonũ eccleſiæ referri debet, alioquin in honorem Chriſti non cedit. Hoc enim iam ſupra in fine ſecundi libri de legis diſpenſatione demonſtrauimus, nã cũ lex non niſi propter bonũ publicũ ſtatuatur, ſit vt niſi eiuſdem gratia licite diſpenſari queat. De voto autem non longe diſſimilis eſt ratio, nã poſtquam quis fidem ſuam Deo obſtrinxit, nõ debet eius vicarius promiſſum remittere, niſi in bonum eccleſiæ cui ipſum Chriſtus præfecit. Alias non eſſet fidelis diſpenſator ſed diſſipator iniquus. Circa priorem concluſionem diſcrimen in primis recolendũ eſt, quod ſupra inter eos conſtituimus qui irritare vota poſſunt, atq. eos quibus ſolũ incumbit diſpenſari. Functior enim prior poteſtatem eccleſiaſticam non exigit, quare parentibus, maritis, & dominis conuenit. Poſterior vero ſolis incumbit prælatis, qui tamen irritare non perinde volent niſi religioſorũ præpoſiti, quoniam his vtraque competit facultas. Adde commutationem rimandum eſt vtrum citra ſuperioris auctoritatem priuatim fieri queat. Sylue. nanq. verbo, votum. 4. §. 7. in partem negatiuam inclinat, nimirum affirmans quod nec cõmutatio in melius, abſq. prælati auctoritatem fieri poſſit. Haud tamẽ opinio hæc veritate pollet, quoniam nec eius teſtimonia firma ſunt. Diſtinguendum igitur.

Probõ.

Dubitatio.

Opinio Syluest.

Refellit Syluest.

Aut enim ſimplex votum in illud mutatur quod manifeſtũ eſt eſſe melius, aut in illud de quo id quoquo pacto ambigitur. Si. n. liquet cõmutationem in melius fieri, tunc ſuperioris auctoritas non exigitur, vt Caieta. hic probe cenſet. Huic namque veritati & rationes ſuffragantur & teſtes. Eſt enim aſſertio, tum ca. peruenit ſecundo extra de iureiurando, propoſitum aut promiſſum non infringere, qui in melius illud cõmutat. Et in cap. citato ſcripturæ. de voto. ob id vota in ſeculo facto extingui cenſentur per ſolenne religionis quod omnia mutantur in melius, quæ quidem commutatio priuata ſit auctoritate eius, qui ſe religioni addicit. Sed & ratio nihilo eſt minus efficax. Cum enim voti obligatio ea ſit prorſus, vt quod vouiſti, reddas, quando id per ſoluis, quod conſtat, in melius, tũ perinde creditori acceptius & gratius, cumulatior ſit ea ſolutio. Cũ ergo Deũ qui ineffabili infallibiliq. iudicio perpenſor eſt retũ conſtet, quo res meliores ſunt, gratiores, acceptioresq habere, nõ eſt dubiũ quin qui votum in melius commutat, cumulatius ei ſoluat, atque adeo nulla indigeat prælati auctoritate. Accipe ad rem confirmandam exemplum. Si quis cereum, verbi gratia Deo vouit, aut ouem, aut bouem, & loco illorũ argenteum, calicem eccleſiæ largiatur, quis ambigat voto ſatisfeciſſe, ditiosq. & tutores eccleſiæ imprudẽter atq; infideliter agere, ſi ſolutionem repellerẽt? Nec vero iura ciuilia huic obſtant veritati, nam l. mutuum. ff. ſi certũ petatur. ſolũ habetur, quod aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, nam inter homines nõ quidquid melius eſt, acceptius ſit creditori, vel quia non eſt ei tam vtile, vel quia non eſt ei tã gratũ, vel alia de cauſſa, quod reſpectu Dei contingere non poteſt. Imò dum nobis conſtat rem eſſe meliorem, cõſtat cum magis acceptam hſe atque adeo ſemper in talem ſolutionem cõſentire iuxta illum Inſtitutio. tit. quibus modis tollitur obligatio. Cõſentiente creditore, aliud pro alio ſolui poteſt. Adde, quod forte ſi certũ eſſe poſſet rẽ eſſe æqualis apud Deũ valoris inconſulto prælato poſſet fieri cõmutatio, ſed tñ nõ eſſet adeo tuta, quia dũ agitur de æqualitate, alienũ requiritur iudicium. Nam commutatio ſi ſolo debitoris arbitrio fiat, auctiorem ſolutionem vſ expoſcere. Nec vero ſimplex modo votum commutari

Vera ſolutio. Caiet.

Rõ præmiſſæ aſſertiõis.

mutari in melius potest auctoritate priuata, verum & solemne religionis in arctiorem aliam, ad perinde altiorem, ut permittitur cap. licet. de regularibus. Haud tamen commutari in aliud votorum genus, sicut nec dispensari. At vero quando in dubio est, vtrum mutatio in melius, an in minus bonum fiat, nempe vbi compertissimum nō sit opus esse excellentius, semper est auctoritas prælati necessaria. Quocirca votum simplex castitatis mutari priuatim non potest, quia nihil in votis melius æstimatur. Nec votum Hierosolymitanæ peregrinationis, nam postquam hæc soli Papæ reseruantur, nullius alius ea commutare potest. Quin vero nec uotum abstinentiæ, nec alia personalia tuto citra p̄positi decretum mutantur, eo potiſſimi, quòd quoties votum in leuius mutaturi, nonnihil habet dispensationis admissum, quādoquidem remissus fit vinculum. Qui sunt autem prælatorum ordines, quibus facultas adsit dispensandi, ex iure canonico explorandum est. Primum omnium Antistites omnes, nisi per Pontificem Maxim. prohibiti essent, suo ordinario munere super omni voto in sua quisque Diœcesi veluti Papa in voto Christianismo, dispensare possent. Attamen quoniam maiores fidei causas, vt extra, de baptismo & eius effectu, admouetur, ad summum ecclesiæ caput Christi vicarium deferri decet, quinque votorum species ipsi sunt iure reseruatæ, nempe uotum religionis, & uotum castitatis perpetuæ, votumque peregrinationis Hierosolymitanæ, Romanæque, ac Compostellanæ, tametsi Romanum Compostellanumque votum solum est usu reseruatum Romanæ curiæ, nam iure solum excipitur votum Hierosolymitanum, ut patet cap. quod super his & ca. ex multa, extra, de uoto. Immo vero cum reseruationis ratio ea illic supponatur, q̄ eiusmodi votum in subsidium terræ sanctę
Panor. suscipitur, adnotauit ibi Panorm illud, tantum esse Papæ reseruatum, quod illa ratione suscipit. Quare si fiat, inquit, ex deuotione, & non pro subsidio, episcopus posset dispensare. Attamen consuetudo aliter habet cui ideo standum est. Quare dispensatio episcopi non teneret. Præter hæc ergo unusquisq. episcoporum potest super omni uoto simplici suorum patœcianorum dispensare. Hæc autem in archiepiscopo facultas, ad diœceses sibi suffraganeas non extenditur, quoniam cura ei non incumbit animarum ordinaria, nisi in sua diœcesi, etsi in causſis forensibus ad ipsum fiat prouocatio. Abbates item & religionum p̄fecti non solum generales ac prouinciales, verum & conuentuales eadem vigent dispensandi auctoritate, nam hac parte ueluti antistites ordinarij suorum sunt subditorum. Haud tamen ad uota secularium qui sibi sunt subditi, eadem facultas nisi de speciali priuilegio protenditur. Est generalis regula, quod dispensandi facultas eadem vbique est commutandi quandoquidem D. Thom. ait, maior est dispensandi quam commutandi. Discrimen autem Panorm. super cap. Proposuit, de concessione præbendæ, videlicet Papę dispensationem absolutam esse relaxationem totius obligationis, episcopum autem non prorsus uota commutare, sed relaxare, nullum habet, ut iuris aut rationis fundamentum. In illo nāque cap. sic Papæ conceditur dispensandi facultas, ut ep̄is non interdicatur. Parœcij uero curati, qui iurisditionem non habēt, eadem dispēsandi auctoritate carent. Nec uero archidiaconi eadem funguntur. At de his iura sunt consulenda. Ex his fit cōsequens, episcopum super uoto castitatis non perpetuæ, sed temporalis dispensare posse. Nam cum ordinaria potestate omnia ob causam posset tollere uota, cohibitiones & exceptiones restringendæ sunt, ut sonant, & ideo quia non eis excipitur, nisi uotum perpetuæ castitatis fit, ut temporalia illis relinquantur. Sequitur subinde etiam religionum præpositos posse in uotis subditorum dispensare transeundi ad altiorem religionem, quamuis illud, ut in quæstione superiori diximus, irritare nequeant. Est enim latum interstitium, q̄ irritare est uoluntatem alterius coercere: dispensare uero, non nisi spontaneæ petitioni subditi annuere. Prælatus aūt prohibere nequit subditū transire uolentem ad feliciorem frugē. Si autē ille uult sub eius obedientia permanere, poterit tum super eiusmodi uoto ab eodem prælato dispēsari, q̄nquidem illud non est simpliciter uotū religionis, quod papæ reseruatū est, sed uotum transitus ab una ad aliā, & hmōi exceptiones, ut modo dicebamus, restringendæ sunt. Vnum uero dubium, q. 2. in hunc locum reposuimus de uoto pœnalis

Regula generalis.

Panor.

Primū corollarium.

Secūdū.

Dubiū.

religio-

religionis & peregrinationis Hieroſolymitanæ, vtrum perinde reſeruetur Papæ, ac ſi abſoluta eſſent? Vouiſti, verbi gratia a tali peccato vel a re qualibet alia quæ tibi erat incommoda, cauere, adhibita cautione ſi contra faceres, monachale inſtitutum ſuſcipere, aut Hieroſolymam iure.

Quod quidem votorum genus, vt frequentiſſime inter inconſtantes adoleſcentes in vſu eſt, ita maxime in Dei deſpectum & vilipendium ſic, quia nemo eſt qui illud impleat. Quare huiuſmodi vouentes acerbiſſimo pœnæ rigore eſſent a confeſſarijs vulnerandi. Dubium ergo eſt, vtrum poſtquam (vt ſemper accidit) malum illud admiſeris, diſpenſatio ſit Papæ reſeruata. Etenim negatiue argumenta hæc pugnāt, quòd tale votum non eſt proprie conditionale, veluti illud. Si pater obierit, monachus fiam. Nam illi, qui hoc ſecundo modo vouet, cordi eſt religio, ad quam ideo eius dirigitur intentio. Quare poſita conditione votum ſit firmum: qui autem in pœnam ſibi ingreſſum religionis comminatur, non eſt ad religionem affectus neque voti intentio illuc fertur, ſed in cautionem illius mali puta vt a ludo vel mechia ſeſe cohibeat. Quapropter citra dubium eſt, ante illud admiſſum malum poſſe ab epiſcopo diſpenſari, & a quocunque prælato, qui auctoritatem habet ſuper illud votum directum. Hæc ergo ratio probabile hanc partem facit, quod etiam poſt commiſſum illud malum ſit ab eodem prælato citra Papam diſpenſabile, quandoquidem non eſt directum votum religionis. At

Solutio.

nunquam mihi hactenus hoc potui ſatis perſuadere, nam etſi non ſit votum directum religionis, nihilominus poſita conditione fit obligatio ad religionem, quæ ex vi voti nata eſt & confirmata. Et ideo omnino timeo aliud aſſerere, quam quod ſit Pontifici Maximi reſeruatum, tametſi fatear non tantam cauſſam ad eius diſpenſationem requiri, acſi uotum eſſet abſolu-

De cauſſis diſpēſandi & commutādi vota.

tū. De cauſſis ſubinde diſpenſandi & commutandi uota, diſcrimen perpendendum eſt. Per diſpenſationem namque & vinculum prorſus voti diſſoluitur, & eius materia tollitur. Quapropter bonum, quod eſt diſpenſandi cauſſa, vtranque rationem compenſare debet, ſcilicet ut maius ſit quā erat materia voti, & quam erat vinculum, quod ad religionis latriæque virtutem pertinebat. Commutatio autem voti vinculum non diſſoluit, & ideo non alio opus eſt, quam vt materia ſit melior, ſi mera eſt commutatio. Ecce regulas impræſentiarum conſtitui ſolitas. Sunt autem tum obſcuræ tum & falaces & ad vſum parum conducentes, niſi accuratius explicentur. Et ideo ad huius explicationem commemorandæ ſunt cauſſæ diſpenſandi in voto. Superius enim articul primo, tres ex mente Sanct. Tho. retulimus, ſcilicet, ſi uotum ſit malum, aut inutile, aut impeditiuum maioris boni. Hic autem ait debere huiuſmodi cauſſam cedere in bonum eccleſiæ, acſubinde in honorem Chriſti. Quæ quidem nō ſunt nouæ cauſſæ, ſed aliarum finis & explicatio. Eſt ergo dubium, quod hic mouet Caietanus vtrum ad diſpenſationem voti ſemper requiratur cauſſa quæ eius executioni obſtet? Videtur enim id Sanct. Thom. ſolutione ſecundi affirmare, vbi ait, quod ſi prælatus in voto ſimplici religionis diſpenſat, nulla apparenti cauſſa obſtante, diſpenſatio non tenet. In contrarium autem facere videtur, quòd commutatio ſine vlla obſtante cauſſa ſit licite, & tamen idem apparet vtriuſque iudicij. Item, quia nonnunquam votum diſpenſatur, etiam ſi impleri poſſit, propter aliquod publicum emolumentum. Ad iſtorum ergo dilucidationem per hæc reſpondetur documenta.

Dubiū Caietani.

Primum ad voti diſpenſationem neceſſaria eſt cauſſa obſtans. Vbi notandum, tripliciter poſſe cauſſam obſtare, videlicet, vel ex natura materiæ voti, vel ex parte vouentis, vel ratione communis boni. Ex parte materiæ primum, ſi illicita ſit & tunc malignitas eius obſtat.

Primū documētum.

Si vero ſit inutilis, inutilitas etiam ipſa quodammodo impedit. Nam opus vanum non eſt Deo gratum. Et in his caſibus non opus eſt quod cauſſa illa diſpenſandi præſtantius ſit bonum, quam voti vinculum abſolute conſideratum, ſed quā vinculum talis uoti, ſcilicet mali, vel inutilis, quod proinde minimi eſt pretij, & ideo in rem parui momenti mutati poteſt, aut prorſus tolli. Poteſt ſecundo impedimentum intercedere ex parte vouentis, puta eius infirmitas, aut debilitas ob quam cōmode non poteſt illud implere. Et tunc ēt in commutatione penſanda eſt illa infirmitas, ut commutatio remiſſior fiat & clementior

mentior. Imo tanta esse potest, vt sit obligatio simpliciter dissoluenda. Sed potest tertio obstaculum ex parte communis boni existere. Vt si vouisti ieiunium, quod tibi impedimentum est studendi, aut prædicandi, omnia enim talia bona cedunt in bonum commune. Et tunc verum habet regula: quod bonum illud voto obstans propter quod fit dispensatio, debet æstimari pretiosius, quam erat materia, & ipsum, voti vinculum. Pariter si Hierosolymitanam peregrinationem voueris, & expedit ecclesiæ ut aliter ei inseruias. Vel si voto simpliciter ad religione obstrinxisti, sed ad communem pacem reipublicæ confert, vt vxorem ducas Tunc enim licite fit dispensatio, quia commune bonum tui obstat voti executioni. Si autem in tuum tantum bonum particulare cederet minime eadem dispensatio liceret Ex istis consequitur, ad commutationem, quæ meta est commutatio, hoc est, quæ in melius sit, nullam exigi prorsus obstante caussam, satis esse vt ad finem magis conducat. Exemplum extat in c. Quod super his, de voto. vbi mulierum vota visitandi terram sanctam, permutati sinuntur in eleemosinas, non quod executioni uoti quippiam obstaret, sed quod in subsidium terræ sanctæ, plus mulierum pecunia quam præsentia confert Quando vero commutatio fit in minus bonum, semper requiritur caussa obstans. Quoniam tali commutationi admista est dispẽsatio, nempe nonnulla voti relaxatio. Hinc ergo fidelis dispensator & prudens colligat, vt dum voti impedimento satis per commutationẽ succurritur, illo vtatur circa dispensationẽ remedio, alias infidelis esset, nam omnimoda dispẽsatio, citra necessitatẽ, culpa non carent, neq. dispensantis reatus petẽtem excusat quin eodem complicetur, tametsi maior sit in dispensante Hic aũt forsitan sedulus lector inquirat, vtrum sit maiori cum difficultate dispensandũ, lex ne an votum? vtrinque n. extant argumẽta. Lex namq. quia in commune bonum ponitur, & vniuersos ciues ligat, apparet sanctius esse custodienda quam votum. Econtrario vero quia votum fit Deo, atq. adeo ad virtutẽ attinet religionis, ut maiorem cãm dispensandi requirere. Vix ergo rndere ad hoc certa regula possumus Igit aliqua esse potest lex, quã dispensatione violare pernicioſius sit, quã particulare votũ tollere,

Dubitatio.

Solutio.

Aliquod vero econuerso potest esse votũ, cuius dispensatio maius sit religionis offendiculum. Caussæ autem legitimæ dispensandi, late 1. q. 7. commendantur, can. requiritis & ibi glo. & cano. necessaria, & subsequenti. Sunt enim pensanda tempus, vtilitas persona, & rei qualitas, Vtrum uero illa dispensandi cã, ceu legitima & idonea admittenda sit, quod illi qui uoto tenetur, graue molestumq. sit illud explere, iam loco citato in fine libri primi respondimus, quod quando molestia ac difficultas ex re ipsa nascitur nempe quia res est ardua & viribus impar, tunc causam offert ad dispensandum legitimam, tamen quando ex corrupta affectione & morbo uouentis procedit, profecto non est legitima cã, nam cum in hunc finem voueris vt morbo tuo prauoq. habitui medearis, id ipsum in causam proferre, vt ab eodem religeris voto, non est fidei sinceritatem seruare. Post hæc, de priuilegijs q̃ in diplomatibus Cruciatæ ad votorũ dispensationẽ indulgentur, hoc notandum, quod non sunt perinde intelligenda atq. facultas absoluẽdi a peccatis reseruatis Facultas enim in peccata ad illa etiam extenditur, quæ quisq. postquam Bullam susceperit, cõmisit. Priuilegium vero dispensandi in voto, illud ve commutandi, non nisi de illo voto intelligitur quod ante edideras, quam diplomã susceperis. Nam dispensatio non nihil ad forum penitentiæ attinet, sed est alia distincta facultas, quam Pontifex suscipienti Cruciatæ bullam tunc super votum quod commiserat, indulget, ac si tunc dispensationem ipse postulasset. Et enim cum vota ad religionem pertineant, tantiq. subinde æstimata semper fuerint in Ecclesia, in congruens esset, vt alicui antequam votũ emitterit, facultas fiat, vt quoties emiserit, possit ab illo per dispẽsationem liberari. Rursus circa eadem diplomata aĩaduerten dũ est, quo tenore eadẽ indulgeatur facultas, nam si exprimitur, vt super nullo voto dispensatio fiat nisi eleemosina in subsidium belli erogata, tunc non tam facultas dispẽsandi, quam commutandi, aut redimendi uotum. atq. adeo talis eleemosyna pro ratione uoti per prudentiam dispensantis taxanda est. Si autem facultas simpliciter fiat dispensandi tũc admoniti sint, dispensatores non illis fieri absolutam dispensãdi licentiã, sed si legitima interceſſerit causſa,

Virtute diplomatis nequit dispensari nisi ī uotis ante eius susceptionẽ emissi.

ſa, nam uerbum abſolute prolatum, ſecundum tenorem iuris intelligendum eſt. Ne quid demum tacitus præteribo, quod crediderim nullo deplomate in fauorem alicuius monaſterii, aut hoſpitalis, aut ſubſidii indulto, facultatem fuiſſe vnquam conceſſam diſpenſandi in uoto religionis, aut perpetuæ caſtitatis. Hoc propter Bullam admonitum duxerim, quæ in fauorem D. Antonii circumfertur, vbi ſi uerba cortice tenus audias eadem illic facultas comprehendi uidetur, quando quidem generale conceditur priuilegium diſpenſandi in uoto, exceptis illis Hieroſolymitanæ Romanæq. peregrinationis, Attamen eodem verborum contextu accuratius perſpecto conſtat minoris voti exceptionem liquidum eſſe teſtimonium exceptionis maioris, Sed hic latet fallacia, quod uotum religionis & perpetuæ caſtitatis ab ipſo vetuſtiſſimo iure excepta ſunt. Et ideo niſi exprimatur facultas ſuper eiſdem diſpenſandi, non comprehenduntur ſub generali clauſula, ſed ſemper intelliguntur a iure excepta. Votum autem Hieroſolymitanum, quia recentiori iure excipitur, neceſſe habet expreſſe excipi quando non conceditur.

Nullo hacten⁹ diplomate cõceſſa eſt facultas diſpenſandi in uoto religionis, aut perpetuę caſtitatis.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur argumentum quæſtionis conceditur omnia uota quæ in ſeculo fiunt, ceſſare per ſolenne religionis, at capcitato habetur. Haud tamen prorſus illa ceſſatio fit priuata auctoritate vouentis, imo ſit per legem eccleſiæ, quæ optime cenſuit, ut qui vitam ſecularem in monachatum mutauerit, ab illis particularibus votis liberetur, quæ ad directionem eiuſdem ſeculari vitæ ediderat nam particularia in illo vniuerſali clauduntur, quo tota vita perpetuo mancipatur religionis obſequio, præterquam quod religionis onus alias ſecum ſarcinas non refert. Qua ratione ſupra dictum eſt, illa etiam, quę poſt profeſſionem monachus emittit, irritari poſſe a prælato. Inter reſpondendum autem ad ſecũdũ confutat primo D. Th. quorundam opinionem, qui aiebant prælatos oẽs pro ſuo libito perinde poſſe ſuper uota ſubditorum etiam ſecularium diſpenſare, ut dictum eſt, poſſe parentes illa irritare, quæ filii illegitimæ ætatis emiſerint, nulla ſ interueniente cã. Quorum rõ erat quod in omni uoto intelligitur exceptio auctoritatis prælati Imo uero Palud. in 4. diſt. 38. q. 5. hac eadem ratione vtitur ad probandum Papam diſpẽſare poſſe ſuper voto ſolenni. Huic ergo opinioni aſſeueranter D. Tho. contradicit, vbi fundamẽtũ iſtorũ ſubuertit, nã prælatus, nec vero maximus, dñs eſt abſolutus, aut legum aut voluntatum, ſubditorum, ſed merus diſpenſator, demque non in deſtructionem, ſed in ædificationem corporis Chriſti, vt ſecũdo ad Cor. 10. ait Pau. Et ideo ſicuti præcipere non valet quæ Deo diſplicent, nempe peccata, ita nec illis, ne fiant obſtare, quę Deo ſunt accepta. Quare vnuſquiſque ſubditorum abſolutam habet poteſtatem vouendi a prælato independentem, ac perinde in voto, nulla ſubintelligitur ſuperioris voluntatis exceptio, niſi parentis, (vt diximus) ac prælatorum religionum. At vero ſpectat poſtea ad epiſcopum prudenti maturoque iudicio perpendere, an cauſſa aliqua interueniat diſpenſandi. Ex his infert D. Tho. tripertitam regulam, nempe quòd in manifeſtis, videlicet vbi manifeſtus eſt error prælati, tunc diſpenſatio non excuſaret a culpa. Vt ſi prælatus, ſine apparenti ſaltem obſtante cauſa, ſuper votum religionis diſpenſaret. Si autem, inquit, eſſet cauſſa apparens perquam res in dubium uerteretur, ſtari tunc poſſet iudicio prælati diſpenſantis, vel commutantis, non tamen iudicio vouentis proprio, quia ipſe Dei vicem non gerit, niſi forte caſu quo voti materia manifeſtè illicita eſſet, neque ad ſuperiorem opportunus pateret recurſus, quoniam tunc, vt dictum eſt, ἐπιείκειαν locus pateret. Circa hæc autem Sanct. Thom. aſſerta nonnullæ occurrunt dubitandi rationes. Prima circa illationem illius enthymematis: Prælatus prohibere non poteſt virtutum officia, ergo neque pro libito diſpenſare. Etenim, aut nomine uirtutis intelligit materiam uoti, aut id ipſum quod eſt uouere. Prior enim ſenſus eſſet huiuſmodi. Prælatus non poteſt cohibere ſubditos, ne ieiunent, aut orent, aut peregrinentur, &c. ergo nec poteſt pro libito tollere uinculum huiuſmodi operũ. Quæ quidẽ argumentatio, dupliciter peccaret. Primo, quia nulla eſt illationis uis, nam etſi monaſticus præfectus nequiret impedire quin libere, quis oraret, aut ieiunaret, poſſet nihilominus impedire uotũ, ſicut maritus, licet inique ageret, impediẽdo, ne vxor oraret, nihilominus poſſet irrita-

Ad ſecũdũ arg. D. Tho.

Palud.

Prima dubitatio circa aſſerta. D. Tho.

irritare votum. Pariter ergo episcopus, licet non obstaret subdito quin libere exerceret virtutum opera nihilominus tollere pro libito posset vinculum, vt scilicet non se nouo funiculo perstringeret. Secundo & antecedens eiusdem illationis est falsũ. Potest enim prælatus in religione aliquando opus vnius virtutis propter aliam prohibere, videlicet ne orationi monachus vacet, sed infirmis seruiat, ne ieiunet sed studeat. Si autem nomine uirtutis, intelligit ipsum uouere, nec tunc solida erit argumẽtatio, quæ est hæc. Non potest præcipere peccata, ergo neq; prohibere ne vota fiãt, aut facta prohibito tollere. Infirmitas. n. consequentiæ patet in religionis prælato, & parente respectu filij, qui non potest ei præcipere peccata, & tamen potest eius vota cassare. Ad horum ergo intellectum notandum, alteram esse rationem superioris qui habet dominium voluntatis subditi, quales sunt, maritus, patet, dominus, & prælatus religionis alteram uero prælatorum populi, qui eiusmodi non habent dominium, sed tantum spiritualem iurisdictionem. Et Diu. Thom. non loquitur hic de priore superiorum ordine quorum est vota irritare, nam de illo rem iam artic. 8. & 9. expediuerat, sed loquitur de prælatis tãtum, quatenus prælati sunt, spiritualesque iudices, quibus ideirco non irritandi, sed dispensandi suppetit facultas. Et de istis constituere pergit, quod cum non sint domini voluntatum subditorum, non sunt eorundem uota ex ipsorum voluntate pẽdentia, atque adeo neque in eiusmodi votis excepta sub intelligitur Antistitis auctoritas, ut sint conditionalia, si episcopo aut Papæ placuerit, sicut votum filij aut vxoris aut monachi. Quodquidem documentum per se est manifestum, & adeo Palud. atque alii, qui contrarium sentiunt, in hoc sunt cæcutienter hallucinati. Pontifices nanque non sunt domini subditorum, nec eorum uoluntatum. Quare sicut matrimonij alijque ciuium contractus, ita & eorum vota eijsdem episcopis inconsultis firma & solida sunt. Hac ergo voti firmitate suppositа, optime procedit ratio S. Tho. in vtroque sensu eorum, quos nuper impugnabamus. In priori scilicet, ꝙ sicut non potest episcopus prohibere virtutum opera, puta ieiunare, orare religionem ingredi, &c. ita neque potest eos prohibere quin eadem opera absolute voueant, quandoquidem non dominus suæ uolũtatis, Quare nullum est argumentum, quod de parẽte & vxore faciebamus. Item & in posteriori sensu, vt nomine virtutis votum ipsum intelligat, procedit etiam argumentatio. videlicet, quod sicut non potest episcopus, aut Papa subditis peccata præcipere, ita neque potest opera virtutum, puta vota, quippe quæ absque ipsius superiori consensu firma & solida sunt, prohibito impedire, atque adeo neque horum modos & vincula rumpere. Atque hanc secundum arbitror legitimam esse mentem D. Tho.

Solutio.

Sed dubium de sensu conclusionis restat, qua ait, dum prælatus sine vlla saltem apparenti causa dispensat, eiusmodi dispẽsationem non excusare a culpa. Triplicem enim intelligentiam uerbum hoc parturit, nempe ꝙ prælatus dispensans non excusetur a culpa, & de hac non dubitatur, quin uera sit, nam peccat vel contra prudẽtiam, vel contra fi dẽ dispensandi. Secũdo, quod nec subditus dispensationem procurans, culpa careat, quod etiã certum est. Nã qui rem in iustam procurat, reus est noxię. Sed tertius sensus esse potest, quod etiam post dispensationem non excusetur a culpa, si illa vtatur quasi dispẽsatio nõ teneat. Et de hoc sensu suboriri alicui potest dubitatio, nam postquam dispensatum est, videtur subditus absolutus. At uero D. Tho. oẽs tres sensus adstruxisse videtur nam ait, quo sicut non potest prælatus peccat a præcipere, ita neque pro libito dispensare.

Dubiũ 2.

Solutio.

Præceptum autem illud nullius esset vigoris, ergo neque dispensatio Et in hãc partem in calce libro primo sententias secũti maiorum subscripsimus, nempe quod si Papa vel episcopus in legibus suis dispensat, quamuis aliquando inique id faciat, nihilominus dispensatio tenet. In his autem quæ de iure diuino pendent, quale est votum, & promissorium iuramentum, vbi manifeste cõstat nullam interc ssisse causam, cuanida est dispensatio, quoniam cũ iam res debita Deo sit, non potest Papa illud gratis sine cauſſa, quæ Deo saltẽ appareat accepta, condonare. Ad tertium denique respondetur nullam esse consequentiã, quod si ad ꝑlatos functio dispensandi spectet, oibus æquo iure competat. Maximus enim Pontifex, qui vicem Christi gerit, plenariam habet in ecclesia potestatem

Ad tertium ar.

in

in omnia vota, quę ſint diſpenſat illa, quod D. Thom. ad excipiendum ſolenne votum religionis appoſuit. In ea vero quæ inferiora ſunt, poteſtas ſe inferiorum prælatorum prolata, vtpote ad quos neceſſe eſt identidem re currere. Quare excepto voto religionis & perpetuæ caſtitatis exceptarumque peregrinationum, diſpenſare valent, nempe in votis orationum ac ieiuniorum reliquarumq. peregrinationum. Sed San. Thom. non excipit niſi Hieroſolymitanã, quia forſan ſua ætate nulla alia erat excepta. At forſan hic quiſpiam eundem ſanct. doctorem contradictionis redarguat. Dixit enim in 4. diſtin. 38. quæſt. 1. art. 4. omnia vota perpetua reſeruari Papæ, hic autem ait ſuper votum ieiunij poſſet ab alijs prælatis diſpenſari, & pariter rationis, quæ nihilominus poſſunt in perpetuum fieri, Reſpondetur autem vota illic appellare perpetua, quæ per ſe dum abſolute eduntur perpetuitatem habent annexam, vt eſt votum religionis & caſtitatis, qui enim abſolute caſtitatem vouit perpetuam intelligit. Votum autem ieiunij & orationis niſi perpetuitatis conditio exprimatur, non affert illam ex ſua natura & ideo quamuis in perpetuum fiant, poſſunt ab inferioribus prælatis diſpenſari.

Scrupulus.

Solutio.

QVÆSTIO V.

DE RELIGIONIS VOTO in particulari.

ARTICVLVS I.

Vtrum religionis uotum ad ſtatum perfectionis attineat.

QVONIAM Bifariam, q. 2. dicebamus votum fieri ſolẽne, videlicet vel per religionis ſuſceptionem, vel per clericorum conſecrationẽ, neque de eiuſmodi ſolennitate, alijs ſe ad dicendum inſinuantibus ſatis illic nobis dicere licuit operępretium duximus, ne truncum tractatum hunc relinqueremus, ſingulas quæſtiones de eiuſmodi votis hic tandem adhibere. Alteram, ſcilicet de voto religioſorum, ac de voto clericorum alteram. Arguitur ergo ſtatim quibus nos hæretici argumentis oppugnam, religionis votum nihil ad ſtatum perfectionis attinere. Religionis tum vox, tum etiam res ipſa, vniuerſæ Chriſtianæ familiæ ſunt communes eſt nãque religio cultus latriæ, ſecũdum illud Cic. 1. de Officijs. Religio eſt quæ naturæ diuinæ cultũ & religionem affert, quod quidem non ſolum Chriſtianis omnibus, ſed etiã cunctis mortalibus competit. Quod ſi aliquibus per Antonomaſiam tribuendum hoc nomen eſſet, ſoli ſunt ſacerdotes, ſacrorumque adminiſtri, qui Hierarchias religionis actiones exequuntur, falſo ergo nomen hoc ſibi monachi arrogant. Secundo arguitur. Perfectus in hac vita nemo eſſe poteſt, nam vt 3. Phyſic. auctor eſt Phyloſophus, perfectũ eſt cui nihil deeſt. In hac autem vita, vt habetur Iaco. 3. in multis offendimus oẽs, vn de Paul. 1. ad Cor. 13. Cum venerit, inquit, quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt, temerarium ergo eſt atque impium nomen perfectionis in hoc lubrico ſeculo nobis vſurpare. Quod ſi aliquid in terris perfectionis exiſtit, illa in charitatis culmine & faſtigio poſita eſt. Secundum illud ad Col. 3. ſuper omnia charitatem habere, quæ eſt vinculum perfectionis. Non ergo in monaſticis conſilijs perfectio eminet. Tertio denique ad rem proxime arguitur. Si religioſorum ſtatus ad perfectionem pertineret, eo præſertim q̃ in cõſiliorum exercitio quæ monachi profitentur, perfectio collocaretur, hoc autem falſum eſt imo Chriſtus ſic nos Matt 22. inſtituit, vt in illis duobus magnis mandatis, dilectionis Dei & proximi, pendere intelligeremus vniuerſam legẽ & prophetas In cõtrarium eſt quod vetuſtiſſimus Dionyſ. 6. c. Cœleſtis Hierarchię poſt Antiſtites religioſis quoque perfectionem tribuit, quos monachos, & ſuo idiomate triapædas, id eſt. Triadi perfecte famulantes nuncupat. De quibus ſubinde ait eos qui nominantur Dei famuli ex Deo puro ſeruitio & famulatu vniri ad monachalem perfectionem.

Cicero.

Secũdũ argum.

Iacobus Paulus.

Argu. 3.

Dionyſ.

Primũ argum.

Argumẽtum qõnis huius locuplete D. Tho. vt pleraq. oĩa & luculenter ediſſerit. 2. 2. q. 74. & infra ſummatim, hic vero & ad rem præſentem accommode octo concluſionibus reſpondebimus, quibus ab ijs qui monachos dilacerant, eorum inſtituta protegamus. Eſt ergo prima concluſio. Perfectio Chriſtianæ vitæ, ad cuius fidem ſuſcipiendam, adorandam, & colendã vni

D. Tho.

Prima conclu.

uersus obligatus est orbis, in solo charitatis culmine secundum suam essentiam & Probō. substantiam posita est. Conclusio liquida est. In hoc nanque vniuscuiusque rei perfectio consistit, ꝙ suo supremo fini vniatur per vnam autem charitatem & angeli, & homo Deo vniuntur, qui vtriusque creaturæ finis est, ergo in charitatis fastigio nostra consistit perfectio, secundum illud citatum Apostoli Super omnia charitatem habere, quæ est vinculum perfectionis. Cum vero audis, vniri, non intelligas, adipisci, assequi, & comprehendere, hoc enim per visionem Dei, fit, in qua proposita nobis est nostra felicitas. Nam quamdiu in hoc Paulus. corpore positi sumus, vt ait Paul. peregrinamur a Domino, atque adeo ipsum non attingimus, sed voluntatem habemus præsentes fieri ad ipsum, quod cum faciem eius conspexerimus, obtinget nobis. Per charitatem autem sic cum ipso cōglutinamur, vt cum anima corpus, secundum illud Ioan. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Nam si Physicam consulas, tam in anima corpus est, quam in corpore anima, sed diuersimode. Est.n corpus in anima tanquā contentum in continente: hoc est in eo, a quo esse & quidquid est recipit. Et eo modo nos sumus per charitatem in viuificante nos Deo, sicuti secundum naturam in eo viuimus, mouemur, & sumus. Sed est vicissim anima in corpore tanquam forma in subiecto, atque per quandam similitudinem, sic Deus in nobis per charitatem est, quæ forma existit, qua nostra perficitur anima, secundum illud Io. 14. Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ad eū veniemus & mansionem apud eum faciemus. In hoc ergo vicariæ charitatis glutino, qua & nos prior Deus diligit, ac subinde a nobis vicissim diligitur, fastigium nostræ perfectionis consistit. Vnde 1. Ioan. 3. Nos scimus ꝙ translati sumus de morte ad vitam, qm̄ diligimus fratres. Et subditur. Qui non diligit, manet in morte. Cōsulto tñ diximus secundum essentiam & substātiam, qm̄ quodammodo ex aliarum quoque virtutum famulatu eadem perfectio pendet, nēpe quorum adminiculo nutritur ac protegitur, sed m illud ad Eph. 6. Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in oībus perfecti stare. At maturam aūt Dei appellat continentiam, quæ lumbos succincti in veritate persistimus, loricam iustitiæ, & scutum fidei &c. Secunda conclusio. Eadē perfectio in præceptis duobus magnis charitatis consistit, Secūda conclu. f. Diliges Dominum Deum tuum, & proximum sicut teipsum. Neq. vero quenquā conturbare debet, quod & in charitate perfectionem consistere profitemur, & rursus in eius præceptis. Prioris enim sensus est, eandem ipsam charitatem nostrā esse perfectionem, posterioris vero, per præceptorum obseruantiam conseruat, foueriq. & augeri. Conclusio hæc tum testimonio Christi supra citato stabilitur, In his duobus mandatis omnis lex pendet & prophetæ, tum etiam ad superiorem protinus cōsequitur. Etenim si charitas ipsa profectio est nostra, consequens est, vt eius obseruatione præceptorum eadem perfectio soluſque nostra dependeat, secundum verbum Christi, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata non ex si non eodem gradu. Essentiam namque perfectionis nostræ, in charitate Dei sita est, secundum tñ hanc in charitate proximi Quin vero ob id secundus charitatis gradus ad eandem attinet perfectionem, ꝙ dilectio proximi nihil aliud quam quidam Dei amor est, iuxta illud 1. Ioan. 4. Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui.n non diligit fratrem suum, quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Etenim cum Deus Rō conomnium sit parens nostrum, quos intime cluſiōis. charos habet, nemo eum ex corde diligit nisi & filios eius diligat, quos ipse diligit. Tertia conclusio. Præcepta hæc charitatis Tertia nullum nobis præfigunt diligendi modū. conclu. Probatur, Qm̄ præcepta admetiri debent Probō. ipsorum fini iubemur ergo eiusmodi præceptis sic Deum diligere & proximum, vt vterque diligibilis est modus autem diligendi Deum, vt ait Bernardus, est sine mo Bernar. do diligere, ergo eius præceptum nullum præfigit modum, s. vt hoc aut illo gradu a nobis ametur, alijve sic, alij vero aliter, sed absoluta est diligendi præceptio. Nec vero exemplum huius deest, quod nobis natura profert. Etenim vt 1. Politicorum acute Aristot. Aris. perspectum est, sic inter finē & media differt, ꝙ finis, cum sit per se bonus, absq. modo & termino diligitur, nemo enim sibi præfinit quantum sibi salutis velit, sed quia quo maior, eo melior, sine limite exo-

re exoptatur, medicamina vero quia totã bonitatem a fine ſortiuntur, non quo maiora ſunt, eo meliora, ob idque non infinitum, ſed ſub pondere & menſura, tum ab ægroto optantur, tum & applicantur a medico. Deus ergo quia ſupremus eſt finis, ſine modo iubetur amari, atq. hoc illa verba ſonant, Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis. Proximus autem, tametſi non vſque adeo abſque modo ſit diligendus, ſed modus ille præſcribitur, Et proximum tuum ſicut teipſum, tamen & modus ille quandam præſefert infinitatis imaginem, nam homines etiam quadamtenus abſq. modo ſeipſos diligunt, imo vero dum vere ſe diligunt, illam ſibi debent æternam felicitatem abſq. vllo modo exoptare, eandemque reliquis. Conſiſtit igitur eſſentialiter noſtra perfectio in illis mandatis, quibus abſq. modo iubemur Deum proximumque diligere. Vnde Aug lib. de perfectione iuſtitiæ: Cui ergo, inquit, non præciperetur nobis iſta perfectio, quam in hac vita non habeat, ſcilicet in gradu perfectiſſimo, quæ nec venialem offenſionem admitti? Exiſtit autem contra concluſionem hanc argumẽtum. Si perfectio Chriſtianæ vitæ in eiuſmodi charitatis præceptis conſiſtit, quibus ſine modo diligere Deum & proximum iubemur, cũ eiſdem præcep is cuncti teneantur mortales, vniuerſi cogerentur in culmine perfectionis viuere, atque adeo nemo eſſe valeret a culpa liber, quod impium eſt concedere, diuinæque benignitati aduerſum. Ad hoc autem reſpondetur non ſic eſſe intelligendum, abſque modo & termino poſitum eſſe charitatis mandatum, vt quemcunq. obliget faſtigium charitatis tenere, ſed vt vnuſquiſque intelligat quo debeat diligendo conari. Quare, vt tranſgreſſionis delictum quis euitet, ſatis eſt vt nihil contrarium charitati eiuſque præceptis commit tat, vt in ſolutione ad ſecundum luculentius patebit. Quarta cõcluſio: Reliqua omnia præcepta, tam illa quæ in Decalogo expreſſa ſunt, quam vniuerſa, quæ ad ipſorum rõnes reducuntur, atque adeo cuncta conſilia ad perfectionem ipſam charitatis aſſequendam referuntur, ac perinde in ipſis tanquã inſtrumẽtis perfectio noſtra cõſiſtit, diuerſis tñ modo in præceptis quã in conſilij. Nam præcepta ſic charitati inſeruiunt, vt impedimenta tollant, quæ vel ei contraria ſunt, vt, Non furtum facies. Non mœchaberis, & reliqua, quæ ſub reatu mortali obligant, vel eandem repefaciunt, vt venialia peccamina. Conſilia vero, vt ſupra dictum eſt, illa reſcindunt, quæ & ſi licita ſint, ne charitati prorſus inimica, tamen nonnulla ſunt ad culmen progredientibus obſtacula: qualia ſunt rerum poſſeſſiones & matrimonia, quæ mortalibus innumera faceſſunt negotia. Valeant ergo, qui monachorum inſtitutis petulanter oblatrant, haud. n. vti nobis imponũt, ſic in operibus conſiliorum exercẽdis profectionem collocamus, vt eius ſubſtantia & eſſentia in illis ſuſpicemur ſubſiſtere, neque vero eadem conſilia præceptis anteferimus, vtpote quæ non perinde atq. illa neceſſaria exiſtimamus, ſed ſic prorſus monachatum ad perfectionem ſpectare profitemur, ſicuti accliuis compendiariaque via ad perfectionem obtinendam expeditior eſt: accliuis inquam incipientibus, nã prouectioris planiſſima eſt. Atqui hic forte non ſiniſter eſt ſen us illius verbi Chriſti, Matth. 5. Qui fecerit mandata hæc minima, & docuerit ſic homines magnus vocabitur in regno cælorum. Qui quidem ſenſus Chryſoſt. non latuit, & ideo a vobis illic per amplius locupletatus eſt. Apparet enim illic Chriſtus conſilia quibus Apoſtolicum ordinem inſtituebat, minima appellare mandata, & nihilominus aſſeruit eorum cultores magnos appellari in regno cœlorum. Vnde nonnulla repugnãtia prodire videtur, nam ſi minima ſunt, quomodo eorum cultores magnos reddũt? aut ſi magnos redeunt, quomodo minima? Rñſio ergo eſt, conſilia idcirco cenſeri minima, q̃ non ſunt ad ſalutem neceſſaria, veluti præcepta, quæ proinde maxima cenſentur, quippe ex quibus noſtra pẽdet ſalus ſed tñ qui hęc faciunt, eo magni vocabuntur, q̃ non ſolum præcepta ſeruant neceſſaria, verum & illa, quæ etſi licita ſint, obſtare nihilominus ei põt, ne tãto cõpendio gradibus charitatis ad eius perfectionem conare valeãt. Vide quẽadmodum non in conſilijs perfectio conſtituitur, imo tam ipſorũ quã ẽt præceptorũ perfectio in charitate poſita eſt. Quare de ambobus ordinibus ait ſimul in Enchiridio Aug. Quęcunq. mandat Deus, ex quibus vnum eſt. Non mœcaberis, & quęcunque

Auguſt.

Argu.

Chryſ.

Solutio.

Quarta conclu.

Auguſt.

non

non iubentur,ſed ſpeciali conſilio monentur,ex quibus vnum eſt, bonum eſt homini mulierem non tangere,tunc recte fiunt quum referuntur ad diligendum Deum, & in hoc ſeculo & in futuro Et abbas quidam Moyſes, vt in Collationibus Patrum legitur. Ieiunia,inquit, vigiliæ, meditatio ſcripturarum, nuditas, ac priuatio omniũ facultatum non perfectio,ſed perfectionis inſtrumenta ſunt, quia non in ipſis conſiſtit diſciplinæ finis, ſed per illam peruenitur ad finem. Quinta concluſio. Conſiliorũ obſeruatio non ſolum rationibus alijs,verum & ac etiam adminiculum eſt ad altiorem obtinẽdum charitatis gradum, quod cautionem præſtant, vt præſtantius ac tutius cuſtodiantur præcepta. Non dixerim conſilia cum habere finem. Votum quippe caſtitatis non in hunc ſcopum refertur, vt euitetur adulteriũ,vel fornicatio. Neq; votum paupertatis refertur ad cauendum furtum. Imò plurimi, qui hæc vouent, ab illis ſceleribus liberi ſunt, quamuis aliquẽ eadem ratione contingat eiuſmodi vota ſuſcipere. Sed tamen hoc certum eſt,quod conſiliorum exercitum,clypeus præceptorum exiſtit. Qui n.paupertatem ex animo delegit, elongatior eſt a perpetrando furto, & qui voto ſe caſtitatis obſtrinxit, abſtractior etiam ab adulterijs. Et qui pompis ſeculi valde dixit,a cædibus eſt alijſq.in ferendis iniurijs tutior. Quare nulla arbitror violentia vaticinium illud Iſa. 26. in hunc ſenſum adduci. Vbi propheta de vrbe fortitudinis loquens,cui eſt Saluator cõparatus, ait, Ponetur in ea murus & antemurale. Muti.n.appellatione quid niſi legis præceptiones intelligamus,quib. ſalus noſtra circumſepta protegitur. Antemurale ergo,& vt ſic dicamus, legis promeriũ, haud inepte conſiliorum exercitium eſt, quibus Saluator noſter legẽ euangelicam circumuallauit. Ecce quomodo monachi non in ſuis inſtitutis perfectionem collocant. Sed vt Aug. verbis in De morib. eccleſiæ vbi de ipſorũ vita loquitur,vtamur, charitas inter eos,ſi legitimi ſint,præcipue cuſtodis Charitati virtus,charitati ſermo, charitati habitus,charitati vultus aptatur. Sexta concluſio. Votum religionis in paupertate conſiſtit,caſtitate & obedientia. Ratio huius eſt, quod religio in hoc vt dictũ eſt,collocatur q̃ ſeculum deſeras, vt Chriſtum ſequẽs gradibus charitatis proficias.

Quinta conclõ.

Sexta conclu. Rõ con cluſiõis.

Huc.n.attinet Paulinum illud verbum ad Gala. 6. Mihi abſit gloriari niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti,per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Voluit enim eos qui Apoſtolicum inſtitutum amplexuri eſſent ſic mũdum poſt terga relinquere,vt non ſolum eum prorſus obliuioni traderent, verum & operam ſedulo darent, vt mundus ipſorum viciſſim obliuiſceretur. Atque adeo vterque alter ſic eſſet alienus,ac ſi duo eſſent cadauera, hæc autem abdicatio mundi non aliter fit quam ſi illa relinquamus,quibus nos mundus retinet Hæc vero, vt 1. Eth. auctor eſt Ariſt. tria ſunt genere bona, nempe externa,& corporis,atque animę,de quib.in ſua prima cano. Ioannes, Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt,& concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Hæc ergo bona ne ſua exorbitantia, uel charitatem propellant, vel eius feruorem tepefaciant,præceptorum lineis ac normis limitantur. Quare qui præcepta ſeruat, illis poteſt bonis licite vti,nam iuſtitiæ limina non egreditur. Attamen quia etiã tunc non poſſunt non multa alendæ charitati creare pericula, ſaluifica Chriſtus adiecit conſilia,ut illis prorſus impedimentis eiectis expeditiores tuam ſequeremur crucẽ. Quod enim ijs etiam qui præceptis obtemperant poſſeſſio ſecularium bonorum periculoſa ſit,enarrauit diuinè Chriſtus Luc. 18.in illa parabola triplicis malignæ terræ. Quod enim ſeminantis verbum in terra iactum ſit,legis præcepta deſignat, humanis mentibus ſuſcepta. Sed vel ſuperbia vitæ eorum,qui ſecus viam ambulant,hoc eſt cunctis mundi honoribus inhiant, vel cordium ariditas eorum, qui carnis deſiderijs mandantes in ſpiritualibus arẽſcunt vel eorum ſolicitudo,qui pungentibus diuitijs impleantur,ſemen idem ſalutiferũ, aut dęmonib. exponunt,aut roris inopia exſicant,aut denique rerum auaritia ſuffocant. Hac igitur de cauſa Chriſtus legiſlator noſter dum in montem aſcendens vt Mat. 5. refertur,vnde eum mundus audiret,nõ hominũ,aut angelorum,ſed os ſuum aperiens,leges orbi ponere adornaret, ſtatim qui optimus architector,ab ipſo legũ fine, nempe a beatitudine exorſus,Beati inquit pauperes ſpũ,beati mites,beati qui lugent. Vbi tria monachorum vota delineauit Intriplici namque, vt 1. Ethicorũ auctor eſt

Paulus.

Ariſtot.

Ariſtot. Ariſtot. ſapientes huius mundi verſabantur errore de ſuprema felicitate. Alij quippe in diuitijs eam collocabant, alij vero in honoribus, atque alij in voluptatibus. Eorum ergo temulentam veſaniam trina ſententia Redemptor retundit. Cum enim totus mortalium orbis felicitatem quam nullus non auet, vbi ſita eſſet, ſcire percuperet, communi omnium deſiderio primo verbo obuiam exiuit. Optatis, inquit, beatitudinẽ cognoſcere, quo lex omnis ducit. Beati ergo pauperes ſpiritu, hoc eſt ſpontanei. Ac ſi dicat. Tantum abeſt immodicam rerum exuberantiam homines beate, vt iuſtitia in earũ potius moderato vſu cõſiſtat, beatitudo vero in eorum prorſus neglectu & obiectu. Mox, beati mites, nempe qui non ſatis habent iuſto honorum moderamine, vti verum altiori ſe obedientia religantes, ab eorum tumultu perfugiunt. Beati qui lugent, hoc eſt, non qui voluptatibus ſubmerguntur, felices ſunt, ſed cui legis præſcripto eis fruuntur, illi iuſti. Qui vero vſque ad lutum illas repudiauerint, illi beati. Et quo id, paulo ante diximus, clareſcat, nempe conſiliorum exercitia ad egregiam mandatorum cuſtodiam magnopere conducere, ſubdit Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, & beati miſericordes. Etenim qui conſiliorum votis ſeſe perſtringunt, non ſatis ducunt, præcepta iuſtitiæ ac miſericordiæ vtcumque ſeruare, verum & ſitientiſſime. Et quoniam tam conſilia quam præcepta ad faſtigium vt dictum eſt, & perfectionem charitatis perdunt, qua corda mundantur, cordium vero mundities ac Deum videndum mentis aciem purificat & exacuit, in qua viſione beatitudo conſiſtit, ſubdit. Beati mundi corde, quoniam ipſi Deum uidebunt. Et quoniam in omnimoda illa deſideriorum ſacietate & tranquilitate poſitum eſt, vt iuxta Io verbum filij Dei nominemur & ſimus, tandem concludit. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Quod ſi trinum hoc conſiliorum votum, quod vno hoc loco ſtabilitur, diſperſum per Euangelium deſideras, diuerſis illud locis inuenies. Eſt enim paupertas horum ordine & vſu prima, quod Ambroſ. ſuper Lucam ad notauit. Nam vt rem facultates inſtrumenta ſunt omnium vitiorum, ſic earum abtegatio generatrix eſt nutrixque omnium virtutum. De qua inſigne pleniſſimumq; extat Chriſti documentum, Matth 19. vbi adoleſcentem, qui vitam æternam ſitiebat gradatim inſtituit. Primum n. quod neceſſarium erat, admonuit. Si vis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Mox, cum ſe illa a iuuentute ſeruare reſpondiſſet adiecit. Si vis perfectus eſſe, vade & uende omnia que habes, & da pauperib. & ſequere me. Haud. n. vendere quæ habes, ſi nude id conſideres, conſilium eſt, ſed pauperibus erogare. At quia neq; in conſiliorum vllo perfectio cõſiſtat, verum in eo quod aſſeclaſis Chriſti, ac perinde charitatis cultos, ſubdit: Et ſequere me. Sunt fateor Hieronymus & Origenes illuc annuentes, quod adoleſcens ille præcepta nõ ſeruaret, cuius nonnullum inde ſumitur arg quod ſubditur Impoſſibile eſt diuitem in rare in regnum cęlorũ, vnde Lutherani colligunt nullam illic perfectionem deſignari, præter illam quæ in præceptorum cultu ſita eſt. Re tamẽ pæni tius conſiderata, præferenda eſt aliorũ patrum ſententia, videlicet vere reſpondiſſe, dum ea dixit ab ineunte ætate ſeruaſſe, tametſi non adeo id feruide feciſſet. Refert. n. Marcus tum eum Chriſtum intuitum dilexiſſe, quod niſi vere loquutum intelexiſſet, non feciſſet. Adde, quod ſi Chriſtus noſſet mentium fuiſſet, vel id ipſi ſignificaſſet, vel non tanquam altiorem gradum ſupra mandatorum cultum adieciſſet. Si vis perfectus eſſe. In ſumma, cum tãto uerborum diſcrimine prius dixiſſet, Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata at ſubinde. Si uis perfectus eſſe, uende omnia quæ habes, quod re vera ad ingreſſum uitæ non eſt neceſſarium. Citra dubium mandatorum neceſſitati adiecit ſpontanea conſilia, quæ vtique ad perfectionem tutior compendioſiorq; via eſt. Quod quidem Petrus plane intelliges, protinus nomine omnium interrogauit. Ecce nos reliquimus omnia & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Ex quib. uerbis, ut q. ſeq uiſuri ſumus, edocti ſumus Apoſtolos uotũ ſuſcepiſſe, quod modo religioſi eorũ exemplo edunt. Quod autem iuuene conſilium renuente Chriſtus adiecit, nẽpe diuitibus difficilem eſſe ingreſſum regni cœlorũ, exaggeratio fuit periculorum, quę a diuitiarum poſſeſſione poſſeſſoribus imminent. Nam ſi ille qui cũ præcepta utcunque ſeruaſſet, tanta auiditate Chriſtum, quem magiſtrum cõfitebatur, conuenerat, qui ſe uiã regni doceret, antea

Hieron. Origen.

Votorũ numer⁹ deduct⁹ ex ſacris literis. Ambro.

antea eius cõsilium quam diuitiarum posſeſſiones repudiauit, quid de alijs ſperandum? Ecce quemadmodum paupertatis votum non eſt perfectio, ſed perfectionis medium, quę in Chriſti obſequio charitatiſque ardore collocatur. Idem ergo & de voto caſtitatis cenſendum. Hoc enim & alterum verbum eiuſdem Redemptoris in eodem cap. de notat. Sunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum. Paulus. Idemque docet Paul. 1. ad Corint. 7. Qui ſine vxore eſt ſolicitus eſt, quę Domini ſunt, quomodo placeat Deo. Et mulier innupta & Virgo cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Quibus locis non in caſtitate, ſed in charitate perfectio ponitur. Atque idem de voto obedientiæ facile eſt elicere ex verbo Chriſti, Luc. 9. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me. Etenim cum hominis natura, quæ cæteris animantibus præſtat, de libertate penitus dignoſcatur, ſecundum quam factus eſt ad imaginem Dei idem eſt ſe hominem ipſum abnegare, quod propriam libertatem alterius arbitrio voti nexu ſubdere. Sed nec in hoc perfectio figitur niſi Chriſtum ſequaris vbi ſita eſt charitas. Conſulto autem ſeptimam hic addiderim concluſionem. Abrenuntiatio ſeculi eo pacto quod explicatum eſt, non modo in iure diuino exiſtit per Chriſtum legiferum noſtrum conſtituto, verum etiam ex viſceribus naturalis iuris depromitur. Atq; adeo Chriſti prædicatio legit naturalis declaratio fuit. Probatur. Chriſtus qui auctor fuit naturæ vt crebro in ſuperioribus diximus illam neq. deſtruxit, neque mutauit, ſed ſua lege tum declarauit, tũ etiam, vbi ipſa deficiebat, perfecit, conſuluit autem nobis eãdem ſeculi renuntiationem, ergo idipſum in iure naturę latebat licet non omnibus. eſſet votum. Secundo ad idem argitur. Deum, dum homo factus in hunc venit mundum, maxime decebat, vt illud vitę inſtitutum nobiſcum victurus iniret, quod ſecundum naturam, quam ipſe condiderat, optimum eſſet, elegit autem eam vitã, quæ in conſiliorum exercitio poſita eſt, nempe paupertatem, & in acceſſum caſtitatis culmen, nam obedientiam quæ caſtitatis voto annexa eſt, cum caput eſſet eccleſiæ, nemini præter parentem ſuum præſtare potuit, ergo hęc eſt a natura ſua optima vita. Sed forſan quis reſpondeat, nõ quod ſecundum naturam optima eſt, cum elegit vitæ conditionem, ſed quod cum nobis eſſet ad vitam æternam expeditor, decuit vt non ſolum verbis, ſed & exemplo nos ſuo ſic inſtitueret. Fuit enim condecens, vt facere inciperet, quod verbo docturus erat. Hic autẽ cauillus neruum argumenti non rũpit, imò illud confirmat. Si enim nobis hæc vita expediebat, ſignum eſt, ex natura rei eſſe expedientem, alioqui aliter nos inſtituiſſet, quoniam ne rerum naturam mutaret docuit nos eius veritatem. Atque id demum legitima ratione & cauſſa commonſtratur. Ille eſt, ſecundum naturam optimus vitę ſtatus, qui ad ſempiternam felicitatem aſſequendam aptior eſt & expeditior, quod autem eiuſmodi ſtatus in renuntiatione ſeculi conſiſtat, ex natura rerum plane colligitur, quandoquidem iam monſtratum eſt, temporalia bona, vxorũque ac familiæ apparatum humanos animos ineſcare atque irretire, ne ad ſpiritualia ſuo ferantur impetu. Quod ſi nos quis forte redarguat, hæc bona temporalia Deo auctore in gratiam humani generis eſſe creata, nobiſque in vſum indulta, quare legitimum eorum vſum proprius ad perfectionem accedere, quam omnimodam eorum abiectionem? Reſpondetur, argu. concludere quod ſi in eo ſtatu hominum genus perſtiteſſet, in quo Deus illud condidit nihil periculi ab eiuſmodi bonis nobis immineret, ſed potius ad inflammãdum diuinum amorem nobis eſſet obſequia, atque adeo tunc neque caſtitas virtutis munus eſſet, neque vero paupertas. Attamen poſt lapſum eiuſdem noſtri generis illa quæ nobis ſalubria erant, facta ſunt nocua non quod res ipſe naturas ſuas mutuauerint, ſed quod nos noſtram deprauauimus. Sicuti vinum quod ſanis vſui eſt, egrotis eſt nocuum, inedia vero quę firmis validiſque hominibus nocet febrem patiẽtibus medela eſt. Octaua deniq. poſtrema quę concluſio ſit. Ad perfectionis ſtatum, qualiter in conſilijs conſiſtere explicatum eſt, nec ſufficit, nec vero requiritur vt re ipſa legitime cuſtodiãtur, ſed in hac eiuſmodi ſtatui conſiſtit, quod perpetua voti ſolennis obligatione ſtabiliatur. Concluſionem hanc contra eandem Lutheranorum hæreſim, ſic enim eodem, citato lib. Deuotis

Septima conclu.

Probõ conclu.

Secũdũ argum.

Solutio.

Replica

Obiectio.

Solutio.

Octaua conclu.

Luther. error.

monaſticis, religionis vota permittit, vt tamen non perpetua, & quo hominē de ſuis verbis agnoſcas ſic inquit. Monachis vouē dum eſſet. Voueo obedientiam, caſtitatē, & paupertatem ſecundum regulam D. Auguſtini vſq. ad mortem libere, hoc eſt, vt quando mihi viſum fuerit mutare poſſim.

Prima ratio cōtra Lutherum.

Vide temulentam verborum pugnantiā vſque ad mortem, vt mutare poſſim. Si enim vſque ad mortem, quomodo mutari poteſt? nam vinculum quod ante mortem abrumpitur, non eſt vſque ad mortem firmum. Igitur concluſio hæc è duobus pendet. Prius eſt, vtrum legitime ac decenter tale votum facere quis poſſit perpetuum? Poſterius, ad ſtatum perfectionis ſit neceſſariū? Et quidem priorem partem nemo niſi mente cæcus, negare valet. Enimuero cum ſe homo ciuilibus contractus in perpetuum obligare queat, cur ſe non poterit Deo æternum mancipare? vt quod antea integrum erat, atque adeo ſibi liberum facere, deinceps, per datam fidem in vinculum præcepti tranſeat? Poteſt inquam quiſque res ſuas in perpetuum vendere, poteſt & libertatem ſuam connubiali fœdere cōiugi obligare, vt nexus inde neſtet inſolubilis, imò vero ſecundum ciuiles leges poteſt qui ſeſe in perpetuum ſeruum alteri vendere, atque adeo alijs multis modis ſuam alteri ſic in perpetuum impignorare fidem, vt citra culpam nullus ei pateat ad libertatē regreſſus. Quid ergo obſtat quominus ſe Deo, cui ſeruire regnare eſt, ſe quiſque poſſit ſeruum offerre, idque inſolubili vinculo ſanctiſſime confirmare. Addit huc, quod ſacerdotes decenter etiam irreuocabili fœdere ſacrorum miniſterio alligant. Adde quod qua ratione iſti negant poſſe ſe quenquam legitime & congrue in perpetuum obligare, negare coguntur id fieri poſſe in tēpus aliquod certum ac præfinitum, quantumcunq. ſit paruum. Nam ſi poteſt ſe homo in annum deuincere, poterit & in duos, & in decem, & perpetuo. Quod nō poteſt in annum, ſit vt neque in menſem, neque in diem neque in horam. Quod eſt totam voti naturam denegare. In ſumma, iſti nullam obligationem in voto cognoſcunt. Haud ergo ad ſuam phreneſim reſpondendum eſt, eis contra ſapiētis documentum, ſimiles videamur. An vero conſiliorum exercitium citra perpetuum votum non mereatur ſtatus nomē, monſtrādum nobis reliquum ſit. Id quod ſic elucidatur, ſtatus, idem ſua vōce eſſe iudicatur, quod conditio libertatis, aut ſeruitutis, dicitur enim ſtatus matrimonialis, propter vinculum fidei inter coniuges, quæ quædam eſt ſeruitus, & ſtatus mulieris ſolutæ propter libertatē, ſtatus autem ſpiritualis ſiue ſeruitutis ſit ſiue libertatis, non ſolū internè obligationem, quę Deo patens eſt requirit, verum & externam ſolennitatem in conſpectu eccleſiæ. Non enim hæc de ſtatu gratiæ aut peccati vobis ſermo eſt, qui in foro tantum Dei decernitur, ſed de illis ſtatibus atq. ordinibus, quibus eccleſiæ pulchritudo compaginatur, quę ceu regina ſponſo a dextris aſſidet, citcūamicta varietate. Exemplū in ciuilibus patet. Haud enim ob id, quod quis alteri ſeruiat, in ſtatu ſeruorum eſt, nam poteſt quiſque libere alteri inſeruire, ſed quia ſolenniter ſe in ſeruum tradit. Nec vero in ſtatu libertatis aſſeritur, propterea quod qualitercunq. a ſeruitute ſe eripiat, nam poteſt fugere, ſed quia publico inſtrumento libertate donatur. Pari vtique modo & ſi quiſq. abſque ſolenni voto poſſit cōſiliorum exercitio proficere, atq. adeo illum charitatis gradum ac meriti apud Deum attingere, quem religioſorum multi nondū fuerint aſſequuti ſtatū tamen perfectionis nemo abſq. perpetuo vinculo habet. Et vice verſa, quamuis religioſus non pro ratione & dignitate ſui inſtituti fuerit charitate progreſſus, nihilominus ratione ſolēnis voti in ſtatu eſt perfectionis. Ob idq. vbi cætera paritatem habeant, idē opus religioſi, vt q. 2. dictū eſt, cumulatioris eſt apud Deū meriti. Cōfirmatur autē eadē noſtra cōcluſ. aduerſus iſtos hæreticos. Nam niſi perpetuo voto religio conſtarent, multa eſſent Euangelica teſtimonia, quæ nullum haberent legitimum ſenſum. Illud enim Luc. 9. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei, etiam ſi de Chriſtiana religione in vniuerſam veritatē habeat peculiariter tamen vitæ monaſticę ſācti applicant, ſicuti & illud Luc. ſeptimo. Memores eſtote vxoris Loth. Et tamen ſi citra culpam liceret a cœnobio in ſeculum retrogredi, nihil iuris regni Dei illa ratione deperiret. Et illud ſupra citatum Leuit. 27. Omne quod Domino conſecratur, ſiue homo fuerit ſiue animal, non veniet nec redimi poterit, ſed ſanctum ſanctorū

Confirmatio Lutherum.

Secūda

eſt.

erit, haud inepte, vt supra videmus, sacerdotibus monachis assuitur. At quid cum istis disputamus nisi religionum instituta solenni voto firmarentur, quidnam essent aliud religiosorum claustra, quam hominum ludibria, nempe hodie plena cras vacua? Et qui hodie cucullam gestaret, cras

Argum. esset opifex coniugatus. Restat autem contra ea quæ dicta sunt postremum argumẽtum soluere Inter cœnobitas nihilo secius distinguendi sunt tres hominum ordines, quam inter seculares, videlicet incipiẽtiũ, proficientium, & perfectorum non ergo omnes sunt in statu perfectionis. Ad hoc

Solutio. vero per ea quæ circa postremam conclusionem modo dicebamus, respondetur.

Thom. Nam etsi antecedens verum sit, consequentia tamen, est nulla. Dicuntur enim esse in statu perfectionis, non propter progressã ad culmen, sed propter votum. Quamuis pudore deberent monachi omnes suffundi, qui non ad eum connituntur scopum, quem habitu & ceremonijs profitentur. Igitur qui monachorum statum, sic explicatum, perfectionis esse denegas, in ius omne naturale, scilicet diuinum & humanum iniurius est. Haud enim vnquam vlla fuit mundi ætas, in qua non essent aliqui a reliquo populo vitæ instituto semoti, qui specimen aliquod religionis præseferrent. Initio namque statim nascentis orbis, inter cæteros mortales legitur Gen. 5. Enoch peculiariter ambulasse cum Deo. Quare non refertur morte sublatus, sed non apparuisse. Et inter Phil. Pythagoreorum scola ac Diogenis assecle vitam agebant a communi cœtu secretam, ab ijs videlicet abstinentibus secularibus fruitionibus, quæ votis monasticis abijciuntur. Et Romæ erant sanctimoniales quæ vestę virginitatem voto consecrabant. Et Hier. 35. commemorantur Rechabitæ, quorum religionis professio erat, vinum non bibere, neque domos extruere, neque sementem serere, neque plantare vineas. Et de Elia atque alijs Prophetis refert Pau. ad Heb. 11.

Paulus. quod circumibant in melioris, in pellibus caprinis, egentes angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & in cauernis terræ. Et ut c. 3. super Matth. è Ioseph. libr. 18. antiquitatum retulimus, ante

Ioseph. aduentum Christi degebat in deserto Iudeæ Essenorum collegium, a reliquo populo incellulis segregatum, videlicet a matrimonijs abstinens, parcissimoque cibo vtens, eodem denique instituto, quo Christianum Anagoretæ mirifica sanctitate viuentes. interquos fertur Ioannes Baptista nutritus. At quando in hunc diuum incidimus, quis nam eum respiciens in religiones audeat obgannire. Hic namque Domini præcursor antea sanctus quam natus, non aliter appropinquans regnum cęlorũ prædicare tentauit quam ab humano conuictu remotus, habitusque & victus horrore significantius quam uerbo, illius principium vitę nos admonens, quam pro sua uirili monachorum institutores imitari sata gerunt. De Apostolis autem angustia loci dicere non sinit, quemadmodum a magistro suo prima susceperint semina, primaque iecerint fundamenta cœnobiticæ vitę. Vuald.

Alij n. fuerunt, inter quos Thomas Vvaldensis 2. & 5 tomo de sacramentalibus ad uersus. Vvicleff, argum hoc ditissime locupletauerunt. Mihi autem is tãtum animus fuit, vt scolastico stylorem vtcunque summatim dilucidarem.

Ad primum igitur arg. respondetur, religionis nomen cõmuni vulgariq; significato vniuersos comprehendere mortales Ad primũ arg. ac præcipue Christianos, quatenus Deum virtutum officijs secundum legis præcepta colũt. At vero per Antonomasiam illis tribuitur, qui super præceptorum cultum, cõsiliorum statum capessunt, siue religio a religando dicatur, vt Aug ait, in De vera religione. nempe quod præter præceptorum nexum arctiori se religant, siue, vt Cic. lib. 2. de natura Deorum visum est, religiosi relegendo dicti sint, quippe qui omnia quæ ad cultum Dei pertinent, relegent & tanquam relegant. Sacerdotes autem hoc pariter nomine, videlicet sacerdotum, quod sequenti lib. iterum dicturi sumus, per simi lem antonomasiã appellantur eo qđ inter Christianus qui suo modo se suaq; Deo sacrificant, proprie sacrificia offerunt. Quare antiqui Patres monachorum religionem, non verebantur perfectam appellare, ut est apud Vualdensem tomo 5 c 83. Videre.

Ad 5m arg. egregie Aug. respondit in li. de perfectione iustitiæ, perfectionẽ charitatis i hac uita absolute uniuersaliterq; nobis Ad secũdum ar. pcipi, adeo vt sub illo gñali præcepto, Diliges Dominũ Deum tuum ex toto corde tuo, dilectio eiiam patriæ cõprehendatur.

Enimuero, ſicuti in inferno nunquam a Dei odio deſiſtitur, quod illic etiam peccatum eſt, licet non ſint maioris pœnæ demeritorium, ita & in patria vbi nunquam a Dei amore ceſſatur, mandato dilectionis obeditur: tametſi meritum gloriæ non augeatur. Ex hoc autem Augu. aſſerto Lutherus ſuum illud delirum dogma elicuit: Quod nemo in hac vita dilectionis mandatum implere valet. Ex quo rurſus intulit, quod cum ſingula opera ad normam eiuſdem mandati exigere teneamur, quocunque opere cuiuſcunque virtutis peccamus. Hoc enim erat illius homi nis ingenium, vt paſſim pugnantia diceret. Haud ſiquidem cæcus videre potuit, quemadmodum diceret, Deum nos ad impoſſibile obligare: quod ex ſententia Hier. aſſertu impium eſt, vt lib. 3. De natura & gratia, c. 4. latiſſime demonſtrauimus. Aug. ergo illic ſe plane explicat. Vbi duplicem charitatis perfectionem dignoſcit: nempe viæ & patriæ, per charitatem enim viæ tendimus in illam, quæ eſt patriæ. Quare perfectio huius noſtræ eſt, recta ad bruium currere, vt dicit Paul. Perfectio autē patriæ eſt in Deo ipſo quieſcere. Atque adeo in hac vita implemus præceptum tanquam viatores, vt ex toto corde, idem ſit quod nihil charitati aduerſum mentis aſſenſu concipere. In patria vero, tanquam comprehenſores, vt ex toto corde idem ſit, quod continenter ſic amare vt nihil de amoris feruore neque per minimam negligentiam vnquam remittamus. Quin vero non ſolum impletio mandati charitatis in hac vita eſſe poteſt, quæ incipientibus cum aliquo colluctatur timore, verum & perfecta charitatis quæ ſecundum Io. foras mittit timorem, quia vt ipſe ait 1. Cano. c. 2. Qui ſeruat verbum eius, vere in hoc charitas eius perfecta eſt. Et Chriſtus nos admonet, vt ſimus perfecti, ſicut eius pater. Et Pau. 2. ad Corin. 13. De cætero fratres gaudete, eſtote perfecti. In ſumma, vt Lutheranis ſatisfaciamus, non Aug modo, verum & Pau. ad Philip. 3. vtrunque perfectionis gradum, nempe viæ & patriæ plane diſtinxit, ait enim primum. Non quod iam acceperim, vt iam perfectus ſim, ſcilicet triumphantium perfectione. Sequor autem ſi quomodo comprehendam. Perfectio ergo viæ ſequi eſt, de qua protinus ſubdit. Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus. Igitur 1. ad Cor. 13. de perfectione patriæ ſoquebatur, per quam illa, quæ cum fide viatrix eſt, euacuabitur. Iacobus autem intelligit etiam perfectos in uia, in multis venialibus offendere, quæ charitati non aduerſantur. Ad aliud autem ad Coloſ. 3. iam conceſſum eſt, perfectionem quidem in charitate conſiſtere. In conſilijs autem tanquam inſtrumentis. Ad tertium argumentum per ſecundam concluſionem ſatisfactum eſt, nempe in illis duobus mandatis, tanquam in conſeruantibus, eandem ſitam eſſe perfectionem.

Lutheri peſtiferū dogma.

Hieron.

Paulus

Ad tertiū arg.

ARTICVLVS II.

Vtrum paupertas ad mendicitatem vſque ad perfectionem uitæ monaſticæ pertineat.

POſtquam in genere de perfectione cœnobitici inſtituti dictum eſt, congruit, vt de ſingulis trium votorum nonnihil diſputationis adhibeamus. Et primo de paupertate quæritur vtrum vſque ad mendicitatem ſit congrua, videtur enim Apoſtolus 2 ad Corinth. 8. modum Chriſticolis eleemoſynarum præſtituere: Si voluntas, inquit, prompta eſt, non ſecundum id quod non habet, non enim vt alijs remiſſio, vobis autem tribulatio, ſed ex æqualitate. Vbi ſic Chriſti alumnos, ad eleemoſynas animat vt ſimul admoneat ne ſe tribulatione paupertatis premant. Et glo. ſuper illud ad Timo. 6. Habētes alimenta & quibus tegamur: ait, non eſſe hæc temporalia abijcienda. Secundo, qui ſe periculo obijcit impatientiæ, in culpa eſt, qui autem ſe in mendicitatem adigit, tale ſubit periculum, ergo id non eſt virtus. Secunda vero premiſſa, multis teſtimonijs comprobatur. Ait enim Sapiens Prouer. 30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, ſed tribue tantum victui meo neceſſaria, ne egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei. Et Eccleſ. 27. Propter inopiam multi deliquerūt. Et Phil. 4. Eth. Videtur, inquit, diuitiarum corruptio perditio quædam ipſius hominis, quippe cum homo diuitijs viuat. Tertio, virtus, vt 2. eſt Tth. in medio conſiſtit, mēdicitas autem extremū eſt. Eo potiſſimum & diuitiæ felicitatis inſtrumenta ſunt, vt 1. Ethic. auctor eſt Philoſ. cui & Eccleſ. ca. 31. aſtipulatur. Ergo mendicitas aduer-

Primū arg.

Gloſſa.

Secūdū arg.

Ariſtot.

3. Arg.

aduersatrix potius est perfectionis quam
4. Argu. nutrix. Quarto esto consilium sit cuncta prorsus propria abijcere: non tamen inde sit protinus consequens, vt mendicare liceat, sed tenentur tunc monachi manibus laborare, sicuti Paulus 1. ad Corint. 4. se feciſſe testatur, & Actu. 20. Ad ea enim, inquit, quæ mihi opus erant ministrauerunt manus istæ. Et 2. ad Thes. 3. Si quis non vult operari, nec māducet. Quin-
5. Argu. to, quando hæc omnia cessarent, conducentius ad monachorum quietem esset, aliquid saltem in communi possidere, quam vt victum quæritantes inter seculares oberrarent. Accedit postremo quod Episcopi altiori sunt gradu genere suo quanto cœnobitæ: quorum tamen perfectioni mendicitas non congruit. In contrarium autē est verbum Christi, Matt. 5. Beati pauperes spiritu: vbi textus Græcus habet, Beati mendici.

Quamuis in superioribus assertum fuerit paupertatem perfectioni charitatis inseruire, scire nihilominus superest, quoniā gradu sit capessenda. Duplex nanque paupertatis genus inter religionum cultores inuenias, alij nanque sunt quadripartiti, quorum primæua institutio fuit mendicitas, hoc est vt neque priuatim ab vllo monachorum, neque in communi a toto cœnobio quod quam possideretur: sed quotidianis eleemosinis victitarent, siue oblatis, siue quæsitis, & postulatis. Vtra autem istarum pauperratum ratio sit alteri præferenda, non desunt qui disputent. Immo nec defuerunt hæretici qui vtranque refutarent. Respondetur ergo tribus conclu-
Prima conclu. sionibus. Prima. Omnimoda mendicitas, nempe vt neque priuatim neque in communi aliquid possideatur, si genere suo existimetur, plus habet dignitatis, & meriti apud Deum, quam in communi possessio. Prima conclusionis ratio, ex rerum natura, vt supra dictum est, proficiscitur, est
Prima rō cōclusionis. enim religionis monasticæ institutio, illa amp'ecti disciplinam per quam ad perfectionem charitatis expeditius ascendatur, primum autem quod hominum animos fascinatos ad sui amorem, inescat, est rerum possessio. Nam cum pecuniæ obediāt omnia, qui illam amat, per eam cuncta cōcupiscit, & qui illam obijcit, omnium quo dammodo mundanorum affectus ab se fa
Augusti. cile amputat. Vnde Augusti. in lib. trigin-

ta trium quæstio. Nutrimentum charitatis est diminutio cupiditatis, perfectio, nulla cupiditas. Esset ergo tutius nunquam amorem in hanc rerum lubricitatem infixisse. Attamen secundum hunc alter est gradus ab eisdem cum possidentur animū euellere quod longe est difficilius. Quocirca idem Aug. ad Paulinum & Therasiam: Terrena, inquit, diliguntur arctius adepta, quam concupita. Nam inde iuuenis ille Euangelicus tristis discessit, quod magnas habebat diuitias. Aliud est enim nolle incorporare quæ desunt, aliud iā incorporata diuellere. Illa nanque velut extranea repudiantur, ista vero velut membra præscinduntur. Non igitur inconsulto legislator noster inde legiferam suam concionem orsus est. Beati pauperes spiritu. Quapropter quanquam nihil aliud laudis in sancta paupertate comperiretur, hæc esset præclarissima, quod primum verbum, Deus, legem verbi positurus, os suum aperuit, fuit felicitatē in ipsa collocare. Quod autem hæc paupertas vsque ad mendicitatem & nuditatem sit Christi alumnis commendabilis, magnifice Paulus exaggerat in posteriori Epistola ad Corinth. cap. 8. Scitis, enim, inquit, gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues, vt eius inopia vos diuites esseris. Si ergo, vt supra diximus, nullum officium præstitit, quod ex rei natura non esset honestum, consilium est diuitibus, in pauperes sua bona distribuentes egenos fieri, vt cælestibus diuitijs perfruantur. Accedit & eiusdem Seruatoris exemplum, quod nihil possedisse legitur, nisi quod illi in diem suæque familiæ porrigebatur. Vnde Matth. 8. Filius, inquit, hominis non habet vbi caput suum reclinet. Accedit insuper & eius institutio. Matth. 19. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, vel patrem, vel matrem, vel vxorem, vel filios, vel agros, propter nomen meum centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Vide quam cūctis rebus eum denudet qui optauerit esse perfectus. Quare Apostolis quos lucē mundi, & sal terræ esse voluit. Nolite, inquit possidere aurum neque argentum, neq. pecuniam in zonis vestris. At vero propter cauillum quarti argumēti subtexitur secunda. conclus. Religiosi q. proprijs renuntiarūt, nō tenentur manuū

Mendicitas in sacris literis cōmēdat.

Secūda conclu

labore victum quærere, ſed iuſtiſſime mendicare poſſunt. Concluſio eſt de qua D. Auguſt. Auguſti iuſtum volumen de opere monachorum inſcripſit, quam ſubinde D. Tho. opuſculo 19. cap. 5. locupletiſſime ſimul ac diſertiſſime contra religionum hoſtes dilucidauit. Graphice nanque gloſſa ſuper caput Exodi quintum, hæreticos, qui monachos in manuales labores adigunt cum Pharaone componit qui Moyſen & Aarō obiurgabat dicens. Quare ſolicitatis populum ab operibus ſuis? ite ad onera veſtra. Probatur ergo concluſio, iure naturæ, & gentium, & cum primis diuino. Finis ſpiritualium bonis temporalibus præſtantior eſt, ſed in republica milites & æquites, atque adeo iudices qui ad bella gerenda, aut ad tuendam iuſtitiam, aut denique ad rempublicam adminiſtrādam deputati ſunt, communibus ſtipendij populi ſuſtentantur: quod & Paul. ad Roman. 13 iure etiam diuino iuſtum exiſtimat. Ideo enim, inquit, tributa præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt. Religioſi autem monaſtice viuentes, ſpiritualium functione Reipublicæ inſeruiunt, quod multo eſt magis ipſi neceſſarium, quam temporalium adminiſtratio. Ergo nihil aliud quam naturæ ius, & gentium, ac diuinum eſt, vt populi eleemoſinis ſuſtententur. Illi nanque qui verbi miniſterio incumbunt, digni ſunt mercede ſua, nam ſtudij gratia, neceſſe habent a manualibus operibus eximi. De quibus ideo Paul. 1 ad Cor. 9. Per exempla complura a naturalibus deſumpta colligit eos qui ſpiritualia ſeminant, ius habere metendi temporalia. Sic enim inquit, Dominus ordinauit his qui Euangelium annuntiant de Euāgelio viuere. Vbi gloſſa, ſic Deus ratio nabiliter diſpoſuit de prædicatoribus, vt expeditiores ſint ad prædicandum. Imò vero & Chriſtus Mat. 10 idipſum explicuit. Ob id enim diſcipulos ſine opera prædicatum dimiſit, quod dignus eſt operarius cibo ſuo. Et quando hanc prouinciam non ſuſceperint, quæ tamen mendicantium ordinibus ſolennis eſt, vacant etiam ſacramētalibus confeſſionibus audiendis. Imò vero his etiam ceſſantibus od id quod ſtatos pſalmos ſolenniter perſoluunt, precesque aſſiduas pro populo fundunt, & ſupra hæc omnia ſacrorum ſtudijs diuinæque contemplationi vacant, ius habent diuinum & naturale vt populi ſtipendijs viuunt. Vn de Augu. opere illo citato, Si Euangeliſtæ, inquit, ſint, poteſtatem habent deſumptibus fidelium viuendi, ſin miniſtri altaris, eandē non arrogant, ſed plane ſibi vendicāt poteſtatem. Quin etiam Apoſtolus ipſe loco citato rem ad certum officium non perſtringit, ſed in geuere ait, Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt? & qui altario deſeruiūt, cum altario participāt? Quo fit vt qui monaſticos religioſos operum ſolicitudinibus implicare contendūt. Marthę opinionem ſequatur, quæ ſororē ſuam ad pedes Chriſti contemplatione fruentem deuellere in de conabatur, vt ſe iuuaret. Quā quid Chriſtus opinionem ipſi retudit, dicens, Porro vnum eſt neceſſariū. Ob idq. bene gloſſa in lud Matth. 6. Reſpicite volatilia cæli, nō laborant, &c. & tamē Deus paſcit ea, ſanctis contēplationi vacātibus attribuit. qui ita a mūdo ſurſum erecti ſunt, vt nil in terris agētes aut laborantes, ſola contēplatione in cælo degāt. Merito ergo Hier. in prologo ſupra Iob, eos obiurgat qui malunt monachos fiſcellā iunco texere, aut palmarū folia cōplicare vt in ſudore vultus panem edant, quā iuxta ſententiam Seruatoris diuinorū cibum operentur qui non perit. Accidit ſupreme quod mēdicitas ad humilitatē non parū confert, qua ratione Alexio atque alijs sāctis laudi datur q̄ ſplēdidas facultates ab ſe abdicauerint, vt mēdicata ſtipe viuerēt. Impietas ergo eſt ſanctam mēdicitatē impugnare, atq. adeo peregregiū charitatis officiū monaſticos mendicantes alere. Tertia concluſ. Quamuis genere ſuo mendicitas omnimoda præferenda ſit, poteſt nihilominus ratione finis altarumque circūſtantiarū pro tēpore & loco conducē tius eſſe ea in cōi poſſidere, quæ monachorū victui sūt neceſſaria. Concluſio eſt quæ ex D. Th. colligitur 2.2.q.188.art. 7. Atqui in primis q̄ eiuſmodi poſſeſſio nihil de religionis perfectione deterat, tum canon, expeditur in part. tum ex ſuperioris palam fit. Haud n. in paupertate perfectione ſitā eſſe monſtrauimus, ſed in charitate. Cum ergo in paupertate ea rō ratione conſiſtat quod rerum amore ſolicitudinēq. præſcindat, ea paupertatis ſpecies in vnaquaq. religione præſtantior eſt. q̄ ad eius finē aptius confert. Etenim vt iuſtrumētum, ac medicamen non eo melius quo maius, ſed quo

ad finem

Auguſt. D. Tho. Gloſſa. Probō concluſionis. Paulus. Auguſt. Gloſſa. Hieron. Tertia concluſ. D. Tho. Prima rō cōclu ſionis.

ad finem accommodatius,& sic de paupertate censendum. Vnde si ordo institutus est ad contemplationis opera & prædicationem, quod quidem munus altam mentis quietem requirit,& tempora extant vbi a populo non facile religiosorum egestati succurritur, non solum perfectioni non repugnat aliquid habere in communi, verũ confert. Quoniam illa monachorum diuagatio, quæ ad victum quærendum necessaria est, otium non secum permittit, quod ad eiusmodi spiritualia munia exercenda est operæpreciũ.

Secũda ratio.

Secundo & ex eadem temporum inclementia alia oriri potest commoditas eiusmodi possessionis in communi. Nempe q̃ postquam charitas refrixit, mendicantes molesti sunt populo & onerosi. Qua ratione religio vilescere in eius oculis incipit. Præterea nimia egestas cogere mendicos assolet aliqua negotia cum secularibus tractare. & aliquibus quandoque improbitatibus victum extorquere,quandoque eorũ instituta obscurant. Adde quòd quando religionis in illa syncera mendicitate instituere fuere, multa eidem instituendæ suffragabantur quæ ab aliquibus iam temporibus languere videmus Primũ enim summa victus parcitate vestituque vilitate cõtenti erant. Adeo vt eleemosinæ quæ nũc uia viginti religionis sufficiunt, pluribus tunc quam centum satis erant,nã & corporis natura facta est imbecillior, & spirituales vires remissiores. Legimus namque in historia D patris nostri Dominici,quãdoque æconomũ obiurgasse, q̃ sæpius quam par esset pitanciam conuentui porrigeret. Quod argumentum est perrarum quidem fratribus fuisse ouorum aut piscium vsum, sed leguminibus victitasse. Mox & charitas tunc populi locupletior erat ac sincerior. Et quod citra pudorem fateri monachi nõ possumus,nostra tunc vita alium quãmodo splendorem habebat,vt populares animos alliceret. Sed ais Rerum possessiones non possunt non possidentium animos solicitare tum ad torturam,tum etiam vt augeantur. Fatemur equidem,sed tñ hoc perpẽdẽdum est vtra nam sollicitudo animos acerbius angat ac diuexet, q̃ritarene quotidie necessaria, an curare quæ in communi possidentur,nam sollicitudo possessionum præter vnum aut alterum qui illas procurat,cæteros vel non tangit, vel quã tenuissime,solicitudo autem quotidiana plurimos occupat. Quod si Christo instituore nostro exemplum sumere lubet, quamuis,vt dictum est, indigentis vitam delegerit, nihilominus eleemosinas sibi oblatas in diem reseruabat. Habebat enim loculos Iudæ commissos. Nam Ioann 4 dicitur quod abierunt discipuli in ciuitate vt cibos emerent. Et Ioann. 13. iussus est Iudas ea emere quæ ad diem festum opus erant. Quamuis non nisi exiguos horariosq. numos seruari sinebat. Quare ad emendos panes satiandæ turbæ pecunia discipulis defuit. Et ne illa quæ in victum tantum, & in pauperum subsidia seruabantur in prophanos vsus verterentur, noluit inde tributum solui,sed Petrum ad piscem misit qui ei didrachma ore porrigeret. Et nõnunquam præ inopia eosdem discipulos spicas collectum misit. Absit ergo vt aduersus omnimodam mendicitatem oblatrare velim, vtpote quam suis nominibus superius illustrauerim. Fuerunt enim olim nonnulli quos D. Thom. opusc. 18. ca. 14. confutare persistit,qui paupertatem reprobabant, nisi necessaria in communi possiderentur,quibus subscribere, errorem existimo. Immo qui syncere, & candide supremam seruant mendicitatem, susceptiendi sunt & exosculandi: Sed tamen hæc dicta sunt,tum ut caussa possidentium in cõmuni defendatur,tum etiam ut mendicantes omnes admonitos habeam quanta esse debent parcitate contenti. Propterea enim asserente Christo Deus pascit volatilia cœli quibus vtique religiosi comparantur. vestitque lilia agri, quod cibo illa simplicissimo, hac vestitu contenta sunt. Porro ergo Diu. Benedictus altissime contemplantium quieti studens,consulte possessiones recipit sibi oblatas, atque alij deinceps religionum institutores. Sed tamẽ humanum ingenium, medium tenere nescium, eousque eorum opes auxit, vt celeberrimum ordinem non parum de suo fastigio detexerit. Quare in ordine nostro hactenus nisi caussa studij non est dispensatum possessiones habere, sed sunt frequẽtia monasteria quibus in antiqua mendicitate viuitur. Vtinam nos Deus,quãtum est hoc maxime seculo Christianæ familiæ necessarium, sustineat.

D. Tho.

Tertia.

Obiectio.

Solutio.

Ad primũ igitur argumentum respõdetur,illic Pauli neutiquam condemnare, si quis

Ad primũ arg.

ſi quis cuncta quæ habet, in pauperes voluerit erogare, ſed humanæ imbecillitati indulget. Rariſſimi enim ſunt, qui arduũ hoc conſilium capeſſant. Et ideo ait neminem cogere vt ſic alienis miſerijs conſulat, vt ſeipſum neceſſarijs deſtituat. Et eodem pertinet citata gloſ. ad Timoth. nempe non eſſe prorſus abijcienda temporalia. Ad ſecundum reſpondetur, eum qui vltro temporalia bona propter Chriſtum deſerit, nulli ſe periculo nec temporali nec ſpirituali obijcere Spiritualiinquam, quia quod homo bona cauſa ſponte ſua facit periculum non affert pœnitentiæ ac triſtitiæ, ſed quando quis inuitus ſuis expoliatur. Imo vero a diuitiarum poſſeſſione præſentius periculum imminet, iuxta illud 1. ad Timoth. vlt. Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli. Nec vero periculo corporali ſubduntur. Nam vt ait Pſal tes. Diuites eguerunt & eſurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. Qui enim nos ſolicitos eſſe ꝓhibet in caſtrinum, curam gerit noſtri. Salomon autem ſuum præſentiens ingẽiũ, non ſe audebat extremæ paupertati committere, ob idque mediocritatem vitæ puſtulabat. Nam etſi ut ſupra diximus, opum affluentia nocua ſit homini corruptæ naturæ, tñ raris ſunt qui inopiam fere queant. Sicuti infirmi licet videant vinum ſibi nocere, nihilominus non ſemper ſe continere poſſunt, quin tantillum guſtent. Qua de cauſſa propter inopiam multi deliquerunt. Accedit, quòd Salomon erat rex, quare non poterat abſque diuitijs viuere.

Ad ſecũ dũ arg.

Ad tertiũ arg.

Ad tertium reſpondetur, virtutis medium, ſecundum Philoſophum. ſecundo Ethic. non ſecundum quantitatem, ſed ſecundum rationem eſſe ſumẽdum. Et ideo quidquid ex rationis præſcripto fit, ab eodem medio non deflectit. Relinquere autẽ temporalia bona, vt expeditius Chriſtum ſequaris, ratio docet. Nam & lumine naturalis doctus Socrates, vt ad Pulinũ ait Hieronym. auri pondus abiecit, vt contemplationi liberius vacaret. Ad quartum autem argum. reſpondet D. Tho. 2. 2. q. 187. art. 3. ꝙ manualis labore (qua voce humana opa officia comprehenduntur, ſiue manibus, ſiue pedibus, ſiue lingua fiant, eo ꝙ manus organorum illuſtriſſimum eſt) ad quatuor eſſet vtilis. Primo, quidem ad victum quærendum. Vnde primo homini mandatum eſt, vt in ſudore vultus ſui pane veſceretur ſuo, & in Pſalmo, Labores manuum tuarum quia manducabis. Secundo commodus eſt ad vitandum otium, quod multorum eſt cauſſa malorum. Vnde Eccleſ. 33. Mitte ſeruum tuum in operationem, ne vacet, multam enim malitiam docuit otioſitas. Tertio refertur ad concupiſcentiam refrænandum, quatenus labore corpus macerat ur. Vnde 2. ad Corinth. 6. In laboribus, in ieiunijs in caſtitate. Quarto & labor frugifer eſt ad eleemoſinas erogandas, Vnde ad Eph. 4 Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti. Per hæc ergo quatuor membra, ad omnia Pauli loca reſponderur, quibus manualem laborem videtur, ſeu precipere, ſeu commẽdare Illud namque citatum 2. ad Theſſ. 3. Si quis non vult operari, nec manducet, non eſt niſi naturalis admonitio, vt ſcilicet qui aliunde non habet vnde viuat, manibus victũ quærat, vt furta & illicita negotia caute fugiat. Quo utique ſenſu dudum epiſtolam ad Epheſ. citauimus. Huic tamen veritati non obſtat quo minus religioſi diuinis vacantes, ius habeant eleemoſinis viuendi. Huic enim ipſum eodem loco docet Apoſtolus. Nam poſtquam dixit, non gratis panem manducaſſe ab aliquo, ſed in labore & fatigatione operans nequem illorum grauaret, ſubdit. Non quaſi non habuerimus poteſtatem, ſed ut noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum, nos. Quare illud 1. ad Theſ 4 Operamini manibus veſtris, ſicut præcipimus vobis non eſt generale præceptum, vt impugnatores religionum aiunt, quod monachos etiam conuoluat, ſed eos tantum complicans, qui aliter ſine ſcandalo viuere non valent. Quod patet ex ſubiunctis verbis, vt honeſte ambuletis ad eos, qui foris ſunt Religioſi autem ſine ſcandalo poteſt ſtipem ſuſcipere, & poſtulare. Secunda etiam vtilitas corporalis laboris ac ſubinde tertia, nempe ocij euitatio & afflictio corporis, non eſt in præcepto, niſi quando aliter eiſdem incommodis obuiari non poteſt. Monachi autem per alia ſalutaria exercitia otium cauent, & corpus edomant. Quartum denique, nempe eleemoſinas erogare non eſt in religioſis virtus, quippe qui ſemel cuncta largiri ſunt. Niſi caſu extremæ neceſſitatis pauperum

Hieron. Adquartum. D. Tho.

Labor manualis ad quatuor utilis.

quo

quo quidem euentu perinde atque secula res, tenerentur manibus laborare. Hæc ferme D. Thom. loco citato.

Ad quintum deniq. argumẽtum tertia conclusione respõsum est.

ARTICVLVS III.

Vtrum votum castitatis sit de intrinseca ratione religionis.

SEcundum membrum uoti monastici est, castitas. Sed ut eius ratio patẽtior fiat, arguitur illam non esse de intrinseca ratione religionis. Sola ecclesiæ institutione, vt prædicebamus, inuenta est solennitas voti, ergo si ecclesia tale statutum abrogaret, profiteri quis posset religinem absq. uoto solenni castitati. Secundo Sacerdotium ac religio hac ratione adæquantur, quod utrobiq. fit votum solenne castitatis. Sacerdotalis autem ordo uerus & legitimus existere põt absque huiusmodi uoto, vt in Græcorũ sacerdotibus videre est, quod pariter posset ecclesia de nostris etiã decernere, ergo & religio sine tali voto esse potest. Tertio. Militare cruciferorum instituitum, est vera, ut aiunt, religio, emittunt nanque explicite tria uota, & tamen dispẽsatum iam est cum illis, vt in religione perseuerantes, uxorum fœdus inire ualent, ergo huiusmodi uotum non est de intrinseca ratione religionis. Quarto deniq. arguitur, Omnis perfectio vitæ Christianæ apostolis secundum Christum in more esse cœpit. A postoli uero non vñr continentiã seruasse. nam de Petro Christi uicario legitur Matth. 8. socrum habuisse, ergo castitas non est de intrinseca ratione religionis. In contrarium faciunt uerba capituli supra citati, Cum ad monasterium, de statu monachorum, cuius calce habetur, Abdicatio proprietatis, sicut etiam custodia castitatis, adeo annexa est regulæ monachali ut contra eam neq. summus Põtifex possit indulgere.

Primũ argum.

2. Arg.

3. Arg.

4. Arg

Qõ hæc duo habet sensus. Prior est, utrum re uera nunc votum castitatis annexum sit religioni, idq decentissime: cuius affirmatiua conclusio definitiua est ecclesiæ contra hereticos, ut hi ca. Quod uotum. de uoto lib 6. Fuit. n. Iouinianus qui matrimonium cœlibatui adæquabat, qui de eadem hæresi perinde condẽnatus est, arq. de alia Vigilantius, quod diuitias exequabat pauperrati. Posterior uero sensus est, utrum cum solennitas uoti, hoc est uouendi ceremonia, sit de iure ecclesiastico, ut illic refertur, sic & annexio ipsa castitatis ad religionem sit de iure ecclesiastico, ita ut per ecclesiam fieri possit ut religio absq. castitate uera maneat religio, an uero sit de iure diuino ut per ecclesiam institui uera non possit absq. castitate religionis substantia. At quoniam solus nobis est animus de secundo sensu cum catholicis disputare, quoniam prius orthodoxus est, acperinde nemici nisi hereticis dubius, unica conclusione sub probabilitate, quæ mihi quam maxima est, respondetur, Sic est castitas religioni annexa ut nulla humana dispensatione fieri possit, vt religio absq. castitate rem habeat suo nomini congruam. Haud ergo hic disputamus utrum ualeat Papa super uoto solenni religionis dispensare, hoc est vtrum eximere professum queat a sua religione, de qua re q̃ præce. satis dissertum est. Sed hoc tantummodo in pñtia subdoctiorum censura negamus quod religiosus vere persistens euangelicus monachus in cõiugio possit eiusq, usu permanere. Et quidem conclusio est S. Tho. vt q. 4. uidimus. Apparet tamen eam negare Scot. 4 di. 38. vbi non alia de causa sentit solenne votum religionis matrimonium dirimere, quam quod ecclesia in cuius ẽ manus uouens tradidit, eum illegitimum fecit ad matrimonium, quorum similibus verbis vtitur Caiet. vt q. 3. vidimus 2. 2. q. 88. art. 7. Vnde elici videtur in potestate ecclesiæ situm esse vt religiosi simul possint cum coniugionem retinere, perinde atq. sacerdos suos ordines Conclusio tamen nostra contraria plane ab Innocentio ca. citato. Cum ad monasterium afferta videtur. Nempe ubi insinuat castitatem iure diuino annexam esse religioni. Et quod sit ita probatur ratione. Religio nomine ipso nihil aliud significat quam quod Christus euangelicum adolẽ secutum docuit. Si vis perfectus esse, uade & vende &c. & sequere me. Et quod subin de Petrus subiunxit. Ecce nos reliquimus oia & secuti sumus te, &c. qui autem cõnubiali nodo se semel innexuit, nomine quidem potest sed tamen re ipsa non reliquit omnia, imo neq. seculum, ergo non est, vt

Conclusio respõsiua.

S. Tho. Scotus.

Caieta.

Prima ꝓbatio conclusionis.

Duplex qõnis sẽsus.

Secũda

re

re euangelicus religioſos. Media propoſitio probatur ratione S Tho. 2. 2. q. 186. art. 4. Rex enim vxoria vtroq cornu è diametro pugnat cum religione. Primum cõtraniitur contemplationi, diuinorumq. meditationis, quibus ſecundum nomen ſuũ debet ſedulo religioſus uacare, renititur in quam propter voluptatis vehementiam quæ ex Venere naſcitur, cuius vtiq. frequentatione concupiſcentia augetur, vt Ethic. cõmonitor eſt Ariſt. vnde Aug. in 1. Soliloquiorum. Nihil, inquit, ſentio quod magis ex arte deiciat animum virile quam blandimenta fœminæ, corporumq. ille contractus ſine quo vxor haberi non poteſt Nec vero naturalis ratio valde eſt recondita. Etenim cum contemplatio ſubtiliſſimis puriſſimiſq. ſpiritibus foueatur, carnaliſq. ac brutalis ille vſus ſpirituum multitudinem inſumat ſanguinẽq. a corde vehementer diſtrahat cuius collectio ad mentis attentionem neceſſaria eſt, fit vt idem vſus habetudinem mentis efficiat, Qua vtiq. de cauſam. Pau. 1. ad Cor. 7. cõiugibus conſulebat vt orationis tempore toro ſeparentur. Altero autem cornu ſtatus cõiugalis religioni colluctatur, qd̃ eſt adminiſtratio ſolicitudoq. rei familiaris. Vnde eodem loco Pau. Qui ſine vxore, ſolicitus eſt quæ dñi ſunt, quomodo placeat Deo, qui aũt cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Vbi ſi meditatius attendas ad viuum expreſſit religionis facie, eamq. e regione oppoſuit cõiugio, quaſi maritari nequeant. Quo circa monachi, hoc eſt ſoli inde potiſſime nomen trahunt, quod cõiugali cõſortio ſemoti viuũt. Secũdo id apertius explicatur Duo alia uota. ſ paupertatis & obedientiæ, adeo ſunt a voto caſtitatis pendentia, vt hoc ſublato reliqua continuo ſuſtuleris. Matrimonialis quippe ſarcino votum legitimæ paupertatis procul reſpuit. Qui. n fieri poteſt vt vxorẽ quis, & liberos atq. familiam illis appendice alere in paupertate valeat ? Eo præſertim q̃ non ſolum dẽt liberis iu tps prouidere, ſed in perpetuũ proſpicere, ac perinde poſſeſſiones & primogenituras ambire quas illis relinquat. Adde, q̃ neq. legitimę obediẽtiæ, de qua Chriſtus ait, Sequere me. vxorius vir vacare poterit. Quare Pau. Chriſti aſſeclas peculiariter optaba manere ſicut ipſe erat, abſq. vxore. Eo ergo ipſo q̃ eccleſia votum caſtitatis a religionibus ſeiungẽ ret ſinceritatem ipſam religionum euangelicam funditus conuelleret. Quare id certe, vt ſua eius cenſura loquar non eſt factibile. Hinc diſcerniculum colligitur quo iudicandum eſt ſitne quæuis religio veræ abſolutoque nomine religio, hoc eſſe vnicum vtrum intrinſece annexum habeat matrimonium contractum ſeu potius attentatum dirimere, quod quidem nulla habet religio niſi auctoritate eccleſiæ inſtituentis ſolennitatem voti, vt habetur in d.c. vnico, de voto li. 6. Quapropter religioſi tertij ordinis D. Franciſci, & noſtræ, ſolenne votum non emittunt quamuis expreſſius inculcatiuſq dicant ſe facere tria vota. Hoc dixerim de iure antiquo, nam iam Sixtus Quartus per ſuam Bullam declarauit eiuſmodi fratres facere ſolenne votum. Et poſtmodum alij ſummi Pontifices idem etiam decreuerunt de quibuſdam ſanctimonialibus noſtris eiuſdem ordinis, quas Beatas appellamus, quæ incluſę viuunt Ille autem quæ clauſuram non ſeruant, idem Bullæ non ſubduntur. Multo autem minus iſti Eremitæ qui hac noſtra tempeſtate in montibus diſperſim degũt. Nam etſi epiſcopo promittant obedientiam, nõ intelligunt niſi pro tempore quo voluerint illic commorari. Immo neque de ratione illius inſtituti eſt vt votum ſuſcipiant, ſimplex caſtitatis. Tametſi citra illud non eſſent admittendi.

Res vxoria cum religione diametro pugnat.

Ariſtot.

Auguſt.

Secũda ratio.

Ad primum igitur capitalium argumẽtum conceditur voti ſolennitatem, vt habetur in dicto cap. vnico, de voto, lib. 6. ab eccleſia conſtitui, hanc autem illam inſtituente approbanteque religionem, ex qua matrimonij impedimentum ſequuntur. Sed iam quæſtione proxima negata eſt cõſequentia, qua infertur connexionem caſtitatis cum voto religionis non eſſe de iure diuino. Eſt enim in poteſtate eccleſiæ vt hæc aut illa habeatur pro religione, attamen poſtquam conſtituitur religio, de iure diuino eſt vt habeat caſtitatem annexam, ſecundum illud Vade & vende omnia quæ habes, & ſequere me Nemo. n. ſatum habere poteſt via conſiliorũ ſequendi Chriſtum, niſi ſit ab vxore liber, atq hoc ex intima rei natura. Ad ſecundum rñdetur, ſacerdotalem ordinẽ nullatenus eſſe religionẽ, alias citatus canon & Doctores non ſub duorũ forma explicuiſſent ſolẽne votum,

uotum, dicentes consistere & in susceptione sacri ordinis, & in professione religionis. Ex quo fit hoc inter sacerdotium & religionem differre, vt D. Thom. loco citato artic. 11. edocet, quod votum castitatis nõ est de intrinseca ratione sacerdoti perinde atque aliud religionis. Immo sacerdotale ministerium seruari absque eodem voto potest. Hanc ob rem qui sacris initiatur, non perinde atque religiosus expresse ait, voueo. Quare non est votum explicitum, sed implicitum porro in ipsa ordinum susceptione abditum. Votum inquam tantum castitatis Cætera nanque relique religionis nec implicite facit. Haud enim paupertatem vouet aut obedientiam, sed fit sui episcopi subditus, etiam si absens sit, nõ autem ordinantis. Quo fit, vt Græci eiusdẽ sint nobiscum generis sacerdotes. Sequitur subinde secundo Romanam ecclesiam posse idem tollere votũ saluare ipsa sacerdotum. Negatur ergo consequentia quæ inde extruitur ad probandum religionem absque tali voto posse consistere Sed infers contra, ergo incongrue sacerdotale votum dicitur solenne. Negatur consequentia, sed tamen ingenue fatemur quod non est votum solenne de iure diuino tanquam religioni essentiale, sed est solenne de iure positiuo, hoc est tantum statuto ecclesiæ sacerdotes illegitimos reddens & in idoneos cõtrahendo matrimonium. Contra hoc autem emergere videtur argumẽtum supra a nobis informatum. Visi enim hic sumus concederet tantum esse præceptum ecclesiæ ne meriti fiant. Quod si ita est, licet male facerent absque licentia contrahendo, tenere tamen matrimonium, vt paulo ante argumentabamur. Respondemus autẽ non solum esse præceptum, sed statutum inhabiles eos reddens ad matrimonium, perinde atque consanguineos. Habet sese ergo medio modo inter merum præceptũ & solenne religionis votum. Ea propter ecclesia perinde atque prohibitionẽ in quarto gradu, posset hoc tollere votum a sacerdotibus. An vero liceret, quæstione proximè sequenti disputabitur. Ex his sequitur matrimonium ratum non consummatum non dirimi per susceptionem sacrorum ordinum sicuti per religionis professionem. Quod & Caiet. quæst. 12. quol. 1. fatetur. Et causa est quòd sacerdos non fit simpliciter inhabilis ad aliud contrahendum matrimonium, sicuti religiosus, quod cũ illo dispensari potest. Quod cum verum sit, nescio quid Palu. sibi voluerit in 4. dist. 38 q. 3. vbi ait. quod post matrimonium ratum non consummatum vir sacris initietur, & vxor in seculo permanens votũ faciat simplex, inhabilis ipsa reddit ad secundas nuptias, etiam post mortem viri. Nam in primis susceptio illa ordinum non est licita, cum matrimonium non dirimat. Secundo nulla est rationis apparentia quod uotum simplex vxoris in tali casu fieret solemne, vt ipse putat. Quare si mortuo coniuge alteri nubat, licet peccet contra votum simplex, nihilominus matrimonium tenet, ꝙ ipse negat. Tertium autem arg. de militaribus ordinibus est, quod præcipuũ hic habet ambigendi momentum. Equites. n. isti cruciferi vulgo habentur religiosi, nam faciunt, tria vota, & nihilominus vxoribus fœdere matrimoniali copulantur, coire ergo possunt ambo status religionis, s. & matrimonij Idque potest ratione ex superioribus deducta corroborari. Nam rõ qua supra monstrauimus coniugium cum religione pugnare, erat impedimentum contemplationis & orationis, religio aũt militum non hunc habet scopum, sed militare, vbi nulla est necessaria contemplatio. Nihilominus propter rationes supra allatas persuasum habere nũquam potui eiusmodi religiones simpliciter esse religiones. Et ratio est, quia solam castitatem isti nõ seruant, nam rei vxoriæ perinde ac cæteri secularis inseruiunt, eosdem, s. ambientes honores, easdemque facultates suæ soboli ꝓcurantes, quod toto cœlo a religionis instituto distat, verum neque paupertatẽ, neq. obedientiam, nisi solo nomine profitẽtur. Non quidem de sacerdotibus cruciatis loquor qui intra septa monasteriorum uitã degunt. De istorum nanq. legitima religione nihil ambigendũ est, sed de comendatarijs equitibus Nã quænam paupertas quæso est relationem tm̃ magistro facere suarũ facultatũ, ex quibus si vel obolũ eis adimeret, perinde reclamarent ac cæteri regni nobiles. Obedientia aũt est per totã ferme vitam nullũ superioris mandatum audire, nisi dũ eorum comitia fiũt. Sed aiunt hæc est nostra religio, nec ad aliud tenemur. Ad hoc dupliciter rñdemus. Primũ id negante, si primæuam eorũ institutionẽ respiciamus. Nã tunc nonnullum clausu-

Primũ corollarium.

Secũdũ obiectio.

Solutio. Argu.

Solutio.

Caiet.

Palud. opin.

Refutat̃ Palud. Grauis dubitatio đ militarib. ordinib.

Solutio qõnis ꝓpositæ.

ræge-

ræ genus incolebant, multoque crebriora obedientiæ perſoluebant munera longeq. aliam habebant paupertatis rationē. Sed poſtea lapſu temporis eouſque labefactaꝛ ſunt eorum religiones, vt iam ſynceram religionis naturam exuerint. Ob idque ſecundo dicimus quod ſi nō ſtrictior quam hæc, eſt ſua religio, non eſt illa euangelica quæ in conſiliorum exercitio poſita eſt. Porro enim ſi noſtra aut D. Fraciſci (quod Deus auertat) in eum locum collaberetur, vbi non plus paupertatis, caſtitatis, aut obedientiæ vigeret, religio eſſe deſineret. Non dico quod vbiuis ſtatuta nō ſeruantur ſtatim eſſe deſinat religio, nam poſſunt forſan ex incuria & culpa præſidentium ea q̄ mala reputantur non puniri, at ſi in illum locum aliqua deijceretur religio, vbi non maior exigeretur obedientia, aut paupertas, aut caſtitas, quā inter huiuſmodi equites, non eſſet euangelica conſiliorum religio. Et ne primus ego videar hanc aſſeruiſſe ſententiam, eandem apud D. Thom. inuenies loco citato ſecunda ſecundæ quæſt. 186. artic. 4. Arguit enim tertio loco quod continentia ad perfectionē religionis non requiratur, eo quod aliqui ſunt religioſi qui vxoribus vtuntur, Et reſpondet, illos viuēdi modos, vbi eſt matrimonialis vſus, non eſſe ſimpliciter & abſolute loquendo religiones, ſed ſecundum quid, inquātum, ſcilicet aliqua participant quæ ad ſtatum religionis pertinent. Hæc D. Thom. Ex his ergo militū ordinibus merito exceperim equites diui Ioannis, ſane qui pio ſuo inſtituto conuentum habent & obedientiæ ſpecimen, neque matrimonia cōtrahūt. Quare non eſt cur non ut religioſi habeantur. Quod ſi contra ſuperiorem aſſertionem arguas, ſi illi equites connubiale fœdus abſque pontificio priuilegio inire tentarent, matrimonium non teneret, quod nō aliūde emanare videtur quam a ratione religionis. Reſpondetur non inde prouenire quod ſit uera religio, ſed eſt. Pontificis ſtatuto, ut modo de ſacerdotibus dicebamus. Quapropter multo minus matrimonium tantum nō conſummatum per ingreſſum huiuſmodi ordinis diſſoluitur, quam per ordinis ſuſceptionem. Ac per hæc alia diluitur quæſtio de qua ante quindecim hīc annos decertanter in Hiſpania fuit diſputatum. Quæ quidem bimembris erat. Primum vtrum expediens eſſet diſpenſatio vt huiuſmodi equites vxores ſibi poſſent copulare. Secundo, vtrum etiam cum illis qui vota ſolenniter ediderant diſpenſare liceret, quæ quidem fuit multo moleſtior. De priori ergo ꝓ meo captu ſemper eiuſmodi diſpenſationem expedientem arbitratus ſum. Quod ſi eiuſmodi religiones ꝓ legitimis ducerem, impoſſibile reputarē. Commoditas autem diſpēſationis hæc eſt, quod caſtitas in eiuſmodi vitæ inſtituto ſi humano loquantur more, non eſt ſeruatu poſſibilis. Viuunt enim laute & ſplendide, domi ſeruitrices habentes foriſque cum aulicis mulieribus iuge habentes commercium, torneamenta aliaque militaria exercitia meditantes. Qua ergo ratione iſti voto caſtitatis aſtringendi eſſent? Eadem ferme de cauſſa quæſtio ſecunda affirmatiue ſoluta eſt Nam cum uotum illorum nō ſit legitimæ religionis, ſed ſtatuto Pontificis matrimonium impediens, non eſt impoſſibilis diſpenſatio ſi legitima cauſa fiat, vt de ſacerdotum voto proxime dictum eſt. Ad quartum argumentum quod de Apoſtolis petebatur, an votum caſtitatis ſuſceperint, quæſtione proxima commodius reſpondebitur.

brisdiu, ac multū in Hiſpania vētilata.

Solutio prioris mēbris.

Solutio poſterioris quæſtionis.

S. Tho.

Ad 4.

Limitatio ſuperioris aſſertionis.

Obiectio. Solutio.

Quæſtio bimem

ARTICVLVS IIII.

Vtrum obedientia votum ſit de eſſentia religionis.

TErtium denique membrum monaſticæ profeſſionis eſt, obedientia, quam vt ſuis numeris commendemus, arguitur de more non eſſe neceſſariā. Illi enim obſequia Deo maxime placent quæ ex libertate, non ex neceſſitate fiunt, ſecundum illud 2. ad Corint. 9. Non ex triſtitia, aut ex neceſſitate, illa autem quæ fiunt ex obediētiæ uoto, ſimul cum neceſſitate triſtitiam afferunt, ergo non eſt conſilium obedientiam uouere Secundo, cū hominem Deus liberum creauerit non eſt prudentia vt a ſe ſuam abdicet libertatem, præterquā vbi Deus eum iuſſerit obedire, in euangelio autem nullum extat eiuſmodi obedientiæ uouendæ mandatum. Quod enim Paulus ad Hebræ 13. iubet dicens, Obedite præpoſitis ueſtris & ſubijcite eis, ad omnes attinet Chriſtianos. Accedit tertio quod Chriſtus, ut ad Rom. 8. ait idem Apoſtol. liberauit nos a lege peccati & mortis, ac ſubinde

Primū argum.

Secūdū argum.

Paulus.

Tertiū argum.

adoptio-

adoptionem filiorum nobis commeritus perfecta nos libertate donauit. Ex quo fieri consequens apparet ut Christiana perfectio in summa libertate consistat, atque adeo obedientiæ votum, non sit consilium. In contrarium est quòd perfectio, vt supra dictum est, ea re agitur ut Christum sequamur & imitemur. Id autem quod in ipso præcipue commendatur, vt patet ad Phili. 2. est obedientia. Factus est enim obediens vsque ad mortem, propter quod & Deus exaltauit illum &c.

Ex tribus votis quibus monastica religio constat, potissimum est obedientia. Nã possessionum renunciatio & castitatis uotum in hoc præcipue ordinantur, vt liberrime indissolubilique obsequio obedire possimus. Quo fit, paupertatem, ut supra diximus, primam quidem esse exequutione, obedientiam uero primam in intentione. At vero vt obedientia omnium est officiorum prestantissima, ita, quod hæreticorum ingenium est, Luthero fuit execratissima. Vnde in lib. suo de uotis monasticis, & in altero de libertate Christiana, nullis non conuitiis monachalem obedientiam proscindit. Ait enim libertati euangelicæ è diametro obsistere, vtpote quod eadẽ euãgelica libertate sublata sunt uniuersa hominum mandata, & quidquid in externis ceremonijs seruari potest. Nihilominus ipso renuẽte. Luthero, suoque magistro Vvicleff, sua veritate solida est conclusio, nulloque hæreticorum vento nutabunda Religiosorum status, qui euangelicum consiliũ est, obedientiã cũ primis requirit, quæ peculiari præfecto nomine Dei voto est offerenda. Et ratio est manifesta. Nam si perfectio consistit vt omnibus relictis sequamur Christum, necesse est, vt 2.2.q.186.artic.5. ait D.Thom. aliquem eligere præpositum qui nomine Christi vouentem dirigat, etiã imperio (si opus est) ut quod Christo pollicitus est, bona fide soluat. Sed ecce radices duę Lutherani erroris. Prior, quod non admittit uotum spontanee susceptum in necessitate transire præcepti. Nam hoc dato necesse est eum, qui solenniter uouet obedientiam alicui præstari a quo legitime cogatur si opus fuerit. Altera uero eius ignorantia est ꝙ satis esse putat Christo obedire, hoĩe quocunque neglecto. At vero non videt quemadmodum homines nõ possumus a Christo, qui in cęlis est, nisi per homines gubernari. Egemus enim præsente ductore qui humano more vices Dei erga nos fungatur. Sed ait forsan quispiam. Satis sunt episcopi, atq. alij ordinarij prælati Negatur tamen. Imo per hoc luculentius claritas huius veritatis pntescit. Prælati nauq. ordinarij non sunt nisi legum custodes, quare neminem nisi secundum diuinas leges & humanas cogere possunt. Vnde cum vota, de operib. supererogatis suscipiantur necesse est vt qui vouet, vel ipsi episcopo singulariter (vt in primittiua ecclesia fortasse consuetum fuit) vel singulari præposito (quod cõducentius iam nunc existimatur) obedientiam præstet, vt supra ea quæ legibus præcipiuntur ad id etiam, quod ex voto tenetur, ducatur & compellatur. Id quod Christus uerbo illo supracitato Qui vult venire post me abneget semet ipsum, tollat crucẽ suam & sequatur me, demostrauit. Abnegare enim semetipsum est propriã voluntatem per quam homo est homo abnegare, quod re vera nisi obligatur in voto alteri eã sic tradas, vt in tua non supersit facultate candem rursus tibi usurpare, fieri non potest. Qui autem cum Luthero depugnamus? illa enim sua libertate, quam euangelicam uocat, non solum cænobiorum prepositos verum & seculares omnes principes & ecclesiasticos de medio sublatos pertendit. Sic enim postea docere perrexit, nos esse a Christo liberatos, vt ab omni nos humana potestate exemerit, vt sibi soli seruiremus. Quæ quidem libertas. Sathanica potius & (quod idem est) Lutherana appellanda est. Nam si hierarchicos ordines, obediẽtiasque omnes quæ iubente Deo hominibus præstamus de republica summoueas, omnesq. adeo malefactorum vltiones ad postremum diem iudicii reseruaueris, homanos mores, quim humana vniuersa statim necesse est perditum iri. Nam quando quæso plures sunt qui metu penæ quam honesti amore uirtutes colant? Et præter rationem hanc quæ abunde rem demõstret, tota euangelica scriptura apertis testimonijs Lutheri impudentiæ reclamat. Alibi enim auditas. Omnis omnia potestatibus sublimioribus subdita. Alibi. Subditi estote præpositis uestris etiam dyscolis. Et Christus. Qui uos audit me audit. Imo usque adeo idem Redemptor uoluit nos esse maiorũ dicto audientes, ut nos sedulo admonuerit, quod

Luther.

Conclõ rñsiua.

Rõ conclusiõis.

Duæ radices Lutherani erroris.

Ratio in Luter.

quam-

quamuis illi qui ſuper cathedram Moyſi ſedent, hoc eſt cuncti noſtri præpoſiti illa faciant quæ imitanda a nobis non ſunt, nihilominus quę nobis iubent incunctanter expleamus. Superuacaneum tamen eſt in hoc promulgatorio argō diutius remorari.

Ad primū arg.

Ad primum igitur arg. rñdetur neceſſitatem coactionis, quæ inuolūtarium facit illam, quidē & triſtitiam parere, & rōnem laudis ac meriti excludere. Illa aūt neceſſitas quæ ex voto ſponte p̄ Deum emiſſo naſcitur, primum triſtitia non affert, mox ēt ſi nonnunquam illam parturiat, nihilominus meritum non imminuit, nā prima vouendi libertas, in omnib. actionibus virtute perdurat.

Ad ſecū dū arg.

Ad ſecūdm rñdetur p̄ libertas in qua homo ſuapte natura creatus eſt, in hoc nobis ſeruitute debet ut noſtro creatori ſeruiamus. Quare eam in eius obſequiū dedicare non cōtra naturā eſt, ſed maxime ſecundum naturam.

Ad tertiū arg.

Ad tertium deniq. rñdetur, ex eo p̄ Chriſtus nos a lege peccati liberauit, non fieri conſequens perfectionem Chriſtianā in exemptione ab omni obedientia conſiſtere, ſed in hoc omnino p̄ ſimus a peccatorū retinaculis liberi. Vnde cum vſq. adeo ſimus periculoſe animi noſtri obſequentes, proprięq. voluntatis amantes, ad eandem libertatem aſſerendā præcipue, confert noſtram voluntatem alterius gubernaculo ſubmittere. Nam ſi ſeruire Deo regnare eſt, quo plurib. eius nomine obſequimur, perfectius regnamus. Tutius nāque carnis illecebris atq. inſultibus dominamur, atq. adeo cęleſtem Hieruſalē referimus, vbi vt felices illi neceſſitate quadam confirmatiſſimi ſunt ne delinquere, valeant, ita ſumma libertate perfruūtur.

QVÆSTIO VI.

DE VOTO ET CONTINENtia Sacerdotum.

ARTICVLVS I.

Vtrum eccleſiæ decoro & ſtabilitati ſacerdotale votum continentiæ congrue fuerit ac neceſſarium.

IN calce demum libri huius, in quo de voto pro noſtra virili diſputauimus, poſtremam quæſtionem de continentia ſacerdotum duximus adhibendam, hoc eſt de voto, quod dum ſacris initiantur, ſecundum occidentalis eccleſiæ inſtitutum implicite ſuſcipiunt. Enim vero inter alia Lutheranorum molimina, quibus eccleſiam Dei funditus demoliri nituntur, hoc vnum eſt quod totis viribus cœlibatum a clero abigere cōtendunt. Quocirca cum me apud Cæſarem in Germania agēte de componenda cum ipſis pace tractaremus, hoc mordicus retinere pertendebant, vt ſacerdotes non modo vxorio conſortio non interdicerentur, immo cogerentur vxores ducere, adeo impoſſibile ducunt, hominem abſque Veneris vſu viuere poſſe. Quod reuera ſi illis ſemel eſſet conceſſum, fieri non poſſet minus, quin protinus eadem conceſſio in totū ſerpens Chriſtianiſmum, ſanctam eccleſiam radicitus ſubuerteret. Hac ergo de cauſſa mutilum reliquiſſem tractatum hunc de voto, niſi hanc ei quæſtionem adhibuiſſem. De hac autem re vt de vnaquaque alia, ſecundum Philoſophum in poſterioribus Analyticis tria eſſe poſſent quæſita, ſcilicet an ſit, & quid ſit, & propter quid ſit. Quid autem ſit, nempe in quod ſacerdotale votum conſiſtat, quæſtione proxima commonſtrauimus, conſtituentes eſſe votum, non quidem explicitum ſed implicitum neq. de intrinſeca ratione ordinib. annexū vt votum religionis, ſed eccleſiæ ſtatutum matrimonium iritans. Duo ergo hic reſtant articuli. Prior de conuenientia huius eccleſiaſtici inſtituti. Nam in moralib. idē eſt quærere, an ſit, & propter quid. Quod enim eſſe non conuenit, ſuperfluit. Poſterior, quā ſit antiquū an uidelicet a primordiis ſtatim naſcentis eccleſiæ fuerit in uſu.

Primū argum.

Arguitur ergo prior qō negatiue? Et primo quidem noua & vetera ad colorandū errorem adducendo. Primum .n. exemplū Chriſti legiferi noſtria parte negatiua pugnat, quippe qui apoſtolos nō cęlibes, ſed certe maritos elegit, vt Petrum cuius ſocrus mentio fit euangelio: Andream & cæteros, quos opinabile eſt uxoribus fuiſſe copulatos. Quinimo vnum Ioannē quem virginē elegit de medio nuptarum thalamo fertur euocaſſe. Mox & magiſtri exemplo diſcipulorum conſentiant documenta. Ait quippe Pau. 2. ad Timot. 3. Oportet epiſcopū eſſe vnius vxoris virum filios habentem

Secūdū argum.

bentem ſubditos in omni caſtitate. Et ad Titum 1. Si quis ſine crimine eſt, vnius vxoris uir, &c. hunc, ſcilicet conſtituas preſ-
Argu.3. byterum, ſicut diſpoſui tibi. Tertio eſt loco exemplum ſacerdotum ueteris legis qui figuram noſtri præferebant. Aaron enim ac deinceps Leuitarum ſobolem conſtat ſuam conſtituiſſe tribum, atque adeò coniugali fœdere vixiſſe: vt etiam Luc. 1. de Zacharia pro genitore Ioannis Baptiſta legitur. Quorum quidem inſtar ſuos habent Græci ſacerdotes inſtitutos: nempè qui per uices & rei ſacræ adminiſtrent, nihilominus rei uxoriæ dent operam. Adde ſi figuris agere volumus, quòd Arca Noè, uti in priori ſua Canonica ait Petrus, figura fuit eccleſiæ, ſeruatis nos à peccatorum illuuie: cui quidè eccleſiæ ſacerdotes præſunt, illam autem nulli cœlibes, ſed octo animæ matrimonio coniunctæ ingreſſæ ſunt: non ergo eſt cur vxorium inſtitutum
Argu.4. ſacerdotibus inhibeatur. Quarto arguitur ratione. Connubia in ipſo ſtatim mundi primordia inſtituta ſunt in officiũ humano generi impendio, quam maximè neceſſarium: cum ergo ſacerdotibus qui primum obtinent in Chriſti familia locum tanta religione interdicatur, videtur eccleſia, ut ſaluo eius honore, contra diuinum naturalemque permiſſum nuptijs cũ Martione, & Manichæo detrahere: quod Apoſtolus 1. ad Corin. 4. erroris ſubnotauit, q̃ nubere eſſent prohibituri. Quintò ad rem
Argu.5. proximè arguitur. Votum caſtitatis res eſt perquã difficilis obſeruatu. Adeò enim prouida naturæ propagandæ ſpeciei conſulitè proſpexit, ut uehementiſſimam vixq̃; adeò eluctabilem eiuſdem muneris appetentiam cunctis animãtibus indiderit: quę quidem appetitus rabies, poſt naturam corruptam inter omnium ſpecies lõgè ardentius humanam exurit. Sacerdotale autem officium adeò eſt eccleſiæ neceſſariũ, ut abſque illo conſiſtere Chriſtiana familia minimè ualeat. Imò eidem obeundo muneri tantus eſt numerus neceſſarius, ut pars populi paulò minor decima uel duodecima, eidem ſit mancipata, tantum ergo populum in tam difficilem religionem adigere, nihil mirum ſi plus iuſto rigidum coactumque videatur. Eniuero monachatus, ut ſanctum inſtitutum eſt, non tamen adminiſtrandis ſacramentis ac ſacrificijs ſimpliciter eſt neceſſarius: atq; adeo nec eſt tam numeroſus quare nihil rigoris eſt ſi qui libere voluerint permittantur monaſticis votis addici, tam ingentem ero ſacerdotum multitudinem eodem rigore cogere videri cuiquam poteſt non vſq; adeo conſultum. Sextò, caſtitatis votum Argu.6
adeo. vt dicebamus, eſt difficile, vt non niſi incluſis & eis qui ſint clauſtris circunſepti permittendum videatur, qua ratione ſe monachi in monaſteria abdunt, ſacerdotes autem proprios habent lares, neque ſine ancillis uiuere ſatis poſſunt commodè ſine ancillis nec abſque ſeculari tumultu, tanto ergo periculo votum caſtitatis permittere, non apparet eſſe prudentia, non ergo id concedens eſt. Septimò, & id euentus ipſi docent. Argu.7.
Sunt enim frequentiſſimi concubinarij alieniſque toris inſidiantes. Quamobrem & populo inuiſi ſunt, & ſacramentis quæ tractant iniurij, videtur ergo melius fore rei vtrique conſultum, ſi ſuam quiſque haberet vxorem, vt nullo ſe commacularent flagitio. Nam quo longius à carnis vſu arcentur, ſpurcius defædantur. In cõtrarium eſt ſolennis & laudabilis mos Occidentalis Eccleſiæ ſecundum Pontificum ſanctiones vt antiquiſſimi Calixti 27. diſt. cano. Presbyteris. ac Syricij 82. diſt. can. plurimos. & aliorum complurium.

Peſtifera huius hæreſis, continentiæ ſacerdotum oblatrantis, duo ſunt membra: prius quod eis concedit licentiam matrimonia contrahendi, poſterius verò quod etiam cogit, vt id faciant. Et ſunt inter neotericos qui eius primum faciant parentem Lutherum, nam Iouinianus, inquiũt, etſi nuptias virginitati æquauerit, non tamen ſacerdotes vxoribus carentes reprehendebat. Quin verò ipſe, vt Auguſti. libro de hæreſi capitu. 87. refert, con- Auguſt.
nubio abſtinuit, non propter meritum, ſed vt vxorias moleſtias ſibi caueret.

At verò horum opinione non obſtãte, dubitari in primis non poteſt quin conceſſionis, hoc eſt, vti ſacerdotibus maritos eſſe liceret, Iouinianus fuerit primus auctor: quandoquidem in cælibatu nihil egregij meriti nouerit. Quin verò omni pudicitie generi adeò apetitum bellum indixit, vt virginitatem, ad Deiparam Virginem, veluti ad ſacram arcem confugientem, in de conatus fuerit impudentiſſimè deturbare. Sed neque alterius impudentioris membri Lutherus fuit primus auctor,

ſcilicet ut ſacerdotes non modo permitterentur, uerum & cogerentur coniuges ſibi adiungere. Succeſſit nāque Iouiniano eius diſcipulus Vigilantius: qui in hanc euaſit impudentem inſaniam, vt neminē fineret ſacris initiari antequam vxorem duceret.

Hiero. Vnde Hieronỹ. epiſt. 2. aduerſus ipſum ad Riparium: Proth, inquit, nefas epiſcopos ſui ſceleris dicitur habere cōſortes, ſi tamē epiſcopi nominandi ſunt, qui non ordinēt diaconos, niſi prius uxores duxerint, nulli cœlibi credentes pudicitiam fuerunt, ut arbitrio & Nicolaitæ eiuſdem hæreſis auctores: quorū impudicitiæ meminit Aug. lib. de Catalo. hæreticorum ca. 5. A quibus Niceta quidam Græcus inſtitutum Græcorum deduxit, ut art. ſeq uidebimus: nam ēt illi ſacerdotes non ordinant niſi prius uxoribus copulentur. Quamquidem iamdiu ſopitam ſepultamque hæreſim reuocare

Vuicleff Thom. Vuald. Lutherus. in lucem curauit hęreſi archa ille Vuicleff, ut Tho. Vuald. 2. tom. de ſacramentis cap. 128. fideliter refert: quā ſubinde hæreſim in proximis capitulis pro ſuligatā curauit. Ab his ergo ſuis patriarchis cōtagionem hanc traxit Lutherus, ut ſacerdotum continentiam nō modo non probaret, uerum immani petulantia, quæ ſibi natiua erat condemnaret. Vnde in libro ſuo illo identidem condemnato, De ābroganda Miſſa priuata, de illo præcepto, Nō męchaberis, ediſſerens, hæc euomuit diabolica uerba: Nuſquam ſic inſanit Sathanas per Papam atque in caſtitate & libidine tractanda. Primum, etſi non prohibet uerbo caſtitatem, & ſcortari docet, cogit tamen ſcortari decreto ſuo intolerabili, & perditiſſimo de cęlibatu totius ſui ſacerdotij tam latè patētis: cū tam rara & anguſta ſit caſtitatis gratia. Et ſubdit: cum continere neq; poſſint neque debeant, rabies eſt Sathanica & plus quam ſacrilega, eos ab uxoribus arcere. Videte quouſque ingenium beſtię erat ad conuitia effręne. Hoc itaque dogma adeò ſuorum cordibus alte impreſſit, ut nulla ſit poteſtas quæ ab ipſis illud queat eradicare. Neque uerò hæreticorum tantū animos error hic occupauit, ſed uſque ad

Panor. catholicos irrepſit. Fuit enim Panor. inter iuris canonici interpretes illuſtriſſimus: q tamen ſuper ca. cum olim. de cleri. cōiuga. conſultum in eccleſiæ arbitratus eſt, ſi ſacerdotibus abſtinere nolentibus facultas fieret vxores ſibi aſſociandi, quia cum quotidie, inquit, illicito coitu maculentur, facere eccleſia deberet ut bonus medicus: qui dum uidet medicinam potius officere quam prodeſſe, eam tollit. Contra hunc ergo errorem ſtatuitur catholica cōcluſio; Vique adeo ſacerdotum continentia, non modo congruens, uerum neceſſaria eſt eccleſiæ Chriſti ut abſque illa neque decorē ſeruare poſſit, neque legitimam Chriſti effigiem retinere. Et quoniam obſequens nos monet articulus, in quo antiquitas ſānctionis huius, tum eccleſiaſticis teſtimonijs, tum ſacris oraculis corroboranda eſt, in præſenti, quod titulus eius poſtulat, dūtaxat nobis eſt utendum rationibus, quibus oſtendatur quam fuerit congruens ac neceſſaria. Octo neque aut nouem poſſumus meditari capi a ex quibus rationes huiuſmodi deducamus. Primum, ut ſicut obiectiones, ſic & probationes Chriſti exemplo exordiamur, ſacerdotes inſtar Chriſti ſpirituali connubio eccleſiæ copulantur: Chriſtus autem uirgo deque uirgine natus unicam ſibi, candidam, immaculatamque columbam eccleſiam copulauit cuius ſacramentum auctore Paulo: coniugium primorum parentum geſſit: quapropter adiectum illic eſt. Propter hanc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit uxori ſuæ. Hæc eſt ergo unica uxor, propter quam ſacerdotes, non ſolum patrem & matrem, uerum & carnales uxores ſunt meritò relicturi. Si enim eccleſia uirgo caſta, ut cum Paulo 2. Corin. 11. loquamur deſponſata eſt Chriſto, & ſacerdotes eius ſponſas caſtos eſſe condecet. Alioquin ſpirituale connubium ſuā non teneret ſyncerit atem. Secūdum, quod hunc ſancto inſtituto ſuffragatur, eſt mundities quæ ſacerdotum functioni in ſacroſancto potiſſimum aliaris ſacramento perficiendo neceſſaria eſt. Enimuerò, vt ſemper eccleſia decentiſſimum duxit, ut miniſtri illius ſacramenti ubi innocentiſſimus agnus immolatur, nullo effuſo ſanguine contaminarentur, ſed etiam illi qui ſecularem iuſtitiam adminiſtrarent, irregulares fierent ad ordines ſuſcipiendos: ſic multoq; iuſtius decuit: nc carnis uſu fœmineoq; commercio polluerentur. Etenim poſtquam coniugalis amplexus tradux eſſe cœpit originalis culpæ, qua genus noſtrum inficitur, illam ſubinde contraxit fœditatem, vt non poſſit homines non pudefacere. Vnde pudenda.

Concluſio catholica.

1. Ratio concluſionis.

2. Ratio

denda membra nomen hæreditarũt Quo circa cum carnalia ſpiritualibus è regione ſint oppoſita nullus carnis vſus ſpiritualiũ nitori ſic aduerſatur, ac ſordidus iſte. Vſque adeo quod locum etiam ſacrum, vt ſãguinis, ſic etiam ſeminis effuſio polluat. Planiſſima præteritę cõcluſiõis figura. Neque huius defuit antiquitus religionis figura. Legitur nãque 1. Regum. 21. quod cũm Dauid à facie Saul fugiens veniſſet ad Abimelec ſacerdotem Leuiticum, poſtulaſſetque ab eo ſibi ſuiſque refectionis, panes, reſponderit: Non habeo laicos pauca ad manum, ſed tãtum panem ſanctum ſcilicet qui menſæ ſanctuarij in vſum ſacerdotum ſuppoſitus erat. Si mundi ſunt pueri, maximè à mulieribus, manducent. Neque verò manducare permiſſi ſunt, antequam Dauid certiorem eundem faceret, dicens: Continuimus nos à mulieribus ad heri & nudiuſtertius, & fuerunt vaſa puerorum mũda. Si ergo panem illum in quo nil aliud diuinitatis latebat quam q̃d ſacramentum, hoc eſt, figura erat ſacroſancti panis qui de cœlo deſcendit, edi nefas erat niſi ab his qui eſſent ab vxoribus mũdi, quanto ergo iuſtius idem nitor illos decet qui ipſam ſacramẽti veritatem tractãt: hoc eſt quotidie ſub ſpecie panis Dei corpus mãducant? Accedit & alia figura, quod legalem agnum niſi ſuccinctis renibus cœnare non licebat. Secũda figura. Grego. Quod Gregorius homil. 22. ſuper euangelia exponens ait, in renibus delectationem carnis ſedere, ob idque illic ſignificatum eſſe, vt qui paſcha comedunt, voluptates edomare debeant, & carnem à luxuria reſtinguere. Igitur cum ſacerdotes euangelici quotidie agnum immolent immaculatum, par eſt ſuoque muneri decentiſſimum, vt abſtinentia carnis perpetua fulgeant. Adde & rei huius tertiam eandemque peculiarem vmbram in ſacerdotibus antiquæ legis: Legitur enim Exod. 28. Porrò filijs Aaron tunicas lineas parabis, & infra: Facies & fœmoralia linea vt operiant carnem turpitudinis ſuæ à renibus, vſque ad fœmora. Tertia eiuſdẽ veritatis vmbra. Quod quidem venerabilis Beda, libr. 3. de tabernaculo, interpretatus ait, fœminalia illa caſtimoniam, quæ appetitum copulæ coniugalis prohibet propriè deſignaſſe, ſine qua nemo, inquit, vel ſacerdotium ſuſcipere, vel ad altaris poteſt miniſterium conſecrari, id eſt, ſi non aut virgo permanſerit aut contracta vxore coniunctionis fœdera ſoluerit. At verò ſicuti res eccleſia ſticæ aurea ſunt catena connexæ, ſic vno defracto nodo, omnes diſſoluuntur. Propterea eccleſia hanc à ſuis ſacerdotibus ſanctimoniam requirit, quod inconcuſſe credit corpus Chriſti verum ab ipſis retractari, poſtquam ergo Lutherani eiuſdem corporis ſacramentalem veritatem diffitentur, nil mirum ſi eundem candorem à ſuis ſacerdotibus non deſiderent. Tertium deceniæ huius caput ſumitur ex altiſſimò meditationis, orationisque culmine, cui ſacerdotes dedicantur. Debent nanque ſacræ ſcripturæ legendæ ac relegendæ ſe totos dedere: ut ſicut nubes in ſublimi uolãtes ſaluificam pluuiam populo ſuppeditẽt. Vſus autem uxoris non modo corpus cõſpurcat, uerum & mentem deprimit & obnubilat, atque adeo ſupernorum contemplationi ineptiſſimam reddit. Vnde Apoſtolus 1. ad Corin. 7. ubi cõiuges admonet ne ſe inuicem coniugali officio defraudẽt, exceptionem nihilominus faciens ait: Niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt uacent orationi, nimirum docens quanto fit impedimẽto officium illud eleuandæ in Deũ menti. Tertia ratio. Cum ergo ſacerdotes iugi ſint meditationi & orationi pro ſe & populo conſecrati, debent ab illo officio, atque adeò ab illo fœdere eſſet perpetim alieni. Vnde ſi ab Ethnicis etiam licet teſtimonium petere, peripateticus Theophraſtus in lib. de nup. ſapienter ſcripſit, per coniugium impediri ſtudia philoſophiæ, neque poſſe quenquam libris & vxori pariter inſeruire. Theophraſt⁹. Et, quò ad ſacerdotes reuertamur, Origenes homil. 23. ſuper libro Numero eundem Paulinum locum ediſſerens, ſic colligit: Origen. Vnde mihi videtur quod illius ſolius eſt offere ſacrificium indeſinens (de ſacerdotibus porrò loquens) qui indeſinenti & perpetuæ ſe deuouerit caſtitati. Et Ambroſius in tertium cap. 2. Timotheum. Ambr. Si enim inquit, plebeis hominibus orationis cauſſa ad tempus abſtinere iubetur, quanto magis Leuitis ſacerdotibus, quos de noctuque pro plebe ſibi commiſſa oportet orare? Et Hieronymus libro primo, contra Iouinianum eadem fermè repetens verba (quæ ambo ex Epiphanio, tomo primo libro ſecundo in hæreſi Catharorum deſumpſiſſe videntur) ſubdit: Si ſacerdotibus ſemper orandum, ſemper ergo illis cauendum eſt matrimonium. Hieron. Neque

verò huius exemplum in ſacerdotibus de fuit antiquæ legis. Hac enim de cauſſa, vt primo Paralipom. 14. à Dauide inſtitutum eſt, & Lucæ primo memoratum, per vices miniſtrabant templo, illoque tempore vxorum conſortio intra templum clauſi abſtinebant, nempè quòd cum eorum orationes ſicut incenſum quod ad altare cremabant, in conſpectu Dei aſcendere profiterentur, vnà confitebantur non poſſe illas nitidè fundere, niſi eſſent ab coniugibus ſequeſtrati. Vnde Beda ſuper eundem locum exemplum colligit quod ſacerdotes noſtri, quibus non per vices, ſed ſemper altari ſeruire iubetur, perpetuæ eſſe debeant caſtitati addicti. Quartus deinde fons eiuſdem inſtitutionis eſt, quod ſacerdotes euangelici, qui, vt Paulus ad Coloſſen. 1. admonet, ea implent quæ deſunt paſſionem Chriſti, delicta iugiter debent lugere populi, perpetesque adeo facere pœnitentiæ fructus. Hanc enim ob rem vt Oſeæ quarta legitur, peccata, hoc eſt, oblationes pro peccatis comedunt, luctui autem nihil magis ex diametro reluctatur quam venerea voluptas, vt pote quæ ſpiritus omnes exhalans, animam in carnem transformat. Propter quod de homine ante diluuium dictum eſt: Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt. Vnde ſi pœnitentibus, vti Ionnæ 3. legitur, ieiuniorum mærores congruunt & illis qui antiquitus cultui templi offerebantur, vinum & ſicera, omne quod inebriare poterat interdicebatur, multò congruentius euangelicis ſacerdotibus prohibetur, quæ vino truculentius inebriat. Adde rationem quintam, quod niſi impudentiſſimus hæreticus, negare nemo poteſt, cœlibatum, præſtantem eſſe virtutem, quam potiſſimum ſacerdotes populo prædicare & commendare debent, viduasque & reliquos continentes ad caſtitatem animare. Quomodo autem poteſt hortator eſſe viduitatis, virginitatis, aut caſtitatis, qui ipſe coniugij lege viuit? Ex ſexta inſuper radice ortum habuit ſancta hæc inſtitutio, nempè ex cura quam ſacerdotes gerere tenentur populi. Tenentur enim & pauperum, & viduarum, & orphanorum patrocinium ſuſtinere, & inter egenos ſua bona diſtribuere, huic autem perſoluendo muneri nihil pugnantius obſtat quam cura rei familiaris, vbi vxor eſt, & liberorum germina. Vnde Paul. primo ad Corinth. 7. Volo, inquit, vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Quo loco Ambroſius: Amputata, inquit, ſolicitudine rei vxoriæ, quæ ſola in mundo cæteris grauior eſt, ad Deum promerendum animus eruditur. Hæc illæ. Inter omnes ergo mundanas ſolicitudines res vxoria moleſtiſſima eſt, & negotiorum anxietatibus occupatiſſima. Nam huic cætera cuncta ſeruiunt, non ſolùm vt in præſenti illa onera ſuſtententur, verum vt perpetuæ ſucceſſioni proſpiciatur. Qua vtique ratione Quinianus ipſe pudicitiæ oſor, vt Diuus Auguſtin. libro de hæretic. capitu. octuageſimo ſecundo. refert, licet non ob meritum, tamen vt eiuſmodi moleſtiarum ſarcinam ſibi caneret, noluit ſe matrimonio addicere, ei ergo qui vxori alligatus eſt, nulla ſit reliqua libertas, quæ tamen ſacerdotum ſanctioni maximè eſt neceſſaria. Septimus locus huius perſuadendæ eccleſiaſticæ ſanctionis deſumitur ex auctoritate qua ſacerdotes in eccleſia Chriſti ad ſacramentorum miniſterium pollere debent, atque ex honore illis debito, ſecundum illud Eccleſiaſtic. ſeptimo. Honora Deum, & honorifica ſacerdotes. Quod de noſtris potiſſimum intelligendum eſt, quippe qui non ſolùm diuina, verùm & Deum ipſum ſacramento tangũt. Hæc enim auctoritas inde illis maximè adnaſcitur quod ſint egregio loco, hoc eſt extra plebis gregem. Si autem mariti eſſent in media verſarentur plebe, neque honor illis haberetur egregius, neque reuerentia, immo pudor eſſet myſteria diuini corporis & ſãguinis in manibus maritati hominis adorare, & metus, peccatorum cõfeſſionẽ illis cõfredere cui vxor ſemper aſſiſteret, nam inter virum & vxorem, nihil ſecreto ſeruatur. At verò Lutherani, vt ſuprà dicebam, quia hæ omnia ſacramenta denegant, nihil mirum ſi neque ſuis ſacerdotibus ullam venerationem impendant. Octauum utique caput, idque non in inferioribus habendum huius inſtituti eſt, tum ſacerdotalis alimoniæ prouidentia, tum & pax atque tranquillitas, quæ ex uxorum conceſſione turbarentur. Enimuerò

Beda.

Quarta ratio.

Auguſt.

Septima rõ.

Quinta ratio.

Sexta.

Octaua.

Paulus.

Ambr.

verò si vxorum proliumque turba obsepirentur, tunc sacerdotia illis ac præbendæ non sufficerent. Essent enim honestè alendi. Etenim Leuiticis, quæ duodecima pars erat populi, eò decimæ sufficientes erant, quod integre illis obueniebant. Et præterea quod non tot erant tunc vnius templi ministerio necessarij quot nunc tantæ ecclesiarum multitudine. Ex qua re consequens fieret vt deberent esse opifices & coloni, quales erant fortè Leuitæ, qualesque Lutherani suos optant habentque sacerdotes. Vnde in quantum vilipendium eorum ordo apud nos veniret, vnusquilibet secum repetet. Insuper si sacerdotibus coniuges adhærerent tunc totam suam solicitudinem & vigilantiam illuc congererēt, vt sua sacerdotia quasi hæreditario iure in filios trāsfunderent. Hoc enim nobis sacerdotum ambitio documente est, qui filios habent. Si enim quibus nefas est & pudor filios suos præbendis ditare, nihilominus id tantopere satagunt, quanto illi id facerent libentius & audacius, quibus non pudor, sed honor esset longa liberorum serie abundare? Ad hæc demum accedit quod si sacerdotes coniugati essent, tunc ad episcopatus non nisi magnates, puta Duces & Comites, ac cæteri seculares principes & assumerentur, & ad pinguia beneficia alij seculares nobiles. Quare omnia litibus essent discordijsque ac bellis plena, cunctæque adeo res ecclesiasticæ sursque deque confusæ. Hæc sunt quæ de hac re meditari soleo.

Postrema rō.

Ad primum igitur argumentum in cōtrarium respondetur, quod eo Christus Apostolos de matrimonio sumpsit quod tūc cælibatus religio non perinde atque nunc in consilio, in vsque erat. Attamen vt doceret quod transacta lege (vt apostolica verba quæ sunt ad Heb 7. permutemus) sacerdotum ratio erat simul mutanda, illos ad cœlibatum euocauit, Ioannemque adeo de medius nuptijs ad virginitatem, quam uis, vt Hieron. lib. 1. contra Iouinia. auctor est, de solo Petro certum sit habuisse vxorem, de alijs autem non ita constet, illo tamen ex superfluo admisso ambigi non debet, vti ait ibidem Hieronymus qui annuentibus vxoribus vota fecerint castitatis. Id quod ex illis verbis Petri. Matth. 19. colligitur; Ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? Ait Iesus enim ad id quod ab ore Christi adolescenti dictum audierat: Si vis perfectus esse, vade & vende &c. & sequere me vbi religionum instituta fundantur. Ad secundū verò argumentum, quod ex Paulinis verbis accersebatur, articulo proximo, commodius respondebitur.

Ad primū arg.

Hiero.

Ad tertium de antiquis sacerdotibus quod ad rem præsentem attinet, respondetur, eorum rationem latissimè à nostra distitisse. Primum quòd illi non sacramentorum veritatem, quibus nunc Christus offertur, ac Spiritus sancti confertur gratia, sed horum penitus vmbras tractabant quare non tanta ab illis desiderabatur mūdities, tam etsi lotionibus quæ illis erant frequentes, candorem qui in nostris debet sacerdotibus splendere, præsignabant. Præterea, vt Leuiti. 21. legitur sumus sacerdos virginem ducturus erat, non autem viduam aut repudiatam, aut sordidam, & cum templo seruiebant, vt dictum est: ab vxoribus abstinebant, quod nonnullum erat candoris indicium. Vnde primo ad Timoth. Ambrosius veteribus, inquit, id circo concessum est sacerdotibus vxores ad vsum habere, quia multum tempus otio vacabāt à ministerio. Multitudo enim erat sacerdotum vt per vices seruire possent, nunc autem iugiter esse debent in ministerio Ad hæc, tunc nondum prodierat cœlibatus consilium. Adde quòd Leuiticus ordo suam per se duodecimam tribuum constituebat, apostolici numeri prognosticam, ob idque necesse habebat suam sobolem vxorio munere procreare, nostris autem sacerdotibus sola commissa est spiritualis genitura, videlicet animas in Christo renata, suo verbo, ministerioque & studio lactare, fouereque ac nutrire. Id quod egregiè Arator in suo illo carmine, quo Apostolorum Acta contexit, hisce versibus declarauit.

Ad secūdū arg.

Ad tertiū arg.

Ambr.

Ecclesia nunc alma fides sine fine pudicos
Pontifices iubet esse suos, & quærit in omni
Cauta tribu quos rite probet, neque sanguinis ipse,
Sed meritis successus erit.

Quocirca Græci Leuitarum institutum imitantes, multò fecissent consultius si

Latinis Chriſtianorum ſanctionibus auſcultarent. Sed de ipſis inferius repetẽdum nobis eſt. Ad quartum latè contra Iouinianum Hieronym reſpondet, q̃ eccleſia cœlibatum anteferens, matrimonium minimè damnat: ſed docet, vt illud ad propagãdum humanum genus neceſſarium eſt, ita & ſacramentorum miniſtros cœlibatũ decere. Sicuti non condemnat iuſtitiæ miniſtros, licet ſuos ſacerdotes a cruẽto illo munere arceat. Hoc autem commune argumentum eſt, & ſatis a patribus locupletatum. Quintum autem argumentum eſt q̃ cum ſubſequentibus punctim tangit. Fatemur nanque caſtitatis votum non eſſe obſeruatu facile, ſacer[illegible]otumque ordinem, eccleſiæ neceſſarium perquã numeroſum eſſe. Et (quod in ſexto argumento obtendebatur) agnoſcimus inſuper inpriuatis ædibus non vſque adeo tute ſeruari poſſe eiuſmodi votum, quam in monachorum clauſtris. Neque uero inficias imus, vt ſeptimũ argumentum admonebat, crebros eſſe in clero con cubinarios & adulteros. Sed tamen ad hæc multimodum reſponſum damus Primò, Reipublicæ & maximè eccleſiæ ſtatuta ex fine iudicanda ſunt, licet non omnibus incommodis obuiari poſſit. Cũ ergo ad ſacroſanctum altaris miniſterium candorem illum & animi & corporis in ſacerdotibus florere deceat, congruum fuit ſic illos inſtituere non obſtantibus carnis inſultibus, quos humanam fragilitatem neceſſe eſt quocunque ſtatu perpeti. Alioqui & lex diuina quæ omnem libidinem inhibet, iniqua eſſet. Innumeri ſunt qui carnis lapſu polluuntur quam pluriumque adulteri. Deleantur ergo leges hæc prohibentes. Secundo. Nemo ad ſacerdotum compellit, imò ſi ſacros canones conſulas, neq; vlus niſi maturo iudicio admittitur, nempe qui ætate ſit legitima, vt ſibi videre deliberatè poſſit, quid ualeant humeri, mox ut morum probitate rerumq; cognitione ac ſcientiæ lumine fulgeat; vt prẽter alias complures ſanctiones uidere eſt apud Alexan. tertium toto titulo de ætat. & qualita. & ordine perficiendorum. Ob id enim ait ad Timoth. Paulus oportere epiſcopũ, atque adeo ſacerdotem, teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt, ne in opprobrium incidat & in laqueum diaboli. Et eundem diſcipulum admonitum curauit, ne cui cito manus imponeret; & Titũ docuit quantis ſplendere deberet virtutibus qui ad ſacerdotium aſſumendus eſſet.

Adquartum. Ad quintum. Ad ſextum. Ad ſeptimum. Prima ſolutio. Secunda.

Tertiò reſpondemus, humanam naturam, non eſſe uſque adeo imbecillem & lubricam quin vigilanti cura cautelaque adhibita, ualeat ſe a carnis incurſionibus per Dei gratiam tueri. Hanc enim ob rem ſancta Nicena Synodus vt 3. eius cano. videre eſt omnem extraneam mulierem a tectis ſacerdotum abegit, abactaſque ſubinde voluit Syricij decretum, quod eſt 18. diſtinc. canon. fœminas. videlicet ut non niſi mater, aut ſoror, aut auia cum ipſis commorentur. Attamen hæretici, ut Hieronymus ſuper tertium Hieremiæ caput ſapienter adnotauit, cum habitent in Aquilone, vnde omne malum panditur, perdito calore fidei audire illud apoſtoli non poſſunt. Spiritu feruentes. Vnde voluptatibus ſeſe tradentes, caſtitatis inimicis, non poſſunt non eſſe pudicitiæ hoſtes, naturæque infamatores, aſſerentes non poſſe homines niſi ut fœminarum mancipia viuere. Quamuis diffiteri non poſſimus, numerum iam nũc ſacerdotum iuſto ampliorem in eccleſiam permitti, admittique citra delectũ in hunc ordinem plebeios ac infimæ claſſis homines: idque eiuſmodi ordinem in infimũ, quo nunc iacet, locum proieciſſe.

Tertia. Nicena ſynod. Syricius Papa. Quarta ſolutio. Auguſt.

Quartò loco reſponſioni noſtræ adijcimus, quòd coniugale officium, etſi iuxta Paulinum monitum, patrumque adeo cõfeſſionem non nullum ſit bene naris hominibus remedium effrænis carnis ſedandæ, tamen laſciuis & obſcenis adeo non eſt remedium vt ſit etiam pernicioſum periculum. Auſculta paulum 1. ad Cor. 7. Si acceperis, inquit, vxorẽ, non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo, non peccauit, tribulationes tamen carnis habebũt huiuſmodi. Quæ quidem tribulationes non tantum ad familiæ moleſtias referendæ ſunt, uerum & ad eaſdem carnis illecebras quibus occurrere licentia illa maritali putabãt Hoſtem enim fugientes, in hoſtiles pugnas incidunt, ignem extinguere uolunt, & ignẽ ſuſcitant. Vnde Auguſtinus in libro de ſingul. cleric. Mariti, inquit, & uxores coniugia quotidie gerentes, non ſibi ſufficiunt. Hæc ille. Nemo ergo credat carnali uoluptati obſequendo, eidem obuiare, ſed fugienda eſt prorſus. Adde quòd coniugalis

vſus

vſus tum natura ſua ſatietatem facit, tum, irritante dæmone, nauſeam. & alieni thalami deſiderium. Quocirca dum iſti hæretici ſacerdotes volunt continentes maritos efficere, adulteros procreant. Non debuiſſet ergo, vt ad Panormitanum reſpiciamus, ſacrorum canonum expoſitor illam cenſere ſalubrem medicinam vt carni aduerſus ſpiritum depugnanti fædè indulgeretur. Non enim ſic nos voluit inſtructos Paulus vbi aiebat: Volo autem omnes vos eſſe ſicut meipſum. Sanctus certe S. Thom. quæſtione præſenti, articulo vndecimo, admoniros voluit eccleſiæ prælatos, nempè quod periculis humanarũ rerum per res humanas obuiandum ſit, non autem per hoc quod res diuinæ conuertantur in vsũ humanum. Eò potiſſimum quòd alia remedia præſentiora ſunt morbo titillantis carnis medẽdo, quàm ei obſequendo eius excitare pruriginem. Si modo eadem remedia vigilantius eccleſia in ſacerdotum ordine inſtauraret, & ſacros canones exigeret. Nempè vt ſacrorum doctrina pollerẽt, frugali vterentur menſa, ſecularibus abſtinerent, tum delitijs tum commercijs, orationi denique incumberent. His enim inſtitutis multo efficacius clericorum corruptioni proſpectum foret, quàm eos in matrimonialia impedimenta ſubmergendo.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſacerdotalis continentia ab ipſis ſtatum eccleſiæ incunabilis cœperit.

1. Argu. SEcundo loco de antiquitate huius inſtituti dicẽdum ſupereſt. Et morte noſtro quòd non ab ipſis eccleſiæ primordijs fuerit exortum arguitur eodem loco ſupra citato, vt limatius exponatur. Apoſtolus enim epiſcopos commonuit vt vnius eſſent vxoris viri, haud ergo ab illo ſæculo originem mos iſte traxit. Secundò extat canon ſextæ Synodi Conſtantinopolitanæ, quæ habita fuit ſub Agathone Pontifice, tempore Cõſtantini Quarti. Anno ſalutis 673. & refertur 31. diſtin. canon. quoniam. Canon eſt: Quicunque diligens inuentus ſub diaconali ordinatione, aut diaconali, aut ſacerdotali, hi nullo modo prohibentur ad talem aſcendere gradum pro vxoris ſuæ cohabitatione. Neque etiam tempore ordinationis ſuę profiteri cogãtur quòd abſtinere debeant à legalis vxoris familiaritate. Tertiò arguitur auctoritate quæ tri buitur Auguſtino in 15. de Ciuit. citaturque à Gratiano cano. cum igitur 35. quæſtio. prima. Cuius verba ſunt: Eccleſia poſt apoſtolica inſtituta quædam conſilia perfectionis addidit, vtpote de continentia miniſtrorum eccleſiæ, hoc ergo non erat neceſſitatis præceptum, ſed honeſtatis conſilium. Tertiũ.

Contrarium verò nos edocet decretum Calixti I. quod habetur 27. diſtin. c. presbyteris, ait Presbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus, & monachis concubinas habere ſeu matrimonium contrahere penitus interdicimus, cõtracta quoque matrimonia ab huiuſmodi perſonis diſiungi, iuxta ſacrorum canonum definitionem iudicamus. Sedit Calixtus circa annum Redemptionis. 28. cum ergo ipſe antiquiores canones citet, documentum eſt rem eſſe antiquiſſimam. Calixt.

Quæſtio præſens quinque concluſionibus eget, vt eius veritas clareſcat. Prima Apoſtolorũ ſeculo permiſſum fuit vt qui coniugali commercio impediti erant, nihilominus ſacris initiarentur. Id quod nullo alio opus habet teſtimonio, quam illo bis iam citato Paul. 1. ad Timoth. 3. ad Titum. 1. vbi ait oportere epiſcopum eſſe vnius vxoris virum. Haud enim eludere loca illa poſſumus, dicentes, intelligi de his qui cum fuiſſent matrimonio mancipati, iam eſſent vxoribus vidui Paulinus enim contextus planè commonſtrat illos eſſe intelligendos qui matrimonio durabant, tum quòd vnius vxoris vir, hoc ipſum ſonat quòd vxorem habens, tum etiam quòd inter alias eius virtutes hanc etiam ponat, vt ſit ſuæ domui bene præpoſitus. Sed in hoc confirmando, non eſt cur immoremur. Nam ſi ille non eſſet ſenſus Pauli nunquàm poſtmodum eccleſiaſtica iura coniugatis permitterent fieri ſacerdotes, quod tamen permittunt, vt canon. quoniam. ſupra citatus, diſtinctio. 31. & canon. ſi quis diſtinctio. 32. & mos ipſi Græcorum conteſtantur. Quare quod in eius loci expoſitione ait Hieronymus vi- 1. Cõcl.

Secũdũ.

delicet, Non dicit qui vnam ducat, ſed qui vnam habuerit, non ſic eſt intelligendum quaſi tunc non haberet, ſed quod aliam antè ne dixerit. Hoc enim docuit propter ſacramentum Chriſti, qui vnicam ſibi eccleſiam deſponſauit. Ratio autem aſſerti in hac concluſione eſt, quod cum Oriens tũc eccleſia copia miſtrorum egeret, neque cœlibatus fuiſſet tunc tanta religione auditus, conſtringebatur ex ordine cõiugali philoſophos aſciſcere, & ſenes atque alios qui prudentia valerẽt, quibus ſua miniſteria & functiones inter im committeret, quouſque adulta alius poſſet ſibi ſanctius conſtituere. Secunda cõcluſio. Receptiſſimum eſt nunquam ſacerdotibus licuiſſe poſtquàm eſſent ſacro miniſterio, addicti vxoria ſe negotio implicare. Concluſio eſt quam inter alios celeberrimus Vvaldenſis vigilantiſſimus antiquitatis ſcrutator affirmato 2. qui eſt de ſacramentis, cap. 129. & tomo 5. de ſacramentalibus, cap. 16. Et Iodocus Clithoueus, non pœnitendus auctor. libro de contin. ſacerd. ca. 4. ait eandem fuiſſe ſententiam probatiſſimorum auctorum in qua omnes ſancti patres vno conſenſu conueniunt. Citamus iſtos auctores cò quod cum concluſio hæc negatiua ſit, eademque hiſtoriales, inde potiſſimum fidem commeretur quod ſi contrarium in vſu quandoque & more fuiſſet, non defuiſſet eius hiſtoria, quæ tamen nulla extat. Tametſi eadem concluſio ex canonibus proximè citatis non obſcurè colligatur: qui ambo ſunt ſextæ Synodi Conſtantinopolitanæ. Nam in can. quoniam quo ſacerdotes in coniugio permanere ſinuntur duntaxat fit mentio de contracto ante ſacros ſuſceptos ordines. Et canon. ſi quis diſtinct. 32. ſic habet. Si quis eorum qui ad clericum accedunt uoluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinationem ſubdiaconatus faciat. Vnde à contrario ſenſu infertur, poſteà non licere. Et in Concil. Neocæſa. quod refertur diſtin. 28. Præsbyter ſi vxorem duxerit ab ordine deponi debet. Attamen vt integra fide cuncta referamus, ſunt verba Stephani Papæ in can. aliter eadem diſtinct. 31. quem videntur facere dubiam. Ait. n. quod Græcorum ſacerdotes diaconi & ſubdiaconi in matrimonio copulantur. Obquæ verba Caietan. 12. quæſtione. primi quolibe. audẽter ait, q̃ etiam poſt ſuſceptos ordines quondam ſacerdotibus licuit matrimonio copulari. Nimirum gloſſam eiuſdem capituli ineptam reputans, quæ vbi textus ait copulantur, exponit, copulato vtuntur. Porrò autem propter illum textũ non debuiſſet vniuerſalem confeſſionem Doctorum deſerere, quæ in citatis modò iuribus egregiè funda ur, optimaq; corroboratur rõne, & Græcorum more, vt fertur, cõprobatur. Nam latinè verbum paſſiuum non ſolum actionem præſentem cẽterum & preteritam ſignificat. Nulla ergo eſt violentia dicere, copulantur, id eſt copulati permanẽt, vt non ſit ſenſus quod liceret illis nouo connubio copulari, ſed copulatos viuere: vt habetur ca. cũ olim. de cle coniuga. Hoc tñ fateor negari non poſſe, quin olim diacones & ſubdiacones permitterentur etiam poſt ordinem ſacrũ ad nuptias peruolare, dum tñ id in ordinũ ſuſceptiones proteſtarentur, vt ex tex. Synodi Anchiritanæ 28. diſtin. cano. Diaconi. Ad ſacerdotium tamen non admittebãtur niſi conuerſionis propoſito confeſſi eſſent caſtitatem, quæ verba ſunt Concilij Arelaten. 4 quod eadem diſtinct refertur, cano. Præterea. Rõnem concluſionis huius illam Doctores, afferũt, vt Clithoueus refert, quod cum opus ſacerdotale præſtantius ſit coniugali, neque diuino iuri neque naturali cõſentaneum patres vnquam duxerunt, vt à ſacerdotio ad coniugium retrocederetur, fieret. n. iniuria, tum ſacroſanctæ ſanctioni, tum etiam eccleſiæ, cum qua ſacerdotes nuptias celebrat. Hanc inquam ob cauſſam qui vxoribus ſoluti ſacros ordines expetebant, cogebatur ſi ſacerdos creari luberet, vorum ædere caſtitatis, vt modo fit, Quamuis propter perſonatum tunc inopiam, vt prediximus, cõiuges etiam ſine tali uoto admitterentur: vt habet citatus tex. quoniam diſtinct. 31. Iſtæ ergo concluſiones citra controuerſiam in confeſſio. cunctis ſunt catholicis. Neque vllus ſecundam niſi Iouinianiſtæ. & Vvicleuiſtæ, ac demum Lutherani abnuunt. At verò quod orthodoxorum non nulli, quorum eſt Clithoueus in præalle. libr. ca. 13 affirmant. ſuorum ſacerdotalis continentiæ eſſe indiſpenſabile, neq; Summi Pontificis auctoritate relaxari poſſe vt

Rõ concluſionis.

2. Cõcl.

Vvaldẽ.

Iodocus Clithoueus.

Cõciliũ Neocæſarienſe Stepha. Papa.

Caietã. Diaconisaeſub diaconis olim permiſſum erat poſt ſuſceptũ ordinẽ nuptias celebrare.

Synodꝰ Anchyritana.

Cõciliũ Arelat. Rõ poſitæ cõcluſionis.

Sentẽtia Clithoueï.

1. Rõ cõtra proximã sẽtẽtiam.

vt qui ſemel ſacerdos eſt vxorem ducat ægerrimè fieri poteſt probabile. Nam ſi id intelligant ante idem votum emiſſum, ita vt nequeat eccleſia ſtatutum abrogare, falſum planè eſt. Nam Græci qui iuxta ſanctiones ſextæ Synodi ſacerdotes vna ſunt & mariti, vere ac legitimè ſunt ſacerdotes. Quare non dubium quin idem eccleſia de Occidentalibus ſancire poſſit, vt S. Thom. ſecunda ſecundæ quæſtio. 88. artic. vndecimo conſtetur, eo quòd caſtitas non eſt intrinſecè annexa ſacerdotio, ſicut religioni. Quod prædicti auctores non animaduertentes, argumenta quæ proprie de religione militant, ad ſacerdotium applicant. Quare poſſet pariter ſtatuere, ut poſt ſuſcepios ordines ad matrimonia aduolarent, perſiſterentque ſimul ſacerdotio: quoniam hoc totum ad ius pertinet eccleſiaſticum: quippe quod lex nulla neu naturalis neu diuina uetat. Si vero ſuam ſententiam de uoto ſolenni iam emiſſo intelligant ita ut cum ſacerdotibus qui nunc in eccleſia ſunt Occidentali diſpenſari non poſſit, aliquantulo probabilius loquuntur: ſed tamen neque prorſus quod demonſtrare proponunt, ſatis comprobant. Nam cum ſtatutum illud eccleſiæ non de intimam ſit ratione ſacerdotij, nulla ratio neceſſario negare cogit quin poſſit etiam ſuper hoc Papa diſpenſare, licet, vt ſuperiori articulo monſtratum eſt, exitioſiſſima eſſet eccleſiaſticæ rei clades. Hoc autem eſt quo præſens hæc noſtra diſputatio feſtinat: vtrum illicò ab eccleſiæ ortu mos ille uerit, vt qui ex coniugio ad ſacerdotium recipiebantur non prius reciperentur quã annuentibus vxoribus perpetuam caſtitatem vouerent. Haud enim ad conuincendos iſtos hæreticos noſſe hoc parum refert. Et exiſtit vtrinque pugnax argumentorum acies, quæ me ſemper penè tenuere perplexam. Affirmauerim hic autem ſub probabilitate, quæ mihi perquam maxima eſt, concluſionem tertiam, nempè q circa Apoſtolorum tempora cunctis fuerit ſacerdotibus vxorius vſus interdictus: licet mos poſtea fuerit corruptus. Exiſtit enim apud me hoc ab iſta parte argumentum: Sacerdotium euangelicum nunquam nõ fuit præſtantius habitum quàm Leuiticũ: illi autem ſacerdotes quando templo ſeruiebant, vt panes propoſitionis dignè ederent, ab uxorum contubernio abſtinebãt: vbi articulo præcedenti monſtratum eſt. Qui ergo credi poteſt, vt diuini Apoſtoli eorumque diſcipuli ferrent panem uiuũ, qui de cœlo deſcendit, eorum manibus cõtractari, qui de vxoris latere illa die ſurrexiſſent? Adde, quod ſi hæc meditatio poſteris in animum induxit, nempè Occidentali eccleſiæ, vt ſacerdotes a coniugali commercio arcerentur, quæ potuit eſſe neceſſitas quæ primitiuos illos patres excuſaret, ne id ipſum prouiderent? Sed ais, raritas tunc erat uirorum quibus ſacerdotalis prouincia demandaretur. Fateor equidem, ſed tamen neque eccleſiarum tanta erat frequentia, quin ſeruente tunc Chriſti ſanguine inueniri poſſent homines ætate prouecti, literis & probitate prædicti, qui illam caſtimoniam uxorum conſenſu profiterentur.

Et confirmatur. Si Græci, Latinorum de hac re inſtitutum non ſuſcipientes, nũquam auſi ſunt quando templo adminiſtrant, uxores inuiſere, nõne teſtimonium eſt ab ipſis eccleſiæ incunabulis aliquid ſanctius in more, fuiſſe?

Secundum autem, & quod me vehemẽter vrget argumentum, eſt, quod ex ſuperioribus concluſionibus egomet mihi excogito. Conſtitutiſſimum enim cunctis eſt ſtatim ab eccleſiæ incunabilis coniugatos quidem ad ſacerdotium admitti ſacerdotes uero a ducendis vxoribus fuiſſe cohibitos. Hoc autẽ diſcrimen nulla quiuit alia eniti ratione, quàm quòd neutri illorum vſui matrimoniali indulgere ſinebantur. Alioqui ſi qui in matrimonio erant, poterant uxoribus uti, quidnam quæſo verabat, ne, & ſacerdotes poſſent pariter inire connubia. Nam ſi fateamur coniugatos uxorio uſu fuiſſe interdictos, palam ſit ratio, cur poſt ſacerdotium interdicerẽtur contractio matrimonij nempè quia uolebant caſtitatẽ ſicuti cæteri, qui erant vxoribus copulari. Adde, quòd illa diſparitas, ut alij uxorio fruerentur complexu, alij vero minimè, nequiſſet non decorum Eccleſiaſticum deturpare. Profectò quando nulla extaret auctoris aſſertio rationes me vehementer in hanc cogerent ſententiam: ſed extant nihilominus ſanctorum patrũ teſtimonia quę conſideratius penſata, rem apertiunt. Et quippe in primis auctoritas anti-

Confirmatio.

3. Concluſio.

Argu. pro concluſion.

antiquiſſimi Epiphanij, encomijs Hieronymi atque Auguſtini illuſtriſſimi: cuius verba ſunt, tom. 1. lib. 2. in hæreſi Catharorum: Reuera non ſuſcipit ſancta Dei prædicatio poſt Chriſti aduentum eos, qui a nuptijs mortua ipſorum uxore ſecundis nuptijs coniuncti ſunt, propter excellentem ſacerdotij honorem ac dignitatem. Et hoc certè ſancta Dei Eccleſia cum ſynceritate obſeruat. Sed & adhuc viuentem & liberos gignentem vnius uxoris virum non ſuſcipit: ſed eum, qui ſe ab una continuit, aut inuiditate vixit, diaconum, & presbyterum & epiſcopum, & hypodiaconum & maxime vbi ſynceri ſunt canones Eccleſia ſtici Et ſubdit: At dices mihi omnino in quibuſdam locis adhuc liberos gignere presbyteros, & diaconos, & ſubdiaconos. At hoc nō eſt iuxta canonem, ſed iuxta hominum mentem, quæ per tempus clāguit, & ꝑꝑ multitudinem: cum non inueneret miniſteriū. Hæc ille, atque alia ſubſequēter accumulat ad confirmandum nunquam fuiſſe licitum ſacerdotibus uxoribus uti, q̄uis eſſent maritati, niſi ubi propter libidinem canonum ſynceritas non ſeruaretur. Et tom. 2. lib. 3 circa finem, ubi eccleſiaſticam diſciplinam ſcribit, expreſſe ait non eſſe ad ſacerdotium admittendos niſi ex his qui aut virgines ſunt continentiam a proprijs uxoribus ſeruāt, aut ab vnius nuptijs viduitatem cuſtodiunt. Eodem accedit

Hieron. Hieronymi teſtimonium, vbi ait: Quid facient Orientes Eccleſiæ? quid Aegypti & ſedis Apoſtolicæ? quæ aut uirgines clericos accipiunt aut continētes, aut ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt? En tempore Epiphani Salamine epiſcopi in Cypro, & Hieronymi, qui in Oriente vitā degerat, quamquam ſacerdotes uxores alerent, earum tñ vſu abſtinebant. Eidem aſti

Ambr. pulatur Ambroſius in expoſitione 1. Timot. ſuper verbis Vnius vxoris virum. Vbi ait: Si qui filios bene gubernauerint, &c. poterunt digni fieri ſacerdotio, & infra.

Haym. Iam de cætero ſe ab uſu fœminæ cohibentes. Atque ibidem Haymo. vnius uxoris: i. quòd non ſit bigamus, poſtea uero penitus

Beda. abſtinere debet. Et ſupra citatus uenerabilis Beda, lib. 3. de taber. aſtruit tunc temporis nemini licuiſſe in ſacerdotem creari, niſi aut virgo permanſiſſet aut contractavxore coniunctionis fœdera ſoluiſſet. Accedāt demum verba Concilij Carthaginenſis, quæ referuntur 32. diſt cano. Placuit. Hæc ſcilicet. Placuit Epiſcopos, presbyteros. diaconos, & ſubdiaconos, ſecūdum priora inſtituta etiam abſtinere ab vxoribus. Et verba ſubinde Leonis Pontificis cano. ſeriatim proximo, ſcilicet. Si quis ex coniugatis deſiderat ad ſubdiaconatum aſcendere, nō poteſt ſine conſenſu vxoris ſuæ ut fiat de carnali deinceps ſpirituale coniugum, nemine cogente eos. Neque permittitur poſtea uxor iungi eidem marito ſuo carnaliter, nec cuiquam nubere in nita aut poſt mortem illius. Nempe quia uxor tenebatur etiam facere uotum perpetuum caſtitatis. Et hoc concilium appellat priora conſtituta, ſcilicet ut arbitror, ſeculo Apoſtolorum proxima. Quin uero & canon ipſe ſextę Synodi. Quoniam. 31. diſt. quò ſe Græci tuentur, id plane docet: vbi ait ꝙ clerici tempore ordinationis ſuæ caſtitatem profiteri non coganturillic inquam docetur in primitiua eccleſia ita cogi. Ecce quæ mihi faciunt concluſionem impendio quam maxime probabilem, immo certam: & præterea quod nūquam tantum poſtmodum eccleſia cōnixa fuiſſet caſtitatis uoto ſacerdotes obſtringere, niſi a ſanctis ipſis Apoſtolis id fuiſſet edocta.

Concil. Carthaginenſe

Nihilominus neque obnuendum eſt eſſe aduerſus hanc ſententiam non exilia argumenta, quibus aliqui putant, vt eſt Clithoueus, contrariam conſtitui. Et primum eſt locus Pauli in ſuperiori articulo & in præſenti allegatus, Oportet epiſcopum eſſe vnius vxoris virum: qui aliter quidem ab hæreticis, aliter verò a catholicis nobis obijcitur. Ab illis quidem in hoc ſenſu ꝙ ſit neceſſarium antequam quis ſacris initietur uxorem ducere. Sed hic adeò Paulinis verbis reluctatur vt non alio indigeat mucrone. Altero verò mitiorique ſenſu a catholicis opponitur: Videlicet ut inde inferant licuiſſe tunc totum etiam cum vxoribus communicare. Ambo tamen ſatis per illorum ſanctorum teſtimonia excluſi ſunt, quos nuperrimè ad confirmandam proximam concluſionem attulimus: quippe qui non ſolum negāt neceſſarium fuiſſe vt qui ſacris initiaretur, vxorem duceret, verum aſtruunt eis qui matrimonia li antea fœdere tenebātur, non licere uxoribus amplius uti. Et præterquam in loco citato,

Primū argum. Clithoueiin p̄fatā ſententiā.

Solutio.

citato, audiamus rursum expositorem Hie-
Hiero. ronymum libro 1. aduersus Iouinianum, vbi nostram tertiam conclusionem apertissimè confirmat. Ait enim. Non dicit (scilicet Paulus) eligatur episcopus qui vnam ducat vxorem & filios faciat: sed, qui unã habuerit vxorem & filios in omni subditos disciplina. Certè confiteris non posse esse episcopum qui in episcopatu filios faciat. Alioqui si comprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur. Aut permitte sacerdotibus exercere opera nuptiarum, vt idē sint virgines quod mariti, aut si sacerdotibus vxores non licet tangere, eo sancti sunt, quia imitantur pudicitiam virginem. Hæc Hierony. Quare prætermissis expositoribus perspiciamus ad Paulus ipse id minimè obscurè insinuauerit. Nam vbi dixit, vnius vxoris virum, statim subdit, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, quod profecto non de pudicitia matrimoniali, sed de omnimoda intellexisse videtur. Quod & clarius ad Titum censuisse apparet, quippe vbi ait, iustum, sanctum, continentem Quasi dixisset, perinde cum coniuge atque cum sorore habitantem, Nam eum qui rei vxoriæ operam nauat, quis continentem appellauerit? Accedit quod B. Ioannes, episcopus fuit Ephesi, qui tamē virgo electus est à Domino, & virgo in æuum permansit. Quin verò crebros alios reperias sanctos patres attestantes tempore Apostolorum obseruatam fuisse sacerdotalem con-
Argum. tinentiam. Sed est præterea argumentum contra hanc nostram ptobatissimam assertionem quod inter canon. Apostolorum ille extat qui refertur dist. 28. Siquis docuerit sub obtentur religionis propriam vxorem contemnere, anathema sit. Cui consonat canon quintus Apostolorum. Ne episcopus aut presbyter vxorem suam prætextu religionis eliciat. & cano si quis docuerit. dist. 28 Ad hoc autem respondeti poteſt, quidquid hæretici dicant, quibus
Solutio Clithoneus minimè debuisset fauere, solum illis locis prohiberi ne sacerdotes sic vxores contemnerent, vt eis, liberisque, & familiæ non prouiderent, sed domo pollerent. At verò citra contemptum communi toto ex amborum consensu abstinebãt.
Argu. 3. Vehementius tamen argumẽtum primo aspectu sumitur ex historia Cassiodori in Tripart. li. 2. c. 14. quæ citatur à Gratiano. 31. dist. cano. Nicena synodus. Verborum sententia est, ne cuncta referamus, quod cum synodus sancire adornaret ne presbyteri cum coniugibus quas ante consecrationem duxerant, non dormitent, Panutius, licet nuptiarum esset inexpertus, patribus persuasit ne talem ponerent legem asserens esse grauem fornicationis occasionem. Cui quidem sentẽtiæ statum est, atque adeò non in necessitate, sed vniuscuiusque voluntate positum. Ad hanc autem historiam primum respondetur non esse relatam inter acta Concilij, sed sola Cassiodori auctoritate vigere. Immo mirum est si hoc verum sit quod in tertio canone eiusdem concilij, vbi sacerdotibus interdictum est mulierem extraneam secundum habere, nisi fortè mater esset aut soror aut auia, aut amita, aut matertera, non fuerit inter istas exceptas, & vxor commemorata. Sed tamen vt auctoritatem historiæ non repudiemus adhibenda est secunda responsio, nempè id solum cõuinci quod nos in conclusione adiecimus. s. post Apostolorum seculum corruptis sacerdotum moribus dissimulatam fuisse, vt ex Epiphanio citauimus, obseruantiam sacrorum canonum. Et quia tunc Nicena synodus cogitabat sacerdotium ad antiquam formam reuocare, Panutius consuluit potius esse propter corruptũ seculum cõniuendum, sicut nunc facit ecclesia cum Germanis. Et eodem modo respondendũ ad canonem Concilij Gangrensis, Si quis discernit, eadem 28. distinct vbi iubetur quòd sacerdotes nolentes abstinere non sunt ideò à sacris arcendi. Denique vt cuncta quæ diximus patentiora fiant, statuitur quarta conclusio. Decretum Ecclesiasticũ quod modo in Ecclesia Occidentali viget, vt scilicet neque post sacerdotium coniugia contrahant, neque coniugati sacerdotes fiant, non solum ante Nicenam synodum factum est, verum quam maxime fit probabile, proximè seculum Apostolicum fuisse in vsu. Probatur ex illo citato canõne Calixti, Prebyteris 27. distinctio. vt eadem extat constitutio. Et subditur iuxta sacrorum canonum definitionem, vbi docetur iam antea fuisse canonicum. Antecessit autem Calyxtus Nicenam synodum annis centum. Sedit quippe anno 214 vsque

Prima rñsio.

Quarta conclu.

Probatio.

que ad 20. Synodus autem Nicena ſub Syluestro celebrata fuit anno 315. Poſt Calixtum eandem conſtitutionem confirmauit Syricius qui falſo ab aliquibus cenſetur fuiſſe primus eius inſtitutor. Anno 388. cuius decretum extat 82. diſtinct. cano. Plurimos. Poſt uero anno 408. eandem ſanctionem ſuo decreto decreto ſtabiliuit Innocentius I. in Epiſtola ad Exuperium: quæ refertur eadem diſtinct. canon. Propoſuiſti. His adhibentur, & duo eiuſdem rei canones, Diui Gregorij videlicet, Nullum. diſtinctio 28. Et ante triennium, diſtinctio 31. quibus ſanctè prohibet ne quis in ſubdiaconum ordinetur niſi perpetuam caſtitatem voto profiteatur. Extant & quàm plurima huius rei teſtimonia quæ operoſum moleſtumque eſſet huc congerere. Et hæc de Latinorum ſacerdotum inſtituto.

Calixtꝰ Syricius. Innocē. primus.

Igitur ut ad Græcorum inſtitutum gradum hinc faciamus, quinta poſtremaque præſentis articuli concluſio eſt. Græci non modo Romanũ inſtitutum repudiarunt, verum illud amplexati ſunt, quod ex nullo prorſus vel Apoſtolorum, vel Conciliorum permiſſu elicuerunt: immò omni eccleſię antiquitati omnino repugnat. Haud enim tantum eos qui rei vxoriæ mancipati ſunt ſacris initiant, immo nullum ad eundem ordinem admittunt, niſi rogatus reſponderit coniugatum eſſe. Ad literam ergo Vigilantij errorem ſequũtur: de quo Hieronymus ad Riparium in fronte quæſtionis a nobis citatus lamentatur nempè quod neminem continentium in ſacerdotem crearent. Quo ergo hæc liquido pateant, rem auſpicemur a canone Quoniã diſtinct. 31. quem argumento ſecundo in Græcorum fauorem attulimus; qui habetur inter canones ſextæ ſynodi Conſtantinopolitanæ. Et quoniam ſi ſynodali eccleſię auctoritate polleret, ut Gratianus, & qui ipſum de prima facile iudicant, vehementer contra noſtram tertiam concluſionem pugnaret, ac perinde hæreticis per magnum præſtaret patrocinium qui Græcorum inſtitutum Romano anteferunt, contenduntq; adeò expedire ut a Latinis recipiatur, operæpretium quam maximè duximus hoc abſque cenſura non preterire: nempè ut Græcani cum morem, quam ſit ſacris Apoſtolorum inſtitutis aduerſum, perpendamus. Oportet ergo prius verba canonis adnotare, quæ ſubſequuntur.

Quinta concluſ.

Quoniam in Romani ordine canonis eſſe cognouimus traditum, eos qui ordinati ſunt diaconi vel presbyteri confiteri, quod non ſuis iam copulentur vxoribus: antiquum nos ſequentes canonem Apoſtolicæ diligentiæ, & conſtitutionis ſanctorum virorum, legales nuptias amodò valere volumus, nullo modo eſt vxoribus ſuis connubia diſſoluentes, aut priuantes eos familiaritate ad inuicem in tempore oportuno. Et infra. Neque etiam tempore profeſſionis ſuæ caſtitatem profiteri cogantur, quod abſtinere debeãt à legalis vxoris familiaritatè. Item oportet eos qui altario miniſtrant, in tempore oblationis ſacrorum continentes eſſe in omnibus, vt à Deo poſſint conſequi quæ ſimpliciter poſtulant. Hæc ergo ait Gratianus omnia intelligi de Orientalibas ſacerdotibus. Haud tamen abſque acriori cenſura rem præterite debuiſſet. Quem ergo non piguit verba canonis cuncta audere, non tædeat ſingula perpendere quantum habeant roboris, ſunt enim ea, quæ ſi penitius perſpicientur, manifeſte falſitatis ſeſe redarguunt. Vſque adeò vt ante nos alij minimè ſint affirmare veriti eundem canonem profanum eſſe, inſolentiæ imprudentiæque plenum, & ab eis æditũ qui caſtitatis Romanorum ſacerdotum aperti eſſent hoſtes. Fuit quidem in primis Albertus Pighius vir egregiæ ſolertię & eruditionis in propugnanda eccleſia Romana, qui auctoritatem illius Synodi non infimis rationibus labefactare conatus eſt, quippeque Honorium Romanum pontificem eiuſdem hæreſis immeriti damnauit; cuius ipſe condemnauerat Sergium. Et perſonam etiã Origenis pronuntiauit hæreticam, qui profectò, licet in aliquos errores lapſus, non cenſetur ſtudio contra Eccleſiam fuiſſe pertinax. Ego verò Pighio omnino non ſuffragor, neq; verò refragari modo inſtitui, quia non eſt locus. Attamen etiam ipſi qui apologias pro eadem Synodo contra ipſum ſcripſerunt, quorum fuit Franciſcus Torrenſis, negare nequeunt, quin verò planè fatentur eundem canonem qui ordine illic eſt. 13 non ſolum apocryphum, verum, & corruptiſſimum, eſſe huius enim verba ſunt

Albert. Pighius

Reprobatur Pighij cenſura.

Franci. Torrẽſ.

quæ

quæ nuperrime referebamus. Et primum omnium notum est eiusmodi canones nõ fuisse æditos in eadem sexta synodo, sed uel, quemadmodum Tharasius act 4. septimæ synodi refert quinque post annis illuc reuersis episcopis, vel quod versimilius est, vt ex 3. can. eiusdem sextæ synodi colligitur, viginti septem transactis. Quare licet. Adrianus posteà eandem sextam Synodum, quatenus Romanis institutis nõ repugnaret, susceperit, non tamen censetur eosdem canones auctoritate catholica donasse, quippe qui neque in Concilio editi sunt, neque sub legato Romano. Quod autem dictus canon non solum tanta. verum neque vlla sit auctoritate dignus sua ipsius facies præsefert. In primis enim quæ nã erat Cõcilij maiestas, in pręsentia Romani legati si præses sedisset, recitato Romano decreto è regione statim subdere contrariam censuram, dicendo Antiquum nos sequentes canonem Apostolicæ diligentiæ. Ecquis enim est ille canon? aut vbi extrat? nam quod ait glossa illud referri ad Paulinum verbum ne coniuges se inuicem defraudent, minimè textui congruit, si quidem subdit, & constitutiones sanctorum virorum, vbi planè Concilium secundum Cartaginense denotatur, quod refertur 31. dis. Canone, Episcopos. & 84 canone, cum in præterito. ac subinde Concilium quintum. Quis autem credat sanctum aliquam synodum. Concilium prouinciale æcumenico Romano antetulisse? Sed quod aperte falsitatem eiusdẽ canonis detegit est, ꝙ nullum Carthaginense Concilium sic decreuit vt eodem canone refertur, sed totum contrarium: Canon. n. secundus secundi concilij expresse iubet quæ Aurelij sententia fuit, omnes antistites, sacerdotes, & leuitas continentes esse in omnibus, etiam ab uxoribus, quo possint simpliciter quod à Deo postulant, impetrare, verba sunt expressa. Perperam ergo hic canon citauit illum, addens vt tempore oblationis continentes essent. Hoc enim Paulus cunctis etiam secularibus edixerat, Sed vide quomodo isti impostores deprauarunt Carthaginense Concilium quintum, cuius cano. 3. ad literam sic hñt: de quorundam clericorum, quamuis ergo vxores proprias, in continentia referetur, placuit episcopos, & presbyteros, & diaconos, secundum propria instituta etiam ab vxoribus continere. Omissus est subdiaconatus, qui tunc forte non habetur ordo sacer. Verbum autem secũdum propria instituta, quo ad literã intelligitur secundũ legem sacerdotali ordini congruam, quæ scilicet ab Apostolis vsque ea erat, vt nullus cõiux sacris initiaretur nisi votũ emitteret castitatis, ipsi præuaricati sunt, dicentes. Cum instaret tempus sacrificij. Et propterea addiderunt vt sui sacerdotes tempore ordinationis profiteri castitatem nõ cogeretur, neque ab vxoribus abstinere. Quod nos bene supra notauimus tanquã testimonium, ꝙ ille esset mos antiquus ecclesiæ. Vide ergo quam non liceat quidquid inter decreta a Gratiano fuerit relatum, vt moris est Canonistarum, tanquam oraculum adorare. Immo potius vel ipse debuisset, vel sui glossatores radicitus historias cõsulere, vt rerum medullas eruerent At verò vt gratis donaremus eundẽ canonem legitimum esse, haud tamen in eo continetur vt sacerdotes ad id muneris non admittantur nisi fuerint prius coniugati, vt Grecorum mos habet, sed hoc solum quod non cogantur castitatem nouere. Cui accinit & alter eiusdem synodi can. qui refertur 32. distinctio cuius verba sunt: Siquis eorum qui ad clerum accedunt voluerit nuptiali iure mulieri copulari. hoc ante ordinationem subdiaconatus faciat. Et canon subsequens Carthaginensis Concilij quarti: Lectores cùm ad annos pubertatis veniunt, cogantur aut uxores ducere, aut cõtinentiã profiteri. Meritò ergo à multis, vt idem ait Torrensis. creditur Græcos à Nicolaitis hæreticis eum morem contraxisse. Horum enim parens Nicolaus, vt in catalogo hæreticorum ait citatus iam Augustinus cum pulcherrimam haberet vxorem, quæ perinde, apud ipsum in suspicionem pudicitiæ venerat, neque satis procos abigere domo posset, communem vsum vxorum suis persuasit discipulis, qui quidem posteà multa in illum errorem deprauarunt. Inter quæ decimum septimum canonem mendose supposuerunt sexto libro Institutionum Apostolicarum Clementis, quẽ quidem canonem quidam posteà auctor Græcus Niceta, Pectothoratus nomine defendit, Græcisque persuasit. Canon verò, vt Vmbertus Leonis legatus in libro contra ipsum refert, sic habet: Episcopum

Roboratur pręrita assertio.

Fragmẽtũ cõcilij Carthaginẽsis, quinti deprauatum.

Hæresis Nicolai tantum.

August.

Canõ alter corruptus.

Canõ alter corruptus.

pum & presbyterum & diaconũ dicimus, qui unã habet vxorem, ordinari, nec licet eos poſt manus impoſitionem innuptos eſſe. Ex quo canone iuam Græci conſuetudinem traxere. Hęc omnia patẽt apud dictum Vmbertum Cardinalem. Is enim à Leone IX circa annum Milleſimũ quinquageſimum Cõſtantinopolim de hac re delegatus contra eundem Nicetam ſcribens, has omnes Græcorum præuaricationes patefacit. Haud ergo Græcorum mos cenſendus eſt alicui orthodoxæ Synodi conſentaneus: ſed tanquam error inter alios eorum tolerari ab eccleſia præſenti. Nam antiqua nunquam eis permiſit, ut non ordinarẽtur niſi coniugati, ſed id penitus quòd illi etiam ſecundo gradu poſt continentes admitterentur. Et fortaſſe idẽ fuit Niceta ad quem idem Leo dixerit canonem, ſeriatim. 32. Atqui eodẽ modo intelligendus eſt textus Innocentij III. cũ olim de clericis coniugatis: nempè quod propter Græcorum duritiam permiſſum eorum ſacerdotibus eſt ne uotum caſtitatis emittant: haud tamen quòd cogantur eſſe coniugati. Igitur ut ad noſtros Lutheranos, à quibus profecti ſumus, reuertamur, nullatenus ſe poſſunt Græcanico inſtituto protegere.

Ad primũ arg.

Ex his argumenta in capite quæſtionis obiecta, ſoluta reſtant. Primum enim ex Paulo hæretici acceſſunt, inteligentes illud verbum, Oportet epiſcopũ eſſe vnius vxoris virum, quaſi præceptum quo ſacerdotes cogantur cõnubia inire. Sed iam ſupra monſtrauimus quam diuerſe ſancti idem interpretentur verbũ. Fuit enim tantum prohibitio ne bigami aſſumerentur in ſacerdotes, & præterea propter ſacerdotum inopiam permiſſio, vt etiam coniugati initiarentur, ſed vt monſtrauimus, præmiſſo, conſentiente vxore, caſtitatis voto. Simili prauitate & calũnia intelligũt quin tum Apoſtolorum canonem ne presbyteri aut diaconi prætextu religionis vxores eijciant quaſi præceptum ſit vt illis viantur, contra quam a nobis ſuperius expoſitum eſt. Et pariter verbum epiſtolæ cuiuſdam quæ dicitur Clementius detruncantes, ad ſuã libidinem perrahunt. Verba. n. epiſtolæ ſunt. Miniſtri alteris ad Dominica tales eligantur officia qui ante ordinationes coniuges ſuas nouerint. Quod quidem ipſi (perpende abſurditatem) aiunt eſſe præceptum ac prohibitionem ne cui ante conſummatum matrimonium liceat ſacris initiari. Quod alij, vt cauerẽt abſurdum negatiuè legerunt, non nouerint cũ tamen non ſit niſi affirmatiuè legendum at verò non truncatè, ſed ſi ſemper cõtinere noluerint. Hoc eſt ſi non fuerint virgines, aut continentes, ſed cõiugati, ea lege ad ſacerdotium recipiantur, vt vſque ad illud tantum tempus vxores nouerint. Quaſi dicat, deinceps autem ab illis abſtineãt, vt in tertia concluſione monſtrauimus. Secundum autem argumentum de cap. quoniam iam ſatis ſolutum eſt. Tertium verò quod illi auctoritati nititur quæ Auguſtino tribuitur, nempè vbi appareat dicere cõtinentiam ſacerdotum poſt Apoſtolica inſtituta ab Eccleſia fuiſſe adiectam nullatenus contra tertiam noſtram concluſionem pugnat, tum quod illud non eſt verbum Aug. Sed quia initium illius c. Cum agitur. eſt illius, ſcioli legunt totum tanquam Auguſtini, cum tamen ſit Gratiani, tum quod Gratianus hoc tãtum ait quod continentia ſacerdotum eſt opus conſilij, quia conſilium eſt, ut fian ſacerdotes, ſed tamen poſtquam ordinati ſunt, iam ſit illis præceptum. Quòd autem ait poſt Apoſtolorum inſtituta fuiſſe adhibitam, ſi vult tempore Apoſtolorum nondum fuiſſe illud in more, auctoritates ſanctorum ac rationes ad eandem tertiam concluſionem allatæ ei refragantur, quæ ideo pluris æſtimandæ ſunt.

Correctio alteri⁹ canonis.

Ad sm argum.

Ad tertiũ arg.

Finis libri Septimi.

FR.

FR. DOMINICI SOTO, SEGOBIENSIS, THEOLOGI, Ordinis Prædicatorum, Liber Octauus de Iustitia & iure.

PROEMIVM.

QVando primum libros istos de iustitia & iure in lucem dedimus, materiam iureiurandi, & adiurandi quæ se inter illos iure optimo insinuabat, ob id missam fecimus, quòd seorsum libellum paucis ante diebus de re illa ediderim. At quoniam in vulgus Latinè & Hispanè illum scripsi, obidque non omnibus scholarum neruis rem amplificaui, multi ex me efflagitarunt: ut hac secunda impressione id de integro elucubrarem: est enim res scitu dignissima, his maximè temporibus, quando iurandi licentia tantam peierandi cõsuetudinem peperit: ut uix Christianis enormitatem huius criminis persuadere valeas. Id quod Christianismũ teterrimè denigrat. Annui ergo nil ueritus, si ex eodem libello quàm plurima huc sim transcripturus. Ille enim in solum usum plebis cedere potest. Cogitaui ergo libellum septimum de cambijs qui breuissimus erat in sexto de usuris ponere, ac post septimum de uoto, octauum istum de iureiurando & adiuratione collocare. Ordinem nimirum D. Thom. ut hactenus feci prosecutus.

QVÆSTIO PRIMA, DE IVRAMENTO.

S. Thom. 2. 2. quæst. 89.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum iuramenti definitio sit bona.

QVÆSTIONEM de iuramento in decem articulos destribuit San. Tho. quorum primò quæritur quid sit, secũdo sit ne licitũ, & cætera alia quæ suo ordine patebũt. Vbi forsan quis illico ordini obijciat, primum fuisse quærendum, vt Philosophus 2. post admonet, vtrum iuramentũ sit, quam quid sit. Respondetur autem in moralibus idem esse quærere, an res sit, & an licita sit. quæ quidem quæstio præsupponit quid sit: ex notitia enim eius scire pẽdet, an licitum sit. Meritò ergo primum de definitione quæritur iuramenti. Ad quam quæstionem D. Thom. quatuor conclusionibus respondet. Prima, Iurare est Deum in testem assumere. Et dicitur iuramentum ob id quod sit quasi pro iure introductum. Alij aiunt iurare esse Deum in testem vocare, sub quibus verbis D. Thom. quæstionem proposuit. Et sumitur ex quodam sermone Augustini de periurio, qui est inter sermones de verbis Apostoli. 28. super verbis Iacob 5. Nolite iurare &c. Vbi ait quid est iurare per Deum, nisi testis est Deus? Verumtamen D. Thom. ad prohibitionem diuinam alludens, ne nomen Dei in uanum assumamus, cordatius pro

1. Conc.

inuo-

inuocare, dixit, assumere. Probatio autem conclusionis sumitur ex fine & caussa iurandi. Iuratio namque est veritatis confirmatio in rebus moralibus, quæ in particulari cõsingunt iuxta illud Apostoli ad Hebræos sexto. Omnis controuersiæ finis ad confirmationem, est iuramentum: huiusmodi autẽ cõfirmatio certa esse nequit nisi Deus in testem aduocetur: ergo iurare est Deum in testem assumere. Secundæ autem præmissæ ratio est, q̃ in scibilibus, quę in ratione posita sunt, confirmatio ueritatis procedit ex his, quæ sunt naturaliter nota: atque adeo illic neque testibus neque iuramento opus est. In moralibus verò q̃m contingentia sunt atque adeo nimium varia, non potest res ratione constabiliri. Sed opus est testibus. Testimonium autem humanum duplici de caussa fallax est: nempè & ex vitio voluntatis hominis, qui contra id quod mente sentit, ob malitiam pronũtiare potest: & ex defectu intellectus: quia ob ignorantiam sæpe de occultis, & de absentibus fallitur. Cum ergo his de causis omnis homo sit mendax, dictorum veritas solo Dei testimonio satis confirmatur. Id quod Apostolus loco modo citato admonet dicens, Homines per maiorem se iurant. Hinc ergo perspicaciorem definitionem scolastico more hanc eliciamus. Iuramentum est dictio per diuinam attestationem confirmata: vt dictionis nomine, affirmationem & negationem complectamur: Dei vero appellatione, res quoque diuinas nempè creaturas in ipsum relatas. Enimuerò qui per creaturas iurat, nomen aliquod illis inesse profitetur, siue falsum, vt idololatræ, siue uerum: vt orthodoxi, q̃ Deum in creaturis existere profitemur. vn de iusiurandum ait de officijs Cicero est affirmatio religiosa. Et Aristoteles etiam in Rethorica ad Alexandrum, iusiurandũ est, cum diuina veneratione dictio, probationis expers Dictionis nomine affirmationem complexus est negationem. Adiecit autem, probationis expers, hoc est, quę alia probatione caret: nimirum, vt naturam penitus iuramenti patefaceret: quod utique ci ra necessitatẽ, vbi res aliter probari non potest, non est licitum. At quantum ad etymologiã, iusiurandum a iure dicitur: ob id fortè (vt Augu. in citato sermone insinuat) q̃ qui iurat ius veritãtis Deo reddit: iuxta illud Euangelij, reddes Domino iuramẽta tua: puta honoris ius: quippe cui veluti ipsissimæ veritati propriè competit dictorum omnium & conuentorum veritatem suo testimonio constabilire. Quamuis fortasse rei gratius applaudit quod hic D.T. docet: nempè iusiurandum ob id a iure dici, quòd pro iure sit introductum. Id enim quod iuratur pro lege habendum est, ac veluti ius ipsum sanctè seruandum. Id quòd verbum Pauli denotat, dicens: iuramentũ esse finem omnis controuersiæ, ac si lege esset sancitum. Quare iura post præstitum iuramentum nullam aliam inquisitionem permittunt: iniuria enim alioqui irrogaretur Deo.

Secunda conclusio S. Thom. est diuinũ testimonium quandoque per iuramentũ ad asserendum præsentia uel præterita inducitur: quandoque uero ad confirmandũ id quod in futurum promittitur. Quorum prius dicitur iuramentum assertorium: posterius uero permissorium. Res est quæ suis ipsis nominibus fit clara. Quòd si arguas nonnunquã iuramentum assertoriũ esse respectu futuri, vt cum quis iurat, cras fore, ut pluat. Respondetur S. Thom loqui secũdum iuramenti naturam. Haud enim futurum contingere asserendum est, nisi quatenus in suis caussis iam est notum vt cum quis iurat se facturum quod proposuit facere: iuramẽtũ uero leue, & temerarium etiã de futuro potest esse assertoriũ.

Tertia conclusio. Ad ea quæ sunt necessaria, perque rationem inuestiganda non inducitur iuramentum: & est intelligenda conclusio in sensu prohibitorio. Quasi dicat illa non licet iuramento confirmare. Derisibile enim videtur. Imò, vt infra patebit vitium est, siquis in disputatione sciẽtiæ opinionem suam, vbi ratio non occurreret, iureiurando confirmaret. Quo circa non accipit necessaria pro iis solis quæ euidentia sunt. Nam in speculabilibus altera pars contradictionis semper est necessaria ut astra sunt paria uel non licet neutra sit nobis euidens quare vtramuis iures peccas, atque adeo si iures quantitatem rem esse a substantia differentem aliã ve quamlibet opinionem. Alia conclusio adhibetur in solutione tertij & ideo suo ordine uidenda sunt argumenta. In primo exponit particulam definitionis, assumere Deum. Non enim quicunque testimonium Dei adducit, iurat: vt conclo-

natores

Testimoniũ humanum falsax.

Definitio iure iurandi.

Cicero Aristot.

Iusiurãdi etymologia.

Secũda conclus.

Tertia conclus.

Iatores & prælectores & disputātes cum testimonia sacra citant non iurāt: eò quod testimonia illa Deus sua sponte dedit ad suas asserendas veritates. Quare citantes illa, nihil aliud faciunt quam referre Dei asserta. Iurare autem est illum in testem assertionum nostrarum implorare. In solutione secundi exponit illam particulam euangelij Mar. 5. Reddes altissimo iuramenta tua. Videtur n. iurans nullum ius Deo reddere.

Reddes Altissimo iusta tua.

Respondet ergo dupliciter: vno modo, qđ dicatur ius Deo reddere qui iuramentum implet: nam illi suam fidem obstrinxerat, & potest etiam hoc in iuramento assertorio intelligi quando quis verum asserit. Secunda verò expositio est ad rem magis ac commoda, nempè quod qui iurat, eo ipso quod iurat, ius hoc est honorem Deo debitum illi reddit, videlicet eum agnoscendo & confitendo infallibilem esse veritatem. Quocirca Hierem. 5 Deus de filijs Israel conquerebatur, quod cum deliquissent, iurassent q; in his qui non erant dij, id est honorem iuramentorum sibi proprium in deos falsos transtulissent. Tertium denq; argumentum est. Aliud est officium iudicis, aliud verò testis. Sed quandoq; iurando imploratur iudicium potius diuinum, quam testimonium, vt eum execratoria iuratio qualis est illa Psal 7. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Respondet autē quarta conclusione duplex est iuramentum, scilicet simplex, vt quando seu Deus seu creatura simpliciter vt testis ascitur, vt Deus est mihi testis, per Deum &cet. Alterum verò execratorium, quod etiam dicitur imprecatorium, cum adducitur in testem & pariter in vindicem, vt tanquam iudex vindictam falsitatis sumat, ut dispeream si nō ita sit, quæ quidem etiam forma iurandi antiqua fuit, vt 2. Reg. 3. Hoc faciat mihi dominus & hæc addat; & quod vtrunque sit iuramentum hinc patet, quoniam cū Deus in testem adducitur, vt reuelator veritatis. Hanc verò reuelare potest aut simpliciter internè, aut exterius cum puniendo, qui mentitur. Quare & hoc quoque est iuramētum. Et ad hoc reducitur quando imploratur vt præmiator veritatis. Vt si dicas, sic me Deus adiuuet, sic vitam meam seruet &cet. Nam hic subintelligitur pars aduersa. Alioqui Deus me perdat &c. Ad horum pleniorem intelligentiam colligendum imprimis nobis est, quibus modis cōtingat iuratio vbi primum assertum sit. Nulla dictio simplex seu affirmatio sit, seu negatio, quæ præsefert testimonij, aut execrationis imaginem, est iuramentum. Simplicissima verò omnium est illa Matthæi 5. nobis admonita, est est, non non. Quod est dicere ad id quod est, respōdere affirmando est, & ad id quod non est, negando. Vide quam candidas, quamque sinceras Christus voluit nostras esse assertiones. Duabus n. minimis syllabis admonuit esse explicandas. His n. verbis omnia expressit: Interrogat fecerimne, aut dixerim? respondendum mihi, feci, aut non feci, dixi, aut non dixi. Imo & verba excusare possumus dicendo, sic, aut non. Simplex etiam assertio censetur si aduerbium aliquod aut nomen adiungatur, quod nihil assertionis, aut negationis mutat: vt si dicas, verè, in veritate, certè, profectò, sanè, & id genus reliqua nullum resultat iuramentum. Item si dicas, in fide mea, aut in fide ingenui viri, aut in bona fide nihil iuras; quia non affers fidem in testem. Sed seu sus est, te secundum fidem loqui, quæ in dictis & conuētis seruanda est. Secus si dicas, per fidem Dei aut Christi. Nam tunc iuras per sacrum, sicut per euangelium; quāuis forsan, si diceres: In fide boni Christiani aut religiosi, nō esset iuramentū, sed sensus esset, te id pronunciare secundum fidē humanam, quam bonus Christianus seruare debet. Sunt autē verba non bene sonantia maximè in viris religiosis. Quando verò adhibetur, per, vt si dicas, per meā fidē, videtur inde species conflari iuramēti sicut per meam animam, aut per meam vitam. Idem discrimen apparet si dicas in mea cō scientia, aut per meam conscientiam. Idem .n. censetur in mea conscientia, ac si dicas, id aio quod sentio: sed cum addit, per videtur accusatiuus formam testis induere, ob idq; uiris timorati animi ab his omnib. abstinendum est. Et præsertim religiosis ab eo quod aiunt per habitū D. Francisci, aut D. Dominici. est. n. iuramētum cum nobis indecorum, tum & audientibus assonum. Per hæc autem de cæteris censendum. Secundò ad dignoscendas iuramētorum differentias notandum triplici ex capite variari. Primum ex parte obiecti, diuiditur in

Quarta concl.

Quibus modis cōtingit iurare.

Verè, in veritate &c.

Triplici ex capite variātur iura.

aſſertorium (ut dictum eſt) ſub quo intelligitur negatiuum & promiſſorium. Secundò ex parte illius per quem iuratur diuiditur in iuramentum per Deum & iuramentum per creaturas: quod ut art. 6. latius patebit fieri poteſt uel blaſphemè, ut iurare per Herculem, per Iouē aut per Solem ea ratione qua idololatræ qui creaturas pro Deo colunt: uel catholicè ſicuti per ſanctos perq. euangelia aliaſve creaturas in Deum relatas. Atque hic modus iurandi per creaturas poteſt fieri aut per ſimplicem atteſtationem vt in exemplis modo poſitis, aut per execrationem ſubdendo creaturam iudicio & vindictæ Dei, ſi aliter eſt. Quemadmodum Geneſ. 42 legitur patriarcham Ioſeph iuraſſe per ſalutem Pharaonis. Et homines ſeu per proprias, ſeu per charorum ſimili ſchemate iurant. Sed de his artic. 6. Tertiò denique variantur iuramenta per varias formas & exempla iurandi. Primum quippe, idemque vetuſtiſſimum iuramentorum exemplar fuit olim lege veteri celebratum, viuit Deus: aut, viuit Dominus. Id quod Deus ipſe docuit illam gētem, tum ſuo exemplo, tum etiam lege. Iurauit enim ipſe Nu. 21. uiuo ego, & ita præcepti Moiſi renuntiare populo, viuo ego dicit Dominus. Deinde per Hier. ca. 4. Iurabis, viui Deus. Fuit namque hoc iuſiiurandi ſpecimen tunc temporis ad abominandum abolendumque Etnicorum iuramenta appoſitiſſimum. Iurabant quippe aut per elementa aut inanima ſaxa, aut per Iouem & id genus homines uita defunctos. Vnde Danielis ultimo. Nunquid eſt Bel Deus uiuens? cùm tamen ille qui in teſtem aſcitur, præſens eſſe debeat, idemque rei conſcius, quæ iuratur. Idem ergo eſt, ui uit dominus, ac ſi dicas, illum, in teſtem aſſero, qui non modo uitam uiuit immortalem, ſed ubique adeſt: neque tantùm iuran tis verba audit uerum & intima cordis intuetur: qui ideo neque decipi poteſt, nec vult quenquam ſeducere. Ad hanc formam reducuntur dicere, Coram Deo loquor, vt Paulus ad Galat. 1. & Deus ſcit. Quamuis iſtæ poſſunt accipi & denunciatiue & inuocatiue. Et quidem priori modo non ſunt iuramenta, ſed ſenſus eſt, Ego ſic au ſic aio, ſed tamen verba mea Dei ſcientiæ ſubmitto. Ipſe enim quid uerum ſit nouit. Quare in uiris timorati animi ubi dolus abeſt, non eſt iuramentum. Si autem inuocatiue, dicatur diuinam ſcientiam in teſtimonium inuocando, ut ſi dicas, Deus ſcit quod non mentior, iuramentum eſt. Sicut illud Pauli, Ecce coram Deo, quia non mentior. Quocirca illud Petri, Ioannis 21. Tuſcis domine, quia amo te, formam profectò habet iuramenti perinde ac Deus ſcit. Quamuis ſi tantum reſpondiſſet: Tu ſcis, ſenſus eſſet: Tu ſcis an amem te quod non eſſet iuramentum: cum ät aſſerendo dixit, Scis quia amo te, uſus eſt Chriſtum in teſtem protuliſſe. Secunda poſt hanc formam iurandi eſt, teſtor Deum, aut, teſtis mihi eſt Deus. Qua uſus eſt ad Roman. Paul. atque hæc expreſſius refert naturam iuramenti; eſt ſiquidem iurare (ut ſupra dicebamus) Deum aut diuiſia in teſtes citare. Atque ad hanc formam reducitur illud ad Roman. 9. ueritatem dico in Chriſto Ieſu & non mentior. Tertia forma fit expreſſo uerbo iurandi, ut iuro Deum, &, per Deum, ut Geneſ. 22. Per memetipſum iuraui aut ſub tacito uerbo, proferendo ſolam præpoſitionem, ut ſi dicas, per Deum, per ſanctos, & per Euangelia: ſic & ſic eſt. Quin uerò abſque ulla uerborum prolatione, cùm quis rogatus ac iuſſus, manu crucem aut euangeliorum uolumens attigit intendens annuenſque iurare reuera iurat. Sunt præter ea figuræ aliæ, & phraſes, quas uulgus trutina iuramentorum æſtimat: cùm ſint multo peiore nomine dignæ. Vt uoueo Deo: Deum fit per modum iurantis, eſt. n. abuſus uotum pro iuramēto uſurpare Deum pœniteat, aut Deo indoleat, non credo, diſcredo, atq; id genus alia, quę diuerſis nationibus diuerſa ſunt in uſu. Sunt. n. non iuramenta tantum, ſed apertę blaſphemiæ. De quibus quæſtione ſecunda copioſius dicendum eſt. diuiduntur autem iuramenta uel ex parte cauſſæ in liberum & coactum illud quòd ſponte fit, hoc autem per vim. Item in iuramentum prudens & incautum illum, ſcilicet quod à prudentia proficiſcitur, hoc autem ex imprudentia, ut ſi rem uel abſque iuſtitia iuras uel abſque iudicio. Item ex parte effectus, ut in ſincerum quòd in bonum ſit, & doloſum quòd fit ad decipiendum, de quibus omnibus ſuis locis uidebitur Nunc tamen interim circa has diuiſiones dubium facilè

Geneſ. 42.

Viuit Dñs.

Teſtis eſt mihi Deus.

Blaſphemiæ.

lè ſuboritur. Vtrum iuramenta aſſertorium, & promiſſorium ſint eiuſdem ſpeciei. Apparet enim pars negatiua vera, propterea quòd aſſerere & pollicerì abſque iuramento diuerſæ figuræ ſunt & ſpeciei. Itemque dubium ratio offert de ſimplici & execratorio. Nam qui execratur, malum ſibi iudicio Dei imprecatur. Ad vtrumque tamen breui reſponſo eodem

Ratio. que bimembri fit ſatis. Reſpondetur namque ſi ratio iurandi per ſe in omnibus conſideretur eiuſdem eſſe omnia ſpeciei: Deum enim in teſtem implorare ſiue in aſſertionibus ſiue in promiſſionibus fiat ſi ue in execrationibus eadem eſt iurandi ſpecies, quia idem eſt teſtis & teſtimonium. Differunt tamen accidentariè, hoc eſt ratione materiei, quæ per ſe alio genere differunt; vt pollicitatio & aſſertio, ſi enim animal per album diuidas & nigrũ, licet per ſe duæ ſunt differentiæ coloris, ſunt tamen genere animalis accidenta-

Secũdũ dictum. riæ. Secundum dictum ſit quod quamuis ſimplex iuramentum, & quod fit execratorium eiuſdem ſint ſpeciei, nihilo-

Execra. minus aut virtus aut vitium iurandi alteri ſeu virtuti ſeu vitio imperat, ſicuti vbi quis ob mæchiam furatur. Quare qui iuſte execratorie iurat imperat virtuti maledictionis ſuprà ſe, & qui perperam iurat imperat eidem vitio. Eſt enim execrari horrori & abominationi rem habere: ſignificat ergo qui per execrationem iurat adeò mendacium abominari, vt ſi mentiatur rem horrendam ſibi optet accidere. Et ad hoc etiã reducitur, vt ſuprà dicebamus imprecatio benedictionis. Sic me Deus adiuuet &c. quæ abuſiuè dicitur execratio propterea quòd videtur illam à contrario ſenſu includere.

ARTICVLVS II.

Vtrùm iurare ſit illicitum.

HAbito quid ſit iurare, ſubſequitur inquiſitio vtrum ſit licitum. Et reſpondet D. Thom. duabus concluſionibus. Prior eſt. Iuramentum ſecundum ſe eſt licitum & honeſtum. Id quod duplici ratione probat, videlicet ex origine, vnde fit honeſtum, quoniam iuſiurandum ortum ex catholica fide habuit, qua homines credunt & profitentur Deum infallibilem omnium habere veritatem & prouiſionem. Secũdo ex fine vnde fit licitum, quia inductum, vt ait Hebræos 6. Paul. eſt vt ſine litibus impoſito homines in pace & tranquillitate viuat. Secunda concluſio: Iuramentum ob malum vſum, id eſt quia ſi ſine neceſſitate & cautela ſit in malum cedit. Primum quia irreuerentia ſit Deo ex leui cauſſa eum in teſtem adducere. Secundò quod ea iurandi conſuetudine periculum peierandi creatur, ob id quòd homo facile verbo delinquit. Vnde Iac. 3. ſi quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Vnde & Eccleſ. 23. dicitur iurationi non aſſueſcat os tuum multi enim caſus in illa. Hic primum omnium notandus eſt ſenſus primæ concluſionis, iuramẽtum ſecundum ſe eſt licitum & honeſtum. Videtur enim ſibi poſt contradicere art. 5. vbi admonet idcirco nõ eſſe appetendam iurationem, quòd non numeratur inter ea quę ſunt per ſe appetenda. Atque adeo docet non eſſe per ſe virtutem, ſed ratione neceſſitatis. Reſponſio tamen eſt, quòd ſecundum ſe, aliter hic quàm illic vſurpat. Hic enim idem eſt iuramentum ſecun- Secundum.
dum ſe, quòd conſideratum vt abſtrahitur ab vſu hoc vel illo. Illic autem idem eſt quòd conſideratum ſecluſa neceſſitate. Sunt enim aliquę virtutes quæ per ſe ſecluſa alia neceſſitate habent ſpeciem boni, vt charitas, religio &c. Aliæ verò quæ ſecluſa neceſſitate per ſe non eſſent virtutes. Duplex virtutũ genus.
Vt pœnitentia, quæ niſi peccatum ingruiſſet in orbem, non eſſet virtus. Et tale eſt iuramentum. vt illic explicabitur. Secundò, meminiſſe oportet hæreſim fuiſſe, vt lib. 3. diſtinctio. 39. refert Bonauentura Manichæorum: quamuis Guid. Carmelita, non niſi Vualdenſ. eam impingat nullatenus eſſe licitum iurare. Quippe quod à Chriſto Matth. 5. prorſum interdictum aiebat, eſt tamen manifeſtarius error. Cui quidem in primis reclamat teſtimonium Deut. 6. quo D. Thom. priorem concluſionem affirmat Dominum Deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis. Nam etſi imaginem potius permiſſionis, præferat quam præceptionis, eſt nihilominus vera permiſſio tanquàm rei licitæ, ac ſi dixiſſet: Non tibi ſimpliciter iurare iubeo,

beo, ſed vbi eam neceſſitatem ratio attulerit, non per falſos deos, ſed per me iurabis.

Hieron. Tametſi Hieron ſuper Matth. cap. 5. & refertur 22. queſtio. 1. can. conſidera cui & Theophilactus aſtipulatur, permiſſionem illam non intelligat, vt fieret ſine culpa, ſed vt vſura permittitur & meretricium, tanquam minus malum. Ait quippe iurare per Deum conceſſum fuiſſe illi populo: non quod rectè hoc facerent, ſed quod melius, puta minus malum eſſet per Deum, quam per idola iurare. Hoc autem non planè intelligo. Nam iurare ſi conſideretur ſine veritate & iuſtitia & iudicio, nunquam fieri neque in illo populo potuit citra culpam, & ideo in hoc ſenſu nunquam fuit conceſſum: vbi vis autem illi comites adſunt licitum eſt iurare: quapropter abſque vllo dubio intelligitur permiſſio licita. Sed forſan ſentit Hieronymus vana iuramenta per Deum permiſſa fuiſſe Iudæis, hoc eſt leuioris illis fuiſſe pœnæ quam nobis, vt auerterentur ab idolatrarum iuramentis per creaturas. Et in hoc ſenſu ſubdit quod euangelica veritas non recipit iuramentum, cum omnis ſermo fidelis pro iureiurando ſit. Non autem quod neget iuramentum quando legitimè fit, licitum eſſe. Ingenuè quippe illic ait, quòd qui iurat aut veneratur, aut diligit eum per quem iurat. Eſt ergo catholica veritas iuramentū quandoque eſſe licitum, & contraria falſitas hæretica. Et probatur ſecundò præter allegatam auctoritatem exēplis ipſius Dei & Sanctorum. Iurauit enim Deus per ſemetipſum Abrahæ (vt habetur in Geneſi) quòd ex eius ſemine miſſurus eſſet ſuper omnes gentes benedictionem. Veruntamen Deus non ea ratione iurat qua homines: nempè quod indigeat veritatē ſuam iuramento confirmare. Tam firma quippe eſt ſimplex eius aſſertio, quam iuratio: iurat enim per ſemetipſum. Sed vt concilio Toletano habetur quod 22. quæſt. 4. cano. immutabilis refertur, iurare Dei eſt à ſeipſo ordinata nullatenus conuellere, ſicuti pœnitere, eadem ordinata cum voluerit immutare. Sic enim per Hieremiam dicit: Loquar aduerſum gentem, vt eradicem & deſtruam & diſperdam. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, agam & ego pœnitentiam à malo quod cogitaui, vt facerem eis. Itaque quod Deus ſine iuramento affirmat, nonnunquam ceu cōminatorium immutat: quod verò iuramēto aſſerit immutabile firmat. Et ideo myſterium filij ſui tanquam immutabile iuramento firmauit Abrahæ. Vnde in Pſal. 109. è regione iuramento Dei eius opponitur pœnitentia. Iurauit enim, inquit, Dominus, & non pœnitebit eum, id eſt quia iurauit non pœnitebit. Tu es ſacerdos in æternum. &c. Et ad Hebr. 6. Paul. Volens, inquit, Deus abundantius oſtendere immobilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum, vt per duas res immobiles (ſcilicet pollicitationem & iuſiurandum) quibus impoſſibile eſt mentiri Deum fortiſſimum ſolatium habeamus. Quòd ſi quæras vtrum Deus poſſit iurare per alium à ſe. Paulus illic neganter reſpondet. Homines enim, inquit, per maiorem ſe iurant; Deus autem, quia maiorem ſe non habet, iurat per ſeipſum. Ratio verò cur per alium iurare nequit, eſt eadem fermè ratione qua Deus iurat angelus: de quo Apocalyp. decimo, legitur iuraſſe per viuentem in ſecula ſeculorum. Non quod cœleſtis. Angelus iuratoria firmitate indigeat, quoniam mentiri nequit: ſed vt D. Thom. præſenti quæſt. art. 10. ait Si ad oſtendēdū id quod affirmat ex infallibili fixaque & immutabili Dei diſpoſitione procedere. Prepoſitio per, deſignat auctoritatem in eo per quod iuratur quæ ſit principium confirmandi veritatem, veritas autem quam Deus profert, non poteſt per aliud cetius principium ſtabiliri, poteſt tamen iurare in alio tanquam in illo cuius miniſterio ſuam enuntiat veritatem. Vnde ſuper illud Amos 4. Iurauit Dominus in ſācto ſuo, ait gloſ. In ſeipſo, vel in filio, vel in aliquo electo angelo, vel in homine. Et Hier. addit, vel in omni quod factum eſt. Iurare autē hominis vt præfari ſumus, eſt Deum in teſtē ſuæ dictionis afferre. Quòd & ſanctis in vſu fuit. Adiurauit enim Abraham famulum ſuum, dum eum in Meſopotamiam legauit quæſitum vxorem filio ſuo. Et illo iureiurando, viuit Dominus, vſi ſunt crebro Dauid & Salomon, & reliqui Patriarchæ. Nam (vt eſt apud Hieremiam) illud iurandi exemplum conceſſum erat tunc temporis. Atqui ſub lege Euangelica Paul. variè quoque iuraſſe comperitur: vt ad Roma. Teſtis eſt mihi Deus

Contra Hieron.

Iuramēta Dei & Sanctorum. Geneſ. 22.

Iurare Dei q.d.

Geneſ. 24.

Hier. 4.

Deus & ad Gala. Ecce coram Deo, quia nō mentior: quinta tamen religione & veneratione quæstione sequenti adnotabitur. Iurare nōnunquā est p̄ceptū. Hæsitabit autem forsan hic lector vtrum iusiiurandum non solum permissio sit, verum etiam nonnunquam affirmatum præceptum. Ad quod citra vllam controuersiā affirmanter respondetur. Hoc. n. in primis patet ex vsu: habet. n. ius quæcunq; publica potestas, tā ciuilis quā spiritualis iure & more exigēdi à ciue, & à quocunq; sibi subdito iuramentum ad detegenda coercendaq; mala, quæ siue in republicæ pernicie oboriuntur, siue in iniuriā proximi. Et qui tunc non iuraret contra præceptū ageret non solum obedientiæ, verū & religionis, cuius generis, vt ar. 4. patebit est iuramentum. Quin vero quandoq; non requisitus tenetur vir bonus iusiiurandum offerre, vel ad liberandum innocentem à morte vel pro alio magno bono publico. Et tunc vsq; adeo bonum est iurare, vt non iurare delictum sit: qua vtiq. ratione huiusmodi iuramenta dicuntur simpliciter necessaria vtpote quæ sine culpa prætermitti nō possunt. Atq. illic præcipuè verum habet psalmus ille, Laudabuntur omnes qui iurant in eo, nimirum in Deo. Quod si percunctādo institeris qualenam præceptum sit. Respondetur esse naturale & diuinum perinde ac mādata Decalogi. Atq. hoc est quod rationes D. Th. planè demonstrāt. Probat. n. ratio prior, iuramentum ab honore honestum fieri, qui Deo à iurāte defertur: dū illum per fidem Catholicam confitetur esse caput perennemq; fontem omnium veritatum, habereq. omnium prouisionem. Id quod à S. Th. non sine caussa appositū. Præceptum iuradi naturale & diuinū. Quamquam n. constaret Deum esse omnium scientem, nisi profiteremur curā habere nostri non esset idoneus, qui in testē à nobis adduceretur. Nā alioqui licet posset, fortasse nollet nobis asserta attestari nostra. Itaq. vt hāc rationem plene perspicias: sicuti naturali lumine varietates omnes per sua cuiusque principia sapiens demonstrat (siquidem auctore Arist. tunc vnā quamque rem scire arbitramur, cùm principia prima vsque ad elementa cognoscimus) ita & eadem nos admonet naturalis ratio: sed præsertim catholica fides & religio, vt dubia omnia rerum in humanis cōmercijs contingentium, quæ aliter definire nequeunt, per diuinum testimonium, quasi per primum supremumque veritatis principium, & fontem omnino confirmemus. Atqui ex hoc capite, nempè quia iurare ex fide catholica nascitur, sub genere religionis hanc virtutem, art. 4. collabimus. Secunda item ratio palàm ostendit præceptum esse naturale. Est namque homo animal suapte natura politicum & ciuile: haud tamen humanam respublica perdurare valeret, nisi fides, quæ, vt auctor est 1. de offic. Cicero. dictorum est conuentorumque constantia & veritas firmum inter homines haberet fundamentum: quod profectò absque diuino testimonio stabiliri nequiret. Etenim si status humanæ innocentiæ perdurasset, nunquam concessum fuisset hominibus iurare, eo quod nulla occurrisset tunc iurandi necessitas: sed simplici verbo præstarent sibi homines mutuo certam fidem. Ad hāc nos ergo sinceritatem reuocare satagens Christus, ait, sit sermo vester est est, non non. At verò quoniam inter alias plagas, quas nobis versutus ille serpens impegit (qui vt habetur Ioan. 8.) mendax semper fuit & pater mendacij, hæc fuit vna insignis, quod auctoritas hominum vsque adeò fuit exinde sauciata & labefactata, vt non facilè homines digni sint, quibus adhibeatur fides, clamante Psalmista: Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Atqui ab hac læsione alterum subinde accepimus incredulitatis vulnus: nempè quod cum difficultate quæ nos latent credimus. Ob hanc ergo necessitatem indulta nobis diuinitus est iurisiurandi facultas. Ex quo colligitur iuramentum non esse illarum virtutum, vt paulo ante dicebamus, quæ per se absque vlla necessitate sunt virtutes, sed earum quas sola necessitas numero virtutum apponit. Indulsit enim Deus nobis hanc iurandi facultatem, ob suam in nos charitatem, nempe vt sine litibus impositio, in pace semper & tranquillitate viuamus. Id quòd ad subsequentium intellectum plurimum conducit. Et ex hac parte est hoc naturale præceptum: nempè ob necessitatem confirmandæ inter homines fidei, suppositā autem necessitate, tunc quòd non nisi per verum Deum iuremus, aut per creaturas in ipsum relatas, non solum naturale, sed ius diuinum positiuum est. At qui hic est sensus testimonij citati Deutero. 6. Quare Natura lis fides. Ioan. 8. Psal. 115.

teſtimonia diuina adducta, vt illud ad He-
Hebr. 6. bræ. 6. Quòd iuramentum eſt omnis con-
ff. de iu- trouerſiæ finis ad confirmationem ius ex-
reiuran. plicans naturale. Vnde Iuriſconſultus in
c. tit. de iureiuran. ff. Maximum inquit re-
medium expediendarum litium in vſum
venit iuriſiurandi religio. Et lib. offi. Cic.
Nullum ait vinculum adſtringendam fidē
iureiurando maiores noſtri arctius eſſe vo
luerunt. Ac demum Philoſo. 1. c. 3. Res in-
quit honorabiliſſima eſt iuramentum, cu-
ius ideo venerationem nunquam antiqui
tribuerūt, niſi illis quos pro Deis colebāt.
Sed rogas nunquid tunc ſolum licitū eſt
iurare, quādo ſimpliciter neceſſarium, pu-
Primū ta in præcepto. Reſpondetur, non tunc ſo
arg. lùm, verum quando fuerit vtile tunc ēt eſt
licitum. Duo namque illud faciunt legiti-
mum, ſ. & iuſta neceſſitas & pia vtilitas.

Offert tamen nobis non infimam ambigendi rationem, locus ille euangelicus Chriſti, Matt. 5. Ego autem dico vobis nō iurare omnino. Vnde D. Tho. primùm ex truit. Nam cum relata Iudæorum ſeu licētia, ſeu facultate adiecerit. Ego autem dico viſus eſt omnem nobis occluſiſſe iurandi locum. Quòd ideo interpretatus Iacobus Apoſt. Ante omnia, inquit, fratres mei, no lite iurare: Non ergo ſolùm non eſt præce
Hiero. ptum, imò nec videtur permiſſum D. Hie. ſuper eundem locum facilè ſe extricat, dicens, non prohibuiſſe illic Chriſtum iurare per Deum, ſed tantum per creaturas blaſphemè, ponendo in illis finem, vt idololatræ faciebant. Atque in eandem ſententiā
Extra de ſubſcripſit Innoc. extra de iuiuran. canon.
iureiur. Et ſi Chriſtus. Quam quidem hic D. Th.
can. Etſi deſerit, Auguſtinum ſequutus aliter ſentiē
Chriſtꝰ. tem. Et re vera euangelium ipſum præ-
Contra ter Auguſtini auctoritatem plane demon
Hiero. ſtrat: deteruiſſe nos Chriſtum ab omni iuramento, ſiue per creaturas, ſiue per Deū. Id quod hoc pacto conuincitur. Non tantum nos hoc loco iurare cohibuit per creaturas, vt idolatræ iurabāt, ſe re vera immo dicè per illas iurare, etiam vt ille populus citra idolatriæ labem in more habebat. Nam cum vetuſtas illas ſanctaſque lege citaſſet. Non periurabis, & reddes altiſſimo iuramenta tua, adiecit. Ego autem dico vobis non iurare omnino, nec per cælum, &cet. Palàm conſtat non tantum vetuiſſe nos per creaturas idololatrico more iurare, ſed illo quoque pacto quo referuntur in Deum, tunc enim redduntur iuramenta Deo. Si autem reprehendit iurare catholicè per creaturas, quod ſubinde intelligendum eſt, quando fit ſine neceſſitate, arctius increpare voluit iuramenta per Deum. Nam quibus caſibus fas eſt iurare per Deum, ſimul & per creaturas orthodoxè iurare licet: & quibus non eſt licitum iurare per creaturas, maius nefas eſt iurare per Deum. Licebat namque illi populo, ſicut nobis iurare per creaturas. Qua vtique ratione Chriſtus, Matth. 23. Phariſæos inſimulabat, quod dicerentur plebē iurare per templum aut per altare non eſſe iuramentum, ſed iurare per aurum templi, aut per oblationem, propterea quod periuros impoſita pœna auri & oblationis caſtigabant. Accedit in confirmationem ſententiæ huius creaturarum differentia, quibus rem Chriſtus explicuit. Deus quippe vti ſacrorum ſapientes docent, tribus modis in rebus exiſtit: qua certe ratione per creaturas iurare licet. Exiſtit inquam in illis per eſſentiam, præſentiam, & potentiam. Vnde quo explicaret modum, primum meminit cæli & terræ. Cælum namque ſedes thronuſque Dei, ideirco cenſetur, quod illic exiſtimatur potiſſimum reſidere, vbi conſpicitur: terra verò eò nuncupatur ſcabellum pedum eius, quod hæc omnia inferiora, veluti veſtigia ſunt ipſius. Et quia Cælum, vt habetur Eſaię 23. & terram implet, per periphraſim depingitur quaſi homo, qui cœlo ſederet, & terram pedibus contingeret. Ciuitas autem Hieruſalē, loca omnia ſacra deſignat, vbi Deus colitur, illic enim præcipuè exiſtimatur eſſe per preſentiam, vbi orantes cum illo colloquimur, ſed nominatione capitis vniuerſa complexus eſt, quæ eius nutui & potentiæ ſubduntur. Et ideo in cauſſam quod nefas eſt iurare per caput, ſubnexuit, quod naturam capitis mutare non poſſumus de albo in nigrum (& ſi arte poſſumus capillos deſecare) quoniam tota natura opificium eſt Dei. Conſtat ergo illic à Chriſto nos quadamtenus eſſe iuratione per creaturas interdictos, quatenus in ipſis Deus exiſtit: nempè ſine iuſtitia, veritate, iudicio. Ex quo fit planè conſequens vt iam ſupra illatum eſt, & iurationem per Deum vrgentiore nobis ratione interdixiſſe, vtpote quæ quando fit abſq; neceſſitate & vtilitate peior eſt. Subticuit illud
Confirmatio.

tamen

tamen, quoniam minori ad maius cuidē erat argumentum. Quapropter Iacobus documentum Christi explicatius referens, ait ca. 5. Ante omnia fratres charissimi, nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum: hoc est, neque per Deum, neque per aliam creaturam. At protinus hinc argumētum robustius exurgit. Si Christus nos illis modis iurandi per Deum & creaturas interdixit, qui antiquo populo liciti erant, in nullo ergo casu reliquam vllam nobis fecit facultatem iurandi. Id quod concessu esset absurdissimum, cùm auctor ipse naturæ ius tum necessarium naturale, non sit credendus abrogasse. Respondet ergo in lib. de mendacio. August. c. 15. quod cum Paul. post mandatum Domini non semel iurauerit, ipse nobis mandati sensum aperuit. Vnde quod dictum est, nō iurare omnino, subintelligendum est, absque vrgente necessitate. Ne scilicet iurando, ad facilitatem iurandi veniatur, & ex facilitate, ad consuetudinem, atque ita ex consuetudine ad periurium decidatur. Et infra: Intelligendum est, inquit, illud quod positum est omnino, vt quātum in te est, non affectes, non ames, nō quasi pro bono cum aliqua delectatione appetas iusiurandum. Hæc ille. Hoc tamen si verum fari licet, non plenè rei satisfacere videtur. Id enim totum quod August. ait nobis esse prohibitū, pariter erat & illi populo interdictum. Quoniam non modo iurare sine vrgente necessitate, verùm & consuetudo & appetentia iurandi iure naturæ prohibita est: ius autem naturæ non solum Hebræos, verum & vniuersos mortales sēper obligauit: Christus verò aliquid nobis singulare inhibere visus est quandoquidem nos cum illis cōferendo dixit: Audistis quia dictum est antiquis, ego autem dico vobis. Resolutio ergo responsionis (si verum conijcimus) est, quod etsi legislator noster nihil prorsus nobis vetuerit, quod antiquis non erat vetitum; explicuit tamen aliquid, quod illis nō erat vsq. adeo apertum, ac deinde docuit, id quod illis erat turpe, nobis ratione status esse turpius. Ad cuius intellectum notandum, vtrāque partem esse præceptum naturale, scilicet & iurare quando ratio id admonet, & neutiquam iurare quando necessitas neque vtilitas adest. Idem enim est iurare non omnino, ac si dicas, non occide re, non furari, &c. Sed rogas cur non adiecit, nisi in necessitate aut cum vtilitate. Respondetur. Vt in expositione Decalogi libr. 2. respondimus id non fuisse opus; quoniam præceptum naturale sub quantumcunque vniuersalibus verbis proponatur nullatenus includit casus quos natura ipsa non comprehendit. Quòd enim iudex malefactores, aut suum quisq. aggressorem occidat, non est exceptio illius præcepti, non occides; quoniam similes casus nunquam illic fuerunt inclusi. Eodem ergo pacto, nolite iurare omnino, casus necessitatis non includit. Quapropter perinde omnino antiquos, vt nos obligabat. At verò, vt ex verbis Euangelij coniectari licet, populus ille vel Phariſæorum seductione, vel ob suam cœcutiam non arbitrabatur iuramenta per aliquas creaturas, vt per templa & altare esse iuramenta: quod Christus (vt modo dicebamus) Matt. 23. declarauit. Et ideo forsan neque putabant, licet falsum dicerent esse periuros: & ideo ait Christus, nolite iurare omnino. Vbi aduerbum omnino, non excludit omnes casus: (quandoquidem multi necessitatem iurandi afferunt) sed modos omnes & figuras iurandi, vbi non adest necessitas, scilicet neque per cœlum, neque per terrā, &c. quæ ipsi non pro iuramentis ducebāt. Itaque sicuti in præcedentibus monitis. Audistis quia dictum est antiquis, non occides: Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio: nō adiecit illud quasi antiquitus esset licitum, sed id quod ignorabant explicuit, sic vbi dixit: Nolite iurare omnino, neque per cœlum, &c. Nil vetuit quod vetitum non erat sed explicuit iuramenta per creaturas verè esse iuramenta. Ob idque esse illicita quando sunt vana. Diuus Bonauen. lib. 3. distin. 39. quæst. 2. art. 1. nescio quid hic distinctionis comminiscitur. Aut enim Christum non dixisse: Omnino nolite iurare. Nam tunc omnes vniuersaliter excluſisset casus: sicuti qui ait, omne animal non est homo, omnē hominem à ratione animali excludit, sed dixit: Nolite iurare omnino. Vbi cùm omnino ponatur post uegationem non facit sensum, nisi particularem, vt si dicas, non omne animal est homo. quare non fuit sensus, vt nullo modo iuremus, sed quod non omnibus casibus iuremus. At verò non crediderim Chri-

Iaco. 5.

Egregiū argum.

Argūm contra ex positionē Aug.

Resolutio rñsionis.

Dubitatio.

Nobis turpiº iurarequā antigs.

ſtum huius dialecticæ meminiſſe, ſed vniuerſum dixiſſe ne iuraremus. Subintellecta tamen, vt dictum eſt, reſtrictione iuris naturalis, ſcilicet vbi vel neceſſitas, vel pietas aliud exegerit. Super hæc autem forſan nos Chriſtus admonitos hoc mandato curauit iuramentorum frequentiam, multo nobis eſſe turpiorem quàm illis. Chriſtiani enim illa deberent lucis opera de ſe vbique præſtare, vt ad conciliandam inter ſe fidem nullo indigerent iuramento. Debet enim vt ait Chriſtus iuſtitia noſtra ſuperillam Iudęorũ abundare. Vnde ſuper Matt. citatus ſupra Hieron. Veritas, inquit, euangelica, iuramentum non recipit: cum omnis ſermo viri fidelis, pro iureiurando ſit. hæc Hieron. In cuius exemplum, etſi Deus antiquitus iuraſſe legatur, tamen magiſter noſter Chriſtus nunquam iurauit. Sed plurimum aiebat. Amen amen dico vobis. Sub quibus vtique verbis nulla deteſcit iuramenti vis. Perinde enim eſt prorſus ac ſi dicas: verè ſeu firmiter dico vobis: quemadmodum apud Lucam ipſe illud expoſuit. Secundum argumentum D. Thomæ eſt. Nihil quod à malo eſt, videtur licitum, nam mala arbor fructus bonos facere nequit, ſed iuramentum, ait Chriſtus eſſe à malo. Sit enim inquit, ſermo veſter eſt eſt, non non, quod autem amplius eſt, a malo eſt. Hæretici negantes, vllo pacto fas eſſe iurare aiebant ſimplicem aſſertionem aut negationem ſcilicet eſt eſt, non non, eſſe à bono Deo, id autem quod amplius eſt nempè inramẽtum eſſe à Deo malo. Duo enim principia Manichæi ponebant boni & mali, idque aiebant id Chriſtum ſignificaſſe: gloſſema tamen hoc apertiſſimum hæreticum eſt Manichæorum. Legitimus autem ſenſus eſt Auguſtini in libro de ſermo. Domini in monte, quod allegatur 22. q. 1. cano. ita ergo, vbi ait iuramentum nõ eſſe malum: ſed à malo nempè à mala cauſſa, puta ex infirmitate & plaga humani generis, quam de peccato originali accepit. Et per hæc verba exponitur aliud eius dictum ſuper epiſtolam ad Galat. & citatur ibi canon non eſt. Vbi ait quod iuramentum eſt à malo, non quidem iurantis, ſed increduli iuramentum petentis. Haud enim docuiſſe putes, petere iuramentum eſſe ſemper malũ culpæ, ſed ait à malo petẽti ſcilicet à malo pœnæ, quam per originalem culpam contraximus: eſt enim iam nobis inde naturale malum incredulitas in rebus grauibus. Eſſet tamen peccatum de leuiſſimis iuſiurãdum poſtulare. Tertium denique argumentum eſt, exquirere ſignũ diuinæ prouidentiæ eſt tentare Deum. Secundum illud Deuteron. 6. Non tentabis Dominum Deum tum: qui autem iurat videtur eiuſmodi ſignum exquirere, ergo id perperam facit. Reſponſionis autem ſũma conſiſtit in duobus. Primum, quod tentare Deum non eſt quomodolibet ſignũ eius expoſcere, ſed id abſque neceſſitate & vtilitate facere. Quemadmodum ille qui de turre ſe præcipitem daret (quod Sathanas Seruatori noſtro ſuadebat) vt experiatur ſi manus illi Deus ſupponeret. Et veluti ille qui induellum deſcendit cum altero in teſtimonium veritatis. Poteſt enim aliter patere: & ſi eſt occulta, non debet illo modo probari. Qui autem iurat, pro neceſſitate & vtilitate facit. Secus ſi cadens ferrum manu veller palpare, quod iam inhibitum eſt. At quoniam ſtatim ſolutio hæc redargui poteſt, quod ſaltem iuramentum res apparet fruſtranea. Quoniam nunquã aut per quam rariſſimè Deus veritatem pandit, ſeu illum qui peierat prodendo, ſeu ei qui rectè iurat teſtimonium publicè ferendo. Reſpondet D. Thom. Quod etſi non id præſenti ſeculo faciat, nulli ſe propterea periculo iurans exponit: quandoquidem certum eſt in die iudicij teſtimonium laturum, quando vt 1. ad Cor. 4. ait Paul. manifeſtabit abſcondita cordium. Videtur tamen animus huic ſolutioni egerrimæ acquieſcere. Nam teſtimonia petũtur in iudicio, vt teſtes illicò veritatem proferant: Si ergo Deus rem quam quis iurat non continuò atteſtatur, & quod in extremo iudicio futurum ſit, homines latet, videtur religio iurandi ſuperuacanea. Reſpondetur quod quod fundamentum religionis iurandi non eſt quod Deus confeſtim, ſicuti homines ſit teſtimonium laturus, ſed fides & honor quem mortales illi, quem pro Deo colunt deferunt. Vnde illa exiſtimatio orta eſt quod nullus ſit credendus, tum Deo illam irreuerentiam exhibere, tum etiam ſibi illud periculum finalis iudicij creare, ſi falſum iurat. Pungit nihilominus ſcrupulus quòd ſaltem qui falsè aut vanè iurat Deum tentet. Quandoquidẽ teſtimonium Dei abſq; neceſſitate exquirit. Reſpondetur nec vanè iurantes tentare

Hieron. Chriſtꝰ nõ iurauit.

Sed dũ argum. D. Tho.

Rõſio. Aug. 22 q. 1. can. Ergo

3. Argu. D. Tho.

Tentare Deum.

Redargutio ſolutionis

Reſpon ſio.

Scrupulus.

rare Deum: quoniam nihil aliud faciunt quàm simpliciter inuocare testimoniũ diuinum nulli se exponẽtes periculo, sed suo arbitratui committẽdo, si voluerit testimonium patefacere. Qui autem se præcipitat aut duello certat, aut ardens ferrum tangit, propterea Deum tentat, quia exponit se manifestario periculo si Deus eum eripere tenuerit. Adde ꝙ etiam scelestissimus homo qui nefandissima crimina multiplicatis iuramentis iniquè contegere persisteret, periculo se quoque exponeret, vt Deus miraculo illum proderet.

ARTICVLVS III.

Vtrùm congrue tres comites iuramenti assignentur.

QVoniã iusiurandum (vt supra dictum est) & art. 5. iterum repetetur, non est earum virtutum, quæ per se absque necessitate honestatẽ habent, consequens fit vt certis comitibus & ornamentis antequam sit licitum, sit vestiendum. De quibus D. Thom. duabus conclusionibus respondet. Prior est. Tres sunt necessarij comites, quibus iuramentum honestatur: nempè veritas, iustitia, & iudicium. Conclusio hæc nõ solum ratione, sanctorumque testimonio, sed oraculo item Sacræ scripturæ nititur. Ait enim Deus Hierem. 4. Iurabis, viuit Dominus in veritate, in iudicio & iustitia: quod exponens Hieronymus: Animaduertendum inquit est, quod iusiurandum hos habet comites, scilicet veritatem, iudicium & iustitiam. Probatur ratione. Quoniam per iuramentum Deus qui summa veritas, summaq. iustitia est, in testem adducitur, necessarium ad eius reuerentiam est, vt id quod iuratur primũ sit verũ, mox iustũ & æquum: sed tertiò præterea circunspectio iurandi requirit, vt non leuiter, sed maturo iudicio, & discretione fiat. Exigit ergo veritas, iustitia & iudicium. Posterior conclusio. Iuramentum cui veritas nõ subest dicitur falsum & mendax: cui vero non subest iustitia, dr̃ iniquum & illicitum: sed quod leuiter sine necessitate & iudicio fit dicitur temerarium. Tametsi ubi si iustitia deest, vel iudicium cõmuni nomine dicit incautum. Vide ergo quanta sit iuramenti maiestas, quantaq. sit religione perornandum, antequam sit audẽdum. Addit quippe illic Hieron. quod si tria ista defuerint, nequaquam erit iuramẽtum, sed periuriũ. Et intelligit non solum periurium, vbi tria simul defuerint, sed etiam vbicunq. eorum quod piam abfuerit. Tametsi diuersa ratione & gradu: vt quæstione subsequenti patebit. Quo fit vt si hæc illegitima iuramenta ad normam violatæ prohibitionis accommodentur, quæ est ne nomen Dei assumamus in vanum, diuersa in illis cõperietur vanitatis ratio. Vanum quippe est, ꝙ sit frustra, puta quod fine suo caret. Diuersimode ergo hæc vana sunt. Nã vbi non est veritas iur̃m sua euacuatur substantia, & medulla, perinde atq. auelana sine nucleo. Vbi autẽ aliquid iuratur iniquũ, vt hominẽ occidere, iuramentum fit secundo gradu vanũ: quia è regione aduersatur scopo & fini, nempe iustitiæ ad cuius custodiam concessa nobis est iurandi facultas, sicut vana est oratio qua irritatur Deus. Iur̃m aũt temerarium, & vanum caret caussa iurandi, nempè necessitate: sicut vana fuisset pœnitentia, vbi nullum præfuisset peccatum. Requiritur igitur veritas primum omniũ in iuramento, in assertorio quidem, vt id quod asseritur, verum omnino sit, atque id quod negatur, sit vtique falsum: in promissorio vero, vt id quod promittitur, si licitũ modo fuerit, tempore & loco impleatur. De secundo autem comite nempe de iustitia dubium nonnullum existit, an in solo promissorio locum habeat. Enimuero si ad rem tantum quæ iuratur sit iustitia referenda, illi soli competit, vt. s. quod promittimus iustum sit; in assertorio vero ait hic Caiet. ineptũ esse assignare iustitiam quantum ad rem iuratam. Possum, n. ego asserere sub iuramento me aut illum, scelera quę iniusta sunt opera patrasse. Imo quamuis asseram iurando id quod non est malum, vt me esse pransum, iuro quidem rem veram, sed tñ inepte dicitur iusta, sicuti si iurem falsum, non ideo iurare videor rem iniustam, si autẽ iustitia referatur ad causam, vt nemo iuret, nisi iusta de caussa etiã competit assertorio: sed tamen nõ ita apparet proprium propterea quod iustitia, hoc pacto generaliter & cõiter dicta alios includeret comites, scilicet & vere discrete iurare. Quapropter maluit Caiet. hunc comitem soli promissorio congruere. At vero forsan rectius & assertorio quoque censeatur propriè conuenire. Nam iustitia proprie

Prior cõclusio.

Posterior conclusio.

Tres gradus periurij.

Iuramẽtum vanum.

Veritas.

Iustitia.

Caiet.

priè non ſolum ad rem iuratam ſpectat, verum & ad iurandi cauſſam, vt in ſolutione ſecundi ait S. Thom. iuxta illud Deut. 16. Iuſte quod iuſtum eſt perſequeris. Vnde ego ſi crimina ciuis omnino occulta ſub iuramento aſſerens detego, certè iuramentum eſt iniuſtum, ſicut ſi iurarem me factum rem iniuſtam. At ſi iure & more requiſitus illa reuelo, iuſtum ſit meum iuramentum. Tertius demum comes iuramẽti, eſt iudicium: hoc eſt diſcretionis prudẽtia. Iudiciũ. Nam etſi cum veritate iuſtitiam coniungas, tamen abſque iudicio comite, iurare non decet. Primum ſcilicet vt iuſta illa veritas quæ iuramento firmanda eſt, nequeat, vt artic. 3. dicebamus, alia via comprobari. Quocirca ſpeculatiua dubia, nequaquam licet iuramento confirmare, ſed ſunt, vel rationibus, vel auctoritatibus, vel coniecturis tractanda. Quam ob rem ſeu Philoſophus eſſet, ſeu Theologus, ſeu Iuriſconſultus, qui locis & argumentis ſuæ facultatis deſtitutus, dubia iuraret temeritatis culpam incurreret. Pari modo qui patẽtiſſimas veritate iure adſtrueret, vt quod pluit, vel frigus riget, aut ſol adurit. Mox iuramenti diſcretio expoſtulat, vt non, niſi grauiſſima perurgente neceſſitate, adhibeatur, videlicet ob aliquem pium finem, tuẽdæ charitati & paci neceſſarium. Diuina enim maieſtas non debet qualibet de cauſa in teſtem aſciſci. Tertio requiritur iurandi prudentia, vt circunſpectè, & cum debitis fiat circunſtantijs, nempè in iudicio, & præuia conſultatione, maturoque veritatis examine. Hæc autem quæſtione ſequenti de periurio fuſius ac preſſius ſigillatim examinanda pertractandaque nobis ſunt per ſuos cuiuſque gradus & numeros, ob idque ſatis hic fuerit, ea perſtrictim propoſuiſſe.

Primũ argum. Argumentum primum D. Thomæ prædicta comitum nomina exponuntur. Cum enim diſtincta res ſint, nulla in alia includitur, quare veritas hic non accipitur, vt eſt pars iuſtitiæ, qua ſcilicet homo fidem promiſſorum ſeruat, alioqui nomine iuſtitiæ comprehenderetur, ſed latius, vt eſt omnis orationis conditio, vt id quod mente tenes, ore proferas. Eademque de cauſſa, neque iudicium ſumitur pro eiuſdem iuſtitiæ exequutione, ſed pro diſcretione & prudentia. Secũdũ argum. In ſecundo argumento declarat quemadmodum deuotio & fides, & cętera quæ ad rectè iurandum concurrunt nomine iudicij comprehenduntur. Reliqua vero duo nempè veritas & iuſtitia ad rem iuratam pertinent. Tametſi vt proximè a nobis adnotãdum eſt, iuſtitia ad cauſſam etiam iurandi transferatur, ne ſcilicet inique veritatem aſſeras. In tertio denique id maximè animaduertendum quod licet iſti comites, cuicunque virtutis officio cõpetant, tamen ob ingens periculum, quod iuranti imminet, tam ob diuinam maieſtatem, cuius nomen non eſt temere inuocandum, quam ob linguæ humanæ lubricitatem ad iuramenti dignitatem potiſſimè requiruntur. Tertiũ argum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum iuramentum ſit actus religionis ſiue latriæ.

POſtquam iuramentum conſtitutũ eſt eſſe actum virtutis, nempè licitum & honeſtum, ſi ſuis comitibus exornetur, ſub ſequitur, vt videamus cuius ſit generis virtutis. Reſpondetur unica concluſione affirmatiua. Manifeſtum eſt quòd iuramentum eſt actus religionis ſeu latriæ, quod idem eſt, puta cultus qui ſoli Deo debetur. Probatur ex verbis ſupra citatis Deuter. 6. Dominum Deum tuum timebis, & ipſi ſoli ſeruies, ac per nomen illius iurabis. Vbi tria verba ponuntur, in quibus diuinus cultus cõſiſtit, ſcilicet timor reuerentialis quã tum ad intimum actum, qui ſoli Deo debetur, ſeruitus religionis, quantum ad extera opera, quæ quidem ad primum præceptum primæ tabulæ attinent. Atque honor diuini nominis ad ſecundum attinens præceptum iurandi. Rationem aũt colligit D. Th. ex origine iuſi, quã art. 2. declarauimus. Qui n. iurat, diuinum teſtimoniu ad ſua dicta confirmanda inuocat, nihil autẽ niſi per id quod certius eſt & potius confirmatur. Nã p. p. q. vnũquodque tale & illud magis. Iuratio ergo per Deum, profeſſio fidei eſt, qua Deus recognoſcitur oĩum cõditor & prouiſor, atque adeo eſt actus religionis, quo Deum reueremur. Atqui hoc eſt quod ait Paul ad Heb. 6. Homines per maiorẽ ſe iurant. Et ſuper Matth. Hiero. c. 5. Qui iurat, aut veneratur, aut diligit Deum, per quem iurat. Obſeruandũ ergo hic eſt, q. quemadmodum contemplatio quæ cõ- Conclu ſio. Articuli

ſiſtit

sistit in mente, & ratio vocalis, & sacrificium quod fit in opere, inst religionis cultus, sic & iuratio Nam sicut per præcationes inuocatur Deus vt auxiliator: sic per iusiurandum inuocatur vt testis: atq; adeò eadem est vtrobiq; religio, eiusdemq; fidei professio: nempè quòd omnia scit potest. Quocirca distinguendum est de iusiurando vbi est legitima virtus, & de periurio, aut leui iuramento Nam legitima iuratio est religionis cultus: vana verò, est religionis contaminatio. Ex quo fit rursus vtrunque præceptum, scilicet ne iures vana per eum, & quod necessitate iurandum sit, ad eandem primam tabulam pertinere secundum q; ad primum reduci. Sed ait, Cur vtrumq. non fuit expressum sed tamen negatiuum? Responsio est, si rem bene conijcio. obseruanda, quod cum insiurandum non sit per se virtus quèadmodum cultus Dei, & festorum sanctificatio, sed solum ob necessitatem concessum, natura ipsa rerum exegit, vt duo præcepta. s. cultus & sãstificationis festorum essent affirmatiua, quasi res illæ per se essent optandæ. Tertiũ verò negatiuum. s. ne vana essent iura nostra: hæc. n. negatio simpliciter est necessaria: affirmatio verò iurandi non itẽ, imò si oẽs homĩes essent innocentes, nil aliud oporteret, quam dicere, vt nos Christus commonuit, est. non. Et iõ neque opus fuit illam exprimere, sed iuri naturæ relinquere, quæ necessitatis casus exponeret. In hoc aũt q̃ ait, Ne iures vana per eum, includitur quod vbi fuerit necessarium iures solidà & legitimè per eum. Quaproter omni iure naturali, s. ciuili & diuino iusiurãdum, vt religionis cultus hr̃ Nouit. n id naturaliter Aristot. qu. 1. Metaphys. c. 3. ait. Res honorabilissima est iusiurãdum: cuius iõ veneratione nunquam antiqui tribuerunt, nisi illis quos pro Deis colebant. Et iure ciuili in titulo Digestorum, de iureiur. vt supra citatum est, officium iurandi religio nuncupatur. Et Imperator. C. de iureiur. Iurãdi, inquid, contempta religio satis Deum habet vltorẽ Ex quo sequitur, q̃ soli Deo iurandi cultus est exhibendus. Iuxta diuinum vtriusq; testamenti mandatum: Reddes altissimo iuramenta tua. Quà vtiq; de cauta conquestum legimus in Hieremia, Deum de filijs Israel, quod eum, dereliquissent, iurassentq, in his qui non erant Dij.

Distinc. notãda.

Optima dubitatio.

Omni iure iusiurandũ religio. censet.

Hiere. 5

Primum argumentum extruit D. Tho. ex diuersitate materiæ: videlicet quod cum actus latriæ sit circa sacra: iusiurandum verò, vt ait Pau. circa humanas cõtrouersias, apparet iusiurandum non esse latriam. Responsio autem est, quod etsi materia super quam fertur iuramentum, sit humana necessitas, nihilominus forma quæ est diuinum testimonium, est actus religionis. Secundum informat ex ipsa actus substantia, scilicet quod per latriam semper Deo aliquid offertur: per iuramentum verò nõ videtur quidpiam illi offerri. Et respondet quòd refertur illi honor, iuxta illud, Reddes altissimo iuramenta tua. Tertium denique colligitur ex diuersitate finis: nempe quod finis est Deo reuerentiam exhibere: finis autem iuramenti non est, nisi verum aliquid humanum confirmare, nõ ergo iuramentum est latria. In responsione verò concedit quidem finem proximum iuramenti esse hominem de aliqua re certiorem reddere. At quoniam omnia quæ facimus iuxta verbum Pauli debeamus in gloriam Dei facere, nil obstat quo minus ipsa vtilitas proximi in gloriam Dei per diuinam attestationem cedat.

Argumẽta D. Thom.

ARTICVLVS V.

Vtrum iuramentum sit per se appetendum, & tanquam res vtilis frequentandum.

CVm iuramentum inter actus virtutis, nec verò vnius cuiuslibet, sed religionis, quæ heroica est fuerit proxime constitutum, ratio inde videtur statim colligere, quod sit per se appetendum: & ideo id meritò in quæstionem profertur: Ad quam vtique D. Tho. vnica conclusione eademque negatiua respondet, s. non esse per se appetendum. Id quod primo auctoritate illa Ecclesia. 23. probat: Vir multum iurans replebitur iniquitate Cur Augustin. lib. contra mendacium subscribens ait, q̃ præceptum Domini de prohibitione iuramenti ad hoc positum est, vt quantum in te est non affectes: ut quasi pro bono, cum aliqua delectatione appetas iusiurandũ. Rationẽ uero ex his quæ dicta sunt colligit. Id. n. quod non per se, sed ob finis cuiuspiam necessitatem bonum est: non inter ea numeratur, quæ per se sunt appetenda. Medicinã enim, nemo appetit, nisi quatenus

Conclõ articuli.

tenus ſalutis neceſſitas cogit: iuramentum aũt vt ſupra meminimus, non vtiq. per ſe bonũ eſt, vt charitas, ſed quatenus neceſſitas aſſerendæ veritatis cogit: non ergo eſt per ſe appetendum. Immo qui eo extra terminos neceſſitatis vtitur violator eſt religionis. Vnde Auguſt. in lib de ſermo. Domini in monte. Qui intelligit, inquit, non in bonis, id eſt per ſe appetendis: ſed in neceſſarijs in rationem habendam refrænat ſe quantum poteſt, vt non ea vtatur, niſi neceſſitas cogat. Nihil præſenti loco præter ea quæ ſuperius explicita ſunt, reſtat, quod inſuper annotemus, ſed meminiſſe opus eſt, q̃ ſicuti bonum diuiditur in vtile, & per ſe honeſtum, ſic & virtus. Per ſe honeſtæ virtutes ſunt, quæ ſe habent, vt fines per ſe appetendi, ſicuti ſalus & vita. Atque huius generis ſunt charitas, fides, iuſtitia, &c. Aliæ ſunt quæ tantum ſunt bonę tãquam media ad finem. Sicuti Reubarbarũ & reliquæ medicinæ, quæ per ſe non habent aliam bonitatem, niſi quatenus ſolutus neceſſitas poſſit. Et talis eſt inter virtutes pœnitentia, quæ non eſſet virtus, niſi propter neceſſitatem remittendi peccata, eiuſdemque ordinis eſt ſuo modo & iuſiurãdum. Nam quamuis ſit ob id honeſtum quod à fide catholica proficiſcitur, nunquam tñ fuiſſet licitum, niſi ob neceſſitatẽ. Vnde vt ſupra dicebamus, virtutes prioris generis fuiſſent in ſtatu innocentiæ: poſterioris verò nequaquam, vt pœnitentia, & iuramentum. Cum n. illic ſimplicitet ſibi homines mutuam præſtarent fidem, nullatenus potuiſſet fieri iuramentũ quod non eſſet uanum, atq. adeo peccatum ſaltem veniale quod illi vtiq; ſtatui repugnabat. Sed ob illud credulitatis uulnus, quod dicebamus genus noſtrum de peccato cõtraxiſſe iure naturę corruptę conceſſa nobis diuinitus eſt iurandi facultas. Hoc ergo iacitur fundamentum primum abſtercendi homines a peſtifera iurandi conſuetudine: in quo ceu in ſpeculo blaſphemi illi contemplari ſe debent mendaciter dicentes, q̃ qui bene iurat bene credit. Aſſertio n. hæc ſi ſanè exponatur catholica eſt: ut quæ olim contra idololatras uſurpabatur. Nam bene iurare eſt caſu neceſſitatis, non per falſos, ſed per uerum Deum iurare. Blaſphemè aũtem peruertitur, ut bene iurare pro eo accipiatur, quod eſt multum iurare? cõtra quam Eccleſiaſticus admonuit, dicens: Qui multum iurat, replebitur iniquitate, immo verò, ſi iuramentum ſolum ob neceſſitatem fit licitum, conſequens fit, vt quemadmodum qui Reubarbarum, aut aliud quodlibet venenoſum medicamen vltra neceſſarios ſalutis limites frequentaret, facilè ſe perimeret, ita prorſus qui iuramentis, niſi vrgente neceſſitate aſſueſcit animam ſuam enecat. Conceſſit nobis Deus victum & potum ob neceſſitatem viuendi: voracitas ergo vltra illum finem, gula eſt. Conceſſit & legitimum concubitum prolis gratia: illegitima ergo congreſſio, luxuria eſt. Fecit ſimiliter & nobis iurandi facultatem, vbi ratio neceſſitatem offeret; aliter ergo iurare abuſus eſt clementiæ ſuæ, & bonitatis, & maieſtatis. Sed perinde eſt ad iuramentum accedendum veluti ad rem ſacratiſſimam tractãdam. De hoc autem queſt. 2. preſſius & copioſius.

Primum argumentum eſt huiuſmodi. Quemadmodum votum ita & iuramentum actus eſt latriæ, ſed votum per ſe appetendum eſt, quoniam quod per votum fit, laudabilius eſt, quam quod ſit ſine voto: pari ergo ratione abſque alia neceſſitate aſſertis noſtris iuramentum apponendum eſt, vt fiat actus latriæ ac ſubinde pretiofior. Reſponſio verò in diſcrimine voti a iuramento conſiſtit. Nam per uotum id quod vouemus in Dei reuerentiam ordinamus, vt ſi uoueo ieiunium aut peregrinationem, materiam ipſam uoti refero ordinoq; in Dei reuerentiam. ob idq; nouere per ſe eſt appetendum, tanquam actus qui per ſe eſt religionis. Qui autem iurat e conuerſo reuerentiam diuini nominis aſſumit ad confirmationem veritatis: quã p̃p id quod iuratur, videlicet, me non eſſe ſuratum, non fit eo ipſo actus religionis, ſicuti in voto fit mea peregrinatio: quia actus morales ſumunt ſpecies ex fine. Et ideo iuramentum non eſt per ſe appetendum vt votum: quia nõ eſt religio, niſi ſuppoſita neceſſitate manifeſtandę veritatis. Eodem pacto reſpondet ad ſecundũ ſumptum ex verbis Hieronymi ſupra citatis. Qui iurat, aut veneratur, aut diligit eum per quem iurat: venerari autem & diligere Deum eſt appetendum tanquam per ſe bonum: ergo & iuramentum. Reſpondet inquam eodem modo negando cõſequentiam.

Auguſt.

Duo uirtutũ genera.

Iuramẽti uſum neutiquã in ſtatu innocẽtiæ fuiſſe.

Qui bene iurat. &c.

Exẽpla.

Argumenta D. Tho.

Reſpoſio.

2. Argu.

ſiam; quoniam licet qui iurat veneretur diligatque Deum, non tamen in hunc finem ordinat iuramentum, ſed in neceſſitatem, manifeſtandæ veritatis; Quocirca nō eſt niſi ob talem neceſſitatem, optandum.

Caieta. quæſtio. Circa has ſolutiones intricat hic Caietanus neſcio quam metaphyſicam, forſan non tam neceſſariam vtrum iuramentum ſit finis manifeſtationis veritatis, an è conuerſo manifeſtatio ſit finis iuramenti. Nā profectò res eſt, & ſecundum S. Tho. & in ſeipſa parentiſſima. Forma enim iuramenti eſt Deum in teſtem adducere, & hoc nō tam propriè dicitur referri in reuerentiam Dei, quam eſſe ipſiſſimam reuerentiæ exhibitionem, nam eſt teſtimonium fideiqua Deum confitemur ſupremum rerum teſtem, vtilitas autem & effectus eiuſdem atteſtationis eſt manifeſtatio veritatis, vt in ſolutione tertij, ſuperioris articuli aſſeruit D. Thom. Neque vero eſt quomodocunque vtilitas & effectus ſicuti inuentio thesauri ad quam vineæ foſſio non referebatur, ſed eſt vtilitas & effectus per ſe iuramento intentus. Itaque abſque eius neceſſitate non eſſet licitum, ac ſubinde neque actus religionis. Neutiquam ergo formidandum eſt aſſerere manifeſtationem veritatis humanæ eſſe finem iuramenti, iuramentum medium reſpectu illius, vt in præſentiarum vtraque ſolutione ait S. Thom.

Manifeſtatio veritatis ē iuramēti finis.

Quare vbi ait Apoſtolus finis omnis controuerſiæ eſt iuramentum, finis illic pro effectu vſurpat ad quem iuramentum ordinatur, qui eſt finire controuerſias. Quod ſi cui abſurdum appareat id quod præſtantius eſt in id referri quod inferius eſt, intelligat nihil abſurditatis habere, quando inferius viciſſim in ſuperius refertur. Mortuus enim Deus eſt ob noſtram ſalutem, eo quod eadem ſalus in gloriam refertur. Et hoc eſt quod in ſolutione tertij ſuperioris articuli explicuit Sanct. Thom. nempe Deum vna operari, & propter ſuam gloriam, & propter noſtram vtilitatem. Itaque vita noſtra eſt proximus finis curſeges creat, ſed vita eadem in eius gloriam refunditur. Quapropter non ſolum manifeſtatio veritatis eſt iuſiurandi finis, obid quod iurans in ipſam illud refert, verum quod Deus illud ad illam proximè ordinauit, licet rurſus manifeſtatio ipſa in eius gloriam redundet. Idem eſt in oratione deprecatoria, oratio inquam quæ contemplatio duntaxat eſt, & laudatio Dei per ſe eſt appetenda, ſed quando in extrema ne-

Solutio ſcrupuli.

ceſſitate Deum deprecamur qui nos inde eripiat, actus ille religionis refertur ad ſalutem humanam. Sed tamen magis id in iuramento verum habet quo ſecluſa neceſſitate humana non eſſet religio, ſicuti eſt oratio. Quod ſi aduerſum nos reſponſum reſurgas. Forma non eſt propter materiam, ſed è conuerſo materia propter formam, id autem quod iuratur materia eſt iuramenti, iuratio vero forma, iuramentum ergo eſt finis. Reſpondetur aliud eſſe id quod iuratur, aliud vero manifeſtatio veritatis eius. Id enim quod iuratur ut occidiſſe vel non occidiſſe, eſt quodammodo materia inquam iuramentum fertur, quare iuramentum non eſt propter illud, quoniam effectus iuramenti non eſt occidiſſe, vel non occidiſſe, ſed manifeſtatio veritatis illius, quæ ſubinde finis eius eſt.

Idē de iuramēto quod de oratione.

Reſponſio.

Tertium denique argumentum eſt valde notandum, quod eſt huiuſmodi. Quod ſuam quiſque veritatem confirmet bonum per ſe eſt, hoc autem fi per iuramētum, ergo eſt per ſe appetendum. Reſponſio verò eſt, quòd quamuis certam firmamque faceret veritatem ſit per ſe bonum, non tamen illud per iuramentum abſque neceſſitate facere, & eſt pulchtum exemplum in medicina. Procurare namque ſalutem, bonum per ſe eſt, illud uero per virtuoſiſſimum ac ſubinde uiolentum pharmacum intentare, niſi ubi grauiſſima eſt neceſſitas periculoſum eſt. Ob idque quanto iuramentum venerabilius eſt, tanto periculoſius, niſi vrgente neceſſitate exhibetur. Id quod teſtimonio Eccleſiaſtic. 23. confirma. Vbi de viro multum iurante loquens, tribus membris gradationis, ait; Quod ſi fraſtrauerit fratrem, &c. Quē locum variè expoſitum inuenio, ſed neſcio an ſatis explicatum. Conijcio namque tres comites iuramenti qui ſunt apud Hieremiam, illic viciatos deſignari. Et enim qui fratrem fruſtratur, eſt ille qui falſum decepto rè iurans fratrem ſuo fine priuat, nempè expoliando eum, vel ſua pecunia, vel honore, vel fama &c.

3. Arg.

pulchrū exēplū.

Expoſitio loci Eccl. 23.

Et de hoc ſubditur, quòd delictum illius (ſic enim legendū, non ipſius) ſuper ipſum erit. Hoc eſt delictum illius cui per iniuriā impo-

imponitur falſum crimen ſuper ipſum iurantem refundetur. Manebit enim & culpa infectus & obligatione reſtituendi onuſtus. Et qui diſſimulauerit, hoc eſt, qui bonum fratris fingens, aut veritatem quam reuelare tenetur iuramento celat, aut illā quam occulere deberet iuramento prodit, delinquet dupliciter. Non quod duplo plus quam prior delinquat: immo peius eſt falſum imponere, quam verum celare, aut occultum detegere. Sed ait quòd illa ſimulata æquitas, eſt duplex iniquitas: ſcilicet, & quia eſt iniuſtitia etiam ſi verum prodat, & quia eſt per æquitatem palliata: quod eſt nouum crimen. At ſi in vacuum iurauerit, nempè ſine neceſſitate & iudicio, quamuis verum & iuſtum iuret, non iuſtificabitur, quia ſaltem venialiter delinquit.

ARTICVLVS VI.

Vtrum liceat per creaturas iurare.

QVoniam iutamentum officium eſt ad cultum latriæ pertinens, cultus vero latriæ ſoli Deo debetur, apparet nefas eſſe per creaturas iurare, quod idcirco D. Thom. hic percontatur. Ad quod tribus concluſionibus reſpondet.

Prima concluſ. Prima, Licitum eſt per creaturas iurare in Deum relatas: ſcilicet quatenus in eis diuina veritas reſplendet, vt per Euangelia, per Sanctos, &c. Probatur concluſio. Iuramentum teſtimonium eſt fidei, qua Deū primum fontem veritatis profitemur, atque adeo perinde ac fides diuinæ veritati inititur: fides autem licet primum ſupremeque de Deo ſit, tanquam de prima veritate, & extenditur nihilominus ad creaturas, quas credimus eſſe opera Dei, in quibus per eſſentiam exiſtit præſentia & potētia. Pari ergo modo iuſiurandum quamquam ad Deum primo præcipueque ſicut ad primam veritatem referatur, protenditur tamen ſecundo ad creaturas: quatenus in ipſis tanquam in effectibus Dei diuina etiam veritas exiſtit. Et ideo iuramus per Euangelia, per quæ diuina veritas nobis innoteſcit, ac per ſanctos qui illam crediderunt obſeruauerunt, & prædicarunt. Atque eam ob rem quāto ſuperior eſt diuus, grauius fit iuramentum. Vt per Dei param virginem, quæ eandem fidem, & ſublimius nouit, & perfectius coluit. Vnde Auguſt. quod refertur 22. q. 1. Canon mouet. Sciendum, inquit, eſt q; ſancti non tam per creaturas quam per creatorem creaturarum iurabant: neque creaturis per quas, ſcilicet iurabant aliud quam creatorem ipſarum venerabantur. Etenim vt Innocentius bene ait cap. Et ſi Chriſtus extra de iureiurando, qui iurat per cœlum, iurat per thronum Dei, atque adeo per ipſum Deū. Secunda concluſio, in hac prima a cōtrario ſenſu includitur, & in ſolutionibus argumentorum exprimitur. Iurare per creaturas exhibendo illis reuerentiam illam, & latriam quæ ſoli Deo debetur, non eſt licitum, eſt blaſphemum & idololatriæ impietas. Hoc patet diuerſa ratione: quia hoc eſt ad Dei gloriam, vti ait ad Roman. primo Apoſtolus, in creaturas tranſcribere. Vnde gloſſa Matth. 5. Non veneremur eas vltra quam debemus. Nō iuremus per eas vt viles exiſtimemus, vt ſcilicet cum per eas iuremus nihil iurare putemus. Tertia concluſio, iurare per creaturas catholicè, vt prima concluſio aſſeruit, dupliciter contingit & vtroque modo licitè. nempe aut illas per modum ſimplicis atteſtationis afferendo, ſicut de Euangelijs & Sanctis modo dicebamus. Nam hoc eſt in virtute iurare per Deum. Secundo vero modo id contingit per viam execrationis; nempe creaturam Deo oppignorādo eiuſque iudicio ſubdendo, ſi res aliter habeat quam iuraſ. Et ſic homines iurant per vitam propriam aut filiorū, & quorumlibet neceſſariorum. Senſus enim eſt quòd Deus vitam nobis adimat niſi quod iuramus verum exiſtit. His appenditur corollarium, quod iuramentum illud Ioſeph Geneſ. 42. per ſalutē Pharaonis, potuit eſſe & execratorium, puta quòd ſi iuratio eſſet falſa, Deus regem vita multaret. Quemadmodum & ad 2. ad Corinth. primo iurauit Apoſtolus, dicens; Ego teſtem Deum inuoco in animā meā, hoc eſt in vitam meam. Sed potuit nihilominus per modum ſimplicis conteſtationis fieri. Nam cum Deus per principes iuſtitiam exequatur, iuxta illud; Per me reges regnāt, poſſunt ipſi & prælati, perſoneque publicæ per iuramentū quaſi Dei conteſtes veritatis citrari. Hæc omnia clara ſunt, neq; indigent niſi memoratione primi

Secūda concluſ.

Tertia concluſ.

Geneſ. 42.

mi articuli,,vbi declarauimus,quòd adducere creaturam in assertionem veritatis non est iuramentum, nisi vt testis,vel per modum execrationis aduocetur. Quare dicere per fidem meam,aut in veritate mea, non est iuramentum. De secunda verò cõclusione, quæstione proxima redibit sermo, vbi grauitas impietatis iurandi blaphemè per creaturas exaggerabitur.

Solutio primiad notãda.

Nota solutionem primam argumenti. Quod enim expositionem Hieronymi super illud Matth.5. Tho. approbat:Neque per cælum,&c. dicentis quod Christus illic non prohibuit iurare per Deum, sed per creaturas blaspheme more gentiliũ quos Iudæi imitabantur, non arbitreris in tegrum approbasse, at præcisè quantum ad id quod Hieronymus asserit inhibitum illic esse iurare per creaturas blasphemè. Nam quod præterea sentire videtur, scilicet quod non fuerit etiam illic modificatum iuramentum per creaturas catholicè, nec prohibitum iurare per Deum sine necessitate,tũ ipse D Th. respuit sup. art. 2. tũ nos subinde impugnauimus In solutione secundi, nota sensum amborum Canonũ.

2 2. q. 1. c. Clericũ, & p capillũ.

Clericum. & si quis per capillum. 22. q. 1. Haud enim facile est sensum eorum deprehendere: Vbi enim Concilium Carthaginense prohibet clericum per creaturas iurare,non est intelligendum idololariam illic prohiberi, ac si clerici creaturas pro Dijs adorarent, alias neq; solus clericus id facere prohiberetur,neq.sub tã leui pœna, sed solum, vt ait hic S.Tho.prohibebatur iuratio ad blasphemiam infidelitatis pertinens. Tunc enim cum Christiani inter infideles viuerent,illa forte pol licebantur iurandi forma per Solem, per Mercurium, & per alia id genus, quæ gentilitas pro Dijs colebat. Id quod clericalem habitum insigniter deturpabat; & ideo statuitur illic clericum sic iurantem acerrime obiurgandum, & persistentem excommunicandum. In altero verò proximo capitulo Pius Papa declarat blasphemiam esse contra Deum, iurare per capillum & per caput Dei, sic nimirum de Deo loquendo:ac si caput haberet, & capillos, & ideo clericus sic blasphemans deponi iubetur: laicus verò anathematizari. Et ad hoc genus blasphemiæ reducitur, vt quæstione sequenti dicturi sumus impudenter iurare per membra Christi. Ac perinde patet solutio tertij, quod est tale. Cultus latriæ non debetur alicui creaturæ quippe quod Paulus ad Rom. 1. acerbè vituperat, ergo non licet per creaturas iurare, propterea quòd iuratio sit latriæ cultus. Responsio tamen est iuxta secundam conclusionem, non licet iurare per creaturas exhibendo illis reuerentiam Dei. Exodi namque 23. legitur. Per nomen externorum Deorum non iurabis.

ARTCVLVS VII.

Vtrum omne iuramentum vim habeat obligandi.

COnstituta per omnes suos numeros iuramenti natura subsequitur quæstio de eius effectu, nempe de vi quam habet obligandi. Ad quam quæstionem D. Thomas ne ab eius ordine diuertamur sex conclusionibus respondet. Prima est. Obligatio non videtur iuramentum respicere assertorium, quod est de præsenti vel de præterito. Neque verò illud quòd non est in potestate iurantis implere, vt si quis crastinam pluuiam iuraret futuram:sed de his duntaxat quæ per eum qui iurat facienda sunt. Conclusio ex ipso verbi significatu protinus elicitur. Obligatio namq; ad id refertur quod est,vel faciendum,vel dimittendum. Est enim voluntatis ligatis ad id quod quis pollicetur, ligare se: ergo nemo potest, nisi ad id quod in suo est arbitrio, vel facere, vel omittere. Si autem quis asserit hoc vel accidesse,vel in præsenti accidere,non est in suo arbitrio positum, vt verum sit vel falsum. Secunda conclusio. Hoc non obstante discrimine,tam iuramentum assertorium de præterito aut præsenti,quàm promissorium eorum,quæ per nos agenda sunt, debet habere veritatem. Hæc per naturam iuramenti euidens sit: Nam Deum in testem,nisi veritatis, adducere,nefas est. Hinc secundæ conclusioni appendix subiungitur tertia. Tam assertorio quam promissorio sua innata est obligatio Diuersimode tamen,quoniam obligatio assertorij de præsenti vel præterito non fertur in rem iuratam, sed ad actionẽ iurandi refertur. Hoc est nemo iurat,id verum

Prima solutio.

Secũda conclu.

Tertia conclu.

rum efficere quod asserens iurat, sed tamē obligatur id præcisè iurare, quod verum est. Et ideò in prima conclusione non simpliciter negauit obligationem ad iuramentum assertorium respicere, sed dixit vi detur: aliàs sibi per hanc tertiam contradiceret: qua asserit quodammodo obligationem in ipsum cadere. Attamen in iuramento eorum, quæ per iurantem exequenda sunt obligatio cadit econuerso superrē iuramētum firmata. Tenetur enim quisq; id verum efficere, quod sub iusiurando pollicetur. Itaque differentia est hęc, quod in iuramento assertorio obligatio non nascitur, ex iuramento, sed ipsum antecedit, tenetur enim quisque iurare verum. In promissorio verò econuerso obligatio est effectus iuramenti, ex eo enim quod quis iurat manet obligatus iuramento implere. Quod nisi fecerit, deerit iuramento primus præcipuusque comes, vt supra dictum est, nempè veritas. Ex hac autem conclusione enascuntur subsequentes. Est ergo quarta, si quis id iurat quod non est in sua potestate: vt si pauper sub iureiurando talentum polliceretur, de est iuramento tertius comes, nempè discretionis iudicium. Nisi fortè quod dum iurauit possibile erat, factum est deinde illi impossibile: vt si diues in paupertatem incidat. Tunc enim per impossibilitatem excusantur, dummodo quantum in sua est potestate faciat: similiter vt in uoto. Quinta conclusio. Si verò id quod quis iurat si eidem factu possibile, neutiquam tamen licitum: aut quia per se iniquum est vt homicidium aut furtum, aut maioris boni impedimētum. Vt si quis nunquam religionem ingressurum iurasset, deest secundus comes iuramentum: nempè iustitia. Ex quo fit consequens, vt iuramentum eiusmodi quatenus iniquum est, non sit seruandum. Nam secundum Aug. vtrunque eorum vergit in deteriorem exitum, scilicet iurare & seruare. Ex his demū colligitur sexta conclusio. Quicunque iurat aliquid se facturum oblgatur efficere vt veritas impleatur: dum tamen alij duo comites assistant, videlicet iudicium & iustitia. Atque hic est vnus sensus illius euangelici Domini mandati, Reddes Domino iuramenta tua: Hoc est solues fidem quam iurando Deo obligasti. Quamuis alter etiam sit verus, Hoc est iura per Dominum cui soli tanquàm vero Deo honor iuramentorum debetur.

Discriminis explicatio.

Quarta conclu.

Quinta conclu.

Sexta conclu.

In isto articulo, nonnulla sunt dubia minimè contemnenda. Primum est. Vtrum obligatio iuramenti promissorij in vniuersum sub reatur mortalis peccati perstringat vouentem: id quod per ea quæ libro præcedenti de voto dicta, sunt haud difficilè dissoluitur. Repetimus hic tamen illud propter Caietanum, qui diuersam opinionem, quam illic insinuauimus probare videtur: & disputatio quæ se primum offert, est de iuramentis minimarum rerum, quæ præsenti loco vniuersis absq; vlla exceptione obligare censet sub reatu peccati mortalis, id ipsum de voto existimans: vt si quis vouerit dicere Aue Maria, & non dixerit mortaliter (ait) delinquit: & multò grauius si votum iuramento firmauerit. Immo licet Deo nihil vouerit, sed homini sub iuramento. Et quidem de voto hoc pacto sibi id persuadet Cum ille qui vouet sua se ipō te Deo obstringit constituendo id determinate quod vouit tanquam Deo debitū, quantumcunque rem minimam illi polliceatur, id per viam religionis Deo debet: atq; adeò si non soluat mortaliter, ait: delinquit. Vnde ad argumentum si quis contra obijceret. Si præceptum esset diuinum de re minima: vt non ioco mentiri, nō obligaret nisi sub reatu venialis culpæ. Pariter neque obolum furans peccat ob tenuitatem materiæ nisi venialiter; tametsi furtum genere suo sit mortale, ergo neq; votum rei perexiguę obligabit sub reatu mortali. Negat consequentiam, quoniam præceptum debet ex natura rei pēsari: votum autem ex voluntate vouentis. Quod si rursus arguas. Si quis voueret recitare Psalmum, & inter recitandum omitteret versiculum, non esset nisi veniale: ergo neq; qui voueret recitare versiculum, mortaliter delinqueret, illum omittens. Negat rursum consequentiam, quoniam prætermittere modicum ęqu partē cuiu piam totius quasi pro nihilo reputatur: id ipsum verò tanquam totum omittere est voto in integrum aduersari. Attamen his omnibus nihil obstantibus quatenus ad materiam voti res attinet, id ęp libro præcedenti asserebam, constitutissimū mihi est, ęp votum de re parui

Primū dubiū.

Snīa assertoris.

re parui momenti ſub reatu duntaxat obligat uenialis culpæ. Et ratio eſt quàm illic meditabar: nempè quòd qui vouet, conſtituit ſe obligare & modo quo diuina lex ſi præceptum eſſet, id exigeret. Nam ruſtici homines imò neque elegantiores, nō apponunt formæ uouendi ſub reatu mortali neque veniali: ſed ſimpliciter hoc relinquunt naturæ rei. Ergo quemadmodum furtum quod genere ſuo eſt mortale: ratione exiguitatis materiæ, fit ueniale: ſic & uotum: quippe quòd nemo ſe obligare intendit, niſi quo pacto eum diuina lex obligaret. Imò quamuis qui diceret, uoueo ſub reatu mortali, dare calamum alicui, votum eſſet ſtultum & non obligaret ad mortale: quin uerò ſi eſſet res uana, nullatenus obligaret, vt ibi diximus, atque adeo ſi eſſet leuis, eſſet veniale. Fallaciſſima ergo illatio eſt Caiet. ex eo quod quis ſua ſe ſpōte per uotum obligat, colligere quod ſe obliget ſub reatu mortali. Fateor equidem aliquantulo plus venialis culpæ eſſe uouēti verſiculum recitare, totum omittere, quam vouenti dicere pſalmum, prætermittere verſiculum: ſed tamen non excedit venialem culpam: Pari enim facilitate alioqui diceres vouenti vnam proferre dictionem, mortale eſſe illam omittere: niſi forſan illuc ſuffugeres quod iam uotum eſſet inane de voto autem ſatis ſupra diximus.

De iuramento. De iuramento verò vrgentior perſtringere videtur ratio: Nam, vt quæſtio proxima aſſerturi ſumus, omne iuramētum falſum aſſertorium abſque vlla prorſum exceptione, eſt mortale. Enimuerò periurij culpa in hoc ſita eſt quòd Deus inteſtem adducitur falſi. Tam falſum autem eſt te, v.g. non mouiſſe palpebras, ſi mouiſti, quam nō occidiſſe regem, ſi occidiſti. Quare hic non attēditur tenuitas materiæ, vt fiat veniale. Pari ergo modo ſi iuraſti dicere Aue Maria, uel dare alicui minimum numum, & non facias, falſa tua eſt iuratio, atque adeo eſſe videtur lethalis culpæ. Hoc tamē nō obſtante argumento negandum arbitror iuramentum promiſſorium rei leuis uinculum mortalis reatus inijcere: imò promiſſum eiuſmodi non ſoluere, non erit niſi veniale, ſiue iuramētum adhibeatur voto (vt recitandi verſiculum) ſue humanæ promiſſioni, vt exiguum dunandi amico aſſem. Et ut ratio clareſcat, animaduertendū eſt omni iuramento promiſſorio duas ineſſe veritatis rationes: nempè & aſſertorij & promiſſorij. Exempli gratia qui iurando quippiam pollicetur, tenetur (vt hic in ſolutione primi auctor eſt D. Thom. & q. ſequen. repetemus) certum in præſenti habere propoſitum id faciēdi, quod iurat, aliàs primus deerit comes: nempe veritas, ſubindeque iuramentum erit falſum, atq; adeo abſque vlla prorſus exceptione peccatum mortale. Tenetur inquam ſimpliciter ſi legitimum eſt quod iurat, vel ſi eſt illicitum, tenetur ſecundum quid, ſuppoſito quod iuret. Quamobrem ſiue quis iuret rē iuſtiſſimam, vt ciuitatem ſe incenſurū, aut aſſerturum hæreſim, ſiue rem leuiſſimam, ſiue futilem & vaniſſimam, vt refricare barbam, non habens in mente certum id facere, periurus eſt, & mortali cer delinquit. Quocirca qui homicidium perpetrare iurat, vtroque modo fiet periurus. Si inquā id in propoſito non habet, periurus eſt, quia falsè iurat: ſi uerò tale habet propoſitum, periurus etiam, quia iniquum iurat. Itaque ratio hæc prima ueritatis aſſertorij conſiſtit in hoc quod verbo mens tunc præſens reſpondeat, ne contra mentem atque adeò mendacium iures. Altera verò eſt veritatis ratio quæ ſequitur obligationem iuramenti. Ex eò enim quod iuraſti vinculo te obſtrinxiſti verum id poſteà facere in executione. Hæc autem obligatio qualis quanta q́ue ſit, non ad menſuram veritatis prioris penſari debet, ſed ex natura materiæ. Atque hac ratione D. Thom. vt concluſione tertia vidimus, diuerſimodam obligationē in promiſſorio iureiurando dignouit, quàm in aſſertorio. Per hanc regulam multæ innoteſcunt iuramentorū obligationes, qua ſuperiori li. q. 1. de voto adnotabamus. Iuraſti item indifferentē, nēpè quæ per ſe vana eſt, & nullius prorſus emolumenti: vt fricare barbā, vngues non reſecare in ſabbato, aut nō loqui cum homine, vnde nullum prorſus ſequitur inconueniens. Quemadmodum ergo tunc diximus votum illius rei nō obligare pari modo cēſendum, neque ſi fuerit iuramento confirmatum obligare, q́m iuramentū nō eſt niſi voti firmitas. Ob id q́; cum res illæ non ſint Deo gratæ, nec proximo vtiles, vt non ſunt materia voti, ita neque iuramenti q́m talibus iuramentis iudicium deeſt. Nunc enim de obligatione voti loqimur, quod ad hanc quæſtio-

Sentētia auctoris

Notādū

nem ſpectat. Qualia autem quãtaque eiuſmodi iurationes non obligatoriæ delicta ſint ad quæſtionem ſequentem de periurio attinet definire. Itaque non magis hoc iuramentum obligat, quam ſi eſſet rei illicitæ. Niſi quod illud neutiquam implere licet, hoc autem ſeruare, poſſumus, ſed nõ tenemur. Hinc ergo ratio ad noſtram ſententiam applicatur. Obligatio ex iuramentum promiſſorio reſultans non inde penſari debet, quod ſimpliciter illud implere verumque facere tenemur. Quandoquidem, qui rem iurauit illicitam, aut nõ poſſibilem, aut vanam & futilem nullatenus obligatur, obligatio ergo implendi iuramentum non reſultat, niſi ſecundum qualitatem & quantitatem materiæ. Fit ergo cõſequens, vt vbi materia eſt leuis, obligatio ſit pariter leuis, & non peior quam venialis. Et confirmatur hoc rurſus. In omnibus alijs criminibus quantumcũque grauibus leuitas materiæ in cauſſa eſt, vt peccatum genere ſuo mortale fiat veniale, vt furari obolum. In iuramentum autem ob id tenuitas materiæ, non attenuat peccatum, quoniam tam falſa eſt aſſertio in re leui, quam in re graui, hoc autem ſolum habet verum in aſſertione aut negatione, vt ſcilicet non iures contra mentem, ergo obligationem inde reſultantem nihil obſtat, quũ ſequatur conditionem materiæ. Quandoquidem vt de voto proximè dicebamus iurans non ſe inrendit, niſi ad morem legis obligare: Et tertio arguitur. Si Deo rem minimam voueas, vt modo dicebamus nõ reſultat obligatio ſub reatu mortali Nam ſicut inter homines ſic inter nos & Deum æſtimandum eſt quanti ei referat, id quod ei ſpondemus, ergo licet illa promiſſio firmetur iuramentum non mutabit ſpeciem vt fiat mortalis. Adde quod ſi quis voueret ab hoc ſingulari ocioſo verbo, aut ocioſo mendacio abſtinere, profecto contra faciens non peccaret niſi dupla a veniali culpa & contra legem, & contra votum, ergo etiſi id iuramento confirmaſſet, non peccaret, niſi citra mortale duplicata culpa.

Tertia confirmatio.

Quartò, id denique confirmatur Secundum contrariam opinionem conſequens fieret meliores, quæ paruo animi calore iureiurando promittunt filios verberare, aut res alias eiuſdẽ farinæ, non implendo mortaliter peccare. Nam euaſiones Caietani minimè ad plenum ſatisfaciunt. Aut enim vel ex eo, quod ira correptæ potius ad vindictam iurant quam ad correctionem, vel ex eo quod iuratas correptiones in melius mutant ne verberati pueri in peius recrudeſcant excuſari, quæ profecto ſuffragia vim argumenti non extinguunt: Nam ſæpiſſi ne id faciunt non tanta iraquin plenum habeant rationis iudicium idque in bonum correctionis relatum, & tamen durum eſſet in his leuiſſimis corrigendi iuramentis obligationem ſub reatu mortali aſſerere. Et pariter ſi quis forſan polliceatur puero pomum, quod exemplum eſt Caie. vbi huiuſmodi obligationẽ ſub reatu mortali ineſſe putat, quæ ſanè cenſura acerrima eſſet. Satius eſt ergo & rationi longe conſonantius dicere omnia illa iuramenta ob leuitatem materiæ leui quoque venialique adeo vinculo irretire iurantem. Atque eadem propemodum ratione de illis iurationibus ſentiendum quibus ſe homines inuicem præuenientes iurant ſe nõ præceſſuros in exitu & dum ſe mutuo vel ad conuiuium vel ad ludum iurando inuitant, ſunt enim peccata, etſi non adſit intẽtio id faciendi quod iurant, mortalia quidem, ſed tamen quantum ad obligationem, tum quia pendent ex aliorum conſenſu, atque adeò, non proponuntur tanquam abſolutè facienda, ſed quantũ in poteſtate iuranti fuerit, tum præcipue quia de re ſunt parui emolumenti non obligãt ſub reatu mortali. In. Quarta & quinta cõcluſione quę ſunt tertiæ declaratoriæ, explicantur tres modi quibus iuramentum fit incautum. Quorum primus eſt cum quis impoſſibile iurat vbi adnotandum eſt non ſatis eſſe id quod iuratur eſſe difficillimum vt admittenda ſit in foro conſcientiæ excuſatio, ſed requiritur eſſe impoſſibile, vnde quantumcunque iuraueris grauiſſimum æs perſoluere, licet tibi perquam difficile fiat tenere is iuramentum ſeruare, niſi aliunde res iurata deſineret eſſe actus virtutis, nam ſi eſſet manifeſtum prodigalitatis vitium, non ligaret. Rurſus licet nullum eſſet vitium, eſſe tamẽ res grauiſſima, cauſſam tunc ſecum afferret idoneam petendi diſpenſationẽ iuramenti, vt ſi mulier pedeſtrem eandemq; longã peregrinationem iuraſſet, aut quiſq. difficile aliud vnde periculũ timeretur. Tunc autem petenda veniret iuſti cauſſa, commutaretur potius quam omnino diſpenſaretur, vt ſecũ tum

Trib. modis iuramẽtum incautum

verbum

verbum S. Thom. id fiat quod fieri potest. Secundus modus incauti iuramenti est cũ quis iurat rem illicitam, & tertius cum id iurat quod obstaculum est rei melioris de quibus statim in solutione secundi. Reliqua verò quæ hic dubitari possunt perinde omnino definienda sunt vt superiori libro in materia de voto sunt enucleata, vbi gratia dicebamus. q. 1. ar. 3 quod si quis ob malum finem rem aliàs licitam nouet, votum tenet vt si quis ob manem gloriam eleemosinam voueret facere, sic tamen vt finis ille ob vanam gloriam in opus eleemosinæ non cadat, votum tenere. Nam si sensus esset quod opus dandi fieret ob vanam gloriam, tunc quia eiusmodi opus est licitum nec eiusdem operis votum tenebit, sed dum votum fuit ob vanam gloriã, tunc licet votum sit vitiosum, tamen quia materia est bona teneris illud implere, dũ tamen non impleas ob vanam gloriam. Idem ergo prorsus sentiendum de iuramẽto facto ob similem vanum finem vel turpem, tenet enim si sit de materia licita. Nisi forsan id iures vt Deus tibi adiutor iniquitatis adesset. Si enim iurares eleemosinam aut peregrinationẽ facere, quo Deus te vel sanctus compotem faceret adulterij perpetrandi, iuramentum non te obligaret, quia vt impium est ab eo iniqua deposcere ita & munus aliquod ei tali ratione offerre. Reliqua illic latius.

Primũ argum. de iuro in certo

In argumentis D. Tho. tractat quatuor iuramentorum vitia, nempè incertum, incautum, coactum & dolosum. Primum argumentum est. Iuramentum inducitur, vt dictum est, ad confirmandam veritatem, quando autem quis rem futuram iurat, satis est tunc ad veritatem id habere in proposito, licet postmodum euentus non respondeat. Id quod Paulo 2 ad Corin 1. accedit, ergo promissorium iuramentum non habet vim obligandi. Ait enim illic Paulus proposuisse venire ad illos, sed tamen postmodum bona causa propositum mutasse. Respondet S. Thom discrimen esse inter simplicem assertionem & iusiurandum. Nam ad veritatem simplicis assertionis satis est hominem habere in animo id facere quod affirmat, licet non sit certus. Affirmat enim quod in suo proposito verum vt in sua causa, existit. Quare licet propositum post sine causa detractet nõ est mendax, vt si ego modo animo meo a prandio dormiturum, & postea nolo. Sed ad iuramentum non satis est iuranti id habere in proposito, sed requiritur qđ habeat in animo antequam iuret adeo id certum & firmum vt nisi impossibile fiat factu aut in deteriorem exitum vergat, neutiquam liceat contra iuramentum facere. Quare Paul. non iurauit ad Corint. ire, sed id dixit quod proposuerat: Quanquam & si iurasset forsan causam mutandi propositum habuisset licitam, ne scilicet contristaret eos sua præsentia ob acerbam punitionem in cœstuosi. Notandum ergo est hic quod proximè asserebamus, scilicet iuramentum promissorium duas exigere veritates, nimirum & intentionis faciendi dum iuratur, quæ est sicut veritas assertorij, & præterea vt id quod iuratur fiat, si alij simul etiam iuramenti comites concurrerint. Præterea animaduertendum etiam verum iurare nisi res sit certa, genus esse quoddam periurij, atque adeò peccatum, vt q. seq. art. 3. ostensuri sumus. deest enim tunc tertius iuramenti comes, nempè iudicium: In secundo argumento explicatur quinta cõclusio superius posita de iuramẽto incauto, & est argumẽtum, virtus vt est in prædicamento, non est virtuti cõtraria. iuramẽtum autem actus virtutis est, & nihilominus vsu venire potest, vt ipsum implere sit contra virtutem, vt cum quis vel inique facere iurat, vel à meliore virtutis fruge desistere, ergo tunc iuramentum nõ erit obligatorium, & tamen apparet verũ esse iuramentum. Respondet autem per duas distinctiones, quare respõsio quatuor assertionibus concluditur. Ait.n primum quod iurm vergens in deteriorem exitum non obligat, vergere autem in deteriorem exitum est quod peius sit ipsum implere quam infringere, & est modus loquendi Augustini & Bedæ super Matth homil. 24. & refertur de cons. distin. 4. cano. Si aliquid forte. 1. & 2. Hunc autem priorem exitum dupliciter habere iusiiurandum potest. Vno modo quia statim à principio secum illum prauum exitum afferebat. Atq; id rursus dupliciter, videlicet aut quia id quod iuratur secũdum se malum est, vt iuramentum perpetrandi adulterium, vel quia obex est sublimioris boni, vt cum quis iurat religionem nõ ingredi, aut dignitatẽ nullo casu acceptare. Ex quibus quidem duo differẽtes effectus pullulant. Vnde secũdũ

Paul. 2. Cori. 1.

Secũdũ argum. de iuro incauto

aſſertum eſt quod dum quis delictum patrare iurat, tunc & iurando peccat, & pariter iuramentum implendo. Tertium aſſertum eſt quòd dum quis iurat à bono ſupererogationis abſtinere, quòd aliàs facere non tenetur peccat quidem iurando, eo quòd Spiritui ſancto bonorum inſpiratori obicem opponit, non tamen peccat iuramentum implendo, ſed tamen multo ſibi melius conſulit, non ſeruando. Ex his ergo hæc fida regula obſeruanda colligitur, quod huiuſmodi incauta ſiue impleantur, ſiue ſecus, & periuria ſunt dum fiunt, vt q. ſeq. artic. 3. explicabitur, & nullatenus obligant, ſed rem iuratam in ſua nuda natura relinquunt. Vnde qui iurauit furtum aut homicidium facere, ſi furetur, aut occidat eodem prorſus modo & gradu peccat, ac ſi id nunquam iuraſſet, immo verò qui illud crimen ad vinculum iuramenti reſpiciens perpetraret ſcilicet vt reuerentiam ſeruaret iuramento, profecto grauius delinqueret. Nam blaſphemia eſt malum ob reuerentiam Dei facere, qui autem vouit religionem non ingredi, aut eleemoſinam non facere, perinde ac ſi non iuraſſet conſultius ei erit, contra iuramentum facere, tametſi illud implere non ſit peccatum. Niſi fortaſſe illud opus quod erat ſupererogationis oblatus caſus neceſſarium conſtituerit, vt videlicet ſi miſer occurreret qui grani perurgetur inopia. Tune enim neceſſarium eſt contra iuramentum, eleemoſinam ei porrigere. Et ſimile exemplum eſt can. Florentinum diſt. 85 vbi refertur Archid. qui iurauerat nũquam acceptum ire Epiſcopatum à Gregorio fuiſſe coactum accipere eo quod iudicatus fuit eccleſiæ neceſſarius, atque adeo oportuiſſet iuramẽtũ infringere. Subdubitabit hic forſan quantæ ſit culpæ iuramẽtum quod obſtaculum eſt ſupererogationis. At verò huius reſponſio non ad præſentem, ſed ad ſubſequentẽ quæſtionem attinet, in qua vniuerſæ peierandi ſpecies perpendendæ ſunt. Illicque adeò differendum quanta ſit culpa in iuramento peccandi venialiter.

Obſeruãda regula.

Contra illud autem quod dictum eſt, iuramentum de re illicita non eſſe implendum, quis forſan opponat de Ioſue, qui, vt legitur Ioſue 9. Et refertur de conſe. diſt. 4. cano. inter cætera fœdus pacis quod cũ Gabaonitis inierat, ſeruauit. Quod quidem iuramentum illicitum fuiſſe ex eo conſtat q; Deus, vt habetur Deuter. 7. impenſiſſime inhibuerat fœdus cum illis gentibus ferire, aut vlli eorum parcere.

Ioſue 9.

Reſpondetur tamen quod iurando nõ peccauit. Nam fuit deceptus credens aliarum fuiſſe remotiſſimarum gentium legatos. Poſt verò quando reſciuit eſſe Gabaonitas, quoniam prohibitio parcendi illis non erat de iure naturæ intrinſecè mala ſicuti homicidium, ſed de iure poſitiuo, meritò veritas eſt ne ingentiorem Deo irrogaret iniuriam, iuſiurandum, quod per eius nomen bona fide fecerat, violando, quam priori eius mandato obſequendo. Præterea, vt Ambr. lib. de offic. ait meliori eos morte mulctauit, ſcilicet obſequio miniſterij diuini. Sic enim habet hiſtoria. Reſeruentur, vt viuant, ne contra nos ira Domini concitetur, ſi peterauerimus eis, ſed ſic viuant, vt in vſus vniuerſæ multitudinis ligna cædant, aquaſque comportent. &c. Secundum membrum diſtinctionis eſt quod iuramentum poteſt habere deteriorem exitum. Secundo modò, non quod à principio illum importaret, ſed propter id quod de nouo emergit. Quale fuit iuramẽtum Herodis in gratiam Herodiadis emiſſum quod quidquid ab eo peteret illi concederet. Potuit enim à principio eſſe licitum moderatione ſubintellecta ſi rem peteret honeſtam, poſtea verò propoſita eius petitione debuit reſcindi. Nam vt Iſidorus in ſinonimis, ait, libr. 2 & refertur de cõſe. diſt. 4. in male promiſſis reſcindenda eſt fides. Et vt ait Ambroſ. libr. 1 de offic & refertur eadem diſt. cano eſt etiam contra officium nonnunquam eſt promiſſum ſoluere ſacramentum. Idemq; Grego. admonet canon. item. diſtinct. 13. & Concilium Toletanum canon. duo mala. Et Auguſ. in ſermone, de decollatione Ioannis. & refertur eadem diſt 4 cano. quod Dauid. Dauidem laude commendat, qui cum iuraſſet Nabal Carmeli interficere, eſſetque ad opus ſuccinctus prece Abigail illius vxoris, propoſitum retractauit, illique pepercit: nam fuerat iuramentum præ ira incautũ. De illis autem qui voluntatem aliorum facere iurant, quæſtione ſequen. articulo ſecundo, alius offeretur aptior dicendi locus. Tertium argumentum, de iuramento coacto eſt huiuſmodi. Quandoque homo inuitus cõpellitur iuramento aliquid promittere, quos tamen, vt refertur

3. Arg. de iuramento coacto.

cap.

ca. verum, extrà de iureiur. solent Romani pontifices nexibus iuramẽtorum absoluere: ergo non omne promissorium iuramẽtum est obligatorium. Ad hoc autem D. Th. supposita distinctione quatuor respondet. In iuramento. n. inquit coacto duplex est obligatio, vna qua iurans obligatur homini cui quippiam promittit. Et talis inquit obligatio per coactionẽ tollitur. Qui .n. vim intulit, indignus redditur cui seruetur fides. Alia autem est obligatio, quæ fit Deo propter iuramenti reuerentiam. Et talis inquit obligatio non tollitur in foro cõscientiæ: quia optatius est damnum temporale sustinere, quam iuramentum violare. Ait verò tertiò, quod in iudicio datur soluti repetitio. Quare potest qui iurauit, denunciare prælato, non obstante quod iurauerit non denunciare. Quoniam obseruatio talis iuris contra publicam iustitiam vergeret. Quartò demum, inquit, quod solent Romani Pontifices homines ab huiusmodi iuris absoluere, non quasi decernentes non esse obligatoria, sed eorum obligationes ex iusta caussa relaxantes. Hæc autẽ singula perpendenda sunt. Et primum falsa videtur distinctionis assertio. si in iuramẽto coacto vnam obligationẽ, quæ fit Deo atq; altera quæ fit homini. Nam si aliqua fieret Deo, tunc ille coactor vt latro, cui in nemore iuramentum ab oppresso viatore præstatur nequiret iuramẽtum illud in totum relaxare. Nam obligationẽ respectu Dei non posset remittere, immo nec ecclesia id posset, nisi ob superuenientem caussam dispẽsare: quia ecclesia non potest votum Deo factum & multo minus iuramẽtum relaxare, & tamen relaxat, vt asseritur in d. c. rerum & 15. q. . in multis c. Ad hoc autem, facile respondetur verba S. Th. non esse accipienda per calumniam, vt sonare videntur, sed secundum eius mentem: nẽpè in iuramento promissorio inesse duas obligandi rationes. Vbi .n. non duæ fiunt promissiones, vna Deo, & altera homini, sed vna tantũ homini, quę iuramento confirmatur, non est nisi obligatio vna duplici ratione constituta. s. & virtute promissionis si est legitima, & virtute iuramenti, & ideo ille cui promissio fit remittere totam potest, & pariter ecclesia vbi metus incuria irrogatur. Nascitur hinc tamen aliud dubium circa secundum assertum, videlicet, quod illa obligatio coacti iuramenti non tollitur in foro conscientię: vbi insinuatur quod tollitur in foro contentioso. Et eius argumentum Quamuis cesset obligatio ratione promissionis coactæ, vt in primo membro assertum est: nihilominus postquã manet ratio obligandi respectu iuramenti, deberet iudex iurantem cogere iuramentum seruare postquam constat esse in conscientia obligatorium: aliàs iustitia non satis in rebus manifestis prouideret. Syluester in verbo, Iuramentum 4. rationem huius hanc reddit, quod ecclesia eiusmodi iurantes non cogit, propterea quod præsumit nunquam habuisse intentionẽ se obligandi. Hęc autem ratio falsa est, immo ecclesia putat eum qui iurm coactum non seruat esse periurum, vt patet c. si verò, & c. verum, extra de iureiu. quare dispensando in huiusmodi iuris non censet illa esse irrita. Respondetur ergo quod iustitia publica non attendit nisi ad pacem tranquillũque statum reipublicæ; & ideo non debet iniurijs fauere per vim illatis ob idq; non cogit eiusmodi iurantes, sed si non impleuerint iuramentum, eos ad Dei tribunal remittit. Nam vt C. de iureiu. admonitum est iurandi contempta religio satis Deum vltorem habet. Sed vigentiora argumenta sunt ad partem oppositam; nempè huiusmodi coacta iuramẽta nequaquam coram Deo conscientiam ligare enimuerò iuramentum, quemadmodum votum, vt proximè dicebamus, vim non habet obligandi, apud Deum, nisi vbi materia est opus virtutis: Si .n. sic res illicita, vel auctioris boni obstaculum, vel indifferens & vana, iuramentum non ligat, sicut neque votum. Iuramenti autem materia per coactionem extorti, nullius est officium virtutis (supponamus enim incussum esse metum cadentem in constantem virum, de quo libro superiori explicatissimè dictum est) ergo eiusmodi iuramentum non obligat apud Deum. Probatur minor præmissa materia ejusmodi iuramenti est ipsa materia promissionis: illa autem non est opus virtutis Nam per se absque iuramento non esset iustitia promissum seruare: quia nulla in eo inest ratio debiti, quæ est de intrinseca ratione iustitiæ. Quare nec est actus fidelitatis, vtpote quæ inferenti vim nulla debetur. Neque verè est actus liberalitatis, quoniam illa non est donatio, quippe cum solutum repetere liceat.

Argumẽta in maioris energię.

Non est duplex obligatio ī coacta iuramenta.

Aliud dubiũ.

Neque verò eſt opus ſupererogationis. Nam beneficium præſtare indigno, qualis eſt prædo qui vim infert, ſpeciem habet mali. Sed ais forſan illud promiſſum ſoluere, eſſe actum religionis propter annexum iuramentum, Contra hoc autem emergit argumentum. Etenim vt D. Tho. ſuperius artic. 5. docuit, diſcrimen eſt inter votum & iuramentum, id enim quod quis vouit, quia Deo offertur, ipſa oblatione fit actus religionis; id autem quod iuratur non fit propterea religio, ſed econuerſo reuerentia diuini nominis, quæ eſt religio adiungitur ad confirmãdum id quod per ſe erat virtus. Quare quod ante non erat actus religionis, per iuramentum non fit religio, immo nec per votum reliqua materia fit actus religionis, vt proximè dicebamus, niſi ipſa etiam ſit materia alicuius virtutis. Secundò ad huius explicationem arguitur. Iuramentum promiſſorium nihil aliud eſt, quàm promiſſionis confirmatio. Nam ſicut confirmatio donationis non eſt noua donatio, ſed robur prioris, ſic & confirmatio promiſſionis non eſt alia promiſſio, imò iuratio & promiſſio, vt ſupra dicebamus, ſunt duæ rationes ad eãdem obligationem appoſitæ. Promiſſio ergo eſt fundamentum obligatoriæ rationis quæ eſt in iuramento: In iuramento autẽ coacto nulla eſt promiſſio aut promiſſionis obligatio, vt D. Thom. planè fatetur, quandoquidem, illa obligatio per coactionem tollitur: ergo neque eiuſmodi iuramentum ligat. Et confirmatur hæc ratio; iuramentum ſequitur vim materiamque promiſſionis: ſi enim promiſſio eſt de re vel illicita vel inutili, iuramentum non ligat; ergo vbi promiſſio eſt nulla multo minus obligabit.

Tertio deniq. arguitur. Illa traditio pecuniæ non eſt, illi vtilis cui datur, illi. ſ. qui iuramentum extorſit. Nam ille recipiens & peccat, & periculo ſe exponit nunquam reſtituendi; quod autem vtile non eſt alteri nec ſub voto cadit nec ſub iuramento. Hæc omnia benè Caietan. diſſoluit, cuius ergo prolixum reſponſum ſummatim eludemus. Iuramentum coactum triplici ex capite exiſtimandum eſt. ſ. tam ex parte iurantis quam ex parte illius cui iuramentum præſtatur, & tertio ratione materiæ. Et quidem ex parte iurantis, ſi nihil aliud cõſideres, nullum eſt obligationis impedimentũ, quoniam ſecundum Ariſt. 3. Eth. etſi illic adſit nollitio ſm quid, eſt tamen ſimpliciter volitum, vt exẽplo illius patet q̃ inſaniente pelago merces in vndas proijcit. Vnde Augu. coacta voluntas, voluntas eſt. Ex parte aũt illius qui per vim iuramẽtum extoruqet, ſi nihil aliud meditemur obſtaculum obijcitur obligationi. Quare ſimplex promiſſio ratione incuſſi metus non teneret. Igitur vt obligatio ex illo iuramento oriatur, ſpeculandum eſt, vtrum materia iurata, puta datio pecuniæ, ſit actus alicuius virtutis; tum n. (vt ſæpe dictũ eſt) iuramentum obligat. Differt namq. votum iuramento, q̃ voti materia, ſi propriam conſideres, non eſt niſi conſilij & ſupererogationis, materia verò iuramenti cuiuſcunq. virtutis opus. Et quidem qui ſic iurat, non tenetur ſic dare pecuniã promiſſam, vt verè eam in dominiũ alterius tranſferat. Quippe cum alter illud nũ acquirat. Nam & qui dedit repetere poteſt, & qui accepit reſtituere tenetur, ſed tenetur ei illã tradere: illa autem traditio ſi ſolum vti ſolutio promiſſi, exiſtimetur, non eſt virtus, eſt nihilominus virtutis officium quatenus redemptionis, vexationis & moleſtiæ, & fortè vitæ, quam v. g prædа viarum obſeſſor adimere viatori parat. Eſt ergo tunc miſero virtutis officium illa iurata pollicitatione propriam vitam protegere: tuncq; adeò erit charitatis officium, qua ſe quiſq; diligere debet, & dum ob vitam alienam ſeruandam id iuratur, eſt officium miſericordiæ. Hac igitur ratione iuramentum illud obligat; quoniam ſeruare iuramentũ nõ vergit in deteriorem exitum, ſicut ſi res iuraretur illicita. Omne autem quod talem non habet exitum obligat. Sylu. quidem in verbo, iuramentum 4. §. 7. tenet cum multis quos citat Iuriſconſ. & putat eſſe opinionem S. Thom. quod ſi coactus ille jurans habet propoſitum ſe obligandi manet quidẽ obligatus, ſin verò illud non habuit minime obligatur: moderatio verò hæc non eſt vera, vt illico ſubſequenti argumento monſtrabitur. Qui enim habuit intentionem iurandi, licet illam non habeat ſe obligãdi, manet obligatus. Nam obligatio ex ipſa iuramenti natura ſi ſit de re licita, neceſſario naſcitur, ſecus ſi non intenderet iurare. Vtrum verò coacto liceat fingere ſe iurare abſq animo iurandi, ſuperquartum argumentum dicere prepa-

Reſponſio.

ramus,

ramus. Sed forsan inferas. Ergo elapso illo periculo,nō tenetur qui iurauit promissum reddere, vt si quis dum tenebatur captiuus iurauit in sui redemptionem certū æs numerare, liber postea dum remeauit in patriam non tenebitur: quoniam cum iam violentia cessauerit,datio illa non habet redemptionis formam. Respondetur satis esse dum iusiurandum fuit exhibitū, sponsionem fuisse factum sub forma redēptionis. Nam virtute eiusdem iuramenti postea solutio eandem retinet redemptionis formam. Sed arguis rursus. Cur non etiam simplex promissio,postquam eādem habere redemptionis effigiem, non obligabit? Nam dicit S.Tho. q̄ tollitur per iurationem. Caieta. respondet quod simplex promissio debet habere rationem commodi & vtilis respū illius cui fit: illa autē redditio est illi prędoni inutilis:sanè cùm delictum illi fit recipere. At verò profectò ratio hæc parum ad rem attinet. Nam si ego debeo pecuniam alicui, etiam ex promissione,& petit ad ludendum,vel ad eius dilapidationem,licet non sit vtile,teneor nihilominus dare. Ratio ergo in proposito est, quod ex natura ipsa rei ptomissio coacta vim promissionis non habet. Et ideo quamuis promissio verbalis habeat redēptionis formam, quæ quidem redemptio genere suo virtutis materia redditur, tamen per coactionem cassatur nisi iuratio illam confirmet, imò verò quamuis promissio non fuerit metu coacta, sed per aliā iniuriam: quemadmodum indignus vsurario vsuras promittit,non illas cogitur in conscientia reddere,nisi adiurauit. Decretum est Alexandri I I I. cap. debitores, extra de iureiu. vbi habetur quod debitores ad soluendas vsuras in quibus se obligauerant cogi non debent Si verò de ipsarum solutione iurauerint, cogēdi sunt domino iuramentum reddere, licet post repetitionem habeant. Quid si instantius quęras quomodo si cassa est iuramentum eam cō firmat? Respondetur quod quamuis materia iuramenti & promissionis sit eadem,cadit tamen sub illis diuersa ratione. Promissio enim fit homini, & iuramentum per Deum,quod quidem etiam de re propria fieri posset: promissio ordinē habet ad hominem cogentem, sub qua vtrique ratione non est virtus. Ad obligationem verò iuramenti sufficit quod alia ratione sit virtus,nempe vexationis redemptio. Quod autem iuramentum etiam coactum obliget in conscientia,habes eod.tit.c.si verò, & c.verum.citatum à D.Tho.& 15.q.6.c. si quandoq;& sequentibus. In dubium autem immeritò profectò reuocatur, vtrum non seruare iuramentum coactum peccatum sit mortale, an verò tantum veniale. Immeritò inquam quoniam circa controuersiam concedendum esset mortale:quā doquidem est iuramentum cadens in materiam licitam, quæ est magni momen i; iuramētum enim rei licitæ ex genere suo obligat sub reatu mortali,nisi ex tenuitate materiæ,vt supra dicebamus alleuietur. Si ergo quis coactus iuraret dare pecuniam aliquanti ponderis,certum est,teneri soluere sub reatu mortali. At verò Panor. suprà citato cap. Si verò,quia rem à sua facultate alienam tractabat, aut obligationē non esse nisi sub reatu veniali, & fuit deceptus verbo illo in cap.verum,iam citato. vbi ait Papa, quod qui non seruauerint eiusmodi coacta iurataque promissa,non ob hoc sūt tanquam pro mortali crimine puniendi: Sunt tamen illic distincta verba de culpa & pæna. Ait enim primum Papa, quod vt auferatur materia deierandi non dicatur illis,qui coactè iurarunt, vt iuramenta nū seruent: ergo nō seruantes deierant in materia graui,ac subinde mortaliter peccant, id quod quæst. 98. de periurio,quæ hic sub sequitur art 3. D.Tho. expressè asserit. Tametsi omnium sit mortalium periuriorū leuissimum. Quòd autem subditur non esse puniendos quasi pro mortali crimine, solum ad pœnam ecclesiasticam refertur. Haud enim sunt illa pæna digni in foro ecclesiæ, secus verò apud Deum. Fortasse hic tamen sophista contra hæc asserta argumentetur. Eum qui inuitus iurauit nō teneri promissum in totum soluere. Fac verbi gratia,promiserit centum, tunc arguitur. Si soluerit quinquaginta non amplius debet: nam iam alter debet illi illa quinquaginta, ac perinde poterit fieri cōpēsatio. Et eadem ratione si promisit quinquaginta soluendo vigintiquinque plenè soluit. Respondetur tamen secundum id quod supra adnotauimus, quod non promisit pecuniam transferre in dominium alterius, sed verè tradere siue alter ei tantundem debeat, siue secus. Quapropter licet prędo viatori centum aliàs deberet &

Dubiū. Caiet.

Sētentia auctoris

Iuramē tum coactū frangē mortale est.

Panor.

Sophisma.

Argu. de voto.

uiator nihilominus iurauit dare centum, tenetur tradere. Seriosius tamen argumētum fieri posset de voto. Votum enim, vt art. prox. explicaturi sumus, magis obligat, quàm iuramentum: votum autem metu coactum, vt lib. præced. q. 1. art. 1. demonstrauimus, nulla vi pollet obligandi; ergo neque iuramentum per metum extortum. Hoc autem argumentum illic dispoſuimus. Votū enim quamuis eò quod fit Deo arctius obliget quam iuramentū, quod fit homini, nihilominus si iuramento non confirmetur, non est nisi nuda promissio: promissio autem coacta, etiam si fiat cum intētione promittendi, vt modo dicebamus, natura sua est cassa non solum illa, quæ fit homini, verum & illa quæ fit Deo: vtpote cui obsequium per coactam voluntatem non placet, sed quod fit sponte. Iuramentum autem si feratur in materiam licitam sua ipsius natura obligat ratione iam expoſita, quoniam est attestatio per sacra, quam nefas est fieri rei falsæ, atque adeo crimen si per iurantem non reddatur vera. Quapropter si votum coactū iuramento firmetur, illa ratione obligabit licet sit dispensatione dignum. Sed & tertium idemque pugnatius adhibetur de matrimonio argumentum. Matrimoniū enim metu cadente in constantem virum contractum, neque in foro exteriori tenet, neq. secundum conscientiam: ergo neq. iuramentū. Patet consequentia, tū quod vt ad matrimonium, sic ad iuramentū requiritur consensus, quare si coacto matrimonio officit, pariter obstabit & iuramēto: tū maximè quod matrimonij arctius est vinculum, quam iuramēti. Nam si postquam quis iurauerit vxorem non ducere illam ducat, matrimonium est validum. Respondetur tamen à matrimonio ad iuramentū consequentiam non valere. Atqui nonnulli hac sunt discriminis ratione contenti, quod si matrimoniū coactum teneret, non haberet remedium, quo possit factum infectum reddi, eò quod matrimonium vinculum est indissolubile. Cætera verò promissa per vim iurata etiam si soluantur, possunt beneficio repetitionis recuperari. At verò ratio nō satisfacit. Nam etiam si quæ iuratione promittuntur repeti non possūt iuramentum esset seruandum: quia obligat ex natura rei. Bonauent. verò & Durā. & quidam alij in 3. dist. 39. meliusculam eam rationem afferunt, nempè quod cum matrimonium Christianorum significet vnionem Christi & ecclesiæ, quæ est perpetua debet habere perpetuum a. q. indissolubile vinculum, ad quod non solū requiritur cōsensus, verùm & liber consensus. At tamē non satis firmiter nititur libertas cōsēsus ad matrimoniū requisita in eo quod sacramētum Christianorum. Quandoquidem & coniugium etiam sub lege quoque naturæ liberum requirebat consensum. Dicendum ergo, quod matrimonium ob id quod à natura ad procreationē prolis constitutum est, ex sua ipsius natura perpetuitatem habet annexam: alias non esset satis liberis educandis consultum, perpetuitas autem ex natura rei liberum exigit animi consensum. Nam quæ violenta sunt secundum Aristo. nequeunt esse perpetua. Iuramento autem quamuis coacto irreuerentia fit si non seruetur. Arguat autem quis fortè contra, sequeretur, quod si quis metu mortis iurare cogeretur dicere aliquam in vxorem, teneretur iuramenti nexu. Respōdetur, certum in primis esse tale iuramentū omnino relaxandum, sed tamen vtrum dum non relaxatur extet obligatio. Bonauent. loco citato respōdet per tale iuramētū oriri obligationem: quare ille iurans, inquit, ante relaxationem cum alia contrahere nequit. Et re vera quantum ad naturam iuramenti verum est, si fiat cum intentione iurandi. Nam quamuis sit contra finem iuramenti illum contrahere assensu coacto, nihilominus non est adeo intrinsecè malū, quin possit fieri materia redēptionis vitæ atq; adeo iurm teneret, secus vbi nullum est iurm. De hoc autē in materia matrimonij latius. In tertio mēbro respōsionis ait D. Th. quod postquam quis promissum illata vi iuratum soluit, potest id denuntiare iudici, aut prælato, etiam si per eundem metum iurauerit non denuntiare: quia illa iuratio est contra bonum commune. Quod quidē verbum non tenuē offert disputādi ansam. Argm enim extat primū contra rōnem. Nā denunciatio videt referri ad emēdationē denūtiati: accusatio verò ad publicam iustitiam, nēpè vt reus puniatur: in proposito verò etiam si denūtians emendationem alterius neque non proponat, neq; verò speret, potest suam pecuniam repetere. Respōdetur q̄ huiusmodi denuntiatio non est illarū, quæ p̄ fraternam

Argu. de matrimonio.

Argu.

Vtrum liceat id quod vī soluitur repetere.

nām correctionem fiunt, sed iuri dica vt denuntianti ius seruetur, si id modò proba uerit: nihilominus hic proximus finis refertur in commune bonum, qui est vt penes publicam potestatem semper sit facultas ciuium iniurias repensare. Et ideo qui iurauit non denuntiare, iurauit rem illicitam: atq; adeo non fuit iuramento deuinctus. At uerò profectò hæc responsio scrupulo non caret. Nam in primis ex ea colligitur quod si ille qui vim inferebat compelleret alium iurare se nunquam denuntiaturum, potius deberet gladio succumberet, quàm id iurare. Nam cum iuramentum rei illicitæ sit peccatum, mors potius patienda est quam faciendum. Neq; liceret dicere id se iurare, & tamen non habere intentionem iurandi: nam esset mendacium atq; adeò peccatum. Quod autem illatum hoc absurdum probatur. Illa qui coactus pecuniam soluit non tenetur sub reatu peccati denuntiare: nam potest suā propriam pecuniam simul atq; iniuriam alteri remittere. Si fortè ille esset tam nefarius latro, vt charitate boni publici omnes tenerētur illum denūtiare, aliud esset. Sed tamen supponamus non esse tam pestilentem, sed hanc mihi irrogasse iniuriam, profectò non teneor eum denuntiare. Si ergo non teneor, sequitur quod gratia cauendæ mortis, possum iurare nunquam repetere neq; denuntiare; imò iurare quod gratis dono. Tametsi illa donatio, quicquid ego dixerim nūquam poterit securam reddere illius conscientiam, quo minus semper ad restitutionem teneatur. Argumētū profectò, cogit sub hac distinctione respōdere. Dupliciter namq; tale iurm potest fieri. Vno modo etiam si iurans requisitus à plato fuerit vel à iudice, & tale iurm neutiquam est faciendum, neq; ob redimendam vitā, quia est iniquum. Quo ideo non obstāte teneor requisitus denuntiare. Alio modo, quod mea sponte nō denuntiabo, nec repetam, & hoc licitum est. Atq; hoc pacto D. Thom. intelligendum arbitror. In quarto membro respōsionis ait Diuus Tho. Pontifices eiusmodi iuramenta, non quidem irrita pronuntiare, nam sunt solida: sed relaxare tñ & quod aiūt in illis dispensare. Vbi primum adnotandum est, q̄ non omne iurm per illatam iniuriam expressum, si iura spectes, consueuit ecclesia relaxare, sed duntaxat ea quæ vi & metu extorquentur, vt patet cap. si vero, & cap. verum, extra de iureiur. & cap. Abbas, de his quę vi met. ve caus. fiunt, & 15. quæst. 6. per totum. Nam iuramentum quod quis facit vsurario soluendi vsuras sine laxatione, videtur Alexand. III. iubere seruare canon. debitores, extra de iureiur. Quamuis iurans iniuriam passus fuerit, quia plus illic inest voluntarij. Haud tamen absurdum esset illa relaxare: quandoquidem vsurarius non habet ius recipiendi. Causa autem relaxationis coactorum prima est, quod plurimum habent inuoluntarij admistum. Quare 15. quæstio. 6 canon. si quandoque, ait illa iuramenta simpliciter non fieri ex corde, quod Deus potissimum inspicit. Secunda ne ansa impuris nefandisque hominibus porrigatur vim bonis inferendi. Est tamen vt hic bene admonet Caiet. in eiusmodi relaxationibus cauendum, ne in blasphemiam cedant, aut in ecclesię contemptum. Si enim captiuus apud in fideles sub iuramento per verum Deum sese obstringeret creditum sibi prætium redemptionis suæ persoluere scandalum esset iuramentum postmodum illi relaxare ne soluere. Non enim solum Christiana familia, sed & Deus noster contemptui apud illos tum maximè haberetur, immo vero si quis iurasset illu redire, quamuis esset iniustè captiuus, nec redire sine periculo mortis posset redeundum illi esset, antequam cum ingenti scandalo periculoque contemptus religionis nostræ iuramentum illi esset relaxandum. Etenim si gentilitas Romanum illum Regulum tam egregio præconio commendauit qui cum fide Carthaginensibus per falsos deos iurando impignorata dimissus esset Romam illuc rursus, vt cum capitis periculo suam fidem apud hostes liberaret reuersus est quanto maiori fide & religione tenetur Christianus promissis stare per verum Deum iuratis? Si autem esset persona Reipubl. valde vtilis, tentanda esset procurandaq; repensatio & redemptio. Contra id autem quod diximus iuramenta non esse ipso facto irrita, sed post iusta caussa relaxanda, fortè quis nobis obijciat canonem Abb. de his quæ vi met. ve caus. fiunt, vbi clerico, qui per vim ecclesiam suam abiurauerat, præcepit Papa ecclesiam restitui, quia quæ metu (inquit) & vi fiunt in irritum debent reuocari. Vbi ab vi ratio illa non videtur

ibi

Argu. egregiū

Rñsio.

Relaxatio coacti iuramenti.

Cauendū scandalum.

Argu.

ibi relaxari, ſed irritari. Reſpondetur tamẽ quod illic non fuit ſimplex ſolum iuramẽtum coactum, ſed re vera expoliatio præbendæ, quam Abbas illic clerico ademerat, & alteri contulerat. Et illa ſunt quæ Papa irrita facit.

Quartũ argmde iuro doloſo.

Quartum argumentum de doloſo iuramento eſt hoc. Nemo ad duo contraria ſimul obligari poteſt, ſed contingit quandoq. eum qui iurat diuerſam habere mentem quam ille habet cui iuramẽtum præſtatur: ergo eiuſmodi iuramentum non erit obligatorium. Reſponſio in conciliandis duabus ſententijs Iſidori & Gregorij verſatur, quæ ſibi prima facie videntur aduerſæ.

Iſidor.

Iſidor. namque lib. ſent. 2. & refertur 22. quæſt. 5. canon quacũque ſic ait. Quacunque arte verborum quis iurat, Deus tamen qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit ſicut ille cui iuratur intelligit. Vbi in fauorem illius, cui præſtatur iuramentum videtur admonere iuramentum doloſum obligare, licet ille qui iurat animum non habeat ſe obligandi.

Gregor.

Gregorij vero 26. lib. Moral. verba ſunt. Humanę aures talia verba noſtra iudicãt, qualia foris ſonant: diuina vero iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur. Vbi videtur in fauorem iurantis vergere, videlicet quod ſi non habet mentem obligandi ſe, non ſit obligatus. D. vero Thom. hos patres concilians ait, quod quando intentio iurantis eſt doloſa, quia ſcilicet intẽdit alium decipere & ſupplantare, tunc habet verum ſententia Iſidori, videlicet quod iuramentum eſt ſeruandum ſecundum ſanum intellectum eius cui præſtatur iuramentum. Id quod ex verbis ſubiunctis Iſidori colligit dicentis, quod dupliciter reus ille fit, qui & nomẽ Dei in vanum aſſumit, & proximum dolo capit. Si vero iurans dolum nõ adhibeat, tunc locum habet ſententia Gregorij, nempe quod æſtimanda ſit obligatio iuramenti ſecundum intẽtionem iurantis At vero profecto conciliatio hæc D. Tho. nonnulla indiget explicatione. Ille enim qui dolo iurat tribus modis poteſt aliam habere intentionem quam alter intelligit, cui iuramentum præſtatur. Vbi primo notandum iuramentum doloſum, vt ſupra diximus, ab effectu ſic nuncupari, nempe quod fit intentione fallendi. Et ideo qualitas hęc propriè conuenit iuramento promiſſorio, quod ſecũ affert obligationem aliquid faciendi, vel non faciendi ex iuratione pullulans. Tametſi in aſſertorio nõnunquam inſit & dolus cum quis falſum animo decipiendi iurat. Falſitas ergo iuramenti conſiſtit in hoc quod verba iurantis foris prolata, eius menti non conſonant. Eſt autem in iuramento promiſſorio tria extere conſiderare, nempe promiſſionem & iuramentum, quo illa confirmatur, quæ tunc præſentia ſunt cum fit iuramentum, & præterea executionem ſeu impletionem promiſſionis, quæ in futurum expectatur. Quibus vtique tribus totidem intus in mente iurantis, reſpondent, nẽpe intentio promittendi ſeu obligandi ſe, & intentio iurandi, & intentio implendi iuramentum. Et quidem vbi ſola hæc tertia deeſt, ſi adſint aliæ duæ citra controuerſiam omnibus eſt in confeſſo iurm eſſe obligatorium. Nam ſi quis intendit non ſolum iurare, verum & ſe iuro vincire, illis duabus intentionibus ligatur. Intentio autem non implendi eſt quidem iniqua, ſed tñ non magis vinculum iuramentũ tollit, quam ſi poſt præſtitum aduenire. Et manifeſtũ eſt ob id quod quis intendat, non id obſeruare quod debet, nequaquam abſolui obligationis nexu. Rurſus ſi quis fingit ſe iurare, non tamẽ habet iurandi animum, liquidum quoque eſt obligationem nullam oriri ex natura iuramenti, Quoniam cum iuramentum ſit actus humanus, vbi abeſt intentio iurandi, nullum exiſtit iuſiurandũ.

Explicatio iuramẽti doloſi.

Tria in iuramẽto promiſſorio.

Dubiũ.

Dubium ergo reſtat, quãdo quiſpiam medio ſe habet modo, nempe quando intentione quidem iurandi, iurat tñ abſq. intentione obligandi ſe iuramento, ſeu (quod idem eſt) id promittendi quod iurat. Hoc enim caſu multi ſunt, qui cenſet nullã oriri obligationem, & præcipuè Iuriſconſulti, quos refert Sylueſt. modo citatus in verbo iuramentum 4. quorum adeò ſententiam ſequitur. Et ponit exemplum in eo, qui coactus iurat. Et re uera verba Gregor. citata videntur primo ſonitu huic opinioni patrocinari, ut ait, quòd iuramentum debet æſtimari ſecundum intentionem iurãtis, atque adeo ſi ex corde obligatio nõ oritur, apparet nullam exiſtere. Et confirmatur, quia cum iuramentum non ſit niſi promiſſionis confirmatio, vbi re uera non eſt promiſſio, nulla videtur reliqua iuramenti obligatio.

Sylueſt.

His veruntamen non obſtantibus, reſpondetur quod vbi vera adeſt intentio iurandi, & ſi deſit intentio promiſſionis

Rñſio.

ſionis & obligationis, nihilominus ſubſequitur obligatio. Et ratio eſt, quod obligatio eſt naturalis iuramenti effectus, ita ſcilicet illi innatus, vt igni natiuum eſt calefacere. Quare ſicut repugnat ignem adeſſe & non calefacere, ſic & iuramentum exiſtere ſine obligatione. Vbi autem quis cum intentione iurandi iuramentum profert, vera eſt iuratio: vera ergo inde exiſtit obligatio. Quocirca non eſt in homines poteſtate in obligationem à iuramento ſe mouere. Haud enim ex iurantis voluntate pendet, verè iurare, & tamen ſine obligatione. Ratio autem ex his quæ in fronte articuli, & poſtea ſuper ſolutionem primi argumenti S. Tho. adnotabamus, colligitur, contemplabamur namq; ſecundū D Tho. duas veritatis rationes iuramento promiſſorio ineſſe ſcilicet & illam quæ eſt ratio aſſertorij, uidelicet vt cum quis quid iurando promittit, ſimul habeat implendi intentionem, & præterea, vt poſtea in executione, ſi materia ſit licita, id faciat verum quod iurauit, & iuramentum clarum eſt ferri in vtranq; Nam ſi tantum caderet in priorem, ſenſus iuramenti promiſſorij nō eſſet niſi, iuro me promittere, ſeu uere me habere intentionem iurandi: & tunc ſequeretur iuramentum promiſſorium non eſſe niſi meræ aſſertorium, atq; adeò licet poſteà in executione ille qui iurauit nentiquam iuramentum impleret, non ideo fieret periurus. Nam in intentione faciendi ſalua eſſe tota vis iuramenti: hoc autem eſt falliſſimum Nā utroq; modo fit homo periurus, ſcilicet & non habendo intentionē implendi quod iurat, & poſteà id non implendo ubi adſunt alij comites. Fit ergo cō ſequens vt iuramentum feratur in vtranq; veritatem. Ex quo vtiq; rurſum fit conſequēs quod ex prima veritate enaſcitur nexus & vinculum ad ſecundum. Sed ais hoc tm̄ concludi, q̄ vbi eſt intentio faciendi q̄ iuratur, oritur obligatio, uel ubi eſt intentio obligandi. Imò uerò ex hoc q̄ ille qui iurat tenetur hꝛe intentionem ſe obligandi, id q; ſubinde faciendi, q̄ iurat: aliàs mendaciter iuraret ac perinde deieraret, ſubſequitur q̄ ēt ſi neutram illarum habeat, ſola ipſa intentio iurandi, quæ ſuapte natura & iure ſecum alias ambas deberet afferre comites, perinde eſt cauſa obligationis ac ſi vtraq; illarum adeſſet. Et per hoc ad argumenta contrarium rn̄detur. Ad illā. n. auctoritatem Greg. ex qua vꝛ conſequi q̄ tunc iuratio non naſcitur ex corde, reſpondetur eo ipſo quod in corde ille habeat iurare, ex eodem corde ſimul pullulat iuramenti obligatio. Ad aliud verò quod vbi non eſt promiſſio neq; intentio promittendi, non eſt iuramenti obligatio. Reſpondetur quod cum quiſquis intendit promiſſo tiè iurare, tenetur ſimul promittere & ſe obligare, perinde ex ſola intentione iurādi oritur obligatio, ac ſi ſe intenderet obligare. Hic ergo eſt caſus ſententiæ Iſidori, nēpè quod iuramentū tenet ſicut ille cui iuratur intelligit. Atque hoc D. Tho. cenſet iurare in dolo q̄ nihil iuranti ſuffragatur. Quod ergo ſi quis exterius iuret profe rendo verba & tangendo Euangelia, intus tn̄ non habeat iurandi aīum? Rn̄detur in illo caſu non eſſe verum, ſed fictum iuꝛm, & tunc hꝛe locū verba Greg q̄ Deus non habet illud pro iuſo: Ipſe enim mentium ſcrutator videt iuꝛm non naſci ex corde. In foro aūt exteriori oīno ab eccleſia quæ per externa verba iudicat, reputatur iuꝛm: pariq́ue modo in prætorio ciuili Sed nun quid in conſcientia qui ſic iurat, tenebitur id implere. Rn̄detur minimè quidem, ex vi iuꝛi, vtpotè quod nullū eſt, atque adeò neque contra illi veniens periurij reus fiet. Teneri autem poteſt alijs legibus, verbi gratia. Si quis vt puella frueretur quæ ſui copiam illi facere renuerat, antequam ſponſalia illi iuraret, profectò ſi verbis iurat, tenebitur lege iuſtitiæ fidem promiſſi ſeruare. Et pariter in quibuſcunque alijs contractibus vbi interuenerit, Do vt des. Deinde gratia cauendi ſcandali, ſi quis ſolenniter iurauit, quamuis fictè in re alicuius momenti, proculdubio ſi non poſſet planè perſuadere ſe non verè iuraſſe, teneretur ficto iuramento ſub reatu mortali ſtare, ne ſcandalum daret, haberetur que ī opinione aliorum periurus. Contra hęc autem duo reſponſionis membra arguitur ſic. Qui iurat ſine intentione obligandi ſe ad ſeruandū promiſſum, in virtute iurat ſine intentione iurandi: ergo ſuperuacaneum eſt hac duo diſtinguere ad cōcilian dum cum Iſidoro Gregoriū. Probatur antecedens. animus iurandi ſecum hēt annexum propoſitum obligandi: nam aliàs, vt dictum eſt, eſſet periurium; ergo qui non hēt intentionē obligandi, ſic nō habet intentionem iurandi. Eorum namque quæ

Solutio argumē torum,

Senſus Iſidori.

ſenſus Gregorij.

Dubitatio.

Argumentū.

conne-

connexa ſunt, vno ſublato aufertur & alterum. Reſpondetur annexa quidem eſſe de iure in hoc ſenſu, quod qui propoſitum habet iurãdi, debet habere idem ſubinde obligandi ſe & ſeruandi promiſſum: in facto verò ſicut poteſt eſſe primum ſine alijs ſic, & vtrumque aliorum ſine primo. Et ratio eſt: quia quæcunque actio exterior deliberata, ſecum natura ſua affert agendi intentionem: & ideo niſi per formalem negationem mentis excludatur, ſemper intelligitur vna concurrere cum actione. Intentio iurandi ſemper in externa iuratione includitur, dummodo & aduertenter, fiat & qui iurat non illam peculiariter & expreſsè mente remoueat. Quare qui non habet animum ſe obligandi mentitur quidem circa materiam iuramenti quæ eſt promiſſio, non tamen circa ipſam iurationem, imò vere iurat. Exſecundò autem membro emergit dubium vtrum iurare exterius fictè ſine intentione iurandi ſit peccatum mortale: quoniam de veniali non eſt dubium, quandoquidem qui dicit ſe iurare, & non iurat, mentitur. Caiet. impræſentiarum abſolutè abſque vlla diſtinctione ait eſſe mortale peccatum, ſiue ille qui fictè iurat: ſpontaneè iuret legitimè requiſitus ſiue per iniuriam illata vi. Et intelligitur reſponſio quando planis verbis non æquiuocis exterius iurat. Et ratio eius eſt quòd exterius illud iuramentum fertur ſupra mendacium, ſcilicet ſeruandi promiſſum, quod non intendit ſeruari. Mendacium autem inquit non ſolum eſt contrarium vero iuramento interiori, ſed etiam exteriori. Nam quemadmodum cultus exterior idolorum ſine animo colendi (quod Marcellinus fertur egiſſe) peccatum eſt mortale: quia applicatur cultus cui non debetur. Ita & illud teſtimonium, Deus eſt mihi teſtis q̃ eſt actus religionis: applicare mẽdacio eſt irreuerentia mortalis ſecũdum illud. Quicunque me erubuerit coram hominibus, hunc & filium hominis erubeſcet &c. Qui .n. id facit metu humano per Deum fictè iurat. Et re vera qñ iuramentum iure exigitur, opinio hæc cõſtantem habet veritatem: tunc ſiquidẽ illa fictio iurandi pernicioſum eſt mendaciũ, cùm eiuſmodi requiſitus iurare ſincere teneatur; qñ verò per vim & metum poſtulatur, nõ apparet vſq; adeò certa. Demus .n hominem in nemore ab impuris latronibus inuaſum, qui ſub hac forma iurare cogitur. Iuras mihi tantam numerare pecuniã? & reſpondeat ſic iuro ſine intentione tñ iurandi. Arguitur ſic, vel fictio illa ob id eſſet mortale delictum, q̃ re vera ille habet intentionem faciendi contra iuramentũ: & hoc non, quia iuramentum nullum eſt, ſed ſimplex mendacium: tum quia dicit ſe iurare, & non iurat, tum quia ſignificat ſe daturum & non habet tale propoſitum: quare nullum eſt illic mendacium iuramento firmatũ, vel eſſet mortale, quia mendacium eſt pernicioſum, & hoc non, quia cum non teneatur iurare, nemini facit iniuriam. Argumẽtum eſt argutum, tñ rationem arbitror Caietani opinionẽ, & rõ eſt. Qñ cum ille tunc rñdet ſic iuro, non ſolũ eſt aſſertio in actu ſignato (vt dicunt logici) id eſt nõ ſolum aſſerit ſe iurare: tũc n. ſolum eſſet ſimplex mendacium: ſicut ſi nollens rem aliquã dicere, ſic volo: ſed eſt iuratio in actu exercito. Etenim ſicut cum dicis, ego loquor, non ſolum ſignificas te loqui, ſed verè illud exerces. Pari modo cùm ars, ſic iuro, perinde eſt ac ſi dicas, Deus eſt mihi teſtis, me pecuniam exhibiturum, aut per Deum pecuniam dabo. Vnde ad argumẽtum reſpondetur eſſe mortale, non propter iniuriam illatam alteri: ſed propter illam irreuerentiam, quæ fit Deo ſaltem exterius afferendo nomen eius in teſtimonium falſi. Ex quo fit dicere illa verba materialiter in tali caſu, non eſſe mortale, niſi ille qui cogitur non habens intentionem iurandi ſic reſponderet dico ego iuro: nã caperet illa verba nunc materialiter: & ideo non iuraret, imò nullum eſſet peccatum iuxta verbum Hiero. in canon. vtilem, 22. q. 2. vbi ait vtilem eſſe nonnunquam ſimulationem, & pariter ſi reſponderet, dico Deus eſt mihi teſtis. Totum .n. hoc capitur materialiter. Si autem diceret, dico quòd Deus eſt mihi teſtis, tunc caperetur perſonaliter, atque adeo verbale mortaleque eſſet periurium. Quod ſi rurſus quis arguat, ſequeretur inde quod ſi quis exterius iuraret ſine intentione iurandi, iurat tamen verum, mortale quoque crimen committeret. Eſt uerbi gratia ſcrupuloſus quiſpiam, qui aſſerit quidem veritatem, cuius eſt certus, ſed tamen requiſitus vt iuret, ait ſe iurare & intus non iurat. Quod autem id ſequatur patet: nam contrauenit

Iuramẽtum fictum vtrum ſit mortale Caieta.

Iurare verũ fictè.

trauenit fini iuramenti qui est veritatis cõ firmatio quam fingit se confirmare & non confirmat. Quare cum menti os dissonet, erit abusus iurãdi, atque adeo mortale per iurium. Immo apparet illusio diuini testimonij, vtpote quod foris adducitur & animo non firmatur. Hic Caiet. impræsentiarum propter hæc argumenta asserebat esse mortale. Sed hoc profecto non modo non est certum: immo cẽseo esse falsum si generatim affirmetur. Crediderim inquã quòd ubi quis lege cogitur iurare, scilicet uel a iudice vel ab illo cui interest, mortale sit crimen iurare sine intentione, etiam verum propter iniuriam quæ legi infertur & illi cui interest. Vbi autem per uim & metum extorquetur iuramẽtum, profecto nimium esset ius rigidaque assertio illum cõdemnare ad mortale. Nam tũc non habens intentionem iurãdi, nullam illi infert iniuriam, qui iuramẽtum extorquet neque uero legi aut Deo Nam illa uerba iuratoria non adhibẽtur mendacio neque ille proprie facit cõtra finem iuramenti, neque testimonium Dei saltem mortaliter illudit, quandoquidem neque intus neq; extra falsum iurat, sed solum fingi per testimoniũ illud veritatem confirmare, quam re uera non confirmat: quod erit fortè ueniale peccatũ, quia est mendacium officiosum, sane quo quis iniuriam sibi illatam cauet. Hactenus de his qui planis uerbis contra mẽtem iurant. Proximum ergo est, vt dicamus de iuramento, quod uerbis fit simulatorijs. Vtrũ qui alteri iuramẽtum præstat promissoriũ simulatorijs uerbis, animo nõ implendi, peccet? dixerim simulatorij: nã si planis uerbis iuret, cum intentione iurandi, & mens intus sine aliquo moderamine si nõ implere neque se obligare, manifestum corrolarium ijs quæ dicta sunt appenditur, illam intentionem iuramento contrariam, esse peccatum mortale: quoniam est intentio faciendi contra quam iuramento tenetur. Dubium ergo exiſtit, quando illa intentio est cum aliqua restitutione. Sylvestr namque loco citato ait, quod si quis coactus externis uerbis absolute iuret seruare promissum, neque tamen absolutam habeat intẽtionem simpliciter implendi, sed mente tacitus apud se intendat dare si debeat, quidẽ simulatio in hoc consistit, quod uerba sunt absoluta, mens ucrò conditionata. Ait inquam illud iuramentum nullum esse peccatum in quo atque sensu intelligit textum illum Hieron. c. utile 22. q 2. vbi ait, utilem esse nonnunquam simulationem At uero duplici hic distinctione opus est. Quoniã, aut extera uerba relata ad mentem iurantis plane falsa sunt: aut æquiuoca. & in vnos sensu uera, & in altero falsa: aut denique ea arte prolata: ut alter cui iuramentum exhibetur ipse callere nequeat. Secunda distinctio est ex parte iurantis. Aut enim ab eo exigitur iuramentum, quod iure facere tenetur, videlicet a suo prælato iuridicè aut a priuata persona, cui ratione contractus iurare tenetur, aut exigitur per uim aut per iniuriam, ut illi contingit, qui in nemore incidit in latrones, vel si iudex contra ius illud vult extorquere. His suppositis prima statuitur generalis regula, si uerba exterius prolata respectu intentionis iurantis, planè falsa sunt, idest menti eius dissona, vniuersim & absque ulla exceptione est peccatum mortale. Id quod presenti exemplo monstratur, vbi extra sine restrictione iuratur & in mente non habetur absoluta intentio, neque iurans excusatur per illam mentalem restrictionem, dabo si debeo aut iuro dare si debeo. Nam postquam illã verbis non explicat, sed uerba sunt absoluta, non consona: os menti, sed ficta est iuratio; quia intus non fit absolutè, vt explicatur extra. Quem ideo casum comprehendit sententia Aug. super Psal. 23. relata eadem causa & quæstion. can. in dolo. vbi ait In dolo iurat, qui aliter facturus est, quam promittit. Quapropter quantumcunque per vim & iniuriam fuerit iuramẽtum extortum, factumque ad redimẽdam vitam erit mortale periurium. Sentẽtia ergo Hieron. non habet hic locum. Nam quod ait vtilem esse quandoq; simulationem, intelligitur vbi simulatio absq; vlla fieri potest falsitate. Quãdo autem simulatio sit in verbis quæ vel sub æquiuoco, vel artificiosè proferũtur, ita vt sensum possint recipere, quẽ iurans intendit, licet eum alter non percipiat, tunc si iuramentum iure petitur, non licet tali amphibologia vti propter iniuriã quæ fit illi qui ius habet petendi. Quando vero vi illata petitur, licitum est ea fraude petentem deludere. Verbi gratia. Si iniurius ille nequam sic rogaret. Iuras mihi

De iuramento verbis simulatorijs facto.

Sylvest.

Resp.

Generalis regula.

Augustin.

Quãdo verba sunt æquiuoca.

mihi tantam numerare pecuniam? & alter reſponderet ſic uro (abſque I.) nō eſſet peccatum mortale, ſed ſimplex mendaciū: quia fortè nihil tūc uteretur. Item ſi Dei nomen lingua illa qua fit iuratio, diuerſum quoque aliud habuiſſet ſignificatum, liceret illud intelligendo, dicere teſtis mihi eſt Deus quamuis alter Deum cœli intelligeret. Aut ſi altero interrogante. Iuras mihi numerare pecuniam? alter reſpōderet. Tibi iuro numerare: non ut eſſet sēſus, Numerare tibi, hoc eſt ſoluere aut tradere: ſed tibi iuro apud me pecuniam recenſere: quādoquidem, numerare utcunque ſignificat. Quare tale iuramentum eſſet verum, iuſtum, & prudens atque adeo conſonum documento Hieron. in canon. citato, vtilem. Quoniam tunc ſimulatio (quoniam abſque falſitate fieret) vtilis eſſet. Quam obrem ſententia Iſidori, quacunque arte verborum, &c. non eſſet eiuſmodi iuramētis contraria: quoniam intelligitur, quando iuramentum eſt, aut falſum, aut alteri contra ius præiudiciale.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum maior ſit obligatio iuramenti, quàm voti.

CVm tam votum, quam iuramentum inter officia ſint religionis non immeritò inter ſe conferuntur, vt exploretur vtra ſit maior obligatio, votine an iuramēti? Ad quam quæſtiunculam D. Thom. vnica concluſione affirmatiua reſpondet votū ex ratione ſua magis eſt obligatorium, quam iuramentum, idque duabus rationibus perſuadet. Prior eſt. Vis obligandi primum penſari debet ex obiecto, videlicet ratione illius, cui fit obligatio: votum autem promiſſionem dicit Deo factam, iuramentum autem nonnunquam fit homini, licet fiat per Deum: Sanctior ergo eſt ac ſubinde maior obligatio voti. Poſterior verò ratio procedit ex cauſſa & radice, vnde eiuſmodi obligationis pullulant, vtraque enim ex diuina radice naſcitur. Quapropter tam iuramentum, quam uotum (ut ſupra monſtratum eſt) ad religionem attinet: tametſi diuerſimode. Nam obligatio uoti ex fidelitate naſcitur, quam Deo in promiſſis ei factis debemus, ut illa perſoluamus: obligatio autem iuramenti oritur ex reuerentia, quam eidem debemus. Vt quod per eius nomen alicui polliceamur, reddamus: infidelitas autem fidelitati contraria peior eſt, quàm irreuerentia, nam includit illam: ſiquidem infidelitas ſpecies quædam irreuerentiæ eſt, non tamen vice uerſa includitur ab illa, Poteſt enim quiſpiam alterum per irreuerentiā dehoneſtare, quamuis nullam ei fidem frāgat. Quo fit, ut infidelitas, ac præſertim hominis, ad Deum maxima ſit irreuerentia: ergo votum ex ratione ſua magis eſt obligatorium quam iuramentum: quandoquidem eius violatio magis eſt propter infidelitatem ſacrilega.

Conclu.

Concluſio facilis eſt, tum ut intelligatur, tum etiam ut credatur, ſi modo nomi num ſignificata ex ſuperioribus ſupponātur. Votum enim ut lib. ſuperiori dicebamus eſt promiſſio facta Deo: iuramentum autem conteſtatio veritatis, quæ fit per Deum: & nonnunquam promiſſionis, quę fit homini. Quare votum propinquius ſublimiorique ratione habet Deum preobiecto, quam iuramentum. Loquimur enim de iuramento per ſe, quod non eſt, votum. Cum enim ait, Promitto hoc Deo, Deo te ſine aliquo medio ſubditis debitorem, eumque adeo creditorem ac dominū tui promiſſi. Cum autem quidpiam promittis homini per Deum, non Deo proxime, ſed homini te reddis obnoxium. Neque Deum creditorem & dominum conſtituis tui promiſſi, ſed teſtem, & quaſi fideiuſſorem. Quare non ſolum fractio uoti, eſt fractio fidei Deo debitæ, & fractio iuramenti non niſi uiolatio eius reuerentiæ: immo uerò ipſa eadem reuerentia Dei impudentius uiolatur in fractione uoti, quam in fractione iuramenti. Atque eam ob rem Sanct. Thom. non fuit contentus oſtendere, quod infidelitas in fractione uoti ex natura fidelitatis eſt prior, quam irreuerentia, quæ emergit ex fractione iuramenti, ſed adiecit infidelitatē fracti uoti eſſe irreuerentiam, eandemque maiorem illa quę eſt in periurio. Maiorem enim irreuerentiam facit famulus hero ſuo, cum fidem illi frangit, abſurduſque eum contēnit, q̄ adducendo eum in teſtē falſi. Cuius ratio eſt, quod directius è regione magis facit contra rationē dominij, quod habet

Nota nouas concluſionis rō nis.

ſupra

ſupra ipſum. Accedit præterea, & alia excellentia voti, quam ar. ſ. diximus iuramẽto antecellere. Nam licet tam obſeruatio iuramẽti, quam voti, pertineat ad religionem, tamen votum ſuam etiam materiã facit actum religionis. Dum enim eleemoſynam voues, illam in Deum per religionem refers, & ideo ipſa eleemoſynæ erogatio eſt imperatus actus religionis, materia autem iuramenti minimè. Imò reuerentia iuramenti ordinatur ad confirmandam veritatem promiſſi. Et ideo promiſſum illud non refertur in Deum, ſed in hominem, ob idque votum interius pertinet ad religionem, quam iuramẽtum, tametſi ſeruare quoque iuramentum ſit religionis officium, quia eſt reuerentiam facere Deo. Sed nihilominus conſilium eſt vt ſupra diximus, vouere, non autem iurare ſine neceſſitate. Atque adeò ex hac parte peius, eſt votum defringere, quam iuramentum. Concluſio autem hæc quantum ad naturam rei attinet, intelligenda eſt. Nam poſſet ratione grauitatis materiæ, vel aliũde eouſque augeri ſcelus periurij, vt ſceleſtius eſſet, qui fractio voti. Ecquis enim ambigat enorminus eſſe crimen iuramentum frangere ſoluendi homini decemmillia aureorum, quæ conſtante iuſtitia illi debebat, quam fractio illius voti, quo quis eleemoſinam decem nummorũ Deo vouerit. Cæteris ergo paribus, intelligendum eſt aut paulò plus aucta iuramenti materia. Heſitabit quis forſan circa illud verbum D. Thom. Infidelitas irreuerentiã continet. Nam inter homines adeò videntur diuerſa vitia, vt vtrumque poſſit ſine altero exiſtere. Reſpondetur autem bifariam. Primum, quod inter herum & ſubditum neutiquam infidelitas abſque irreuerentia eſſe poteſt, tametſi econuerſo irreuerentia interuenire valeat aliqua præter infidelitatem. Et de infidelitate hac loquitur propriè S. Thom. Secundò autem reſpondetur, quod etiam infidelitas inter pares, & domini ad ſeruum, licet videatur irreuerentiam non includere, nihilominus infidelis omnis fœdifragus quodammodo eſt deſpector alterius. Quare & dominus cum infidelis eſt ſeruo, illum contemnit & quadamtenus irreueretur. Idem quę accedit inter pares, quapropter omnis infidelitas ſpeciem quandam irreuerẽtiæ continet.

Conclusionis moderatio.

Dubiũ.

Argumenta D. Tho. facillima ſunt. Primum eſt, votum eſt ſimplex promiſſio, iuramentum autem diuinum teſtimonium promiſſioni adhibet, eſt ergo præſtantius. Reſpondetur, quod licet hac parte videatur iuramentum excellentius, votum tamen plus ex parte obiecti excellit, quia fit Deo. Secundum, votum nonnunquam Deo factum iuramento confirmatur: id autem per quod aliud confirmatur, robuſtius videtur, & fortius. Reſpondetur, & eſt notanda reſponſio, quod iuramentum non adhibetur voto, eò quod ſit fortius per ſe vinculum, ſed quia eſt aliud vinculum. Et ideo licet ſit minus, additum tamẽ alteri implicatiorem facit nexum. Tertiũ, obligatio voti immanat ex deliberatione humana vouentis obligatio verò iuramẽti ex diuina veritate quæ affertur in teſtimonium, ergo eſt fortior. Reſpondetur, quod quamuis obligatio voti pendeat humana deliberatione vouentis, & ex illa ſola parte non habeat tantã, vim quam iuramentum, tamen quia per deliberatam voluntatem promiſſio fit Deo, ex parte diuinæ maieſtatis, cui maxima debetur fides, naſcitur votum maius robur, quam iuramentum ex diuina reuerentia.

1. Argu. S. Tho.

Argu. 2.

Argu. 3.

ARTICVLVS IX.

Vtrum in iuramento fieri poſſit diſpenſatio.

DEciſioni de obligatione iuramẽti annexa eſt inquiſitio de eius diſpenſatione vtrum licet ſit obligatorium, poſſit tamen eius obligatio per diſpenſationẽ extingui. Et reſpondetur vnica concluſione affirmatiua in iuramento cadit diſpenſatio. Probatur primo per locũ à maiori: Voti vinculum vt proximè dictum eſt, arctius eſt, quam iuramenti, ſuper illo autẽ poteſt diſpenſatio fieri, ergo & ſuper iſto. Secundò autem adhibetur ratio altera explicatior: Neceſſitas diſpenſationes, vt de voto in ſuperiori libro dicebamus, inde emergit, quòd contingit officium aliquod uniuerſaliter conſideratum eſſe licitum, vtile & honeſtum, ſecundum autem particularem euentum, vel inhoneſtum reperiri vel nociuum, atque adeo tunc neque le-

gis

gis neque voti, debet eſſe materia, vt ſi q. peregrinationem vouit, quæ poſt obſtaculum eſt alteri officio, quod ille ad maiorem Dei gloriam & eccleſiæ maius cõmodum poteſt exhibere, hoc autem ipſum vſu venire poteſt in iuuo, nam ſi id quod quis iurauit, fit poſtea in houeſtum, repugnat iuſtitiæ, & ſi fit nocuum, repugnat iudicio, ergo pariter in iuramento locũ habet diſpenſatio. Materia hæc illis conſultis, quæ de voti diſpenſatione ſuperiori libro diſputauimus, facile patet. Sũt nihilominus inter votum & iuramentum duo animaduertenda diſcrimina, quibus res fit apertior. Differunt. n. tum ex parte obiecti, quod votum ſit ſoli Deo, iuramentum uerò fieri poteſt homini, tum ex parte materiæ, quod propria materia voti eſt opus ſupererogationis, quod ſuperiori libro declarauimus, materia autem iuramenti cuiuſcunque opus uirtutis, vt ius ſuum vnicuique ſeruare, &c. Ex his pullulant duæ aliæ differentiæ in diſpenſationibus meditandæ. Prior quantum ad illos, qui diſpenſare poſſunt. Enimuerò qnamuis Papa diſpenſare valeat in voto, quod eſt maius, non tamen in iuramento, quod eſt minus. Haud. enim relaxare poteſt iuramentum quod homo homini præſtitit id ſoluendi quod ei debebat. Et hoc neq; accidit ex minore facultate Papæ neque ex dignitate iuramenti. ſed ex natura contractut qui iuramento cõfirmatur. Enimuerò quia eſt vicarius Dei poteſt votum, quod Deo fit, in id quod ei gratius eſt commutare. At quoniam facultatem non hẽt tollendi alteri quod ſuum eſt, nequit ei iniuriam inferre, cui præſtitum eſt iuramentum illud relaxando. Et vice verſa, quamuis priuatus homo in voto, quod Deo fit, diſpenſare nequeat, quia non eſt eius vicarius, ille tamen cui iuramentum præſtitum fuit, poteſt illud relaxare, non quod cumulatiorẽ habeat facultatem, quam Papa, ſed quod eſt dñs bonorum ſuorum, & ideo ſicut poteſt illam donare, ſic & iuramentum ſibi exhibitum remittere. Quare illa uon eſt diſpenſatio, ſed remiſſio donationique debiti. Secunda differentia ex parte materię, eſt quod in commutatione diſpenſationeque votorum ad id tantum attẽdi debet, quod Deo ſit magis placitum, in iuramenti autem relaxandis cauenda eſt iniuria, ne fiat tertiæ perſonæ. Atqui per has eaſdem regula de irritatione cenſendum. Poſtea quidem pater irritare votum filij citra legitimam ætatem, & maritus votum vxoris? Ac perinde omne iuramentum quod ſpeciem habet voti, vt ſi vxor iuraſſet peregrinationem, aut ieiunium, & pariter ſi filius ante quartum decimum annum ingreſſum iuraret religionis. At vero in illa iuramenta, quæ fiut homini, ſine cuius vtiq; præ iudicio relaxari nequeũt, non habet paterfamiliàs tam liberam poteſtatem. Et ſic intelligitur lex Numero 30. vbi æqua facultas marito concedit ad relaxandum tam iuramentum quam votum vxoris, & patri ad relaxãdum tam iuramentum, quam votum filij. Idemque iure canonico habetur ex concilio Eliberitano. 22. quæſt. 5. cano. pueri. ſed habenda eſt ratio contractus iuramento confirmati. Quando enim pater, aut maritus irritare poteſt ſuorum contractum tunc filius, & vxor nexu iuramenti ſoluuntur, quia tollitur eius materia. Si autem contractũ illum nequit irritare, tunc neque iuramentum. Obidque quandoque conſultius erit ut huiuſmodi iuramentorum diſpenſatio, & relaxatio ab eccleſiæ prælatis petantur. Ex his duæ regulæ diſpenſandi in iuramento colliguntur. Prima, quòd hominis præiudicio ceſſante, nempe tertiæ perſonæ, Papa, ut in omni uoto poteſt rationabili cauſſa diſpenſare, ita & in omni iuramento, quippe quod, ut dictum eſt, minoris eſt uinculi, Secunda ad diſcernẽdum, quænam iuramenta ſolus Papa relaxare poſſit, quæ vero Epiſcopi, ad id conijciendi ſunt oculi, vtrum ſi eſſet vota, ſolus Papa, an uero Epiſcopi poſſent illa remittere. Exempli gratia, in tribus votis nempè religionis, caſtitatis, & Hieroſolymitanæ peregrinationis, ſolus Papa diſpenſare poteſt. Fit ergo conſequens, vt in ſimilibus iuramentis earundem trium religionum ad ſolũ ipſum diſpenſare pertineat. At quia in alijs omnibus votis, nẽpè aliarum peregrinationum, ieiuniorum, &c. Item non ludendi, aut non venandi, &c. Epiſcopi diſpenſare poſſunt, ſit vt in ſimilibus iuramẽtis fortiori ratione ijdem Epiſcopi diſpenſandi facultate fungantur.

Primum argumentum S. Thomæ eſt, Sicut ad iuramentum aſſertorium, ita & id promiſſorium veritatis requiritur, cum nemine tamen diſpenſari poteſt, vt cõrta

veritatem

Duo diſcrimina inter votũ & iuramẽtum.

Duæ aliæ differentiæ.

Duæ regulæ diſpenſandi.

1. Argu. S. Tho.

veritatē de præsentibus,vel præteritis asse rendo iuret:ergo neq; vllus potest dispensare super iuramēto,quod quis de futuro fecit. Respondet D. Th. illationem nullam esse. Quando.n. super iuramento promissorio dispensatur,non eò tendit dispensatio,vt qui iurauit,contra iuramentum faciat, vt.s. manente iuramenti vinculo faciat contrà. Et in hoc par est promissoriū assertorio. Nam sicut ius diuinum est, vt nemo asserendo falsum iuret, ita vt qđ iurando promisit,obseruet,si adsint a'ij comites, præceptum autem diuinum nō est dispensabile. Sed effectus dispensationis est,vt id quod sub iuramen o cadebat,sub illo amplius non cadat. Vt si quis iurauit ieiunium,quod postea obstaculum est vberioris virtutis, sicuti de voto dictum est. Materia autem assertorijs, quæ est præterita, aut præsens veritas postquam iuratū est,non est mutabilis:nam ad præteri ita nō est potentia,& ideo dispensatio in illa fieri non potest:dispensare autem in ipso actu iurandi,videlicet vt iures falsum,esset contra præceptum diuinum. Materia autem promissorij,quia est de futuro,variari potest: vt quamuis fuerit prius idonea, quæ sub iuramento promitteretur, fiat postea inidonea, vt impleatnr, atque in hoc dispensationis ratio consistit. Secundum argumentum est, Iuramentum in eius commodum fit, cui præstatur:ille autem non videtur tale iuramentum relaxare posse: ergò multo minus Papa,vel alius, cui nihil iuramentum interest. Responsio est bifariam quempiam posse alteri rem aliquam iurare. Vno modo, quando illi id pollicetur quod est ei vtile:cui adeò iuramentum illud interest. Et ideò à tali iuramento potest ille iurātem absoluere: quia potest ius, quod habet alteri remittere. Alio modo,quando quis alteri id iurando promittit quod ad diuinum attinet honorem:qualia sunt opera pietatis & religionis: vt religionem intrare, eleemosinam erogare,&c. Et tunc,inquit,ille,cui fit promissio nō potest iurantem absoluere:quoniam iurationes huiusmodi non fiunt priè homini,sed Deo. Nisi forsan promissio conditionalis esset, ab illo homine dependens,cui fit. Vt si quis alteri ingressum religionis iuraret, si illi expedire videretur. Est ergo solutio præsens discretè obseruanda, vt intelligamus non omnem promissionem quæ verbo fit homini,re vera illi duntaxat fieri. Posset.n. ignarus facilè decepi credens quidquid iurat amico in eius facultate esse,illud remittere:cum tamen regula sit fallax,sed ad materiam respiciendum est. Quando enim quis amico pecuniam daturum se iurat,vel aliud eius commodum facturum,id verum est:quando verò id quod promittitur,materia religionis est,aut pietatis,materia ipsa sua natura ostendit speciem habere voti, quæ Deo fit. Vt si ingressum religionis, ieiunium,peregrinationem,seruitium hospitalis,& similia iures. Quòd si cōtra arguas, Argu. sequeretur quod si ego amico iurarem pondus auri in dotem suæ filiæ elargiri, non posset ille mihi remittere, sicut si absolutè illud iurarem. Nam dotare virginē videtur opus eleemosinæ, ac subinde pietatis atq; adeò esse votum, hoc autem videtur durum. Respondetur quod huiusmodi promissiones sunt ancipites: & ideo videndū est,quo animo fiant. Etenim si promissio fit homini in grām ipsius humano more,iurm. potest ab illo amico relaxari: sicuti ipsa puella idem sibi præstitum iuramentum posset remittere. Si verò promissio fit intuitu pietatis,& religionis,naturā iam induit voti,quod ab homine relaxari non potest. Pariter si iurasti pauperi ipsum alere,speculandum est,quo animo id fecisti,videlicet an animo id Deo vouendi,an solo ꝓposito te illi pauperi obligandi. Prio rem.n. obligationem relaxare ille nequit, potest autē posteriorem. In alijs verò materijs profectò res est dubia:vt si iurasti amico non ludere,aut non venari:si.n. animum habuisti illi tantum promissionem facere,illique te duntaxat obligare,ille tibi potest remittere:secus,si per viam religionis id fecisti. Itaq; quotiescūq; huiusmodi iuramenta speciem habent voti,licet facta sint altero mouente homine, & vt illi rem faceres gratam relaxatio pertinet ad Episcopū, vel Papam, secundum qualitatem materiæ. Et ideo quando absolute fiunt, ita vt qui fecit,discernere nequeat, quem animum habuerit censenda sunt,propter naturam materiæ,vota iuramento firmata. Tertio argumentatur S. Thomas,& eos explorat qui dispensare possunt,& dispensandi causas. Et est eiusmodi. Episcopus potest dispensare in votis vulgaribus, exceptis tribus soli Papæ reseruatis:

Secundū arg.

Notāda solutio.

Tertiū arg.

ergo eadem ratione poſſet in iuramentis: quod tamē videtur eſſe contra iura, quę iuramentorum relaxationes Papæ videntur remittere: vt ca. verum extrà de iureiur. Quæſtio ergo eſt, vtrum par ſit facultas diſpenſandi in iuramentis & in votis? Reſpondet autem qua uor membris. Primū eſt quod vbi iuramentum fit, aut de re illicita aut de impedimento maioris boni, multa opus eſt diſpenſatione, ſed prius nullatenus eſt ſeruandum; poſterius verò, licet ſeruari poſſit, conſultius tamen eſt vt non ſeruetur. Secundum membrum eſt, quod vbi iuramentum ambiguitatem habet, licitum ne ſit, aut conducens, aut nocuum, ſeu ſimpliciter in genere, ſeu in tali caſu, tunc Epiſcopus diſpenſare poteſt. Subinteligitur tamen tribus illis exceptis, ſcilicet religionis, perpetuæ caſtitatis, & peregrinationis Hieroſolymitanæ. Tertium membrum eſt, quòd vbi iuramentum manifeſtum eſt eſſe licitum vtile & honeſtum, non videtur locum habere diſpenſatio, niſi aliquid melius occurrat in commune bonum conferens. Et hoc, inquit ad poteſtatem Papæ pertinere videtur. Quartum aſſertum eſt, ad vnumquēque pertinere irritare iuramentum quod à ſibi ſubdito factum eſt, circa ea quæ eius poteſtati ſubduntur: vt pater irritare poteſt iuramentum puellæ, & vir vxoris: vt habetur Num. 30. quod iā ſuprà expoſitū eſt. Quartum verò membrum non nihil habet ambiguitatis. Haud enim vī hic D. Tho iuramenta diſtinguere, in quibus ſolus Papa diſpenſare poteſt, & in quibus poteſt Epiſcopus ex natura materiæ, ſicut in votis, vt. ſ. tria reſeruentur Papæ, & alia committantur Epiſcopo: ſed ex conditione & qualitate ambiguitatis: nempè vt illa de quibus ambigitur, an ſint conducentia, ſubdantur Epiſcopo: reliqua verò reſeruentur Papæ. Noſtrī proximè contrarium dicebamus. Id quod ratio comprobare videtur. Nam ſi votum, arctius vinculum eſt, fit, vt tantam facultatem habeat epiſcopus vt vniuerſa iuramēta, quantam in vota, niſi expreſſè ſint reſeruata. Reſpōdetur, cp quantum ad rigorem rationis, & iuris, non aſſerit D. Tho. contrarium: ſed quantum ad æquitatem, & vt tutius conſcientijs conſulatur, conſueuit eccleſia res magis arduas ad Papæ tribunal deferre. Ad quam, vt habetur de baptiſmo, & eius c. maiores ſunt maiores cauſſæ referende. Et ideo nemo hic de verbo ambiguitatis fallatur, vbi enim res iurata, ambigua eſt, ſitne expediens, facilior eſt diſpenſatio: & ideo committitur epiſcopo. Quia quantò materia eſt magis ambigua, tanto eſt certius, & clarius diſpenſandum eſſe. Quando verò res iurata non eſt ambigua, ſed palam eſt fuiſſe licitam, maior eſt ambiguitas, an ſit diſpenſandum, difficilior que adeò eſt diſpenſatio: quia re vera id non licet, niſi vbi res maioris commodi ſuperuenerit. Et ideo reſeruatur Papæ. Qua de cauſa, vt inter arguendum adnotauit D. Tho. cano. ſi verò & verum, extrà de iureiu. & cano Abb. de his quæ vi met. ve cauſi quæſt. ſexta per totum, & alij complures iuramentorum diſpenſationes à ſolo pontifice maximè leguntur factę. Et ita præcipuè obſeruandum eſt quando iuramenta fiunt hominibus quibus intereſt. Illa enim nunquam, aut vix vnquam, & tunc maximè de cauſam, ſunt relaxanda. Haud enim negauerim, quin epiſcopus etiam id poſſit, niſi ſint expreſſè reſeruata. Vt ſunt iuramēta ſuper ſtatutis collegiorum, ſcholarum, & eccleſiarum, quæ ſunt Papæ, quorum diſpenſationes ſibi reſeruat. Ac præcipuè illa, vt D. Tho. hic inſinuat, quæ ſuper bonis eccleſiaſticarum rerum diſpēſandis fiunt. Hæc enim iuramenta ne facilè eadem bona dilapidentur, Papæ ſolita ſunt reſeruari: Illa verò iuramenta quæ ſuper beneficijs fiunt, licet plenariè ad Papam pertineant, tamen ſi quis clericus iurauerit non acceptare præbendam, nec eccleſiæ ſeruire, epiſcopus vbi expedire ſenſerit, poterit ſuper eiuſmodi iuramentis diſpenſare, imò & cogere, vt accipiat ſicuti Greg. coegit Flor. Archid. accipere epiſcopatum, vt ſuprà cittauimus cano. Floren. diſt. 85. Et autem hic apprimè obſeruandum, quod ſicut de voto dictum eſt, nemo in iuramentis ſine legitima cauſſa diſpenſare valet. De quibus autem cauſſis, non opus eſt hic alium meditari tractatū, præter illum, quem de voto libro proximo, quæſt. 4. tri 3 ſcripſimus: vbi eas latiſſimè dilucidauimus. Cōſueuit enim ſuper iuramentis bifariam diſpenſari ſ. aut directè aut indirectè. Directè autem, ratione ſubditæ materiæ, vt modò de rebus beneficijſque eccleſiaſticis dicebamus: in quorum diſpenſationem Papa pleniſſima fungitur

Diſpēſare ſuper iuramētis nō licet abſque legitima cauſa.

gitur potestate, atque adeò facultate in iuramentis dispensandi, quæ in illam materiam feruntur ratione venditionis, aut cõmutationis eorum. Quocirca in omni iuramento dispensabili dum fit, subintelligitur nisi superiori potestati rationabilis visa fuerit dispensatio: vt patet c. venientes, extrà de iureiur. Imò vt de voto dicebamus, quantuncunque quis iuret non petere dispensationem, neque illa vti, potest vbi ratio id planè popoſcerit prælato iuramentum patefacere, & si ille voluerit dispẽsare, potest illa vti: sunt enim huiusmodi iuramenta & fatua & fictilia. Secundò dispensat ecclesia ex officio propter causſam: vt de iuramento coacto dictum est, cuius dispensatio in odium illius fit, qui vim intulit, & vbi quis deceptionem aliquam, vel nimiam facilitatem citra consilium iurandi allegaret. Sed in hęc etiam dispensare valet episcopus. Et pariter in odium excommunicatorum; iuramenta quæ illis fiunt, relaxantur, vt patet 15 q. 6. cano. nos sanctorum, & can. iuratos. Fit denique dispensatio alias ob causſas, vt si licentiatus iurat non recipere doctoratum nisi in tali vniuersitate, & post superuenit causſa iusta alibi recipiendi, Papa dispensat, non alius, si statuta sunt illius. In summa, vbicunque cedit in commune bonum nisi tertiæ personæ iniuria fiat, legitima esse potest dispẽsatio Indirectè verò fit dispensatio, quando subtrahitur materia iuramenti, vt si Papa episcopum functione sua priuat, aut regem regno subditos absoluit ne iuramento obedientiæ illi amplius teneantur. Et pariter si statuta reuocat, quæ quis iurauit, eo ipso iurantem nexu iuramenti absoluit. Hæc autem omnia plana sunt.

Dubiũ an dispẽsatio sine causſa sit valida.

In dubium autem repetere quis impræsentiarum posset, vtrum si Papa in iucamento sine causſa illegitimè dispensat, dispensatio teneat, sic vt qui contra iuramentum deinceps fecerit, non sit periurus? Exempli gratia, si ego iuraui pecuniam debitam creditori meo soluere, quamuis Papa non me absoluere possit ab illo debito: quin virtute iustitiæ reddere conuincat, vtrum si absque vlla causſa dispenset in iuramento, tollatur mihi religionis ratio, qua insuper obligabar, vt liber sim à periurio etiam si non soluam. Hoc autem satis lib. 1. discussimus, q. 7. art. 3. in dispensatione legum: quod post libr. 7. de voto resumpsimus. Et ideo hic citra disputationem respondemus, minimè dispensationem esse validam. In illa enim quæ sunt de iure diuino, & naturali, dispensatio neutiquam cadit. Cùm ergo de iure diuino sit, vt qui vouit, reddat, atque adeò quod quis iurauit, quamuis illa vincula ex voluntate voluentis, vel iurantis nata fuerint nequeunt profectò sine causſa tolli. Et multo minus, quando iuramentum fit alteri cui interest vt exẽplo proximo modò explicabamus. Nam illi cui pecuniam debeo, non solum id interest, quod illi soluere teneor, verum & modus, quo teneor Et ideo absque illius præiudicio, vt in principio dicebamus, relaxare Papa illud iuramentum nequit. Quare si id sine vrgentissima causſa fieri attentaret, relaxatio, nisi fallor, non teneret. Cætera vide in libro superiori de voto.

ARTICVLVS X.

Vtrum omnibus cuiuscunque conditionis liceat absque discrimine quocunque tempore iurare.

CVm iuramentum actus sit religionis, & nonnunquam necessarius, meritò in calce eius disputationis quęritur, vtrum omnibus id competat, an aliqui ab eo præstando cohibeantur. Ad quod D. Thom. suppoſita distinctione, tribus conclusionibus respondet. Iuramentum enim & ratione Dei, per quem iuratur, æstimari potest, cui maxima debetur reuerentia, & ex parte iurantis hominis, qui in testimonium suæ veritatis illo indiget. Prima ergo conclusio est ratione prioris considerationis duo hominum genera in solenni iurandi officio iure denotantur: nempè pueri ante annos pubertatis iurare nõ coguntur. Periuri verò & infames ab eodem officio arcentur. Secunda: Ob eandem reuerentiam iurare in sanctis solẽniter, nisi à ieiunis fiat non reputatur honestum, vt 22. q. 5. Corn. Papa definiuit can. honestum. Tertia conclusio: Ex secunda ratione prouenit, vt personas egregiæ dignitatis iurare solenniter non deceat, quales sunt sacerdotes. Debẽt .n. esse tantæ auctoritatis, vt citra iuramentum sit eis adhibenda fides. Vnde 22. q. 4. cap. si

Conclõ prima.

Secũda conclu.

Tertia conclu.

cap. ſi quis presbyter, habetur quod ſacerdotes ex leui cauſſa iurare non debent. Quarta concluſio: In neceſſitate, vel pro magna vtilitate licitum eſt illis iurare præcipue pro ſpiritualibus negotijs: etiam in diebus feſtis, in quibus citra tales caſus non licet.

Concluſionis iſtæ omnes habentur in iure: ſed ſunt dextero legitimoque ſenſu intelligendę, imprimis prima tam de pueris quàm de periuris habetur 22. q. 5. can. paruuli. Et illico can. pueri explicatius deſignatur ætas, nempè quod ante annos 14. iurare non cogantur. Sed perſpice differētiam, quod pueri non coguntur, ſi iurare renuerint. Si autem vigere in illis ratio apparuerit, & vltro ſe ad iurandum obtulerint, quantum ad tenorem illorum canonum, non apparent repellendi. Periuri verò etiam ſi iurare voluerint cohibētur. Et ratio diſcriminis eſt, quod pueros ſolus naturalis defectus ætatis facit non eſſe aptos ad iurandum idoneos. Et ideo mitius illos ius admonet, vt iurare caueant: periuros verò vitium ipſum inidoneos reddit. Et qua ratione non coguntur iurare pueri, arcentur, & à iurando furioſi. Moderati tamen ſumus concluſiones de iuramento ſolenni, quod ad publicum teſtimonium exigitur. Nam de illo & iura loquuntur & D. Thom. intelligit, vt in ſolutione ſecundi patebit. Ex quo fit conſequēs, quod qui periurus anteà fuit, dum priuatim, vt reliquum vulgus iurat non magis peccat, quā reliqui: neque dum iterum deierat, illud ſingulare periurium habet duplicem malitiam: vnam ſcilicet, quia periurium, atq; alteram, quia fit poſt aliud. Imò verò periurus non quicunque à ferendo teſtimonio repellitur, ſed ille, qui reus in iudicio factus eſt periurij, atq; adeo condemnatus. Quocirca licet quis priuatim pluries mendaciter iurauerit, non ideo eſt à teſtimonio ferendo cohibendus. Circa ſecundam concluſionem, veneratione adnotato, quæ iuramento debetur. Nam quamuis ceremonia illa, vt nemo niſi ieiunus ad ſolum iuramentū admittatur, non ſit prorſus neceſſaria, reputabatur tamen olim in honeſtum aliter fieri, vt quaſi ad ſacroſanctum ſacramentum altaris; ſic ad iuramentum accederetur: nempe vt iuraturus attētior animo ſecum putaret, certiſſimum ne eſſe, id quod ſub iuramento aſſerturus accedebat. Quapropter, & alijs circunſtantijs exornabatur iuramentum, ſcilicet ratione loci, vt nemo niſi in templo, & ſuper altari, & libro euangeliorum attacto, quæ ſacerdōs in manibus teneret: quaſi ante tribunal Dei tremebundus iuramentum præſtaret. Vnde homil. 15. ad populum Chryſoſtom. Non ita gemo & deploro quoſpiā in vijs iugulatos, audiens, ſicut gemo, & lachrymis proſequor, & horreſco, cum video quempiam prope menſam hanc ſcilicet altare venientem, & manus imponentem, & euangelijs iurantem attactis. Imò & apud Ethnicos, vt inter Romanorum problemata apud Plutarchum extat, nemini Herculem ſub tecto iurare licebat: ſed ſub dio, quaſi in Iouis præſentia, vt iraturus admoneretur quantum iudicium præſtando iuramēto deberetur. Tertia cōcluſio: nēpè vt honor ille ſacerdotibus deferatur ne pro leuibus iurent loco citato, cano. ſi quis presbyter. 2. q. 4. habetur. Vbi adhibetur, quod vice iuramenti per ſanctā conſecrationem interrogentur, & 22. q. 5. cano. nullus primo cauetur, ne vllus ex eccleſiaſtico ordine quicquam laico cuiquā ſuper euangelia iurare præſumat. Adijcitur autem eodem canone, ſi quis presbyter. & in proximo, presbyter, quod in certis cauſſis, nempè ad purgandam ſuam innocentiam, & pro alijs cauſſis ſpiritualibus iurare eis liceat. Fuit enim etiam in lege naturæ tanta ſanctitate habitum iuramentum, vt à perſonis integrę vitæ & inteneratæ fidei illud petere nefas eſſet. Vnde & inter eadem Romanorum problemata refert Plutarc quod viris ingenuis & nobilitate inſignibus iuſiurādum tormenti genus erat: ſeruis namque & mancipijs non deferebantur iuramētum, ſed in eculeum rapiebantur, vt quæſtione ab illis extorqueretur veritas: liberis verò & ingenuis, quos torquere non licebat, idem reputabatur iuramentum ad extorquendam veritatem, quod ſeruis tormentum. Continebat præterea eorum religio, vt neque Diali flamini neq. ſacerdotibus iurare liceret, ſed ſimplex eorum aſſertio pro iureiurādo duceretur. Quòd ſi cum iſta iuratorię religionis ſanctitate abuſum noſtrorū tum conferas, non poteris non locum deplorare, in quem Chriſtiana religio hac parte deciderit. Admittuntur enim immo de improuiſo abripiuntur ad iurandum

Nota.

Conclu-ſionum modera tio.

Iuſiurā-di vene-ratio.

Chryſo.

Ethni-corū re-ligio.

Declara tio ter-tiæ con-cluſiōis.

Ethnicō rū mos.

Iuraudi abuſus.

dum ſine delectu cuiuſcunq; ſortis homines,nempè bubulci,muliones;baiuli,ebrij & belluones,neq; verò in templo, ſed vbi ius iurare abſq.vlla præmeditatione cogũtur.Neque verò ſacerdotibus idem honos habetur,quem iura ſanxerunt,ſed promiſcue vti ſeculare vulgus iurare coguntur, imò ipſi ſe offerunt.Qua de re adeo iurandi religio iam viluit,vt periuria, pro minimis delictis habeantur: Sed de hoc q. ſeq. art.5.iterum:vbi de tertio comite repetẽdus eſt ſermo. Primum argumentum D. Th eſt, iuramentum ad confirmationem inducitur,vt ait ad Hebr.6.Pau.Vnicuiq. autem ſuum dictum confirmare congruit ergo quicunque iurare poteſt. Reſponſio ad minorem præmiſſam dirigatur.Quidã enim ſunt quos ob proprium defectum dicta ſua iuramento firmare non decet. Alij verò,quos propter firmitatem ſuæ auctoritatis eo non indigent. Secundum argumentum ſumitur ex Chryſoſ. hom.44. ſuper Mat.c.25.vbi ait.Si aliqua canſſa fuerit iurandi,modicum videtur facere, qui iurat per Deum;ſed qui iurat per euangelia,maius aliquid feciſſe videtur. Quibus dicẽdum eſt: Stulti,ſcripturæ propter Deũ factæ ſunt, non Deus propter ſcripturas. Quibus verbis edocet grauius eſſe iurare per Deum,quàm per euangelia. Quicunque autem & quocũque tempore communi locutione iurare per Deum conſueuerunt: ergo à fortiori omnes cuiuſcunque conditionis poſſunt per Euangelia (quod leuius eſt iurare,)reſpondet D.Tho.interpretando Chryſoſtomum, nempe quod iuramentum ſecundum ſe conſideratum grauius eſt,cum fit per Deum,quàm cùm fit per euangelia.Nam, vt ait ad Publicolam Aug.Quanto fortius eſt id, per quod iurauit, tanto iuramentum ſtrictius obligat.Nihilominus econuerſò propter modum iuramenti poteſt fieri grauius, dum fit per euangelia ſolenniter; tum quod cũ fit ſolenniter fit cum maiori deliberatione,quàm dum fit priuatim per Deũ: tum etiam quod maius eſſet tunc ſcandalum periurij,quia publicitus fit.Et ideo cohibitæ ſunt perſonarum aliquæ conditiones, à iuramento ſolenni per euangelia, quæ iurare,vt reliquum vulgus,per Deum per mittuntur.Quæſtione autem ſequenti ar. 3.de hac re iterum. Tertium argumentum eſt. Idem eſſe effectus non poteſt contrariarum cauſſarum:excluduntur autem alij qui à iuramento propter defectum,vt pueri & periuri: ergo nulli debent propter excellentiam excludi,vt ſacerdotes. Reſpondetur non eſſe abſurdum, quod in priori premiſſa negatur,nempè, vt aliqui excludantur,quia maioris ſunt auctoritatis,quã vt eos iurare deceat:alij verò, quia minoris,quam eorum iuramento ſtetur. Quartum denique argumentum eſt:nullus homo in hoc ſeculo tantæ auctoritatis eſt quàm Angelus Nam vt Matt.11.ait Chriſtus,Qui minor eſt in regno cœlorum,maior eſt Ioanne Baptiſta: Angelus autem, vt Apocalyp.10.legitur iurauit per viuentem in ſecula ſeculorum,ergo homo quantæcunque ſit dignitatis,iurare poteſt. Reſponſio autem eſt,quam in primo art.copiosè delucidauimus. Enimuerò, vt Deus minimè ob id iurat, quod neceſſe habeat aſſerta ſua per aliquid fortius confirmare ſed ad oſtendendum immobilitatem illius quod iurat; ſic & Angelus non iurat, niſi ad oſtendendum id quòd affirmat, ex immobili infallibilique Dei diſpoſitione procedere At verò quoniã homines non iurant, niſi vt certiora dicta ſua faciant illi qui ſunt eximiæ dignitatis, iuramento non indigent.

Arg.1. D.Tho.

Arg.2. ex Chryſoſt.

Grauius iurm p Deum, quã per Euangelia.

Arg.3. D.Tho.

Arg.4.

Angelorum iuratio.

QVÆSTIO II.

DE PERIVRIO.

S.Tho.2.2.quæſt.98.

ARTICVLVS I.

Vtrum falſitas requiratur ad periurium.

QVamuis D.Th. aliũ ordinẽ ſeruauerit inter quæſtionẽ de iuro,& hanc de periurio materiam ſuperſtitionis interferens:quoniam tñ non eſt mihi animus illam,quæ latiſſima eſt materiã modo tractare,ordini cõſentaneum duxi virtuti iuri extremum periurij vitiũ adiungere,quã q.Sententiarũ Magiſter in 3.diſt.39.diſpurauit. Eſt ergo primus quæſtionis articulus,vt moris eſt D.Th. generalis: Vtrũ.ſ.vniuerſum omni periurio falſitas

Concluſio.

Periurium. tas inſit? Ad quam q. vnica concluſione affirmatiua reſpondet, ſ. quod de ratione intrinſeca periurij eſt falſitas: Hoc primũ patet ex eius definitione, quę rei naturã exponit. Eſt. n. periurium vt loco citato ait ſnia rum magiſter nihil aliud quàm mendaciũ iuſo firmatum Ratione autẽ id confirmatur. Morales actus, vt 2 q. 1. ar. 2. definitũ eſt, ex fine ſortiuntur ſpeciem: finis autem iuri eſt confirmatio dicti humani: confirmatio autem eiuſmodi per hoc fit, ꝙ illud dictum ſimiter oſtenditur eſſe verũ: quod quidem rei falſę contingere non poteſt: ergo falſitas confirmationi veritatis opponitur, quę ideo finem iuramẽti euacuat. Fit ergo ex his conſequens peruerſitatem iuramenti quod periurium dicitur, à falſitate præcipuè ſpeciem ſortiri, atq; adeo de ratione periurij eſſe falſitatem, ſicuti veritas eſt de ratione legitimi iuramenti.

Quæſtio hæc egregia eſt, per quam præcedens perfectius elucidatur. Nam quoniã oppoſita iuxta ſe poſita, clarius eluceſcũt, à multis, quę illic ſe inſinuabant, vſq; ad hũc locum ſuperſedimus. In introita verò exa

Caieta. minationis præſentis concluſionis, obijcit ſe contra probationem eius Caiẽ. qui hãc ſaliuam deglutire non poteſt, quod finis iuramenti ſit confirmatio humani dicti. Quod tamen D. Th. vt ſuperior q. ar. 4. & 5. & hic liquidis verbis affirmat, & in ſolutione ſecundi. Ratio verò ſuæ formidinis eſt: quia concedere ſubmeruit id, quod nobilius eſt, nempè actum religionis (qualis eſt iuramentum) referendum eſſe ad id, ꝙ eſt ignobilius, puta ad confirmandum hominis dictum ceu medium ad finem. Illic tamen nempè art. 5. ſatis reſponſum à nobis eſt, videlicet non eſſe formidandum finem iuramenti eſſe firmare humanũ dictum quandoquidem hoc ipſum in gloriã Dei refertur, quod illic copioſius explicuimus. Hoc ergo prętermiſſo, non nihil profecto ambiguitatis concluſio habet S. Th. quatenus generalis eſt. Non. n. ad omne

Dubitatio. periurium videtur requiri falſitas Immo etiam ſi iuratio ſit vera, aliunde videtur habere poſſe rationem periurij. Et ratio quidem hæſitandi eſt, quam hic D. Tho. argumento 1. tangit, & præcedenti q. art.

Hieron. 3 fuit tacta. Ait. n Hier. ſuper illud Hieremiæ 4. iurabis, viuit Dominus in veritate, in iudicio, & iuſtitia, tres illos comites, ſ. veritatem, iudicium, & iuſtitiam, ſic eſſe iuramento neceſſarios, vt quandocunq; illorũ vnus defuerit, periurium ſit: poteſt autem aſſiſtente veritate deeſſe vel iuſtitia, vel iudicium, & tunc quidem erit abſq; falſitate periurium. Vt, v. g Si quis iuret hominem occidere, quod patrare intendit, & patratus eſt. Ob hoc ergo argumentum, vt D. Bonauent. in 3. diſt. 39 q. 1. refert non de- Bonau. ficere, qui negarint omne periurium eſſe mendacium, immo citra mendacium, vt argumentum oſtendit, aiunt poſſe contingere. Neq; verò Hieron. ait quod vbicunque aliquis trium comitum defuerit, ſit mendacium, aut falſitas, aut periurium: inſinuans, quod citra falſitatem, & mendacium poteſt eſſe periurium. Et certè ad ipſum ratione confirmare videtur. Nam cũ veritas ſit vnus comes per ſe alijs duobus diſtinctus, fit vt peruerſitas iuramenti accidere poſſit abſque falſitatis vitio, per hoc quod deſit, aut iuſtitia aut iudicium Hoc tamen non obſtante reſpondetur omni periurio germanam eſſe falſitatem, propterea rationem S. Th. Etenim periurium & legitimum iuramentum è regione opponuntur: legitimum autem eſt veritatis confirmatio. Cum ergo falſitas veritati opponatur, exactius D. Th. loquitur, dumait, omne periurium aliquam falſitatem inuoluere. At verò, vt vera ſit hæc ſententia, nõ debet accipi falſitatis, vt eſt cõtraria veritati, quæ eſt primus iureiurandi comes: hoc enim ſatis ratio hæc proxima perſuaſit: quandoquidem abſque illo primo comite, qui eſt veritas, poſſit periurium accipere: ſed accipitur falſitas, vt ſit commune genus ad plures falſitatis gradus & ſpecies Vnde bene ait D. in ſolutione primi, quòd primò & principaliter (adde & maximè propriè & formaliter) periurium eſt, vbi deeſt actu veritas, quæ eſt primus comes: tunc enim actu exurgit falſitas: atque id potiſſimum, dum quis conſultò, ſcilicet ſciens & prudens intendit falſum aſſeuerare. Siue in iuramento fiat aſſertorio ſiue promiſſorio, ſcilicet quando quis pollicetur id quod non intendit facere. Vadit enim expreſsè tunc contra mentem, vbi perficitur ratio mendacij, quam quidem falſitatem ſuprà diximus in promiſſorio ſemper eſſe peccatum mortale, etiam ſi quis iuraret hominem occidere, quod facere non intenderet. Idemque proinde gradus eſt, quãdo quis iuramẽto aſſerto-

Concluſionis ex poſitio. Tres falſitatis gradus.

assertorio iurat, id quod verum est putans esse falsum. Nam vadit etiam contra mentem, atq; adeò formaliter est mendacium: licet materialiter verum iuret: quare semper erit mortale crimẽ. Hoc ergo iuramẽtum suapte proprietate & natura dicitur falsum, eò quod verbum menti non consonat: dicitur autem quando est promissorium, ab effectu dolosum, quia fit ad decipiendum. Ad hunc autem gradum reducitur, cùm quis id quod falsum est iurat, putans esse verum: ex negligentia tamẽ, quia diligentiam omisit: quam adhibere tenebatur, vt certior fieret. Erit tamen peccatũ non semper mortale, sed secundum negligentiæ culpam. Secundario autem falsitas ineſt periurio defectu secũdi comitis nempè iustitiæ, vt si quis iuret peccatum mortale perpetrare. Tunc enim licet illud facere proponat, atque adeo insit ei veritas, quæ est primus comes, deest tamen ratione cõtrariæ obligationis veritas quæ est quoddã falsitatis genus. Fit enim ipsa iuratione per iurus, propterea quod id iurat, quod alia lege tenetur falsum facere. Itaq; licet postea sit facturus, tamen iurando deierauit, atq; adeò quodammodo falsum iurauit in virtute contrariæ obligationis. Atqui huc ille reducitur, qui iurat non facere opus consilij, & supererogationis: nam licet illud possit implere, vt supra diximus, ad id tamen non tenetur. Et ideò est quædam falsitas propter obligationis defectum: quia consultius est postea iuramentum falsificare. Tertium genus falsitatis est, vbi deest iudicij veritas. Nam etsi quis verum quidem iuret putans esse verum: leuiter tamen, ac temere scilicet aut citra necessitatem, aut citra cordatam aduertentiam, vt certior veritatis fiat antequam iuraret, licet insit illic simpliciter veritas est tamen quædam falsitas in potentia, propterea quod, qui sic iurat, in periculo iurandi falsum versatur. Sunt ergo tres falsitatis gradus scilicet primus simpliciter in actu: secundus in virtute, aut contrariæ obligationis, aut contrarij consilij: at deniq; tertius in potentia deierandi. Hac ergo ratione asseritur omni periurio ineſſe falsitatẽ, suo cuiusque gradu & ordine Qua vtique ratione superiori q. artic. 3. vt omne periurij genus ad normam euangelicæ prohibitionis exigeremus, quę est, ne nomen Dei assumamus in vanum, triplex vanitatis genus iuxta hos tres falsitatis gradus discreuimus. Sed arguis, quod neque illis gradibus falsitatis admissis tueri possumus omne periurium esse mendacium, vt Magist. sentent. ait, & D. Tho. consentit. Nam vbi quis id iurat, quod verum esse censet, quod tamen materialiter est falsum periurus est. Et tamen non vadit contra mentem, atque adeo neque mentitur: hoc enim est mentiri. Et multo minus, si id quod iurat, verum est: non tamen veritatem satis explorauit. Respondetur quod in priori casu vadit contra mentem quam tenebatur habere, & habuisset, si diligenter rimatus esset veritatem. Et in posteriori quodãmodo dicitur ire contra mentem, propterea quod non habet mentem tam veritatis consciam & certam, quam iuramento affirmat. In secundo argum. inquiritur, vtrum iuratio veritatis per falsos Deos mereatur nomẽ periurij? Apparet enim potius hoc esse periurium, quàm iurare falsum per verum Deum. Ab eo enim quod in re potissimũ est, species eius pensatur, in iuramento autem id per quod iuratur, præstantius apparet, quàm id quod iuratur: nam illud habet rationem principij, quo veritas confirmatur, hoc autem conclusionis: & secundũ Aristotelem in posterior. principia potiora sunt conclusione: ergo iuratio per falsos Deos, inde potius deberet dici periurium, quàm iuratio falsi per verum Deũ. Respondet autem D. Thom. illud non esse periurium, imò periurium ab eo solùm quod iuratur sortitur speciem, & nomen. Et ad rationem ait discrimen esse inter syllogismos, & morales actiones: in illis namque id quod habet rationem causę efficiẽtis, qualia sunt principia, potissimum est: in moralibus autem potior est finis & quia finis iurandi est confirmare veritatem, ex defectu veritatis iuratio periurium fit. Quapropter etsi iurare verum per falsos Deos peruersum sit iuramentum, speciesque idololatriæ, vt art. 3. videbimus, non tamen dicitur peiurium: quia finem iuramenti non tollit, qui est veritas; ex quo sequitur, non omne prauum, peruersumque iuramentum esse periurium: de grauitate verò peruersitatis, quæ est iurare per falsos Deos, quamuis vera sit iuratio, dicemus artic. 3. Tertium argum. est expositio Augu. in sermo. 28. de verbis Apostoli Iacobi, vbi tria profert periuriorum exempla.

Argu. cõtra p̃ dictã cõtiam.

Argu. 2. D. Tho.

Respon sio.

Argu. 3.

Primum eſt illius, qui falſum iurat, putans eſſe verum. Secundum illius, qui iurat falſum, putans eſſe falſum. Tertium illius, qui iurat id quod verum eſt putans eſſe falsũ. Pro cuius expoſitione notat D. Tho. actus morales procedere à voluntate, cuius obiectum eſt bonum apprehenſum. Ob idque ex apprehenſione & intentione æſtimanda eſt morum forma, conditio autem non apprehenſa per intellectum dicitur materialis. Et quoniam forma eſt per quam actio eſt bona vel mala, malitia & bonitas ex intentione iudicatur. Quocirca qui aliquid iurat putans eſſe falſum, ſiue materialiter falſum ſit, ſiue verum, formaliter eſt periurus. Si autem id iurat, quod putat eſſe verum, id tamen fortè eſt falſum, niſi aliqua interuenerit negligentia, nullum eſt peccatum: ſi verò illa anteceſſerit, tanta eſt culpa periurij vel mortalis, vel venialis, quanta fuit in negligentia. Quocirca ſuo genere peius eſt periurium formale, hoc eſt ſecundum intentionem, puta cum putat iurare falſum, quàm materiale, id eſt, cum putat iurare verum, licet ſit falſum. Ob id enim ſubdit illic Auguſ. quia ream linguam non facit niſi rea mens.

ARTICVLVS II.

Vtrum omne periurium ſit peccatum.

NOn quærit de quantitate peccati, venialis aut mortalis (hoc enim articulo proximo ſeruatur) ſed in genere an ſit peccatum? Et reſpondet vnica concluſione affirmatiua, quòd omne periurium eſt peccatum, aſſerta ab Auguſt. loco modo citato ſuper Iacobum, vbi generaliter de periurio loquens, ait: Videre quam iſta de teſtanda ſit bellua, & de rebus humanis exterminanda. Et ratione prætereà ſit lucida. Diximus enim ſupra legitimum iuramentum eſſe actum religionis, per quem & Deum fatemur omnia ſcire, quantum ad intellectum, & omnibus velle proſpicere, & prouidere quantum ad voluntatẽ. Qui autem ipſum in teſtẽ falſi profert, aut ignorantiæ notam Deo inurit, videlicet quod aliqua eum lateat veritas, aut prauæ voluntatis, nempè quod conſultò velit falſum attestari: quorum vtrumq; contra eius debitam reuerentiam impium eſt. Fit ergo manifeſtum, periurium omne delictum eſſe religioni contrarium. Res eſt clara. Nam quando nihil abſurdi eſſet aliud in periurio, quàm quòd vniuerſum, vt modo dicebamus, quodammodo includit mendacium, eſſet peccatum. Nam mẽdacium abſque peccato fieri non poteſt verum. Propterea periurium vitium eſt priori decalogi tabulæ aduerſum, videlicet tranſgreſſio ſecundi præcepti, Ne iures vana per eum. Iam enim vt proximè dicebamus articu. 3. ſuperiori q. expoſito tres gradus reliquimus vanitatis in iuramento falſo, iniquo, & temerario. Quapropter duplici ratione intrinſeca & inſeparabili periurũ eſt peccatum, videlicet, & quia mẽdacium includit, & quia per ipſum Deus contra religionem dehoneſtatur. Atque adeo cæteris paribus ſimplici mendacio abſurdius crimen eſt. Sunt autem vt Bonau. in 3. diſt. 39. quæſt. 1. periurium eſſe cõtra octauum mandatum, Ne quis falſum teſtimonium dicat. At verò hoc accidentarium eſt periurio. Nam falſum teſtimonium dicere, & citra iuſiurandum vſu venire poteſt, & peculiarem habet materiam: nempè certam ſpeciem iniuriæ, quæ proximo irrogatur; iuramentum verò multò habet ampliorem ſiluam cum ad aſſertorium & promiſſorium protendatur in omni materia. Hic autem articulus quoniam in ſubſequẽti patentior fiet, pluribus non indiget modò verbis.

Concl.

Primum argum. S. Thom. eſt: quicunq; non implet quod iuramento firmauit, periurus eſſe videtur; quando quis autem iurat facturũ ſe illicitum, puta adulterium, vel homicidium, ſi id facto expleat, peccat, ergo ſi non faciat, non peccabit; aliàs eſſet perplexus; & tamen tunc videtur periurus non verificando id quod iurauit. Ergo non omne periurium eſt peccatum. Reſpondet autem quòd eiuſmodi iurans iurando quidem fit periurus; quia id iurauit quod tenebatur facere falſum. Neque verò eò quòd non implet fit reus periurij. Cuius ratio notanda eſt; quia illa non erat materia periurij. Quare nec implendo nec non implendo fit ob id periurus, ſed implendo crimine homicidij, vel adulterij peccaret; quia vt ſupra declaratum iuramẽtum illud relinquit materiam illam illicitam in ſua natura. Et eodem

fere

fere modo respondetur ad secūdum quod qui iurauit opus supererogationis non facere, non tunc quando non implet periurius est; immo consultius facit iuramento contraueniendo; quia illa non erat materia iuramenti, sed quando iurauit tunc fuit periurus. Ad tertium de illo, qui promittit facere voluntatem alterius, quam post cognoscit esse iniquam, aut duram, aut importabilem, qui videtur non soluendo promissum non delinquere, & tamen esse periurus. Respondet quod nemo se alteri obligare potest, nisi sub debita conditione, scilicet si id quod ei mandauerit, fuerit licitum, honestum & tolerabile; & ideo ille nec delictor est, nec periurus. Circa hoc igitur assertum hærere quis forsan dubius posset, vtrum quicunque voluntatem se alterius in genere facturum iureiurando pollicetur, mortale delictum committat. Sunt enim qui re vera non circa iniuriam antequam suam voluntatem exponant ab amicis petunt, vt quicquid ab eis ex postulauerint, sibi concedant. Ea enim fuit matris filiorum Zebedæi apud Christum postulatio. Matth. 20. qui eum adorabat petens aliquid ab eo; Et matris Salomonis apud filium 3. Reg. 2. dicentis, Petitionem vnam paruulam ego deprecor a te. Est ergo dubium vtrum illa generalis concessio crimen sit mortale, maximè si sub iureiurando fiat. Ambiguitatis autem ratio a parte affirmatiua est quod qui iurat se quidquid alter petierit præstiturum, in confuso pollicetur etiam malum perinde atque ille q̄ iurat se homicidium facturum, Id quod Herodis exemplo comprobatur Marc. 6. Nam propter iusiurandum sub quo Herodiadi, quidquid petisset fuerat pollicitus capite obtruncauit Ioannem. A parte vero negatiua extat nihilominus argumentum quod eiusmodi pollicitatione multi imprudentes faciunt, qui tamen non arguuntur lethalis criminis. Respondetur duos esse hac parte imprudentiæ gradus. Primus est eiusmodi petitionibus generalibus nequaquam antequam explicentur annuere id quod Christi exemplo didicimus; nihil enim Zebedæi vxori concessit antequam interrogaret, quid vis? ac subinde petitionem intelligens renuit, dicens ad filios: Nescitis quid petatis. Quocirca eiusmodi postulationibus antequam intelligantur, sub iuramento assensum præbere animo absolute implendi quidquid ille petierit, peccatum mortale est genere suo. Nam qui sic iurat animo destinauit etiam absurdū si postuletur facere vti Herodes. Dixerit genere suo; nam ex circunstantijs fieri hæc potest promissio citra culpam, videlicet cum inter viros probos vsu venit; nempe quando iurans certo scit nihil ab alio deposcendum, nisi quod more & iure fieri possit, neque si aliud poposcerit, id se facturum timet. Vix tamen a culpa saltem veniali tale promissum excusari potest. Et ideo viri prudentes & præsertim principes, ac publicæ potestates nequeunt citra imprudentiæ notam eiusmodi petitiones concedere, & vt illis imprudentia id promittere impudentia alijs est petere. Secundus (hoc deficiente) prudentia gradus est, illa facta concessione, vbi postea constiterit iniustum peti nō stare promisso. Quod nos Salomon exemplo docuit, sanè qui petitionem matris, postquā illa suam mentem aperuit implere tenuit. Quoniam in eiusmodi promissionibus cōditio honesti, etiam si iurans eam non apposuerit subintelligitur. Vnde Agesilaus Rex cum quidam illum improbè postulādo vrgeret, dicens, sibi id quod petebat ꝓmisisse, quasi illa ratione fas non esse negare respondisse fertur. Si quidem iustum est quod petis promisi; sin minus, dixi non ꝓmisi. Et iuridicum axioma est in male promissis rescindendam fidem. Extrema ergo dementia in Herode fuit propter iusiurandum per quod in confuso Herodiadi fuerat quidquid postulasset pollicitus, nefandum illud scelus, patrare. Tametsi non tam ex iurandi religione, quàm ex amoris turpitudine illud emanauit. In 4. argum. explicatur quemadmodum obligatio iuramenti vnius personæ non transit in aliam. Neque vero in aliam materiā. Argu enim est. Promissorium iuramentū ad futura se extendit, potest aūt obligō illa per rei mutationē tolli. Quod. n. ciuitas mō iurat succedētib. nouis ciuibus, aut canonicis obligatio illa minimè illos ligat. Et canonicus dum hæc statuta iurat, alia si addantur seruare non cogitur; & nihilominus isti ciues & canonici videntur quodāmodo iuramentū transgredi, ergo omne periuriū est peccatum; Rñsio autem est quadripartita. Primū n notandū iusiurandū esse actionē personalem, & non cōmunem, sicut enim

Argu. 3.

Dubitatio.

Duo imprudentiæ gradus.

Agesilaus.

Quadrifida responsio.

tota ciuitas excommunicari nequit, ita nec tota ciuitas iurat nisi vel singuli iurent, vel in singulari vni facultatem faciant hoc ꝓ omnibus iuramentum præstandi. Quare virtuti iuri quod vnus facit nemo alius ligatur. Ob idque quotiescunque aliquis in senatum, aut in capitulum recipitur, tenetur statuta iurare: alias ciuitas mutatis ciuibus nullo tenetur iuramento a maiorib. præstito. Ait tamen secundo ꝙ teneretur quicunque ciuiũ etiam iniuriatus ex æqua fidelitate. Nam qui fit bonorũ particeps, fit subinde & onerum: si autem non seruaret, non esset ob id periurus. Qua vtique rõne etiam si pater iurauerit quidpiam soluere, non tenetur filius ipso defuncto, vi iuri paterni id soluere, ita vt non solnens sit periurus, sed tenetur tanquam hr̃s paternum debitum reddere: verũ est tñ ꝙ paterna iuratio arctius perstringit hæredem. quam si non fecisset iur̃m. Pari modo si rex, episcopus aut canonicus, ad dignitatem absque vllo iuramento admitteretur, non perstringeretur virtute iuri antecessorum constitutionibus stare: teneretur tñ ex cõi fidelitate postquam dignitate & eius fructibus & honoribus fruitur, iura illi annexa seruare.

De iuramẽtis alteri⁹ nomine p̃stitis.

Per hæc de iureiurandis censendum est, quæ caussarum patroni, & procuratores nomine suarum partium pręstãt. Id enim duplicitet fieri põt: vno modo absque spãli facultate partis ad singulare illud iuramẽtum præstandũ, & tunc ille pro quo iur̃m præstitũ est, nõ sic ligatur, vt si nõ impleat periurus sit: tenetur tñ stare verbo procuratoris, virtute potestatis, quam illi dedit ad sua negotia transigendum, si tamen dominus caussæ ad singulare aliquod iuramentum præstandum agenti suo dedit, tunc iuramentum procuratoris perinde ligat dominum ac si ipse iurasset. Nam etsi iuramẽtum perinde atque matrimonialis contractio, actio sit ꝑsonalis, potest nihilominus per destinatum ad id procuratorem ceu matrimonium, celebrari. Sed rogas. Nũquid dum quis procuratorem in propria caussa instituit potest illi generalem facultatem facere, quocunque iuramentũ exhibendi, quod ipse iudicauerit esse licitum? Respondetur nequaquam id fas esse, taliter vt iuramentum procuratoris suum ipsius reputetur. Cuius profecto ignorantia multi laborant. Nam iurare nemini quãcunque veritatem licet, sed illam tantum quam prius certo cognouerit. Et ideo illa generalis facultas iniqua esset, & illegitima, atque adeo iure non admittenda, nisi in singulari, dominus caussæ agenti suo dicat. Iura meo nomine hoc. Quo fit vt illa iuramenta procuratorum nomine suarum partium potius sint ceremonia iuris quibus partes stare tenentur, si modo licita sint & honesta. Tertium dictum Diuus Thom. est, quod canonicus vel senator iurans statuta ecclesiæ vel reipublicæ non iurat, nisi illa quæ illuc usque edita sunt. Et ideo si aliqua superaddantur, non tenetur illa, vi iuramenti seruare, nisi intenderit non solum facta, sed facienda custodire: Tenebitur tamen tanquam socius illius familiæ ex vi statutorum, quæ vim habent coactiuam legũ si honesta sint, & alijs conditionibus iustæ legis ornata. Circa illud tamen verbum nisi intenderit se obligare etiam ad futura, notandum illa intentionem, non esse licitam nisi tacita conditione si edenda statuta fuerint vndequaque iusta, immo nec cum tali conditione esset omnino prudentia sic iurare, quia, vt modo dicebamus, nemo debet nisi illa quę certo nouit iurare.

ARTICVLVS III.

Vtrum omne periurium sit peccatum mortale.

Postquam in genere constitutum est omne periurium esse peccatum, interrogat in specie an omne sic peccatum mortale. Et respond. vnica conclusione affirmatiua. Periurium ex sui ratione est peccatum mortale: Cuius prima ratio est quidquid est diuino pręcepto contrarium, est peccatum mortale; periuriũ autem est contrarium illi præcepto. Leuit. 19. Non periurabis in nomine meo, ergo omne periurium sui ratione est peccatum mortale. Secundò probatur. Nam id propter quod aliud est tale, vt verbis Philosophi in posterioribus loquamur, magis est tale, vt si aqua est calida propter ignem, virtuosior est in igne calor. Confitemur autem id quod per se est veniale peccatum vt ociosum verbum, si fiat in Dei contemptum, fieri mortale, ergo fortiori ratione periurium, quod suapte natura contemptum Dei innatũ habet, quia est vitium reueren-

Conclusio.

dilectiæ Dei è diametro aduersum, erit peccatum mortale. Poterit autem ratio paulo differentius sic informari. Peccatũ mortale est q̃ Dei, proximi ve charitati aduersatur: omne autem periurium diuinæ charitati repugnat. Deum enim eiusque religionem despicere, charitati eius aduersatur, vt documento in hominum ciuilitate constat: ergo est mortale scelus.

Articulus hic vastissimum nobis aperit differendi campum. Et primum omnium conclusio D. Tho. cum suis probationibus neq; adeò perspicua est, neq; omnino certa videtur. Si enim rationes animaduertas, id duntaxat concludunt, quod periurium genere suo sit peccatum mortale, sicuti furtum & homicidium: & tamen titulus quæst. fuit vniuersalis vtrum omne periurium in indiuiduo quomodocunq; fiat sit mortale. Et videtur in solutionibus argumentorum partem affirmatiuã in vniuersum sustinere. Et vt artic. 7. dicebamus periurium assertorium, quantumcunque leui materia fiat est mortale: neq; in hoc simile est furto, quod ratione tenuitatis materiæ potest esse veniale. Sed tamen ex altera parte extat argumentũ neq; in promissorijs, neq; in assertorijs omne periurium esse mortale. Iam enim suprà diximus, si quis iuramento promittat rem leuissimã quam non soluat esse periurium, non tamen mortaliter peccare. Et si quis iuret venialiter peccare periurium facit veniale. Item si quis citra iudicium discretionis iuret putãs id esse verum, quod iurat, est periurus, & tamen non semper lethaliter peccat, sed tantum quanta fuerit negligentia.

Dubia circa cõclusionem.

Dubia est ergo conclusio S. Tho. an intelligat periurium ex sua tantum ratione genericae esse peccatũ mortale, an verò viq; adeò ratione intrinseca, vt omne in indiuiduo sit mortale. Ad quam quidem q̃ per vniuersas periuriorum species discurrentes 7. conclusionibus respondemus. Et vt ordinem à nefandissimis auspicemur,

Respõsa dubiorũ

Prima conclu. sit. Scelestissima periuriorũ species est blaphemia, & inter blaphemias illa quæ est idolatria, vt per falsos Deos, seu veraciter, seu mandaciter iurare. Blaphemiæ in quam multæ sunt species, illa tamen sola ad nostrum facit propositum, quæ sub forma fit iuramenti: Et quod eiusmodi iuratio sit omnium impien-

Impientissima iuratio p falsos Deos.

1. Cõclusio.

ma, nemo dubitare posset, nisi qui Augustinus ad Publicolam segniter & absque discretione audierit. Et refertur 22. quæst. 1. canon. mouet. Ait quippe quòd sine vlla dubitatione minus malum est per Deum falsum iurare veraciter (quod est blasphemia) quam per Deum verum fallaciter: quod fit citra blasphemiam. Quantò enim (inquit) per quod iuratur est sanctius, tanto magis est pœnale periurium. Nihilominus conclusio nostra verissima est. Nam Blasphemia genere suo peior est simplici periurio. Est namque blasphemia maledictum & conuicium in Deum ipsum iactatũ, quo vel honori ipsius & dignitati quidpiam detrahitur, vel quod ei nõ conuenit impingitur. Quapropter per periurium veritas eius in dicendo dehonestatur: per blasphemiam vero sua ipsius veritas in essendo offenditur: qui autẽ per falsos Deos iurat insigne blasphemiæ genus Deo impingit, sane qui honorem vni Deo debitum alijs qui non sunt eo digni impartitur. Secundo apertius arguitur. Blasphemia, vt secunda secundæ quæstione decimatertia auctor est D. Thom. confessioni fidei opponitur, quæ primum est totius religionis fundamentum: estque idcirco infidelitatis species atque adeo contra primum mandatum de vno colendo Deo cõmittitur: cum periurium non fiat, nisi contra secundum: Peccatum autem quod primo mandato opponitur magis impiũ est quam quod fit contra secundum. Et tertio inde id fit manifestum, quòd qui per falsus Deos iurat manifestarius idololatra est vtpote qui actione illa pseudodeos colit ac si illis, aut supplicaret, aut turificaret. Vnde Hierem. 5. vbicunque Deus filijs Israel æqua libra improperat, nempè & quod ab eo ceu a potestate defeciſſent, & quod iurarent in his qui non erant Dij. Quapropter Chrysost. in imperfecto Idololatram ie inquit facit omnis, qui per aliud a Deo iurat: idololatria vero scelestius sacrilegiũ est, quam periurium. In summa, qui Deũ diffitetur esse solum Deum, atrociorem ei irrogat iniuriam, *vt potè qui in suam ipsius substantiam & quidditatem impius est*, quam qui contra eius scientiam & dignitatem ipsam allegat in testimonium falsi: ergo enormius contra ipsum delinquit. Imò verò, vt Augustinus ipsum sui ipsius interpretem huc appellemus in libro contra

Augustinus.

Menda-

Menda, ait blaſphemare ideo peius eſt, quam peierare, quod peierando falſæ rei adhibetur teſtis Deus: blaſphemando autem deipſo falſa dicuntur. Ergo cum re vera qui per alium quam per verum Deum iurat, aut per creaturas in ipſum relatas falſum dicat de Deo vero, puta quod non ſit ſolus Deus, fit vt multo impius ſit iurare per falſos Deos quam deierare. Sed ais forſan hoc tantum concludi quod falſum iurare per Deos falſos ſit peius, quam per Deum verum. Imò verò idipſum concluditur, etiam dum per falſos Deos verum iuretur. Nam illic impietas idolatriæ permanet, hoc eſt falſorum Deorum cultus. Dicendum ergo ad Augu. quod cùm illic de ſolo periurio loqueretur, docere cogitauit, quod quantum ad rationem attinet periurij, cuius quidem ſubſtantia eſt falſum iurare, minus malum eſt veraciter iurare per falſos Deos, quàm mendaciter per Deum verum: imò illud vt artic. 1. dicebamus non eſt periurium. Et ad idem attinet id quod ſubdit, quod quanto id per quod iuratur, ſanctius eſt, magis eſt pænale periurium, ſi eius, intrinſecam rationem conderes. Nihilominus rationem idololatriæ, quæ illic inuoluitur, nunquã Auguſt negaſſet eſſe delictum periurio grauius. Definitio autem q huius, aliam ſuſcitat, videlicet, vtrum liceat ab idololatra iuſiurandum per ſuos Deos petere & recipere. Apparet enim id non licere. Nam cum ip

Aliaqõ. ſe iurando etiam verum per ſuum Deum, actum idololatriæ exerceat, atq; adeò enormiter peccet, videtur ille qui tale iramentum exigit, ſocius eiuſdem criminis fieri. Augu. nihilominus eodem loco affirmatorie reſpondet, illud eſſe licitum. Et ratio eſt, quod cùm idololatra more & vſu paratiſſimus ſit per ſuos Deos iuſiurandum præſtare, ille qui illud recipit, non magis eum mouet, quam vſuratium ad ſuam nequitiam paratum, ille qui mutuum ab illo ſub fœnore petit. Quare neque ſe illi in illa iniquitate aſſociat, ſed vtitur eius fide: non quidem Catholica, per quã Chriſtiani ſumus, ſed naturali fidelitate, quam mortalium quicunq; cuiuſcunq; ſit religionis, in pactis & fœderibus ſeruare tenetur. Id quod exemplo Laban & Iacon confirmat, qui vt Geneſi. 39. refertur cùm fœdus iniſſent, mutuò ſibi iurauerunt per Deum Iacob & Deum Nachor patris Laban. Et idem innuitur Geneſ. 26. de Iſaac, & Abimelech, quorum vterq; forte alteri per proprium Deum iurauit, licet vt ait Augu. non ſit ita compertum. Ex quo fit conſequens, quod tam idololatra, quàm gentilis iuſiurandum ſuum ſeruare tenetur: non quidem ex vi religionis, que falſa eſt, ſed ob fidelitatem humanam, quam ſecundum ſuam conſcientiam iureiurando confirmauit. Atqui hic eſt legitimus ſenſus Auguſt. qui refertur 22. q. 5. canon. Ecce dico, vbi ait, quòd qui ſuper lapidem falſum iurat, periurus eſt. Quod quidem gloſſa neſcio quo ficto, interpretamento aliorum vertit, quam res habet. Ait enim Auguſt. ſuos paræcianos reprehendere, qui cum ſuper librum iurare debebant lapidem aliquem loco libri ſupponebant, eos deciperent quibus iurabant. Quo, ideo ait Auguſt. iuramento ligari, quandoquidem alij putabant illud ſuper librum fieri. Gloſſator autem, bene teſtatur verba Auguſt in proprio loco non conſuiuiſſe. Alia alii etiam Theologi illo loco affingunt, quæ non ſunt relatu digna. Auguſt. enim illic non loquitur niſi de iuramentis gentilium: quibus inter omnia ſolenniſſimum erat per Iouem lapidem iurare inde tractum, ut apud Liuium lib. 1. & apud Gell. & apud vniuerſos Latinos, quod cœremonia ineundi fœdus erat, vt pater patratus manu tenens lapidem, conceptis verbis iuraret, & tunc ſuem lapide ferret. Ex quo ſermo ille deriuatus eſt: ferire fœdus Illum ergo lapidem appellabant Iouem, quatenus teſtis fœderum erat. Ait ergo Augu. non quod qui ſuper, ſed qui ad lapidem, ſcilicet Iouem, iurat, quamuis re vera non iuret per rem ſanctam, iurat tamen per eum quem putat eſſe ſanctum. Et ideo tenetur fidem illam ſeruare. Sed rogas fortaſſe, vtrum talis idololatra ratione iuramenti, arctius ſit deuinctus, quam ſi abſque iuramento fidẽ ſuã obligaſſet? Auguſt. n. ad Publicolam, hoc duntaxat ait q̃ qui p̃ Deum falſum iurat verum, ſemel peccat: quia iurat per quem non debet: qui autẽ per eundẽ iurat falſum, bis peccat, quia præterea iurat falſum: Et idem eſt, ſi non impleat iuratũ promiſſum. Rñdetur aũt eiuſmodi Ethnicũ non teneri arctius abſoluta obligatione, ratione iuramenti; qm̃ illud frangẽs nulli vero Deo aut rei ſacræ iniurius

Gentilis tenetur ſuum iuramẽtũ ſeruare.

Iouẽ lapidẽ iurare.

Alia qõ.

eſt,

est, sed illi penitus, cui fidem frangit, neque veram religionem contaminat; sed tamen tenetur ex hypothesi, ideſt ſuppoſita eius fallaci conſcientia qua putat per verum Deum iurare. Est enim Theologum axioma, erroneam conſcientiam obligare. Hic enormitati ſecundo gradu accedit blaſphemia iurandi per creatutas more gentilico, quamuis qui iurat, Chriſtianus ſit, & non idololatra, vt per Solem, per Mercurium, &c. quod vigeſimaſecunda quæſtio. prima, cap. Clericum. Carthaginenſe Concilium, vt blaſphemum damnat quem canonem ſuperiori quæſtio. artic. 6. emunctius expoſuimus. Tertio ordine blaſphemiæ veniunt Chriſtianorum, quæ formam habent apoſtaſiæ. Qualia ſunt quinque illa verba in Hiſpanis damnata, ſcilicet, Non credo in Deum: ſeu vt fingunt de Deo diſcredo. Item de Deo renego, quod eſt ipſum abnegare, & adiurare. Et Peſſe, hoc eſt Deo diſpliceat, eumque tædeat huius, aut illius rei: ac demum per Dei vitam. Prima namque tria genera ſignificationem infidelitatis habent, & fidei abiurationis. Est tamen adnotandum huiuſmodi blaſphemias non eſſe re vera apoſtaſias. Nam qui ſic iurant non habent animum dediſcendi a fide, ſed irę impetus verba illa extorquet blaſphema. Etenim vt vera apoſtaſia, & defectio a fide ex ſuperbia naſcitur, vt hęreticorum exemplo conſtat, ſic huiuſmodi Chriſtianorũ blaſphemias flammatabilis profert. Sunt tamen ſuprà quam dici poteſt enormiſſimæ. Sic enim de fide blaſphemare, quam in baptiſmo profitemur, etiam apud Turcas, & impuriſſimos idololatras eſſet exhorrendum. Quare non eſt æſtimanda huius impietatis immunitas de ſola ciuili pœna, quæ leuiſſima eſt carceris. Est enim citra controuerſiam latiſſime grauior culpa apud Deũ quam homicidium: quandoquidem, vt ſupra iam conſtitutum eſt, ſit fidei contraria, quæ ad primum legis mandatum attinet. Ob idque inquiſitores etiam hæreticæ pravitatis in blaſphemos ſolent animaduerte re. Immo antiquitus pœna acerrima mortis plectebatur blaſphemus. Legitur enim Leui. 24. Homo, qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuum: & qui blaſphemauerit nomen Domini morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo: ſiue ciuis ſiue peregrinus fuerit. Omnis inquit multitudo: quoniam vniuerſi vindices eſſe debent honoris Dei. Iam vero reſpublica non quo crimina grauiora ſunt acerbius vlciſcitur: ea enim iudicio Dei relinquit, ſed quo magis ſunt pacem ciuilem perturbantia. Qui autem ait Peſe, hoc eſt Deum tædeat eo blaſphemus eſt, quod bilem, quam de alio concepit, in Deum reſpuit, & quem iræ habet corruptum affectum, eundem Deo impingit, quod nefandiſſimum eſt. Dicere autem per vitam Dei vt ſuperiori quæſtio. art. ſexto, dicebamus, non eſt Dei vitam in teſtem ſimpliciter adducere: alioqui non eſſet blaſphemia: ſicuti neque illud viuit Deus, ſed eſt nefandiſſima execratio. Etenim ſicuti dum ais per vitam patris, aut filij, illam niſi verum dixeris, vltionis Dei ſubdis: ſic dum ais per vitam Dei, perinde eam videris eius ipſius iudicio ſubijcere, ac ſi poſſet Deus de ſe ipſo ſupplicium ſumere. Sunt & blaſphemiarum non infimæ ſpecies iurare per membra Dei, vt per caput, per ſanguinem per iecur, & per alia membra, quæ nominare depudet. Nam præterquam quod Deo videãtur iſti membra tribuere, etiam ſi de membris Chriſti intelligant, enorme conuitium, & contumelia eſt. Quandoquidem hoc nõ eſt membra in teſtimonium afferre: ſed vituperiis Chriſtum ſordidare, ſicuti nefas eſt iurare per intemeratam Deiparæ Virginitatem. Ob idque mirari ſatis nequeo, cur publicæ poteſtates ſi non euangelium, ſaltem authenticum Conſtãtini non conſulunt de hac re: cuius titulus eſt, vt non luxurientur homines contra naturam, ne iurent per caput, aut capillos Dei, & ne Deum ſuum blaſphement, vbi iurare per capillos nefando exequatur flagitio, quod ſit contra naturam. Quin vero (vt ſupra diximus) grauior illo eſt blaſphemandi impietas. Quocirca propter huiuſmodi peccata (vt illic habetur) ſæuire ſæpenumero Deus ſolet in genus humanum, Nunc ſcilicet vrbium incendiis, nunc fame, nunc bellis, & ſubmerſionibus, & huiuſmodi aliis portentis ſuum vindicans Sanctiſſimum honorem, & nomen: & hanc ob cauſam ſanctiſſimè illic obteſtatur Imperatorem prætorem vrbis, vt quos talibus delictis irretitos deprehenderit, præterquam quod ſemetipſos indignos faciunt Dei miſericordia, vltimis ſubdat ſupplicijs. Vt non ex contemptu talium

inue-

Secundus blaſphemiæ gradus iurãdi. Concil. Carthaginen. Tertius gradus. Iuramẽta Hiſpanorum. Nota.

Per Dei vitam.

Authẽticũ Cõſtãtini.

Blaſphemiæ enormitas.

Pœna antiqua blaſphemiæ.

inueniatur & ciuitas & reſpublica per hos impios actus lædi. Nam ſi contra homines inquit factæ blaſphemiæ, impunite non relinquuntur, qui Deum ipſum blaſphemãt magis digni ſunt ſupplicia ſuſtinere. Hæc Conſtantinus. Et eſt præcipuè recolenda collatio hominum cum Deo. Bone Deus, qui in regem blaſphemat, quam omni opprobrio & ſupplicio, & quidem merito dignus habetur. Et tamen eum qui in regem regum contumelijs proſcindit non tam iniquis oculis conſpicitur. Sed de blaſphemijs hactenus. Ad hæc profecto ſi blaſphemiæ non ſunt, ſaltem proximè accedunt dicere, Sicuti Deus eſt & ſicut natus ex virgine (& ſimilia) ſic quod aſſero verũ eſt. Quocirca dum falſitas ſic affirmatur fœdiſſimum eſt periurium, blaſphemiæ affine. Et quando affirmatio veritate polleret, non tamen eſſet a blaſphemia longe diſtans. Nam quamuis veritas, vt aiunt Philoſophi, eo quod adæquatio eſt rei ad intellectum, ac perinde indiuiſibile conſiſtens non recipiat magis & minus, tamen quia diuinæ veritates ipſiſſimi ſunt veritatum omnium fontes non ſunt a nobis acceſſibiles, atque adeo inſolentiſſima ſuperbia eſt tantum nobis fidem arrogare vt veritates caducas noſtras cum illis ſempiternis conſeramus. A blaſphemiæ iurationibus ad alia periuria eo ordine deſcendendum nobis eſt, qui inter iuramenti comites conſtituitur. Primus autem eſt veritas quę ſi iuramento abſit inſigiter vanum eſt, quod ſcilicet iurãdi ſubſtantia euacuatur. De hoc ergo ſtatuitur ſecunda eademque vniuerſalis concluſio, quæ nullam prorſus exceptionem permittit. Omne aſſertoriũ periurium eſt peccatum mortale. Omne (inquam) in quacunque materia, quocunque fine, quacunque de culpa & ſub quacunque forma, & quocunque modo & intentione fiat, dum tamen ſit actio deliberata. Dixerim in quacunq. materia ſiue magna ſiue parua. Etenim qui falſo iurat ſe non fricaſſet barbam mortaliter peccat, atque ſi iuraſſet rem aliam grauiſſimam. Nã tam falſum eſt, te non fricaſſe barbam (ſi falſum modo eſt) aut non penna lauaſſe dentes, quam te non patraſſe homicidiũ, quod tamen commiſiſti. Et quouis id fine aut cauſſa facias, nihilominus lethale peccatum eſt, quanto ſit cumque finis alias ſanctiſſimus, & pientiſſima cauſſa eademque grauiſſima, ut ſi deieres ad cauendum tibi mortem, vel innocenti, vel regi, vel ad liberandam a proditione & incendio totam rempublicam, quin etiam ſi illa via hominem ſeruaſſes ab æterna morte nihilo ſecius tuam ipſius animam peremiſti. Auguſt. Exemplum eſt in lib. contra menda. Auguſt. Si quis eſſet infidelis in poteſtate impiorum cõſtitutus ad quem peruenire nõ poſſet, vt regenerationis lauacro abluerentur, niſi deceptis mentiendo cuſtodibus, minimè id liceret. Perſpice non ſolum peierare nefas eſſe, verum neque mentiri fas eſt, ad redimendam animam proximi, eripiendamque a tartareis faucibus, & vt ſummatim dicamus quemadmodum (vt in decretis extat.) 22. quæſtio ſecunda canon. Primum eſt, nulla neu uera neu cogitata ratione mendacium dici poteſt citra peccatum. Ita nullum poteſt eſſe mendacium, quamlibet leuiſſimum quin ſi iuramento firmetur ſit mortale periurium. Et cum audis aſſertorium, promiſſoriũ quoque intelligito, qua ratione (vt ſuperiori quæ dicebamus) aſſertorium eſt, vt ſi dum quiſpiam ſe aliquid facturum aut non facturum iurat, non habet intentionem faciendi, vt iurat, mendacium aſſertorium eſt quamuis iuret hominem occidere aut peius aliquid patrare, tametſi poſtea id re exequens nouum committat crimen contra legem opus illud prohibentem. Huic autem concluſioni adiungitur tertia. Omne iuramentum promiſſorium rei, quæ ſine peccato mortali fieri non poteſt, eſt pariter atque exceptione peccatum mortale, etiamſi verum iuretur, videlicet dum intentio adeſt implendi. Nam cum qui iurat, alia teneatur lege contra iuramentum facere, perinde eſt ac ſi falſum iuraſſet. Immo cum omnis res illicita ſit contra diuinum mandatum. Nam tam naturales quàm ciuiles vt libr. 1. dictum eſt ab illo deriuantur: fit vt iurare per Deum rem illicitam eſt illi, aut per ipſum promittere facere contra eius ipſius mandatum. Quapropter ſicut ſuperiori libro de voto rei illicitæ dicebamus qui rem iniquam iurando promittit Deo potius malum cõminatur quàm verum promittat. Cominatur inquam illi iniuriam facere, quo nihil vel impudẽtius vel audacius dici poteſt. Promiſſio namque de re fieri debet quę ſit ei grata, cui ſit. Hæc ergo duo ſimpliciter

Sicut Deꝰ eſt.

Secũda conclõ. De periurio aſſertorio

Tertia conclõ.

citer sunt dicunturque periuria de quibus idcirco tum conclusio D. Thomæ in vniuersum intellecta verissima est, tum & eius rationes firmissimæ. Nam qui his modis deierat Dei contemptor ex eiusque adeo violator charitatis. Nomine autem periurij impræsentiarum non illud tantũ intelligimus, quod fit per Deum, verum & illud etiam quod fit per creaturas in ipsum relatas. Nam etsi vt in solutione secundi videbimus, peius sit peierare per Deum, est nihilominus peccatum mortale, dum fit per creaturas: siue vtrumque solenniter fiat coram iudice, siue priuatim. Omne enim esset peccatum mortale. Haud tamen monstrasse satis est periurium simpliciter dictum mortale crimen esse de eius etiam enormitate quartam cõ clusionem addamus. Periurium quod sacrilegium mortale est peiorem Dei offensam innatam habet quàm vllum crimen quod aduersum proximi charitatem admittitur, etiam quam homicidiũ, siue per Deum siue per creaturas in ipsum relatas fiat, siue solenniter siue priuatim. Conclusio est D. Tho. in quolibet. 8. atque aliorum plurium. Sed quãdo nulla extaret doctorum auctoritas, rationes in propatulo sunt: & namque periurium præuaricatio præcepti prioris tabulæ, vt supra diximus qua eius detrahitur honori & reuerentiæ: huiusmodi autem iniuriæ immaniores illis sũt, quibus offenditur proximus. Quod si quis rationem hanc infirmare conetur, sed arguens quod tũc sequeretur acerbius esse crimen, violare diem festum seruili opere, quàm hominem enecare, eo quod mandatum de seruandis festis attinet ad priorem tabulam. Nullius est vigoris argumentum: quoniam festorum præscriptio, quæ ab ecclesia seruantur, non est de iure diuino, sed de iure duntaxat humano: & ideo violatio festi non est tam graue peccatum, quam vel homicidium, vel furtũ. Qui verò id quod iure diuino de celebrandis festis cautum est, transgrederetur grauius quàm homicida peccaret: puta qui nullum in tota vita feriaret tempus, quod dicaret diuino cultui. Ad iungitur & secunda ratio, qua demonstratur periurium iniquius esse homicidio, aliàs enim non esset iuramentum, finis omnis controuersiæ, vt ait Paulus. Nam si esset minus peierare, quam occidere aut adulterium facere, nũquam ab homicida & ab adultera iuramẽtum perteretur calumniæ: quoniam coniectura esset, vt periurium, tanquam per exilius peccatum maiora contegrent crimina. At vero fuit semper omnibus gentibus tam sancta, tamque solleniter culta iusiurandi religio, vt quæuis agatur causa, iusiurandi beneficio, & tractetur, & expediatur. Sed si fortè qui hoc argumentum vt inualidum sic redarguat. Vbi quis de hæretica defertur prauitate, quamuis iniquior periurio sit, ab eo nihilominus exposcitur iuramentum calumniæ: ergo illa ratione non probatur periurium esse grauius homicidio. Respondetur, quod hæresis error quidã est intellectus, & ideo licet hæreticus per ignorantiam aliquid de Deo falsè diffiteatur, confitetur nihilominus reuerentiam ei debitam. Quapropter in sua existimatione grauius est periurium ac proinde dignus existimatur cuius iuramentum exigatur. Ac demum quanta sit periurij pernicies tertio demonstratur. Periurium namque subuertere molitur fundamentum humanorum omniũ commerciorum quod vt supra ex Cicero retulimus, est dictorum fides. Hæc enim tunc firma est cum per iuramentum constabilitur. Quare si iusiurandi vim infringas nulla sit reliqua inter homines cõstantia fidei. His ergo de causis Leuit. 19. cum tanta emphasi prohibetur periurium. Alia enim mandata simpliciter ponuntur. s. Nõ furtum facies, &c. Periurium autem cum emphasi, Non periurabis in nomine meo nec polues nomẽ Dei tui, Ego dominus. & Exod. 20 non satis Deus duxit admonitos nos facere ne nomen eius in vanum assumeremus, sed subdit, Neq; enim habebit insontem Dñs eum qui assumpserit nomẽ Dei sui in vanum. Et C. de iureiurando. Iusiurandi inquit contempta religio satis Deum vltorem habet. Quapropter etsi respublica non perinde atq; homicidia periuria vlciscatur, non ideo existimandũ est non esse grauioris culpæ. Vnde 22. q. 1. ca non. mouet ait Aug grauissimam esse pœnam periurij, scilicet, & apud Deũ & apud ecclesiam. Et Euticianus Papa canon. statim proximo prædicandum (inquit) est, vt periurium fideles caueant, & ab hoc summopere abstineant, sciẽtes hoc grade scelus

Quarta conclu.

lus eſſe. Quare & periuri infames iure habentur, vt 6. q. 1. canon quicunq; & cano. infames. & extra de teſtibus, c teſtimoniũ habetur. His autem non obſtantibus ſubnectitur 5. concluſio. Plura ſunt promiſſoria periuria quæ non ſunt grauioris culpæ quam venialis. Primum enim id valde probabile eſt, quod præced. q. Caiet. ait: nẽ pè iurare id quod officio ſupererogationis obſtat, non eſſe grauius quàm veniale, vt non intrare religionem: quia poteſt abſq; peccato illud impleri, niſi forſan id quis iuraſſet in caſu etiam neceſſitatis: tũc enim illicitum iuraſſet. Quocirca vt legitur canon. Floren. diſt. 85. ille Archidiac. qui iurauerat nunquam fore epiſcopum, compulſus fuit eandem functionem accipere. Quòd ſi arguas, qui opus ſuperogationis iurat non facere obicem ponit ſpiritui ſancto: ergo peccat mortaliter, nam ſpirituiſancto reſiſtere inſigne ſcelus apparet negatur conſequentia. Si enim eo pacto, quis opponeret ei obicem, vt nequiret abſq; culpa mortali eis inſpirationi auscultari, ipſa obijcis appoſitio eſſet mortalis: qui autem iurat non facere opus ſupererogationis non obſtante iuramento poteſt optime Spiritui ſãcto obedire. Et ideo non eſt alia culpa quàm quod contra concilium Spiritus ſancti iurauit, quod natura ſua ideo non eſt mortale, quod ad conſilia nemo tenetur: eſt nihilominus irreuerentia quædam ſaltim venialis. Secundò etiam concluſio verificatur, vbi quis iurat promittendo rem ſterilem & omnino vanam, vt cum quis iurat leuare feſtucam, aut reſcindere vngues tali die, aut id genus alia, quæ nullius ſunt emolumenti: iuramẽta enim hæc ob id ſunt peccata quod non ſunt obligatoria, ſuntq; ſu inde vana. Haud tamen condemnanda ſunt mortalia, poſtquam etiam citra peccatum non nunquam impleri poſſunt, vbi impletio contra bonos mores non vergit. Tertiò, concluſio vera oſtenditur vbi quis iurat aliquid ſe facturum quod non eſt niſi venia le malum nempè iocosè mentiri, aut ocioſum verbum loqui. Tunc enim quia illud iuramentum implere, non eſt niſi veniale, conſequitur vt neque illud fieri grauiorem afferat culpam. Quod ſi in contrariũ arguas, Qui illud iuramentum emittit, tenetur illud falſificare non implendo: ergo in virtute facit iuramentum falſum, quod videtur eſſe mortale. Reſpondetur quod quamuis teneatur illud falſificare, ſolum teneatur ſub reatu veniali. Et ideò licet iuramentum ſit quodammodo falſum, non tamen inde fit eſſe mortale: iam enim ſupra regulam illam quod non iuramentum falſum ſit mortale, præmonſtrauimus non eſſe vniuerſalem, niſi aſſertoriè. Quare ſi dum ille de quo loquimur iurat non haberet intentionem implendi, illud eſſet mortale: nam eſſet aſſertio contra mentẽ; Sed tamen obligatio promiſſorij iuramenti debet cenſeri, vt diximus, ex parte obiecti. Vnde quando obiectum (hoc eſt materia) non eſt niſi veniale, iurare id facere cum intentione faciendi, non erit grauius q̃ veniale. Quartò deniq; & poſtremò verificatur concluſio, vt ſuperiori q. art. 7. diſputabimus quando quis ſub iuro pollicetur rem parui momenti: quod quidẽ profectò, vt reor, non eſt niſi veniale. Sexta concluſio, Non omne iurm aſſertorium, licet ſit vanum atque illicitum & ſubinde quodammodo periurium eſt peccatũ mortale ſed crebro veniale. Concluſio hæc veritatem obtinet vbi periurium ſolo defectu tertij comitis committitur: quod quidem non ſimpliciter, vt arbitror, ſed ſecundum quit periurij nomine denotatur. Primum vbi quis verum tertium q̃; iurat, ſed tamen ſine neceſſitate: quod plurimum illis qui iurare aſſueuerunt accidit, vt cum quis iurat ſolem lucere aut pluere, dum ita eſt, & ſimilia. Hæc enim iura quia vana ſunt, culpa non vacant, ſed tamen, quia vera exiſtunt & certa, mortalẽ labem non impingunt. Vbi autem quis pro certo id curat, quod certum non habet, pluſculum difficultatis emergit: Eſt ergo animaduertendum q̃ ad iudicandum verumne ſit, an falſum iuramentum, non tam ad rem iuratam, quàm ad mentem iurantis attendendũ eſt. Si enim quis id iurat, quod poſt legitimum examen certò putat eſſe verũ, licet fortè ſit falſum nullatenus delinquit. Et vice verſa dum putat eſſe falſum quod pro vero iurat, quanquam fortè ſit verum nihilominus periurius eſt, vt ſupra artic. 1. ex mente Auguſtini explicuimus. Requirit autem iuramenti reuerentia, vt q. præced. art. 7 adnotauimus, non ſolum vt verum iuretur, ſed vt nihil homo iuret ante

Quarta conclu.

Argum.

Sexta conclu.

Atnotãdum.

quam

quam pro rei qualitate certus sit verum es se quod iurat. Dixerim pro rei qualitate & dignitate. Nam non æqua diligẽtia in omni materia requiritur ad veritatẽ perscrutandam quæ iuramento asserenda est, sed in rebus egregijs atq; arduis multo maior quam in his quæ sunt minoris momenti. Immo quãdoq; res potest esse tam peruia, vt sine vlla discussione possit iurari. Culpa ergo iurandi rem incertam pro certa æstimanda est penes omissionem diligentiæ, quæ pro dignitate materiæ erat adhibenda. Quæ quidẽ indiligentia tanta esse potest, vt faciat peccatum mortale, tamque remissa, vt non constituat nisi veniale id quod iudicio prudentis pensandum est. Verumtamen circa has duas conclusiones ingens ex dictis D. Th. contra seipsum exurgit arg. Constituit. n. in 1. art. omne illicitum iuramentũ, quodammodo dici periurium, ẽt illud cui solus deest tertius comes. Et in 2 vniuersum constituit omne periurium esse peccatum, in tertio verò ait omne esse peccatũ mortale. Quod si verum est, falsæ sunt 5. & 6 conclusiones nostræ de peccato venia li assertæ, quod profectò concedere enormis apparet error. Quis. n. mortale peccatum in vero iuramento & certo committi astruat, ob id solum quod non erat necessarium? Ad hoc ergo respon. vt bene Caiet. hoc loco speculatur, periurium vno modo dici simpliciter, & altero secundum quid. Et est dist. Bona. ad hoc propositum in 3. dist. 39. art. 1. q 1 Periurium n. simpliciter est id quod præcipuo potissimoque fini iuramenti aduersatur qui est veritatis confirmatio & attestatio: videlicet omne assertorium periuriũ quod sit contra mentem: si quotiens quis id iurat, quod putat esse falsum, aut si iurando promittit, quod tunc facere non intendit: vt in præsentiarum 2. nostra conclusione assertũ est. Huic enim periurio deest primus comes: nempè veritas, quæ illud constituit simpliciter periurium. Huic autem annexum est & illud quod in 3 conclusione subiecimus iuramento promissorio rei, quæ sine peccato mortali impleri non potest, quippe qđ in virtute etiam est iuramentum falsum: quandoquidem qui illud emisit, tenetur sub reatu peccati mortalis falsum reddere. Reliqua verò illicita iuramenta, tametsi suo gradu dicantur periuria, sortiuntur tamen hoc nomen secundum quid: quoniã non è regione fini iuramenti obseruãtur: qui est confirmare attestariq; veritatẽ, vt patet, si per singula discurras. Nam in promissorijs 5. conclusionis saluatur veritas, quæ finis est iuramenti in intentione iurãtis, sed quoniã ratione materiæ obligationes deinde resultãtes non ligant sub reatu mortali, fit vt neq; periuria ipsa sint mortalia. Atq; idem ijs accidit assertorijs; quæ hac 6. conclusione protulimus. Salua enim in illis fit veritas in intentione iurantis, sed quia aliunde contrahunt rationem culpæ non oportet semper esse mortalia. Hæc autem oculatius discernas, si vires duas iuramenti, quas q. præced. artic. 7. dignouimus mediteris: quarum prima est veritas assertoria, confirmatoria & testificatoria: quæ semper obligat sub mortali reatu, sed altera est obligatoria, quæ resultat ex iuramẽto promissoris & huius grauitas ex natura obiecti pensanda venit. Vnde conclusio D. Tho huius art. scilicet Periurium ex sui ratione est peccatum, si accipiatur vniuersaliter pro vniuersis indiuiduis, restringenda est ad periuria simpliciter in 2. & 3. conclusionibus expressa. Si verò vt sonat intelligatur solùm quantum ad genus, sicut si dicas furtum ex sui ratione est peccatũ mortale, non opus habet restrictione: sed nihilominus illa quæ in 5. & 6. conclusionibus allata sunt ratione materiæ excipiẽtur, vt non sint nisi venialia: sicuti furari obolum. Est nihilominus magnopere necessarius tertius comes nempè iudiciũ, & circunspectio iuramenti, quæ multa habet membra. Primò vt dicebamus, vt magna necessitas interueniat. Hæc autem necessitas inde primum iudicanda est quod sit res dubia: nam vbi res liquet, frustra iuratur, & idcirco improbè. Et præterea requiritur, vt id quod iuratur, sit dubium, non, aut iuris, aut scientiæ, quod alijs methodis, vtpo è vel auctoritate, vel ratione terminandum est, sed quod sit dubium facti, idque tale, vt alia via quàm per iuramentum innotescere nequeat. Mox, rei magnitudo æstimanda quoque est & pietas, vt videlicet digna sit cuius Deus sit in testem accersendus: nam pro re leui iurare, pro qua non modo regem, verùm neque virum honestum in testimonium euocares, citra diuinum contemptum fieri non potest. Sed de-

Argum.

Periurium simpliciter & secundũ qđ.

Vires duæ iuramẽti.

Sensus conclusionis D. Tho.

Necessitas iuri.

bet prætereà tum vſurpatio diuini nominis, tum & periculum peierandi, quòd à iuramento imminet, magnitudine neceſſitatis compenſari. Id quod tam ille qui iurat, quam alter à quo iurare cogitur, tenetur animaduertere. Immo efflagitat prætereà iurandi ratio, & vt forma certa, & ordine fiat in iudicio fori: ea nimirum religione quam ſecundum leges conſueuerunt iuramenta celebrari. Puta ſuper altari, tactis euangelijs & cruce, vel ſaltem in præſentia iudicis: conceſſo prius iuraturo inducijarum tempore, vt ſecum maturè deliberet, quid eſt quod iuret. Quocirca iuramenta, quæ vocantur libera, hoc eſt, quę priuatim extra iudicium fiunt, perquàm rariſſimè excuſari poſſunt à culpa, ſaltem veniali ex defectu neceſſitatis. Exemplo nobis ſit Paul ad Roman. 1. vt diſcamus, quàm circunſpectè quantaq; cum reuerentia ſit nobis diuinum nomen per iuramentum nominandum. Iurauit primo in ſcriptis, quia non ita de calamo, vt de lingua quidpiam poteſt inconſultum decidere, & de re prætereà, tum occultiſſima, tum etiam neceſſaria, ad conciliandos ſibi Romanorum animos. Teſtis mihi eſt Deus. Ecquis verò Deus? cui ſeruio, non vtcunque, ſed in ſpiritu meo, in Euangelio filij eius, quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio, &cęt. Poſt hæc tandem de peſtifera iurandi conſuetudine adhibenda eſt poſtrema concluſio. Recitat namque Sco in 3 diſt. 39. neſcio quorum opinionem, quod vnum leue periurium non eſt mortale: ſed tunc fit idem mortale dum fit ex conſuetudine atque alia eſt recentior quorum domi aſſertio vſque adeo diuini nominis honorem zelantium peſſimamque ſubinde iurandi conſuetudinem eatenus vituperantium, vt dicant omne iuramentum ſiue verum ſiue falſum quod ex mala conſuetudine fit, eſſe peccatum mortale: quia ſi fiat inquiunt ex conſuetudine, non poteſt habere tertium comitem qui eſt iudicium, atque adeo tunc iuratur incertum pro certo. Quocirca etiam ſi verum iuretur illud accidit materialiter & præter intentionem iurantis, vt pote qui eodem modo id ipſum iurarent licet eſſet falſum. Nam qui ex conſuetudine iurat, quicquid in buccam venerit ſub iuramento profert. Ad intellectum ergo rei præſentis ſtatuitur ſeptima concluſio: Conſuetudo licet cauſſa ſit iurandi, magnumque ſecum afferat peierandi periculum, tamen neq; ipſa per ſe peccatum eſt, neque ſpeciē mutat iuramenti, neq; aliter aggrauat, q̃ tollendo aliquem trium comitum. Ad huius autem concluſionis explicationem notandum eſt conſuetudinem in quacunq; materia non eſſe niſi actionum frequentationem, ex qua ſecundum Philo. 2. Eth generatur habitus. Patet ergo prima concluſionis particula. Nam habitus ille ex actuū frequentia genitus cauſſa eſt iterum, atq; iterum iurandi: ſi quidem habitus quicunque generat ſimiles illis actus ex quib. genitus eſt. Illa autem iurandi facilitas, vt ar. 2. ex Aug contra Menda. retulimus, ſecum affert periculum deierandi: nam anteuertit rationis vſum, vt ante homo iuret quā adhibeat veritatis iudicium. At verò cum frequentatio actuum non ſit diſtincta ab ipſis actibus, non eſt per ſe peccatum vltra numerum multiplicatarum actionū. Sed ſi decies vanè iuraſti, decem præciſè commiſiſti peccata, vel mortalia, vel venialia, ſecundum abſentiam comitis, qui deeſt iuramento. Hoc eſt ſi fuerint falſa aut iniqua de re, quæ ſine mortali impleri nō poteſt, erunt mortalia. Si autem leuia ex defectu iudicij & diſcretionis, erunt venialia. Quocirca conſuetudo vt concluſio affirmat ſpeciem iuramenti, nec mutat, nec aggrauat: niſi quatenus comitem aliquem tollit. Vnde vt ad opinionem quam Scot. refert reſpondeamus. Si periurium fuerit leue & veniale, videlicet eorum quæ in 5. & 6. concluſione deſignauimus, quantumcunque fiat ex habitu & conſuetudine nō efficitur mortale. Et eodem modo reſpondetur ad opin. ſecundo loco recitatam, immo ſi iuramentum ſit quod per ſe eſſet licitum, propterea a quod ex conſuetudine iurandi fiat, nullam contrahit culpam neque venialem neque hoc in dubium cadere poteſt: ſolus enim defectus alicuius trium comitum facit iuramentum eſſe peccatum. Sed aiūt fortè iſti idem eſſe iuramentū fieri ex conſuetudine, & fieri ſine iudicio: videlicet vt iuretur aut falſum pro vero, aut incertum pro certo. Illis an ē reſpondemus primò falſum eſſe quod aſſumunt: nam in primis non conuertuntur. Poteſt. n. defectus iudicij contingere, non ex mala conſuetudine: ſed aliunde videlicet, quia homo valde affectus eſt ad id qđ

Forma & ordo.

Iuramēta libera.

Paul. ad Rom.

De peſtifera iurādi conſuetudine.

Septima concluſio.

iurat,

iurat, vel ex ira, vel aliam ob causam. Præterea, stat quempiam ex consuetudine iurare, & nihilominus non peccare defectu iudicij. Nam iurare ex consuetudine est iurare instigante consuetudine, sed nihilominus res potest esse tam peruiæ veritatis, vt nulla sit opus mora iudicandi. Et ideo tunc iuratio nullum erit peccatum. Deinde quia potest cõtingere in illo motus surreptitius, qui sic naturaliter lingã rapiat, vt culpam, vel omnino tollat, vel venialem reddat. Adde quod vt supra mõstrauimus non quæcunque negligẽtia iudicandi peccatum mortale est. Ad hæc stat etiam quẽpiam (licet rarò contingat) iuramentis esse assertum, qui tamen suopte ingenio non est mendax, immo abhorret mendacia: illum ergo sic condemnare, vt quotiescunq; iuret, siue verè siue falsè, mortaliter delinquat, enormis profectò esset censura. At forsasse aliud hic quis commẽtum singat quod à nonnullis comminisci audiui, nempe eum qui consuetudinem habet intemeratam iurandi in statu esse peccati: Hoc autem multo minus intelligo. Status enim peccati non censetur, nisi vbi vel te non penituit elapsi criminis: vel animum habes delinquendi, vel occasionem non amoues vt si non domo depellas amicam, aut si artem exerces (vt campsoriam) quæ ansas ingenio suo & natura peccandi offert: vbi verò hæc absint, neque peccatum supereſt, neque subinde status peccati. Igitur quantumuis sit homo malè iurandi consuetudini addictus quamprimum mentem mutauerit, & occasiones fuerè proposuerit, puta familiaritatem cum illo qui caussa ei erat iurandi, vel alias quaslibet, in nullo remanet statu peccati. Nam habitus per cessationem ab actu extenuabitur ac tandem delebitur. Hæc dicta sint, non quod prodigiosam nefandissimamq; iurandi consuetudinem excusare velimus: sed vt illis occurremus, qui plus nimio eam inculpãtes, culpam perscrutantur vbi culpa non est. Satis est enim quod eiusmodi consuetudo tam præsentaneum afferat deierandi periculum, vt sit seu virulentissima pestis exterminanda. Vix enim iam reperies qui citra iuramentũ minimam orationem vel inire, vel concludere sciant: quippe cum ceu orationis ornamentum & sustentaculum sit iuramentum insingulis verbis vsurpãt. Vnde quanta emphasi Aug. in serm. citato verba illa Iacobi præponderet: Ante omnia nolite iurare. Ante omnia, inquit, vt attendatis prę cęteris vigiletisque, ne subrebat consuetudo iurandi, tãquam in specula ita te posuit contra te, ante omnia leuauit te super cætera, vnde te attendas. Et infra noles vt diceret tibi ante omnia, vt omnia tua inspiceres omnes motus linguæ tuæ diligentissimè custodires, essesque custos maiæ consuetudinis tuæ. Ad eam constringendam audi ante omnia, quid est ante omnia? Ante omnia vigila, ante omnia intentus esto: Hæc ille, at numero prętringi nequeunt, quæ passim à sanctis patribus aduersus istam terrimam veternosissimamque ac perinde mortiferam iurandi consuetudinem dicta sunt.

Consuetudo iurãdi non est status peccati.

Aduersus iurãdi cõsuetudinẽ.

Primum arg. S. Tho est, quod q. præcc. art. 7. contra Panor. tractauimus. ait enim Cælestinus Papa c. verum, extra de iureiu. Romanos Pontifices arbitratos fuisse à iuramentis coactis iurãtes absoluere. subdit autem, quod vt agatur consultius, & auferatur materia deierandi, non eis ita expresè dicatur, vt iuramenta non seruẽt, scilicet antequam relaxentur: sed si non attenderint, non ob hoc sunt tanquam pro mortali crimine puniendi, vbi videtur affirmari huiusmodi periuria coacta non esse mortalia, vt ait Pan. super c. si verò, eod. tit. Respõdet tamẽ S. Th. quod coactio non auferit à iuramẽto ꝓmissorio vim obligãdi, & ideo qui non implet, mortale periurium incurrit, potest tamẽ ille auctoritate sũmi Pontificis ab obligatione absolui. Quod autem subditur, non esse tãquã pro mortali crimine puniendos, non ideò dicitur quod mortali er non peccent, sed quod pœna ecclesiastica mitint infligitur. Secũdũ arg est propter periuriũ iure incurritur infamia, vt habetur 6. q. 1. can. infames: non aũt propter quodlibet assertoriũ periuriũ infamia vr incurrit: ergo non omne huiusmodi periurium est mortale. Argm hoc ideo D. Tho. attulit vt modũ quo per periuria infamia contrahitur declararet, quẽ nos q. præced. ar. 10. explicuimus. Periurus enim nisi duabus cõditionib. adiũctis nõ fit iure infamis scilicet & ꝙ solẽniter iurando peierauerit, & quod postea in foro iudiciali sit deperiurio publicè cõdemnatus, vt sit à testimonio ferendo repudiandus. At verò non sequitur ꝙ si assertoriũ periuriũ, propterea quod tunc non sit ante sententiam diffini-

Primũ arg. S. Tho.

Secũdũ argu. de infamia periurij.

tiuam infame, non ſit peccatum mortale. Quoniam peccata mortalia non afferunt infamiam, niſi in iudicio traducantur & condemnentur. Imò hæreticus quoadusq; ſit de hæreſi condemnatus, non habetur iure infamis. Habet tamen periurium promiſſorium non nihil amplius culpæ ſuprà aſſertorium. Nam qui aſſertoriè peierauit poſt factum iuramentum non habet poteſtatem faciendi quod non fuerit falſum. Qui autem ſolenniter iurando quidpiam promiſit, propterea ſi id non implet maiorem incurrit infamiam, quod poſt iuramentum factum tempus habuit implendi. Tertiũ arguitur inquirendo an iocus vel inaduertentia, vel aliud quidpiam culpam diluere valeat periurij: iurare enim per Deũ vt q. præced. articu. 10. ex Chryſoſtomo retulimus homil. 44. ſuper Matthæum, grauius eſt, quàm iurare per euangelia: ſed iurare priuatim per Deum falsè, nõ ſemper eſt mortale, puta cum vel ioco vel lapſu linguæ fit, ergo non omne periurium eſt peccatum mortale. Ad hoc autem D. Thom. quinq; reſpondet. Primum quod ioco peierare, cum diuina irreuerentia non euitetur, nõ excuſatur à mortali. Secundum quod ſi ille qui lapſu linguæ falſam iurat, aduertat ſe falſum iurare, ſicut non excuſatur à Dei contemptu, ita neque à mortali. Tertium: Si autem hic non aduertat, videtur non habere peierandi intẽtionem: & ideò à crimine periurij excuſatur. Quartum eſt quod etſi de ſe vt q. præce. diximus grauius ſit iurare per Deum quam per euangelia, tamen ſolẽniter iurare per euangelia grauius eſſe poteſt, quam priuatim iurare per Deum: tum propter ſcandalum, tũ etiam propter maiorem deliberationem, quæ tunc adhibetur. Quintum eſt quod omnibus hinc inde penſatis nempè, vt æquale ſit ſcandalum & deliberatio, grauius eſt peierare per Deum quàm per euãgelia. Hæc omnia perſpicua ſunt. Secunda tamen cõcluſio ſane intelligenda eſt, ſcilicet quod qui lapſu linguæ peierat, ſi id aduertat, peccat mortaliter. Intelligitur enim ſi aduertentia ſit ſatis deliberata. Nam ſi eſt motus ſurreptitius, adeò vt ſit ſubita deliberatio, non autem plena poterit eſſe veniale, ſcilicet ſi tempus non ſuppetebat ad plenè deliberandum. Nam ſi mala conſuetudo fuit in cauſſa non plenè deliberandi non ſemper excuſabitur à mortali. Et pariter moderanda eſt tertia concluſio, ſcilicet, qr vbi non eſt aduertentia nullum eſt peccatum. Intelligitur enim de ſurreptitio motu naturali, vbi non fuit tempus aduertendi. Nam ſi aliqua negligentia præceſſit etiam ſine aduertentia potuit emergere culpa. Vnum autem hic adnotauit Caieta. quod vel non intelligo, vel adduci nõ poſſum, vt credam: Ait enim quod ſi quis propter continuam conſuetudinem tam verè quàm falſo in communi locutione iurandi non aduertit, non excuſatur à mortali. Ex quibus verbis illi, quos ſuprà commemorabam eliciunt quod etiam iurare verum ex conſuetudine ſit mortale, & ratio eſt, vt ait Caietan. quod inaduertentia, vt excuſet per iurium debet eſſe cauſſa ipſius, ita vt ſi ille aduerteret non peieraret. In illis autem qui iuramentis aſſueti ſunt, inaduertentia non eſt cauſſa periurij, quia etiam ſi aduerterent nihilominus peierarent, ſed eſt ignorantia concomitans, quæ non excuſat. Quod autem hoc non ſit credibile, patet. Nam primum hæc poſtrema ſuppoſitio falſa eſt. Enimuerò etiam ſi crebrimè quis peieret, fortè nunc ſi aduerteret, non peieraret: & ideo inaduertentia cauſſa fuit periurij. Præterea iſtæ conditionales nullius ſunt meriti, vel demeriti, ſcilicet ſi aduerteret nõ peccaret, aut nihilominus peccaret. Quamuis enim conditionalis hæc vera eſſet, ſi inimicum haberem præſentem, illum occiderem, in nulla propterea ego ſum culpa, ſed actus voluntatis quam nunc habeo æſtimandus eſt, qualis ſit. Et ideo quicquid contingeret, ſi homo aduerteret, nihilominus inaduertentia poſtquam tollit voluntarium, tollit peccatum. Hæc autem verùm eſt, quòd ſi conſuetudo me præcipitauit, vt non aduerterem illa præcipitatio & indiligentia potuit eſſe peccatum, & fortè tanta potuit eſſe negligentia, vt eſſet mortale, vt ſupra dictum eſt.

Tertiũ argum.

Caiet.

Contra Caiet.

Expoſitio.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm liceat iuramentum ab eo petere qui peieraturus eſt.

POſtquam de peierante viſum eſt, ſequitur vt illius crimen exploremus, qui iuramentum à peieraturo expoſtulat. Et reſpondet Diuus Thom duabus

ſup-

ſuppoſitis diſtinctionibus per tres concluſiones. Prior diſtinctio eſt, ex parte illius qui iuramentum exigit. Aut enim pro ſeipſo priuatim ſua ſponte iuramentum exigit, aut tanquam publicus iudex ex neceſſitate officij ab alio implorati ſi priuatim quidem aut probabilibus coniecturis ſcit alium mẽdaciter iuraturum, aut neſcit. De illo ergo, qui neſcit ſtatuitur prima cõcluſio. Nullum eſt peccatum ab eo iuramentum petere, quem neſcis falſum iuraturũ tametſi humana ſit tentatio: quia. ſ. ex quadam infirmitate procedit, qua homo dubitat alium citra iuramentum verum dicturum. Et hoc eſt quod ait Chriſtus Matt. 5. Quod amplius eſt, à malo eſt. Hoc eſt ab illa dubietatis plaga per quam originalem culpam contraximus, vt de aliorum veracitate dubitemus. Secunda concluſio. Exigere ab eo priuatim iuramentum, quẽ ſcis mendaciter iuraturum peccatum eſt mortale. Nam vt ait Augu. in ſermo de verbis Iacobi, licet peierans de ſuo periurio ſe interimat, tamen cogens ad iurandum manum interficientis impreſſi: & ideo homicida eſt, hoc eſt animam occidit proximi. Tertia concluſio: Publico iudici nullum eſt peccatum iuramentum ab eo exigere, quem ſcit falſum iuraturum, ſi tamen id faciat ab alio requiſitus: quoniam iudex tũc non eſt qui iurantem cogit, ſed alius qui publicum eius officium implorat. Primæ duæ concluſiones ſunt Auguſt. in ſermo. illo 28. citato de verbis Iacobi: & referuntur 22. quæſt quinta canon. qui exigit. Et quidem primam paulò differentibus verbis aſtruit, quam hic D. Tho. Verba ſiquidem eius ſunt. Si quis neſciens alium peieraturum iuramẽtum exigit, vt fides ei fiat, non audeo dicere non eſſe peccatum: tamen humana tentatio eſt. Nihilominus bene D. Thom. & doctores affirmant non eſſe peccatum, ſi tamen cauſſa iurandi interceſſerit; quia re graui dubitare de alterius veracitate, nulla eſt culpa, ſed infirmitas humana. Augu. autem ideo non audet negare eſſe peccatum, quia arbitratur celeberrimè fieri ſine neceſſitate: nempè vel in re parui momenti, vel vbi alter eſt ſatis fidei dignus: in quibus caſibus vix ſine culpa exigitur iuramentum. Secundæ autem concluſionis ratio eſt, quod neminem licet ad malum inducere. Nam auctore ad Rom. Paulo, non ſolum malefactores digni ſunt morte, verùm & illi qui conſentiunt facientibus, ac multò perinde magis qui illos inducunt. Ille autem qui ſciens alium peieraturum, cogit vt iuret illum ad malum inducit. Contra hanc autem concluſionem eiuſque probationem arguitur. Si quis à fœneratore parato ſub vſurarum vinculo mutuare, mutuum petat, quamuis ſciat illum delictum commiſſurum nullatenus peccat, & D. Tho. 2. 2. q. 78. articu. quarto confitetur: ergo neq; ille ſcit alterum peieraturum ire. Secundo exigitur iuramẽtum ab infideli, etiam ſi ſcias illum per falſos deos iuraturum, vt ad Publicolam ait Aug. quem hic ad hoc propoſitum D. Tho. citat, & tamen iurare per falſos deos peccatum eſt, idemque ſit ſupra diximus grauius quàm iurare falſum per Deum verum: ergo fortiori ratione petere iuramentum ab eo, qui ſcitur mendaciũ iuraturus erit peccatum. Nam ſicut quis petendo ab infideli iuramento ſuo vtitur iure, ita & qui ab illo petit, qui paratus eſt mendacium iurare, ipſe enim ſibi viderit quomodo iurat. Ad iſtorum intelligentiã hæc præfigẽda eſt certiſſima regula, quòd nemini licet quempiam ad malum inducere, licet tamẽ alterius delicto in bonum vti: Aſſertio eſt D. Tho. in ſolutione quarti. Ob idque quamuis liceat eius iuramentum recipere qui per falſos deos iurare paratus eſt: ſicuti mutuum ab vſurario petere, neutrum tamen fas eſt inducere ad illud malum. Sed rogas quomodo cognoſcam an inducam; vel tantum vter? Arguitur enim ſic, quamuis infidelis paratus ſit iurare per falſos deos: hoc tamen iuramentum modo non faceret, niſi ego exigerem: ergo ad hanc actionem in indiuiduo ego eum induco. Ad hoc reſpondetur quòd ille qui vtens iure ſuo ab altero id petit quod poteſt bene facere, ſi ipſe peieratus eſt id ipſum malefacere non inducit illum. Exempli gratia, qui petit ab vſurario mutuum, quia vtendo iure ſuo petit id quod licitè alter poteſt facere, ſcilicet illud gratis mutuo dare, non cenſetur illum inducere: induceret autem ſi ipſe nullatenus vellet vſuras dare, quia cognoſcit eſſe peccatum, & alter eum ad id inſtigaret. Pari modo qui ab infideli petit iuſiiurandum, ſolum vtitur iure ſuo, petendo vt fidem contractus confirmet, quod ipſe poſſet facere Chriſtianè iuran-

Prima conclu.

Secũda conclu-ſio.

Tertia conclu.

Regula.

Quæſt.

do. Quare vt Aug. ait ad Publicolam non
Auguſt. eum inducit ad malum, ſed vtitur eius ma
Optima lo quod ipſe ſua ſponte fecit, nempè fide
interro- contractus per impium iuramentum con
gatio. firmata. Sed rogas cur non idem vſu venit dum ego peto iuramentum ab eo quem ſcio falsè iuramentum, nam pariter dicas te vti iure tuo, & tantum peccatū, imò ma ius eſt iurare verum per falſos deos quàm falſum per verum. Auguſt. eodem loco ad Publicolam reſpondet, cuius reſponſum citat hic D. Tho. in ſolutione quarti. Quoniam in iuramento il ius qui verum per falſos deos iurat, eſt aliquod bonum quo ille vtitur qui iuramentum petit, nempè fides quæ in contractibus eſt neceſſaria: in iuramento autem illius qui falſum iurat, neq; hoc exiſtit bonū neq; aliud quo qui
Argu. iuramentum petit vtatur. Et ideo deeſt ius petendi incaſſum, quæ ſubinde petitur: & ideo qui petit reputatur alium inducere. Contra hoc autem arguitur. Sequeretur quod quamuis ille qui petit non ſciret alterum mendaciter iuraturum, ſed id dubitaret aut ſuſpicaretur, non liceret idem iuramentum exigere, quia exponeret ſe periculo præcipitandi alterum in crimē. Reſpondetur quòd non quæcunque dubietas vel ſuſpicio quæ eſt tenuis aſſenſus, neque opinio quæ eſt formidoloſus, ſufficit adimere ius petendi: aliàs vix vnquam iuramentum liceret petere: ſed probabiliſſima coniectura quæ intellectum vincat, vt humano more, credat. Nam hoc quod forte illi rectè iurabit, eſt ius aliquod in alterio vt petat.

Primū argum. Primum ergo argumentum D. Tho. ſe queretur quod nemini liceret, iuramentum ab alio petere. Nam vel ſcit illum verum iuraturum, vel falſum: ſi verum, pro nihilo & in vanum onus iurandi illi iniungit: ſi verò falſum, non licet: vt dictum eſt. Reſpondet quòd obiectio hæc præcedit quando pro ſe quiſquè exigit iuramentū qui quidem neutrius partis ſcientiam habet, aut fidem, ſed vel credit verum iuraturum, vel re vera dubitat, & tunc ad maiorem certitudinem id petit. Iudex autem, vt tertia concluſione aſſertum eſt, etiam ſi
Secun- ſciat alterum fore periurium poteſt ab eo
dū arg. iuramentum exigere. Secundum argumētum diſtinguit inter recipere ſimpliciter iuramētum, ſicut recipit ſacerdos, vel alia tertia perſona inter partes, & iniungere ſeu cogere ad iurandum, quod plus eſt. Ait ergo recipere iuramentum citra coactionem, non videtur eſſe licitum, præcipuè dum fit periurium, quia videtur recipiens conſentire alterius peccato: ergo multo minus licet exigere. Reſponſio eſt Aug. ad Publicolam, qui ait; Quamuis dictum ſit non iuremus, nunquam tamen me in ſcripturis ſanctis legiſſe memini, ne ab aliquo iurationem accipiamus. Vnde Argu. colligitur, quod iurationem recipere non eſt peccatum nec conſentire alieno peccato, ſed cogere dum timetur periurium. Sed contra ſi quis vult ſe occidere, miniſtrare illi gladium eſt peccatum: ergo periurium ab illo recipere, quia ſuapte ſponte vult peierare. Negatur conſequentia, quia recipere iuramentum, neque eſt miniſtrare arma neque aliquo modo cogere: ſed quaſi paſſiuè ſe habere. Verum eſt quod lege communi charitatis & correctionis fraternæ deberet ille admoneri, ne peieraret, ſi ſperaretur correctione faceret. Ad cuius Tertiū explicationem adhibetur tertium argu- arg. mentum ex illo Leu. 5. Si peieraauerit anima & audierit vocem iurantis falſum, teſtiſque fuerit quod ipſe vidit aut conſcius eſt, niſi indicauerit, portabit iniquitatem. Ex quo videtur conſequens quod quicunque ſcierit tenetur alterum corripere & cohibere ne peieret: atque adeo tunc neque licet exigere, neque vero recipere iuramē- Auguſt. tum. Reſponſio autem colligitur ex Aug. ſuper eodem loco, vbi ait, quòd cum Moſes non expreſſerit cui ſit periurium iudicandum, neq; verò ordinem, recurrēdum eſt ad legem communem correctionis fraternæ: Nam vt eſt Iuriſconſultorum axioma, caſus omiſſus lege communi cenſendus eſt. Et ideo debet per ordinem correctionis fraternæ procedi, ſicut in alijs peccatis ſecretis, admonendo delinquentem ac tandem ſi opus fuerit reuelando ijs qui prodeſſe poſſunt & non obeſſe. Sed hoc non obe ſtijs quæ dicta ſunt.

QVÆ-

QVÆSTIO III.

DE ADIVRATIONE.

S.Thom.2.2. quæst.90.

ARTICVLVS I.

Vtrùm liceat hominem adiurare.

IVrationi annexa est adiuratio, atque adeo post illius tractatum congruit, vt quæstio hæc subtexatur. Quæritur ergo D. Thom. hic tres articulos, tametsi quatuor sint rerum genera: quas in vsu & more est adiurare, quæ sunt Deus, homines, dæmones, ac res denique irrationales. De Deo ergo ac de homine respondet in hoc primo articulo quinque conclusionibus. Prima est, Adiurare est aliquem vel superiorem nobis, vel inferiorem per diuinam aliquam obtestationem ad aliquid agẽdum ordinare. Quam vtiq; definitionem probat ex ordine adiurationis ad iuramẽtum promissorium. Potest enim quisque & seipsum & superiorẽ se atque se inferiorem ad aliquid agendũ ordinare & destinare, se autem ipsum per iuramentum, hoc est per reuerentiam diuini nominis quisque destinat & obligat ad id faciendum quod promittit. Dum ergo alium per aliquod sacrum addicit ad aliquid agendum, siue deprecãdo, si est superior, siue imperando, si est sibi inferior, tunc dicitur illum adiurare. Secunda conclusio. Differẽtia est inter iuramentũ, quo quis se obligat, & adiurationem, qua alios ad aliquid mouet & excitat. Est enim homo suarum actionum dominus, non tamẽ eorum quæ sunt ab alio agenda, nisi sibi sit subditus: ob idque sibiipsi potest per iuramentum necessitatem imponere, non aũt alijs præterquam sibi subiectis. Tertia conclusio: si quis per inuocationem diuini nominis vel cuiusque rei sacræ illi, qui sibi nõ subditur necessitatem quidpiam agẽdi imponere intentant, sicut sibi ipsi imponit iurando, eiusmodi adiuratio illicita est. Sanè cum fit iniuriosa vsurpatio potestatis quã in alium non habet. Quarta cõclusio: Cuicunque superiori licitum est, dum ratio necessitatem affert, sibi subditos in materia licita & honesta tali genere adiurationis constringere. Quinta conclusio: Licitum est cuicunque quoslibet alios, siue sibi superiores, siue inferiores citra necessitatis impositionem per reuerentiam diuini nominis vel alicuius rei sacræ ad aliquid agendum adducere. Et dum ait D. Thom. hoc licere respectu quorumlibet, Deum etiam comprehendit quem adiurare possumus. Quare in argumento duo protulit contra quæstionem exempla. Alterum, quòd Deũ ipsum per aliqua sacra obtestãtes obsecramus. Alterum Apostoli ad Roman. 12. vbi per Dei misericordiam obsecrat fideles. Quæ quidem obsecrationes quædam sunt adiurationis formę.

Prima conclu.

Secũda conclu.

Tertia conclu.

Quarta conclu.

Quinta conclu.

Adiurare, si vim præpositionis, quæ argumentatiua est, consideres, idem est quod valde iurare, & potissimum per execrationem, cum quis negãs se aliquid fecisse, ait: Dispeream, si hoc feci. Vnde apud Teren. in Hecy Sanctè adiurat nõ posse apud vos Pamphilum se absente perdurare. Impræsentiarum autem idem est, quod iurando quempiam ad opus aliquod appellere & inducere: sicuti abiurare, idem est quod aliquem iuramento abigere & repellere. Quemadmodum in baptismo abiuramus dæmones, illis eorumque pompis abrenũciantes; & hæretici dum conuertuntur, hęresim abiurant. Est ergo Latine adiuro, idem quod Græcè ἐξορκίζων, vnde exorcismus, idem est quod adiuratio. Et quamuis frequentius vsurpetur pro adiuratione dæmonum, qui ab energuminis exorcismis propelluntur, latius tamẽ patet, vt modo dicebamus. Nam & Deum adiuramus & homines & irrationales bestiolas, & tempestates nobis nocentes. Adiuramus enim Deum, cùm per merita filij sui eum obsecramus. Quem quidem morem ecclesia in periodis omnium collectarum obseruat, cum in calce semper ponat per dominum nostrum Iesum Christum, &c. Et adiuramus Christum per suam crucem, perque suam passionem & resurrectionem; & miseri obsecrant per viscera Christi, per merita Deiparæ virginis. In summa, vt ait S. Thomas. Sicuti per iuramentum necessitati faciendi aliquid, nos ipsos adigimus, ita & adiuratione alios inducimus. Quo fit, vt sicut iuratio sic etiam adiuratio, dum legitima est, ad virtutem religionis pertineat:

Adiurare.

& dum eſt illicita, ſit etiam vitium religionis contrarium. Atqui idem eſt de abiuratione: coniuratio verò alium habet ſignificatum. eſt enim conſpiratio in aliquod facinus reipublicæ pernicioſum: ſic dicta, quia multi in eundem finem ſimul iurant, quãuis & pro vehemẽti adiuratione vſurpetur: coniurantur enim tempeſtates. Ter

Argu. tia tamen cõcluſio eſſe cuipiam ambigua poteſt, qua negatur licitum eſſe neceſſitatem per adiurationem imponere alicui non ſubdito. Nam dum quis ab aliquo iuramentum petit & recipit ſeruandi fidem contractus & pacti, nempè ab emptore ſoluendi pretium creditum, illum videtur ad iurando neceſſaria obligatione deuincire. Perinde omnino ac de Abraham Geneſ. 24. legitur, qui ſeruum iureiurãdo perſtrinxit, ſuppoſita fœmori manu, ne vxorem filio ſuo Iſaac de filiabus Chananæorum, ſed de terra cognationis ſuę acciperet. Qua propter nullum hac ratione diſcrimen eſt inter ſeruum, & alium, qui eſt liber & ſui iuris. Hoc argumentum ob id fecimus, vt penitus ratio adiurationis exprimeretur, quatenus à ſimplici iuratione differt haud enim negat concluſio, quin poſſit quiſque quamlibet iuramento conſtringere: nam à rege ipſo capitur iuſiurandum obligatorium, ſed de adiuratione fit in ea ſermo. Et enim differentia, quod cum iuramentum ab aliquo capitur, idem ipſe à quo capitur actione propria iurat, ſeipſum obligans, ſiue alterius, qui iuramentum recipit, ſeruus ſit, ſiue dominus. Adiuratio verò non actio eius eſt qui adiuratur, ſed adiurantis: vt ſi verbi gratia, ego quempiam prece & ſacrorum obteſtatione ad aliquid agendum moneam, ſicut Pontifex dixit Chriſto, Matth 26. Adiuro te per Deum viuũ, vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus: hoc enim non fuit iuramentum capere, ſed adiurare. Et Num. 5. aiebat lex zelotipiæ: Adiurabit mulierem ſacerdos, & dicet: ſi non dormiuit vir alienus & tecum, &c. Et 1. Reg. 14. adiurauit Saul populum dicens; Maledictus vir qui comederit panem vſq; ad veſperum donec vlciſcar de inimicis meis. Haud ergo adiuratio idem eſt quod iuratio. Vnde fit conſequens, quod qui contra adiurationem ſibi factam venit etiam ſi ſeruus ſit, neutiquam eſt periurus, quod re vera eſſet, ſi ipſe iuraſſet licet fiat criminis inobedientię reus. Quocirca ſi Abraham fecit, vt ſeruus ſuis verbis protuliſſet iuramentum per dominum cœli & terræ, non fuit adiuratio: ſed captio iuramenti, quod fecit ſeruus ſeipſum obligans. Magis tamen conſentaneum textui apparet, illa verba Abraham per modum adiurationis protuliſſe, dicens, Adiuro te per dominum Deum cęli & terrę, &c. Sic enim legitur: Pone manum tuam ſubter fœmur meum, vt adiurem te per dominum Deũ cæli & terræ, vt non accipias, &c. tametſi captio iuramenti nonnũquam adiuratio dicatur. Legitur namque Ioſue 2. Poſtquam exploratorum hoſpita illos iuramento deuinxit, vt ſe domumque ſeruarent ſuam, innoxij etimus à iuramento, hoc quo adiuraſti nos, &c. Poteſt ergo, vt quarta aſſeruit concluſio, dominus non ſolum iuramentũ à ſerno exigere, verùm & ipſum propriis verbis per Deum & ſacra adiurare. Et tũc ſeruus tenetur parere ex fide quam domino debet. Attamen per proprium iuramẽtum arctius quiſque conſtringitur, quàm per alterius adiurationem. Eſt tamen grauior culpa adiurato ſeruo, ſi non ſit obtemperans quàm ſi non fuiſſe adiuratus. Qua propter domini iure nequeunt ſine cauſſa legitima ſeruos imperãdo adiurare. Quin verò aliæ adiurationem, quæ fiunt ad ſuperiores, non debent ſine compe ẽti ratione fieri. eſt enim importunũ & religioni minus conſonum, dum quidam vigente neceſſitate, vt miſerum obolum extorqueant per Chriſti vulnera perque intemerata virginis viſcera, obuium quemlibet adiurare imò dum Deum obſecrantes adiuramus, debemus obſecrationis rei, quàm poſtulamus, admetiri, & non pro re, quæ minima pecunia æſtimatur, contremendas obſecrationes accumulare.

Primũ arg. S. Tho.

Primum argm̃ D. Tho. ſumitur ex Origene hom. 35. ſuper illud Matth 26. Adiuro te per Deum viuum &c. vbi ait, Æſtimo qm̃ non oportet, vt homo qui vult ſecũdũ Euangelium viuere, adiuret alterum. Si enim iurare non licet quantum ad Euangelium Chriſti mandatum neq; licet adiurare. Idque inde cõfirmatur, quod princeps ille Sacerdotũ Ieſum illicitè adiurauit per Deum viuum. Reſponſio tamen eſt Origenem id intelligere de adiuratione, qua quis alium non ſibi ſubditum cogendo ad iurat. Adiuratio aũt principis ſacerdotum iniqua ob id fuit, q̃ illo pacto voluit perſtringere

ſtringere Chriſtum, ac ſi eius eſſet legitimus princeps. Erat enim Iudæis frequentius adiurare ſubditos, quam iuramentum ab illis exigere: præcipuè quod princeps ille veritus fuit à Chriſto iuramentum exigere: timens ne ille facere renueret. Adiuratio tamen illa multis nominibus fuit abſurda. Primum, ex defectu poteſtatis: quoniam in proceſſu illo, quo Iudæi ad Chriſti necem tendebant, non poterant eum de crimine interrogare, quia non poterant interficere quemquam. Secundò, quia ſuperflua erat interrogatio, cum ſatis id per doctrinam & miracula Chriſti debuiſſent habere exploratum eum eſſe Chriſtum. Ad hæc adiuratio illa impura erat & nefanda, quia nolebant id à Chriſto audire, vt crederent, ſed vt anſam (vt fecerunt) inde nanciſcerentur adigendi eum in mortem. Quare Chriſtus neque paruit reſpondendo ſum, neque prorſus negauit cum reſponderit, Tu dixiſti.

Secũdũ argum. Secundum argumentum eodem pertinet, ſcilicet, quòd non licet adiuratione alium compellere, neceſſitatem illi imponendo præterquam ſubditum.

Tertio argumento diſcrimen tangit, quod nos ſupra inter adiurationem & captionem iuramenti declarauimus. Arguit enim, Adiurare eſt aliquem ad iurandum inducere: quod tantum poteſt dominus in ſeruum, vel creditor in debitorem, ergo non licet inferioribus ſuperiores adiurare.

Reſpondendo autem aſſumptum negat. Adiurare enim non eſt alium ad iurandum inducere, ſed obteſtatione ad aliquid prouocare. Et autem differentia inter adiurationem, qua ad hominem vtimur, & qua vtimur ad Deum. Cum enim hominem adiuramus, cõtendimus per ſacrorum reuerentiam eius animum emollire, & immutare. Cum autem Deum, qui omnino immutabilis eſt, obſecramus, non id intendimus; impium enim hoc eſſet, ſed contendimus aliquid ab eo obtinere, ſi modo per æternam eius voluntatem nobis deſtinauit concedere. Multa enim nobis, quæ ab æterno elargiri conſtituit, decreuit dare p noſtras obſecrationes & merita, quæ ſunt effectus gratiæ, atque adeo prædeſtinationis. Itaque licet nos ſine noſtris meritis & prædeſtinauerit, & per præuenientem gratiam vocauerit, tamen nos per eius adiutricem gratiam & noſtra opera, ac ſubinde p noſtras obſecrationes augmentum ſpiritualium chariſmatum promeremur; iuxta verbum Petri, Certam veſtram vocationem facite.

Diſcrimen inter adiurare Deum & adiurare hominem

ARTICVLVS IIII.

Vtrum liceat dæmones adiurare.

SVbſequitur, vt videamus an liceat adiurare dæmones? Ad quod D. Thom. ſuppoſita diſtinctione duabus concluſioni bus reſpondet. Diſtinctio ex ſuperioribus colligitur; Bifariam namque quempiam adiuramus, ſcilicet per modum deprecationis, ob reuerentiam rei ſacræ quempiam inducendo, & rurſus per modum compulſionis.

Prima ergo concluſio eſt; Neutiquam licet dæmones per modum deprecationis adiurare. Cuius ratio eſt, quia hoc genus quoddam eſt benenolentiæ & amicitiæ; quam erga dæmones nullatenus gerere fas eſt. Secundus autem modus ſubdiſtinguitur. Nam alium compellendo adiurare dupliciter accidit ſcilicet, aut tanquam hoſtem aut tanquam ſubditum. Præterea tanquam hoſtem aut ad illum repellendũ & propulſandum, ne nobis noceat, aut ad aliquid ab eis obtinendum, ſiue per doctrinam, ſiue per aliud quoduis auxilium. Prima concluſ.

Eſt ergo ſecunda concluſio quadrimẽbris; Dæmones per modum compulſionis adiurare poſſumus, non tamen tanquam nobis ſubditos idque ad ipſos repellendos non autem ad aliquid ab eis obtinendum, niſi forſan aliqua nobis affulſerit diuina inſpiratio, vt id faciamus. Ad huius autem concluſionis intellectum, ſpeculãdum eſt, dæmones in huius vitæ decurſu conſtitutos eſſe aduerſarios noſtros. Etenim vt poſt originalem culpam amiſſo fræno originalis iuſtitiæ, relicta nobis fuit rebellio carnis ad exercitium, ſic & poſt victoriam ſerpentis qua dæmones primos noſtros parentes ſuperarunt, permiſſum illis eſt, vt nos bello impugnent, nempè vt per hanc militiam, quę vt ait Iob, eſt vita hominis ſuper terram, ad triumphum ſempiternæ fœlicitatis promoueamur. Vnde Paulus ad Epheſ. ſexto. Induite vos inquit, aduerſus inſidias diaboli, &cęt. Sunt ergo dæmones in hac uita aduerſarij noſtri, tanquam leones (vt ait Petrus) in nos rugientes: Secũda concluſ

gientes: in futura vero erunt vt miniſtri iuſtitiæ Dei, vltores noſtrorum ſcelerum. Non tamen ſunt nobis tanquam ſerui ſubiecti, ſed Dei angelorumque diſpoſitioni ſubduntur, iuxta verbum Auguſt. 3. de Trinit. Spiritus deſertus regitur per ſpiritum iuſtum. Hac enim ratione & prouincijs & noſtrum ſingulis addicti diuinitus ſunt angeli in cuſtodiam ad hoc gerendum cū illis bellum. Patent ergo ſingulæ concluſionis particulæ. Poſſumus enim dæmones per virtutem diuini nominis a nobis propulſare, ne nobis vel ſpiritualiter, vel corporaliter noceant; hanc enim nobis poteſtatem Chriſtus reliquit. Vnde Luc. 10. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. In cuius virtute poteſtatis eccleſia exorciſmos inſtituit, ad expellendos dæmones ab obſeſſis corporibus. Imo vero idem redemptor de ijs, qui in ipſum crediturí erant, ait Marc vlt. In nomine meo dæmonia eijcient, &c. Hinc ergo ſequitur ſecunda particula, quod eos non poſſumus tanquam nobis ſubditos, nobiſque obtemperantes adiurare, ſed per vim arcere, ne nobis aduerſentur. Sequitur deinde tertia particula quod neque poſſumus eos vrgere, vt nos doceant, aliave vlla ratione inuenit: hoc enim eſſet nos erga illos tanquā erga amicos gerere. Niſi forſan diuinus inſtinctus ad id nos excitet, ſicut de D. Iacobo legitur qui dæmonem compulit: vt Hermogenē ad ſe adduceret.

Dubiū. Dæmonū ptās.

Eſt autem circa has concluſiones tantillum nobis immorādum, vt exactius exploremus: vtrum aliquid nobis cum dæmonibus commercium habere liceat? Ad cuius intellectum notādum eſt, quod dæmones, quia ſpirituales ſunt creaturæ, qui ideo in ſuis motibus a loco non pendent, ſed ſubitò ſe & alia mouere poſſunt, multa ſupra humanam facultatem in naturalibus effice re valent, vera tamen miracula nequaquam. Verum enim miraculum eſt, quod ſupra naturam fit: ſupra naturam vero nihil, niſi virtute Dei, qui vniuerſalis eſt naturæ dominus, fieri poteſt. Deus autem talem virtutem nunquam dæmonibus impertitur, vt Diuus Thom. de potentia. q. 6. art. 5. auctor eſt. Nam cum dæmonis voluntas ſemper ſit ad malum intenta, ſi Deus virtutem miraculorum illis donaret, teſtis fieret illorum prauitatis: quod abſurdum eſt concedere. Miraculum enim teſtimonium eſt diuinæ voluntatis. Quare 2. ad Theſſa. ait Paulus aduentum Antichriſti fore in omni virtute & ſignis & prodigijs mendacibus. Imo vero non ſolum hanc virtutem illis Deus non tribuit, verum neque eos tantum facere ſinit, quantum ſua natura poſſent. Itaq. ſicut angelis bonis minabilium virtutem ſupra ſuam naturam cōfert ita & malos arcet, ne totum faciant quod naturaliter valent, & vtrunque in bonū noſtrū. Vnde Aug. li. 3. de Trin. c. 9. Quod angeli, inquit, mali poſſent ſi permitteretur: ideo non pñt, quia non permittuntur. Et illa cohibitio, dſligatio dæmonū: permiſſio autē vt aliquid faciant, nuncupatur ſolutio, ſicut intentatione Iob ſoluta fuit dæmonis potentia, certis tñ limitibus ne tam acriter eum inuaderet, quam ſuis viribus nequiter poſſet. Et Apoc. 10. legitur, quod oportebit dæmonem ſolui modico tpe, nēpe ſub aduentu Antichriſti. Poteſtatem ergo dæmones in ijs potentijs, quæ nobis miracula cenſentur, trifariam exercent. Vno modo faciendo, vt res appareant quæ verę non extant, idq. permutationem organi phantaſiæ, commotioniſque ſpērum & fumigantium humorum capitis, ſicuti dormientibus vſu venit, & phreneticis, & mentecaptis, quib. per eiuſmodi eluſionem ſenſuum multa in aere apparent, quę nō ſunt. Quo pacto portenta illa, quæ Marcus Varro enarrat, interpretatur Aug. lib. 18 de ciuitate Dei, videlicet ſocios Vlyſſis ab illa famoſiſſima Circe conuerſos in beſtias, & Archades ſtagnum quoddam tranantes conuerſos in lupos, & Diomedis ſocios in aues, quæ aliquātulo poſt tempore ad eius ſepulchrum circumuolabant: Quemadmodum Aug. ipſe in Italia vidiſſe affirmat ſtabularias mulieres, quæ venenum in caſeo hominibus porrigentes in iumenta conuertebant: ſicuti Apuleius de ſe vel narrat, vel fingit. Ait inquam Aug. id ſopitis ſenſibus per internam eorum illuſionum apparuiſſe; quamuis ſi aues illæ circum ſepulchrum Diomedis volantes permanſerunt, aliundè erāt miniſterio dæmonum allatæ. Vnde Magi, qui hac arte vtuntur, præſtigiatores dicuntur: ſolent enim magnifica conuiuia inſtruere, menſasque epulis reficere, & miniſtrantium frequentia peromare, vt de noſtro Inacho a Mendoca ſertur,

Paulus.

Auguſt.

Trina dæmonum potentia.

Auguſt.

tur, quæ tamen tandem derepentè in carbones inq; alia id genus futilia euaneſcũt. Parimodo, & ludi, quos noſtri de paſſa paſſa vocant, preſtigie nuncupantur: vel quod oculorum aciem perſtringant, vel ab ſtyge, quod eſt tenebræ quaſi ſenſus obtenebrent, vt res cernere videantur, quæ non ſunt, tametſi non omnes illos Iuſores dæmonum ope cenſendi ſunt vti: alioqui non ita vulgo permitterentur: poſſunt enim manuum agilitate, & celeritate res fictas, ſeu veras oſtendere. Secundo modo id faciunt applicando naturalia actiua paſſiuis: ſicuti idem Aug. li. 3 de trinit. cap. 7. & 8. & lib. 3. quæſt. q 79 ait Magos Pharaonis conuertiſſe virgas in ſerpentes & ranas: afferendo, ſcilicet aliunde aliquid putrefactiuum, quod eas citiſſimè putreſceret faceret, atq; in illa animantia trãsformari. Nam ſcriptura Exod. 7 Magos faciſſe ſimiliter de ſuis virgis affirmat, ſicut Aaron de ſuis; quamuis Aaron virtute diuina perueram miraculum: Magi verò citra miraculum per artem & modum naturæ. At verò vt Deus oſtenderet quidquid creatura facit, etiam malus dæmon, à ſua ipſius ptãte pendere, & permiſit illos aliqua facere, & tandem adhibuit ne plura facerent. Qui enim virgas in ſerpentes & ranas & alia animantia conuerterant, tandem nequiuerunt eaſdem in ciniphes transformare. Quare confeſſi ipſi ſunt dicentes: Digitus Dei eſt hic. Accedit & in hanc cauſſam id quod maxime ad notandum eſt, nempè in herbis, lapidibus, & aquis, & reliquis naturalibus rebus, mirificas ineſſe virtutes hominibus quidem ignotas, quas dæmones cognoſcentes citiſſimo quidem motu afferre poſſunt, quocunq; velint, ad inſolentiſſimos effectus demonſtrandos. Nam profectò, vt lib. 21. de ciuitate Dei, cap. 4. auctor eſt Auguſ. qui primum magnetis virtutem trahentis ferrum agnouerit, non poteſt dum primum viderit, non illico in admirationem rapi: quod ipſe Augu ſibi vſu veniſſe fatetur, Subiungit autẽ c. 5 mirabilia multa naturalia, nẽpè apud Garamantes emanare fontem tam frigidum diebus, vt non bibatur: tam feruidũ noctibus, vt nõ tangatur. Et in Epyro aliũ in quo faces accenſæ extinguntur, & extinctæ accenduntur. Et Ariſt. in lib. de admirandis rebus, ait lapidẽ Modam in Tigri di nequibit, herbam q; chariſiam creſcere. iumontes Igero, quam ſi mulier portauerit, homines ad ſui amorem pelliciet. Et Plin. atq; alij mirabilia huius generis referunt. Iis ergo poſſunt homines ſupra hominum captu vti, vt miracula facere exiſtimentur. Quare Magi, ſi ad primum vocis ſignificatum attendas, ijdem ſunt qui ſapientes, videlicet rerum naturas perſcrutarentur. Sed quia à Zoroaſte Perſa Magorum principe cœptum eſt per aſtrorum ſpeculationem, quod eius nomen ſonat, de rerum euentibus iudicare, illam occaſionem nacti dæmones inſinuauerunt ſeſe ad plures euentus reuelandos. Et inde Magi cœperunt male audire eſſeq; infames, nempè quod non ſolum naturali cognitione, ſed dæmonum ope & adminiculo vterentur. Tertius ergo modus, quo dæmones miracula ſe mentiuntur facere, eſt quod intrantes aliena corpora, ſeu viua, ſed inanima, occulta & humana cognitione remota, loquuntur. Quocirca falſiſſima eſt opinio Hermetis Triſmegiſti, quem D. Auguſt. lib. 8 de ciuita. Dei refert. & Alexand. in lib. de magicis ſuſtẽtat, videlicet, quod omnia Magorum opera in cauſſas naturales reſoluunt ac potiſſimũ in aſtrorum concurſus. Quamobrem ſolent. Magi certis obſeruatis aſtris, certiſq; adeò temporum momentis, anullos ſtatuſq. aſtronomicas fabricare, quibus mirabiles virtutes tribuunt, à quibus anulis sũpta occaſione in anulis à maleficis ſpiritus familiares digito geſtari ſolent. Quod autem aſtrorum concurſus atq; influxus ad id non ſufficiant, patet. Nam quamuis ita ſit, quod ſydera per ſuas influentias his inferioribus dominentur: tamen multa faciunt Magi quæ per naturam impoſſibile eſt fieri. Faciunt enim ſtatuas moueri, atq; adeò loqui, & reſponſa dare, quæ niſi viuenti atque intellectum habenti cõgruere nequeunt. Vitam autem nulla res niſi ab alio viuente per generationem habere valet, vel Deo, qui dominus eſt naturæ id præſtante. Quapropter certum eſt, dæmones eaſdem aſtronomicas fabricas ingreſſos, illos exhibere motus & loquelas, ſicut in energuminis faciunt. Sifiter namque angelus bonus lingua aſinæ Balaam loquebatur. Sed rogas, nunqd nũ poſſet anima negotio demonis afferri, q̃ corpus reſumeret, informaretq; perinde at

Mirabiles rerũ naturalium virtutes.

Ariſtot. Magi ſapientes.

Tertius modus.

Herme. Alex.

de atq; in die iudicij? Reſpondetur in minimè fieri poſſe, eſt enim opus ſupranaturale, ob idq; inter vera miracula re cenſendum, quæ dæmon facere neutiquam poteſt: Quocirca hiſtoriam Saulis, quæ vt 1. Reg. 18 legitur per Phitoniſam fecit ſuſcitari Samuelem nequaquam ſic intellige re fas eſt, vt arte dæmonum fuerit verè ſuſcitatus: ſed vel quod Augu. ad Simplicianum ait, diſpenſatione Dei ſpiritus eius apparuit, vel etiam reuixit, vt verba hiſtoriæ ſonant. Et Eccleſ. 46. notatur vel fortaſſe, vt idem Aug. 21. de ciui auctor eſt quod refertur 26. quæſt. 5. cano. mirum arte magica inuocatus dæmon ſub forma Samuelis apparuit, ſæpiſſime nanq; ſe eſſe defunctorum animas mentiuntur. Atque ita intelligendum eſt, quod Clemen. libro primo, de Simone Mago refert, qui aiebat in hominibus à ſe interfectis, retineri ſua arte animas, erant enim planè dæmones. Ad aliquam ergo iſtarum trium cauſſarum, vniuerſi dæmonici effectus reducēdi ſunt. Vnde iaruatum (quas noſtri Bruxas appellant) maleficia in cauſam primam fere auctores referunt, ſcilicet quod ſomno ſopitæ manent in ſuis domibus, aut in extaſim raptæ, ſomniantes illa facere, quæ dæmones aſſumptis ex aere ſimilibus corporibus perpetrant: cui ſententiæ D. Aug. applaudit. At profecto adeò ſunt multa experimenta de hac re comperta, vt non eſſet vanum opinari nonnunquam rapi per aera motu dæmonum inuiſibiles factas, vt ipſæ Deum offendentes mala perpetrent. Nam compertum eſt dum illa mala faciunt abeſſe ſuis domibus, & electis quibus accubuerant. Hæc autem examinandi non datur hic locus: de quibus ergo ſatis. Secundò autem ad præſens attinens propoſitum adnotandum eſt dæmones in odia Dei quod primo actu conceperunt, adeò eſſe obſtinatos & obduratos, vt quidquid vel faciant vel meditentur ex alio odio dimanet: & ad Deum ipſum infeſtandum procedat. Quocirca (id quod conſideratè meditandum eſt) odia quæ in nos exercent, non in noſtrum tantum malum intēdunt: ſed vt Deum oſtendāt, & iniurijs perſequantur, eumque eo fine & propoſito fruſtrentur, quo nos creauit: videlicet ne gloria ſua nomenque amplificetur. Quapropter profeſſio noſtra eſt aduerſus illos tanquam aduerſus acerrimos hoſtes noſtros, perpetuum gerere bellum, quod ſuper fontem baptiſmi illis indicimus, nomina noſtra dantes in militiā Chriſti aduerſus illos, quos ideo abiuramus, renuntiantes illis omnibus pompis eorum, atque adeo ſanctiſſimè pollicitantes nullo nos vnquam eorum fauore, aut auxilio aut beneficio vti.

De laruis.

Odium dæmonum.

Ex his ergo colligitur concluſio prima, qua ad propoſitam quæſtionem reſpondetur, videlicet quòd nullum cum illis cōmercium inire poſſumus aut ſocietatem aut pactum, quod vllius ſit beneuolentiæ indicium: ſed ſemper debeamus illos, vt ſummos hoſtes tractare, etiam ſi vltrò nobis gratiſque aliquod beneficium offerāt, nihil à nobis exigentes. Idque non ſolum quia praua eorum voluntas nihil nobis niſi in malum noſtrum impendere poteſt, ſed etiam ſi in bonum noſtrum eſſet ſemper ſucceſſurum: quia hoſtes ſunt Dei, nullum eorum beneficiū acceptare poſſumus. Id quod apprimè notandum eſt. Nā illud aut petere aut ſuſcipere eſſet deſciſcere à fide Dei & ſeu transfugas in eorum militiam tranſmigrare. Atque hic maxime locum habet illud Chriſti, Qui mecum non eſt, contra me eſt: & qui mecum non colligit, & ſpargit. Nam & inter humanos reges lex eſt, vt miles qui aliquid ab hoſte receperit reus fiat fractæ fidei. Vnde Paul. 1. ad Cor. 10. Nolo vos ſocios fieri dæmoniorum. Ex quibus ſit conſequens vt neque ad expellendos alios dæmones neque ad illorum maleficia diſſoluenda & curanda licet alium dæmonem inuocare. Poteſt enim unus alium pellere, quia non ſunt omnes æqualis virtutis, ſed neq. hoc licet eò quòd aliquod eſſet beneficiū quod ab illis recipere non poſſumus. Huius autem dæmoniaci conſortij gradus exiſtunt alij alijs nequiores: nam eorum adoratio ſummum obtinet idololatriæ faſtigium. Enimuerò quamuis reliquas creaturas pro Dijs colere, vt homines & marmora ſacra immanis ſit idololatriæ impietas. indicibiliter ſceleſtior eſt dæmones colere, vtpote qui ſummum Dei odium in ipſum continenter exercent. Secundus paulòque inferior gradus eſt, aliquam amicitiam ſeu inter pares cum illis contrahere. Solent ſe enim inſinuare tanquam incubos, & ſuccubos, deinde quaſi conſultores in rebus, quæ ſunt hominibus clariſſimę, at-

Concl. prima.

Gradus diuerſi.

mæ, atque adeo ceu medici ad curandos corporum morbos. Neque vero in initio, quæ sua vafricies est, quidpiam ab hominibus vicissim reposcunt vt astutius eos in escare valeant. Sed & hæc tamen societas ad apostasiam pertinet, grauissimumq; adeo peccatum est. Tertius gradus est deinde remissior aliquid ab eis citra vllum amicitiæ indicium petere, vel illos ad aliquid inuocare etiam si securissimus sis, nulla te amicitia cum illis colligare, & pactus est cum illis aliquid paciscì etiam citra cultum vel adorationem, sed tanquam hosti dicere, affer mihi tale aut tale auxilium, & reddam tibi hoc. In summa omnis eiusmodi societas ob id peccatum est apostasiæ, quod cum hoste Dei contrahitur, & quasi cum rege alterius regni, quòd cœlesti aduersatur & cum tali hoste, qui nullas potest inducias habere belli, sed continenter absque vlla cessatione aduersus Deum & nos pugnat, quasi leo rugiens quærens quem deuoret. Secunda ergo conclusio in præsentiarum sit, quod possumus cum dæmonibus præcisè colloqui & conuersari tanquam cum hostibus idque dupliciter vel eos virtutes Dei expellēdo vt per exorcismos facimus, vel compellendo ad aliquod seruitium, vt Simon & Iudas dæmones compulerunt suam statuam confringere, & Iaco. alium, vt Hermogenem ad Ie adduceret

Primū argum. S. Tho.

Primum & tertium argumentum D. Thom. facillima sunt. Primum enim est Origenis auctoritas super Matth. loco supra citato, dicentis, non esse secundum potestatem datam à saluatore adiurare dæmonia, sed Iudaicum esse. Hoc autem intelligitur de adiuratione, quæ non fit virtute diuina ad dæmones compellendos: sed per modum beneuolentiæ vel deprecationis. Tertium vero est quòd adiutare aliquem videtur ad quandam societatem pertinere, quam nobis cum dæmonibus contrahere nefas est. Ait enim Paul. 1. ad Corinth. 10. Nolo vos socios fieri dæmoniorum. Argumentum autem hoc tantum conuincit quòd per modum beneuolentiæ, non possumus illos adiutare: possumus tamen per vim compulsionis. Secundum autem argumentum ampliorem

Tertiū argum.

Argumēta alia.

postulat sermonem. Cui vt alia nos duo adhibemus, arguitur sic: Cum energumenis à dæmonibus obsessis licet nobis colloquia conferere. Nam & exorcistæ & circunstantes multa illos interrogant. Immo exemplo Christi docemur id esse licitum: quippe qui Mar. 5. a dæmone scisscitatus est quodnam esset illi nomen, qui respondit, Legio. Quapropter D. Thom. quæst. 95. articul. 4. licitum esse autumat a dæmone sua sponte id offerente, propter aliorum vtilitatem, aliquid interrogare: hæc autem omnia speciem cuiusdam societatis præseferunt: ergo eiusmodi societas non est illicita. Secundo (quod est argum. D. Tho.) arguitur. Si licitum esset dæmones adiurare, licitum perinde esset necromanticis suis incantationibus dæmones inuocare, cum tamen de hoc male audiant sintque adeò iure prohibiti. Tertiò denique arguitur. Si non liceret dæmonum arte, eorumque reuelationibus vti, eo quod non licet cum illis habere commercium, sequeretur quod neque liceret ariolari per astra. Nam quam sæpissimè illuc se dæmones insinuāt ad reuelandum futura, & occultos euentus: & tamen non prorsus huiusmodi astrologi condemnantur, nec ab scholis proscribuntur. Primo argumento subnotantur exorcistæ, in quib. profecto multa sunt cauenda. Primum quod maxima ex parte neque diuina virtute, neque vero magica arte vtuntur, sed sunt meri impostores, vt ego ipse plurimorum sum oculatus testis: sæpè enim fingunt dæmonia inde eijcere, vbi nul ū est atq adeo plurimæ mulierculæ dæmonio obsideri mentiunt lucri cā: dicētes esse aias defunctorū quas infamant. Et ideo nisi aliquod interesserit dæmonij documentum quod sit efficax, nulla est eis habenda fides, nempè nisi dum lingua loquantur peregrina vel adeo immobiles existant, vt multis hominum viribus dimoueri loco nequeant. Præterea neque longa inire colloquia cum illis licitum est. Fateor equidem, vt ad argumentum respōdeam vnum aut alterum verbum interrogare non esse mortale, sed quędam venialis curiositas. Attamen lōgos sermones cū illis habere, præterquam quod ad quandā eorum societatem vrgere vī periculosum est. Nam dæmones cum honori nostro & famæ insidientur, si aliquam forte veritatē dicunt, non id faciunt nisi ad diffamandū aliquem vel defunctum vel viuum, & sæpè circunstantes. Vnde Chryso. super illud Mar. 1. vbi Dominus spiritui immūdo dixit

Respō. primi argumēti.

Chryso.

xit obmutesce, & exi ab homine. Saluti-ferum hoc, inquit, nobis dogma datur, ne credamus dæmonibus, quantumcunque denuntient veritatem. Quocirca ſuperſtitioſiſſimum neque vllo modo ferendum eſt, petere a dæmonibus ſignum in teſtimonium loci, vnde venit, aut quòd nunquam in hominem a quo expellitur reuertantur: eſt enim mendax & pater mendacij. Et ideo neque illi, neque ſuis ſignis & teſtimonijs vlla eſt adhibenda fides, ſed ſolum virtute Dei repellendi ſunt. Interrogari autem quidquam niſi a ſanctiſſimis viris non debent, vtpote qui a Deo obtinere poſſunt vt eos veritatem fateri compellant, ſicut fuſſi ſunt Chriſto vbi dixerunt eſſe legionem. Poſt remò hic animaduertendum eſt quod quamuis exorciſmus ſanctæ res ſint, & a Chriſto vſque & apoſtolis originem ducant, non tamen tam crebrò ſperandi ſunt eorum effectus quam tempore naſcentis adoleſcentiſque eccleſiæ.

Nota de exorciſmis.

Nam cum expulſio dæmonum per eccleſiæ miniſtros teſtimonium ſit fidei, fit vt tunc temporis quando opus erat fidem per miracula ſtabilire, frequentius eiuſmodi miracula ederentur. Modo autem firmato iam religione, non ita crebro contingunt: neque adeo tamē exorciſmorum religio contemnenda eſt. Circa ſecundum

Varia Magorum nomina.

argumentum meditanda ſunt varia Magorum nomina, quæ tam iure can. 26. q. 5. quam iure ciuili. C. de maleficis & mathematicis, atque alibi ſæpè denotantur. Sunt enim Necromantici ſic dicti, quod in defunctorum cadaueribus ſecreta rimantur, νέκρον enim idem eſt quod cadauer, & μαντία diuinatio: vel ideo quod per artē Magicam mortuos ſuſcitare ſe autumnāt. Hydromantici verò qui per aquæ inſpectionem diuinant. Sicut & Chiromantici de manuum lineamentis de moribus hominum iudicant. Iam verò Necromantici per Antonomaſiam dicuntur, qui circulos faciunt & celeſtes plagas captant ad inuocandum dæmones. Hi autem omnes ob id grauiſſimis cenſuris vtroque iure cōdemnantur, quod, vt ait in ſolutione ſecundi D. Dhom. magiam in hoc exercent, & dæmoniorum adminiculo id res perdiſcendas vtuntur ſicuti & Aruſpices: id eſt auium inſpectores, & Phytones qui de occultis reſpondent. Eſt enim de omnibus iſtis hæc regula præ oculis habenda quod eorū incantamenta non atteſtantur, quod dæmones, ceu hoſtes tractent, vt diuina virtute eos a maleficijs arceant, ſed potius tanquam familiares atque auxiliares ſuos.

Tertium argumentum prolixioris egebat diſputationis quam locus fert præſens. Duo tamen de iſtis aſtrologis affirmantur. Prius quòd per aſtrorum obſeruantiam, & domos ac regiones quas ipſi delineant, quamuis pollit effectus naturales veluti pluuias & ſerenitates temporumque ſucceſſus quadamtenus proſpicere, haud tamen accidentarios effectus & euētus. Enimuerò cum natura ſemper certis determinatiſque periodis eoſdem operetur effectus, non poſſunt per cauſſas naturales contingentia deprehendi, vt quòd ab homine fodiente ſepulchrum theſaurus fortè reperiatur, aut quòd fulmine ſit quiſpiam, vel alia extraordinaria mor e perituru. Et multominus per eaſdem cauſſas futura contingentia vel occulta deprehenduntur quæ ex mera noſtra voluntate pendent: eo quòd intellectus & voluntas incorporeæ potentiæ ſunt ac perinde ab impreſſionibus cœleſtibus exemptæ. Nam corpus in ſpiritum nihil immediate imprimit. Vnde Ariſtotel. tertio de anima text. 150. contra illos qui aiebant talem ineſſe hominibus voluntatem qualem in die inducit pater virorum deorumque ſcilicet ſol vel cœlum in die natali ait in hanc opinionem inde fuiſſe collapſos quòd animam putarēt eſſe ſenſum.

Deaſtrologis.

Quapropter cœli, cauſſa per ſe eſſe nequeunt actionum liberi arbitrij. Et quamuis imprimendo in corpus humanum, poſſint circa complexiones aliquid facere, atque adeo circa ſenſus, qui cum ſint animæ organa, poſſunt illam quodammodo inclinare. Tamen quoniam ſenſuales vires, vt 3. Ethic. auctor eſt Philoſo. rationi obediunt, nulla inde neceſſitas libero arbitrio imponitur, ſed contra cœleſtes influxus poteſt homo operari. Atque eo præſertim quod educationes, & conſortia cum ijs aut illis hominibus, & potiſſimum amor Dei & gehennæ metus atque honoris cupiditas, & infamiæ timor, & alia id genus multa poſſunt hominum inclinationes & affectus permutare. Colligamus ergo cum D. Thom ſecunda ſecundæ quæſtione 65. art. 5. concluſiones duas quibus ad tertium argumentum rñdeatur. Prior, Licitū eſt per aſtro-

Duæ cō cluſiones.

aſtrorum inſpectionem de effectibus naturalibus quæ ordinario naturæ curſu fiunt aliquod iudicium captare, vt de ſerenitatibus, de pluuijs, de peſtibus, deq; id genus tempeſtatibus alij. Hoc enim eſt de effectibus per proprias cauſſas iudicare: ſicuti medici ex morborum malignitate de futura morte iudicant. Poſterior neque de accidentarijs contingentibusque effectibus, neque verò de ijs quæ in noſtro ſunt arbitrio per aſtrorum conſideratio nem poteſt iudicium niſi fallaciſſimum ferri. Mul oque minus valent eos qui occultiſſimè crimen aliquod commiſerunt illa ſcientia inueſtigare, neque eorum qualitates & indicia quibus deprehendantur. Hæc enim aſtrorum aſpectus non
Auguſt. produnt. Quare Augu lib. 4. confe. Illos inquit Planetarios, quos mathematicos vocant, conſulere, Chriſtiana & vera expeti & amat. Hæc ille. Ratio autem eſt quod dæmones cum homines videant tam cupidos ſecreta agnoſcendi, atq; illos præſertim quorum ea intereſt ſcire, in eiuſmodi aſtrorum iudicia ferenda omni ſolertia ſere ingeniunt. Præterquam quòd eiuſmodi aſtrologi adeò ſæpe & fallunt & fallunt, vt vix eos ſemel contingat
Auguſt. vnam veritatem proferre. Quare idem Auguſt ſuper Gene. ad literam, bono, inquit, Chriſtiano, ſiue Mathematici ſiue qui libet impiè diuinantium, & maximè dicētes vera cauendi ſunt, ne conſortio dęmo
Meditatio de Aſtrologismaxime cōſiderāda. niorū animam deceptam pacto quodam ſocietatis irretiant. In his autē aſtrologis, vt lib. 5. dicere cæpimus, attentiſſimè inter eorum ſcientiam diſcernendum eſt & eiuſdem ſcientiæ vſum. Enimuerò quamuis eis gratis, imò contra veritatem demonſtratam concedamus quòd occulta poſſint per ſuam ſcientiam inueſtigare, nihilominus eius vſum ad hoc applicare, vt occulta crimina reuelent, eſt nouum peccatum idemq; mortale & grauiſſimum contra iuſtitiam. Eſt enim oculos peccatores præter ordinem iuris infamare. Demus enim perinde aſtrologum ſcire quis furtum, aut adulterium, aut homicidium fecit, acſi propriis oculis vidiſſet, profectò nihilominus grauiſſimum illis peccatum eſt & Reipub. pernicioſiſſimum, illum detegere & reuelare. Præterquam quod ad nihil aliud valet, quam vt inter homines infamiæ & iurgia ſerantur: quanquidem iudici neq; tiquam licet ſolo iudicio aſtrologi contra quempiam procedere. Neque enim tranquillus ſtatus Reipu. in hoc conſiſtit, vt occulta crimina, niſi ordine ſeruato iuris, inueſtigentur. Fac nullum crimen committi poſſe occultiſſimè, quin illico fieret manifeſtum, profectò neutiquam homines viuere poſſent. Si autem aſtrologis vlla daretur fides nullum eſſet occultum. Igitur quamuis veriſſima ſemper dicerēt, Cōdem ob hoc ipſum eſſent citius è Reipublica natio-
exterminandi, niſi ſe continerent ne vl- nes iu-
lum vnquam infamia denotarent. Igitur ris ad-
vt rem tandem concludamus, omnia ma- uerſus
gorum genera trino iure acerrimè con- Magos.
demnata ſunt, diuino ſcilicet Pontificio, &
Cæſareo. Verba. n. ſunt Deut. 18. Quando Deu. 18
ingreſſus fueris terrā quā dominus Deus tuus dedit tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum gentium: neque inueniatur in te qui luſtret filium ſuum, aut filiam, ducens per ignem, aut qui ariolos ſciſcitetur, & obſeruet ſomnia atque augu
ria, nec ſit maleficus, nec incantator, neq.
per Phytones conſulat, nec diuinos, & quæ
rat à mortuis veritatem. Omnia hæc abo-
minatur Dominus, & propter iſtiuſmodi
ſcelera delebit eos in introitu tuo, & Leu. Leui. 29
19. Non declinetis ad Magos, neq. ab ario
lis aliquid ſciſcitemini, vt polluamini cum
eis. Et c. 20. Vir ſiue mulier in quibus phy
tonicus, vel diuinationis fuerit ſpiritus,
morte moriantur, lapidibus obruent eos:
ſanguinis eorum ſit ſuper illos. Hæc atque
alię id genus animaduerſiones frequentes
extant in veteri teſtamento aduerſus om-
nes Magorum ſpecies. Erat enim populus
ille ſic ſitientiſſimis occulta perſcrutandi
& cognoſcendi, ac ſubinde in iſtud idolo-
latriæ genus propenſiſſimus. Sed & lege e-
uangelica eccleſia anathematis gladio idē
genus hominum acerrimè impetit, vt pa-
tet 26. q. 5. per totum, videlicet can. ſi quis 26. q. 5.
ariolos, & omnibus ſubſequentibus vſque
ad can. nec mirum, arioli, aruſpices, ſtellarum curſus obſeruantes, & ſortilegi, & incantatores, & augures qui Gentilium idolatriam ſequi videntur: & pariter illi
qui cum illis fuerint conuerſati, auxilia
aliqua à ſuis artibus petentes, anathema-
tizantur, excommunicantur, & ab eccle-
ſia procul excluduntur. Et C. de ma- C. de ma
leficis, & mathematicis, l. artem geome- lefic.
triæ, & l. nullus aruſpex, & l. eorum, & l. nemo,

&c. in

& in ſumma per totum titulum aruſpices & magi ſeueriſſimis legibus vindicantur. Nam l. etſi. eculeo dediti iubentur vngulis ſulcantibus latera penas perferre proprio dignas facinore, & l. nemo ſupplicio etiam capitis puniri iubentur. Accedunt & leges regni noſtri partita, 7. tit. 23. Hoc tñ adno tauerim quoſdam qui ſiniſtrè legem primam huius tituli intelligentes eam in fauorem Aſtrologorũ allegare contendunt. Ait n. lex diuinationem, quæ fit per ſcientiam Aſtronomiæ non eſſe illicitam; ſanè cùm illa ſit vna ex ſeptem artibus liberalibus: Verba hęc tamen ſecundum tenorem duarum concluſionum quas proximè cũ D. Tho collegimus interpretanda ſunt, videlicet, quòd illa ſcientia eſt licita ad iudicandum de pluuijs, aut peſtibus ac tempeſtatibus quæ aſtrorum concurſu certitudine naturali eueniunt. Haud tamen lex intelligit eandem ſcientiam eſſe licitam ad iudicandum de accidentarijs effectibus aut de illis quæ ex noſtra voluntate pendent, & multominus ad inquirendum perſonas occultas, quæ aliquod peccatum perpetrarunt. Imò huiuſmodi Aſtrologos cũ Necromãticis, & Diuinatoribus & Mathematicis comparat: quos ſubinde grauiſſimo iudicio condemnat. Et l. 3. ſupplicio capitis plectendos cenſet. Et idem habetur inter ordinationes regni tit. 8. c. 4 l. 1. & 2.

ARTICVLVS III.

Vtrùm liceat adiurare irrationalem creaturam.

POſtquam viſum eſt tam Deum quæ homines & dæmones adiurari poſſe, ſequitur poſtremò an irrationales quoque creaturas liceat adiurare, ſicuti locuſtas & brucum nubeſque atque alias tempeſtates, Et reſpondet D. Thom. ſuppoſitis diſtinctionibus duabus per tres concluſiones. Diſtinctio prior eſt, Adiuratio huiuſmodi, aut refertur ad ipſam irrationalem creaturam ita vt oratio & locutio ad illam dirigatur. Et de hoc eſt prima concluſio. Vanum eſſet irrationalem creaturam ſic adiurare, vt ſermo ad eam dirigeretur. Atque hanc probant argumenta tria D. Tho. Nam cùm adiuratio non niſi per locutionem fiat, quam irrationales creaturæ præcipere non valẽt, fruſtraneum eſſet illas adiurare. Deinde adiuratio illis tantum cõpetit, quibus congruit iurare irrationales autem creaturę iurare non poſſunt: ergo neq; adiurari. Ad hæc cum duplex vt dictum eſt, ſit adiurationis modus, ſcilicet & deprecatorius, & compulſorius, prior vanus eſt reſpectu irrationalium creaturarum, vt pote quæ nullum habent ſuarum actionum dominiũ, vt prece moueri queant: Poſterior verò ſoli Deo competit, cuius ſolius imperio, vt habetur Matt. 8. obediunt uenti & mare: quare nos creaturis irrationalibus nihil imperare poſſumus. Secundo modo fieri poteſt adiuratio, vt referatur ad eum à quo talis creatura agitur & mouetur nempè ad Deum & dæmonem quorum actione licet diuerſa ratione eiuſmodi tempeſtates nobis ingruunt. Enimuerò eadem eſt actio agentis & eius rei quæ agitur & mouetur: ſicut motus ſagittæ, & ipſius eſt tanquam rei motæ, & ſagittantis tanquàm eam mouentis. Qua propter motus tempeſtatis eſt motus ipſius tanquam rei motæ. Dei autem tanquam primæ cauſſę omniũ naturalium actionum: & præterea tanquã permittentis dæmonem eiſdem irrationalibus creaturis vti ad nobis nocendũ. Hac igitur de cauſſa ſtatuitur ſecunda concluſio. Dupliciter iure poſſumus irrationalem creaturam adiurare. Vno ſcilicet modo adiurationem per modum deprecationis ad Dum dirigendo: & alio mõ dirigẽdo eã ad dæmonem per modum compulſionis. Atqui prior modus pertinet ad eos qui diuina inuocatione citra exorciſmos miracula faciunt: ſicuti de Simone & Iuda legitur qui dracones adiurarunt, præcipiẽtes eis vt in deſertum ſederent, poſterior verò pertinet ad exorciſtas. Tertia concluſio: Nequaquam licet demones in eiuſmodi euentibus adiurare quaſi auxilium ab eis implorando. Poſſet enim vt modo dicebamus vnus dæmon alium arcere, & dæmones q̃ nubila colligunt rogatu noſtro ceſſare, ſed hoc eſſet eos vt Deos colere, quòd ingens eſſet apoſtaſiæ crimen.

Secunda & tertia concluſiones certiſſimæ ſunt, neq; vllũ præſeferunt dubiũ qđ ſit diſputatu dignum. Prima verò quãuis nihilo ſit minus certa, eſt tñ memoriæ penitus contra quoſundam abuſum cõmendanda. Nẽpe vt in eiuſmodi adiurationibus, quas vulgus coniurationes appellat, bruci,

Diſtinctio.

Prima conclu.

Secundus adiurationis modus.

Secũda concluſio.

Tertia conclu.

bruci locustarum, & nubium adiuratio nō ad huiusmodi res dirigitur: sed vel ad Deū per modum deprecationis, vt digneturno ſtri miſereri, dæmoneſque cohibere, qui eius permiſſu eiuſmodi tēpeſtates in nos obmoliuntur. Et hic eſt optimus omnium modus eiuſmodi cladib. occurendi. Quod ſi adhibeantur exorciſmi, non intelligantur aduerſus res irrationales dirigi, ſed aduerſus dæmones, vt in virtute Dei ceſſent nobis eſſe infeſtos. Hoc aduerſus illos adnotauerim, qui potius impoſtores, & incātatores ſunt, quàm exorciſtæ: nempè qui cum nubibus, & locuſtis, & brucis, cumq; alijs eiuſmodi beſtiolis pugnare contendunt, ac ſi eorū colloquia perciperent, aut in ipſarum nubium aut locuſtarum poteſtate eſſet ceſſare. Quin verò litem cum locuſtis conteſtantur, patronoſq; & aduocatos & procuratores illis creant, qui cauſam ipſarum defendant, illaſq. coram iudice accuſant: à quo conuincuntur, condēnantur anathematizantur, & excommunicantur: cùm ipſi potius adiuratores excommunicandi eſſent, atq; in vltimas inſulas relegādi. Nam ſi contra vermiculos loquuntur, quid illi intelligunt? Sin verò cōtra dæmones, quid opus eſt illos ordine iuris oppugnare? Sanè cum noſtri ſint publici hoſtes qui nullo iure, ſed ſolam ſuam nequitiam in nos exercent. Atq; adeò tanquam manifeſtarios inimicos noſtros ſola virtute Dei armatis licet nobis illos propulſare. Haud ergo iudices & eccleſiaſtici & ciuiles (nam vtriuſque res incumbit) in huiuſmodi impoſtores, & præſtigiatores animaduertere negligāt: quippe qui religionem Chriſtianam irriſioni exponunt.

FINIS LIBRI OCTAVI.

FR. DOMINICI SOTO

SEGOBIENSIS, THEOLOGI,

Ordinis Prædicatorum,

Liber Nonus de Iuſtitia & iure.

PROEMIVM.

IN ſeptimo libro, vbi religionis, argumentum ingreſſi ſumus, de voto à nobis diſputatum eſt: nempè de his quæ homo Deo ſuapte ſponte pollicetur, atque adeo de ſacerdotibus qui diuinis peragendis ſacrificijs mancipantur, in proximo de iurandi religione. Subſequitur ergo ſecundum ordinem ibidem propoſitum, vt de illis dicamus quę mortales religionis vinculo eidem Optimo Deo reddere conſtringuntur: vt potè de oblationibus ac de decimis, quę ſubſtantia ſunt & alimonia ſacerdotū: ac ſubinde de vitio ſimoniæ quo aditus eiuſdem ſanctæ Eccleſiæ pollui ſolent. Oblationum autem decimarumque tractationē nequimus aliunde aptius ac ſubinde pulchrius auſpicari, quam ab earum radice & fundamento, nempè à ſacrificijs, quæ non modo Chriſtiani, verùm vniuerſi mortales Deo ſuo iugiter offerre tenentur. Eſt.n. ſacrificium, oblationum ſuprema ad quā reliquæ vniuerſæ referuntur. Quare duas ſacrificiorum quęſtiones præmittere operæpretium duximus: vnam in genere, atque alteram in ſingulari.

QVÆSTIO I.

DE SACRIFICIO in genere.

S. Tho. 2. 2. quæſt. 85.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deo ſacrificare ſit de lege naturæ.

Primũ argu à partene gatiua.

PRimus igitur articulus quęſtionis de ſacrificio eſt, vtrum ſacrificiorum oblatio ſit de iure naturæ. Arguitur namque negatiuè. Ea quæ ſunt iuris naturæ, cunctis ſunt mortalibus communia: ſacrificia autem Deo offerre non fuit ſemper vniuerſis mortalibus commune & vnum. Abel namque legitur obtuliſſe de grege ſuo: Cain verò de terræ frugibus. Atqui Melchiſedech, vt Geneſ. 14. relatum eſt, panem & vinum: alij verò alia animalia: ergo ſacrificiorum oblatio non eſt de iure naturæ. Secundò. Ea quæ ius naturæ docet, minimè credere licet iuſtos homines præterijſſe: de Adam autem nuſquam ſacrificium obtuliſſe legitur; neque verò de Iſaac: cum tamen de eodem primo parente, Sapientia ipſa cap. 10. conteſtetur eduxiſſe eum à delicto ſuo: vbi potiſſimum ſacrificij oblatio videbatur conguere. Tertio: Sacrificia, vt 10. de ciuita Dei, auctor, eſt Aug. in quadam ſignificantia offeruntur; ſignificare autem quod vocibus primum (vt 2. de doctrina Chriſti. idem eſt auctor) deinde rebus congruit humano beneplacito inſtituitur: non ergo ſacrificia à lege naturæ dimanarunt, ſed à iure humano. In contrarium autem eſt quod omni ætate ſemper fuit apud cunctos mortales aliquod ſacrificandi ſpecimen: quod autẽ mortales omnes docti ſunt, natura magiſtra didicerunt.

Arg. 2.

Arg. 3. Auguſt.

Cum res ſit per ſeipſa euidens, ſacrificia, ſeu Deorum ſeu veri Dei, ab ipſo ſtatim mundi primordio more & vſu inter mortales celebratiſſima: ſuperuacaneum fuiſſet quærere an fuerint. Sed prima q. de eorum fonte & origine inſtituitur: nempè vtrum ſit hominum inuentum, an potius documentum naturæ. Vbi primum omnium non eſt prætereundum, vt res ipſa, ſolenniſſima ſemper Latinis fuit: ita & nomen eiſdem eſſe receptiſſimum. Eſt enim ſacrificium idem quod factio ſacri: & ſacrificare idem quod ſacra facere. Quapropter, vt ſcienter D. Th. præſenti q. art. 3. adnotauit, ſacrificium nõ idem eſt prorſus quod oblatio. Nam quidquid in Eccleſia offertur oblatio dicitur, etiamſi nihil circa rem ipſam fiat. Sicut dum offerũtur nummi, aut panis, aut res aliæ: ſacrificium autem non fit niſi vbi circa res ipſas Deo oblatas aliquid exercetur. Quales erant priſcis animalium immolationes: & nobis dum ſacroſanctum panem benedicimus, frangimus, & conſumimus: hoc enim eſt ſacra facere. Vnde apud gentes præter ſacerdotes ſacrificia offerentes, erant ſacrificio qui illa exercebant opera. Eſt ergo ſacrificium, peculiare ſacerdotum munus. Ad quæſtionem igitur vnica concluſione reſpondetur. Sacrificiorum oblatio non ſolum diuini iuris eſt & humani, verùm, & ex eorũ numero, quæ in iure naturæ ſunt poſita. Probatur: Ratio ipſa naturalis magiſtra ex his quæ in ſe homo, experitur eum planè docet alicui ſuperiori eſſe ſubditum. Miſeriæ namque, ærumnæ, & calamitates quibus indeſinenter afflictatur, eum commonefaciunt aliunde ſibi, hoc eſt deſuper opem ferri. Atque adeo ſentit aliquem ſurſum exiſtere cuius auxilijs egeatur. idq; quidquid ſit, omnes pro Deo habent. Rurſus & ex rerum ipſa natura dicit ſublunaria hæc, quia cælorum influentiam ſuſcipiunt eiſdem eſſe loco ſubdita, eademque ratione terram cæteris elementis: vtpote quorum fore acreque iuuatur: ac perinde ſe etiam ipſum Deo, cuius ope viuit, ſubiectionem debere atq; honorem. Modus autem ſenſuali homini congruens eſt, vt reuerentiam quam Deo debet non modo intus animo referat, verum & ſenſibus ſignis eandem foris exhibeat. Hac igitur naturali ratione docti atque admoniti ſunt vniuerſi mortales qualicumque ratione Deum nouerint, eidem ſacrificia offerre, in ſignum debitæ reuerentiæ & ſubiectionis. Quemadmodum & inter homines mos ſubditorum eſt, dominis, quaſi eorum dominium confitentes, munera offerre: hoc autem ipſum impræſentiarum

Quid ſacrificiũ.

D. Tho.

tiarum sacrificij nomine intelligimus. Fit ergo nostra conclusio consequens, nempè sacrificiorum oblationem esse de iure naturæ. Et est notanda conclusionis persuasio, quæ non de sacrificio tantum quæ mẽ te intus offertur procedit, sed etiam de externo. Nam etsi verus Dei cultus qui spiritus est cordiumque inspector, intus in corde potissimum consistat, iuxta illud Ps. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus id quod tum Christus ipse Ioannis 4. testatur dicens, Venit hora & nunc est quando veri adoratores adorabunt in spiritu & veritate: tum etiam Apost. 1. ad Corinth. 14. Orabo spiritu, orabo & mente: tamẽ cum nos corporei simus, vtroque nomine debemus eum colere. Ex his vtique colligitur quantum ad Dei cognitionem attinet, neque externum sacrificium esse necessariũ, neque verò vocalem orationem, veluti inter homines, quibus nõ nisi externis signis aliena corda innotescunt. Neque verò externus cultus laudi datur, nisi quatenus ad internum refertur. Attamen non ideo nõ est magno pretio æstimandus. Valet enim tum ad excitandum tum etiam ad testificandum mentis affectum. Quare suo non caret egregio merito His namque quæ ex animo redundant, debitum Deo secundum nostram naturam persoluimus. Qua re sanctè institutum est, vt publicitus in templis res diuina celebriter fiat. Arguat verò quispiam contra conclusionis rationem sic: Naturalis ratio etsi nos nostrorũ defectuum admoneat, tamen non ab altiori principio nos docet subsidia nobis prouenire, quam à naturalibus caussis. Nam si lumen duntaxat naturale consulas, quantum ad corpus per orbes cœlestes naturales Philosophi docuerunt nobis esse à natura prouisum: quantum verò ad animi cognitionem per intellectuale lumen: sed quantum ad effectus per liberum nostrum arbitrium. Respondetur quod vbi naturalis ratio omnibus est nebulis expurgata, clarè monstrat hęc ipsa naturalia adminicula non nobis sufficere ad medendum omnibus miserijs, quas corpore & animo patimur: atque adeò saltem in confuso aliam indicat superiorem causam quàm homines pro Deo habent. Quòd si aliquę reperiantur tam barbaræ nationes, quæ non nisi vel cœlorum, vel alia inferiora præsidia cognoscunt, solari syderi, aut cuipiam alteri creatę honores pendunt diuinos, ac subinde sacrificia. Conclusio ergo cum sua ratione adeò est lumine naturali nota, vt nulla vnquam fuerit natio quæ non Deum coleret, sacerdotesque haberet, atque adeò sacrificia. Duo enim hæc paria cogitare soleo quibus omnis semper constitit Respublica, videlicet sacrificium & sacerdotium; lex & gubernator. Nam Rei publicę institutor quem primum illico scopum ciuium oculis præfigere consueuit, fuit Deus, quem populus veneraretur, & à quo subsidia posceret. Mox, quibus coleretur, sacrificia instituere. Deinde leges condere eidem religioni congruas, ac subinde magistratus penes quos sita esset legum custodia. Sic enim Liuius tradit, Numam illum secundum Romanorum Regem instituisse Rempubl. Vnde Arist. 6. Ethic. cap. vl. inter magistratus sine quibus constare nequit Respubl. connumerat sacerdotes, qui publicis sacrificijs addici debent, quorum quidem præsidentes, tum reges sacrorum dicuntur, tum Pontifices Max. Idque repetit lib. 7. cap. 8. vbi in primo magistratuum gradu eosdem collocat sacerdotes Et Ethicor. 8. cap. 9. ad rationem alludens nostræ conclusionis, ait sacrificia vetusta post perceptionem frugũ fuisse fieri solita. Quòd si historias tam nostras quàm profanas perlustres, statim ab orbe cõdito, Abel, Noè, ac Melchisedech, in lege naturæ videas oblationes, & sacrificia obtulisse. Et ante legem datam, Abraham etiam & Iacob. Et in sacra præterea historia, Genes. 47. extat sacerdotum Aegyptiorum memoria, qui erant regalibus priuilegijs insignes.

Paulus. Corollarium.

Solutio.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur argumentum respondetur, quod sacrificiorum oblatio, si eam in genere mediteris, cunctis fuit gentibus semper communis: quòd autem his vel illis vterentur, constitutiones fuerunt humanæ secundum hanc, aut illam Dei cognitionem quam vnaquæque gens attingebat. Hac enim ratione dicebamus libro proximo, & secundo, humanas leges à naturali deriuari, scilicet per modũ determinationis generis ad species. Est enim lex naturæ vt malefactores supplicio plectantur: quòd autem hoc aut illo, lex sanxit humana, secundum cuiusque nationis ingenium. Et idem est de cultu, & sacrificijs: Et per hoc respondetur ad argumen-

tum tertium, videlicet, quod suos significare conceptus, naturale est homini: his autem, aut illis vocibus & signis, cuiuslibet est nationis placitum.

Ad tertiũ arg.

Ad secũdũ arg.

Ad secundum verò respondetur non esse dubitandum, quin Adam & Isaac, sicut & cæteri iusti, sacrificium obtulerunt: maximè cùm Adæ sua innotuerit culpa, atque Isaac sua etiam originalis: quæ quidem culpa secundum Greg antiquis patribus per sacrificiorum oblationes remittebatur. Sed non opus fuit vt vniuersa in sacram historiam essent relata. Et forte consultò. Nam cùm in Adam initium habuerit culpa, non est tanquam oblator sanctificantis hostię nominatus; sed filij sui Abel & Cain, in quibus sacrificiorum disparitas, quæ semper fuit in orbe placentium & displicentium Deo, notata fuit. Sacrificij autem quod Isaac obtulerit, ideo forsan non habetur in sacris memoria, quòd ipse fuit à patre in sacrificium oblatus, tanquàm hostiæ Christi prognosticum, quod vniuersorum apex, radixque fuit.

ARTICVLVS II.

Vtrum soli Deo sit sacrificium offerendum.

Primũ arg.

Argu. 2.

QVoniam dicere visi sumus, Deo, cuius ope indigemus, sacrificia à nobis deberi, arguitur quòd non illi soli sacrificijs litandum. Sancti homines, iuxta verbum Petri in 2. Canonic. diuinæ efficiũtur consortes naturæ. Præterea Angeli, vt patet Iob 1 filij Dei nominantur: ergo vtrique decet sacra litare. Secundò: Maiori illis quàm terrenis principibus debetur honor sed homines principibus honores defetũt & munera offerunt; ergo licitum est, vt sãctis sacrificia fiant. Eò potissimum quòd aras illis, templaque & altaria erigit Eccles sia. In contrarium est illud Exod. 22. Qui immolat Dijs, occidetur, præterquam Domino soli.

Conclõ negatiua.

Prima rõ conclusiõis.

Ad quæstionem simplici cõclusione negatiua respondetur. Nemini præterquam vni summoque Deo fas est sacrificia immolare. Conclusio præter allatum testimonium triplici ratione probatur. Prima autem est superiori facilè colligitur. Dictum enim est sacrificium exterius, ceu testimonium offerendum esse interni illius quod est in anima; nam religio exterior in hoc potissimum seruit, anima verò se illi in sacrificium addicit, penes quem, vt dicebamus, situm esse cognoscit suum præsidium & subsidium: ille autem solus est Deus; ergo illi tantum sacrificia debentur. Probatur hæc postrema præmissa. Homo sicuti & rerum vnaquæque præter Deum & ab aliquo principio emanare se cognoscit, & in aliquem vltimum tendere finem, qui sua est suprema fœlicita: Deus autem solus est & principium hoc, & subinde finis, atque adeò ab ipso velati à primo fonte, & quidquid habemus recepimus, & ad id quò rẽdimus adiuuamur, Soli ergo ipsi fas est sacrificia libare. Accedit secundò, quod illi tãtum licitum est sacrificare apud quẽ licitum est orationibus nostris precationibus accurrere, tãquam ad illum vnde nos, nostraque vtriusq; hominis salus pendet. Hac autem rationem solum Deũ oramus, vt nostri misereatur, nobisq; opem ferat. Ad idem facit tertiò exemplũ quod inter homines cernimus. Regi enim sũmo Reipublicę capiti, illi sticati sũt honores, quos alteri inferiori deferre, crimen esset læsæ maiestatis: debet enim præ ciuibus cunctis in ea esse excellentia, vt e quempiam exæquare, citra eius iniuriã fieri nequeat. Hæc igitur nos conclusio docet, sacrificare, officium esse cultus latriæ, hoc est seruitutis & subiectionis quæ soli Deo debetur. Id cuius nos Paulus ad Roman. 1. planè curauit admonitos; vbi impudentissimam illam gentium idololatriam obiurgabat, arasq; eorum, & lucos, ac subinde nefaria sacrificia abominabatur; quæ cùm honores essent immortali Deo iure proprio debiti, vilibus creaturis impendebant. Et est præterea conclusio Diui Augustini 10. de Ciuitate Dei; quam c. 4. & subsequentibus luculenter edisserit; vbi rationes D. Thomas insinuat. Deus namque sacrificia nostra non ideo quod illis indigeat à nobis, exposcit: est enim, teste Dauide: Deus qui nostrorum nullatenus bonorum eget, sed significationis gratia. Primum scilicet, vt exteriorib. rebus vera cordis sacrificia exprimamus. Vnde sacrificium, inquit, visibile, inuisibilis sacrificij sacramentum est, hoc est sacrũ signum. Interna autem sacrificia

Secũda ratio.

Tertia.

Paulus.

Augustin.

ficia proteſtationes eſſe debent, quibus Deum propitiemur, eum eſſe vnum, à quo ſalus noſtra, totaque rerum ſumma, ac demum ſuprema noſtra fælicitas pendet. Quare dum peccamus, confitentes cum propheta ei ſoli peccaſſe, corda noſtra conterimus & contribulamus, atque orationes ei veluti ſuauiſſimum incenſum adolemus: cuius vtique ſacrificij ſigna erant illa quæ ſub antiqua lege in victimis atque incenſo offerebantur. Vbi profectò egregiè ſacer ille pater verſiculum illum pœnitentis Dauidis interpretatur: Si voluiſſes ſacrificium, dediſſem: vtique holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo, ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatũ Deus non deſpicies. Admonet enim nos propheta ea ratione Deum nolle ſacrificia qua vulgus eum velle arbitretur ſcilicet q̃ in pecudum trucidatione delectetur, aut quod illis cibis indigeat: quas quidem dementium cogitationes in alio Pſal. retundit dicens: Si eſuriero, non dicam tibi: meus eſt enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorum: aut ſanguinem hircorum potabo? Quaſi diceret: Ego quidem eſurire non poſſum, & ideo tauris tuis & hircis in cibum non egeo. Neque verè ſi eſurire poſſem, tuo indigerem paſtu: nam meus eſt orbis terræ & plenitudo eius. Non ergo hac ratione vult ſacrificia. At quia non omnino ea renuit ac deſpicit, ſed grata habet, tanquam ſigna ſpiritualis ſacrificij, ſubdit: Sacrificiũ Deo, ſpiritus contribulatus, &c. Per hæc ergo ratio elucidatur priſcorum ſacrificiorum: nempè immolationis animalium, emiſſionis hirci, ac cæterorum. Ratio inquam erat quod non offerebantur tanquã res ſimplices: ſed tanquam ſigna. Duo autem ex his fiunt reliqua dubia. Prius de ſacroſancto ſacrificio altaris noſtri, quod re vera non tantùm vt ſignum à nobis offertur, ſed veluti res nullo æſtimabili pretio, ſanè cum Deo Deum ipſum in pretium debitorum noſtrorum offeramus, vt quæſtione proxima dicturi ſumus. Ad hoc autem reſpondetur, rationem huius immenſæ hoſtiæ longè eſſe à reliquis diuerſam: nam eſt commemoratio pretij humanæ redemptionis. Tametſi nihilominus ſignum ſit ſeruitutis noſtræ, quo profitemur totum noſtrum genus, tum præuaricatione in Deum fuiſſe collapſum, tum eius beneficio ſeruatum: atque adeò eiuſmodi expiatione in eius gratiam reuocatum. Sed de hoc ſtatim latius. Alterum verò dubium eſt, quod videntur Chriſtianorum mores præſenti concluſioni contradicere: nam & Deiparæ virgini cæteriſque diuis in more nobis eſt munera offerre, locaque habere deſignata, quorum deuotione diuerſis ſanctis noſipſos noſtraque offerimus, atque id etiam ſub forma ſacrificij; nam & ſanctis thura adolemus, & cæreos incendimus, & reliqua facimus quæ imaginem præferunt ſacrificij: Hoc autem dubium, argumentorum reſponſa diſſoluent.

Rõ veterum ſacrificiorum.

Prima dubitatio.

Solutio.

Dubiũ 2.

Ad primũ arg. Ad primum igitur reſpondetur, quod etſi angelis ac ſanctis diuinitatis nomen per Dei gratiam communicetur, iuxta illud: Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes, nempè in filiorum ordinem adoptati; tamen hæc non eſt diuinitas per naturam & æqualitatem Dei. Quare nemini præter ipſum par eſt honores deferre diuinos: atque adeo neque ſacrificia facere ratione iã dicta. Et ex hoc deriuat̃ ſolutio argumenti ſecundi, nempè quod etſi principibus humanis maiora offerantur, quã quæ antiquitus, & præter ſacrificium altaris modo offeruntur Deo: tamen pretioſitas ſacrificij non æſtimatur ſecundum rẽ quæ offertur, ſed ſecundum cultus ſubiectionisque ſignificationem; & ideo ſicut illa qua homines Deo ſubduntur, obedientia & veneratio nemini præter ipſum impendi poteſt, ſic nec vlla ſacrificij ceremonia.

Ad ſecũdũ arg.

Ad tertiũ arg. Ad tertium reſpondetur, ex hac veritatis confeſſione nullatenus fieri conſequẽs, vt non modò hæretici, verum & alij arbitrantur qui nolunt illo nomine cenſeri, vllam idololatriæ imaginem hac religione paliari, quòd diuis munera offerimus: nã in primis illa non ſunt ſacrificia, ſed meræ oblationes. Etenim verum ſacrificium altaris ſoli Deo offerre fas eſt. Vnde Aug. 8. de ciuita. Dei, non conſtituimus martyribus templa ſacerdotalia, quoniam non ipſi, ſed Deus eorum nobis eſt Deus. Vnde ſacerdos non dicit, offero tibi ſacrificium Petre vel Paule; ſed Deo dicimus, Accipe oblationem quam tibi offerimus. Sãctorum autem memoria fit in Miſſa, tum quia de eorum victorijs Deo gratias referimus, tum quia eos oratores atque inter-

Auguſt.

ceſſores noſtros apud eundem Deum noſtrum conſtituimus. Præterea & ſimplicia munuſcula quæ ſanctis offerimus, in Dei laudem & honorem referimus: quippe qui amat in ſanctis ſuis laudari, quatenus eius ſunt filij, ad æternam iam hæreditatem recepti; quemadmodum quo regis famulos honore dignaris regem ipſum colis. In ſumma ſicuti ſanctos ſola duliæ adoratione colimus, non latriæ: & oratione pulſamus non vt noſtri miſereantur, ſed vt pro nobis orent, eodem interſtitio oblationes illis facimus, non ſacrificia. Hinc fit abſurdè eos errare qui licere negant & eleemoſinas in honorem Virginis & ſanctorum, aut petere aut porrigere. Nam primum aliud eſt quàm gratitudinis virtus ſi ſanctorum ipſorum amore eleemoſinas ob id conferamus, quod noſtri ſunt interuentores apud Deum, vt ſuo charitatis officio par rependamus. Et præterea eleemoſinæ quas in honorem ſancti pendimus, perinde ac de alijs oblationibus dictū eſt, in Dei honorem cedunt.

Licitū eſt eleemoſinas in honorem virginis ac ſanctorum petere & porrigere.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſacrificiorum oblatio ſit ſpecialis virtutis actus.

POſtquam viſum eſt de ſubſtantia & obiectio, ſeu fine ſacrificij, quæritur quam late pateat. Primum in hoc articulo quantum ad actus an videlicet omnia opera omnium virtutum, ſint ſacrificia & ſubinde articulo ſequenti quantum ad perſonas, quæ ad ſacrificia obligantur: vtrum vniuerſi mortales ad hoc obligentur. Quæritur ergo vtrum offerre ſacrificia ad ſpecialem pertineat virtutem. Arguitur enim negatiuè primum ex Paulo. Admonet quippe ſic nos ad Rom duodecimo. Exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, Deo placentem, &c. & ad Heb. vlt Beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtijs promeretur Deus. Exhibere autem corporum membra in hoſtiam, ad corporis affectionem attinet, cuius maceratio plures ſit virtutes, nempè per abſtinentiam & ieiunium, per caſtitatis continentiam, & per fortitudinem in martyrio. Et pariter beneficentia quæ officium eſt charitatis, per miſericordiam exercetur & per liberalitatem: non ergo ſacrificare officium eſt ſingularis virtutis, ſed omnium. Huc ſecundo accedit Auguſt. lib. 10. de ciui. Dei: vbi ait verum ſacrificium eſſe omne opus quod agitur vt in ſancta ſocietate inhæreamus Deo. Addeo tertiò quod ſacrificium id omne ceſſetur quod offertus Deo. Offerimus ei autem tum mente deuotionem & orationem, tum etiam corpore res: vt decimas, primitias & holocauſta, &c. quæ variarum ſunt virtutum officia. In contrarium eſt quod ſingularia præcepta non dantur niſi de actibus ſingularis virtutis: & in Leu. ſingularia ſunt de ſacrificijs poſita.

Primū argum.

Argu. 2

Auguſt.

Argu. 3

Veritatem huius quæſtionis pluris iam propter Lutheranos ſcire refert, quàm lapſis temporibus referebat. Negant enim non minus obſtinanter quàm impudēter aliquod eſſe familiæ Chriſtianæ ſingulare ſacrificium, ad certam attinēs virtutem & cultum: ſed dicunt omnia virtutum omnia nihil aliud eſſe quàm ſacrificia quædam: atque adeo in Chriſtianiſſimo nullum dignoſcunt ſingularem ſacerdotum ordinem: ſed aiunt vniuerſos Chriſtianos vtriuſque ſexus eſſe promiſcuè ſacerdotes, iuxta verbum Petri, in ſua prima Canonica, vniuerſos appellantis regale ſacerdotium. Ac perinde inficiantur ſacroſanctū altaris ſacramentum eſſe ſacrificium. De quo quidem expugnando errore conſtituta hic nobis eſt proxima, quæ ſubſequitur quæſtio, vt hic articulus eiuſdem ſit quæſtionis ſubſterniculum reſpōdetur ad præſentem quæſtionem tribus concluſionibus. Prima: Sacrificiorum oblatio ſecundum ſuam propriam rationem, eſt actus ſpecialis virtutis, nempè religionis: ſuam inde nanciſcens laudem, quòd in diuinam fit reuerentiam. In hoc enim: vt lib. 2. dictum eſt propria ratio religionis conſiſtit. Secunda; Cuncta officia vniuerſarum virtutum participatiuè & ab extrinſeco quatenus per religionis virtutem in diuinum honorem & cultum referuntur, ſunt quædam ſacrificia. Exemplo ambæ ſimul concluſiones pateſcunt. Virtutum ſingulæ ex ſuis propriis obiectis ſortiuntur ſpeciem; vt alia ſit fortitudo, & alia iuſtitia, & ſic cæteræ. At verò dum per cha-

Luthe-ranorū error.

Prima conclu.

Secūda conclu.

Ratio vtriuſq; concloſionis.

charitatem referuntur in Deum, quādam charitatis ſpeciem participant, ſed nihilominus charitas ſuum habent propriū obiectum & actum, qui eſt Deum ſub ratione bonitatis eius diligere, ac ſubinde eadem ratione proximum. Similiter in vitijs furtum per ſe eſt peccatum: attamen dum fit propter mæchiam quandam inde maculā eiusdem vitij contrahit, vt 5. Ethic. auctor Ariſtot. eſt Ariſt. Pari ergo modo propriū religionis obiectum eſt, Dei excellentia & omnipotētia nobis opitulandi, quam ſacrificijs & hoſtijs proteſtamur: ſignificantes nos illi eſſe ſubditos, & tanquam domino tales debere honores. Quapropter corda noſtra altaria ei conſtituimus, in quibus & per pœnitētiā cruētas peccatorū victimas ei cædimus, & ꝑ fortitudinē ꝑ eius veritate martyrio nos cōſecramus, & per charitatis feruorē incēsū ei adolemus: ac perinde ꝑ miſericordiā eius amore pauperib. ſubuenimus, & per tēperātiā corpora maceramus. Cùm hæc inquā omnia in Dei cultū & honorem virtute religionis referimus, ſacrificiorū rōnem participāt. Et hoc pacto intelligēdus eſt Aug. li. allegato De ciuit. Dei, c. 4. vbi quædā horū exēpla congeminat. Et illud Oſeę vltimi. Reddemus vitulos labiorū noſtrorū. Et ad Hebr. vlt. Per ipſum (.ſ. Chriſtū) offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, hoc eſt fructibus labiorum, eius celebrantes nomē. Tertia cōcluſio. Sunt tamē actiones quædam & officia quæ nullam habent aliunde laudem quàm quòd in diuinam reuerētiam ſignificādi gratia exhibētur. Et hæc maximè propriè dicuntur ſacrificia. Exēpli gratia: Eleemoſinas erogare tēperatè ac fortiter agere, etiā ſi non per virtutem religionis ſacrificia fierent, eſſent nihilominus per ſe virtutes. Attamen verus illa animalium occiſio, & aſperſio ſanguinis, pinguedinumq; incēſio, ſi ſignificationis rationem ſemoueas, nullam per ſe habent virtutis rationem, & ideo hæc peculiariter dicūtur ſacrificia, quaſi non aliam promerentia quam religionis laudem. Ad argumēta facta. Argumenta igitur in contrarium allata, per has tres concluſiones diſſoluuntur. Probāt enim officia aliarum virtutum eſſe, non in tranеè ſuapteque natura ſacrificia, ſed extrinſecus propter relationem in reuerentiam Dei. Quo tamen non obſtante, ſacrificandi munus officium eſt ſpecialis virtutis religionis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum vniuerſi mortales ad ſacrificia teneantur offerenda Deo.

POſtquam viſum eſt quomodo ſacrificandi virtus cæteris virtutibus imperet, vtpote quaſi in ſuum ipſius finem eas referens, videre reſtat quam late ſe ad omnes mortales extendat. Arguitur nihilominus à parte negatiua: Inde ſacerdotes nomen trahunt quod litandis ſacrificijs ſunt adſcripti, non autem omnes ſunt ſacerdotes, ergo neq; omnibus incumbit ſacrificādi munus. Primū argum. Secundo ſacrificare propriū eſt populi ſub lege Dei peculiariter agentis. Nā vt ait Apoſtolus ad Rom. 3. quæcunq; lex loquitur, his qui ſub lege ſūt, loquitur: & lex vetus fuit vbi primo populus eſt: ad ſacrificandum verò Deo inſtitutus, vt patet in toto Leuitico: ergo gentiles qui ſola viuunt lege naturæ, ad nulla tenētur ſacrificia. Secūdū argum. Paulus. Duplex ſacrificij genus. In contrarium autem eſt quod ſacrificijs Deum reuereri ac venerari eſt eſt, de lege naturæ: ad ea autem quæ legis naturę vniuerſitas mortalium tenetur.

Ad quęſtionem ſub diſtinctione, quatuor concluſionibus reſpōdetur. Eſt enim ſacrificium aliud intraneum quod mente immolatur, aliud verò extraneum quod de foris exhibetur. Atque hoc extraneum rurſus duplex, vt ſuperius dictum eſt: aliud ſcilicet quod ſic ſpecialiter eſt ſacrificium vt nullam habeat aliunde laudem, aliud verò quod per ſe quidem officium virtutis eſt, licet relatum in reuerentiam Dei fiat ſacrificium: qualia ſunt cuncta virtutum munia. Eſt ergo prima concluſio. Ad ſacrificium mentis internum non ſolū antiqui lege ſcripta, Chriſtianiq; ſub lege gratiæ, verùm & mortalium vniuerſitas lege naturæ tenetur: nemo enim viuētium exiſtit qui quatenus creatura Dei eſt, atq; ad ipsū tanquam ad ſupremum finem condita, nō teneatur illam intus reuerentiam illi exhibere quę primo rerum principio ſupremo que fini debetur. Secunda concluſio. Ad illa ſacrificia quæ ſola ſignificatione virtutē religionis induunt, ſoli illi tenētur qui ſub lege ſcripta Dei agunt, vt patres ad ſuum ſacrificiorū numerum, nos verò ad vnicū noſtrum. Hoc enim probat locus ille Pauli citatus ad Romanos tertio, nam lex illa ſo-

Prima conclu. Secūda conclu. Paulus.

lùm obligabat ſuos ſubditos ſicut nos noſtra. Tertia cõcluſio. Nihilominus ſolo naturali iuræ viuentes, quocunq; ſeculo fuerunt futurique ſunt, eodem ſemper aſtricti ſunt iure ad aliquod exhibendum ſacrificium, quo ſecundum legitimam cognitionem quam de vna prima cauſſa habere tenentur, profiteantur ſe illi eſſe ſubiectos, honoresq; diuinos debere: per cuius quidē ſacrificij poteſtationē in lege naturæ abluetur eis originalis macula. Concluſio eſt manifeſta: quoniam eo ipſo quo quis nouerit vnum primum rerum parentem, intelligere debet illi eſſe ſubiectū, atq; adeò, non ſolùm mente, verum & corpore obligari eum colere. Eo potiſſimum quod nunquam manum genus remedio deſtituit abluendæ originalis culpæ: niſi mentis cæcitas aliquibus mortalibus impedimento fuerit ne illud deprehenderent. Quarta cõcluſio, Sacrificia quæ ab intrinſeco ſic dicũtur, hoc eſt cuncta virtutum opera vniuerſi tenentur Deo offerre, vel actuali, quod aiunt, vel virtuali relatione: nam tenetur quiſque proponere vni ſeruire primæ cauſſæ ſupremoque rerum fini, declinando à malo & ſequendo bonum: ac ſubinde eidē officia cuncta offerre & obſequia ſua, cui vniuerſa bona tenetur accepta referre. Hic autem non eſt locus quo hæc debeant altioribus principijs diſputari: in hoc quippe duntaxat, hic commemorata à nobis ſunt, vt literam D. Thom. per concluſiones diſtribuẽtes, viam ſterneremus ad quæſtionem proximam quæ de peculiari eſt noſtro ſacrificio. Et per hæc ad argumentum reſpondetur. Nam quatenus homines virtutum omnium officia in Deum referuntur, Petrus Apoſtolus Chriſtianos vniuerſos appellauit ſacerdotes, tamen illis propriè nomen conuenit, qui propriè ſacrificant: hoc eſt illas ceremonias in quibus diuinus cultus conſiſtit peragunt. Argumenta autem initij queſtionis id prorſus conuincunt, quod non ſinguli mortalium propriè offerunt ſacrificia, & idcirco nihil definitioni quæſtionis præſentis obſtant: nimirum qua id tantum conſtitutum eſt, quod iure naturæ vnaquæque reſpublica tenebatur per ſuos ſacerdotes quos huic muneri mancipare debet, Deo Optimo Maximo genus aliquod offere ſacrificij.

Tertia conclu.

Quarta conclu.

Ad argumẽta facta.

QVÆSTIO II.

DE INEFFABILI SACRIFICIO Altaris In Particulari.

ARTICVLVS I.

Vtrum ſacroſanctum Sacramentum altaris ſit verè ſacrificium.

QVm ſatis demonſtratum ſit ſacrificiorum ritum ad religionẽ iure naturæ pertinere, cõſequens fit vt ad ineffabilem Chriſtianorũ hoſtiam deſcendamus. nimirum cum primis interrogantes, ſit ne aliquod peculiare ſacrificiũ Chriſtianæ familiæ, idemq; ſacroſanctum altaris ſacramentum. Videtur enim Paulus hũiuſmodi confeſſioni ad Hębræos 10. refrageri: vbi conferens Chriſtũ ſupremum ſacerdotem noſtrum cum antiquis, qui hoſtiarum multitudinem quotidie frequentabant, ait, Hic autem ſcilicet Chriſtus, vnā pro peccatis offerens hoſtiam in ſempiternum ſedet in dextera Dei. Et è veſtigio itērum: Vna enim oblatione conſumauit in æternum ſanctificatos. Ac ſubinde rurſum volũtariè peccãtibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis iam nõ relinquitur pro peccatis hoſtia quibus vtique aſſertis conteſtari videtur vnicam fuiſſe veram victimam quàm Chriſtus in cruce obtulit: atque adeò altaris ſacramentum non eſſe ſacrificium. Alioqui non vna, ſed quam plurimę exiſterent hoſtiæ, quæ peccatibus nobis eſſent à Chriſto relictæ. Adde ſecundò quòd cùm hęc altaris ceremonia nihil aliud ſit quàm memoria illius Chriſti paſſionis, vt illud eius commonſtret mãdatum: Hæc in memoriam facietis, non modò abuſus videtur vocis verum & temeritatis audacia, appellare illud ſacrificium; memoria ſiquidem rei non eſt noua res, ſed antiquæ repreſentatio. Etenim dū memoriam Natiuitatis aut reſurrectionis feſtiuè celebramus, non vtique conſideramus tũc Chriſtũ naſci aut reſurgere. Quare neque dum in altari eum offerimus, ipſum tunc fingere licet crucifigi aut mori, ſed in memoriam reducimus quemadmodum ſe ipſe ob-

Primũ argum.

Argu. 2.

ſe obtulit. Ad hæc tertio: Chriſtus non
Arg. 3. ſe obtulit ſub ſpeciebus panis & vini; ergo noſtrum ſacramentum, non eſt ſacrificium, ſed ſacrificij memoria. Præterea, Auguſt. Auguſt libro decimo de Ciuitate Dei, cap. vigeſimo, lib. quarto de Trinitate: In immolatione, inquit, Chriſti idem eſt ſacerdos offerens, & ipſa oblatio; quod in miſſa nō vſu fit. In contrarium eſt ſolennis eccleſiæ confeſſio in venerando canone, qui omni eſt antiquior memoria. Nam ante venerabilis ſacramenti conſecrationem perhibet ſancta eccleſia offerre, ſed diuinę maieſtati, ſancta ſacrificia illibata; ac ſubinde poſt conſecrationem proteſtatur ſe eidem diuinitati offerre hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam, panem ſanctum vitæ æternæ, & calicem ſalutis æternæ.

Sacroſanctum ſacramētum altaris adeò eſt religione noſtra, ac fidei confeſſione perſpicuum, eſſe ſacrificium, vt niſi in diabolo diuinitus permiſſa, tanta eſſet peſtas homines dementandi, nullus poſſet Chriſtianorum eatenus deſipere, vt id vnquam inficias iret. Attamen ille Evicleff Anglus, ſatanica furia correptus, cum omnes ritus ac ſacramenta Eccleſiatica è medio tollere perſenderet, & hoc etiam diuina maieſtate plenum demoliri conatus eſt & quatenus ſacramentum eſt, & quatenus ſacrificium. de quo articulo venerabilis Vvaldenſis contra ipſum egregiè diſputauit, libr. ſecundo de ſacramentis, ac de hoc peculiari puncto an ſit ſacrificium, cap. 31. & 32. Poſt vero Lutherus, qui in omnia eius verba diabolicè iurauit, idem ſacramētum negat eſſe ſacrificium; de qua ideo re virulentum edidit libellum, cui titulum fecit, de abroganda Miſſa priuata, vbi poſt quam inanibus rationibus, quas nos modo retulimus viſus ſibi eſt rem demonſtraſſe, amarulentis nos ſcommatibus proſcindit: dicens, quod qui ſacramentum altaris ſacrificium vocamus idololatra impietate commaculamur, immo eodem verbo ait nos negare Chriſtum ſemel tantū fuiſſe mortuum. Nam ſuam, inquit, mortem vnicum eſſe voluit ſacrificium, infert ergo ſubinde nullum eſſe peculiare ſacrificium in Eccleſia Chriſti, ſed cuncta Chriſtiana opera, nempè eleemoſinas, orationes, atque oblationes, & reliquarum virtutum officia eſſe noſtra ſacrificia, & quoniam ſacerdos ab immolando ſacrificio dicitur, eadem ratione totam eccleſiaſticam Hierarchiam ſubuertit, negans diſtinctos eſſe gradus epiſcoporum, ſacerdotum, & laicorum; ſed quotquot Chriſtiani ſunt ait eſſe ſacerdotes, iuxta illud primæ Petr. 2. Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, &cæt. Ob idque vnumquemque ſuum offerre ſacrificium, ſacramentaque miniſtrare poſſe etiam alteris. Contra hanc autem abſurdiſſimam hæreſim, non duæ dicam conſtituuntur modo concluſiones, ſed oſtenduntur legitimè ab Eccleſia conſtitutæ. Prior: Adorandum altaris ſacramentum non ſolum vti cætera ſacramētum eſt, verum proculdubio victima & ſacrificium: idemq. Chriſticolis vni cum. Probatur concluſio primum omniū naturali iure. Nulla. n. vnquam fuit, vt qōne proxima dicebamus mortalium reſpublica, quæ ſecundū exiſtimationem, quam vel Dei vel deorum haberet, non peculiaria ſacrificia inſtitueret, vt illo potiſſimū ritu ab alia republica dignoſceretur. Quapropter alia erant Atheniēſibus ſacrificia, alia vero Lacedæmonijs, atq. alia Romanis: Adeo vt illis quarto confeſſum vbique ſemper fuerit, conſtare rempublicam, & ſacrificio ſacerdotio, legibus & gubernatore. Cum ergo nos per Dei gratiam tam alta inſigniti ſimus veri Dei cognitione, nō modo impium, verū & barbarum eſt prorſum ambigere, quin peculiare ſit nobis ſacrificium in quo noſtra religio conſiſtat. Quòd niſi hoc altaris cōfiteamur, nullum inter Chriſtianos ſit reliquum quòd propriam habeat rationem ſacrificij. Enimuero oblationes alię, nempè decimæ & primitiæ, & in ſumma reliqua opera virtutum, vt qōne præcedenti dicebamus non ſunt ſecundū propriam ſpeciē ſacrificia, ſed relatione extrinſeca, quia per virtutē religionis in honorē Dei referantur. Sacrificiū vero quo proprie in ſignū ſubiectionis Deū colamus ſi hoc altāris ſuſtuleris, nullum ſit reliquum. Mox ex lege Moyſi ſecūdū ſumitur argumentum: Iubebat enim lex illa numeroſiſſimam ſacrificiorum, hoſtiarumq; oblationem, quibus tum ſuam ſubiectionē erga Deum cōmendabat, tum etiā noſtrā præfigurabat legem. Ergo niſi legem illā noſtræ velis dignitate præferre neceſſe eſt Euangeliū profeſſis peculiare eſſe ſacrificium: quod ut idētidem reputamus, præter

Vvicleff.

Vvaldēſis.

Luther.

Prima concluſ.

Prima probatio.

Secūda ratio.

illud

illud altaris nullum eſt propriè. At vero
Euaſio Lutheri reſpõdet Lutherus hæc omnia probare ali quod eſſe ſacrificium Euangelium, hoc tamen inquit, non fuit niſi illud quod Chriſtus in ara crucis ſemel obtulit. Attamen reſponſio hæc minimè rationibus noſtris ſatisfacit. Enimueto ſacr ficium quòd religioni peculiare eſt tandiu durare debet, quamdiu religio perſtat: illud autem Chriſti in propria ſpecie non iteratur. Nam vt ait Paulus, Chriſtus ſemel mortuus eſt, ſiquidem reſurgens ex mortuis, iam nõ moritur, mors illi vltra non dominabitur: neceſſarium ergo fuit ſacrificium inſtitui, qđ religio Chriſtiana quotidie Deo ſuo offerret, tum pro alijs ab eo receptis beneficijs, tum præcipue pro illo redemptionis inſigni. Alioqui vt dicebamus inferior obſcuriorque hac parte eſſet lex noſtra non modo quam vetus, verum & quam lex naturæ. Tertium ſubinde argumentum eſt
Tertia ratio. quod Chriſtus, vti tum Pſaltes prophetauit, tum Paulus interpretatus eſt, fuit ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, qui obtulit panem & vinum. Cum ergo in cruce non has corporum ſpecies, ſed ſuũ proprium corpus moriens immolauerit, documentum eſt maximum, hoc quod nos qui ſua membra ſumus, ſub eiſdem ſpeciebus quotidie offerimus legitimum eſſe noſtrũ ſacrificium. Quare ſeipſum, panem de cælo deſcendentem nuncupauit, atqui ceu huius præſagium præter Agnum paſchalẽ quem ſecundum legis mandatum Exod. 12. antiqui patres ſemel quotannis in figũram Chriſti paſſionis immolabant, iubebãtur, & Numeri 28. offerri quotidie in templo duo agniculi immaculati in holocauſtum; nempe vt doceremur, non modo qꝑ Chriſtus obtulit, ſed & quod nos quotidie offerimus legitimum eſſe ſacrificiũ. Quar-
Quarta ratio. to loco arguitur, quicunque vt paulo ante dicemus, peculiare aliquod ac noſtræ religioni proprium renuerit eſſe ſacrificium debet perinde & peculiarem ſacerdotum ordinem ac pontificum, vt Lutherus fecit prorſum denegare; quo vtique ſublato ſpecioſiſſimus eccleſiæ decor & pulchritudo cõfunditur ac perturbatur, quod quam ſit Chriſti prouidentiæ indecens, nullus eſt vel mente captus, qui non plane videat. Cũ enim, vt Diuus ille vetuſtiſſimus Dio-
Dionyſ. nyſ. in lib. de Cœleſti Hierarchia teſtatur triumphantium cœtus angelorum Hierarchijs pulcherrimè diſponatur, cur quæſo ſancta militantium Eccleſia quæ propheti co teſtimonio vt regina Chriſto a dextris aſſidet, circum amicta varietate non ſimili ordinum diſpoſitione, functionumque diſcretione, vt idem ipſe Dionyſ. in lib. eccleſiaſticæ Hierarchiæ optime collegit, nõ ſit diſtincta? Augetur & huius rationis vis exemplo ciuilis reipublicę, quæ cum diſtinctis magiſtratibus vſque ad regem aſcendat teſtimonio eſt, qꝑ niſi eccleſia ſic eſſet diſpoſita prouidentiam eius non referret qui illam inſtituit; Quin verò cum Deus orbem ipſum tam multiiuga cœlorum, elementorumque ac rerum varietate conſtare voluerit, cur eadem ſimili pulchritudine ſuam orbaſſet Eccleſiam: Adde, quod & lex vetus Euangelij vmbra diſtinctis ordinibus ſacerdotum, ac Leuitarum quibus Summus præſidebat Põtifex diuinitus eſt inſtituta Vmbram illo decore honeſtauit, cur & veritatem ipſam promiſcua confuſione dehoneſtaſſet? In ſumma erant gentibus ſuæ religionis peculiares ſacerdotes, quare non in noſtra quæ ſola legitima eſt diffiteantur iſti peculiarem exiſtere gradũ ordinemque ſacerdotum? Accedit enim & Pauli analogia primæ ad Corint. 12 vbi declarat quemadmodũ & humanum corpus, ſic & Eccleſiam variis membris compingi. Vnde ad Epheſi. 4. dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autẽ paſtores & doctores ad conſumationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti. Igitur cum palam conſtet ſingularem eſſe in eccleſia ſacerdotum ordinem, fit, vt & peculiare quoque ſit ſacrificium, quod eorum eſt munus. Colligamus ergo, quod vt Chriſtiani omnes generali nomine ſacerdotes ob id dicuntur ſecundum Petrum Apoſtolum, quod officia virtutum quæ extrinſecus communique nomine dicuntur ſacrificia offerunt, ſic per antonomaſiam ex proprio munere illi dicuntur ſacerdotes, qui ſingulare propriumq; immolant ſacrificium. His præterea rationibus accedunt ſacroſanctæ Eccleſiæ decreta nempè antiquiſſimi in primis Niceni Concilij, vt habetur diſtin. 93. cap. Cõciliũ
peruenit, cuius verba ſunt Hoc neq; regula, neque cõſuetudo tradidit vt hi qui offerendi ſacrificium non habent poteſtatem, his qui offerunt corpus Chriſti porrigant. Nicenũ.

Et

Confirmatio. Quinta ratio. Paulus.

Innocē. tius tertius.

Et Innocen. tertius in Conci. Lateranensi vt de sum. Trin. & fi. cat. c. firmiter habetur. Vna, inquit, est fidelium vniuersalis ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur: in qua idem ipse sacerdos est & sacrificium Iesus Christus. Et ne putes ad mortem ejus tantum allusionem fieri subditur: Cujus corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur. Quasi dicat: Quod ipse semel sub carnis forma immolauit sacrificium, nos quotidie sub speciebus panis & vini offerimus.

Ad primū arg.

Ad primū igitur argumentum ex Paulo ad Hebreos 10. desumptum, respondet, Apostolum illic sermonem prorsus habere de hostia quam Christus in ara crucis, videlicet proprium corpus, idemq; sub specie carnis moriens obtulit. Quæ quidem vnica fuit, eademq; infinito modo sufficies ad delictorū omnium remissionem. Qua ratione iterari neq; debet neq; potest. Eadem tamen veritate nihil obstante, & hoc quod quotidie offerimus vere est sacrificium, quatenus à Christo, ceu eiusdem sacrificij

Ambr.

memoria institutum est. Vnde Ambrosius super eodem loco, semel oblata est hostia ad salutem sempiternam potēs. Quid ergo nos nōne per singulos dies offerimus? Sed ad recordationem mortis eius & vna est hostia, non multæ? Quomodo est vna non multæ? quia semel oblatus est Christus, hoc autem sacrificium exemplum est illius idipsum semper idipsū proinde hoc idem est sacrificium. Sicut id qđ vbiq; offertur vnum est corpus, & non multa corpora. Ecce quomodo sacramētū vere sacrificiū est: atq; idem quod Christus obtulit, sed hinc emergit vis secundi argumenti. Sacramentum hoc nihil aliud habet vt sit sacrificium, nisi quod est illius cōmemoratio, memoria aūt nō est vera res, alias memoria natiuitatis esset natiuitas. Quod si dicas, vt ait ad Simplicium

Augusti.

August. consueuisse imagines, nominibus ipsarum rerum appellari: quod D. Thom. 3. parte q. 88. artic. 1. ad hoc propositum citauit, parùm profectò ad rem confert: tum quòd imagines appellat nominibus rerum non est esse res ipsas, & tamen nos profitemur sacramentū nostrum esse verū sacrificium: tum etiam quod eadem ratione in victimis quoque antiquæ legis potest censeri Christus sub figura immolatus, iuxta illud Apocaly. 13. Quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ agni, qui occisus est ab origine mundi. Si autem dicas nostram oblationem ob id censeri sacrificium quod per eandē efficimur particeps passionis Christi, vt ibidem S. Thomas subiungit, neq; hoc porrò satisfacere videtur: nam quodcunq; sacramētum eundē habet effectum. Videntur ergo hæretici Lutherani non exiguam occasionem nacti negandi sacramentum nostrum verè esse sacrificium, asserēdiq; solum esse signū commemoratiuum illius passionis instar Comicæ repræsentationis. Respondetur nihilominus redicem huius intelligentiæ esse hanc ecclesiæ veridicam confessionē, quod corpus sanguisq́ue Christi realiter sub his speciebus panis & vini contineri, eaſdemq; Christus in cœna cōsecrasse, hac enim negata veritate catholica, palam fit consequens mysterium altaris non esse sacrificium, sed nudum memoriale signum. Quare Lutherani ex priori posterius collegerunt: catholica verò confessione suppositā, res fit protinus liquida. Est. n. idem Eucharistiæ sacramentum ob id victima & sacrificium quod idem realiter corpus eundemq́ue sanguinem quæ Christus in cruce obtulit nos perinde offerimus quare nulla est similitudo cum festo Natiuitatis aut Resurrectionis: illic enim non habemus Christum præsentem qui tunc natus aut resurgens offeratur. Nec verò sacrum hoc facientes profitemur tunc mori: falsa enim esset tunc nostra professio: sed tamē quia corpus ipsum crucifixum & sanguinē fusum in memoriam passionis offerimus verè & propriè absq; vllo figmento sacrificamus. Atqui ex his colligitur tertij argumenti solutio. Distinguimus enim Christum non se obtulisse sub speciebus panis & vini. In ligno enim crucis verum est, sed tamen in cœna dum nostrum sacrificium instituit, sese vt nos modò ipsum obtulit. Ad verum autem Augu. q́ in Christi immolatione idem est sacerdos & sacrificium, respondetur quod quia sacerdos nomine Christi sacrificium libat, eiusq́ue vice fungitur, quamuis non tam propriè quàm dum Christus se obtulit tamen neque ineptè in nostra immolatione conceditur idem esse sacerdotem & sacrificium.

D. Tho.

Ad secū dū arg.

Ad tertiū arg.

ARTI-

ARTICVLVS II.

Vtrum altaris ſacrificiũ pro pluribus oblatũ perinde ſingulis ad ſatisfactionẽ proſit ac ſi ſeorſim oblatum eſſet pro vno.

QVoniam ſuperioti articulo definitum eſt ſacroſanctam Euchariſtiã vna eſſe ſacramentum & ſacrificium res ipſa poſtulat, vt quemadmodum ſit ſatisfactorium exploremus. Apparet quippe nihilo partius ad ſatisfactionem ſingulis prodeſſe propluribus oblatum quàm ſi præciſè offerretur pro vno. Primo, quia cum hoc ſacrificio, vt dictum eſt, corpus ipſum verum ſanguiſq; Chriſti offeratur, videtur perinde eſſe infiniti valoris, atq res ipſæ quæ offeruntur: eo potiſſimum quod eſt memoriale, vt dictum eſt, paſſionis Chriſti: quæ fuit quantum ad ſufficientiam infiniti valoris: valor autem infinitus non in ſingulis minuitur quod pluribus applicetur: ergo pars affirmatiua queſtionis vera. Secundò in eãdem ſententiam applaudere videtur D. Tho. 3. parte, quæſt. 79. artic. 5. vbi ait, quod quamuis hæc oblatio ex ſui quantitate ſufficiat ad ſatisfaciendum pro omni pœna, tamen ſit ſatisfactoria tã offerentibus quàm iis pro quibus offertur ſecundum quantitatem ſuæ deuotionis, & non pro tota pœna: vbi quantitatem valoris videtur infinitam deſignare: ſed limitari cenſet ſecundum quantitatem deuotionis ſuſcipientium: deuotio autem vnius nõ impedit deuotionem alterius: ergo ex numero eorum pro quibus offertur, non minuitur ſingulorum fructus: ſicut eorum qui in conſpectu ſolis ſunt, nihilominus ca loris ſinguli ſuſcipiunt, propterea quod in plures irradiet. Tertiò arguitur ex eccleſiæ ritu, Offert enim ſacerdos eccleſiæ nomine pro Papa, pro Rege, & pro aſtantibus: in ſumma, pro viuis ac defunctis: & tamen non apparet dicendum quo pro pluribus offertur, eo minus prodeſſe ſingulis: nam vt ait Hieronymus de conſecratio. diſt. 5. can non mediocriter. Cùm pro cunctis animabus pſalmus vel Miſſa dicit, nihilominus quàm ſi pro vno quolibet ipſorum diceretur, accipitur: In contrarium eſt quod etſi ipſa paſſio Chriſti quantum ad ſufficientiam infiniti fuerit valoris, tamen quantum ad efficaciam, per ſingula ſacramenta ſub certo limitatoque gradu applicatur: quod & ſacramento altaris etiã congruit: per diſtributionem autem finiti, quo inter plures diſpertitur, minus ſingulis obtingit.

Primũ argum.

Arg. 2. D. Tho.

Argu. 3.

Hiero.

Quæſtio preſens celebris eſt inter Theologos, nec tam explicatu facilis, quàm vtilis ſcitu. Scotus enim quolibet. 20. ad partem arridet negatiuam, nempè miſſam pro multis oblatam non tantum ſingulis prodeſſe quàm ſi ſingulariter offerretur pro vno. Et Sylueſter in verbo. Miſſ §. 9. in eandem ſententiam ex Iuriſconſultis plurimos citat, inter quos cõnumerandus videtur Palud. quippe qui in 4 diſt. 9. q. 2. eiſdem apparet conniuere. Ipſe tamen Sylueſt. medio quodammodo incedit: nempè quòd ſi ſacerdos generali oblatione pro multitudine offerat, tunc non tantum ſingulis prodeſt. Si verò ſigillatim ad ſingulos peculiariter referat intentionem, nihilo ſatisfactionis minus ſingulis obtingit, Caieta autem 2. 2. q. 79. artic. 5. & ex profeſſo laudatiſſimè quoli. et. ſuo q. 18. abſolutè affirmatiuam reſponſionem ſuſtentat: videlicet perinde ſingulis prodeſſe ſi offeratur pro pluribus, immo etiam pro infinitis ac ſi præciſè pro vno. Eandemq; arbitratur eſſe opinionem D. Thom. Neq; deſunt qui magno fauore eandem ample xentur opinionem. At verò vt meam ego inſcitiam fatear, ſemper ſum arbitratus non ſolum falſam eſſe verum antiquiſſimo eccleſiæ vſui contrariam: ac ſubinde vt à peiori verbo abſtineamus, parum excitandæ plebi ad eleemoſinas procelebrandis miſſis elargiendas conducens: vt infra notum fiet. Ad queſtionẽ ergo vt reſpondeamus, ſupponendum eſt ex ſuperioribus in hoc ſacrificio tria cõſiderari: nempè ſacramentum, & ſacrificium, & præcationes quæ Deo funduntur. Quorum tertium non eſt de eſſentia aut ſacramenti aut ſacrificij. Sacramenti.n conſecratio in illis ſolis verbis conſiſtit. Hoc eſt corpus meum, &, Hic eſt calix ſanguinis mei, &c. vſus autem in ſumptione. His autem ambobus ratio ſacrificij addit oblationem. Eccleſia verò conſultè adhibuit orationes, & ſanctorum laudes, vt in canone eſt videre. Et quidem de ratione ſacramenti nihil ad locum præſentem. Prodeſt namq; tantũ ſumentibus, quibus ceu alimoniam ſpirituа-

Scotus.

Syluest.

Palud.

Caiet.

Tria cõſideranda in altiſſimo altaris miniſterio.

ſpitualis vitæ gratiam confert, & dulcedinem, atque adeo deuotionem excitat At vero tanquam ſacrificium, de quo præſens eſt quæſtio, non ſolis ſumentibus, verum & offerentibus, & pro quibus offertur confert. Nec vero tantum ſacerdos offerens cenſetur, verum & aſtantes & eleemoſinã largientes, vt infra patebit. Prodeſt inquam illis ad ſatisfactionem pro peccatis: nempè ad pœnarum remiſſionem eorum criminum, quorum culpa deleta eſt. His igitur ſuppoſitis tribus concluſionibus, reſpondetur. Et quoniam vnicum fundamẽtum Caietani eſt hoc ſacramentum eſſe infiniti valoris. Prima ſit hæc: Res contentæ in hoc ſacramẽto, nempè corpus ſanguiſque Chriſti, infiniti ex ſe valoris ſunt; nam ſunt corpus & ſanguis Dei per quæ quantum ad ſufficientiam, peccatis totius mundi ſatisfecit. Secunda concluſio. Sacrificium quod per ſacerdotem Chriſti miniſtrum, conficitur, non eſt infiniti valoris. Hoc enim hic primum animaduertendũ eſt, videlicet huic nomini, ſacrificium, nõ præciſe corpus ſanguinemque Chriſti ſũponi, ſed hæc dum offeruntur. Enimuero dum in pyxide reſeruantur, non ſunt ſacrificium, licet ſint ſacramentum, ſed dum a ſacerdote, conſecratione, oblatione, & ſumptione celebrantur, quare ſacrificiũ actionem ſacerdotis ſuo ſignificato complectitur. Probatur ergo concluſio; Quantitas ſacrificij, quandoquidem rei oblationem importat, non ſolum ex parte rei oblatæ, ſed ex dignitate quoque, intentioneque offerentis perpendi debet. Haud enim ſacrificium Chriſti quod in cruce obtulit, ſola ratione rei oblatæ infiniti valoris fuit, ſed quia offerens ipſe Deus erat, ac perinde patri infinitum gratus; ſacerdotes autẽ qui miniſtri ſunt Chriſti, non habent illam virtutem, neque illis diuinitus collata eſt. Profecto æquiparare ſacerdotis ſacrificium in valore oblationi Chriſti, non eſt apoſtolicis verbis conſonum, quæ ſuperius ex 10. cap ad Hebr. retulimus. Porrò vbi ait vna oblatione conſummaſſe in ſempiternum ſanctificatos: quæ ideo oblatio nec poteſt, nec debet amplius iterari. Quod re vera de noſtro ſacrificio, etſi commemoratio illius ſit, non aſſeruiſſet.

Secũda. Secundo, ut res hoc pacto patẽtior fiat, arguitur; Infinitus valor ſatisfactionis Chriſti ſolum æſtimatur quantum ad ſufficientiam: at vero quantum ad efficaciam per ſacramenta non operatur niſi finitè, & ideo ſingulis, etſi inſtrumenta eiuſdem paſſionis exiſtant, non niſi ſub gradu finito tribuit ad certam menſuram eſſe cauſſas gratiæ, vt patet in baptiſmo, & cæteris, ex opere, quod aiunt, operato, nempè virtute ſacramenti. Id quod & ipſi eucharistiæ ſacramento commune eſt; quippe quod etſi corpus & ſanguinem veraciter contineat, nõ niſi limitatum gratiæ modum ex ſua inſtitutione confert. Cum ergo idem ſacramentum, quatenus ſacrificium virtute etiam ipſius operis, ſicuti cætera ſacramenta, gratiam conferunt, ſic ſatisfactionem efficiat; plane fit conſequens vt ex ſua ipſius ratione operis, ſcilicet ratione inſtitutionis Chriſti, qui non diſpoſuit per inſtrumenta ſuæ paſſionis operari, niſi finitè, non ſit ad ſatisfaciendum infiniti valoris, ſed certè finiti. Sed hoc eſt biuium, vnde Caiet. a nobis, & ut arbitror, a veritate declinat; nempè quod huic ſacrificio nullam ex opere operato vim confert, ſed totam ſatisfactionis menſuram cenſet ex ſolo deuotionis gradu ſeu offerentium, ſeu pro quibus offertur taxari. Quod re vera Sanct. Thom. quem ſe ſequi exiſtimat, neque opinatus eſt, neque opinari potuit, nã cum non ſolum quatenus eſt ſacramentum, verum & quatenus ſacrificium, inſtrumentum ſit paſſionis Chriſti, vtraque ratione manifeſtum eſt virtuti operis, ſeu quod aiunt, operi operato reſpondere certum terminatumque ſatisfactionis gradum. Tertio, etiamnum ad maiorem explicationem arguitur: Cuncta ſacramenta per intentionem conferentis potiſſimum perficiuntur, ergo eucharistia, etiam inquantum victima eſt, per Chriſti & eccleſiæ miniſtrum, perque eius adeo intentionem fit ſacrificium; nempe quia miniſter illud ſecundum intentionem eccleſiæ offerre intendit. Vnde rurſus conſequitur, quod ſecluſa quacunque particulari deuotione, ſacrificio per intentionem miniſtri oblatio reſpondeat certus ſatisfactionis gradus. Et hoc eſt punctum, in quo veritas ſententiæ, quam defendimus, ſi vera eſt, conſiſtit. Quod quidem punctum inde confirmatur, quod ẽt dum ſacerdos & cuncti aſtantes qui offerunt eſſent in peccato, immo etiam illi, pro quibus ſingulariter offertur, nihilominus verum

Prima concluſ.

Secũda concluſ

Prima rõ concluſiõis.

Caieta. hallucinatio.

Tertio ratio.

rum eſſet ſacramentum, ac perinde ſacrificium, idemque ſatisfactorium. Qui quidem fructus, ſi illis non prodeſſet, in thesauro eccleſiæ reconderetur. Sed arguat forſan contra diſcipulus quiſpiam Diuus Thom quod idem ſanctus Doctor loco citato tertia parte, quæſtione 79. artic. 5. totam ſatisfactionem admetiri quantitati deuotionis videatur. Reſpondeo autem ſic Caietanum eam intellexiſſe, indeque hauſiſſe opinionem ſuam: attamen D. Thom. hoc non ſenſit, quippe qui tantum ait magis in oblatione attendi affectum offerentis, quam quantitatem oblationis: vt non neget ipſam ſacrificij ſacerdotalem oblationem, ſuum per ſe habere valorem: eundemque ſuo gradu taxatum vt Chriſtus, ceu in cœteris ſacramentis diſpoſuit. Et patet eodem ipſo exemplo, quod S. Tho. adduxit de vidua, quæ duo ænea minuta in gazophylacium miſit, nam licet ex eius effectu paupertatiſque reſpectu auctum eſt illi meritum, nihilominus ipſa per ſe minuta a quocunque oblata, aliquid valebant. Quin vero fortaſſe hoc quod valor huius ſacrificij creſcat ex deuotione offerentis, aut recipientis, non eſt ei ſingulare, ſed omnibus ſacramentis commune. Fortaſſe inquam gradus ille gratiæ, qui in baptiſmo ſacramentali virtuti reſpondet, crementum accipit ex deuotione ſuſcipientis, ſi ſit adultus: nam beneficia gratiæ conferuntur quantum ad hoc, inſtar operum naturæ: puta vberius ei, qui aptius præparabatur. Imo neque deſunt, qui dicant creſcere etiam ex ſanctitate miniſtri: licet hoc ſecundum mihi non ſit ita multum probabile. At vero multo eſt compertius valorem ſacrificij creſcere ex deuotione q̄ualorem ſacramentorum, ratione oblationis, quæ eſt actus offerentis, nam in alijs ſacramentis nihil offertur. Et hoc ſignificat Diuus Thom. Ex his ad rei elucidationem conſequitur, non creſcere valorem ſacrificij omnino ſecundum proportionem deuotionis efferentium, nam ille gradus reſpondens ſacramento, ſemper manet idem. Exemplum in baptiſmo accipito; Gratia (verbi gratia) ex opere operato eſt unius gradus, quo quidem paruulus ante rationis vſum ſuffunditur; ſi ergo duo adulti ſacramentum ſuſcipiant, vnius dupla deuotione & merito, quam alter non ſubinde gratia baptiſmalis duplicabitur, eo quod duplatur tota cauſa, quandoquidem ſacramentum idem confertur vtrique. Pari ratione etſi vnus ſacerdos dupla deuotione conſecret, quam alius, non duplabitur illi ſatisfactio, quæ prouenit ex ſacramento, quia nō duplatur ſacramentum ipſum, nec eius efficacia quam ex Chriſti diſpoſitione habet, quæ quidem multo eſt maior quam quæ ex deuotionibus accedit, licet plus obueniet melius offerenti. His inſuper addiderim verbum aliud S. Thom. quo ait, oblationem ſacrificij ex ſua quantitate ſufficere pro omni pœna, ſcilicet offerentis, vel eius pro quo offertur. non ſignificare eſſe de ſe infiniti valoris, nam hoc etiam conuenit baptiſmo, imo & ſacramento pœnitentiæ de ſe quatenus inſtrumentum eſt paſſionis Chriſti. Ei enim qui optima contritione reſurgeret, omnis condonaretur pœna.

Solutio.

Haud ergo vnquam ſenſit. S. Thom. ſacrificium hoc niſi in Chriſto eſſe in finiti valoris. Sed vbilibet vel ipſe, vel alius appellauerit infinitum, intelligit precise quantum ad rem oblatam; attamen ſacrificium actionem ſacerdotis ſuo ſignificatu, vt dictum eſt, comprehendit, cum qua Chriſtus, vt dictum eſt, non niſi finita menſura & modo concurrit. Igitur vt ſummatim concludamus, non dicitur hoc ſacrificium memoriale illius Chriſti, eo q̄ dum ſacerdos conſecrat, cenſeatur tunc Xp̄s ut olim, infinitū quo ad ſufficientiam ſatisfacere, ſed q̄ quātum ad efficaciam per idem corpus & ſanguinē finito operetur modo, ut in cæteris ſacramētis, tā ad ſatisfactionē, q̄ ad gr̄am. Nam ut planè intelligas ſacrificiū noſtrū, non eſt Chri paſſio, ſed eius applicatio. Ter concluſio, qua ad q̄onem r̄ndetur. Ineffabile ſacrificium Miſſæ quo pro plurib. offertur, minus ſingulis ad ſatisfactionem prodeſt. Concluſio hæc corollaria eſt, appendixq; ſuperioris, nam quo res finita in plures diſpertitur, minor vnicuilibet cōtingit portio, ſed preterea eadem concluſio per aſſertionem ipſius Caiet. tum declaratur, tum etiam confirmatur. Fatetur. n. q̄ ſi ille qui ſacrificium offert, nempè uel ſacerdos, uel aſtans, uel eleemoſinam ſoluens, tantam hēat deuotionem, cui unus ſatisfactionis gradus in ſacrificio r̄ndet, eademq; duobus impartiatur, nō prouenit ſingulis niſi p̄ medietate illius gradus, & ſi tribus, pro tertia parte, &c. Eadem ergo ſimilitudine nos bifariā arguimus. Primò. Id q̄ ipſe ait de de-

Explanatur locus alius S. Tho. qui uidetur Caietā. patrocinari.

Valor ſacrificij non creſcit ſecūdum p̄portionē deuotionis offerentium.

Tertia conclu.

Probatio.

de deuotione, longè efficaciori ratione intelligendum est de intentione sacerdoti: nam si omnes astantes & qui eleemosinã conferunt, offerre censeantur: longe tamen differentius sacerdos qui rem diuinã seu ecclesiæ ministeꝛ peragit. Ille etenim solus consecrat, & ecclesiæ verbis offert, & insumit. Quare suæ particulari functioni sumptioni, quibus victam perficitur, correspondet, certus limitatuiq; satisfactionis gradus ex opere, quod aiunt, operato, vt per aliorum sacramentorum analogiam monstratum est, etiam si sacerdos in peccato mortali conficeret absq; vllo deuotionis valore. Quare D. Tho. in 4 dist. 45. q 2. art. 1. loquedo de Missa mali sacerdotis: quæ certum est illis prodesse pro quibus offertur, pro ratione subdit, quod ipsum opus operatum, putà sacrificium altaris, sicut reliqua sacramenta, etiam per malum ministrum oblatum prodest. Et iste est gradus essentialis sacramenti: nam qui ex deuotione aliorum offerentium adiungitur, accidentarius est maior aut minor. Atque adeò hic est, quem qui eleemosinam porrigit, applicari sibi optat, vnde sit cõsequens vt quo pluribus distribuatur, minor sit in singulis. Adde argumentum alterum eiusdem rei minimè debile: Sacerdos tanquam minister ecclesiæ si legitimè consecret, non solum intentionem, verum & deuotionem afferre debet: iuxta verbum Canonis. Quorum ubi fides cognita est, & nota deuotio. Quare qui suam confert eleemosinam, vt pro se offeratur sacrificium, meritò iustitiæ petit, vt sacerdos non solum ex intentione, verum & ex deuotione pro se offerat: præsertim secundũ ipsum Caietanum: nam cùm inopinabile aliud sit, quam quod aliqua actio sacerdotis sit de intrinseca ratione sacrificij, & totam ipse oblationem in deuotione ponat, fit, vt illis sit debitor, deuotio autem secundum eundem quo pluribus applicatur, minus singulis prodest, ergo conclusio nostra sit planè consequens. Hoc autem argumentum ad hominem ex eius assertis procedit: nam re vera actio sacrificio necessaria est oblatio cum intentione, quæ etiã in sacerdote dum in peccato conficerat, reperitur. Quare de rigore iustitiæ absq; deuotione satisfacit ei, qui eleemosinam porrexit: quamuis fanè noua sit culpa, nisi ex deuotione ipsam obtulerit, pro qua eleemosinam susceꝑit. Vnum tamen argumentum facit Syluester, quo putat contrarium concludere: quod tamen à nobis pugant. Arguit enim sic: Quò plures sint offerentes sacrificium, eo id ipsum sit auctius: ergo nullus per consortium aliorum suo defraudatur fructu: alias consultius esset illi sacrificio interesse, cui pauciores assisterent. Et subdit exemplum in baptismo: nam etsi vno sacramento baptizarentur plures, nihil minus reciperet vnusquisq; gratiæ. At verò non videt, vt baptismus secundum eorum multitudinem qui baptizantur multiplicetur: nam si ego vna aspersione quatuor vel decem baptizarem: tot esset sacramenta baptismi quot essent baptizati: sacrificium autem non multiplicatur propter multiplicationem offerẽtiũ, sed est vnum solum propter vnicam oblationem atque intentionẽ sacerdotis, quæ est de essentia sacrificij. Et ideo licet verum sit, quò plures offerunt sacrificium quodammodo augeri extensiue: nã unusquilibet suam satisfactionem sortitur: tamen valor ille sacramento intrinsecus non crescit eadem portione qua multitudo offerentium est maior. Quare illa distinctio eiusdem Syluestri de oblatione sigillata aut confusa, non vsque adeo eum iuuat: nam etsi per sigillatas distribuatur, minores singulis portiones obuenient.

Potissimum autem argumentum, propter quod contraria opinio esset repudianda, quod si illa vera esset liceret sacerdoti pro vno sacrificio à duobus & à tribus pitantias (quas vocant) suscipire: quin verò à triginta & à trecentis: nam si sacrificium tantum tunc singulis prodest, ac pro vno oblatum, nemini suo defraudat fructu, atq; adeò nulli facit iniuriam. Quod quidem adeò apparet concessu incongruum vt nemo id ausit adhuc concedere. Immo Scotus & à Palude loco citato omnino negant: licet hic nonnullos casus excusatorios subijciat. Quin etiam neq; Syluest. id admittit. Quocirca neq. Caiet. argumentum hoc debuisset dissimulanter ac tacitè prætexere: quia si quis respondeat id non esse licitum propter scandalum, ad minus citra scandalum, secretè posset id sacerdos facere. Item scandalum ex falsitate illius opinionis nascitur, nam si vera esset persuaderiq. posset plebi, nullum scandalũ daret,

Ratio altera, p conclusione.

Argu. Syluest.

Solutio

Potissimum ar gum. cõtra opinionem

Caieta.

daret. Et ideo in ordine nostro sanctè cautum est, ne fiducia illius opinionis à pluribus eleemonæ pro eadem Missa recipiantur. Immo vero qui ab eadem opinione aſsēsum dimouere nequiuerit, nihilominus neq. eiusmodi numerosas pitantias suscipere pōt: nam cū illa neq. fides sit, neq. scientia, sed obscura opinio, nemo se eius persuasu debet periculo iniustitiæ obijcere, plura stipendia pro vna Missa recipiendo. Imò aliud argm quod ipse contra seipsum induc it non debiliter pugnat: nempè, q̄ posset sacerdos per vnam Missam illi satisfacere, cui decē debet: saltem si tantam illuc afferret deuotionem, quantæ essent dispersæ decē. Modo verò nihil de eleemosinis pro Missarum solennijs recipiēdis definimus, ad quam possint quātitatem & numerum recipi: quippe quę doctrina ad proximam, quæ de oblationibus est, qōnem attinet. Supra hæc aūt & illa non est prætereunda ratio, quæ ad sacrificij precationes attinet: nam & hanc idem auctor inficiatur. Ratio aūt est hæc: quicunq; erogata eleemosina Missam pro se offerri possit, non solum sacrificij satisfactionem, verum & ecclesiæ preces ab ecclesia institutas, sibi iustè optat eleemosinæ suæ merito applicari: sacrificium nanque per modum solutionis debiti satisfacit, oratio verò prodest per modum impetrationis veniæ, quorum ideo vtrumq; eleemosinam offerenti singulariter applicandum est: oratio aūt eadē atq. vna non multiplicata, minus prodest singulis, si pro pluribus fundatur: huius n. veritatis mos ipse Christianorum atq. ecclesiæ documentum nobis est. Primò nanq; in ipso canone nō sine caussa posit oblationem pro ecclesia in genere subditur, nominatim, Pro Papa, &c. Item quando aliqua irruit calamitas, illius peculiariter auersionem precamur: siue in ecclesiam ingruat, siue in singularem amicum: nā etsi Deus tam facilè plura donare possit, quam vnūquodlibet beneficium: nihilominus quando aliquem videt ad rem aliquam singulariter affectum, in quam precādo incumbit, si iusta est magis, vt more nostro loquamur, flectitur: ergo cum in Missa orationes illæ statutæ ab ecclesia non multiplicentur, fit vt dum sacrificium pro pluribus conficitur minus singulos iuuet, quam si singulariter pro vno offerretur. Quòd si Augusti sententiam nobis obijcias, 1. q. 8. vbi contrarijs videtur sentire, dum ait, tantò plus singulos de oratione gaudere, quātò pro pluribus funditur: ad hoc respōdet D. Tho. in 4. dist. 45. q. 2. art. 2. inter loquēdum de suffragijs, quod etsi suffragiorum valor (quibus orationem annumerat) quatenus à charitate procedunt, per quam mēbra ecclesiæ vniuntur, maior quodammodo sit: quia eandem vnitatem præstantius repræsentat, atq; adeo maius gaudium ingenerat singulis. Attamen si consideretur per modum satisfactionis quam quis alteri applicat: valor idem diuiditur inter eos, quibus applicatur. Et ideo qui pluribus tribuitur, minus singulis obuenit. Idq. adeò in solutione tertij de oratione spatiatim confitetur. Accedit huc demum, quod hac ratione pij fidei cultores particulares Missas, vel certis Christi mysterijs, vel diuorum solennitatibus proprias offerrit pro se volunt propter singularem affectū quem habent & iuuamina, quæ inde participant: quare neutiquam posset tunc sacerdos prosingulis vnam celebrare Missam. Ad vnum demum Hieronymi verbū restat respondendum suprà à nobis argumento tertio citatum, de consec. dist. 5. cano. Non mediocriter, videlicet, cum pro cunctis animabus Psalmus vel missa dicitur nihil minus quèm si pro vno quolibet diceretur accipitur. Quod variè Syluester atq; alij interpretantur. Sed primum omnium in hoc nobis potissimum astipulatur, quod Psalmum cum Missa confert, dicens vtrumq; perinde pluribus oblatum perinde valere atq; pro vno. nam comperissimum est psalmum non esse infiniti valoris quare nō insinuat Missam illa de causa quod infiniti sit pretij, non minus prodesse singulis dum pro pluribus offertur. Duo ergo glossemata illi textui subscribūtur. Prius quod referatur ad meritum offerentis, nempè, quod non minus meretur, qui pro pluribus illū offert, quam qui pro vno. Posterius (qđ superficietenus præcedentibus verbis quadrare videtur) q̄ tantum prodest singulis vnus psalmus ex attentione & animi ardore pro pluribus oblatus, quàm ex tēpore pro vno. At profecto ingratè glossas istas textus amplexatur sed arbitror eodem modo soluēdum, quo secundum sanctum Tho. ad aliud nuperrimè dicebamus, nempè quod si oblatio æstimetur ex radice charitatis vniē. is membra

Prohibetur Caieta. opinio.

Quarta rō pro conclu.

Obiectio.

Solutio S. Tho.

Postrema ratio.

membra eccleſiæ, non minus prodeſt ſingulis, ſi offertur pro multis: hoc eſt meritum charitatis offerentis æqualiter ſingulos iuuat: quia extenſione non minuitur; ſi tamen conſideretur in ratione ſatisfactionis ac ſolutionis debiti ad tales perſonas applicatæ, non tantum prodeſt, ac ſi ſingulis applicaretur. Haud enim negare Hieronymus, quin ſi hunc pſalmum pro vno recitares, mox eundem turſus pro alio atque iterato pro alio, plus prodeſſet ſingulis, qnam ſi vnum diceres pro omnibus tribus.

Ad primũ arg.

Primum igitur argumentum eorum, quæ in capite obiecta ſunt, illic ſolutum eſt: vbi diximus quod etſi res in hoc ſacrificio contentæ infiniti ſint valoris: tamen ſacrificium cum ſacerdotalem actionem includat, per quam Chriſtus non niſi finito modo, certaque menſura operatur, finitum eſt. Quare non idcirco memoriale paſſionis Chriſti dicitur quod æqualis ſit virtutis, ſed quod idem offert quid illic oblatum eſt. Ac perinde ad ſecũdum, quod

Ad ſm.

ex verbis D. Thom. colligitur, pariter ſatiſfecimus: quandoquidem monſtrauimus nequaquam negaſſe ſacrificium de ſe alicuius eſſe certi finitique valoris, quam virtute ſua ſi ſuſcipientis obex non ſemper exercet, ſed nihilominus penſandas etiam eſſe offerentium deuotiones ſecundùm quas ſacrificium creſcit: haud tamen ſecũdum totam proportionem illarum, vt explicatum eſt. Circa hanc autem deuotionem dubium reſtat, vtrum non ſolum cõficientiũ & offerentium, verum & eorum, pro quibus offertur, ſit æſtimãda deuotio.

Dubiũ. S. Tho.

Nam D. Tho. loco citato prius, non loquitur niſi de affectu offerentis, quod exemplo euangelicæ viduæ declarat: & in 4. Sententiarum, diſt. 12. q. 2. art. 2. ait hoc ſacrificium pœnam tollere in toto vel in parte, ſecundum menſuram pœnæ debitæ ex deuotione qua ſacramentum offertur. Nihilominus eodem loco 3. par. q. 79. ſtatim videtur ſubiungere, quòd eſt ſatisfactorium illis pro quibus offertur, ſecundum quantitatem ſuæ deuotionis: idemque repetit art. 7. in ſolutione ſecundi: & in 4. Sententiarum, diſt. 43 q. 2. art primo. Ab vtraque verò parte extant argumenta; nam quod penſanda ſit illorum deuotio pro quibus offertur, argumentum eſt, quod quemadmodum natura, verbi gratia, ignis quo materiam aptiorem nanciſcitur, eo efficacius formam producit: & in republica dignoribus cumulatiora conferuntur beneficia: ita intentio Chriſti ac ſubinde eccleſiæ ſuæ eſſe videtur, vt paratioribus benignius ſacrificium hoc rem ſuam conferat. Quare Auguſtinus ad Renatum: Auguſt.

Quis offerat corpus Chriſti niſi pro eis, qui ſunt membra Chriſti? Nihilominus verè à parte negatiua ſtat argumentum, quod dum quis priuatim æqualia ieiunia, aut æquales eleemoſinas in ſatisfactionem applicat duobus amicis, bonitate diſparibus, æquè illis prodeſt. Vnde non inepta videtur collectio, quòd dum ſacrificium quod ſua ipſius ratione æquale eſt, pro pluribus offertur, licet illi inæqualis ſint probitatis, æqualiter nihilominus illis conferat. Ad horum igitur intelligentiam notandum in primis, offerentes cenſeri non ſolum ſacerdotem qui rem facit diuinam, verum & aſtantes omnes atque illos qui eleemoſynas pro Miſſa pendunt, vel quomodocunque fauent, vt miſſa celebretur: licet longè præſtantius (vt diximus) ac proprius ſacerdotem. Ac de iſtis non ambigitur quin eorum deuotio in cauſſa ſit percipiendi maiores fructus. Etenim cùm verè ſit offerentes, inde valor ipſe ſacrificij extenſiuè augetur. Et forſan vbi ait ſanctus Thomas deuotionem illorum, pro quibus offertur, augere ſacrificij fructum, id de deuotione ſentit eorum, qui Miſſam celebrari faciunt, quandoquidem actualem afferunt deuotionem, & iunt veluti offerentes Quare de circunſtantibus peculiariter habetur in Canone. Quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio. Quaſi illi actu ad ſacramentum ſint affecti: atque adeò Deus cui eorum ſunt deuotiones notę, ſecũdum earum menſuram tribuat vni cuique. Alij verò ſunt, qui actualem deuotionem nunquam habuerunt ad hoc indiuiduum ſacrificium, quod hodie in hac Baſilica celebratur: vt pueri ante vſum rationis, & alij Chriſti fideles qui hoc nunquam cogitarunt: pro quibus nihilominus eccleſia offert; vt quam primum dicturi ſumus. Et iſti non dicuntur offerentes niſi quodam forte generaliſſimo modo per modum habitus, quatenus membra ſunt corporis eccleſiæ quæ offert. De iſtis ergo nulla porrò eſſet abſurdi-

Qui ſacrificio intersũt itẽ & q. eleemoſynas p eo pendũt, offerentes cẽſendi ſunt.

Solutio dubitationis p poſitæ.

tas, cenſere, quod omnes æquales percipiant portiones ſacrificij: licet inæquali vigeãt charitate; nam cum nihil prorſus vel egerint vel cogitarint circa hoc individuũ ſacrificium, appareat nihil eis obtingere, præter nudam portionem, quæ illis ex opere operato prouenit: veluti de gratia baptiſmali certum eſt, quæ infantibus ante vſum rationis confertur. Qui autem aliter ſenſerint, ſuum ſequantur iudicium. Quapropter argumenta vtrinque facta arbitrio eligentium relinquuntur ſoluenda. Ad tertiũ arg. Tertium autem argumẽtum omnium maximum eſt, quæ contrariæ ſententiæ patrocinantur. Eccleſia namque pro multis offert, primum in communi pro pace & regimine eccleſiæ, ſecundum illud canonis: Pro eccleſia ſancta Catholica, quam pacificare, &cet. Mox pro Papa, pro antiſtite, pro Rege, & pro circunſtantibus, qui pro ſe & ſuis offerunt. Neque ſolæ orationes pro illis offeruntur, verum & ſatisfactio ipſa ſacramenti; nam ſubditur: Pro redemptione animarum ſuarum. Deinde pro animabus quæ igne purgatorio detinentur. Cum ergo eccleſiæ ſacrificium pro tot offerat, non eſt veroſimile vt minus ideirco ſatisfactionis ſingulis obueniat. Alioqui vix minima particula quemque contingeret. Quòd ſi dicas eccleſiam ſic offerre pro multis, vt nihilominus ſinguli nanciſcantur, ſecus autem ſacerdos in ſingularibus applicationibus, hæc diſcriminis ratio deſideratur. Reſpondetur ergo nullatenus hac parte eccleſiam à ſacerdote diſcriminari: quippe qui, ceu eiuſdem eccleſiæ miniſter ſacrum conficiat atque offerat. Sed eſt ex ſuperioribus colligendum ſacrificio Miſſæ nudè conſiderato, hoc eſt, vt actionem dicit ſacerdotis, cum ſua intentione faciendi quod Chriſtus inſtituit, reſpondere ex opere operato certam ſatisfactionis quantitatem ſicu cæteris ſacramentis, gratiam verbi gratia vt decem, nam arbitror eſſe amplam; Quę quidem ſecundum eccleſiæ inſtitutum applicatur. Eccleſia igitur ipſa certam illius portionem illis, qui in canone nominantur, diſtribuit, licet illam non nominet; alteram verò relinquit ſingulari intentioni ſacerdotis ſecundum ſuam peculiarem oblationem applicandam. Ex illa ergo portione eccleſiæ vna particula prouenit toti ſimul corpori myſtico, alia Papæ, alia Antiſtiti, alia Regi, &cęt. & quamuis minima in quolibet ſacrificio vnicuilibet obtingat, tamen ſecundum ingentiſſimum ſacrificiorum numerum, quæ quotidie in tota eccleſia offeruntur, ditiſſimus congeritur cumulus. Præterquam quòd ſingularis memoria ſingulorum, quæ in præcationibus habetur, permultum eis confert. Portio ergo, quæ ſacerdoti relinquitur perinde atque altera eccleſiæ, quo pluribus applicatur, minus ſingulis ſufficit. Et ſi pro ſe etiam, ſemper ius habet applicandi. An verò alia ratione plures pro vna Miſſa eleemoſinas recipere queat, ſiue parochus ſit, ſiue vagus ſacerdos, illico quæſtione proxima videbitur. At quia dicere de illis cœptum eſt, pro quibus ſacrificium offertur, nomine eccleſiæ ad quam primò refertur oblatio, comprehenduntur etiam paruuli ante vſum rationis ſacro fonte intincti: nam etſi in ſatisfactionem pœnæ, quam nullam debent oblatio non ſit neceſſaria; refert tamẽ ad ſolatium viuorum & ad repræſentandum myſticum Chriſti corpus eiuſque redemptionem, quæ ad illos vſque promanauit: Veruntamen quamuis eadem eccleſiæ generalitate ſceleſti & quoque criminoſi Chriſtiani contineantur, nulli tamen charitate carentes participes eiuſdem ſacrificij fiunt, quatenus ſatisfactorium eſt; nam ſatisfactio remiſſionem præexigit culpæ. Vnde ad Renatum Auguſtinus: Quis offerat corpus Chriſti niſi pro eis, qui ſunt membra Chriſti? vt certè de viuis membris loquitur. Nihil tamen obſtat quo minus pro illis qui hæretici non ſunt nec legitimè excommunicati, orationes inibi fiant. Ea propter error eſſet Capellaniam inſtituere aut Miſſas pro infidelibus; qui quidem caſus ad me de quo reſponderem, allatus eſt; nam inſtituere Miſſam, eſt inſtituere, vt ſacrificium pro illis offeratur atque adeo eius applicetur eis ſatisfactio, quod nefas eſſet. Nihil tamen vetat inſtituere, vt oratio in Miſſa pro eorum conuerſione fundatur. Pro excommunicatis autem & hæreticis orari non poteſt, ſi verè ſunt excommunicati. In die autem Paraſceues ex diſpenſatione eccleſiæ, quæ illos excommunicauit oratur pro hæretici. Offertur etiam ſacrificium pro illis, vt diximus, defunctis qui loco purga-

Oblatio generalis eccleſię ad paruulos fideles extẽditur.

Auguſt.

Error eſſet Capellaniã inſtituere pro infidelib.

purgatorij ignis deputati ſunt: non quod eccleſiæ homines intelligantur, vtpote cuius gremio & iuriſdictione non comprehenduntur, ſed forſan illo verbo canonis, vna cum animabus viuentium deſignantur: vbi legitur. Pro redemptione animarum ſuarum. Etenim vbi habetur circunſtantes pro ſuis offerre, etiam includuntur ſui defuncti. Quidquid autem de illo verbo ſit, poſtea exprimuntur in ſecundo momento, vbi precatio pro illis funditur, qui cum ſigno fidei in ſomno pacis dormierunt. Nam etſi per modum orationis dicatur. Vt indulgeas deprecamur, ſubintelligitur tamen acceptando ſacrificij huius ſatisfactionem. Vnde Auguſtinus in libro de agenda cura pro mortuis. Non parua eſt, inquit, vniuerſæ eccleſiæ, qua in hac conſuetudine claret auctoritas, vt in precibus ſacerdotis, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locum etiam ſuum habeat commendatio mortuorum Quæ quidem conſuetudo, vt Damaſcenus in quodam ſermone de ſuffragijs mortuorum, refert, ab Apoſtolis demanauit. Ait quippe diſcipulis; Saluatoris & ſacros Apoſtolos, tremendis & viuificis myſterijs memoriam fieri eorum, qui fideliter dormierũt, ſanxiſſe. Id quod & vltimo capite cœleſtis Hierarchiæ Dionyſius refert. At ne nihil ad quęſtionem attinens immotum relinquamus, dubium hic reſtat poſtremum de intellectu verbi Augu. in eodem libro de agenda cura pro mortuis, & in Enchiridio, quod Gratianus 13. quęſtione 2. cano. Non æſtimemus, & canon. Tempus relatum duxit. Ait enim tam ſacrificium altaris, quàm reliqua ſuffragia pro defunctis oblata eis prodeſſe, qui cum viuerent hoc ſibi vt poſſent prodeſſe meruerunt. Et rationem dubitandi ſolus Caietan offert in ſuo opuſculo viginti vnius quæſtionum, quæſtio quinta vbi generale hoc verbum Auguſtini ſpeciatim ſic contrahit, vt nemini defunctorum in purgatorio exiſtentiũ, ſacrificia, ſuffragia aut indulgentias quidquam prodeſſe cenſeat: niſi in hac vita deuotionem ad eccleſiæ claues & indulgentias habuerint, aut ſolicitudinem ad ſatisfaciendum pro peccatis, aut ſtudium ad ſuffragandum defunctis, aut quid ſimile. Saltem ſpecialia ſacrificia pro eis oblata ait nihil eos iuuare. At profectò, quamuis me tædeat viro doctiſſimo & mihi colendiſſimo tota iſta quæſtione obuiam prodire, tamen quia neque hoc ſi credatur, ad pietatem eorum qui in defunctos beneficij ſunt, quidquam confert, non mihi videor hic debuiſſe tacere. Enimuerò cum hoc neque ex euangelio neque ex vllo eccleſiæ decreto colligatur, quin verò contrarium, ſanè cum eccleſia pro omnibus qui in charitate ſunt indiſcriminatim offerat & indulgentias conferat, non erat ſic facilè aſſerendum in eorum præiudicium, qui piè in Chriſto dormierunt. Canonis enim oblatio nullum excipit, ſed generaliter ait: Memento famulorum famularumque tuarum, qui nos præceſſerunt cũ ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis. Et illico: His & omnibus in Chriſto quieſcentibus Quòd ſi huius omnes ſacrificij participes fiunt, non eſt, cur non & vniuerſis priuata ſuffragio opitulentur. Secundò Quicunque eſt in charitate, eo ipſo quod amicus Dei eſt, vt ſatisfacere pro ſe poteſt, ſic & ius habet vt quicunque iuſtorum ſibi quamcunque applicet, ſi voluerit, ſatisfactionem. Quare ſupra Augu pro omnibus Chriſti mẽbris, nempè viuis, aſſeruit ſacrificium offerri. Vnde quod locis citatis ait, videlicet illis defunctis prodeſſe ſuffragia, qui dum viuerent, vt prodeſſe ſibi poſſunt meruerunt, ipſe ſtatim planè exponit: vt eſt videre apud Magiſtrum in 4. diſt. 45. eos ſiquidem omnes docet id meruiſſe, qui in fide per charitatem operante, atque adeò in communione corporis & ſanguinis Chriſti defuncti ſunt. Quocirca quamuis quiſpiam neque ad indulgentias neque ad defunctos affectionem habuerit neque ad ſatisfaciendum diligentiam, ſi tamen in charitate Dei deceſſerit, non eſt cur vindex vltrixque eius iuſtitia, vt ait Caietanus, obſtet quominus per ſacrificia eis, perque ſuffragia & indulgentias fortè valeamus opem. Et quò rem ſuprema ratione concludamus, Chriſtus dominus ſuum ipſius ſacrificium, nempè paſſionem omnibus fide prædictis per charitatem operante efficaciter applicat: ergo & altaris oblatio, & perinde quodcunque, ſeu commune ſeu ſpeciale ſuffragium ſibi placet eis applicari. Quare illa Caietani diſtinctio, quòd defunctum capacem eſſe alienę ſatisfactionis ſibi applicatæ, non ad meritum eſſentiale, ſed ad accidentarium attineat, puta vt defunctus ad illa ſupradi-

Auguſt.

Dionyſius.

Dubiũ.

Solutio Caiet.

Prima ratio in Caiet.

Secũda.

Solutio dubij.

Magiſter Senten.

Poſtrema rō.

cta affectus fuerit, nullas pręsefert fundamenti radices.

QVÆSTIO III.

DE OBLATIONIBVS ET Primitijs.

S. Thom. 2. 2. quæst. 86.

ARTICVLVS I.

Vtrum homines de necessitate præcepti ad oblationes teneantur.

POst sermonem de sacrosancto sacrificio, quod oblationum omnium Christanæ familiæ apicem obtinet, superest, vt hac q. de oblationibus & primitijs, subsequenti verò de decimis, quæ ad eiusdem sacrificij celebritatē supped itantur, mentionem subdamus. Primò ergo de oblationibus, quæritur, vtrum sint de necessitate pręcepti. Arguitur enim negatiuè: Oblationes vetustæ legis, inter ceremonialia præcepta connumerabantur. Nam Exod. 23. ad modum & formam celebrandi cæremoniales festiuitates, adhibetur. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Cæremonialia verò cuncta per euangelium cessarunt: ergo Christiani ad oblationes nō cogimur. Id quod Christus Mat. 5. designare videtur, dicens, Si offers munus tuum ante altare, quasi offerentium arbitrio id reliquerit. Secundò arguitur. Quicunque ius aliquod ecclesiæ debet, si non soluat, potest sacramentorum subtractione ad id cogi: acerbum autem esset renuēti oblationem soluere, sacramenta ecclesiastica denegare iuxta canonem illum sextæ Synodi, 1. q. 1. Nullus qui sacram communionem dispensat, à percipiente gratiam, aliquid exigat, sin verò exegerit, deponatur: ergo ad oblationes ex vi præcepti nullus tenetur. In contrarium est illud Greg. 7. de consec. distin. 1. Omnis Christianus procuret ad Missarum solennia, aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriā quod Deus per Moysen dixit. Non apparebis in conspectu meo vacuus.

1. Argu.

Secūdum.

Greg. 7.

Quid nomen oblatio d'signet.

In proloquio q præsentis notanda est nominis significatio. Enimuerò oblationis verbum actiones omnes suo significatu ambit, quibus res quæcunq; ad diuinū cultū exhibentur. Quo fit, vt oblatio latior sit patentiorq; vox quam sacrificiū. Quidquid enim sacrificium est, censetur oblatio haud tamen consequētia recurrit. Etenim cum aliquid offertur quod integrum est permansurum, hoc est, quod sacrificio ipso non insumitur, nec circa illud aliqua fit cæremonia, sed ecclesiæ offertur, siue in fabricam, siue in ministros cedat, oblatio quidem est, vt si numos, vel cereos offeras, vt in exequijs panem, ait vinum, aut forte prędiū. Sacrificium autem, vt diximus, nō est nisi oblatio rei, quæ immolatur: vt animalia olim, & nunc sacrificium altaris. De primitijs namq; deq; decimis quomodo ab his differant, suo loco dicemus. Vnde Exod. 29. Offeres totum arietem in incensū super altare. Et sequitur Oblatio est domino odor suauissimus victimæ Dei. Et Leui. 2. Aīa cum obtulerit oblationem sacrificij Deo, simul erit eius oblatio. His suppositis duabus ad q. cōclusionibus rñdetur Prior est. Oblatio naturali sua significatione vltroneā exhibitionē designat: offerre enim est vltro munus quodpiam donare. Quo fit, vt res per se, si nudè pensetur, opus sit supererogationis ad cultum religionis attinēs: quippe qua, vt supra diximus, obediētiam subiectionemq; Deo profitemur. Vnde Exo. 25. Loquere filijs Israel, vt tollāt mihi primitias: ab oī hoīe qui offert vltroneus, accipietis eas. Posterior conclusio. Oblationes quadruplici de caussa sub præcetum cadere possunt. Primò quidem ex præcedenti conuentione, vt dum ecclesia fundum aliquem cui confert retenta pēsione, statis temporibus referenda. Quę quidem pactio cēsus rationem induit. Secūdò propter præcedentem deputationem quia res donatione, vel pollicitatione, aut testamenti legatione debetur. Tertiò, quòd ad rem propinquius accedit, ꝑ p ecclesiæ necessitatē, nempè si aliūde ministri ali sustētariq; non possent. Quartò propter consuetudinem, quæ in ius transit, vt s. si consuetum est certis solemnitatibus hoc aut illud offerri. Quamuis nonnunquam his postremis duobus casibus oblationis quantitas relinquatur vouentis libertati. Circa posteriorem conclusionem, quoniam prior planissima est, nonnulla existunt, licet exigua adnotamēta. Prętermissio enim

Prima conclu.

Posterior conclusio.

Primū documētum.

prioris

prioris obligationis membro ad rem parum attinente, quia est velut sensus, de secunda extat tex. 13. dist. 2. can. qui oblationes. & duo sequentes, quibus sub anathematis censura coguntur, quibus incumbit, vt defunctorum oblationes, seu donatas seu legatas facile & absque mora persoluant: sunt enim planè debita. Et generaliter de omnibus oblationibus extat cano. Præter hoc, 32 dist. & can. Statuimus, dist. 16. q. 1. quibus eâdem animaduersionem retinentibus debitas oblationes ecclesia comminatur. Tertia verò ratio obligationis est adnotanda, quæ præcipuè legitima est. Etenim cum Christianorum religio, in sacramentorum susceptione, sacrificijque oblatione posita sit, ad quæ iure naturali ac diuino, eodemque vt sãctissimo ita & strictissimo, totus Christianismus teneatur, sit, vt quisque populus sub reatu criminalis impietatis, tum templum pro sua facultate extruere, tum & ministros alere, & cultui necessaria contribuere sit iure constrictus. Quapropter vbi decimæ non soluuntur, neque aliunde ad eiusmodi sumptus prouisum est, tenetur populus eosdem sumptus de sua substantia suppeditare. Ad quod si renuerit, per censuras ecclesiasticas, atque adeò si opus fuerit, animaduersione secularis iudicij cogi potest. Locus est constitutissimus apud Pau. 1. ad Cor nt. 9. vbi docet plus iuris ministris altaris suppetere ad subsidia temporalia recipienda, quam ad suum stipendium militi, & vineæ fructum, qui illam plantauit, & qui gregem pascit, ad fruendum lacte: sanè cùm Dominus disposuerit: vt qui altari seruit, de altari viuat. Dubium autem deinde offert tex. ille citatus Gregorij, Omnis Christianus. vtrum scilicet ad Missarum solennia teneatur vnusquisq; aliquid in templum afferre quod afferat? Hugo namque vt Host. in rubr. de præ. & alien. præ. ait. omnem Christianum tenore eiusdem capituli teneri ad oblationes in Missa sub reatu criminalis culpæ. Quare potest, inquit qui non fecerit ecclesiastica cẽsura compelli. Idque idem Host. hoc adhibito moderamine fatetur, quod intelligatur in præcipuis duntaxat festiuitatibus. Alij verò id durum arbitrati, cẽsent solum intelligi de interna animi oblatione per deuotionem. Hæc autem glossa lõgissimè à Canonis mente aberrat. citat enim Gregor. textum ipsum antiquum, quo oblationes temporalium rerum iubebantur. Omissa ergo opin. recitatione, res est clara. Etenim vbi cuiusquam oblationis consuetudo vsque adeò inoleuit, vt vim legis obtinuerit, ibi præcepti oblatione armata est, vt D. Thom. ratione quarta docuit. Vbi autem neque lex extat, neque eiusmodi viget consuetudo, nullum metuendum est præcepti vinculum. Consultò dixerim: vbi consuetudo vim legis obtinuerit. Nam vsu teneri potest consuetudo per modum libere deuotionis; quæ ideo nunquàm, quantumcunque diuturna, vim ingerit præcepti. Quod si aliquod sciscitetis indicium, quo eiusmodi consuetudines dignoscantur, forsan hoc non adeò fallax, quòd vbi decimæ in vsu non sunt, neque alia ministris iusta stipendia constituta, ibi consuetissimæ oblationes censentur in præcepto esse. Et pariter, si consuetudo sit populi omni memoria vetustior, statis solennitatibus aliqua munera ecclesiæ, vel ad fabricam, vel ad alios sumptus offerre. At verò vbi decimarum solutio more seruatur, quæ ministris sufficit, re vera quotidianæ oblationes, quæ vel in profestis diebus, vel in festiuitatibus, quantumuis præcipuis offeruntur, existimari non debent præcepti obligationi esse obnoxiæ. Neque verò vllo colore in contrarium obtendi potest, quòd legitimi pastores omnes decimarum fructus, gregem deglubentes, sibi vsurpant, miserique mercenarijs quotidiana illa munuscula, quæ ad altaris gradus offeruntur, relinquunt: nam postquàm decimis pastores saginantur, ipsis incumbit primum præsentes seruire: mox si officio abesse iustè vel iniuria permittantur, vicarios cumiusto stipendio sibi substituere. Quare in hanc rem optimè per Concil. Trident. prospectum est, vt paræcijs non residentibus tertia pars fructuum adimatur, quę vicarijs adiudicetur. Haud tamen arbitrentur curati se exoneratos subinde esse animarum cura, excusatosque ne residere teneantur: nam cùm ad hoc iure diuino, naturalique irretiantur, sanctum cõsilium nullatenus excusare illos cogitauit, sed ecclesijs quam minimè male potuit prospicere. Inter oblationes autem vna est quæ offertur pro Missa. De qua duplex superest dubiũ. Vnũ an liceat sacerdoti, pro

Populus iure naturæ tenetur ministros ecclesiæ alere, & tẽplum struere.

Paulus.

Hostiẽ.

Solutio.

Indiciũ ad dignoscendum qñ consuetudo offerendi obligat sub præcepto.

Definitio concilij Tridentini de portione vicarijs adiudicanda.

Miſſa celebranda de pretio paciſci. Quod quidem cum ad titulũ ſimonię pertineat, q. 6. diſputabitur. Secundum, vtrum licitũ ſit plures, vt aiunt, pitantias pro vna Miſſa recipere. Nam ratio illa quod pro pluribus oblata tantum ſingulis proſit, iam ſuperiori q. explоſaeſt, ſed v trũ alia de cauſſa id liceat, iam nunc ambigitur. Apparet. n. ſi illa non ſit legitima, nullam fieri reliquã nam quicunque illa cauſa eleemoſinã largitur, contendit ſibi totum ſacrificium applicatum iri. Nihilominus hic in primis diſtinguendum eſt de plebano paſtore, & de alijs mercenarijs, qui neq; paræcij ſunt, neque eorum vicarij. Parœcij namque iure decimarum quotidie celebrare tenẽtur pro ſua paræcia, ſi modo fructus ſatis ſint ad ipſum alendum: ſin minus pro eorum quantitate, vel ter vel quater in hebdoma da, ad iudicium Antiſtitis, quod tutius eſt, vel ad arbitrium prudentum. Quotidie in quam, pro humana fragilitate: nam licet vno aut altero die ceſſet, ſeu quia non ſe præſenti ſcit idoneum vel animi laxandi gratia, non ideo conſtituitur in culpa. Vnde & monitum hoc adhibẽdum eſt quod legitimus paſtor ſi per fas vel nefas non relideat, tenetur iuſtum alimentum vicario ſuppeditare, vt poſſit to Miſſas celebrare quot ipſe teneretur: ne vicarius cauſſari poſſit non ſufficere, ſibi victum, niſi aliunde pitantias corradat. Ex hoc fit paſtorem paræciæ in ſeruitutem non poſſe peregrinas pitantias ab alijs, præterquam à ſuis paræcianis percipere: hoc enim eſſet in fraudem ſacrificiorum quæ pro ſua paræcia offerre tenetur. Attamen non obſtante obligatione, qua tenetur pro paræcia, offerre, poteſt particulares pitantias ab eiſdem paræcianis vltro oblatas recipere, dummodo illas non extorqueat, idemque ſacrificium poteſt & pro paræcia & ſimul pro tali paræciano facere. Idemque cenſendum de defunctorum exequijs & teſtamentorum Miſſis. Ratio huius eſt quod defunctos ſepelire, & piorum Miſſas offerre, propria eſt functio ipſius paſtoris: neque debent paræciani foras exigere ſacerdotes ad hoc munus quæſitum. quocirca hęc non ſunt incompatibilia. Hoc autem documentum vt cuncta moralia, cum moderamine temperandum eſt videlicet ne Miſſarum prouentus immodice ſit exuberans: nam tunc deberet paſtor, qui curam habet animarum, auxiliares ſacerdotes ad ſe adiungere. Sed & hoc prætereà conſultari aſſoleat, vtrum poſſit paſtor, qui curam habet animarum, cuique ſubinde incumbit huiuſmodi functio ex pitantijs portiunculam ſibi vſurpare, imminutaſque mercenario porrigere. Et re vera ſi iuſtum ſtipendium mercenario relinquatur, non video in hoc apertam iniuriam: quandoquidem pitantiæ omnes paræcio conferuntur: qui ſubinde, vt Miſſarum debitor, quo potuerit honeſto ſtipẽdio, poteſt mercenarios ad eas celebrandum conducere. Subſequitur ergo membrum alterum eiuſdem dubietatis ad vagos ſacerdotes attinens: qui alias functionem ſuam celebrandi alligatam non habent, vtrum plures valeant pitantias pro eadem miſſa percipere. Huius autem 1. reſponſio eſto: quod ſi antiſtites in clericorum ordinatione iura caſtè ſeruarent, non tanta hinc emergeret ambigendi ratio. Si inquam neminem ſine legitima bonorum poſſeſſione ac titulo ſacris initiarent, non cogerentur ſacerdotes mendici eſſe, & exigua Miſſarũ mercede viuere, quod porrò tum reuerentiam ſacramento debitam non tenuiter obnubilat: tum etiam periculum eiſdem ſacerdotibus offert pluries celebrandi, quã forte pro ſua puritate par eſſet. Cęterum quia rei huius per exigua habetur cura, ſed plurimi effictis titulis ordinantur, in q. meritò vertitur, vtrum hac ratione, vt neceſſariũ ſibi victum, & quibus tegantur, habeant, recipere plures pitantias poſſit: nam ratio infinitatis ſacramenti iam ſupra repulſa eſt. Reſpondetur ergo, quod vbi non eſt in vſu eam pro vna Miſſa eleemoſinam erogari, quæ diario victui ſufficiat, poteſt ſacerdos duplam ſaltem percipere, dumtamen latius non ſe hæc licentia proferat, quoniam ſtatus apparatum non licet ſacerdotibus hac ratione ſuſtentare, ſeu pauperem vitam ducere. Hac enim ratione iure cautum eſt, vt abſque aliqua bonorum poſſeſſione ad ordines non admittantur: & ideo qui ſua culpa pauper ordinatus eſt, paupertatem æquo animo ferat: dum autem ſacerdoti abundat vnde honeſtè & forſan ornatè viuere poſſit, videtur nequire vti hoc ſubſidio, quandoquidem obligandam neceſſitatem permittitur. Sed nihilominus reſpondetur, quod etſi nõ adeò idipſum eiuſmodi ſacerdotẽ deceat:

Dubiũ.

Parœcij quotidie celebrare tenẽtur, p ſua paræcia, ſi cõpetẽtes alios habeãt reditus in eadẽ eccleſ.

Corollariũ primum.

Secundum.

Dubita tio altera.

Solutio

Tertiũ dubiũ.

Prima rñſio.

Secũda rñſio.

deceat: tamen ſecundum rigorem iuſtitiæ nulla eſſet iniquitas: quoniam iudicium non eſt de rebus ferendum ſecundum id quod accidit, ſed ſecundum rei naturam. Quare vbi per ſe ſatis pitantia nō ſufficiat vnicuique eodem iure licet ampliorem ſuſcipere. Quòd ſi contra ſententiam hanc

Obiectio. argum. ſupra facto reſurgas: Qui pitantias largiuntur, ſibi volunt totum ſacrificium applicari, atque ita faciendum putant: ergo ſacerdos ſecus faciens, illos decipit. Re-

Solutio. ſpondetur, eum ſilere poſſe quidquid alij credant: nam vtitur iure ſuo quo poteſt de altario viuere: Secus autem, ſi alter expreſſe poſtulet pro ſe ſolo ipſum ſacrificium offerri: nam tunc ſi ſacerdos annuat, tenetur ſeruare pacti fidem.

Ad primū arg. Replica Ad primum argu. quæſtionis reſpond. D Tho. iuxta illa, quæ lib. 2. diximus, ſub titul de ceſſatione legalium, quòd quamuis legalia ſic ceſſauerint, vt quaſi iudicia legis veteris ſeruare nobis non liceat, tamen nō obſtat quin poſſit ab eccleſia alia ratione inſtitui. At verò ſi oblationes inter legalia

Solutio Caiet. dunta xat haberentur, ſolutio ſatisfaceret, ſed tamen habētur, vt ipſe ait etiam inter cæremonialia: nam ſacrificare, cæremonia eſt, & feſta colere, atque adeò in eiſdem feſtiuitatibus quidpiam offerrè, & vt illic ex poſitum reliquimus, cæremonialia ſic ceſſarūt, vt ea nobis inſtituere minimè liceat. Ad hoc autem S. Tho. infrà, art. 4. ad 1. reſpondet, duas cæremonialium ſpecies diſcernens. Illas quippe cæremonias inſtituere nequit eccleſia, quæ vel ſtatum Hebræorum referunt, vt obſeruatio Sabbathi: vel aliquid futurum in noſtra lege prædicebant, vt circunciſio, eiuſque agni paſchalis, & ſimiles: nam eſſent iam nunc mendacia eadem in fidem pernicioſa, vtpote ſignificantia figuras illis non eſſe completas. Veruntamen ſunt aliæ cæremoniarum ſpecies ſic ad diuinum cultum pertinentes, vt citra vllum mendacium poſſint ad eundē finem nunc inſtitui, vt thurificare, conſecrare in azymis, purificatio puerperæ, quæ non condemnatur, extrà de purificat. poſt

Ad ſecūdum. part. c. vnico. Et tales sūt oblationes. Aliud autem verbum Chriſti, Si offers munus tuum, &c. ſolum probat, non omnes oblationes eſſe de neceſſitate præcepti, nihil tamen obſtat, quin aliquæ vi dictum eſt, eidem ſubijciantur neceſſitati.

Ad tertium. Ad tertium denique reſpondetur, quod propter voluntarias oblationes nulla fieri poteſt excommunicationis cenſura, ſecus autem propter illas, quæ iure debentur. At verò ſacerdos priuatus, qui ſacramentum adminiſtrat, vt excommunicare non poteſt: ita neque illud rebelli ſubtrahere, ſed poſtquam fuerit à ſuperiori iuriſdictionem habente excommunicatio lata, tunc ſacramenti ſubtractio erit legitima. Textus autem ſextæ Synodi ſolum vetat ſacramenta pretio vendi; quæ labes eſt ſimoniaca.

ARTICVLVS II.

Vtrum oblationes ſolis ſacerdotibus debeantur.

POſt oblationum vincum ſequitur, vt de illis dicamus quibus debētur. Apparent enim non ſolis ſacerdotibus conferēdæ. Etenim illud eſt in oblationibus præcipium quòd hoſtiarum ſacr ficijs deputa

Primū arg. tur: hoſtiæ verò pauperibus aſcribuntur, ſecundum illud ad Hebr. vlt. Beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtijs promeretur Deus, ergo & oblationes eiſdem largiendæ ſunt pauperibus. Secundò; In multis paræcijs monachi

Scdum. oblationum portionem ſortiuntur, cū tamen alia ſit, ſecundū Hiero. clericorum cura quam monachorum. Ergo nō ſolùm ſacerdotibus ſunt oblationes erogandæ. Ter

Tertiū. tiò: Et laici oblationes, nempè panem & vinum, in propriū vſum à ſacerdotibus coemunt, non ergo illis ſolis earum vſus permittitur. In contrarium autem eſt can Da

Damaſ. maſi. 10. q. 1. Oblationes quæ intra ſanctā eccleſiam offeruntur, tantummodo ſacerdotibus, qui quotidie Domino ſeruire vidētur; licet comedere & bibere, quia in veteri teſtamēto prohibuit Dominus panes ſanctos comedere filijs Iſrael, niſi tantum Aaron, & filijs eius, vt patet 1. Reg. 21. Ad q duabus concluſionibus reſpon. Vna eſt. Vniuerſarum oblationū, quæ à plebe Deo

Prima conclu. exhibentur, diſpenſatio ad ſacerdotes pertinet Probatur. Oblatio genere ſuo non eſt niſi rei, quæ Deo ad cultum religionis

Probat. dicatur, eſt enim nobis de ſacris, non de ſecularibus oblationibus ſermo. Inter homines autem & Deum ſacerdos eſt ſeque-

ſter conſtitutus, & ſuo gradu ſecundum Chriſtum mediator, vt de Moyſe Deut. 5. legitur: nam illi incumbit tum diuina dogmata per Deum reuelata populum docere, tum etiam & ſacramenta per ipſum inſtituta eidem populo ipſius nomine adminiſtrare. Et vice verſa eius eſt functio à parte populi coram Deo ſtare, eius, ſcilicet preces apud ipſum fundere, ſacrificia ei offerre: donaque & oblationes, & munera præſentare, ſecundum illud Apoſtoli ad Hebræ. 5. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quę ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis: ergo omnium munerum quæ populus Deo dicare conſtituit, vſus, adminiſtratio, & diſpenſatio, ad eoſdem pertinet ſacerdotes. Quod ſi exemplo dubitandi ratio irrepſerit, multa Chriſtianam familiam, non ſacerdotibus, ſed ad templorum fabricas vtenſiliumque ornamenta eccleſijs dedicare, quæ ideo ſacerdotibus vſui eſſe non debent: Reſpondetur propterea nos conſulto non aſſeruiſſe oblationes omnes in eorum tranſijſſe dominium, vt in proprios vſus poſſint cuncta conſumere, ſed eorum diſpenſationes illis incumbere. Quare adiungitur altera concluſio: Sacerdotes trifariam poſſunt ijs, quæ ad diuinum cultum offeruntur, vti. Primum in fabricam reparationemque eccleſiarum & rerum apparatum, quæ ad diuinum cultum attinent, ſecundò in ſuum ipſorum proprium victum, quoniam, vt Paulus ſupra citatus ait: Qui altario ſeruit, de altario viuere debet. Tertiò, in ſubſidium pauperum, quos condecet bonis eccleſiaſticis paſci & ſuſtentari. Concluſio eſt nota. Nam quidquid Deo exhibetur, cum noſtrum ipſe bonorum non egeat, ad duo tantum vtilia ſunt, ſcilicet aut ad templorum vel ædificia vel ornamenta, aut ad ſacerdotum alimoniam. Quidquid autem ſupereſt, erogare debent pauperibus, præterquam quod antiquitus, vt ſubſequentia demonſtrabũt, aliqua etiam ſolebant eccleſijs conferri peculiariter in vſus pauperum. Eorum autem quę ad eccleſiæ ſumptus dedicantur epiſcopus eſt adminiſtrator ac diſpenſator, vel canonicorum collegium, ſecundum morem qui legitimus ſit. Quapropter veriſſima eſt ſic expoſita prior concluſio, quod omnes oblationes ad ſacerdotes pertinent. Res eſt clara: quæ ſi vllam habet dubietatem, lib. ſeq. tractanda eſt, inter explorandum ſintne ſacerdotes ſuorum fructuum domini, quomodoque ſint ab ipſis bona eccleſiaſtica expendenda.

Scrupulus.

Solutio.

Secũda conclu.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur argum. reſpondetur quod eleemoſinæ in pauperes erogatæ: licet quadamtenus oblationes dicantur ac ſacrificia, eò quòd in Deum referuntur, nõ tamen aut ſacrificia propriè ſunt oblationes. Hoc enim nomen ſolis illis congruit, quæ officia ſunt religionis. Eleemoſinæ autem non ſunt niſi miſericordiæ opera. fiũt tamen, vt dictum eſt, i idem egeni & per ſacerdotum diſpenſationem ſacratum quoque oblationum participes.

Ad ſecũdum.

Ad ſecundum reſpon. monachos partem quoque earundem oblationum tripli ci de cauſſa ſibi poſſe vendicare: porrò aut ſacerdotum largitate tanquam inopes: aut ratione mercedis, ſi illis ſint adiutores: aut ſi aliqua eis forte fuerit commiſſa parœcia.

Ad tertium.

Ad tertium denique reſpondetur, quòd oblationes poſtquam conſecratæ ſunt, non poſſunt rurſum in ſecularem vſum reuocari: vt ara conſecrata aut calix. Sed tamen ſi non ſint conſecratæ, poſſunt ſacerdotum arbitrio & permiſſu ad ſeculares reuerti.

ARTICVLVS III.

Vtrum oblationes de rebus omnibus, quæ lĩcitè poſſidentur, facere liceat.

Ratio a parte negatiua.

SEquitur tertio loco, poſtquam de oblationum diſpenſatoribus dictum eſt, de earum quoque materia dicere. Haud enim omnia, quę homo poſſidet, materia eſſe videntur oblationis idonea. Etenim meretrix iuſtè ea poſſidet quæ turpiter lucratur, vt patet l. idem ob ſtuprum, ff. de condi. ob turp. cauſ. & tamen Deut. 23. legitur: Non offeres mercedem proſtibuli in domo Domini Dei tui. Continuoque ibidem prohibetur & pretium canis offerri, quod tamen animal iuſtè venditur. Et Malach. 1. Si offeratis claudum & languidum nomen malum eſt? Non ergo quidquid iuſtè poſſidetur, perinde offertur iuſtè. In contrariũ autem eſt illud Prouer. 3. Honora Dominum Deum tuum de tua ſubſtantia. Qua vna voce cuncta quæ poſſiden-

sidentur, concluduntur. Atque tribus re spon. conclusionibus. Prima de ijs, quæ iniustè acquiruntur quod possidentur, nulla fit Deo oblatio licitè. Probatur: Oblatio cum virtus sit religionis, esse non debet iustitiæ violatio. nam eadem virtus sub præcepto est Dei: & sicut vero, vti ait Aristot. omnia vera: & sic & cuicunque diuino mandato cætera consonat: cuncta autem iniustè parta, iustitiæ lege, atque adeò Dei restitutioni obnoxia sunt: ergo nequeunt eidem Deo dicari. Huius rei Augustin. in lib de verbis Domini pulchrum affert exemplum.

Prima conclu. Probō.

August.

Si depredaueris, inquit, aliquem inualidum, & despolijs eis dares alicui iudici, qui pro te iudicaret, tanta vis est iustitiæ, vt & tibi displiceret. Non est talis Deus tuus, qualis non debes esse neque tu. Hæc ille. Vbi affabrè rationem rei exerit. Oblatio enim ad propiciandum placādumque Deum fit: qui iudex est virtutum omniū, legumque custos. Cum ergo te condemnaturus sit, nisi quidquid debueris restituas, genus est diuinæ contumeliæ, si eadem re illum propitiari contendas, de qua te certus est condemnare. Vnde & Ecclesiastic. 34. Immolantis ex iniquo, oblatio est maculata.

Secūda conclu. Rō conclusiōis.

Secunda conclusio. Quantum ad rei per se naturam attinet de re quacunque iustè possessa iustè fieri potest oblatio. Patet. Nam & eiusmodi rerum homo est verè dominus aut possessor legitimus: quorum ideo habet legitimum vsum eundemque sibi præstante Deo; potest ergo vnusquisque atque adeo debet cum prudentiæ moderamine eorum, quæ ab ipso recipit, partem ei rependere: secūdum illud primi Paralipom. cap. vlt. Quæ de manu tua accepimus reddimus tibi.

Tertia conclu.

Tertia conclusio. Ex his quæ rei accidūt, commaculari oblatio potest; etiam eorum, quæ licitè possidentur. Probatur. Quia ad operis studiositatem non satis est genere suo esse bonum, nisi & quæ circunstant superinde honesta. accidere autem potest vnde eiusmodi oblatio sit mala. Et primū cultoribus priscæ legis, quibus omnia in figura contingebant, multa erant legalia, vel propter significationem, vel propter id, quod illi Reipublicæ immundum ac turpe habebatur, offerri non licebat: quæ quidem ꝓhibitionis ratio sub lege nostra cessauit: nam vt ait Paulus ad Titum 1. Omnis creatura Dei reputatur munda. Possunt nihilominus & nostri oblationibus alia contingere incommoda: vel quia id quod licitè possidetur, per misericordiam debetur potius alteri, quam offerri debeat in templo: vel propter scandalum, vel propter cōtemptum, vel propter aliud quidpiam. Obiurgat enim Christus Matthæi quinto, Pharisæos, qui plebi persuasum contenderent, vt potius subueniendis parentibus abessent, quàm faciendis oblationibus. Et meretrix dum turpe lucrum offert, scandalum dat, & qui quod despectui habet Deo offert, eum ipsum despicit. Contra primum autem membrum tertiæ huius conclusionis, quo dictum est nonnunquam debere potius res vel parentibus vel egenis erogari, quam templo offerri arguitur, in vniuersum conducentius esse atque ad diuinum cultum accommodatius, bona nostra ad conficienda celebrandaque sacrificia elargiri, quàm in egenorum subsidia. Apparet enim vulgo sic censeri, eo quod per sacrificiū Deo propius re ipsa accedimus. Cui tamen vulgari opinioni miserorum egestas nonnunquam reclamat. Ad hoc sub distinctione respondetur. Opus enim virtutis è duobus inter alia quantæ sit perfectionis æstimatur. Primum ex obiecto, vnde suam speciem sortitur. Secundo, ex necessitate, cui charitas super succurrere satagit. Igitur si ad priorem rationē spectemus, oblationes sacræ, ac perinde sacrificia, reliquis eleemosinis longè pręstant: nam religio, vt secunda secundæ quæstione decima octaua, auctor est D. Thom. quippe quæ Dei reuerentiam pro obiecto habet, excelsior est virtus, non modo misericordia, verum & moralibus vniuersis: vtpote quæ non nisi erga proximos versantur. Atque huc pertinet verbum Christi, Matt. 21. vbi officium & caussam Magdalenæ, quæ ipsum dispendio pretiosissimi vnguenti vnxerat, aduersus indignantes discipulos defendit: sanè qui opus misericordiæ pluris pendebant. Docuit enim opus illud in reuerentiam personæ ipsius Dei exhibitum, religione sua anteferendum. Et ideo non condemnauit misericordiam in pauperes, immo commendauit maximè, dicens; Pauperes semper habebitis vobiscum. Attamen declarauit, ꝙ opportunitatem illam, vt eleemosinam

Paulus.

Argu.

moſina cum tam excelſo gradu religionis eſſet adiuncta: nunquam deinceps foret mundus habiturus. Atque ideo ait, Me autem non ſemper habebitis Religio autem fuit, tum diuinitatis maieſtatem atque immortalitatem pretioſo illo incorruptibilique vnguento confiteri: tum etiam & incorruptionem humanitatis præſignare. Scriptum enim erat; Non dabis ſanctũ tuũ videre corruptionem: idque fortaſſe verbo illo cœleſtis Redemptor declarauit: Ad ſepeliendum me fecit. Hoc eſt: ſic iſta proteſtatur me vere mortuum ſepeliendum, vt quaſi ſpiritu prophetico ſingularem meũ ſepulturæ modum prænuntiauerit: vbi nõ meum corpus cõmuni lege eſt in cineres abiturum. Adde inter huiuſmodi religionis officia potiſſimum eſſe atque optatiſſimũ ſacramentum, vbi nihil minus, quàm Deus ipſe immolatur. Nihilominus tamẽ hoc veriſſimum eſt, quod vtinam, vt eſt certiſſimum, ita eſſet Chriſtianæ familiæ perſuaſiſſimum, ꝙ neceſſitatis põdus vnde virtus ac potiſſimum miſericordiæ incrementa ſuſcipit, efficere poteſt, vt ad Dei cultum conferentius ſit, atque adeo optatius opẽ ferre miſeris, quam oblationes & ſacrificio facere. Et ratio eſt, ꝙ ſacrificia, vt dictũ eſt, non in Dei vtilitatem qui bonorũ noſtrorum non eget, ſed in eis duntaxat gloriam noſtramque deuotionem excitandam celebrantur & offeruntur. At vero tanta eſt Deo pauperum cura, vt eorum vtilitatem ſæpenumero pluris ad ſui charitatẽ, ac ſubinde gloriam æſtimet, quam reliqua ſacrificia. Idque maximè poſtquam idem ipſe Deus cum diues eſſet, vt ait Paulus, propter nos egenus factus eſt, noſtrasque miſerias & ærumnas vſque adeo ſuas fecit, vt in die illa tremenda coram Angelorum hominumque vniuerſitate confiteri non ſit veriturus, ſe ipſum apud nos eſuriuiſſe, nudũq; fuiſſe, & mendicum; ac tandem quidquid vni ex minimis indigentibus fecimus, quaſi ei ipſi in propria perſona feciſſe. Vnde Matth. 9. nec vero citra indignationẽ Phariſæos obiurgat, ꝙ propheticum oraculũ non intellexiſſent. Euntes enim inquit, diſcite quid eſt, Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Sic enim ſcriptũ extabat Oſeæ 6. cui Propheta adiecerat: Et ſapientiã Dei plus quam holocauſta. Quapropter poſtquam Paulus epiſtola ad Hebræos, qui tũc erant ſacrificijs frequentandis dediti, in hoc penè inſumpſerat, vt ſingulare Chriſti pontificis noſtri ſacrificium commendaret, cuius præſentia illa omnia aboleuerãt, ne inde colligerent ob illud dimittendam ſemper fore miſericordiam pauperum, illum tandem Epiſtolæ Colophonem adhibuit, vt commonitos beneficentiæ eos apprimè curaret. Charitas enim, inquit, fraternitatis maneat in vobis, & hoſpitalitatem nolite obliuiſci: per hanc enim latuerunt quidam angelis hoſpitio receptis. Et infra, Beneficentiæ & cõmunicationis nolitu obliuiſci, talibus enim hoſtis promeretur Deus. Ad argumentum igitur contrarium reſpondetur nihil vetare quo minus virtus, quæ altera genere ſuo inferior eſt, quandoque ob neceſſitatem ſit pretioſior. Hæc propterea tam multis inculcauerim, ꝙ ſunt qui falſo omnia putent ſua bona, potiſſimum dum ab hac luce recedunt, in ampliſſimum Miſſarum numerũ & in Capellanias expendenda. Nam etſi in eccleſiæ ortu illa eſſent impendio neceſſaria, & vbi modo deſunt, conſulenda ſint: tamen vbi diuinus cultus ſatis eſt celebris multo eſſet conſultius egenorum calamitates leuare, longe enim crebrius in Euangelio huius nos Chriſtus miſericordiæ admonitos curauit, quam vt eleemoſinas in ſacrificia cõuerteremus. Nam quamuis oratio ſatisfactioque ſacrificijs acceptiſſima ſit: tamen eleemoſina, quæ præcipuum eſt charitatis officium, & pauperũ orationes valde ſunt, teſtante Chriſto, efficaces, vt nos in æterna recipiant tabernacula.

Solutio.

Ad primum igitur argumentum reſpõdetur, in veteri lege mercedem proſtibuli offerri eſſe prohibitam, propter immunditiam: quę ratio ceſſauit in noua. Eſſet tamen ſcandalum talem recipere oblationẽ. quia viderentur ſacerdotes ad meretricum turpitudinem cõniuere. De pretio autem canis: Ioſephus lib. 2, (vt inter tractandum de legalibus dicebamus) ſic legem interpretatur, ꝙ canum operæ, ſicuti modò aſini & equi ad fœcundandas equas, redimi ſolebant pretio ad imprægnandas canes: quare pretiũ illud propter turpes ſordes, quoque ad oblationibus repellebatur. Et ſortitur inde probabilitatem interpretatio, ꝙ vna componuntur proſtibuli merces & pretium canis. Altera verò a Doctoribus adhibetur interpretatio, ꝙ cum primogenitum animalis mũdi ſic eſſet in tẽ-

Primũ argum.

Ioſeph.

plo

plo conſeruandum, vt non redimeretur: animalis verò immundi primogenitum, redibatur pretio. Canis autem hic reputabatur abiectus, vt non eſſet quinque ſiclis dignus, quibus eiuſmodi animalia redimebantur: & ideo aiunt, quod extra templum occidebantur. Porrò autem expoſitio hæc neque textui eſt conſona. Si enim propter eius vtilitatem ad nihil erat commodum ad quid erat in templum præſentandum? Quocirca melius eſt dicere ſimpliciter fuiſſe offerri prohibitum, tum propter animalis vtilitatem, tum etiam quia forſan, vt ait S. Tho. in vſu erat Gentibus ad ſacrificandum idolis. Ratio ergo illa ceſſauit in euangelio. Ad tertium reſpondetur, quod animal cæcum, aut aliter truncum, aut debile, ad oblationem ineptum erat. Primum, quia oblatio debebat eſſe immaculata. Secundo quia eſſet vilipendium atque opprobrium. Prætereà ratione voti, quod debet Deo optimè ſolui. Quare oblatio Caini non fuit Deo accepta ſicut Abelis. Quæ quidem rationes vim ſuam in lege noſtra retinent. Qui enim vel acidum vinum vel putrem farinam ad rem diuinam celebrandam offerret, prauè quidem faceret, nam illa non ſunt conficiendo ſacrificio cõgrua. Et qui vaſa aut indumenta ſordidiſſimis vſibus ſeruientia, templo dedicaret, ex quibus veſtes ſacræ & vaſa fabrefierent, contemptor eorundem ſacrorum cẽſeretur. Et qui animal voto Deo deuoueret, & claudum, vel cęcum, vel alia de cauſſa viliſſimi pretij ſolueret, vel decimas ex peſſimo grano, & muſto, profectò non caſtè ſeruaret fidem, quã Deo habet obligatam.

Ad tertium.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ad primitiarum ſolutionem homines teneantur.

INter alias oblationum ſpecies connumerantur primitiuæ, de quibus ideo inquiritur, vtrum vi præcepti debeantur? Primũ argum. Eſt enim contrarium teſtimonium ſuprà citatum. Exod. 25. vbi ait Dominus ad Moyſen, vt primitias ab homine qui vltroneus offerret acciperet. Et Exod. 13. data lege primitiuorum, quæ legitimæ erant primitię, ſubditur: Erit quaſi ſignũ in manu tua vox autem ſigni cœremonialia deſignat, quæ in noſtra lege ceſſarunt: ergo ſicut non tenemur primogenita offerre ita neq; aliarum rerum primitias Secundò. Primitiæ olim Deo reddebantur, vt de ſingularibus beneficijs ab ipſo ſuſceptis gratias ille populus eidem rependere Habetur enim Deut. 26. Tolles de cunctis frugibus tuis primitias: accedesq; ad ſacerdotem, qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum: Profiteor corã Domino Deo quod ingreſſus ſum terrã pro qua iurauit Deus patribus noſtris vt daret eam nobis: ergo neq; extraneæ nationes, neq; verò nos tenemur illas prohibere. Tertiò: Si lex eſſet primitiarum coactrix, tunc præſcripta eſſe deberet taxataq; ſolutionis quantitas, ſicut in decimis. At verò in neutro teſtamento talis habetur taxationis lex: ergo ſub nullo comprehenduntur præcepto. In contrarium autem eſt canon. Greg. VII. Decimas, 16. q 7. Cuius verba ſunt: Oportet congruentius nos decimas & primitias, quas iure ſacerdotũ eſſe ſancimus, ab omni populo accipere: quas fideles Domino præcipiente offerunt.

Sed m.

Tertiũ.

Primitiæ ſingulariter in genere oblationum locum obtinent. Differunt enim à reliquarum generali ratione, quatuor modis, quos hic D. Tho. dignouit. Primò, iuxta vocis ſonitum differũt materia: nempè quod de primitiuis rerumque opimis initijs offerebantur: quamuis ſint qui nomine primitiarum: non prima, ſed optima intelligant. Quemadmodum de Abele refertur, quòd obtulit de pinguedine gregis. At verò tex. Nume. 8. vtrumque inſinuat. Nam quod primum eſt, cenſetur optimũ. Vnde ibidem omnem medullam olei, & vini, ac frumenti quidquid offerunt primitiarum, tibi dedi; ſcilicet Aaron. Et ſubdit: Vniuerſa frugũ initia quæ gignit humus, & Domino deportantur, cedent in vſus tuos. Secundò, ratione cauſſæ à reliquis diſtant, quod reddebantur Deo ex cauſſa ſpeciali: nempè vt homines diuinum beneficium recognoſcerent, profiterẽturq; adeò quidquid ex terræ fructibus percipiunt, Deo auctore illis prouenire; cui adeò iuxta verbum citatum. 1. Paralipom. vlt. quæ de manu eius acceperunt, reddere debent. Tertiò differebant & in modo, quod cum aliqua

Quadruplex differentia primitiarũ à cæteris oblationibus.

aliqua cæremonia offerebantur. Legitur enim Deut. 26. poſt verba citata offerentium primitias: Suſcipiens ſacerdos cartallum (quod eſt caniſtrum primitiarum de manu eius, qui defert primitias) ponet ante altare Domini Et infra commemoratis Dei beneficijs, ſubduntur offerentis verba, Idcirco nunc offero frugum terræ, quã Dominus dedit mihi, &c. Quartò denique differunt ex parte eorum, in quorum vſum exhibebantur. Nam cum Deo pro beneficio, rependerentur, inter quem (vt diximus) & populum ſacerdos eſt ſequeſter, in eius ſingulariter vſum cedebant: ad differẽtiam decimarum quæ totam Leui tribum contingebant. Vnde loco citato Num. 18. ait Deus Aaron: Omnes primitias ſanctuarij quas offerunt filij Iſrael Domino, tibi dedi, & filijs ac filiabus tuis, iure perpetuo. Et ſubditur: Filijs autem Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionem prominiſterio, quod ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis His ergo præhabitis, ad q. duabus concluſionibus reſpond. Vna eſt: Primitiæ præcepto legis naturę & ſcriptæ, Deo debetur, eiusq; miniſtris: atq; adeò iure pontificio, ex eadem priſca lege diuina deriuato. Probatur concluſio ratione illa iam inſinuata. Ius naturæ iam nos docuit gratitudinẽ vt benefactoribus gratias redderimus. Deus autem eſt primus naturalium omnium beneficiorũ auctor: illi ergo primas debemus pẽſiones eorum omnium, quę nobis natura confert. Quod ſi quis cauilletur id ei deberi non de præcepto, ſed de honeſtate, redarguitur ſic: Iure naturæ cogimur Deum noſtri noſtrorumq; auctorem profiteri: quandoquidem in eo viuimus, mouemur & ſumus. Nam ſi parentibus à quibus vitam accipimus, vt quarto nos loco Decalogus admonet, de his quæ ad victum noſtrum poſſidemus, dum egent ſuccurrere ſtrictè cogimur, longè ſtrictiore iure Deo eandem debemus recognitionem: non quidem propter eius indigentiam, quia nullã hr̃e põt, ſed p.p noſtrum cõmodum & eius gloriam. De hac itaque ratione ſic mortalium vniuerſitatẽ natura erudiuit. vt Ethnicis etiam fuerit cunctis ſeculis (vt ſupra dicebamus) notiſſima. Ob idque non ſpeciatim quęſiuimus hic, an Chriſtiani, ſed vtrum homines, ſcilicet cuncti mortales primitias ſoluere teneantur, ad quos idcirco vniuerſos reſpon

Prima conclu.

Probatio concłonis.

ſio protenditur Vnde Romani, vt Plinius in eorum hiſtoria lib. 18. c. 2. refert, nihil antea de terræ naſcentibus deguſtabant, quam ſacerdotes nouarum frugum ac vini primitias libarent. Sed occurrat hic forte nobis obuius quipiam rationem hãc nõ eſſe ad debitum primitiarum concludendum propriam, ſed hoc tantum euincere, quod teneamur Deo religionis legi ſacrificio offerre, vt ſuprà dictum eſt: quibus eũ conditorem noſtrum profitemur. Primitiæ autem longè à ſacrificijs diſtant, cum ſimplices ſint oblationes. Reſpondetur autem, aliter nobis naturalem rationem ſacrificia perſuadere, aliter verò reliquas oblationes, ac ſingulariter primitias. Nam Deo quatenus Deus eſt, ſupremum ſcilicet per ſe bonum, honores debemus diuinos, atq; adeo abedientiam. Qua vtiq; ratione rem diuinam facere & ſacrificare tenemur. Sed præterea quia fructus terræ nobis quotidie ſuppeditat, colligimus ad eius honorem accedere, de his quæ nobis donat partem illi libare, & ſingulariter rerum primitias, quibus profitemur illum eſſe primum ſupremumq; auctorem, cuius nutu & ſolis circuitus, & aeris clementia hæc nobis affatim progignunt. Altera concluſio: Et ſi ius naturæ antiquitus diuina lege expreſſum nobis huiuſmodi primitiarum oblationes admoneat, tamẽ qualitates & circunſtantiæ, nempè perſonæ, quibus tradendæ ſunt & materia, vide licet an de primis omnino fructibus, atque adeò quantitas legibus humanis patriæq; vſu & morte nobis compertæ & legitimæ ſunt. Olim namque primitię ſingulariter ſacerdotibus obueniebant, decimæ verò Leuitis. Iam nunc decimæ vice verſa ſacerdotum ſunt: primitię verò plurimum ſacriſtis ſacrorumq; edituis deputãtur: in aliquibus tamen eccleſijs in fabricę ſumptus conſignantur, & nonnunquam ipſis eiſdem ſacerdotibus Neque verò tam exactè depoſcitur, vt de primis ſoluantur fructibus. Neque de oleribus aut leguminibus, ſed de frugibus tantum. Illa enim omnia antiquis patribus legalia erãt, quibus non ideo modo minimè obligamur. Tanta enim commendatione ius illud decimarum ac primitiarum Deus illo ſeculo indixit populo ſuo, vt quemadmodum Exo. 34. legitur hebdomadarum ſolennitatem in primitijs frugum meſſis triticæ

Obiectio cõtra proximã rõnem.

Solutio.

Vltima conclu.

celebrari

celebrari præceperit,quæ nobis non eſt in vſu. De quantitate autem primitiarum nihil vel in veteri vel in nouo Teſtamẽto ſcriptum legimus,præterquam illud Ezec. 45. Hæ ſunt primitiæ, quas tolletis, ſextam partem Ephi de coro frumenti, & ſextam partem Ephi de coro ordei. Menſura quoque olei Batus de quolibet coro. Super quibus verbis Hieronymus declarat illud ad decimas pertinere, nam Ephus, decima pars cori erat, ſicut Beatus in liquidis, qui quidem corus triginta cõtinebat modios. Subdit autem idem ſacer doctor verba iſthęc, quę extra de decimis, ca. 1. referuntur. At vero primitiæ, quas de frugibus offerebant, non erant ſpeciali nomine definitæ. Traditionem quoque accepimus Hebræorum,non lege præceptam,ſed arbitrio magiſtrorum inolitam, quod qui plurimum, ſexageſimam partem dabãt ſacerdotibus; qui minimum inter 60.& 40. licebat quodcunque voluiſſent offerre. Hæc in antiqua lege. In noua autem nulla ſignata eſt quota: ſed in Hiſpania, ſi cui prouentus vltra decem modios obuenerit, vnum ſoluit: etiam ſi vſque ad mille aut decem millia aſcenderint. Et in aliis locis magis eſt tenuis ſolutio. In hoc enim plurimum conſuetudini defertur. Quin uero vbi decimæ ad totum eccleſiarum cultum affatim abũdarent, niſi cõſuetudo aliud cõtineret,nõ eſſet cur & primitiæ legis obligatione exigerentur, nam quod diximus naturale ius primitias ſolui iubere, decimæ tunc ſatis ſupplerent. Ad auctoritatem ergo ſupra poſitam Exod. 23. reſpondetur quod nomine illic primitiorum,vt litera planè docet intelligebantur oblationes,quas populus ad templi ornamenta fabrefaciẽda admonebatur facere, videlicet, vnuſquilibet aurum conferret, aut argentum,aut hyacinthum,aut purpuram, aliamq. id genus pretioſam ſupellectilem ad vaſa paramentaque templi fabricanda. Quod autẽ Exo. 23. primitiuorum oblationes ſigna,hoc eſt ceremonię appellantur. S. Tho. non negat, ſed reſpondet vt art. 1. de oblationibus, in genere reſpondebamus, nempe illas præciſè ceremonias ſanctæ Chriſtianorum Eccleſię non licere ex lege veteri inſtaurare, quę figurę futurorum erant, eo quod iam modo menda eſſent. Alias tamen quę dũ taxat in recognitionem beneficiorum Dei adhibebantur,cum eadem apud nos ratio permaneat, non eſt quod nobis non liceat inſtituere. Ad ſecundum reſpõdetur,quod primitias vetus populus Deo non ſolũ debebat ob fructus quos terra Dei benignitate profert: verũ & ob terras ipſas,quę eius beneficio tum illis promiſſę fuerant, eum etiam donatę. Hęc ergo ſecunda cauſa non eſt apud nos ſuperſtes,ſed prior. Tametſi cum & mũdum ipſum Deus ob noſtri gratiam condiderit,nobiſq. ſubinde,& poſſeſſionẽ donauerit,iuxta illud Pſalmi 5. Terrã aũt dedit filiis hominum, hac ẽt de cã debent illi primitiæ. Tertiũ aũt iam ſolutum eſt,vbi diximus,quantitatem primitiarum non eſſe lege preſcriptam, quia cum intra oblationum lineam cõprehendantur, deberent ſaltem ſpontanei aliquid retinere.

Hieron. Ephus decima pars cori, ſicut Batus in liquidis.

Ad primũ arg.

Adſecũdũ arg.

Ad tertiũ arg.

QVÆSTIO IIII.

DE DECIMIS.

S. Thom. 2. 2. quæſt. 87.

ARTICVLVS I.

Vtrum homines teneantur dare decimas ex neceſſitate præcepti.

POST oblationes, ſequitur de decimis ſermo. Apparet n. non omnes homines ex neceſſitate præcepti ad earum ſolutionem teneri. Illud. n. præceptum extat Leuitici 27. vbi legitur. Omnes decimę terrę, ſiue de frugibus ſine de pomis arborum domini ſunt. Et infra, omnium decimarum ouis, & bouis,& caprę,quę ſub paſtoris virga tranſeunt,quidquid decimum venerit ſanctificabitur Domino. hoc autem præceptum inter moralia eo referri nequit,quod moralia naturã iubet, quæ tamen non decimam potius q̃ vel vndecimam vel nonam partẽ præcipit. Si aũt ceremoniale fuerit aut iudiciale, iã ſatis li. 2. monſtratũ eſt, quemadmodũ illa fuerint antiquata. Secũdo illa ſola Chriſtianis,quorum fidem vniuerſi mortales ſuſcipere tenentur, ſub præcepto cõtinentur,quæ Chriſtus, vel eius Apoſtoli nobis indixerunt, ſecũdũ illud Matt. vlt. Docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis. Et Paul act. 12. Non ſubterfugi quo minus annunciarẽ vobis oẽ conſilium Dei. Sed neque inter Chriſti, neque inter Apoſto-

Prima rõ a parte negatiua.

Secũda ratio.

Apoſtolorum documentum obligatio vlla legitur decimarum. Quo enim Dominus de decimis Matt. 20 meminit, Væ vobis qui decimatis mentham, & rutam, &c. hæc oportuit facere, ad tempus præteritæ legis referendum cenſetur: ſecundum illud Hilarij ſuper Matth. Decimatio illa holerum, quæ in præfigurationem erat vtilis, non debebat omitti, ergo tempore gratiæ diſſolutum nobis eſt decimarum iugum.

Hilarius.

Tertia ratio.

Tertio: Tempore gratiæ ea ſolum ex lege veteri nobis relicta ſunt quæ nobis natura iubet: quare neque ad plura tenemur, quã gentes ante illam legem: illis autem ſeculis non exhibebantur ex præcepto decimæ, ſed ex voto. Legitur enim de Iacob, Geneſ. 28 quod votum Deo vouerit, dicens; Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo, &c. cunctorum quæ dederis mihi, decimas offeram tibi; ergo neque nos arctius decimas debemus.

Quarta ratio.

Quarto; Sub illa priſcorum lege trinæ ſoluebantur decimæ. Primæ quidem tribui Leui; de quibus, vt art. proxi. dicebamus, legitur Num. 18. Leuitæ decimarum oblatione contenti erunt, quas in vſus eorum & neceſſaria ſeparaui. Secundæ, de quibus Deut. 14. refertur. Decimam partem ſeparabis de cunctis frugibus tuis quæ naſcuntur in terra per annos ſingulos, & comedes in conſpectu Dei tui in loco quem elegerit Deus. Ac demum tertiæ, de quibus inibi protinus ſubiungitur. Anno tertio ſeparabis aliam decimam ex omnibus quæ naſcũtur eo tempore, & repones intra ianuas tuas, venietque Leuites, qui aliam non habet partem neque poſſeſſionem tecum, & peregrinus, ac pupillus, & vidua, quæ intra portas tuas ſunt, & comedent, & ſaturabuntur. A ſecundis autem atque a tertijs lex gratiæ nos abſoluit, ergo pari modo ab illis primi generis.

Quinta ratio.

Quinto, quidquid abſque temporis determinatione præcipitur, id niſi tempore congruo ſoluatur in culpa conſtituit negligentem, ergo ſi neceſſitas eos qui euangelium profitentur, ad decimarum ſolutionem vigeret, fieret ſubinde conſequens, vt quibus terris eadem ſolutio non eſt in more, criminalis delicti rei eſſent, non modo non ſoluentes, verum & eccleſiæ miniſtri diſſimulantes, quod nõ eſt dignum, vt facile concedatur. In contrarium autem eſt Auguſtini teſtimonium decima ſexta quæſtione prima canon. decimæ. vbi ait, decimæ ex debito requirũtur, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt.

Auguſt.

In quæſtionis veſtibulo appendendum ſtatim diſcrimen eſt inter decimas ac reliquas oblationes. Differunt quippe ſecundum omne cauſſarum genus. Primum ſcilicet ex parte finis, per quem de cæteris iudicatur, quod reliquæ oblationes Deo in eius honorem immediatè, vt cum ſcholaſticis loquamur, dedicantur, quamuis in vſum miniſtrorum deinde redundent, quippe qui nomine ipſius eas ſuſcipiunt, vt in ſacrificijs expoſitum eſt, quorum cæremonia diuina maieſtas colitur atque in primitijs, quæ pro ſuſceptis fructibus eidem rependuntur. Decimæ vero, veluti hic ait Diuus Thom. ceu miniſtrorum ſtipendium, ſunt peculiariter inſtitutæ. Hoc vtique libro 3. ſub tit. de acceptione perſonarum, ſatis ſuperque monſtrauimus. Sic enim habetur Num. 13. Filijs Leui dedi omnes decimas Iſrael in poſſeſſionem pro miniſterio quo ſeruiunt mihi in Tabernaculo fœderis. Et infra de eiſdem dicimus. Pretium eſt pro miniſterio, quo ſeruitis in Tabernaculo teſtimonij. Et Malach. 3. Inferte omnem decimationem in horreum meum, vt ſit cibus in domo mea. Et eadem ratione ſub lege gratiæ ſoluuntur ſacerdotibus pro altaris obſequio, ſacramentorumque adminiſtratione, ſecundum verbum Chriſti, Lucæ 10. Dignus eſt operarius mercede ſua, & illud ſæpe citatum 1. ad Corin 9. Nemo ſuis ſtipendijs militauit vnquam.

Diſcrimen inter decimas & reliquas oblationes.

Innocẽtius.

Quod Innoc. 3. in eãdem ſnam, extra de præb. citat, c. Cum ſecundum Apoſtolũ. Atq. hoc, quod loco citato ſatis ſuperque indicauimus, fundamentũ eſt eorũ maximum, quę non modo hic dicenda ſunt, verum & lib. 4. repetenda. Et hac ſequitur ſecũda differentia ex parte materiæ, nempè qꝑ cũ reliquæ oblationes non ſint ex rebus omnibus neceſſariæ, decimæ tñ ex cunctis quæ vel domi vel in agro procreantur ſm ſtrictum ius perſoluuntur. At demum tertia differentia ſumitur ex parte formæ, qꝑ cum reliquæ oblationes vltro offerantur, vel ſaltem quoad quotam. Decimę tñ rigore præcepti, eædemque ſub illa quota, quam nomen ſonat, debentur. His ſic tenuiter prænotatis quatuor concluſionibus ad q. reſp.

Prima concluſ.

Prima. Decimarum ſolutio ex præcepto iuris debetur partim diuini ac naturalis, partimque

timque humani. Nam quod in genere ecclesiæ ministri populi sumptibus sustententur, naturale præceptū est, atque adeo in lege veteri moralium numero comprehensum. Quod autem pars fructuum decimarū eiusdem sumptibus mancipetur, iudiciale tunc ius erat, atq; adeò in nostra lege pontificium. Vtraq; pars patentissima est: si modo tamen illud inter moralia iudicia atq; discrimen recolas, quod lib. 2. latè deducidauimus. Est enim morale præceptum, quodcunq; ex naturæ principijs seu syllogismi conclusio elicitur, veluti illud; Non occides ex illo generali. Id ne facias alijs, &c. Iudiciale autem est illud: at quod speciatim arbitratu quodam ab vniuersali descendit ur; vt si vniuersale illud, Aliquid Deo est offerendum, sic arbitreris, vt binam vitulam offeras, aut aliud quodvis animal. Hoc ergo discrimine suppositio, facile conclusio liquet. Et quilem prior pars præcedentiq. sub tit. de religiosorum paupertate, satis est nobis demonstrata. Etenim quicunq; reipub. in re necessaria administrant & seruiunt, ius habent stipendium ab eadem repub. suscipiendi, immo & exigendi: administratio autem diuini cultus reipub. necessaria est: immo verò multò pluiquam secularium magistratum: ergo eiusmodi administris stipendium reipub debet, idq; multo æquius quàm quæ principibus ac militibus conferuntur: namdiuino ordine temporalia spiritualibus inseruiunt. Quare Deus iure optimo ecclesias earumq; ministros instituit: in quorum sustentationem tanquam rerum dominus imperare populo potuit quam ipse iustam censeret bonorum suorum portionem. Hoc ipsum naturale ius docet Paul. 1. ad Cor. 9. Altera verò conclusionis pars nihilo patet obscurius. Ius etenim naturæ non nisi ministriorum pro eorum numero & dignitate sustentationem iubet. At verò qualis esse debeat populi pensio, id arbitrio prudentiq; rei pro rei qualitate statuendum relinquit. Deus autem qui populum illum priscum peculiari culpa gubernabat, quoniam à duodecim tribubus vnam diuino cultui administrando mancipauit: quæ adeò agriculturæ vacare non poterat, atq; adeò nec propriam sortem in terra promissa erat possessura, ne minus reliquis, imò aliquantulo plus tanquam honorator de terræ fructibus perciperet, decimam partē singulis reliquarum tribuum in eorundem Leuitarum subsidiū imperauit: vt patet Leuit. 23. & alibi crebro. Atq; ob id etiam quod cum forsan solutio non tam exactè fieret, paulò plus obueniebat illi tribui quam cæteris. Nam ex centum decem quæ vndecim simul tribus quotannis in horrea conderent vndecim reddebant Leuitis: atque adeò aliarum singulæ retinebant non nisi nouem.

Ex quo fit præceptum illud de quota fuisse, vt ait S. Thom. iudiciale, veluti alia multa, ad seruendam populi æquitatem & decorem: tametsi ex consequentia aliquid etiam in futurum significabat: sicuti, & fere cuncta eorum gesta: secundum illud ad Corint. 10 Omnia in figura contingebāt illis. Decima n. pars, perfectionis symbolum est: quippæ cum denarius digitorum sit numerorū supremus limes, cunctos cōcludens. Qua ideo quota protestabatur ille populus legem suam & statum non esse perfectum, sed eius complementū à Christo fuisse dependens. At verò licet hac ratione quodammodo præceptum illud cū ceremonialibus conueniebant, tñ nō erat eiusdem generis: quia non præcipuè significandi gratia erat constitutum. Secunda conclo. Inter ceremonialia & iudicialia legis præcepta sic differebat, vt circa finem 2. lib. demostrauimus, & paulò ante hac repetiuimus, quod ceremonialia non licet post Euangelium integrare: iudicialia verò quamuis quantum ad vim illius legis fuerint prorsus antiquata: possunt nihilominus nonnulla Christianis instaurari. Quēadmodum lex talionis: & quod quia quem deprædatur, quatuor reddat, potest à principe modo lege institui. Tertia conclusio. Determinatio decimarum ad istiusmodi quotam est de iure ecclesiastico & pontificio: quod prudentibus considerationibus institutum est: Atqui in primis q̄ id posset ecclesia constituere: haud dubium est, cum non fuerit ex eo ceremonialium genere, quod aliquid nouę legis præfigurabat: sed iudiciale, idque ad cultum diuinum pertinens: quod apud nos excellentius permanet. Sed quod eandem debuerit imperare quotam, probatur tam ex parte populi quàm ex parte sacerdotum.

Probaconclo nis.

Corollarium.

Secūda conclu.

Tertia conclu.

Probatio.

tum. Ex parte quidem populi; quia Euangelicus antiquo dignitate præstat, abūdantioriq; est iustitia præditus: secundum illud Matth. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm scribarum & Pharisęorum, non intrabitis in regnum cælorum. Ex parte quidem sacerdotum: quoniam lōgè sūt excellentioris dignitatis, quam antiqui, excelsiuique tractantes sacramentum, vt 2. ad Cor. 3. monstrauit Apostolus. Decimarum ergo genus ex iure naturali ortū habet; species verò ab humano per ecclesiam meritò sancita est. Quarta conclusio: Hæc decimarum quota pro temporum, locorumq́. & personarum qualitate & opportunitate maior potest minorq́ue secundum ecclesiæ iudicium institu: hæc conclusio, est superioris appendix. Circa Corollariū primæ conclusionis, qua assertum est decimas ad iudicialem ordinem spectare, ambigere quis forsan posset, tum ex eo quod cum ad diuinum cultum attineant, ceremonia potius esse vñr: tum præcipuè ex c. Tua nobis, de decimis, vbi Innocen. III. ait, Deū sibi in signū vniuersalis dominij reddi præcepisse: vnde fit vt ad cultus religionē spectent. Ad hoc tamē facile per ea quæ dicta sunt, respondetur. Haud enim Deo immediate sicuti sacrificium offeruntur, sed ministris tanquam merces soluuntur, perinde atq; principibus tributa: itaq; non sunt ipse cultus, sed ministrorum stipendia qui cultui deputantur; secundum verbum Malachiæ citatum, vt sit cibus in domo mea. Quare statim propheta subdit, propterea, quod decimæ nō soluebantur, inhibuisse Deum pluuiam, famaq́ue populum oppressisse. At verò quia Deus ecclesias, sacramentaq́ue eorumq́ue ministros instituit quibus stipendia hæc consignauit, ideo ait Pontifex in signum vniuersalis dominij Deo exhiberi. Confirmatur hæc nostra solutio, quia quota tam nostris quam antiquis ecclesiæ ministris ad æqualitatem in populo seruādū, atq adeo ad humanitatem plebis, honoremq́. qui sacerdotibus debetur constituta est, quod est indicium in ordine existere iudicialium.

Dubitatio.

Solutio.

Argu. 2

Aliud autem ex eodem canone arg. sumitur: nempè non modo decimas secundum genus & substantiam, verum & quotas esse de iure diuino, nam Papa illud de decimarum integritate loquebatur: sed de hoc statim in solutione postremi argum. vbi iterum dicere repetimus quotam non esse de iure diuino: quippe cum lex vetus nil nos obliget, de huiusmodi quota nihil in nouo sacro eloquio scriptum, sit sed extant ecclesiasticæ & pontificiæ constitutiones, instar antiquæ legis factæ, vt patet toto titu de decimis & 16. q. 1. & alibi crebro. Obligant nihilominus eadem sancta decreta sub reatu lethalis criminis, ita vt vbi desuetudo culpam non excusaret sacrilegium esset eādem quotam non persoluere. Ex his subinfertur, ut in 4. conclusione diximus, eandem quotam variari posse, & dispensatione pontificis & minui & tolli, dūtamen id quod iuris naturalis est, sit semper superstes & saluum, nempè, vt alicunde ecclesiarum ministris pro sua dignitate & munere alimenta suppetant reliquaq́. vitæ subsidia. Hoc enim nulla desuetudo vel dispensatio violare potest. His ergo quæ patentia sunt prænarratis, potissimum hic dubium, idemq́; explicatione dignissimum, tertia nobis offert conclusio. Nam si hanc quotam, vt compertissimum est, neq. lex Euangelica neq. vlla perinde diuina nobis imperat, videtur ecclesia nimium à Christiana familia pro suis administris exegisse, atq. adeò neq. ęquitatem seruasse antiquę legis, neq humanitatem, quam noua debuisset induere. Nam si in illo Hebraico populo decima tēpli ministris ad dicta fuit, ratio id postulabat, erant siquidem Leuitę 12. pars populi. Quocirca etsi vndecim decimas perciperet, non erat enormis excessus, cum reliquarum singulæ retinerent nouem: eo potissimum, quod vxores habebant, & alendam familiam. Clerus autem euangelicus curatorum, quibus solis (si Caietano credeamus) debentur pro suo ministerio decimę, fortè non est decima pars populi, aut plurimum 50. quod ergo à reliquis quadragintanouem totidē recipiat decimas, singularisq́ue cęterarū non fiant nisi nouem reliquę nulla ferre vr̄ æquitas: atq. ob id maximè, ꝙ neq. vxores, neque sobolem hr̄e debent. Et ex alia parte decimę Christianis etiam personales imperantur: quæ antiquitus non erat in vsu. Ex quibus fit consequens, neutrā earum rationum, quibus tertiam conclusionem S. Thomas fulciuit, esse solidam.

Corrollarum.

Dubiū graue.

Nam

Nam etſi populus Chriſtianus iuſtitia præſtare debeat Hebræo, non eſt neceſſe in hoc abundare, vt ſupra iuſtum ſacerdotibus ſuis effundat. Et quamuis ſacerdotes ſint præ antiquis honorandi, non tamen tanto ſtipendiorum aceruo. Hæ ſunt rationes, quibus tum alij, tum præſertim hoc loco Caie. conuicti, non alia iuſtitiam in decimarum quota reperiũt, quam quod clericis non pro ipſis ſolis, ſed pro pauperib. quibus eccleſiæ fructus diſpenſare tenentur, perſoluitur. Et quidem ſi id duntaxat auctores iſti ſentirẽt, quod eccleſiaſtici ſtrictiori longè ſanctioriq; miſericordiæ vinculo quam laici tenentur in pauperes, eſſe benefici, aſſertio eſſet certiſſima: cõtendũt tamen decimas illis non omnino tanquã dominis ſolui, ſed tanquam diſpenſatoribꝰ concredi: quarum partem rigoræ iuſtitiæ tenentur egenis refundere: imò tanta obligatione ait Caie. quanta eis eadem debentur decimæ Vnde fit iſtis auctoribus conſequens, vt ſecus facientes, ſint reſtitutioni obnoxij. Hoc profectò non tanta probabilitate pollet, quin cõtrarium ſit longè probabilius: imò ni fallor, certa ratione verũ: vt lib. ſeq. conſtabit: vbi de hac re amplam diſputationem adornamus: à qua ideo impræſentiarum ſuperſedendum nobis eſt.

Solutio Caieta.

Secũda ratio.

At verò quoniam hoc potiſſimum eorum eſt argumentum quod aduerſarij ſuam opin. fulcire contendunt, reſpondere hac de re illis eſt nunc operæpretium. Primo ergo contrarium fundamentum ſi fieri poteſt, affirmemus. nempe decimarũ ſub hac quota non exuperare iuſtum ſtipendium miniſtrorum eccleſiæ: etiam ſi tanquam veris dominis tota eis adiudicetur. Et probatur contraria ratione illius, qua aduerſarij vtuntur. Iuſtus numerus clericorum qui ad cultum diuinum in lege gratiæ neceſſarij ſunt, non tanta proportione minor eſt reliquo populo, vt iuſtè decimam ſuſcipiant. Imò forſan duodecima eſt pars populi, ſicut olim Leuitica tribus: aut plurimũ 15. vel multò minor quam 20. Probatur hoc: In lege veteri vnicum erat dũtaxat templum quo omnes duodecim tribus ad ſacra confluebant, neq; niſi quater in anno: nam tot erant duntaxat præcipuè ſolennitates: in noſtra verò eccleſia vix ſunt centum domus, quę non habeant vnum templum, cui quotidie ab omnibus ſacerdotibus ſeruitur; nam illi per vices hebdomadatim ſeruiebant. Si ergo in ſeruitium vnius præcisè templi duodecima pars populi erat conſcripta, quidnam miraculi eſt, ſi æqualis nunc pars tantæ templorum multitudini adminiſtrandæ mancipetur? quandoquidem ratio mediorum a fine ſumitur. Sed ait Caiet. ſolis clericis qui curam habent animarum, decimus deberi: cuius profecto aſſertionis neſcio quodnam habere potuerit fundamentum nam attulit nullum. Enimuero ſi templo illi, quo non niſi Arca teſtamẽti cuſtodiebatur, tam numeroſa cantorum aliorumque miniſtrantium copia, vt in libris Paralipomenon, legitur deputata fuit, cur nõ in templis noſtris, quibus corpus Chriſti adoratur & colitur, non præter parœcios amplior ſacerdotum numerus dedicetur: quibus vt iuxta verbum Malach. cibum habeant in domo Dei, decimæ contribuantur? His autem in ſuper adiungamus, ſacerdotes noſtros multò eſſe ſublimioris dignitatis, quam illos: vt pote in quibus ampliſſimus eſſe debet antiſtitum numerus mox & Canonicorum, quibus eccleſiam præfulgere congruit. qui adeo neceſſe habent miniſtros & familias habere. Nam ſi quis nobis obijciat debere omnes in paupertate viuere, profectò nemo eſſet qui huic ſententiæ refragaretur, ſi poſſibile eſſet vt tantur clericorum numerus quantus nèceſſarius eſt, decenti ſanctitate pollere: nam tunc citra alium ornatum populo haberetur in pretio. At quia id fieri non poteſt, neceſſe eſt, conditioni humanæ indulgere: haud enim eſſe omnes poſſunt vt D. Martinus aut Nicol. atque adeo ſic ſacerdotes familia & auctoritate honeſtare, vt populus eos non deſpicetur, ſed tanquam præcipuos Reipub colat. Quare nullum eſt indecorum, ſi epiſcopi, ceu alij magnates viuant & canonici, ſicuti alij nobiles: & ſacerdotes, veluti alij ciues. Etenim documentum huius rei manifeſtum eſt, quod illis prouincijs, vbi ſacerdotes nimia egeſtate præmuntur, vileſcunt in conſpectu populi: atq; inde ſacramenta & res ſacræ eò inclinant, vbi in opprobrio habẽtur. Quocirca vt aliud ineamus arg. non condecet ſacerdotes noſtros propter ſacramentorum dignitatem opifices eſſe, manualeſq; operas exercere, quod Leuitis licebat Colligamus ergo, q̃ tm̃ eſſe decet, tãq; præclarum eccleſiaſticum ordinẽ, cun ctoſq;

Solutio propoſiti dubij.

Rõ prima aſſertionis ꝓximæ.

Confir matio.

ſtoſq; adeo eius gradus cum ſuis familijs perpendamus, nō minor eſt pars in populo, quam duodecima, eu vti dicebāt, quintadecima. Præterea, ſacerdotes noſtri vacare debent literarum ſtudio, atque adeò hoc negotio patrimonia ſua inſumere. Quare reperiri non poſſent qui abſq; aliquo propoſito præmia tantos faceret ſumptus, tantumq. & ætatis & laborum dispenderent: nam qui hoc religionis duntaxat, amore facerēt, quam rariſſimi eſſent. Quapropter conſulere eccleſia debuit humano ingenio, eiuſq. imbecillitati conniuere. Fateor equidem ingenuè, eccleſiaſtica ſacerdotia iniquiſſimè eſſe diſtributa. Quare alij abundant, neq; citra ſcandalum pōpis ac rerum luxuriæ exuberant, alij verò eſuriunt: tamen adnormam diuini iuris pro qualitate & dignitate perſonarū eiuſmodi fierent diſtributiones, conſtaret liquidò ſanctionem eccleſiaſticam de decimarum quota non eſſe ſuperfluam, ſed ęquiſſimam. Atq; hac ratione in primitiua eccleſia, vbi ſyncerius colebatur fides, multi de ſua ſubſtantia eccleſias locupletabāt. Accedit huc. quod decimæ non ita exactè vbiq; exoluuntur, ſed multis in locis exilio reſſuntq; cœnobia multa atq; hoſpitalia illarum fructibus fundata. Supra hæc, & ingruente aliqua eccleſiæ calamitate neceſſarij ſunt ampliores ſumptus: qua ratioene & regibus adiudicatus iam eſt bonus decimarum cumultus. Hæc igitur cuncta eccleſia mature proſpexit, dum decimas edixit. Haud ergo ad iuſtificandum hāc legē eſt ad id ſuffugere opus, quod clerici de iuſtitia teneantur ſua bona eleemoſinis diſpendere. Quare meditatiſſimè D. Tho. hanc rationem inter probandum concluſionem tertiam non commemorauit, ſed illarum tantum meminit, quod noſter populus iuſtior eſſe debeat antiquo, noſtriq. ſacerdotes amplioris dignitatis. At verò quia lex miſericordiæ perſtrictius cericos cogit: ſubdit idem S. Doctor bis aut ter in hac q. quod decimæ dantur ſacerdotibus, vt ſint in pauperes effuſius benigni. Et quod potiſſimum propoſiti noſtri arg. in calce ponamus, arguitur tandem. Quota decimarum nihil aliud eſt quā moderatio & ſpecificatio naturalis iuris, ius autē naturæ in hoc tantum decimas imperat, vt ſint miniſtris eccleſiæ in alimentum & ſtipendium ego quota de rigore iuſtitiæ ad hoc præcisè inſtituta eſt, non in vſus pauperum. Nam & Caiet. ipſe impræſentiarum concedit, quod decimæ quantum ad ius naturę in victum tantum debentur miniſtris: ſed ius eleemoſinarum eſt, inquit, vt auctiores eiſdem ſacerdotibus pro pauperibus tribuant. At verò neſcio cur eſſe cogēdus populus. vt eleemoſynas pauperū ſacerdotibus concederet. De hoc autem infrà loco citato. Igitur nemo debuiſſet propter illam excogitatam proportionem quod clerius non ſit quinquageſima pars populi in hanc deſcendere ſententiam, quod clerici teneantur de iuſtitia ſub pœna reſtitutionis ſua ſtipendia pauperibus impertiri. nam res tanti momenti abſq; eccleſiæ expreſſo decreto certè non eſt affirmanda. Dixerim excogitatam proportionē nam vt ſummatim cuncta complectar, ſi experientia mi qua moralis ſcientia nititur conſulas, nulla eſt ciuitas aut inſigne oppidum, vbi non multo plures reperias diuites quam ſint ſacerdotes. Fictitium ergo eſt dicere, quod habeant ipſi quinquaginta nouem decimas: & ſingulis reliquo populo nouem. Primum igitur argumentis ſuperq; diſcuſſum eſt atque dilutum.

Tertia ratio.

Ad primū arg.

Ad ſecūdū arg.

Ad ſecundum verò reſpondetur, decimarum præceptum qua parte naturæ eſt & morale, illic eſſe à Chriſto deſignatum: vbi Luc. 10. ait dignum eſſe operarium mercede ſua: locupletius autem 1. ad Corint. 9. ab Apoſtolo inculcatum: vbi tam multis naturalium ciuiliumq; exemplis cōſtituit, vt qui altari ſeruit, de altari viuat. Sed quantum ad quotam, commiſſum fuit eccleſiæ iudicio & ſententiæ. Ad tertium reſpondetur ante tempus antiquę legis ab Adam vſq; ſemper viguiſſe idem mandatum, quatenus naturale eſt. Fuerunt enim ſemper in quacunque Repub. bene inſtituta ſacerdotes, qui feruntur fuiſſe primogeniti. At verò quia non erant certo numero decreti, quotam vnaquæque Reſpub. ſub arbitrio inſtituebat, vel aliunde ſuis prouidebat ſacerdotibus. Abraham autem, vt legitur Geneſ. 14. prophetico inſtinctu decimas obtulit Melchiſedech: qui teſte Paulo figuram noſtri ſacerdotij præferebat. Et eodem fortè ſpiritu Iacob eaidem non certis ſacerdotibus, ſed Deo vouit. Ad quartum reſpondetur quod cum in illo quondam populo tam frequentia iterarentur ſacrificia, neceſſe

Ad tertiū arg.

Poſtrema.

Ad 4. argumen.

ceſſe habebant præter decimas Leuitis ſoluendas, ſecundas etiam ad ſacrificia offerenda reſeruare. Quæ nobis quibus iam illæ victimæ ceſſarunt, non impetrantur. Tertium verò decimarum genus, quæ cũ pauperibus diuidundæ erant, in noua lege mandato miſericordiæ augetur, quo nos identidem Chriſtus admonuit, vt eſſemus in pauperes profuſi. Ait enim Luc. 11. Quod ſupereſt, date eleemoſinam. Addit autem D. Thom. & decimas, quæ miniſtris eccleſiæ dantur, per eoſdem deberi in vſus pauperum diſpenſari. Quod non intellexiſſe de præcepto iuſtitiæ, ſed miſericordiæ, inde conſtat quòd cum alterò præcepto eleemoſinarum adiunxit. Poſtremo verò argumento illa tangitur dubitatio, vtrum per deſuetudinem abrogari ius poſſit decimarum, quæ ex altera pendet, An decimæ ſint de iure diuino? Et quidem nonnulli interpretum canonici iuris ſuper cap. in aliquibus, de dec. cenſent omnino eſſe de iure diuino, etiam quantum ad quotam, nam poſtquam illic dicitur decimas cum integritate eſſe ſoluendas, ſubditur, quia debentur ex lege diuina, vel ex loci conſuetudine approbata. Et c. paræcianos. eod. ti. legitur decimas non ab homine, ſed ab ipſo Domino eſſe inſtitutas. & c. tua nobis. ſuprà citato, & c. Reuertimini, extra de decim. idem apparet inſinuari. Et quamuis aliorum dicta doctorum gloſſari poſſint, quod intelligant de decimis, quantum ad ſubſtantiam: Hoſtienſ. tamen in ſua ſumma, titu. de decim. § 7. expreſsè ſuſtentat etiam quotam eſſe de iure diuino dicens tum illud quotæ præceptum fuiſſe morale, tum legem illam non prorſus ceſſaſſe: plurimus id inculcans auctoritatibus: ſubſannanſque adeò Raimundum & Theologos contra ſentientes. At verò non eſt res, quæ in controuerſiam venire poſſit: cum planiſſimum ſit, decimarum quotam in lege veteri iudiciale fuiſſe præceptum, non morale. Quod Hoſtienſ. nunquam negaſſet, ſi ſuæ fuiſſet facultatis, rationem diſcriminis noſſe inter mortale præceptum & iudiciale. Morale enim (vt ſæpe dictum eſt) concluſio eſt principiorum naturalium, ex quibus quamuis eliciatur, alendos eſſe eccleſiæ miniſtros, quod ad decimarum genus & ſubſtantiam attinet, tamen quòd hæc aut illa fructuum quota contribuatur, nulla lex naturæ præcipit, ſed quod id tantum tribuatur quãtum eiſdem ſufficit. Sed gloſſa, quã Paulino verb. ad Hebr. 7. aſſuere conniti tur, eſt ad notãda. Ait Paulus. Translato ſacerdotio neceſſe eſt, vt legis translatio fiat. Cuius ſententia eſt, legem illam cum Chriſto expiraſſe, atque adeò illa ceſſaſſe legalia. Et reſpondet ipſe nõ facere illum ſenſum, quia nullo modo, inquit, concedendum eſt legem illam omnino ceſſaſſe. Sed ſenſus eſt, inquit, ius Leuitarum petendi decimas in Euangelicos ſacerdotes tranſiiſſe. Vide, quam facerent conſultius, qui Theologiã non profitentur, ab interpretamento Scripturæ ſacræ calamum abſtinere, neq; de diuino, naturali ue iure tractare, quod ipſis meſſis aliena eſt. Ceſſauit enim omnino lex illa vt latiſſimè libr. 2. commonſtrauimus, præter id, quod vel lex naturæ retinuit, vel eccleſia ſanxit. Quotam ergo hãc certiſſimum eſt non eſſe de iure diuino. Sed ſi quæ inter Decretales, & Canones ſacros offendantur verba, quibus decimæ diuino iuri tribuantur, vel intelligenda ſunt quantum ad ſubſtantiam, vel ſi de quota habeatur ſermo gloſſandus eſt, vt ſint de iure diuino exemplariter, hoc eſt, exemplo vetuſti iuris conſtitutæ. Igitur vtrum per deſuetudinem aboleri poſſit decimarum obligatio. D. Thom. negare omnino impræſentiarum videtur, nam reſpondet in Italia, in illisque terris vbi decimæ non ſoluuntur, ob id ſolum incolas à culpa eripi, quod eccleſiæ miniſtri indulgere illis cenſentur, non petendo ſicuti Paulus ſe feciſſe. 1. ad Corinth. 9. teſtatur. Nam vbi poſtquam demonſtrauit poteſtatem habuiſſe ſuſtentamina ab illis petendi, ſubdit non eſſe vſum eadem poteſtate, ne quod offendiculum daret Euangelio Chriſti. Eſt autem reſponſio hoc D. Thom. non vſque adeò clara. Ad huius igitur intellectũ diſtinguendum eſt de decimarum deſuetudine. Aut enim penſatur quantum ad quotam, aut in totum. Et priori quidem modo forſan quis arbitrare ur ſolam deſuetudinem ſufficere, vt non debeantur, propterea quod quota non eſt, niſi de iure poſitiuo. Ac perinde cenſebit D. Thom. intelligere de ceſſatione in totum. Sed profectò vtrunque eſt falſum: Primum quidem non vtique propter rationem Hoſtienſ. atque aliorum, qui dicunt quotam eſſe de iure diuino, ſed quia licet ſit de iure ponti

Quæſtio poſtremo argumẽto ptacta.

Snïæ Iuriſtarũ. Hoſt.

Reprobatur ꝓxima sẽtentia.

Solutio D. Tho. ad præcipuã que ſtionem.

ficio, nihilominus quia ius illud tum tanta æquitate pollet, tum etiam inſtar antiqui diuini iuris poſitum eſt, nulla contra illud cenſetur præualere deſuetudo, quin poſſit eccleſia, vbi oportuerit, vti iure ſuo, niſi annuerit, ac diſſimulauerit. Et hæc eſt mens San. Thom. nomine enim decimarum, quotam intelligit, & eodem pacto intelligendus eſt quolibet 2. art 8. vbi eodem modo reſpondet. Et quod de quota loquatur, confirmatur: nam deſuetudo decimarum in totum nullatenus ab eccleſia permitti poteſt: quandoquidem, vt iam monſtratum eſt, ius exiſtas naturale, & præceptum mortale, ſtrictiſſimèque diuinum, vt ſint eccleſiæ, vbi res celebretur diuina, ſacramentaque diſpenſentur ac miniſtrentur, ſacerdoteſque adeo & miniſtri populi ſumptibus alantur. Quare ſuper hoc totum eccleſia non habet auctoritatem diſpenſandi, neque a Spiritu ſancto in vnquam facere permittetur. Id quod & vſus ipſe palam oſtendit: quoniam neque in vllo Italiæ angulo, neque alibi vſpiam gentium reperitur Chriſtianorum locus, vbi non ſint ſacerdotes, quibus vel prouentus annui ſtati ſint, vel populi ſtipendia. At verò contra prius ſolutionis membrum exiſtit argumentum, quod vt ait Auguſt. 16. q. 1. canon. 10. earum penſio tributum eſt animatum egentium: & qui eas, inquit, dare noluerint, res alienas inuadunt, & pauperes propter illam penuriam fame perempti, ab his qui non ſoluunt, occiſi ſunt. Quare eccleſia non videtur contra ius pauperum diſſimulare poſſe. Quòd ſi dicatur id ob cauendum ſcandalum ſinere: inde fit conſequens, non libere id fatere, quare non ſoluentes minimè videntur a culpa excuſari. Ad priorem locum argumenti reſpondetur, illud ius pauperum non eſſe iuſtitiæ, ſed miſericordiæ: non ſolum in ſoluentibus decimas, verum & in ipſis clericis: & ideo eccleſia poteſt diſſimulare illa via eaſdem eleemoſinas extorquere. Ad poſteriorem autem reſpondetur, quod etiam ſi id ad cauendum ſcandalum permittat, & ne detur, vt ait Paulus, impedimentum Euangelio: nihilominus ſubditi excuſatur, quia laudabiliter id facit eccleſia, ſpiritualibus temporalia poſt habens. Vbi autem populus animi obſtinatione indureſceret, nec petendi eccleſiæ obtemperare vellet, tunc culpa non vacaret. Si autem gens aliqua ea lege vellet in Chriſtianiſmum ſua nomina dare, vt decimarum tributo nullatenus oneraretur, reſpondet Caieta. eccleſiam poſſe ac debere eandem conditionem recipere. Quod ſi intelligatur quantum ad quotam, verum eſt. Attamen vt nullo modo tenerentur miniſtros eccleſiæ alere, profectò eccleſia ſinere non poſſet, niſi aliunde ipſa, vnde viuerent prouideret, nam aliàs illa conditio contraria eſſet naturali, diuinoque iuri in re quæ apud Chriſtianos præcipui eſt momenti.

Mens S. Thom.

Argu. Auguſt.

Ad arg.

ARTICVLVS II.

Vtrum de omnibus teneantur Chriſtiani decimas ſoluere.

POſt decimarum ſubſtantiam, ſubſequitur vt earũ materiam perpendamus apparet namque non de rebus omnibus deberi. Decimarum namque penſio ex veteri inſtrumento originem duxit, illic autem nullum perſonarum præceptum legitur, nempè earum rerum, quæ homo propria induſtria & negotio acquirit, quales ſunt mercatio, & militia, & ſimilia. Ergo de iſtis nullæ debentur decimæ. Secundò, de male acquiſitis, vt ſupià dictum eſt, nulla fieri poteſt oblatio, ergo neque decimarum ſolutio. Nam cum oblationes propinquius ad diuinum cultum accedant, ille potius de omnibus fieri deberent. Tertiò. Leuitici vltimo, vbi decimarum ſcripta eſt lex, non niſi de frugibus, & arborum pomis, ac de animalibus, quæ ſub virga paſtoris tranſeunt, iubentur ergo de minutioribus herbis, quæ hortorum cultura ferũtur, non debẽtur. Quartò, nemo niſi quod in ſua eſt poteſtate, ſoluere poteſt, ſed non omnes fructus qui de prædijs percipiuntur, in domini poteſtate permanent, nam quædam coloni dominis fundorum pendunt, quædam in mercedem famulis, quædam etiam principibus in tributa. Et ſæpe aliqua vel furto, vel alia via pereunt, ergo de illis nil debetur. In contrarium eſt legis exemplum. Gen. 28. in Iacob qui aiebat, Cunctorum quæ dederis mihi decimas offeram tibi cuncta autem quæ homo habet, diuintus ei donantur, ergo de omnibus decimę debentur.

1. Argu.

Argu. 2.

Argu. 3.

Argu 4.

Ad quæſtio: vnica concluſione reſpõd. de vniuerſis tam ex terræ prouentibus, quàm

Cõcl. ne gatiua.

quàm ex personarum labore partis, si metum ius perpendas, nec consuetudo obstet debentur decimæ. Probatur: Iudiciũ vniuscuiusq; rei ex eius proprijs caussis radicibusq; sumendum est: natiua autẽ decimarum radix est, quod secundum Apos. 1. ad Cor. 9. spiritualia seminantibus ius competit metendi carnalia. Si nos inquit, spiritualia seminamus, non mirum est si carnalia vestra metamus: hoc enim est instituti ecclesiastici fundamentum: vniuersa autem, quæ homo possidet, carnalium voce comprehenduntur: ergo de vniuersis soluendæ sunt decimæ. Conclusio quidem præsens multis locis canonici iuris constituta est, vt c. Tua nobis, de deci. &c. Reuertimini. 16. q. 1. sed expressius canone 10. qui est August. vbi ait de negotio, de militia, de opificio, ac denique de rebus omnibus soluendas esse decimas. Idemque ait Cœlestinus Papa. c. non est extra, de deci. vbi habetur, quòd etiam de venatione debentur &c. peruenit, etiam de piscaturis, & de molendinis, &c & cap. nuntios additur etiam de apibus. Quapropter celebris esse solet decimarum distinctio, in reales, seu prædiales, ac personales. Reales enim sunt, quæ de rebus debentur, puta de prædiorum fructibus, quos terra per solis, aerisque clementiam natura sua progignit. Personales autem quæ ex personarum operis ac negotijs sine terræ ope exercitijs soluuntur. Quidquid autem veritatis conclusio contineat ratio, tamen D. Tho. non magno energia pollere videtur. Colligit .n. vniuersalem ex particulari, nẽpe quod si ius suppetat clericis metendi carnalia, de cunctis carnalibus debeantur eis stipendia. Respon. primò rationem hanc S. Th. adduxisse ad declarandum potius, defendendumque ius ecclesiasticum, quam ad eius necessitatem demonstrandam. Secundo: Cum ius naturę, vt dictum est, clericis suppetat temporalia pro spiritualibus metendi, non eo vsq; ratio ad aliqua temporalia præpõderat, quin eadem ferè de omnibus intelligatur. Nam quod afferri contra solet, ex agri fructibus iustius deberi decimas, quam de opificijs, pro eo, quod fructus illos Deus naturæ auctos creat, opificia verò aliaq; negotia ad humanam industriam attineant, licet quandam præ se ferat probabilitatem, non tamen necessitatem. Quoniam & in agricultura industria adhibetur, & in negotijs non deest naturalis Dei concursus, cò potissimum, quod decimarum obligatio si quæ dicta sunt, respicias, non illo naturali Dei beneficio fundatur, sed in eo potius, quod populus ministros ecclesiæ sustentare tenetur a quibus sacramenta suscipit. Et ideò quia sunt plurimi qui non agriculturam, sed aliam artem exercent, ijdemque pariter sint sacramentorum participes non est quod ab exactione tributi ecclesiastici excipiantur. Quare verbum Pauli quo carnalia nominat, vniuersalẽ videtur sensum aurib. exhibere. His tamen nihil obstantibus sciscitaretur quispiam, vtrum desuetudo legitima esse posset præscriptionis causa super personales decimas, ne soluantur? Sciscitaretur inquam, propter Host. in sua summa loco citato, atque alios iuris interpretes super ea. In aliquibus de decim. Qui porrò inter decimales personalesq; decimas sic diiudicant, vt contra istas inolere posse pręscriptionem: contra illas verò nõ item Quorum fundamentum est, illas esse de iure diuino, has vero minimè, quippe cum loco citato Leuitici vlt. non nisi de frugib. & arborum pomis, & animalibus indicantur decimæ. At verò iam satis de hac re contra istos depugnatum est. Illud namq; ius antiquum quod iudiciale erat, iam quantum ad illius legis vim expirauit: ob idq; non est tantum discrimen inter has species meditantum. Neque quantum ad huiusmodi perscriptionem S. Th. inter eas distinguit. igitur, vt in calce proximi articuli dicebamus, siue prædiales siue personales decimas existimes, nulla desuetudo aut præscriptio obtinere contra ecclesiam vllo tempore potest, quo minus dum ad alendos ecclesiæ ministros nulla alia pateret via, posset siue ex fundis, siue ex personis tributa imperare, quæ eidem muneri honestè sufficerent. Porrò cum dissimulare non posset, quin erigantur templa, addicanturque illis ministri. Hoc autẽ nihilominus discriminis non est diffitendum, quod iustius paratiusq; alio ex terræ prouentibus quam ex opificis, ac negotijs decimæ exiguntur: eo quod fructus illis magis sunt naturales. Quocirca si satis suppetunt, pręscribi contra personales potest, hoc est, nisi cõsuetudo soluẽdi illas videat, dignum non est vt exigantur. Quapropter ꝙ seruitorib. de sua mercede decimæ exigantur

Probatio.

Decimę aliæ ꝑsonales, alię reales.

Obiect. cõtra rõnem S. Tho.

Solutio.

Dubitatio.

Host. ẽs. sentẽtia.

Fundm̃ superioris sniæ.

Solutio auctoris

A seruitoribus

gātur, nisi mos omni memoria vetustior ad id cogat: nulla apparet ę quitas. Ac multò minor ab agricolarum famulis, quibus ex decimato aceruo merces soluitur, vt ex D. Tho. in solutione quarti colligitur. Sententia enim Aug. quod ex negotio, & militia soluuntur decimæ, illic forsan suam retinet vim, vbi prędiales non sunt adeò vberes ac pingues. Quare in Hispania ea opificum negociatorumque lucris nullius est vsus soluendi decimas. Vtrum vero agricola ex aceruo ante decimationem operas, & suos sumptus, aut saltem semina excipere possit non video cur dubitetur, neque de hoc ratio permittit consuetudinem valere: adeò id certum est non licere, vt cauetur c. Non est, & c. Tua nobis, & ca. Pastoralis. Quoniam existimandum in præsentia est, genus quoddam societatis inter hominem, & Deum. Homo enim semina sua laboresque & sumptus ponit: exponitque Deo, confisus periculo. Cum ergo Deus sua benignitate cumulatam frugem conferat, satis est si homo pro suo periculo nouem retentis partibus, decimas Deo reddat.

nō sunt decimæ exigēdę nec ab agricolarum famulis nisi de hoc videret consuetudo.

Ad primū arg.

Ad primum igitur arg. respond. In veteri populo rationē ob id poposcisse, vt personales decimę non exigerentur, quod singulæ vndecim tribus suas habebant prædiorum sortes, quarum decimæ satis erāt tribui Leui, quæ sorte carebat, eo potissimum quod Leuitæ ab alijs officijs, negotijsque secularibus non arcebantur, ob idque iniquum erat, vt ex similibus artificijs ab alijs corraderent. Secus autem in Christiana familia, vt dictum est, ubi neque cūcti possessiones habent, ex quibus decimas soluant, neque clerici implicare se debent mundi negotijs, vt 2. ad Tim. 2. admonet Paulus. Ad 2. respon male acquisita in duplici esse ordine. Quædam enim sunt quorum acquisitio iniusta est, & iniuriosa: vt furtum, & rapina, ac perinde vsura. Et hec quia in integrum veris dominis restituenda sunt, decimari non possunt. Secus de arborum fructibus, quæ vsuraria pecunia empta fuerint, nam illi, vt libro sexto ostensum est, nulli sunt restitutioni subiecti sicut neque lucra eisdem vsurariæ pecuniæ. Alia verò dicuntur malè acquisita, nō quod acquisitio iniuriosa iniustave sit, verum quod turpi caussa comparentur. Vt sunt meretricum, histrionum aliorumque id genus lucra. Et istorum inquit S. Th. decimæ debentur. Loquebatur tantum secūdum sui temporis, regionisq; morem. vbi Aug. sententia ad plenum in vsu erat. Iam verò modo nullibi, quod audierim, eiusdē perstat decimarum obseruatio. Ad 3. resp. quod cum decimæ in sortem Leuitorum olim pēderentur, debebant honestè, & absque sordib. exigi: ad sordes autem attinet, vt 4. Eth. c. de liberalitate, auctor est Arist. minimorum esse hoīem exactiorem, non erat Leuitis congruens ex minutis olerib. exigere decimas. Sed Pharisæi, qui iustitiæ splendorem prę reliquo populo ambiebāt de illis etiam decimas persoluebant. Nec verò Redemptor de hoc illos abiurgauit, ꝙ mentham, anethum, & rutam decimarēt. Sed ꝙ illa pluris, quā maiora præcepta æstimabant. Imò quadantenus cōmendauit, cū subiunxit: Hæc oportet facere, sed alia omittere, vbi non tam præcepto, quam cōsilio eiusmodi decimationem attribuit. Sub lege autem Euangelica immemorabilis consuetudo obseruēda est. Imò vbi alię frugum, viniq; decimæ malignè prouenirent, exigi de nouo possent hortorum decimæ, vt re vera, extra de decimis, c. nō est. exiguntur. Præsertim de illis hortis, quorū diuenditis oleribus hortulani viuunt. Nā de exiguis priuatis sicuti de minutissimis oleribus non sunt exigēdæ, vt notatur ex c. ex multiplici. extra de decimis. Ad 4. denique respō. quod si granum agricolæ ante decimationem sublatum est, tunc decimas, nisi culpata sua negligentia furtum accideret, non debet. Idem profectò arbitror si vel fruges, vel iam excussus grani aceruus alluuione aliqua in area perierit. Si enim graui sua culpa diu illud relinquit in area profectò nō esset a decimarum debito immunis. Secus, si esset à culpa liber: nam quanto tempore subdito est granum sacerdotibus etiam periclitatur. Postquā verò in horrea conditum est, iam inde dominus est decimarum debitor: quacunque strage, aut calamitate dispereat. At qui granum aut vinum non decimarum vendit, manifestum est reum teneri soluendi decimam. Quin verò & emptor si sciuerit, nihilominus obligatur ecclesiæ quousque venditor restituat. Cæterum notandum est, quòd cum decimæ ex rebus diuino munere partis soluantur, nulli subduntur, aut mercedi, aut tributo: ob-

Ad secūdū arg.

Ad tertiū arg.

Ad 4. argumen.

Documentū.

idque

idq; agricola, neq; famulorum mercedem neq; regis tributum excipere ab aceruo poterit, antequam totius decimam exoluat. Et arbitror nomine tributi comprehendere D Tho. etiam pensionē, quam colonus alieni fundi domino soluit. Itaq; si rigorē legis spectes, agricola qui fundum colit, siue proprium, siue alienum, quod ad cultu ram conduxit, tenetur in integrum de decimis: nisi aliter inter eundē colonū ac fundi dominū fuerit conuentū. Quare si dominus nō soluit, ecclesia cōuenire colonū potest. Hinc superius colligebamus, mercenariū qui ex decimatis mercedē recipit, nullā inde aliam debere decimam. Ac perinde & de fundi domino idem colligendum apparet ex suis prouētibus quos colonus post decimationem ei soluit.

ARTICVLVS III.

Vtrum decimi solis clericis debeantur.

Primū arg. POst decimarū materiam sequitur de personis quibus iure & morte debentur. Arguitur enim quod non debeantur clericis: cuius contrarium ex superioribus colligitur. Decimæ antiquis Leuitis addicebantur, vt ex Num. 18 iam sæpè citatum est: eo quod fortè promissæ terræ carebant in nostra verò Christiana familia clerici patrimonia nonnunquam habent: & præter decimas oblationes recipiunt & primitias: superfluere ergo illis videntur decimę

Argu. 2. Secundò: Si clericis iure decimæ deberentur, fieret inde sæpenumero consequēs soluendi perplexitas. Nam vsu venire potest vt incola vnius paræciæ fundos alterius colat, aut fundos in alia habeat, quos illius paræciano colendos locat. Contigit etiam & pastorem eodem anno in pascuis vnius episcopatus aut paræciæ gregem suum pascere, partim verò in pascuis alterius: vel forsan ipse moratur in vna, & ouile habet

Argu. 3. Duo in decimis considerāda. in alia. Quare perplexi istiusmodi homines essent cuinam ecclesiæ deberent decimas. Tertiò: Cōsuetudo sæpenumero hēt, vt seculares laici decimas in feudum possideant: & nonnullis etiam monachis conferuntur: non ergo solis debentur clericis. In contrarium est, quod, vt Num. 18. legitur solis Leuitis adiudicabantur: quibus in nostra succedunt clerici. Ad quæstio. dist. præmissa duabus conclusionibus respond.

Prima conclu. Duo namq; in decimis est considerare, nēpè & ius illas petendi, & res ipsas. Prior ergo conclusio est. Ius petendi decimas clericis duntaxat merito suo competit.

Proba tio conclusiōis. Probatur: Ius spirituale solis congruit clericis: vt pote qui spiritualium sunt administratores, ius autem hoc est speciale, secundum illud Paul, Cùm spiritualia seminemus, nihil mirum si carnalia vestra metamus: ergo ius hoc proprium est clericorum

Posterma conclusio. Posterior conclusio. Res ipsæ quæ hoc iure cleri

Ratio conclu. cis obueniunt, nihil vetat quo minus eorum concessione in ius laicorum demigrent. Probatur: quia res eiusmodi, vt frumentum & vinum non sint spirituales. Hic primum omnium considerare discernito inter ius petendi & res ipsas. Alioqui falli potest. Enimuerò feudatarius, immo verò reges & principes quibus pars decimarum adiudicata est, nō solum decimas possident, verum ius videntur habere petendi atq; adeo cum seculares ipsi sint, ius habere videntur spirituale. Hæc autem fallacia diluitur, si impræsentiarum nomine iuris petendi facultatem prorsus intelligas petendi à parœcianis decimas tanquam proprium stipendium pro spirituali officio: hoc enim ius in sola existit ecclesia, eiusque ministris qui spiritualia dispensant. Feudatarius autem non nisi eiusdem ecclesiæ nomine easdem petit decimas. Et pariter Rex & secularis princeps ex priuilegio quod concessione eiusdem ecclesiæ. Et habere tale priuilegium, non est habere ius petendi pro proprio spirituali officio, sed rebus frui: vel quia res ipsas ab ecclesia redemerunt: vel aliud ei impenderunt obsequium, seu infideles debellandi, seu aliud simile, ob cuius respectum merito tali præmio donati sunt.

Caiet. assertio. Caiet. impræsentiarum in sua persistens sententia quā antea retulimus, nempè solis clericis curā animarum gerentibus deberi decimas, ait ad ius hoc petendi duo simul prærequiri: nempè & altaris ministerium, videlicet sacramentorum administrationem, & præterea spiritualium seminationem, hoc est, Euangelij prędicationem, quorum vtrumque per se personæ incumbat. Quare alij clerici aliter altari seruientes & monachi

Refutatur Caietanus. quibus accidentariè & non ex proprio munere conuenit prædicare, eodem iure ceu proprio non fungūtur. At verò iam su-

pradiximus, non ſolum decimas ob ſacramẽtorum adminiſtrationem deberi, verũ & ob alia altaris obſequia: puta cantare, vt canonici & ipſi ſacroſancto ſacrificio altaris adminiſtrare: quod diaconorũ munus eſt, idemq; ſpirituale. Imò & Leuitis olim decimæ propter templi miniſterium conferebantur: cum neque in ipſis, neq; vero tunc in ſacerdotibus quidquam eſſet propriè ſpirituale: tametſi omnino fatendum ſit, curatorum munus functionũ ſpiritualium apicem tenere: cuius ſubinde cauſſa potiſſimum debentur decimæ. Nihilominus & canonici: & Archidiaconi, atque id genus cæteri, non ſunt negandi ſuo gradu & ordine ius idem participes. Sacerdotes verò mercenarij, qui nulli ſunt addicti particulari eccleſiæ, ſicut neque monachi, eodem iure non fungũtur, niſi ex priuilegio.

Regula ad dignoſcendum q̃nam p̃bendæ ſint ſpirituales quæ vero minimè.

Atqui ex hoc documento, & diſcrimine inter ius petendi & res ipſas eodem iure acquiſitas poſſidendi elicienda eſt regula, ad perpendendum quænam ſacerdotia eccleſiaſticæque p̃bendæ ſint ſpirituales. Quod quidem fundamentum eſt & baſis diſputationis de ſimonia quam ſumus q. proxima ingreſſuri. Illa enim p̃benda, quæ ſpirituali muneri annexa eſt cenſetur ſpiritualis. Munus autem ſpirituale non ſolum eſt ſacramentorum adminiſtratio animarumque cura, verum & alia non nulla eccleſiæ munia. Cuius contrarium mirror quiſnam poſſit aſſerere. Alias canonicatus & alia peregrina ſacerdotia ad eccleſiarum ſeruitium inſtituta, non eſſent ſpiritualia: ac perinde neque ſimoniæ materia: quod concedere error eſſet.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur argumentum. San. Thom. reſpondet, quod Leuitis non dabantur decima, vt ex illis eleemoſinas pro reliquo populo facerent: nam aliud decimarum genus in hanc pietatem decretum erat. In noua autem lege decimæ non ſolum in clericorum victum, ſed & in eleemoſinarum vbertatem pro egẽnis conferuntur: & ideo licet præter decimas alias clerici poſſeſſiones habeant, ſiue patrimoniales, ſiue quas populi benignitas, & pietas eccleſiæ contulit, quas Leuitæ non habebant, non ideo decimarum ſolutio redundat. Vtrum autem S. Thom. hoc quod de clericorum eleemoſinis affirmat, ad iuſtitiæ rigorem pertineat, ita negligentes ad reſtitutionem teneantur, an verò ad ſingulare miſericordiæ officium, lib. prox. examinabitur. Interim tamen non arbitror de rigore iuſtitiæ loqui, ſed de miſeria, ad quam clerici noſtri Papæ Leuitis obligantur, cum vxoria onera non ſuſtineant, atq; adeò plus illis redundet. Ad ſecundum reſpondetur perſonales decimas illi eccleſiæ deberi, cuius quiſq; parœcianus eſt vt habetur extrà, de decim. c. Ad Apoſtolicæ, prædiales autem, ſi rerum naturam nudè perpendas, eidem videntur eccleſiæ deberi, vbi prędia iacent. Nihilominus eccleſia mavult, ſe ad conſuetudinem referre: vt patet eodẽ capite. & ca. Cum ſint homines. extrà, de decimis. Itaq; ſi agricultor eſt in vna parœcia, colit autem terras alterius, præcipitur inolita conſuetudo obſeruari. Nam vtraq; eccleſia poteſt ius ſuũ allegare. Altera ſcilicet quod perſonæ ſacramenta diſpenſat: altera verò, quod in ſuo territorio prædia iacent. Quæ multis in locis ſolent tũc decimę diuidi. Pari modo ſi nobilis ciuis qui ciuitatis parœciam incolit, fundos in aliquo caſtro aut pago poſſideat, quos illic colendos locat, ratio videtur depoſcere, imò vt plurimum vſus habet, vt decimę diuidantur: vbi autem præſcripta cõſuetudo aliud iuſſerit, ſequenda eſt. Idem D. Tho. de paſtore reſpõdet, qui Verno tempore gregẽ habet in vna parœcia hyemali vero in alia, vt ſpro rata vtriq; pendat eccleſiæ. Eſt tñ alicubi in vſu, vt vbi fœtura gregis tollitur nempè vbi vel tondetur, vel partus edit, illic ſit decimandũ. At verò S. Th. contrariũ hic videtur ſentire, dicens quod quia ea paſcuis fructus gregis proueniunt, potius vbi ſunt paſcua, decimandũ eſt, quam vbi ouile locatur. Hæc omnia adnotanda ſunt nõ ad cuellendas inueteratas conſuetudines, ſed ad ſciendum, vbi manifeſta conſuetudo nõ viget qui nam ſint ſecundũ rõnem eligendi. Ad tertiũ denique reſpondetur, q. ſicut res nomine decimæ partes pñt clerici diuendere, & q̃ocunq; diſtrahere: ita pñt & laici facultatem facere, vt dãdas in futurũ decimas accipiãt, vel eccleſiæ reſeruato cenſu, vel in ſubuentionem pauperum, ſicut põtificio priuilegio decimę hoſpitalibus & monaſterijs annectuntur. Quibuſdã autem religioſis, inquit D. Tho. cura ſolet adiungi aĩarũ, atq; adeò decerni decimæ. De hac autẽ re pro vtraq; parte ſuaſiuæ rõnes exiſtunt, vtrum videlicet cõgruat ſacerdotia cum curis aĩarũ monaſterijs annecti:

Ad ſecũdũ arg.

Ad tertiũ arg.

Non cõgruit monaſterijs.

annecti sacerdotia cum aiarum cura.

necti: nam ex vna parte videntur monachi solertius ac vigilantius posse gregi prospicere: ex altera vero propinquius Euangelio videtur, vt proprius parœcius sit in sua parœcia: qui cum suis subditis conuersetur, eos denique consilijs, ope, & eleemosinarum largitate iuuet: cum tamen monachi non nisi per vicarium rem administrare possint. Et certe hæc ratio apud me semper inualuit. Mitto antiquitatem Benedictinorum ac Cistercienſium, inquam nō est oblatrandum: sed tamen hæc ætate vix huiusmodi faciendis annexioribus suffragari possem.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum clerici etiam ipsi decimis soluendi sint adstricti.

POst substantiam materiamq; decimarum, atque eorum cognitionem qui bus debentur, subsequitur tandem, vt videamus quinam mortalium debeant. Et

Primū argum.

primum, quod ipsi etiam clerici sint decimarum debitores, arguitur. Ius commune est, vt parœcialis ecclesia de cunctis prædijs, quæ intra suum territorium iacent decimas percipiat. Contingere autem assolet vt clerici possessiones etiam habeant, easdemque vel in sua parœcia, vel forte in aliena. Et similiter quod patrimonium vnius ecclesiæ in alterius territorio situm sit: in huiusmodi ergo casibus clerici, quin & ipsa ecclesia decimas debere videntur.

2. Argu. Secundò arguitur: Religiosi inter clericos nominantur: & tamen decimas ratione p̃diorum debent ecclesiis, in quorum sunt territorio: vt patet in cap. dilecti, & c licet. de decim. Tertio: Numero. 18. Leuitæ precipiuntur summo sacerdoti decimas decimarum soluere: ergo eadem ratione clerici Leuitis succedentes, easdem Pontifici

3. Argu.

4. Argu. Maximo debent. Quarto: Decimæ non solum, vt dictum est in sustentationem clericorum soluuntur, verum & in pauperum subuentionem: ergo si clerici a decimarū solutione essent exempti, pariter essent & pauperes. hoc autem falsum est, ergo neque illud est verum. In contrarium autem est cap. secundum. de decim. vbi ait Paschalis Papa. Nouum genus exactionis, vt clerici a clericis decimas exigunt.

Ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur: Vna est, Clerici, inquātum clerici, hoc est, inquantum de decimis, quas pro suo spirituali munere recipiunt, & de ecclesiæ fundis quorum fructibus clericali iure viuunt, nullas tenentur soluere decimas. Altera, Clerici non quatenus clerici, sed qua ratione seculari iure, vel hæreditario, vel emptionis, vel quouis alio terras possident seculares decimarum sunt debitores, videlicet ex fructibus, qui inde sibi proueniunt. Probantur ambæ simul conclusiones. Neutiquam idem esse potest fundamentū & ratio quidpiam dandi ac recipiendi. Est enim contra naturam, vt idem sit agendi patiendique principium. Ignis quippe quatenus calefactiuus est, non est calefactibilis; clerici autem propter spiritualem functionem ius habent recipiendi decimas, ac perinde fructus prædiorum, quæ ecclesia possidet; ergo eadem ratione nihil debent decimarum refundere. At vero nihil obstat quominus in eadem persona diuersa sunt principia, alterum agendi, alterum vero patiendi. Sicuti aqua quatenus frigida, infrigidat; quatenus materialis, calefit. Pariter ergo in clerico non obstante spirituali principio recipiendi decimas, inueniri potest spiritualis possessio, ex qua easdem debeat. Conclusiones recepissimæ iure sunt; de quibus ideo nihil restat dubitandum, nisi quod contra tenorem secundæ conclusionis aliquibus concessa extant priuilegia Cistercienſibus namque & hospitalariis concessit Alexander III. vt de prædiis quæ quomodocunque possiderent, si propriis manum laboribus illa colerent, decimas non soluerent. Idemque concessit Adrianus, vt patet cap. Ex parte. extra de deci. & intelligebatur, etiā si illa colerent per suos famulos. Quare ceterorum nulli, siue clerici, siue monachi eximuntur, quin illas debeant, etiam si ipsi arua sua colant, nisi simili eximantur priuilegio.

1. Conclusio.

2. Conclusio.

Suadetur vtraque conclusio.

Dum autem terras easdem colonis locāt, multomagis dubium est quin eiusmodi decimarum sint debitores; vt illic habetur cap. Licet & subsequenti. Ad audientiam, quamuis & super his consulenda sit etiam consuetudo. At vero postquam de personis hic loquitur, quæ ad decimarum pensionem tenentur, quæritur vtrum non

Quæst.

modò

Panormit. opinio.

modò Chriſtiani, verum & infideles ad eccleſiaſticas decimas teneantur? Eccleſiaſticas inquam: quoniam quod in iure naturæ quæcunque Reſp. veridica Dei cognitione illuſtrata, teneretur ſuo more eidem ſacrificare Deo, atque ad id muneris magiſtratus inſtituere, alia eſt ratio. tenebantur enim vt ex ſuperioribus colligitur. Sciſcitamur hanc autem quæſtionem propter nõnullos Iuriſperitorũ ac pontiſimum p.p Panormit. qui ſuper cap. de terris. extra de deci. affirmatiuè quæſtionem decidit. Iubẽtur enim in præfato ca Iudæi de illis quas colunt terris decimas perſoluere: & c. quãto. de vſuris. perinde coguntur de domibus ac poſſeſſionibus, quæ antequam in eorum venirent dominium, eidem oneri ſubdebantur decimas reddere. Ex his ergo Panormitanus Odoardum ſequutus, infert, omnes infideles vbicunque gentium vitam degant, iure compelli poſſe ſi factu eſſet poſſibile, vt decimas ſoluerent. Neque verò tantum prædiales, verum & perſonales. ſaltem, inquit, tenetur ad id Iudæus, quod Chriſtianos loco ſuo habitans ſolueret. Alias, inquit, eccleſia defraudaretur. Immo ait dum ad Chriſtianiſmum accedunt, poſſe cogi, vt quas in infidelitate agẽtes reddere renuerun, perſoluant. At verò ſiue textus conſulas, ſiue diuinum ius, ſiue naturalem rationem, nulla probabilitate, vt cum venia tanti doctoris dixerim, huiuſmodi opinio fulcitur. Primum enim de iure nullum eſt dubium: non ſolum q̃, vt ſæpe diximus, ius vetus de quota iudiciale erat, iamque adeò antiquatum eſt, verum etiam ſi in naturali ac morali perſiſtamus. Quoniam decimæ antiquitus ſolum in ſtipendium miniſtrorum templi, quod apud nos pari ratione in almoniam clericalis ordinis eccleſiæ miniſtrantium iuſſæ ſunt. Itaque niſi eccleſiæ eſſent, nulla eſſet ratio illas exigendi. Cum ergo infideles non ſint in eccleſiæ gremio, neque illis ſacerdotes quidpiam ſpirituale diſpẽſent, nullum eis ius ſuppetit, auctore Paulo, petendi ab illis carnalia. Sed ait Panormitanus: Tenentur tamen ſacramenta ſuſcipere: & in Chriſtianiſmum nomina ſua dare. Ecce quomodo iſti ius tractant diuinum. Enim vero quamuis tota mortalium vniuerſitas ad fidem ſuſcipiendam teneatur, tamen quoadũſque illam homo profiteatur, neque noſtris tenetur legibus, neq; noſtris prælatis obedire: ſecundum verbũ Pauli: De his qui foris ſunt, nihil ad nos. Quemadmodum qui votum religionis emiſit, licet perſtrictus ſit religioſus fieri; tamen quouſque fuerit profeſſus, ad peculiaria religionis mandata non tenetur. Ecquis enim qui ius diuinum calleat, affirmare auſit Turcas eo delinquere quod non confitentur ſacramento noſtro, euchariſtiam non guſtant, feſta ieiuniaque noſtra non ſeruant? At verbum illud ſupra citatum, auctores huiuſmodi opinionis ſeducit, quod habetur cap. Tua nobis. & capit. Cum non ſit, de decim Deum ſcilicet in ſignum vniuerſalis dominij ſibi decimas reſeruaſſe. Inde enim colligunt quoſcunque mortales, cum omnium ſit dominus, eaſdem debere. At vero ſi talem ſenſum verbum illud faceret, Pontifices ipſi, aut eccleſia eundem nobis alicubi tradidiſſet: quod nuſquam fecit. Et profecto eodem modo colligeretur vniuerſos olim mortales decimas etiam debuiſſe Leuitis: quod conceſſu eſſet abſurdum. Senſus ergo legitimus eſt quòd in ſignum vniuerſalis dominij voluit Deus ſemper ſacrificijs a quacũque repub. coli: ac ſubinde, vt ſacerdotes ſuſtentarentur. Sed quia Leuitis Moſaici populi illa congruebat ſuſtentationis moderatio per iudiciale præceptum indixit eidem populo, vt decimam fructuum eis ſolueret. Id quod & eccleſia pro ſuis ſacerdotibus, inſtar illius præcepti, imperauit ſuis ſubditis. Quo ergo præcepto eos qui eius fidem nunquam amplexi ſunt, non comprehendit. Neque capitulum, de terris: neque capitulum, quanto. quoquo pacto contra facit. Nam illic peculiariter habetur de Iudæis ſermo, qui inter Chriſtianos commorantur, poſſeſſioneſque habẽt, quas a Chriſtianis vel emerunt, vel aliter receperunt. Et quamuis ſermo ad illas quoque prolataretur terras, quæ nunquã fuiſſent Chriſtianorum, quod tamen non facilè credam, alia eſt tamen forte ratio de Iudæis qui non alia ratione permittendi ſunt inter nos viuere, quam ſic, vt eccleſiam ſuo territorio non defraudent. Attamen quod infideles terras poſſidentes, quæ nunquam ſub noſtro fuere dominio, priuſquam ſint fidem profeſſi, compellantur decimas ſoluere: non dubito quia antiquis patribus ſacrorum peritis quam alieniſſimum ab Euangelio fuiſſet exiſtimatum.

Opinio Panor nulla fulcitur probabilitate.

Argu. in Panorm.

Solutio. Panor.

Replica

Deceptio Panor.

Quocir-

Quocirca ſub hoc tituli obtentu ab illis quibus fides prædicatur, non video quo modo poſſint decimæ exigi: vtrum verò ratione prædicationis ad concionatorum ſuſtentationem poſſit aliquid ab illis tributi exigi, ipſi quibus id cure incumbit, viderint, Ego namq; in hoc lib. vt alias dixi, nihil de Occidentalib. Inſulanis dicere conſtitui.

Ad primũ arg.

Vt ergo ad rem redeamus. Primũ arg. in capite quæſtionis obiectum duas habebat partes. Prior erat de bonis clericorum quæ ſæculari titulo poſſident. Ad quem reſpondet D. Tho. iuxta tenorem cõcluſionis ſecundæ quod tenentur illiuſmodi fructuum decimas pendere, etiam ſi ipſi ſint eiuſdem eccleſiæ clerici. Huic aũt deciſioni nonnulli argumẽtum obmoliuntur ex citato c. Nouum genus. de decim. vbi habetur, illos clericos, qui à clericis ſpũalium miniſteriorum accipiunt decimas, eiſdem debere. Cum ergo clerici ab alijs clericis eiuſdem eccleſiæ non recipiant miniſteria, ſed ſimul omnes populo adminiſtrent, non eſt, quod alij alijs decimas debeant ad hoc autem reſpondetur, verbum illud non eſſe excluſiuum. Aſſeritur, inquam quod clerici (& forſan vt habet glo ſa, intelligitur de coniugatis) ob id quod ſacramenta ſuſcipiunt, decimarum penſioni ſint obnoxij. Haud in excluditur quin alia ratione, nempe propter terras quas peculiariter poſſident, maiores etiam clerici eaſdem debeãt. Vnde, vt ait S. Th. aliud eſt aliquid habere vt proprium, ratione cuius debentur decimæ, aliud verò habere commune eccleſiaſticum, ratione cuius non debetur. Præter hanc autem ſolutionẽ altera eſt quod clerici à clericis eiuſdem parœciæ nonnunquam ſacramenta percipiunt præter Curatum, qui nonniſi à ſuo vicario illa ſuſcipit, ſed nihilominus de ſuis temporalibus fundis decimas debet. Poſterius membrum eiuſdem argumenti eccleſiam tangebat, quæ prædia forte habet in alia parœcia. Ad quod contrario modo quam ad priorem partem D. Tho. reſponder, nempe eiuſmodi eccleſiam nullas de ſuis poſſeſſionibus debere decimas. Et ratio eſt, q; eo ipſo, quod fundus ſit eccleſiæ, efficitur eccleſiaſticus, hoc eſt, ſpirituali muneri, aut eccleſiaſticæ fabricæ mancipatus. Quod ſi quis contra inſurgat, per hanc legem vſu uenire poſſe vt aliqua eccleſia omnibus prorſus ſuis decimis expoliaretur: vt ſi pareciani ſua bona eccleſiis donarent: Placet reſponſio domini Caietan. quod lex hæc ex eo temperamento, & moderamine condienda eſt, vt res in tantum detrimentum eccleſiæ nõ vergat. Quare tunc tranſire deberent fundi cum ſuo decimarum onere, exemplum extat c. ſuggeſtum. de deci. Nam cum cui dam ordini indultum priuilegium eſſet ne decimas ſolueret, & tanta illis deinceps fieret prædiorum acceſſio vt aliæ parœciæ magnum damnum acciperent, iuſſum eſt vt fieret ſuper hæc re compoſitio. Quare in tali caſu clericis per accidens decimarent, id eſt ratione prædiorum. Neque obſtaret capitulum, Nouum genus quippe quod intelligitur ne clerici à clericis, inquantum clerici, decimas exigant. Ad 2. reſpondetur, eos religioſos quibus eſt animarum cura iniuncta, ius habere recipiendi decimas, non autem illa ratione obligationem ſoluendi. Reliqui verò de iure communi decimas debent prædiales, niſi vllo ſint priuilegio exempti, vt ſuprà citatum eſt ex ca. eo parte. de deci. Ad tertium reſpondetur quod cum in veteri teſtamento Leuitæ quibus decimæ decretæ erant, ſub ſacerdotum obedientia viuerent, & ſacerdotibus non niſi primitiæ obuenirent, congruens fuit Dei præceptum, vt decimarum decimam Summo ſacerdoti penderent. Qua vtique nunc ratione Summus Pontifex iuſta ingruente neceſſitate decimam decimarum a clero exigere valet. Imò verò vtinam vniuerſalis eademque perpetua toti clero imponeretur: ſitamen illa ratione omnis alia occluderetur in perpetuum via & modus alia commentandi iura, aliasque excogitandi artes ſuſtentandi Apoſtolicam ſedem, quibus Eccleſiaſticę leges non poſſunt non periculoſiſſimè arctari. Ad 4. denique reſpondetur, quod etſi decimæ in ſubſidium etiam pauperum tribuantur clericis, qui præcepto miſericordiæ ad eleemoſinas tenentur erogandas, tamen quia eiuſmodi eleemoſinæ ipſorum diſpenſatione fieri debent, non perinde atque clerici, à decimis exoluendis pauperes eximuntur.

Arg. Solutio

Solutio Caiet.

Ad 2. argum.

Ad 3. argum.

Ad 4. argum.

Solutio S. Tho. Replica

QVÆ.

QVÆSTIO V.

DE PECCATO SIMONIÆ in genere.

S. Tho. 2. 2. quæſt. 100.

ARTICVLVS I.

Vtrum ſimonia ſit ſtudioſa voluntas emendi vendendique aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum.

TERTIA pars libri preſentis quam poſt tractatum de ſacrificiis, alterumq; de oblationib. primitiis, ac decimis, policiti ſumus, eſt de ſimonia: de qua diſputat D. Thom. 2. 2. q. 100. Huius ergo tractatus prima quæſtio, quæ quintũ hic habent locũ, inſtituitur de ſimonia ingenere: cuius
1. Arg. primus articulus definitionem inueſtigat: nempe vtrum ſimonia ſit ſtudioſa volũtas emendi, aut vendendi aliquid ſpirituale, aut ſpirituali annexum. Et arguitur à parte negatiua. Primum de nomine: Vitium hoc tam in venditione conſiſtit, quam in emptione ſpiritualium Simon autem, vt Actuum. 18. videre eſt, nihil vendere voluit, ſed tantum Spiritum ſanctum emere, non ergo à Simone ſatis congruè nomen deducitur, ſed congruentius duceretur à Balaam, qui, vt legitur. Num. 22. Moabitis ſuas locauit operas, vt per donum Dei populo malediceret, quam Petrus in ſua can. ca. 2. criminis huius reum facit. Et rurſus Iudas Apoſtolus: vel à Gieſi, qui vt legitur 4. Reg. 5 Naaman, donum ſanitatis precio vendidit. Deberent ergo dici Balaamitæ, aut Gieſitę, cuius Gieſi ad hoc propoſitum mẽtio fit. 1. q. 1. can. qui ſtudet. Imò & Iudas immanius commiſit ſacrilegium Chriſtum auctorem omnium ſpiritualiũ chriſmatum vendendo, quam Simon Magnus Secundò: Multa ſunt ſpiritualia
2. Arg. bona quæ citra ſimoniæ labem vendi poſſunt, vt conſilia, vt habetur can. Non licet. 11. q. 3. & pariter artes, & naturales ſcientiæ, ergo illa non eſt legitima definitio. Tertiò: Simonia vt ex regiſtro Geor. 1. q. 1.
3. Arg. can. eos, legitur hæreſis eſt. Tolerabilior enim inquit, eſt Macedonij impia hæreſis, quam Simoniaci. Illi enim creatum & ſeruum Dei Patris & filij ſpiritum ſanctum deliberando fatentur: iſti verò eundem ſpiritum ſanctum efficiunt ſeruum ſuum Omnis enim dominus quod habet, ſi vult, vendit, ſi ſeruum, ſiue aliquid eorũ quæ poſſidet. Hæreſis autem non in voluntate, ſed in intellectu eſt: ergo. In contrarium ſunt verba can. qui ſtudet. 1. q. 1. qui ſtudet donum Dei pretio mercari, in ſacro ordine nulla ratione de cætero remanere, aut reuocari non poſſe, dubium non eſt: a verbo namque ſtudet, deriuatur ſtudioſa voluntas.

Ad quæſtionem tribus reſpondetur cõcluſionib prima de nomine, ſecunda de materia, ex quibus tertia colligitur de definitione ſimoniæ. Prima ergo eſt: Nomen vitij huius à nullo ſignificantius deduci potuit quàm a Simone illo mago, cũ quo Petro contentio fuit. Primum, quod Balaam, & Gieſi ad hiſtoriam veteris teſtamenti attinent, cuius ſacramenta non conferebant gratiam vt noſtra, atq; adeò non erant tãto gradu ſpiritualia. Secũdò, quod illi gratias tantum gratis datas, vt donum ſanitatis, & arcendi per maledictionẽ hoſtes, O Moabitæ à Balaam petebant, vendi derunt. Simon autem nihil minus quam ipſum ſpiritualium sãctum emere voluit. Nõ quidẽ in ſua perſona, nam talis meditatio in ſaniſſima eſſet, ſed eius donũ, vt hĩ 1. q. 3 Can. Saluator. puta gratũ, facientem eius gratiam quę ſpiritualiũ donorũ culmẽ p eſſentiam tenet Tertiò, vt ad primũ argm̃ rñdeamus, illi tm̃ vẽdiderunt, nihil ementes. Simon aũt emere ſpiritũ ſanctũ ambiuit, vt venderet. Sic n. habet hiſtoria. Cũ vidiſſet Simon q̃ p impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus sãctus (dabatur namque tunc viſibiliter) obtulit eis pecuniam dicens: Date mihi hanc ptãtem, vt cuicunq; impoſuero manus, accipiat Spiritum ſanctũ, nẽpe pretio, quo oblatam poſſet cũ vſuris pecuniã reficere, vt hĩ eod. can. Saluator. Iudas aũt etſi Chriſtũ auctorem ſpũalis gratiæ vendiderit: cuius, eod. can. qui ſtuduit. Greg. ad hoc propoſitum meminit: tñ quia ipſum non vendidit tanq̃ donum ementibus vile, imò vt morte perimendum, non eſt ab illo nomen huius ſacrilegij tractũ, ſed à Simone cogitante emere, ac vendere Spũm ſanctum cui oĩa tribuuntur diuina dona eun-

Prima ratio.

Secũda ratio.

Tertia ratio.

dem

demque ab apostolis ecclesiæ, secundum Christum fundatoribus; quæ vtique ecclesia hoc propriè inficitur crimine. Itaque sicuti artes a suis primis inuentoribus nomina sortiri consueuerunt, sic & simonia ab eo, qui primum eam excogitauit. Secunda conclusio; Res spirituales sunt propria simoniæ materia, sed non cuiusque generis. Vbi animaduertendum est quod spiritus idem est, quod animalium halitus, quæ aspirando, respirandoque viuunt; inde aũt per similitudinem significat quemcunque venti flatum. Sed quia ventus, atque spiritus inuisibilia sunt, & ad sensum incorporea, inde translatum est nomẽ ad cuncta significandum quæ corporum expertia sunt; vt Deum, angelos & animam, ac perinde accidentia spiritualia. Quocirca sunt qui impræsentiarum duo spiritualium genera distingunt; alterum eorum quæ deriuantur a spiritu creato, alterum que eorum quæ ab increato dimanant. At vero quia etiam naturalia ab increato effluunt, in quibus, vt illico patebit ratio simoniæ non constat, accommodatius ad rem secernas alterum genus spiritualium naturale; cuiusmodi sunt intellectus, acquisitæque scientiæ, ac virtutes; alterum vero supernaturalium, utsunt tam gratia gratis data quam gratum faciens, sacramentaque & sibi annexa sacerdotia. Quocirca plerique doctorum arbitrantur spiritualia vniuersa tam prioris, quam posterioris generis materiam esse simoniæ. Qui subinde doctores astruunt, vendere scientias, & artes vitium esse simoniæ. Huius opinionis fuere Altissiod libro tertio, tractat. 21 coæuusque suus Alexand. Halens. secunda parte, quæstio. 185. membro 3. & est glos. cap. Non licet. 11. quæst. 3. & ferme docto res canonici iuris; vt est videre agud Syluest. in verb. doctor. & in verbo simonia. §. 10. Quin etiam & S. Thom. in quarta distinctio. 25. quæst 3. art. 2. Et probatio Altissiod. qui hanc posteris opinionem prosecẽtiæ. pinauit, prima fuit auctoritas. Prouerbio. 23. Noli vendere sapientiam, & doctrinã, & intelligẽtiam. Secunda, quia vt Aug. in libro de magisterio docet, Spiritus sanctus est, qui interius homines edocet scientias, etiam naturales. Quare qui illa diuendit, dona prophanat Spiritus sancti. Nihilo secius contraria opinio absque formidine credi vera potest, nempe ꝙ licet scientias naturales vendere. Haud quidem per se. vt panem aut pannum stultum: n. hoc esset dictu; cum in nullius potestate sit suã in aliũ traducere scientiam veluti rem aliam corpoream. In quoquo sensu illud legendum est Prou. 7. Quid prodest stulto habere pecunias, cum scientiã emere non possit? Sed loquimur de venditione doctrinæ, hoc est, ꝙ licet pretio docere, sicuti consulere, &c. In primis enim opinio est quæ non caret auctoribus; quorum est Duran. in quarta distinct 25 quæst. 3. & Palud. ibid. quæst. 2. & Adrian quoli. 9. & ex antiquioribus Armach lib. 0 cap 8 & Richar in 4. distinc, 25. Imo & S. Thom. 2. 2. quæst 100. artic. 3. ad tertium. ab eadem opinione non abhorret, vt infra eodem loco vid. bimus. Sed quando nullum haberet patronum, ratio ei satis patrocinatur loquimur. n. de scientijs naturalibus. Primum igitur arguitur. Vitium simoniæ quale sit, ex Euangelio venit vestigandum, at vero Mat. 10. vbi Christus gratiarum dona Apostolis contulit, q̃ plebi cõmunicarent Infirmos, inquit, curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eiicete, gratis accepistis, gratis date, vbi de naturalibus nihil commemi-nit. Item Io. 2. vendentes & ementes de tẽplo eiiciens, tantum significauit sacrorum vẽditionem & cambium esse sacrilegium. Et Acto. 8. in Simone illo Simoniacorum primate, non damnatur nisi quod Spiritũ sanctum eiusq; gratias emere voluit. Hoc namque illic appellatur donum Dei; cum ergo nullibi bonorum naturalium mẽtio fuerit habita, non est quod eorum venditio labe simoniæ denotetur.

Secundo arguitur ratione, si scientias & artes naturales vendere non liceret, maxime quia dona sunt spiritus sancti: haud tamen sunt dona per specialem influxum, de quibus 1 ad Corint. 10. loquitur Paul. Sed per generalem concursum, ergo ex hoc capite damnari non debet huiusmodi venditio Alias nulla alia bona naturalia fas esset vendere, neque grana. s. neque vinum, neque oleum. Item sequeretur, ꝙ neque docere p̃tio artes mechanicas artemve scribendi liceret; quod esset concessũ absurdũ.

Et per hoc respondetur ad argumẽtum Altissiodor. Nam licet Spiritus sanctus doceat omnem veritatem, aliter tamen supra naturales, ut scripturæ mysteria; de qua re peculiariter intellexit Christus, vbi

2. Cõcl. Vocabulũ spiritus multipliciter vsurpatur.

Opinio Durãdi. Paluda. Adrian. Armac. Richar. D. Tho.

Prima rõ secũdæ opi.

Duplex genus rerũ spiritualiũ.

Altissio. sentent. Alexan. Halens. Glos. Syluest. D. Tho. Fundm̃ prioris

Secũda ratio.

Ad arg. Altissio.

vbi ait, Ipse vos docebit omnia, aliter vero naturales, & certè has vendere non est simonia, quia neque gratis habentibus dantur, vt gratis non habentibus communicentur. Tertiò arguitur: Si non liceret huiusmodi scientias vendere, fieret cõsequẽs, vt neque liceret pro labore pretium recipere, quo doctor docendo desudat. Nam quãdo res verè spirituali est, vt sacramenti administratio, neque pro labore licet quidpiam recipere, idem quippe esset recipere pretium pro labore baptizandi, seu ministrandi ordines sacros, & recipere pro ipso opere, quod est administratio sacramenti: labor enim nõ distinguitur ab opere. Quo modo autém sacrorum ministris recipere alimoniam liceat, infra patebit.

Tertia ratio.

Et postremo quando temporale spirituali annexum est, nõ licet pro illa auctius suscipere pretium, quàm sine illo spirituali valeret, non inquam, licet calicem, aut vestes sacras pluris vendere, quam si non essent cõsecratæ licet autem, vt manifestum est, pretiosius vendere vnam scientiam, q̃ aliam, quamuis minus laboris fuerit ibi impensum. Imo vnus atque idem doctor, quo doctior, etiam si minores fecerit sumptus, minoresque exhauserit labores, pretiosius suas locare operas potest ad docendum. Quare etiam si sine labore posset suã scientiam in alium transfundere, sicut flatum, posset pretium recipere. Illud autem Prouerb. 23. nihil contra nos pugnat. Imò quod habetur illic est. Veritatem eme, & noli sapientiam vendere, ac si dixisset, tanti est pretij vt qui non habet, emere illam debeat, & qui habet nunquam vendere, idest nunquam illa priuari. Et glos. illa cap. Non licet aduersatur textui: quippe quo asseritur quod potest aduocatus vendere suum consilium, & patronatus suum patrociniũ. Et ibidem tenuit S. Thom. 2. 2. quæstio 71 vbi videtur reuocasse suam sententiã quã in quarto Alexandrum sequutus asseruerat. Quare impertinens est ad labores recurrere, qui in docendo hauriuntur, At vero de Theologia peculiariter dubitatur, propterea quod videtur priori modo spiritualis, per donum enim Spiritus sancti, panduntur Scripturæ, quæ sunt Theologiæ principia. Attamen neque hanc scientiam pretio de cathedra scholaribus prelegere, simonia est: etiam si citra vllum laborem & expensas fiat: hæc enim accidentaria sunt. Et ratio est, quòd licet fides, & arcanorum reuelatio donum Dei sit, scientia tamen Theologiæ humano sudore conquiritur. Quocirca quod Host. ait super cap. Nonnullis de magis. nempe Theologo publicum habenti salarium non licere pro extraordinaria lectione quidquam recipere, alioqui simoniam committere: gratis dictum est, & absque vlla ratione. Quid enim quæso refert, salarium ne publicum recipias an peculiarem mercedem pro peculiari lectione? Hoc autem est verum ꝙ concionatori, theologiam de suggesto docenti, neutiquam citra simoniã licet prędicationis pretium ex cõuentione recipere. Et rõ discriminis est: quia Theologia tm̃ modo intellectum erudit, sicuti aliarũ quęlibet scientia: prædicatio vero per se ad aĩarum salutem fit, cõmouendosque sursum aĩos. Et iõ pertinet ad donum prophetię: quod Paulus ad Cor. 12. inter alia connumerat. Licet autem prędicatori sustentationis subsidium sicut cœteris ecclesię ministris recipere. Colligamus ergo, spirituale in definitione simoniæ non accipi pro naturali munere, sed pro spupernaturali, hoc est pro gratia & sacramentis, atque alijs Spiritus Sancti donis, quæ ad æternam nos fœlicitatem promouent. Appositio autem illa vel spirituali annexum, illa significat, quæ non per se, sed per ordinem ad spiritualia idem contrahunt nomen, vtpote sacerdotia, & præbendæ, quæ sunt sacerdotum stipendia, & ius patronatus, atque alia iura eligendi ecclesiastica supposita. Ex his fit consequens (id quod assertam sententiam euidentius confirmat) quod dare aliquid spirituale pro doctrina alicuius scientiæ, quantumlibet sit Theologia, est simonia: vt si episcopus ordines, aut beneficium Doctori conferat, vt ipsum doceat. Confert enim tunc spirituale pro doctrina, quæ est pecunia æstimabilis. Per hęc rursus dirimitur lis alia quam doctores contestari solent, vtrum extra ecclesiam apud infideles contingere possit simonia. A parte. n. affirmatiua existit argumẽtum quod inter illos est sacerdotium, quo secundum ipsorum iudicium Deum colũt, ergo si illud vendunt est simonia. A parte autem negatiua offertur alterum nihilo infirmius, quod apud illos nihil est propriè spirituale. Duran. ergo, & Palud. respondent vere illos non committere simo-

Postrema rõ.

Quæst. peculiaris de Theologia.

Solutio.

Ratio asserti.

Prædicatori euãgelico nõ licet ꝓmunere p̃dicationis p̃tiũ excõuẽtione recipere Corollarium.

Quæst. altera.

Arg. partis affirmatiuę.

moniam, ſed ſolum quantum ad ſuam exiſtimationē Nihilominus cum diſtinctione eſt meditatius rñdendum. Enimuerò ante Chriſti aduentum extra dubium eſt, inter patres veteris teſtamenti verè committi potuiſſe ſimoniam. Erat.n. tunc verum donum prophetiæ, quod ſi venderetur, ſimonia fuiſſet vt patet ex verbis Hieronymi quæ citantur can. Nunquam, 1. q. 1. Item & eorum ſacerdotium, quanquam per illud nulla tunc conferetur gratia, ſpirituale tamen donum erat, ad diuinum pertinēs cultum. Quare Ieroboam 3. Regum 13. inſimulatur, quòd ſacerdotes pretio crearet. Quin verò & lege naturæ erat ſacerdotium, quale fuit Melchiſedec: & quidem pro illo ſeculo legitimum: quod pernoctium pretio conferretur, ſimonia emergeret. Spirituale enim ſuo modo cēſetur, quid quid Deus & natura quocunque mortalium ſtatu pro animarum ſalute ad Dei cultum inſtituit. Ad verò poſt Chriſtianum redemptionem nil iam extra eccleſiam ſupereſt, quod ſit legitimè ſpirituale niſi ſi fortè ſunt, qui inuincibili ignorantia legis noſtrę laborant. Illos enim eadem excuſat ignorantia, ſi naturalibus tantum ritibus vtantur. Quocirca extra eccleſiam iam nulla eſſe poteſt ſimonia, niſi ſecundum humanam exiſtimationem. Tertia demum concluſio eſt, quam de definitione promiſſimus. Probè illa præfixa definitione exprimitur natura ſimoniæ. Probatur: Definitio illa & obiectum vnde vitium, vel virtus ſpeciem ſortitur, explicat, & pariter ubiectum eius & modum: ergo bona eſt. De obiecto quidem ita conſtat: ſubiectum verò iuſtitiæ, ac perinde iniuſtitiæ, omniumque eius partium eſt voluntas: vt S. Thom. 1. 2. q. 56. ſapienter ſecundum Ariſtot. docuit. Hoc enim intereſt inter virtutes quæ hominem in ordine ad ſeipſum componunt, atque illas quæ ipſum diſponunt in ordine ad alterum: q̄ cum voluntas ad proprium perſonæ bonum per ſe ſit propenſa & determinata, reſpectu illius boni qui nulla virtute indiget præter illas, quæ ſunt in potentijs, quæ affectionibus paſſionibuſque turbantur. Enimuero ſi nulla eſſet paſſio neque in iraſcibili neque in concupiſcibili, nulla eſſet in voluntate difficultas parendi rationi. Obidque temperantia in concupiſcibili ſita eſt, fortitudo in iraſcibili: quibus eiuſmodi morbi turbidique affectus ſe dātur, vt 2. Eth. auctor eſt Ariſtot. At verò quoniam hominis voluntas non ſic per ſe eſt affecta, & propenſa in alienum bonum, ſit vt quamuis nulla patiatur ſenſuales affectiones, virtutibus nihilominus indigeat ad perſoluenda proximis debita officia. Sed eſt tamen contrarium argumentum apud Scotum, in 3. diſt. 13. illa potentia eſt virtutis ac vitij ſedes, cuius actione conſummatur ratio laudis, & vituperij, ſeu meriti & demeriti: hæc autem potentia eſt voluntas, vtpote cuius electione tam virtus quam peccatum conſummatur: ergo illa eſt omnium virtutum ſubiectum. Negamus tamen cum Ariſtotele priorem præmiſſam. Hæc enim opinio non S. Tho. tantum, ſ̄immo manifeſtiſſimè eſt Ariſt. Eth. Non ergo virtus in ea potentia eſt, quæ electionem facit, alias deſſet in voluntate: quippe in cuius aſſenſione conſiſtit eius meritum: ſed debet potius exiſtere in illa potentia in qua tota conſiſtit difficultas bene eligendi: & certè affectionibus appetitus ſenſitiui pacatis liberrimè fit voluntatis electio: atque hac ratione virtus eſt habitus electiuus. Ad propoſitum ergo cum iuſtitia ſit virtus ad alterum, ſit vt in voluntate ſedeat: vt Ariſtotel. 5 Ethicorum docet: atque adeo religio, & ſimiles. Cum ergo ſimonia vitium ſit & iniuſtitiæ, contra religionem, conſequitur vt ſit in voluntate: ob idque in definitione dicitur ſtudioſa voluntas. Quòd ſi arguas auaritiam cauſſam eſſe ſimoniæ, vtpote quæ iuſtitiæ officijs obſiſtit: auaritia autem eſt in concupiſcibili: Reſpondetur, non eſſe renuendum, quin alia vitia ſint a quibus ſimonia imperetur: elicitur tamen ab illo quod eſt in voluntate. Exiſtit autem alterum argumentum aduerſus id quod dicitur, ſtudioſa: Nam cum ſtudio peccare idem ſit quod peccare ex malitia tale autem peccatum ſit contra Spiritum ſanctum, conſequens fieret ſimoniam in vniuerſum eſſe peccatum in Spiritum ſanctum: quod nemo conceſſit vnquam. Reſpondetur id nō ſignificare, ſtudioſa, quod ex malitia, ſed id quod conſulto, puta quòd non excuſatur ignorantia: imò ſcienter fit, vel ex malitia, vel ex paſſione: Panormit. autem ſuper cap. Neuter, de ſimonia. Hoſtienſem ſequutus addit definitioni, vt opere emptio ſubſequatur, idemque ait

Hiero.

Solutio quæſtionis.

Tertia conclu

Argu. Scoti.

Solutio.

Obie. ctio.

Rñſio.

Arg. ſe cundū.

Solutio.

Panor. Hoſtiē.

Richar. Richar. ſequutus gloſſam d. c. qui ſtudet, quæ ait cum effectu. Attamẽ hoc eſſet nomen ad ſolam externam ſimoniam arctare: cum tñ ex æquo cõmune ſit ẽt internæ. Nam vt infra patebit, peccatum ſimoniæ intus committitur, etiam ad reſtitutionẽ obligans. Conſultius ergo dicitur, ſtudioſa voluntas, abſque adiectione. Sub illis autem verbis emendi & vendendi, cunctos vſurarios contractus intelligito: puta permutationem & cambia præbendarum ſine auctoritate Pontificis, atque alia ob equia quæ loco pretij exiſtimantur.

Ad tertium. Ex his ergo quæ dicta ſunt primo ſecundoque capitali argumẽto ſatis factum eſt. Ad tertium autem quo verbis Greg. arguebatur, ſimoniam hæreſim eſſe, atque adeo in intellectu exiſtere S. Tho. duo dat reſponſa. Prius, quòd etſi ſimoniacus non ſit propriè hæreticus, quoniam abſque intellectus errore poteſt præ auaritia in hoc vitium labi: tamen re ipſa & facto profiteri videtur dominiũ Spiritus ſancti eſſe penes homines: qui eſt hæreticus error. Atq; hoc quidẽ rñſum amplexus eſt Gratianus in cano. ventum. 1. q. 1. Secundò, ac ſi non ſatis ſibi hoc placeret dicit S. Tho. Simonẽ Magum præterquam voluit Spiritum ſanctum coemere hæreticum etiam fuiſſe, in eo quòd credidit mundũ non fuiſſe à Deo creatum. Attamen propter hoc ſimoniaci non dicerentur hæretici: quo tamen ferro crebrò inuruntur in iure. Et ideo forſan dicendum eſt, quòd Simon ille propterea voluit Spiritum ſanctum emere, q̃ credidit eſſe venalem, & pretio poſſe ab Apoſtolis dari: quod quidem apoſtolica reſponſio palam docet, Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti, hoc eſt credidiſti, pecunia poſſideri. A qua porrò hæreſi tanquam a proprio fonte vitium ipſum nomen contraxit.

ARTICVLVS II.

Vtrum vitium ſimoniæ genere ſuo ſit peccatum mortale.

SVpposita definitione ſimoniæ quæritur de eius qualitate, an ſit mortale crimen. Et arguitur à parte negatiua: Inter cuncta ſpiritualia quæ creata ſunt, regnum cœlorum culmen tenet: vtpote quo cætera alia referuntur: ipſum autem vendibile eſt. 1 Arg.

Vnde Greg. Regnum cœlorum tantum valet quantum habes: ergo non eſt ſimonia velle emere aliquod ſpirituale. Greg.

Secundò: Si ſimonia genere ſuo peccatum eſſet: ſequeretur quòd etiam Papa ſpiritualia vendens eodem vitio cõmacularetur: fertur tamen non poſſe eſſe ſimonia cum: quia princeps non ligatur ſuis legibus, ff. de legibus, l. Princeps ergo non eſt genere ſuo mortale. 2. Arg.

Tertiò: Spiritualia cãbire, videlicet vnum pro alio permutare, vt calicem pro ara: quinimo ſacramentum pro ſacramento: vt ſi ſacerdos nollet alterius ſacerdotis confeſſionem audire, niſi viciſſim audiret ille ſuam: aut ſi catechumenus nollet alterum baptizare niſi cum pacto vt ſe mutuo baptizarent, non appareret eſſe ſimoniam, ergo nec ſpiritualia vendere. In contrarium autem ſunt ſacri can. Habetur enim in regeſto Greg. quod Paſchalis 2. refert prima, q. 3. Altare, vel decimas, vel Spiritum ſanctum emere, vel vendere, ſimoniacam hæreſim eſſe nullus fidelium ignoret, & dicitur hæreſis ad exaggerandum eius grauitatem, & c. ſicut, de ſimonia. Simoniaca peſtis ſua magnitudine alios morbos vincit, & ca. proximo. Tanta eſt labes huius criminis, quòd etiam ſerui aduerſus dominos, & quilibet crimino. ſi admittuntur ad accuſationem. 3. Arg.

Ad quæſtionem, vnica eademque cunctis receptiſſima concluſione reſpondetur. Simonia eſt genere ſuo crimen mortale. Conclu-ſio rñſiua.

Probatur: Emere aut vendere id quod nullo pretio vendibile eſt, genere ſuo eſt mortale crimen: vt ſub titulo de vſur. dicebamus. Prima rõ cõclu-ſionis. Nam cum ſit iuſtitiæ contrarium, quæ virtus reipublicę quam maximè eſt neceſſaria, fit ſub inde vt etiam ſit contrarium charitatis, in quo ratio conſiſtit peccati mortal s. Excreſcit tamen vitioſitas in ſimonia ratione contaminatę religionis. Probatur autem minor ex triplici loco. Primo ex ratione obiecti, Res enim quæ modo ſupra expoſito ſpirituales ſunt, nullo æſtimari poſſunt terreno pretio: vtpote quòd ſupernaturalia ſunt inter quę eſt terrena, nulla eſt proportio. Vnde de diuina ſapientia. Proueib. 3. aſſeritur: Pretioſior eſt cunctis opibus: & omnia quę deſiderantur, huic non valent comparari. Quod vtique reſpiciens Petrus ait Mago illi: Pecunia tua tecum ſit in perditionem; quoniam donum Dei exiſtimaſti

pecunia

pecunia possideri: id est, æstimari. Secundò idem ex eo probatur quod etsi spiritualia per se vænalia essent, neutiquam tamen possent à præfectis ecclesiæ uendi: nemo enim iustè rem vendit nisi cuius est dominus. Si enim œconomus rem patris familias iniussu illius distraheret, iniquus esset: Præfectis autem ecclesiæ non habent spiritualium dominum, sed sunt meri dispensatores, secundum Pauli confessionem. 1 ad Corint. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Tertiò idem ex origine confirmatur, qua spiritualia nobis obuenerunt. Id enim quod gratuitò à Deo collatum est, non quidem in peculiare commodum illius cui confertur, sed in bonum publicum totius ecclesiæ, nemo potest iustè vænundare: quia non est suum, sed illorum quibus vendit: alia autem sunt spiritualia dona Dei. Atque hoc Christus admonitos curauit. Apostolos. Matth. 10. vbi ait Gratis accepistis, gratis date. Idque illo verbo denotauit, Luc. 12. Quis putas est fidelis dispensator & prudens? Fidelis scilicet, vt quod gratis accepit, gratis largiatur: & prudens: hoc est, qui oculato iudicio merita personarum discernat, vt pro cuiusque dignitate cuncta dispenset. Fit ergo ex his consequens simoniam, peccatum esse non solum contra iustitiam, verum & ratione materiæ, quæ spiritualis est contra religionem. Ob idque adeò nuncupatur sacrilegium nam lælio est sacratum rerum Hic primum omnium circa conclusionem hanc cum suis rationibus inuestigandum occurrit quonam iure simonia sit prohibita, vtrum diuino tantum, an etiam naturali? Ad quam quidem dubitationem peruia est responsio, simoniam spiritualium donorum supernaturalium, tam naturali iure quam diuino esse prohibitam. Et quidem ius diuinum in vtroque testamento manifestum extat. Nam Matth. 10 cõnumeratis eiusmodi donis subdit Christus: Gratis accepistis, gratis date. Et Ioan 2. in insiguram eius, flagello eiecit ementes & vendentes columbas è templo Columbamque Spiritum sanctum, eiusque dona significat Et Actuum 8 idem patet in historia quæ Petro aduersus Simonem contigit. Et Numero. 22. idem notatur in historia Balaam, quem ceu donum Dei vendentem obiurgat, tum Petrus, tum etiam Iudas in sua Canonica. Tametsi postea diuinitus admonitus: non fecit quod Moabitæ volebant. Et Ieroboam 3. Reg. 13. reus fit quod sacerdotes pecunia creabat: quamuis illi non essent verè sacerdotes. sed Balaam. Et 4. Reg. 5. opprobrio etiam datur Giesi quod prodono sanitatis quidquam receperit. An verò sit etiam contra ius naturæ dubium ideirco est quod spiritualia quę eius sunt materia res sunt supranaturales, ad quas naturalis lex non videtur pertingere: nam hæc ratione præcepta sacramentorum non sunt naturalia, sed supra. Nihilominus contrarium est asserendum. Idque inde primo probatur quod ius omne diuinum euangelico expressum præter partem illam, quæ ad fidei sacramenta pertinet, nihil continet, nisi quæ iure naturali necessaria sunt. Atque hæc vna est ratio cur dicatur lex libertatis, vt lib. 2. q vi. adnotauimus, arti. 1. Cum ergo simoniæ prohibitio ad sacramenta non pertineat, fit vt in Euangelio non nisi tanquam res naturalis sit prohibita. Secundò id rationes confirmant, quibus peruersitas simoniæ demonstratur. Nam etsi spiritualia bona supernaturalia sint, tamen quia natura sua non sunt vænale, neque Antistites ecclesiæ domini eorum sunt: sed gratis acceperunt, gratis dare debent: ius ipsum naturæ eorum venditioni reclamat. Et tertiò, nisi iure naturæ prohibita esset, Balaam non peccasset vendens, neque Res Moabitarum emens quia Gentiles erant: qui non alio quam naturali iure tenebantur. Quin verò eadem ratione neque Simon Magnus peccasset, quoniam cum in Christianismo neophytus esset, nisi ius naturæ suum autem condemnasset, poterat euangelici mandati ignorantia excusare. Ad argumentum ergo in contrarium negatur consequentia Materia simoniæ sit talis iure diuino: ergo ipsa non est contra ius naturæ. Et est meditanda consequentiæ fallacia. Nam vndecumque res fiat spiritualis, fit subinde, vt non sit vænalis: vænum autem exponere quod uænale non est, ius naturæ uetat. Aliquantulo autem grauior dubitandi ratio existit, vtrum aliqua sit simonia quæ neque diuino iuri neque naturali contraria sit, sed solum

Secũda.

Tertia ratio.

Simonia naturali diuinoq; iure prohibita.

Prima ratio ad suadẽdũ simoniã esse iure naturæ prohibitam.

Secũda.

Tertia.

Dubitatio.

quia humano iure est inhibita. Rationem quippe hanc dubitandi offert nobis glossa in c. ex parte. 1. de off. deleg. quæ distinguit inter simoniam prohibita, quia mala est, vt est illa quæ iure euangelico talis est, atque aliam quæ non est mala nisi quia iure positiuo prohibita: quæ subinde distinctio Doctoribus canonici iuris solennis est: vt est videre apud Siluest. in verbo, simonia. § 4. Quin verò & multis Theologis, Durandus autem in 4. dist. 25. quæ. 5. duabus rationibus hanc distinctionem refellit, nullam nimirum admittens simoniam contra ius mere positiuum. Prior est: Circa illud quod non est per se malum nisi quia prohibitum, peccare nec contingit nisi peccato inobedientiæ: vt dum tibi Præpositus rem aliàs indifferentem iusserit, si non pareas, nihil aliud quam inobediēs sis: si ergo illa est humana prohibitio, ne hoc aut illud vendas, inobedientia erit nō parere, non autem simonia. Posterior eius ratio est, quod simonia est rei spiritualis venditio: ecclesia autem nō potest rerum naturas mutare vt facias spirituale quod anteà non erat: nam hoc ad solum pertinet ius diuinum. Nihilo secius mediocriter inter has opiniones censendum est. Primum enim contra secundam rationem Durādi certum est posse ecclesiam aliquid facere spirituale quod iure diuino non erat. Hoc patet in consecratione ecclesiæ, & aræ, & in benedictionibus calicum, corporalium, & ornamentorum. Hæc enim iure diuino spiritualia non sunt. Nam quantum ad rei essentiam, consecratio corporis & sanguinis Christi fieri posset etiam si vasa & ornamenta non essent consecrata aut benedicta. Secunda assertio. Nihilominus horum venditio, & emptio, si ratione consecrationis pluris vendantur quam res ipsa valet, est simonia contra ius diuinum & naturale. Nam vtrumque ius prohibet quod venale non est pretio vendi cum ergo illud sit spirituale: quamuis iure positiuo factum sit spirituale, iuri nihilominus diuino & naturali repugnat eius venditio. Et confirmatur: quia qui vendit benedictionem calicis aut aquam benedictā vendit certè id quod gratuitò donatur in bonum publicum: est ergo huiusmodi simonia iure diuino prohibita. Secundò ad idē arguitur. Minores ordines non sunt de iure diuino: quin verò neque diaconatus habebatur olim vt ordò sacer: quod patet ex verbis Innocentij III. in c. à multis de ætat. & qualit. ord. præsi. sed sunt de iure merè positiuo, & tamen ista vendere est peccatum simoniæ iure diuino prohibitæ: ergo licèt res iure positiuo fiat sacra, nihilominus eius venditio est contra ius diuinū. Sicuti nuperrimè fallacem esse diximus consequentiam illam, Spiritualia sunt de iure diuino: ergo illa vendere non est contra ius naturæ. Ex quo fit, illos doctores qui in huiusmodi rebus consecratis exemplum collocant simoniæ de iure merè positiuo, paralogizari, inde nimirum inferentes quod materia eius iure positiuo sit constituta: veluti, & supra de solennitate voti dicebamus, quæ est de iure positiuo, & nihilominus obligatio ad perpetuam castitatem, quæ ex illo voto solenni resultat, est de iure diuino. Sed interrogando vrges, an detur aliqua simonia ad ius merè positiuum attinens? Respondetur aliquā esse. Primum vbi venditur officium ecclesiæ annexum quo de se non est spirituale. Hoc patet ex c. Saluator, supra citato 1. q. 3. Vbi Vrbanus prohibet ne vendatur officiū œconomi ecclesiæ, aut sacristæ, aut protectoris: citans Concil. Calced. hæc autem officia vendere non est contra ius diuinū aut naturale: si quidem personæ non sunt aut res per se sacræ. Neque ecclesia facit eas sacras sicut templa, & vasa, & personas, puta sacerdotes consecrationi sacramenti eucharistiæ dedicata: sed quia sunt sacrorum custodiæ deputari. Eiusdē autem simoniæ exemplum sunt qui proferant in commutatione præbēdarum. Prohibetur. n. c. quæ situm, de rer. permut. ne sine licentia episcopi, præbendæ cum pacto permutentur. Attamen prohibitio hæc non est merè positiua, sed significatio diuini iuris. Nam qui attentare præbendas priuatim permutare, nihil facerer. Potest. n. quisque suo renuntiare sacerdotio, sed id tamen facere debet in manibus prælati: constituere verò alterum in iure præbendæ, neutiquam iure potest, nisi solus Pontifex & episcopus: aut prælati quorum est sacerdotia cōferre. Quod autem illic Papa iubet est, ne quis pactum permutationis faciat: quia hoc labē sapit simoniæ. Attamen si fiat sub conditione, si Papa consenserit nulla est culpa. Illa tamen conditione prætermissa, simonia resultaret. Quocirca si conditio esse iuri diui-

Glossa.

Durandus.

Prima rō Durandi.

Secūda.

Ecclesia pōt aliquid facere spirituale, q̄ prius nō erat.

Secūda assertio. Rōassertionis.

Secūda ratio ad idem.

Hæsitatio.

Dissolutio.

Prohibitio permutationis p̄bendarum nō interuenīēte superioris auctoritate, nō est merè positiua sed significatio diuini iuris.

Moderatio superioris affertiõis.

ri diuino contraria vt si pactum esset super erogandi pecuniam, vel aliud pretiũ pro maiori præbenda, tunc simonia esset contra ius diuinum, nam talis permutatio mistam haberet emptionem præbendæ. Si verò tantum esset contraria iuri positio: vt si esset pactum soluẽdæ pensionis absque Papæ concessione: tunc simonia esset contra ius positiuum. Enimuerò permutare res sacras, & spirituales, præsertim si tales sint iure tantum positiuo, non est contra ius diuinum, vt si sacerdos confussionem alterius sacerdotis audire noluerit, nisi alter audiat suã: licet Richar. secus censeat, de quo statim: ergo cum præbendæ non sint adeò spirituales, pactum illarum permutandarum non est contra ius diuinum. Secundò id confirmatur. Si esset contra ius diuinum, neutiquam Papa posset super eadem re dispensare: & tamen Papa eiusmodi permutationes constitutis pensionibus permittit. Præterea, si huiusmodi venditio perinde esset prohibita iure diuino atq; venditio sacramentorum non licet de illo pacisci, etiam adhibita cõditione si Papa cõsenserit: quia hoc certe in sacramentis non licet, & tamẽ talis pactio in præbendis cum tali conditio non condemnatur. Iam vt rem concludamus, in euangelio nõ est prohibita talis cõmutatio, sed de solis Spiritus sancti donis habetur: gratis accepistis, gratis date: nõ ergo huiusmodi pactio est cõtra ius diuinũ. Nihilominus tamen quædam est simoniæ spẽs de iure positiuo. Vnde ad primũ Durandi argumentum duobus modis respondetur. Primò negamus illud suũ assertum q̃ vbiuis res prohibetur quę alioqui nõ est mala, transgressio non est aliud peccatum quam inobedientiæ. Imò verò ecclesia dũ abstinentiam quadragesimalem indixit, ieiunium illud constituit in virtute abstinentiæ: & ideò non solum ille contra obedientiam peccaret, qui ieiunium ex contẽptu frangeret, verum & ille contra abstinentiam, qui non ex contemptu, sed præ gula id faceret. Et puri modo ecclesia potest actum quempiam in vitio simoniæ cõstituere. Secundo respondetur, quod officium sacristiæ vendere, aut pactum facere cõmutandi sacerdotia contra ius ecclesiasticum, non definiuit ecclesia esse propriè simoniam sicuti vendere sacerdotia, sed dicitur simonia, quę simoniæ pœna vindicatur.

Per hæc facilis fit argumentorũ solutio. Ad primum quippe respondetur, regnum cælorum vænum esse expositum: non si vẽditionis nomẽ proprie vsurpes, sed per metaphorã, sicut dicitur vim pati: quod enim propriè non sit vendibile, primum inde patet, quod cum sit supernaturale, nullo est pretio æstimabile. Vnd. Pau. ad Ro. 8. Non sunt indignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et loquitur de operibus filiorum Dei per gratiam: significans opera nostra ex obiecto existimata, non esse regni cælorum pretium: sed quatenus procedunt ex gratia. Quod autem gratis datur, non venditur. Tũ etiam quod ex nostris obsequijs Deo nihil accrescit: siquidem bonorum nostrorum nõ indiget. Vnde Isaiæ 52. Gratis vẽundati estis, & sine argento redimemini. Dicitur autem per metaphoram emptio, iuxta verbum eiusdem Prophetæ, c. 55 vbi ait: Sapientia ipsa, Sitiẽtes venite ad aquas & qui non habetis argẽtum, properate, & emite: venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione lac, & mel: hoc est regni cęlestis dulcedinem. Metaphora autem in eo consistit, quòd operibus iusti regnum cælorum proponitur, tãquam merces, vt patet in parabola conducentis operarios in vineam, constituto denario diurno, & in verbo Psalmi: Inclinaui cor meũ ad faciẽdas iustificationes tuas propter retributionem. Ad secundum argumentum licet inter interpretes Canonici iuris de Papa litigium sit an possit esse simoniacus, per illa tamen, quæ dicta sunt peruia fit resposio. Enimuerò de simonia, quę iure diuino, naturalique talis est, nullam esse licet controuersiam, quin illam possit committere. Si, inquam, sacramenta pretio administraret, donumve quoduis aliud Spiritus sancti dispensare, ambigere nemo posset, quin simoniacus esset. Ageret quippe contra ius diuinum: super quo ipse dispensare nequit. Neque istiusmodi donorum dominus est, sed merè dispensator. Immo verò tanto grauius maiorique scandalo peccaret, quanto eminentiorem locum in ecclesia tenet. Vnde Petrus primus Christi vicarius hoc sibi crimen à Simone vigilantissime canit. Quin etiam si tẽpla, vel vasa, vel vestimẽta sacra pretio consecraret, quam-

Ad primũ arg.

Ad secũdũ arg. Papa simoniã põt contrahere.

uis talis ritus iure ſit poſitiuo ſanctus, nihilominus, quia eius venalitas eſt contra ius diuinum, ſimoniacus eſſet. Et pari modo, ſi ſacerdotium, aut prębendas venundaret, vtpote quorum diſpenſator eſt tantū, neutiquam tamen dominus. Si autem admittas officium ſacriſtæ, & æconomi eccleſię vendere, non eſſe ſimoniam, niſi de iure poſitiuo, quia propriè non ſunt perſonę ſacræ: illud ipſe poſſet citra peccatū pretio conferre, niſi obſtaret ſcandalum: quia poteſt ſuper ſuis legibus diſpenſare. Ex eadē ratione pœnas iuris ſimoniacis decretis incurrere nequit. Etenim quamquam ſacerdotia venditaret, neque excommunicatus eſſet, neq; ſuſpenſus quoniam princeps eſt & quātum ad vim coactiuam ſuis legibus non ſubditur. Sed hoc tamen ſupereſt hic dubium, vtrum ſi ſacerdotium cuipiam vēderet: facto ipſo cenſendus eſſet ſuper pœnis iuris cum illo diſpenſare: vt neq; teneretur renuntiare prębendam. Quidam enim, vt Palu. diſtinct. 25 q. 4. affirmant: alij verò, in quibus eſt Adrianus quolib. 9. negant. Profectò res eſt, quæ me ancipitem tenet. A parte quippe negatiua eſt argumentum Ioannis Andreæ in Mercurialibus, quod ſi epiſcopus ludum aliquem ſub pœna excommunicationis inhiberet cleri cis, licet poſtea eorum aliquem ad ludēdū induceret, non ideò diſpenſaret in lege, niſi illam exprimeret: quia vel poſſet eſſe illius oblitus, vel ad malum illum inducere. Rurſus quamuis excommunicato oſculū pacis porrigat, non ideò illum abſoluit. A parte autem affirmatiua eſt argumentum quod non eſt cenſendus Papa tam inſigniter peccare, vt prębendam cogitet ſacerdoti vendere, quam neq; emere ille neq; retinere citra excommunicationem, atque adeò citra culpam nequit. Porrò ergo huius ambiguitatis, affirmatiuam hanc partē præ altera eligerem. Nam forſan & epiſcopus inducens ad id ſubditum, quod lege ſua prohibitum eſt, quicquid Io. And. cenſeat, diſpenſare creditur perinde ac ſi præciperet. Deinde quidquid hoc veritatis habeat, tamen de Papa quando prębendam vendit, cum ipſe ſit qui dat, omnino videtur habilem alium reddere, vt recipiat.

Dubiū.

Palud.

Adrian.

Argu. à parte, negatiua.

Papa beneficia alicui vēdens cēſetur cū

Ad tertium denique reſpondetur cum D. Tho. nomine emptionis quamcunque aliam commutationem comprehendi ſpiritualis pro temporali. Quare ſicut præbendam numis emere, ſimonia eſt, ita & ſecularem illum fundum pro illa commutare. Quin verò, vt ſupra diximus, neque prębenda pro prębenda abſque facultate Pontificis commutari citra ſimoniam poteſt. Tametſi vt expoſitum eſt, non eſſet ſimonia, niſi de iure poſitiuo. Quocirca res alias ſacras commutare, quia tali iure minimè prohibetur nulla eſt ſimonia: dummodo ſolius rei valoris habeatur ratio, neq; pro conſecratione quidpiam pendatur. Poteſt inquam calix pro calice commutari: imò tanti vendi, quanti materia, & forma abſque cōſecratione æſtimaretur, atque adeò alteri eccleſiæ locari. De ſacramentis verò Conrad. 4 diſtinct. 25. art 3. negat vnum pro alio commutari poſſe: nam licet non ſit, inquit, tam illicitum, quam ſimpliciter illa vendere: eſt tamen aliqua venditionis effigies, quia vnum tunc cenſetur alterius pretio. At verò profectò non video quid nam venditionis, aut pretij admiſceatur, ſi vicariæ operæ in pactum ducantur: Baptizabo te, ſi me baptizaueris, & ſi meam volueris audire confeſſionem, tuam viciſſim audiam. Et orabo pro te, ſi mihi viciſſim par rependeris beneficium.

eo diſpē ſare i pæ nis ſimo niæ. Ad ter- tium.

Sacrorū cōmuta tio licita

QVÆSTIO VI.

DE MATERIA SIMONIÆ.

ARTICVLVS I.

Vtrum quandoque liceat pro ſacramentis pecuniam ſeu dare, ſeu accipere.

ONſtituta definitione & cuſpabili qualitate ſimoniæ, ſequiſ vt ſeriatim de eius materię diſputemus. Et primò de ſacramentis arguitur quod liceat nonnunquam illa pretio redimere. Baptiſmus ianua eſt ſacramentorum: & nihilominus dum iniquus ſacerdos iamiam morientem puerum abſque pretio baptizare nequit, neque pater manus habet, aut linguam quibus ipſum tingere valeat, cōſultius videretur patrem facere, ſi pecuniam offerret ſacerdoti, quàm ſi animam prolis ſuæ perditum ire ſineret ergo licet ſacramentū mercari. Secundò,

Primū argum.

Secūdū.

Eu-

Eucharistia est sacramentorum maximũ, pro quo tamen conficiendo, & offerendo licet pecuniam offerre, oblatamque accipere ergo facilius est concedendum alia sacramenta redimi pretio posse. Tertiò; Pœnitentia est sacramentum necessitatis, quæ absolutionem ab excommunicatione præ exigit, sed pro absolutione ab excommunicatione in more iudicibus est pecuniam recipere: ergo id non est sacrilegium. Quartò: Consuetudo in causa est, vt quod antea delictum erat, licitè fiat. Qua vtique ratione ait August. plures habere vxores quoniam mos erat, non fuisse crimen: viget autem apud quosdam consuetudo, vt pro consacrandis episcopis, benedicendisq; abbatibus, inungendisq; sacerdotibus aliquid pro chrismate, & oleo detur accipiaturq; ergo illud est licitum. Quinto ius habet vnusquisque suam redimendi vexationem; sed vsu sæpe accidit, vt quispiam ab episcopatu, vel alio sacerdotio per iniuriam arceatur: ergo licebit eiusmodi vexato numis se ab illa iniuria eripere. Sextò: Matrimonium est quoddam sacramentum; sed datur pro matrimonio pecunia, nempè vxoris dos; ergo licet pro sacramento pretium tum dare, tum etiam percipere. Contrarium admonetur canone illo 8. Synodi 1. q. 1. Qui per pecuniam consecrauerit, vel ab alio consecratus est, alienus à sacerdotio fiat.

Tertiũ. Quartu Quintũ Sextũ.

Iam supra inter spiritualia, quæ materia sunt simoniæ, atque alia spiritualium genera discriminatum est. Illa namq; spiritualia, quæ naturalia sũt, neq; nobis gratis vt largiamur donantur, simoniæ vitio non substernuntur; sed illa prorsus charismata, quæ dono diuinitus suscipimus ad gratiam quoquo pacto spectantia. Hęc autem quadruplici differentia diuiduntur; Quædam quippe sunt spiritualia per essẽtiam, vt gratia, quæ ipsissima est vita spiritualis animæ, & charitatis, quæ est habitꝰ quo officia, & opera vitę exhibemus. Et hæc nullatenus in quæstionem accersiri possunt, an uendi, emiue queant sunt. n. usque adeo Dei munera, ut dementia esset cogitare, quenquam posse in alterum illa siue dono, siue precio transfundere. Secũdo ordine sunt spiritualia; quæ hisce uelut caussa proximè antecedunt. Qualia sunt sacramenta, quę ceu instrumenta passionis Christi effectricia sunt gratiæ. Tertio gradu spiritualium sunt actus charismatum, quæ gratiæ nuncupantur gratis datæ quales sunt dona prophetiæ, & linguarum; quibus annumerare possumus, & orationem, & religionem. Quartò denique loco accedunt, & spiritualia per annexationem; qualia sunt sacerdotalia, & prębendæ, quæ spiritualium functioni inseruiunt. Prętermisso ergo primo membro, de singulis aliorum trium singuli sint hic articuli examinandi. Igitur in hoc primo, qui apud D. Thom. secundus existit, respondetur de sacramentis duabus conclusionibus. Prior; Pro spirituali sacramentorum gratia pecuniam accipere, crimen est sacrilegium simoniæ; usque adeo naturali, diuinoq; iuri aduersum, ut nulla possit consuetudine excusari, sanè cum nulla eiusmodi iuribus pręiudicari possit. Et quidem pecuniæ nomine iuxta Philosophi documentum 3. Eth. quidquid numo ęstimatur, intelligitur. Conclusionis probatio manifestissima est. Nã sacramẽta nouę legis q̃ maximè sunt spiritualia, quippe q̃ gratię, spiritualisq; uitę cã existunt, quę quidẽ uirtus priscis illis Mosaycis non inerat, gratia aũt, ut nomẽ ipsum personat, gratis nobis confertur, alioquin auctore Paulo non esset gratia, nemo ergo mortaliũ pro eius collatione precium percipere põt. Etenim pręterquã ꝙ ius naturę iniquissimè uiolaret id uendens, quod neq. suũ est, neq. ullo est precio ęstimabile, in Deũ esset impiẽtissimè iniurius. Porrò ꝙ id uẽdere cogitaret, ꝙ solus ipse altissimꝰ sua benignitate confert. Atq. hic primus est simonię apex, unde, & nomẽ traxit. Nã ut supra dicebamus, munus hoc Spiritus sancti conferendum erat, qđ malus ille Simon emere excogitabat. Huc accedũt ca. Leonis, Gratia 1. q. 1 & pleriq. multi eiusdem caussę. Posterior cõclusio, Ministris ecclesię stipẽdia populi alimentaq. ad sui sustentationem accipere nullum est simonię uitiũ, neq. uerò peccatũ ullum. Prior cõclusio adeò est clara ut nullũ nobis dubium relinquat. Posterior uerò sępè, & sępius suprà demõstrata est ex uerbis Pau. 1. Corint. 9. Quibus, & illud accedit 1 ad Timot. 5. Qui bene p̃sunt pręsbyteri, duplici honore digni sunt. Vbi Aug. glo. Accipiant, inquit sustentationem necessitatis a populo mercedẽ dispensationis à domino,

Quadruplex differentia rerũ spiritualiũ.

1. Conclusio.

probatio conclus.

Vltima conclusio.

no. Permagno ergo ſacerdotes iure pollent, non vt qualitercunque ſed pro tua dignitate decenter ſuſtentare. Quod hic igitur dubitandum reſtat, eſt: Vtrum pro his quæ ſacris annexa ſunt, nempè pro vaſorum, vſu pro materia, & potiſſimum pro labore ipſo poſſit pretium ſuſcipi, idq; ex pacto. Apparet enim nullum intervenire poſſe pactum, quod non ſit ſimoniacũ: vt D. Thom. ar. 3. ad ſecundum argumento aſtruere vr. In contrarium aũt eſt vſus ab eccleſia permiſſus. Conſentit enim presbyterum de ſtipendio paciſci, vt Capellaniæ ſeruiat, ter. ſ. in hebdomada, aut quotidie in tali loco celebrare cogetur. Cui quidem mori, & ratio, vt hic ait Caie. ſuffragatur. Quũ ſi velle ſtipendium in ſuſtentationem licet, vt ſecunda concluſione aſſertũ eſt, nihil vetat, quo minus id procurari, atque in pactum duci poſſit. Nam materia eſt, quæ contractum facit ſimoniacum. Quare cum eadem ſit materia abſque pacto, & cum pacto: nempè tẽporalis ſuſtẽtatio, fit vt ſi abſque pacto id licereat optare, & accipere eqđ ad vitã neceſſarium eſt, ſine quo ipſũ alia miniſtrari nõ poſſit: nullum ſit vitium de precio conuenire. Res eſt inter doctores potiſſimum iuris Canonici, plurimum controuerſa; de qua Summuliſtæ in verbo, ſimonia, variè loquuntur, & Adrianus quolib. 9. cum Altiſſiodorenſi antiquo Theologo cõplures allegat iuriſperitos in ſuam affirmatiuã: nempè q̃ liceat pro labore adminiſtratio nis ſacrorũ, de precio paciſci: iuxta apoſtolicã doctrinã in ſuperioribus allegãtã. Cui conſonare vr can. vlt. 1. q. 2. vbi aſtruitur, q̃ clerici ſtipẽdia accipere põſſint, iuſtis laboribus merita. Quin verò, & euãgeliũ, vbi ait Chriſtus, dignus eſt operarius mercede ſua. Et eſt vulgaris opin. Durand. tñ in 4. diſt. 25. q. 1. omnino tenuit pro labore adminiſtrãdi ſacri quidquã recipi poſſe. Et Caiet. & hic, & in ſua Sũma, verbo ſimonia, & q. 9. primi quolib. permulta de hac diſcrimenda lite docte diſſerit: ſi modo res paulò explicatius, & compendioſius colligatur. Placet ergo ad rei intellectum, tripartita diſtinctio inter pretium ſpirituale, & ſtipẽdium ad ſuſtentationẽ, & mercedem pro locaris operis. Et quidẽ de primo mẽbro nemini ambigitur: adeò perſpicuum eſt pretium pro re ſpirituali, aut ei annexa percipi non poſſe: veluti ſupra explicatũ eſt, ob id quod tales res non ſunt precio vendibiles. Neq; verò duorũ cæterorum membrorum diſtinctio vſque adeò eſt intellectu difficilis vti prima frõte apparet. Marces. n. operi adæquatur, de qua Matth. 20. Redde operarijs mercedẽ ſuam, ſtipendium verò ſuſtentationis, licet tandem referatur adminiſtrorum operas, tamen proximè non fit, niſi ad neceſſariam ſuſtentationem miniſtri. Et poſſumus diſtinctionem hanc quantum ad duo membra hoc exemplo elucidare. Si enim quiſpiamar tifex, cuius opera digna eſſent magno pretio, ſic cum domino aliquo conueniret; Da mihi victum, & operas omnes meas tibi impendam, quantuis fuerint pretij dignæ: tunc non æſtimarentur opere, ſed tantum neceſſaria ſuſtentatio; Econuerſo dum diues artifex pro imagine aut alia fabrica quantum opificium valet, petit, non æſtimat neceſſitatem victus, ſed valorem operis. Quare Auguſtino nuperimè citatus acutè diſtinxit dicens; Suſtentationem neceſſitatis recipiant à populo: mercedem autem diſpẽſationis, ideſt æqualem valorem operis, à Domino. Igitur quod clerici ſtipendium ſuſtentationis recipere poſſint, non eſt dubium. Idq; poſſunt dupliciter. Primò auctoritate publica eccleſiæ: quæ quotam decimarum taxauit. Ac perinde epiſcoporum conſtitutionibus, ſanè qui taxare poſſunt quanto ſtipendio ille dignus ſit, qui tali ſeruitio eccleſiæ mancipatur. Secundo modo, priuata libertate. Poteſt namque, & ipſe ſacerdos victus indiges, cum ad ſeruitium conducitur capellaniæ, aut vicariatus, paciſci de ſtipendio ſuſtentationis, ſecundum loci, temporiſque diſpẽſationem. Hoc autem non ego eadem facilitate approbarem, qua à Caietano aſſeritur, nempè quod quantum ſuſtentationis ſtipendium ſuperioris auctoritate decretum eſt, põt illud facerdos, ſiue pauper ſit, ſiue locuples percipere. Nam idem ſacerdotium poteſt diues ſacerdos nihilo minori iure ſuſcipere, quàm egenus. Quãdo verò eiuſmodi ſtipendium non eſt lege conſtitutum ſed priuata conuentione cõſtituẽdum, tunc, inquit, pauper paciſci de illo põt: diues verò minimè. Quoniam cum aliunde ſibi ſuſtentatio ſuppetit, iudicium eſt conuentũ facere, non pro ſuſtentatione, ſed pro operatum mercede. Hũc tamen

Dubitatio.

Adria. Altiſſi.

Duran.

Caieta. Diſtinctio.

Clercii ſtipẽdiũ ſuſtentationis. recipere poſſum.

tamen ergo inquam cenſcendi rigorem non facile probarem. Nam ſi ex rei natura ad ſuſtentationem miniſtri tali functioni mancipati talis ſuſtentationis moderatio neceſſaria eſt, tunc ex natura rei nulla emergit ſimonia, atque adeo neque ex qualitate ſacerdotis ciarur. Intentionis namque Deus ſolus ſcrutator eſt. Quod autem tale ſtipendium ſuſtentationis gratia ſit licium, ſupra ſatis lege naturæ, & diuina demonſtratum eſt quamque debeat ſacerdotalis ordo decenter ſuſtentari. An uero in mercedem pro labore liceat aliquid etiam recipere, quod fuit iterum diſtinctionis membrum, hoc eſt de quo inter doctores ambigitur, & contra uerſatur, quamuis non ſit tantum dubium, quãtum multi auctores putant. Immo per diſtinctionem adeo omnes conciliantur, ut diſſidere nequeant. Labores.n. & operæ aliæ ſunt antecedentes ſacramentũ, atque adeo illi accidentes, aliæ uero concomitantes, immo uero de eius ſubſtantia. Priores ergo locari poſſunt ſtato prætio, poſteriores uero minime. Eſt exempli gratia, infirmus cui à longinquo accerſendus eſt ſacerdos, qui eius audiat confeſſionem, uel Miſsam celebret, uel rem faciat diuinam. Poteſt profecto ſacerdos pro itineris labore pretium exigere. Alius eſt labor & operatio ſacramento intrinſeca, puta Miſſæ celebratio, aut baptizandi opus, aut quæuis alia ſacramenti applicatio. Et pro his laboribus, & operis manifeſtũ eſt, nihil prætii poſſe recipi. Sed de his ait Aug. mercedẽ diſpenſationis a Domino recipiat. Perinde.n eſſet acſi recipe retur pro gra ſacri. Baptizatio.n. & baptiſmus pro eodẽ reputantur, ſicut Miſſa & celebratio Miſſæ, ueluti qui domum fabricat, idẽ pretium pro domo, & pro eius fabrica recipit. Nec poteſt duo recipere, alterũ pro re, alterum pro opere. Cum autẽ ꝓ huiuſmodi functionibus adſtruitur nihil poſſe mercedis recipi, nõ negatur qñ pro earũ obligationi precipi poſſit. Quẽ admodum etſi pro mutuandi officio nihil pretii poſſis exigere, tamen pro mutuandi obligatione nõ eſt illicitũ. Licet inquã ſacerdoti, dum ad ſeruitium parœciæ conducitur, pro obligatione his, aut illis diebus celebrandi, confeſſionibuſque audiẽdi aſſiſtendi, de ſtipendio conuentum inire. Cui quidem aſſertioni aſtipulatur cap. ſignificatum, de præbendis. Per hæc & de uaforum uſu, atq. ad materia ſacramentorum facile unuſquiſque iudicabit. Nefas enim eſſet pro uſu calicis, aut corporalũ illum, qui conſecrat aliquid depoſcere præmii, nam uſus ille de intrinſeca eſt ratione ſacramenti conficiendi, quamuis ut diximus, poſſit una eccleſia alteri calicem, ſicut uendere, ita & locare. Nam locatio illa eſt accidentia longe antecedens ad ſacramentũ. Pari modo, ſi nullum eſſet oleum in urbe, poſſet una eccleſia oleum conſecratum tanti uendere, quanti ſi non eſſet conſecratum. Immo & chriſma poſſet unꝰ mercari in uno loco, & uendere in alio. Nam omnes illi contractus ſimiles ſunt actionibus, quas nuper diximus accidenterie antecedere ad ſacramentũ niſi hoc iniuriam, & contemptum rei ſacræ fieret, ut pote ſi conſecratio ipſa uenderetur. Attamen ſicuti neq. actio ipſa, quæ eſt de eſſentia ſacramenti, neq. labor qui eſt illi annexus, uendi poteſt, ita neque uſus materiæ ſacramenti, quæ ad ſubſtantiam eius attinet. Hoc eſt. Sicuti neq. epiſcopus pro labore confirmandi, neq. ſacerdos pro labore, & opere ungendi infirmum, mercedem recipere poteſt, ita neuter pro uſu chriſmatis, aut olei, quod illic conſumitur, põt quidquã ſuſcipere. Et quod de actionibus ſacrorũ dictũ eſt, id pariter & de ſacramentalibus ſentiendum Nequit.n. ſacerdos pro exorciſmis & cathechiſmis, aut ꝓ benedictionibus nubentiũ quidquam percipere præmii, loco mercedis. Ad canonem ergo ultimum 1. q. 2 reſpõdetur, quod loquimur de ſtipendiis ſuſtentationis, ſicuti & uerbum Chriſti. Quare ait Lucas. Dignus eſt operarius mercede ſua, aut Matthæus, cibo ſuo. Ex his denique colligitur, quam ſit abſurdus uſus, quamq. ſacrilegus ſimoniacum pro ordinũ exhibitione pecuniã, aut munus aliquod exigere, qui quidem per titulares epiſcopos inuectus eſt, nam cum proprii, & legitimi, aut non ſint reſidentes, aut celebrare ordines, quod pudendum eſt, non dignentur, titulares ad id muneris accerſunt, & quod abſurdius eſt, non tam iuſtum eis ſtipendium pendunt, ut poſſint illos ab omni exactione prohibere. Eſt ergo iniquũ cogere illos, qui ordinantur, ut nõ modo candelas, uerum & pecunias offerãt Immo uero arbi-

Põt ſacerdos locare operas antecedentes nõ ſubſequentes.

Licet ſacerdoti ꝓ obligatione celebrãdi paciſci de mercede.

tror neq; pro literis teſtimonialibus quid piam poſſe exigi.

Ad primũ arg. Soluio S. Tho.

Ad primum igitur capitale argumentum D. Thom. ſic reſpondet, vt vniuerſa perluſtrans remedia, nunquam concedat, licere mercedem pro actione ſacramenta li exhibere. Ait enim quòd ſibi baptizandus nondum eſt rationis vſum ingreſſus, & ſacrilegus ſacerdos nolit abſque pretio baptiſmum diſpenſare, perinde cenſendũ eſt, ac ſi nullus adeſſet ſacerdos, atq; adeo ſicuti in caſu extremæ neceſſitatis, vbi qui libet eſt miniſter, a quocunque eſt citius tingendus, quàm ſacerdotis ſacrilegio aſſentiatur, quamuis aqua, quæ elementum eſt poſſit ab illo emi. Si autem ſit adultus, neque vllus alius adſit a quo ſacramentũ ſuſcipiat potius eſt illi abſque ſacramento de vita migrandum, quam baptiſmum emat. Tunc enim baptiſma flaminis ſatis ei erit ad ſalutem. At verò rem in extremas anguſtias, non cogit. Faciamus enim nequaquam ſacerdotem pũre parvulo, ſoloq; parente eodemq; trunco, & ad baptizandum inepto, ſuam exprimere corruptam mentem, videlicet nequaquam ſacramentum admiuiſtrare uelle niſi pretiũ ſibi pro ipſa ſacramentali functione pendatur; vtrum fas tunc ſit patri, tale illi porrigere pretium? Apparet.n. ratio non infirma id perſuadere. Vnicuique enim, vt paulo ante dicebamus, licet ſuam vexationẽ redimere, ille autem parens, qui liberi vicem gerit, ingentem patitur iniuriam, & grauiorem paruulus, quippe cui ius diuinum, naturaleq. ſuffragantur & humanũ, vt teneatur ille nequam ſacrilegus ipſum baptizare. Poteſt ergo pater illam pretio redimere vexationem. Exemplo nobis illa eſt, qui ad vſuras tempore neceſſitatis petit, quod reuera citra culpam facere poteſt. Imò longè efficacius videtur huic patrocinari ratio. Nam cum iura omnia ad animarum ſalutem referãtur, neq. vllum aliud miſero infanti remedium ſuppetat, potius eſt vexatio illa pretio repellenda, quam infans a regno cęlorum in ęternum repellatur. Cum ergo dubitãdi rationem hucuſque D. Thom. non perſtrinxerit, reſtat nobis ad hoc reſpondere. Et quidem Paludanus in 4. diſt. 5. ſacrilegium omnino reputat, etiam in tali caſu pretio emere ſacramentum ad redimendum vexationem. Et forte id propter D. Thom. adſtruxit, qui in 4. eadem diſt. q. 2. probabilius id arbitratur. Quod & ante ipſum Alex. fuerat opinio 2 par. q. 189. membro tertio, & Richard. in 4. diſt. 32. artic. 3. Et ſubdit Paludanus rationem. Nam redimere, inquit vexationem, bifariam vſu venire poteſt. Vno modo ab illo, qui obeſſe poteſt prodeſſe verò non item, altero verò ab illo qui obeſſe poteſt, & prodeſſe. Et prioris, inquit, vexationis redemptio licita eſt, poſterioris verò nequaquam. Exempla eius ſunt. Epiſcopus electus poteſt ab illis, qui ſuam poſſeſſionem, & confirmationem perturbant, vexationem redimere, non tamen a confirmatore. Et ratio diuerſitatis eſt, quòd priori caſu non venit in ſuſpicionem cp epiſcopatum velit emere, cum illi non poſſint dare. Poſteriori verò eadem ſuſpicione reſpergitur. Et ideo cum ſacerdos prodeſſe baptizando poſſit, nequit ab illo, inquit, vexatio redimi. Lepidam autem gloſſam ſuper cap. Baptizandis. 1. quæſt. 1 audi. Poſtquam enim ait neutiquam poſſe in tali caſu pretium pro baptiſmo pendi, ſubdit. Ego tamẽ potius darem pecuniam, quam puerũ ſic dimittere mori, & bene, licet non deberem facere. Perpende ſi non deberet, quomodo bene facere. Igitur Panor. ſuper cap. Cum in eccleſiæ extra, de ſimonia, atque alij quos Richard. loco citato refert, diſtinguentes inter infantem, & adultum, probe concedunt debere eum, qui paruuli curam gerit, vexationem pretio redimere propter extremam neceſſitatem, non tamen adulto, qui per baptiſmum flaminis ſeruari poteſt. In quorum ſententia Caiet. ſubſcribit, idq. vt reor, merito. Nam quod paruulus extremam patiatur neceſſitatem, in dubium nemini venire debet. Et enim dicere, cp intentio volentis baptizare ſufficiat paruulo, & quòd Deus vicem baptiſmi ſuppleat, non ſolum temerariũ, eſt nullaq. ratione fulcium, immo & peiori nomine dignum, nam cũ nemo alteri mereri poſſit gratiam ſine ipſius actu, qui recepturus eſt nulla intentio baptiſmi cenſetur baptiſmus flaminis, niſi ſolum propria ipſius, qui baptizari cupit, & lex eſt, ſine baptiſmo aut ſanguinis, aut flaminis, aut fluminis, ſaluum fieri neminem. Cum ergo ſacerdos in caſu noſtro tam ſtricto iure baptizare hunc paruulum teneatur, ac perinde paruulus tam inſignẽ patiatur iniuriã, licite

Dubitatio.

Paluda. ſolutio.

Alex. Halenſ. Richar.

Panor.

Soluio propoſitę dubitationis

licite illa uexatio precio redimitur. Neq. est simile de electo episcopo respectu cõfirmatoris, quia neque illi tanta ingruit necessitas ut confirmetur, neque, alter simili iure confirmare cogitur. Quare tũc pater pueri pecuniam non eo pendit fine ut beneficium sacramenti emat, sed ut in iuriam propulset. At uero quo res explicatius pateat, urgentius arguitur. Sit ille uel sacerdos, uel alius quispiam infidelis, usq. adeo peruersus, ut nolit antea baptizare puerum, quam pater persancte iuret pretium largiri, non ad redimendam uexationem, sed emendum sacramentum ipsum, & gratiam sacramentalem, utrum tunc liceat? Et apparet nõ esse licitum: ne tunc pretium cõferens, idem uideatur efficere quod Magus ille Simon tentauit, Caieta. hic nõ vr̃ huc annuere, ut liceret pro sacro dare: & q. 9. primi quoli. id apertius uidetur denegare, porro cum censeat, tam intrinsece malum esse, rem spiritualem emere, quam uendere. At profecto ista iudicio meo non sibi inuicem cohærent, nam si sacramentum emere, esset perinde ac mentiri, intrinsece malum, neque ad redimendam licitum uexationem fieret. Qm̃ precium ad redimendam uexationem est sacramentum emere tanquam medium ad propulsandam iniuriam, nam etsi suprema intentione in emptionem sacr̃i non feratur, nihilominus illud accipitur tanquam medium, quod ad cauendam uexationem refertur. Veluti qui ad redimẽdam uexationem emeret fauorabilem sententiam iniqui iudicis. Et confirmatur hæc ratio, qm̃ quantumuis ille me iurare cogat, quod pecuniam pro sacramento tribuo, nihilominus salua est mea suprema intentio quod hoc facio ad redimendam uexationem, ubi idq. nulla subest in iuramento falsitas. Quapropter nisi mea me fallit inscitia, sentẽtia hęc de redimenda uexatione non aliter defensari potest, q̃ per distinctionem emendi uẽdendiq. sacr̃m. Itaq. etsi vẽdere sacr̃m, & rem quamcunq. spiritualẽ, sit penitus intrinsece malum, adeo ut neq. ad redimendam uexationẽ, neq. ulla excogitabili cã fieri possit licite, pretium tñ pro illo offerre dicendum est, non usque adeo esse intrinsece malum. quin extrema necessitas illud permittat. Cuius aliquale exẽplum est ĩ mutuatione sub fœnore, q̃ intrinsece mala est & in receptione, quã põt excusare necessitas. Neque ullum potest contra argm̃ peti a Simone Mago, qui de emptione gratiæ condemnatur. Nam ille id emere uoluit, ut potestatem haberet reuendendi. Qua ratione fœdissimam gratiæ irrogauit iniuriam. Qui autem ratione modo dicta precium pro sacro offert, non ea intentione id facit, sed ex ueneratione pręcepti baptismi, & summa ęstimatione gratiæ sine qua credit neminem seruari posse. In summa, sicut dare precium pro sacramento extra extremam necessitatem non liceret, sic extrema necessitas id efficit licitum. Hæc autem omnia eatenus affirmauerim, quatenus ille, qui baptismũ uendere pertenderit, id ne faciat in religionis contemptum. Nam si esset hæreticus, aut tyrannus, qui in religionis ludibrium simoniacam prauitatem persuadere uellet, illudque pretium tanquam confessionem illius falsitatis exigeret, neutiquam tunc liceret eidem pretio dato conniuere. Nam esset fidem diffiteris. Secus si non illa ratione peteret, sed uel propter auaritiam, uel inducens ipse arbitraretur alterum ad malum. Per hæc de adulto facile iudicium sumitur. Si enim arguas, adultum qui baptizati optat habere ius, ut ab altero baptizetur, atque paruulum, eandemque subinde iniuriam perpeti, atque adeo eandem redimere posse uexationem, negatur omnino posse simile. Quoniam in spiritualium simonia multo est adhibenda maior cautio, quam in temporalium usura. In usura nanque grauis necessitas a recipiendi culpa liberat. Sed tamen in spiritualibus propter eorum excellentiam sola extrema necessitas excusat, ne precium offerens consentire alterius simoniam uideatur: atque adeo ne efficiatur eius particeps: adultus uero non laborat necessitate extrema. Neque uero urget si redarguas forsan illum non habere nisi attritionem, quæ per baptismum fieri posset contritio. Nam sua culpa est si dum uidet alterũ nolle nisi sacrilege baptizare, non se mente satis per Dei suppetias ad ipsum uertit. Caue tamen prudẽs ulla te ex his, quę dicta sunt suspicio tangat, licere cupiam, quamuis dignissimo, ad suã redimendam uexationem, uel electorib. uel Antistiti quidpiam tẽporale offerre, ut eligatur, esset n. aperta simonia

Argu.

Caieta.

Argu. contra Caieta.

Solutio auctoris.

Ad argumẽtum factum.

Limitatio solutionis. ꝓximę.

Argumẽtum alterũ.

Solutio.

Replica.

Solutio.

Ad secundū principale.

ut infra patebit quæst. proxima Ad secundum argumentum bene S. Thom. respondet sacerdotem pro Missæ sacrificio non præmium, aut mercedem operę suscipere, sane quod simoniacum esset, sed eleemosynam ad sustentationem. Ad illam namque superius præfixam distinctionem respiciendum est inter sustētationē, & mercedem operis pro labore. Sed nunquid fas erit de eleemosynæ quantitate ad sustentationem paciſci? Apparet enim, non licere. Quoniam suspicio inde suboriretur, sacerdotem præcio rem diuinam æstimare. Respondetur, si rem nude secundum suam naturam expendamus, non uidetur esse illicitum, quod sacerdos nollet celebrare, nisi ubi uictus suppeditaretur, idq. ei explicaret, qui pro se petit rem fieri diuinam. Qua utique ratione supra cōcessimus, posse sacerdotem duas pitantias pro uno faciendo sacro suscipere. Attamen de quantitate contendere uix citra scandalum fieri posset propter ratione adductam. Quapropter id supereſt impræsentiarum admonendum de usu quodam inserpere incipiente, quod si antiquis patribus innotuisset, arbitror dehortarentur obnixe, & execrarentur. Fertur namq. in nōnullis ecclesiis ab episcopis eleemosynam, quæ pro una Missa offerēda est sic taxari, ut sacerdotes sub anathematis censura inhibeant, ne minorem suscipiant. Quod si quis in testamento eleemosynas pro certo Missarum numero legauerit, taxata pro singulis eleemosyna sub eodem censura hæredes testamentorumque executores compellunt, ut eandem augeant eleemosynam. Quod profecto nescio, quomodo citra scandalum, citraque iuris uiolationem fieri quæat. Fateor equidem posse, debereque episcopum plebem instantius admonere, ut pro sua quisque facultate, proque temporum ratione eleemosynam Missæ augeret, quo se sacerdos sustentare ualeret. Sed tamen lege, & plebem perstringere & plebanos arcere, ne minori præcio celebrare possint, è diametro rationi eleemosynæ aduersatur, quæ libera esse debet, & imaginem induit premii mercedisq. pro sacrificii celebratione. Nota uerbum S. Thom. in præsenti quæst. art. 3. inter soluendum secundum argumentum. Illicita enim, inquit, esset ordinatio. Quod si redarguas, Antistitem posse sustentationis stipendium taxare, distinguitur. Et enim quod id possit pro obligatione, qua se sacerdos stringit ad capellaniam, & ad seruitiū in tempus, uel in perpetuum, fateor, sed tamen taxare pro singulari Missa, quæ non est obligatio, sed simplex actio. Do, ut celebris, idque sub tali censura, ne minus dari, aut recipi possit, profecto ius non uideo, sed scandalum.

Scrupulus.

Rñsio.

Ad tertium reſpondetur, quod in absolutione ab excommunicatione pecunia non penditur in pretium rei sacrę, sed in pœnam delicti.

Ad tertium.

Ad quartum respōdetur, quod ubi prisca inoleuit consuetudo, ut pro eiusmodi actibus hierarchicis aliquid retribuatur credendum est, illud ceu sustentationis stipendium fuisse introductum. Quia ideo ratione illud nefas non esset percipere. Vbi autem id quasi actionis pretium soluitur, nulla consuetudine fit licitum, ut habetur cap. Cum in ecclesiæ, de simonia ubi pro uniuersis huiusmodi actionibus prohibetur quid quam percipi. Nam cum simonia uitium sit contra naturam, nulla in contrarium uim habet cōsuetudo. Quare huiusmodi moribus attente cauenda est species mali. secundum uerbum Apostoli 1. ad Thessalonic. 2. Ab omni specie mala abstinete uos.

Adquartum.

Ad quintum respondit D. Thom. ante quam quidpiam iuris ad episcopatum, uel ad aliud quoduis sacerdotium uel dignitatem per electionem, uel prouisionem acquiratur, simoniacum esse crimen aduersantium obstaculo pecunia propellere. Sic. n. uiam ubi homo sterneret ad rem spiritualem mercandam. Sed postquam ius alicui acquisitum est, licet per pecuniam id iusta impedimenta remouere, nempe si aliqui obstarent, ne electus confirmatore adiret, aut in possessionem admitteretur. Priorem autem pertem sic intellgito, ut quemadmodum libro quarto de impedie te ab eſlecutione beneficii dicebamus, illos excipias qui uim inferunt. Si enim quis etiam ante electionem, ne dignitatem peteres, te in carcerem obtrudetet, aut electorū quem libet, ne te eligeret, portò pecunia illam redimere posſes iniuriam. Secus si per ambitum, & palpationem, & quam subornationem dicunt, te procuraret excludere. Neque uero, ut supra diximus, cōfirmatorē, qui te cōfirmare renuet

Ad quintum.

Licet pecunia redimere uexationem ab eo, qui per uim electionem ſtudet impedire.

ret

ret pecunia eam offerre possessor: ob id, vt supra dicebamus, quod non solum potest obesse, verum & prodesse. Quapropter largitio illa emptionis speciem exhiberet. Quod in alioquin te impediebat non reperitur. Et forsan neque ab illo, qui te in possessionem missurus est, vexationem redimere licet: nam possessio aliquid est spirituale, quod tu mercari videris. Quāuis de possessione non sit res adeo certa, ac de confirmatione. Circa hæc autem insurgit non subijciēdum dubium. Vtrum ad cauendam iniquam electionem, quæ ecclesiæ nocua est, & perniciosa, liceat pecuniam offerre. Caietanus in illa nona quæstione primi quolibeti asserere non formidat, in electione Pontificis maximi si liquido constiterit electionem in indignum inclinare, & ecclesiæ pestilentem, licere oblato pretio eiusmodi electionē cauere: hoc.n. esset ecclesiæ uexationem redimere. Sed tamen ad eligendū, inquit, bonum, id non licet. Et quidē vsque adeo in priorem sententiæ partem arbitror cōsentiendum, vt etiam posteriorem crediderim esse temperandam. Enim verò tanta pernicies est, & atrox ecclesiæ diuexatio, si non eligatur dignus, ac si eligatur inpignus, quoniam inter hæc non est medium. Quocirca vbi duo essent tantum, inter quos nutaret electio, quorum vnus esset dignus, & alter indignus, vt liceret pretio indignum repellere, licet profectò electionem ad dignum inflectere: quia repulsio vnius esset alterius electio. Arbitror.n. vt supra dicebam quòd licet huiusmodi spiritualia vendere omnino sit intimè malum, redimere tamen non vsque adeo, quin extrema necessitas licitum id possit facere. Quapropter vbi multi essēt digni, neutiquam liceret pretio ambire vnius electionem. Immò quamuis alij essent alijs digniores, non liceret id in fauorem dignissimi facere: quoniam vbi dignus speratur eligendus, non ingruit extrema necessitas eligendi alium, quæ sola huiusmodi largitionibus simoniam abstergit. Ad sexum denique respondendo reprehendit D. Th. quosdam, qui pro matrimonio affirmant licere pecuniam recipere, ac si non esset sacramentum, gratiæ collatiuum. Et fuit opinio Bernardi in apparatu, super capitu. Cum in ecclesiæ. de simonia vbi ait quòd quamquam pro benedictionibus nubentium pecuniam recipere non liceat, tamen pro matrimonio non est illicitum: eo quòd etsi sacramentum sit gratia tamen non confert. In cuius opinionis suspitionem venit apud quosdam magister sententiarum: propterea quòd in quarto dist. 26. non explicat idem sacramentum aliter quam in remedium ex institutum. Sed neque Durādus super eandem dist. eidem opinioni connuere est veritus. Est tamen error plus quā falsus: vt in ibi Doct. ferè concludunt. Do talis ergo pecunia vxoris pro matrimonio confertur, non quatenus sacramētum est, instrumentalisque adeo gratiæ causa: sed quatenus est officiū naturæ, cuius vtique onera sine sumptibus fieri nequeunt.

Dubitatio.

Caiet. assertio.

Magister sententiarū.

Durād.

ARTICVLVS II.

Vtrum pro spiritualibus actionib. dare, ac cipereque pecuniam sic licitum.

COnsequenter de alio spiritualiū ordine arguitur: nempè q; pro actionibus spiritualibus fas sit pecuniam tum dare, tum etiam accipere. Vsus enim prophetiæ est actus spiritualis, pro quo tamē quondam aliquid offerebatur: vt 1. Reg. 9. de Saule legitur: & 3. Reg. 13. de Iosia: ergo non est illicitum. Secundò: Oratio, prædicatio, atq; adeò diuinæ laudes, actiones sūt inter spirituales præcipuę: sed ad impetrādum orationis suffragia licet munerum benenolentia viros iustos, præsertim egenos conciliare: iuxta illud Luc 16. facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Mox, & verbi ministris: puta prædicatoribus spiritualia seminantibus, temporalia, secundum Apostoli constitutionem 1. ad Cor. 9. debentur. Deinde & diuinas celebrātibus laudes, & psalmos, & ecclesiastico ritu processiones, & mortuorum exequias, aliaque id genus facientibus sua quoque stipendia decernuntur: & nonnunquam annui redditus: nulla ergo iniquitas est, pro eiusmodi spiritualibus actionibus stata percipere præmia. Tertiò: Scientia est res quędam spiritualis, cū sit ad docendum facultas, sicuti prælati potestas ad corripiendum, suumque dispensandi munus: tamen pro vsu scientiæ mercedem suscipere, nihil habet absurdi: licet.n. & Doctori, & Aduocato, & Medi-

Primū arg.

Secūdū.

Tertiū.

dico suas pretio locare, & vendere operas ergo pariter prælatus pro sua spirituali
Quartũ functione recipere potest pretium. Quartò: denique arguitur. Religio status est spiritualis perfectionis: & tamen solent in monasterijs, præsertim sanctimonialium, non aliter ad religionem vt gestus admitti, quam si dotes secum afferant: ergo licitum est pro huiusmodi actib. rem aliquã, tum tribuere, tum etiam accipere. Cõtra-
Cõciliũ Toleta. rius autem extat canon. Cõcilij Toletani vndecimi 1. q. 1. cuius initium est: Quidquid inuisibilis gratiæ consolationi tribuitur nunquam quæstibus, vel quibuslibet præmijs venundari debet: dicente Domino: Quod gratis accepistis, gratis date. hæc autem spiritualia, quæ recensita sunt, per inuisibilem gratiam tribuuntur: ergo nefas est pretio illa dispensare.

Post sacramenta quibus gratia gratum faciens confertur aliũ spiritualitatis gratum obtinent, vt supra diximus, actiones illæ quæ ad gratias gratis data spectant: quæ videlicet, vel ex eadem gratificante gratia procedunt, vel ad illam adipiscendam animum præparant. De quib. ideo eisdem duabus conclusionibus, quibus de sacramentis respondetur. Prior est: Non
Prima conclusio. modo licet, verum necessarium est eos, qui huiusmodi actionibus spiritualia charismata administrant, à populo sustentari. Hæc iam supra satis superque demonstrata est. tum naturali ratione, tum etiam
Paulus. & Paulino testimonio 1. ad Corint. 9 vbi ait: Quis militat suis stipendijs vnquam, & de lacte gregis non manducat? Posterior: Vendere, aut emere id, quod in huiusmodi actibus spirituale est, sacrilegium
Postrema conclusio. simoniacum existit. Hoc palam est: neq; alia post superiorum intelligentiam probatione indiget. In his ergo ait D. Th. primum omnium cauendum esse, ne intentio emptionis, aut venditionis spiritualiũ animum occupet: cuius tunc maxime iudicium prodiret si vsque adeo exigeretur præmium, vt offerre nolentibus spiritualia ipsa munera subtraherentur, quæ exhibenda essent. At vero postquam gratis prius exhibentur, licitè, inquit, possunt statutæ, consuetæque oblationes à nolentibus, & valentibus soluere auctoritate superioris exigi. Circa conclusiones istas ali
Dubiũ graue. quantulo maior sese offert dubitandi ra-
Rõ dubitandi tio: an pro laboribus huiusmodi muneribus annexis licear aliquid pretij recipere, quam pro administrationibus sacramentum: nam in istis videntur labores, & operæ quodammodo esse distinctæ ab spiritualibus: vtpote cantare, siue vocibus, siue organis, aut aliis instrumentis: ire processionaliter ad deducendum funus, aliasq; illic celebrare exequias, quæ simpliciter ad sepulturam non sunt necessariæ. Item studere ad prædicandum, ad consulendũ, ad visitandum subditos, cognoscendasq; eorum causas: qui quidem omnes labores videntur posse mercede locari. Quapropter auctores offendas complures concedentes pro eiusmodi laboribus posse pretium recipi quantum ex natura rei: nisi quia exterius præ se ferunt effigiem mali. Attamen opinio hæc non est satis circumspecta. Nam pacta in istis non sunt solum mala: quia ab ecclesia prohibita: sed quia sunt ex natura sua mala, ideo prohibita. Igitur primum omnium supposita illa trifida distinctione superiori quæ inter pretium spiritualium, quod neutiquam licet, substentationemque sacerdotum, & operarum mercedem posita est: notandum restat discrimen inter administrationem sacramentorũ, & alias spirituales actiones: nẽpè quòd in sacramentali functione neutiquam carere posse specie simoniæ, alia soluẽda iura & oblationes instituere præter decimas, vel illos reditus, qui ad sustẽtationẽ instituti sunt: pro aliis vero actionibus secundi ordinis solent alia institui, mercedis formam habentia: vt pro exequiis mortuorum, pro cantoribus, quin ẽt pro prædicatoribus pro processionibus, atque id genus aliis. Et ratio discriminis est, quòd eiusmodi actiones non sunt tam necessario annexæ spiritualibus, haud n. tanta funeris pompa ad sepulturam est necessaria: neque cantores musici ad rem celebrandam diuinam. In huiusmodi ergo actionibus, quibus misceri assolet temporale quidpiam, discerniculo opus est. Nam quando temporale illud non est ad spirituale necessarium, nulla interuenit simoniæ species, si pro mercede ex pacto fiat. Quare cantores & organorum musici absque scrupulo possunt suas locare operas. Est enim officium illud spiritualibus, accessorium. Atque huic membro Cajetan. & nonnulli alii adiungunt aduocatorum, doctorumque operas de quibus

Discrimẽ inter administrationem sacrorũ & alias spirituales actiões. Solutio proximæ dubitationis.

tamen

tamen illico nos in solutione tertij. Quando vero id quod principaliter quæritur, est spirituale, nō licet pro illo quidquam, mercedis loco percipere: vt pro psalmis ipsis diuinis, pro necessarijs orationibus, & pro mortuorum necessarijs exequiis. Sed tamē hæc ad medendum ignorantium conscientiis, ad normam conclusionum supra positarum expendenda sunt. Diximus enim secundum D. Thom. quod oblationes dictis actionibus constitutas, non licet eo rigore exigere, vt non soluentibus spiritualia subtrahantur, quæ exhibenda sunt. Exē pli gratia: si Plebanus nollet mortuum sepelire, nisi iura sibi consueta prius penderentur: quia sepultura necessaria est scandalum daret, speciemque simoniæ præ se ferret. Si autem illi qui funus curant, volunt cum magna pompa suum humare mortuum, non tenetur pastor gratis illud exequi: & ideo licitè potest consueta iura exigere. Sed tamen quia & hæc ordinem etiam spiritualium suo modo attingunt, ca uendum est scandalum, saltem antequam officium sepulture officium persoluatur, vt hic admonet D. Thom. Hic autem admonendum meritò duximus, quam sint scandalosæ, ac sacrilegæ extorsiones clericorum aduersus monacorum iura, Christianorūque libertatem. Reperies enim diœceses vbi clerici nolunt eum qui in monasterio sepulchrum optauit, cum pompa illuc ducere: adeo vt nonnunquam neque crucem important, neque psalmos canere velint, quod profectò religio Christiana abhorret. Nam cum vnicuique liberum sit sepulchrum pro sua deuotione vbi maluerit eligere, non sunt defunctorum voluptates per illas extensiones cohibendæ. Postremum hic dubium restat tractandum de canonicis, atque aliis clericis qui ad horas canonicas in ecclesiam non nisi stipendij gratia concurrunt, vtrum simoniæ vitium cōtra hanc. Ad hoc D. Thom. quoli. 8. quæst. sexta, seu art. 11. respondet: quod si stipendium sit finis intentionis celebrandi diuinum officium, simonia committitur: quoniam tunc stipendium habet rationē pretij, quo non est licitum vendere rem spiritualem, quale est diuinum officium. Si aūt principalis intentio nō sit nisi diuinus cultus, tēporalis vero fructus sit accessorius, tā quam ad sustentationem necessarius non est simonia. Hæc autē solutio nisi sanè intelligatur, scrupulis punget humanas conscientias. Videtur. n. hic D. Tho. vt simoniacos condemnare quotquot ad ecclesiā ire pergunt, intuitu nummulariæ distributionis, alias nequaquam ituri, quod profectò durum est creditu. Item, vt supra de receptione puellarum ad velum moniale arguebamus, necessitas rei familiaris impertinens est, vt quod alioqui simonia non esset, eodē notetur vitio. Nā simonia in hoc prorsus consistit, vt spirituale vendatur, siue a paupere, siue a diuite. Quare idem propositum quod locupletem faceret simonia cum, faceret & inopem, quod excusaret locupletem, saltem a simonia: quidquid sit de auaritia. Resolutio ergo est, quod ire ad ecclesiam tempore: quo clericus alias non tenetur, tantum distributionum caussa: ita vt alias non iret, non est vera simonia, nisi intenderet pro re spirituali pretium recipere modo supra exposito. Peccaret ille clericus nihilominus grauiter contra suum ordinem, & institutionem qui nunquam vel raro ecclesiam viseret nisi illa de caussa, & qui in genere non haberet præcipuum propositum frequentandi ecclesiam propter diuinum cultum, cuius solius gratia præbendarum iura instituta sunt. Imò verò qui cultum ad temporalem mercedem tanquam ad finem referret, peruersam, sacrilegamque haberet intentionem contra legitimum rerum ordinem, qui est, vt beneficium sit propter officium.

Ad primū igitur respondetur, q̄ quēadmodum nos pro rebus sacris, ita prisci solebant bonis Prophetis spontanea munera offerre, vt Hieron. super Micheā adnotauit: sicuti & de Damiano eius tradit historia qui pro dono sanitatis vltronea munuscula penè innitus accepit. Petere autē nefas est: vt patet de Giezi quem Eliseus de postulato à Naaman pretio pro dono sanitatis acriter obiurgauit. Secundum argu. triforme erat. Ad cuius primum membrū de eleemosinis quæ pauperibus pro eorū suffragijs precationumque subsidiis erogā tur. Respondetur non esse licitas in pretium eiusmodi subsidii: quod re vera spirituale est: sed donantur in ipsorum pauperum alimoniam. Vtrum vero tertio modo quasi pro localis operis ad orandum liceat de mercede pacisci aliqs forsan hæsitaret. quando, quidē cantoribus musicis id liceat. At vero hoc affirmare nō auderem. Est. n. discri-

Clerico rū sacrilegæ extorsiōes.

Postremū dubium.

Solutio auctoris

Ad primū arg.

diſcriminis multum. Quoniam muſica (vt diximus) non eſt ad ſacrorum celebrationem neceſſaria. In oratione verò non diſtinguuntur labor & opera ab ipſo ſpirituali munere. Immo labor eſt ipſiſſimum ſpirituale officium. De prædicationibus autem in dubium euocari non debet vtrum poſſint pretium pro functione ipſa recipere: eſſet enim aperta ſimonia: vt de oratione modo dicebamus. Neque eſt ſimile de ſcientia, quæ vendi poteſt: nam in ſcientia etiam Theologia humanitus acquiſita, nõ æſtimatur niſi merum ſubſidium temporale: puta intellectum dirigere, inſtituere, & illuſtrare. Munus autem prædicationis eſt non ſolum intellectum illuminare, ſed id facere ſecundum donum Spiritus ſancti, atque adeò ſecundum eius gratiam expurgare corda, animoſque ſurſum prouehere, diuinoque amore conſolidare, & perficere. De quibus ideò doctorib. intelligitur verbum illud apoſtolicum ad Epheſ. 4. Et ipſe dedit quoſdam Apoſtolos, alios paſtores & doctores, ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti. Et ad Rom. 10. Quomodo prædicabunt niſi mittantur? Itaque ex duplici capite nequit prædicationis functio pretio vendi ſcilicet & quia ſpiritualis res eſt, & quia diuina delegatio: quod ideo officium illorum ſpiritualium numero cõprehenditur, de quibus ait Chriſtus. Gratis accepiſtis, gratis date. Vnde gloſ. ſuper illud Tim. 5. Qui bene p̃ſunt presbyteri, &c. Neceſſitatis eſt accipere vnde viuitur, charitatis eſt præbere, non tamen venale eſt euangelium vt pro his prædicetur. Quo circa vt de oratione nuperrime dicebam⁹, non poteſt concionator laborem ipſum prædicandi & operam quam in ſumit pro ferẽdo verbum mercede locare: quoniam labor ipſe res ſpiritualis eſt. Solum ergo poteſt honeſtam ſuſtentationem recipere, & pro victu qui ad laborem ſtudij ſuſtentandum neceſſarius eſt & pro librorum ſumptu. Neque vero ſimoniacam labem contrahit ſi quando prædicatio nõ eſt prorſus neceſſaria, mauult verbum ſeminare vbi melius ſuſtentetur: Imò & ſi illic concionari renuit vbi victum ſibi non ſperat ſuppeditandum, culpam non cõmittit. Eſt tamẽ ſemper cauendum ſcandalum, idque potiſſimum monachis. Tertium demũ mẽbrũ erat de laudibus diuinorum officiorum, tã pro viuis quam pro defunctis: de quo ſatis dictum eſt. Pretium namque nunquam eſt licitum, ſed ſuſtentationis ſtipendia: atque alia præterea iura (vt explicumus) quaſi mercedem operarum, quæ non ſunt omnino neceſſariæ, ſed ad pompam pertinẽtes. Sed & verbum nihilominus D. Thom. notandum eſt ſ. q̃ non licet pactum facere, neque mentem habere recipiendi pretium emptionis. Vnde illicita eſſet, inquit negatoria illa lex, q̃ proceſſio in funere nullatenus ſine certo pretio fieret, quippe qua via præluderetur ne gratis eiuſmodi pompa fieret. Atque adeò ſpecimen haberet exactionis, quod quidem, vt diximus, multo eſſet abſurdius in celebratione Miſſarum. Non tamen haberet eandem abſurditatẽ affirmatoria, conditionaliſque lex. Vt ſi quis talem obtulerit eleemoſinam, talis ei pompa, quæ non eſt neceſſaria exhibeatur Haberet quippe eiuſmodi lex ſpeciem gratuitæ retributionis. Ad tertium argumentum, quia prælatorum hierarchias functiones cum doctorum ſcientia, & aduocatorũ conſilijs conferebat, per diſtinctionem reſpondetur, quandoquidem diuerſa eſt rõ. Antiſtites namque ceterique eccleſiaſtici p̃fecti virtute poteſtatis ſibi cõmiſſæ, rõneq; ſtipendij ad ipſorum ſuſtentationem conſtituti, obligantur ſuas adminiſtrare prouincias. Quocirca qui pro vſu eiuſdem poteſtatis aliquid vltra reciperent, non tam pro operis, quas gratis debent, id intelligerentur ſuſcipere. quam vendere vſum ſpiritualis gratiæ. Vnde colligit D. Tho. q̃ nulla diſpenſatione licitum eis eſſe quippiam accipere, neque pro hoc q̃ dices ſuas committant, neq; pro correctione, aut pro eo, q̃ non corrigant. Nomine autem diſpenſationis, non ſolum legis relaxationem intelligas, vt vulgò verbum ſonat, ſed oẽm etiã ſpiritualem adminiſtrationem. Pretium ergo recipere vt cum aliquo ſubdito diſpẽſetur, in lege manifeſtaria ſimonia eſt: nã pro cauſa diſpenſare, ad ſpiritualem gubernationem attinet: quæ per gratiam fit Spiritus ſancti. Eſt enim paſtoris officium, de quibus ait Paul. Alios autem conſtituit paſtores, & ideo gratis fieri debet, ſicuti correctio, & eruditio. Si autem abſque cauſa fit, iniqua eſt, atque eo longè deterior, quòd pretio venditur. Neque vero vllus eſt paſtorum tam mentis inops, a minimo vſque ad maximũ, qui hoc non intelligat.

Prædicationis functio ex duplici capite nequit p̃tio vẽdi.

Ad tertium.

Sed

Sed exactiones illas quę in diſpenſationibus fiunt, neſcio quo alio fuco meruſtant. Appellant enim compoſitiones, & quaſi commutationes legis: vt qui à legis vel voti onere excipitur, alterum ſubeat ipſi viderint. At verò pretio cum ſubdito paciſci vt non corripiatur, magis eſſet nefandum facinus, putà cum licentia illi fieret impunè delinquendi. Addit autem D. Tho. licere prælatis dum ſubditos viſitant, ſtatas procurationes percipere: non quidem tanquá correctionis pretio, quæ proculdubio ſpiritualis res eſt ſed quaſi debitum ſtipendiũ In quo quidem verbo duo ipſe mihi obſeruo. Prius, quod re vera viſitationum ſtipendia ob id cenſetur licita, quod prelati per ſeipſos viſitare deberent greges ſuos, vt vultum pecoris agnoſcere poſſent, & vocem audire: ſecundum verbũ Chriſti: Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ: nam alios mittere, qui dum axat mercedem corradant, nulla mercede dignum Poſterius, quod hic obſeruauerim, eſt quod cum eiuſmodi ſtipendia ſuſtentationis gratia fuerint conſtituta, illic præcisè videntur puriſſima conſcientia exigi poſſe, vbi epiſcopatus non ſint nimium pingues. nam vbi decimę abundant, profectò non eſt vſque adeo tutum. Ad ſecundum membrum argumenti, quod ad ſcientiam pertinebat, bimembri D Thom. reſponſum reddit. Qui enim inquit, officium non ſuſcepit ratione cuius ſibi incumbat alios docere, licitè poteſt pretium ſuæ doctrinæ percipere, non quaſi veritatem aut ſcientiam vendens, ſed quaſi operas ſuas locans. Cui autem ex officio illud incumberet, ſi aliquid pretij reciperet, intelligeretur, inquit, veritatem vendere: & ideo grauiter peccaret. Locus hic D. Tho. cõtra nos ſtare cuipiam forſan videbitur qui quęſtione pręcedenti, contra quam multi cenſent mõſtrare nitebamur licitè poſſe ſcientias, artes q; acquiſitas pretio doceri. Ait ſi quidem non licere ei recipere pretium pro veritate aut ſcientia, ſed quaſi operas ſuas locans. At verò potius nobis fauet tantum abeſt, vt ſit contrarius. In primis enim veritatis doctrinam non omnino cenſet ſpirituale, aliàs neque operas locare liceret: vt de ſacramentis, & prædicationibus: & orationibus dictum eſt, ſed tantum ſuſtentationem recipere. Et tamen doctori etiam ditiſſimo licet operas ad iuſtum locare. Atqui vbi ſcientia eſt excellentior: & qui docet, peritior & lucu lentior, carius eaſdem æſtimare. Item etſi pro veritate dicenda nihil petijt liceat recipere (vt lib. 5. q. 8. de teſte diximus) eo quod cùm mentiri nefas ſit, nemini licet niſi verum fari aut docere. Tamen pro eadem ueritate ex ſuis principijs eruenda, ac ſubinde diſſerenda, elucidanda, prælegenda & releganda, non dubium quin liceat pretium recipere. Quinetiam (vt ſupra diximus) etiam ſi ſine vllo labore id fieri poſſet, liceret illud vendere. Sicuti ſi quis alium doceret ſcribere aut pingere: quia illud non eſt ſpirituale, de quo loquimur, ſcilicet quod gratis accepimus, vt gratis demus, ſed tantum ratione ſubiecti. Imò uerò neque Theologia ſic eſt ſpiritualis: quoniam etſi ſcripturarum fides donũ ſit gratias datum, atque etiam ſcientia Apoſtolis ad prædicandum infuſa, quam ideo vendere illis nefas fuiſſet: tamen illã quam in ſcholis diſcimus, humanitus acquirimus. Idem & de aduocatorum conſilio cenſendum: vbi certè nihil ſpiritualitatis vitiatur, etiam ſi ditiſſimus pretio illud perhibeat in cauſſis agendis Imò quamuis pauperibus pretium extorqueat, nullã committit ſimoniam, tametſi præceptũ miſericordiæ violet. Secus de correctione fraterna & conſilio ad leuandum mœrorem afflicti hominis: talis enim officia, porrò quæ per ſe ad ſalutem animi referũtur ſpiritualia quidem ſunt, & ideo gratis impendenda Secundum item verbum D. Tho ſcilicet quod qui ex officio docere tenetur, non põt pretiũ recipere. Hoſtien. ſuper cap. Quia nonnulis. de magiſt. eo vſque protendit, vt ſentiat nemini qui publico ſtipendio prælegit, fas eſſe peculiarem aliam mercedem exigere: hoc autem gratis dictum eſt. Nihil enim vetat quominus qui non teneretur niſi vnam facere lectionem, pro alia precium recipiat. Sed quod D. Tho. ait exemplo ipſe protinus pandit ſecundum tenorem dicti cap. quia nonnullis. nempè quod ubi eccleſia habet canonicatum aut certum ſtipendium decretum pro cathedra, ille qui illam regit, gratis docere obligetur pauperes, Neque tamen cõtrafaciens ulla ideo ſimoniæ labe denotatur ſed, qui pro facultate quam facit docto ri ad legendum prætium, exigit, à beneficio Eccleſiaſtico iubetur eſſe alienus. Ad

Viſitationum ſtipẽdia tũc licitè percipiuntur cũ prælati per ſeipſos viſitant & aliunde non habent cõgruã ſuſtentationem

D. Tho.

Explanat mẽs D. Tho.

quar-

quartum argumentũ de religionis ingreſſu, tripartita eſt reſponſio. Primum.n. conſtitutiſſimum eſt, pro ingreſſu, hoc eſt pro profeſſione, neutiquam fas eſſe pretiũ aut exigere, aut offerre. Porro quod religionis cultus res ſit ſpiritualis, ad quam ideo prælatus volentes gratis gratenterq; recipere debet, vt pote quod illud ſit inſtitutum beneficium diuinum. Tex.n. extãt in can. Quã pio. 1. q 2. & in c. de regularib. & c. quoniam, de ſimonia. in declarantes. Itaq; ſpiritualitas per quam in ingreſſu religionis attenditur ſimonia, non eſt inde perpẽdenda q; religioſi aliqui ex decimis viuant & bonis eccleſiaſticis: poſſunt.n. decimæ titulis ſecularibus applicari, putà regibus aut ducibus ad propugnãdam eccleſiam: præterquã quòd ſunt religioſi nullis talibus fruentes decimis aut ſpiritualibus oblationib. Sed ratio ſpiritualitatis in hoc conſiſtit, quod profeſſio ipſa & religio inſtitutio Chriſti eſt, vt volentes eum ſequi, gratis, admittatur. Secũdum aſſertum eſt, quod vbi monaſterium eſt tenue, nec ad tantum numerum nutriendum ſufficiens, nulla eſt ſimonia aliquid pro victu & veſtitu, recipere. Exemplum qualecunq; poſſumus in matrimonio ponere. Pro illo namque quatenus eſt ſacramentum nil poteſt vir ab vxore recipere: poteſt tñ id admittere ad ſuſtinenda eius onera. Ex hoc tertio fit conſequens, neq; eſſe ſimoniã, ſi illa iter moniales libentius ſuſcipiatur, quæ ex ſua deuotione largas eleemoſinas monaſterio fuerit elargita. Sicut & econuerſo licitum monialibus temporalia impendendo beneficia, ſeculares ad deuotionem allicere, vt ſanctimonialem habitum induant: tametſi non poſſint pretium dare vt tale capeſſant religionis inſtitutum. Circa ſecundam concluſionẽ dubia exurgunt exigua;

Primũ dubiũ. Primum vtrum quando monaſterium eſt locuples, vt poſſit perſonas quæ recipiuntur alere ſimoniacum ſit pretium exigere.

Argu. Extat enim à parte affirmatiua argumentum, quod cùm non alia ratione eiuſmodi exactio iuſta ſit quam propter monialiũ alimentum, vbi illud aliunde ſuppetit, apparet pretium pro ingreſſu religionis exigi.

Solutio Quod quidem argumentum Docto. ſequitur canonici iuris, vt eſt videre apud Sylu. verbo ſimonia. § 15. in eandem affirmatiuam ſententiam cogit. Reſpondetur nihilominus, opulẽtiam monaſterij nihil prorſus facere, vt quæ in paupere non erat ſimonia, ſit in diuite. Et ratio eſt patentiſſima: nam ſimonia ex obiecto ſpeciem ſortitur: nempe quia ſpirituale venditur, puta profeſſio ipſa & locus in religione. Si autẽ illud cauetur. & pecunia non niſi pro victu recipitur, etiam ſi monaſterium illo ſubſidio nullatenus egeat, poterit quidem eſſe peccatum auaritiæ, non tamen ſimoniæ. Sed hoc tantum fatendum eſt, quod præſumitur ſimonia: nam ſi victus eſt abundans præſumitur pecuniam recipi pro ingreſſu vt probè illic conuenit Syl. Quocirca monaſteria ditiſſima, quæ pauperes recipere abſque pretio renuunt, eodemque ingenti profectò citra ſcandalum facere id non poſſunt: tunc maxime, quando videntur pecuniam recipere, non pro ſuſtentatione ſed alijs de cauſſis: nempe quia puella non eſt tam bono ſanguine orta, aut alia notata infamia aut deformitate. Hæc enim pretio in conuentu æſtimare, vix à ſimoniæ macula eluj poteſt: atq; hoc demum, ſi conuentus vt ſuam amplitudinem & magnificentiam clariorem reddat, auctiora exigunt pretia.

QVÆSTIO VII.

DE SIMONIA IN SACERDOTIJS ac dignitatibus conquirendis.

S. Tho. 2. 2. quæſt. 100. art. 4.

ARTICVLVS I.

Vtrum pro ſacerdotijs atque alijs prebendis quæ ſpiritualibus ſunt annexa liceat pretium percipere.

Primũ argum. POſtquam de rebus ſpiritualibus puta ſacramẽtis deq; alijs ſpiritualibus actionib. diſputatum eſt, ſubſequitur vt ratione ſimoniæ circa ſacerdotalia, prebendaſq; ac dignitates, quæ eiſdem functionibus mancipantur, examinemus. Apparet enim iſtorum mercatum, nulla ſordeſcere ſimoniæ macula: quoniam ſi hæc emere aut vendere, ſimoniacum eſſet, eo vel maximè quod ſunt ſpiritualibus actionibus coniuncta: ſed hac ratione nullam rem temporalium liceret vendere: quia cum omnia tẽporalia mundi fuerint

fuerint propter spiritualia condita, cuncta censentur spiritualibus annexa. Secũdò: Sacrorum vasa, sacratęq; vestes inter ea, quę spiritualibus connectuntur, cõnumerantur: calicem autem ad occurrendum Ecclesiæ necessitati vendere licet, & sacras vestes: ergo liceret etiam Pontifici Maximo, vbi Ecclesia graui pręmitur necessitate, episcopatum, aut quodvis aliud sacerdotium, pretio conferre, dummodo conferretur digno Tertio arguitur: Inter spiritualibus annexa ascribuntur ius sepulturę, ius patronatus, & secundum antiquos, ius etiam primogeniturę: eo quòd tunc ius sacerdotale erat illi coniunctum. Sed Abraham emit ab Ephron speluncam duplicem in sepulturam, vt Genes. 23. memorię proditum est: & Iacob à fratre suo misera lenticula ius emit primogeniturę, vt eodem libro cap. 25 legitur. Ius pręterea patronatus transit cum re vendita, & infeudum conceditur. Item decimę quibusdam sunt regibus ac militibus concesse, à quibus rursum, & redimi possunt. De inde, & pręlati prębendarum fructus, quos alijs conferunt, in tempus retinent, vt Papa medietatem annatis: etiam si prębendę spiritualibus sint annexe; ergo sacerdotiorum mercatus in vitium simonię minimè impingit. In contrarium autem facit cano. Paschalis Pontif sum. 2. q. 3. ca. si quis obiecerit. Cuius verba sunt; Quisquis eorum vendiderit alterum, sine quoneq; alterum prouenit, neutrum inuenditum derelinquit Nullus ergo emat Ecclesiam, vel prębendam, vel aliquid ecclesiasticum: vtpote sine quo spiritualis actio non prouenit. Hęc ibi.

Secũdũ

Tertiũ.

Distinctio.

Ad quęstionem supposita distinctione duabus conclusionibus respondetur. Bifariam enim accidit temporale quidpiam spiritualibus esse annexum. Vno quidem modo, tamquam id, quod ab spirituali dependet: sicuti sacerdotia habere Ecclesiastica, qđ cum clericali officio coniunctum est: de quo vtiq; annexionis genere statuitur prior conclusio. Neutiquam id, quod hoc pacto spiritualibus annectitur est pretio vendibile, imò eiusmodi venditio esset simoniaca. Et ratio est clara iuxta tenorem citati canonis. Nã cũ eiusmodi tpale sine spirituali non transeat, dũ illud venditur, spirituale coniunctim venditur. Alio verò modo id, quod temporale, & spiritualibus est coniunctum, in quantum ad huiusmodi spiritualia ordinem habent, cuiusmodi est ius patronatus, vtpote cuius munus est clericos ad Ecclesiastica sacerdotia pręsentare. Et vasa vestimentaq; sacrorum vsui destinata, de quibus posterior adhibetur conclusio. Illa, quę hoc pacto ad spiritualia referuntur, nulla est simonia vendere, dummodo non quatenus sacrę sunt, vendantur, sed quatenus res quędam. Probatur contrario modo, nam cũ tpalia hęc nihil spirituale p̃supponant, transire in alterius dñium possunt, qui nihil habeat spũalitatis, ut si quis seculariũ villam emat, cui ius patronat⁹ annexum est. Et si calix in massam argenti refundatur, & formam perdat, põt in alterius trãsire dominiũ, qui ex eadem massa põt profanum uas fabrefacere. Circa priorem cõclusionem dubium emergit, tum quod sub obscura est eius rõ, tum etiam q̃ nec satis uř solida. Quare ad luculentiorem eius explicationem inquiritur, quo iure emptio uenditioq; prębendarum, seu simoniaca sit uetita, utrum solũ Ecclesiastico, an uerò diuino. Nam etsi q. 5. de simonia in gñe similem qõnem disputauerimus, ubi uenditionem sacraliũ actionum decisum est iure diuino esse simoniacam, nihilominus de prębendarũ, dignitatumq; mercatu non est tam compertum. Apparet quippe huiusmodi simoniam solo humano, & põtificio interdici, nã sacerdotia hęc nihil aliud sunt q̃ decimarum fructus, quę quidem res sunt merè tpales, ergo non obstãte q̃ sint spiritualibus annexa, pñt ab illa spũalitate se, moueri, & uẽdi, sicuti calicis materia, dũmodo consecratio non uẽdatur, uendibilis est, Mox, etsi decimarum substantia iure diuino sit spiritualibus functionib⁹ addicta, quota nihilominus, ut supra mõstratum est, iure humano est cõstituta, poterit ergo Papa si sacerdotiũ ualet cẽtum ius medietatis uendere, alteramq; Ecclesię relinquere. De hac qõne interpretes can. iuris i diuersas dissecãtur, quas Cai. quolib. 1. q 9. ad tres reducit. Prima. n. eadẽq; extrema est, hm õi simoniã ĩ uniuersum esset de iure humano, q̃ ortũ habuit ex glo. in c. ex parte de offi. de leg. 1. quã illic Ant. de But. & Cardinalis c. 1. de sim.

1. Conclusio.

Postrema conclusio.

Probatio.

Dubiũ.

Caieta. Prima opinio. Glossa. Ant. de Butrio. Cardi.

Secũda opinio. D. Tho.

comprobant. Secunda per aliud extremũ est, omnem simoniam esse prohibitam de iure diuino quam D. Thom. docere hic vr. Et tertia est Panormit. eo ca. 1. de simonia: & rursus in sua repetitione, super cap. extirpandæ. de præb vbi ait, venditionem præbendæ, cui annexa est ordinis administratio, vel clauium executio, simoniam esse de iure diuino: quia id, cui annectitur, eodem iure est spirituale. Venditio aũt præbendæ, quæ non est talibus ordinibus sacris mancipata, tũ est simonia de iure positiuo: quales vtiq; sunt illæ, quę administrationibus hospitaliũ destinatæ sunt. Caiet. vero hoc solo ab hac tertia Panorm. opinione differt, q̃ ait, non solum illam præbendam, quę annexa est executioni ordinis sacri, aut clauium, iure diuino ad simoniam pertinere si vẽdatur, ve ũ & illã, quę annexa est cuicunq; clericatui, citra sacros ordines, puta primæ tõsuræ aut minoribus ordinibus. Et rõ eius est, quia clericatus, inquit, est de iure diuino, sanè cũ omne clericale officiũ in spiritualibus actibus cõsistat: ét prima tõsura. Arbitror aũt istam opinionẽ nec singulas secundum eius opus hic Innocentius primis q̃d ait Caiet. omnẽ clericatum vsq; ad primam tonsuram esse de iure diuino nõ est adeò probabile, quin cõtrarium sit probabilius: immò pluribus certũ, vt 4. Sententiarum disputatur: eq̃quidem nõ sint de sacerdotis essentia. Sed nihilominus inde nõ colligitur opinio Panormitani, q̃ nulla venditio præbendæ, quæ nõ est mancipata functioni ordinum maiorũ aut clauiũ, sit simoniaca iure diuino. Immò cũ Caietano crediderim satis esse, vt sit ratione simplici clericatui, nõ quidẽ p̃p ei⁹ rationem, sed quòd quamuis minores ordines sint de iure positiuo, nihilominus post quàm res vera sunt res sacræ, vendere ius præbendæ illis addictę, est contra ius naturæ, atque adeò diuinum: sicuti de calice, & ara dictum suprà est: quæ quidem res licet iure positiuo sint sacræ vendi tamen pluri ratione consecrationis nequeunt, quin sit simonia contra diuinum ius. Prima autem opinio gloſſæ citati capituli, Ex parte nullam vim in contrarium habet nam in capite illo nulla fit mentio simoniæ, sed hoc solum habetur, quod si quidam Archidiaconus renuntiare suæ vellet præbendæ, daretur certe personæ: vnde infert gl. quod si in alterius fauorem renuntiaret, alias nõ renuntiaturus, esset simonia de iure positiuo. In qua glo. duplex est peccatum Primum, quod falsum asserit: immò dummodo fiat de consensu Papæ, nulla est simonia: nam talis est vniuersalis vsus. Secundo inde inferre, venditionem præbendæ esse simoniam de iure positiuo, nullam hẽt apparentiam: quamuis neq; hoc in gloſſa habeatur. Igitur quò ad declarandam vim rationis huius prioris conclusionis defendamus, fundamentũ eius est, q̃d præbendæ, & sacerdotia ex decimarum fructus sunt constitutę. Decimæ autem iure diuino, & naturali nulla alia ratione imperatę sunt, quàm vt sint stipendia, alimẽtaque clericorum pro spiritualibus functionibus. Quocirca cõferre alicui prębẽdam non est solũ cõferre illi fructus: nã eiusmodi fructus laico possunt vendi: sed conferre ius decimarum, q̃d quidem est Ecclesiasticum, atque adeo spirituale: quandoquidem suopte instituto propter munus Ecclesiasticum exiguntur. Et hic est sensus canonis Pontificis citati, scilicet, q̃d vendita præbenda, venditur res ipsa spiritualis, pura ius ipsum clericale. Quòd si quis contrarius sic nos coarguat: saltem illi, qui iam est sacerdos, nõ esse simoniam sacerdotium emere: nam eo vel maximè q̃d præbenda simul acquirit ordines, quibus annexa est. Sed hic non; quia iam erat sacerdos. Et faciamus esse prębendam, quæ non habeat aliarum curam animarum dicas tũc illam spiritualitatem acquiri. Item conferũr nonnunquam ex dispensatione p̃benda puero antequam ordinetur: ergo cum illa nihil spirituale transit, atq; adeò vendi poterit. Rñdetur (vt dictũ est) ipsissimum ius petẽdi decimas esse spirituale & iõ siue ille, cui cõfertur, fuerit clericus, siue futurus sit, sẽper vẽditur spirituale.

Quid aũt de fundo præbendę mãcipato? Ille enim non est pars decimarum. Respondetur, quòd vendi nõ potest cum illo Ecclesiastico titulo: vt scilicet clericali iure possit emens eosdẽ fructus recipere: potest tamen ab illo sacro titulo emãcipari, & vẽdi: sicut materia calicis, secluſa cõsecratione. Vnde prius superiorum argumẽtorum nullius erat roboris: nam emere prębendam, non est tãtum emere fructus,

Tertia opinio. Panor.

Nõ omnis clericatus vsq; ad primã tonsurã est de iure diuino. Probãt opinio Caietani.

Duplex peccatũ gloſſę.

Fundamẽtum prioris conclusionis.

Obiect.

Solutio scrupuli.

Soluuio.

Ad primũ arg.

Ad secũdum argum.

fructus, sed ius spirituale. At posterius autem de decimarũ quota, quæ solo Ecclesiastico iure uidetur cõstituta, rñdetur, & est notanda solutio, quod eiusmodi pontificia sancto non est perse alia distincta a diuino iure, præcipitur decimarum substantia, sed est ipsius determinatio, & moderatio. Queadmodum ecclesiastica præcepta de celebrandis his, illisve festis, & de annuali cõfessione, nihil aliud sunt quam determinationes diuini iuris. Et iõ non solum uendere ius decimarũ, in totum cum titulo clericali, uerum & quo ad quotam, est simonia contra ius diuinum. At uero non negamus, quin aliqua sit simonia de iure positiuo, nempe quæ non est prohibita, qa mala, sed mala quia prohibite, ut habet eadem glossa, puta quando præbenda non est annexa clericali muneri sed aliis officiis, utpote hospitalium seruitio, aut sacrorũ editui. Ecclesiæ ue cœconomo, ut q. 5. art. 4. declarauimus, nam eiusmodi munera, & officia non sunt proprie spiritualia, sed sola pontificia lege eorum uenditio est in hibita, ut patet ca. Saluator 1. q. 3. de præbendis autem, quas Præstameras uocant audio aliquos hæsitare, an sint mere spirituales. Haud tñ est cur in litem euoretur, quoniam non sunt ut pensiones, quæ sine titulo conferuntur, immo habent uerum titulum. Et cum ille non sit secularis, sequitur quod sit clericalis, ac per inde spiritualis. Quod enim autem sola ratione studii esse subductas a communi decimarum cumulo, non habet in iure fundamentum, neq; huius ueritas liquet, sed a quibusdam confingitur. Quare in re dubia standum est iuri decimarum communi, uidelicet ut eiusmodi titulus spiritualis sit. Quare ambigere non possum quin eiusmodi titulus obliget ad persoluendum diuinum officium, atque adeo emptio & uenditio ipsius simoniam proculdubio germinat. Secus de aliis titulis secularibus, quale habent seculare principes, & reges ad decimas, ut statim artic. sequenti patebit In calce demum quæstionis commendandum memoriæ est, tunc dumtaxat simoniam pullulare, cum quippiam quasi pretium confertur. Nam ut bene aut Caiet. in Summa, in uerbo simonia, cum multis rationibus, ac modus quidpiam consuerit temporale, dum spirituale recipitur, retribuit scilicet, uel per modum sustentationis. Ecclesiasticorum ministrorum, quam supra diximus esse necessarium, uel per modum liberalis honestatis ad gratiam, uel referendam ineundã. uel forte quasi ex lege ob laudabilem consuetudinem, atque aliis præterea modis nullus simoniam procreat, nisi quidpiã per modum pretii rependatur. Neque uiceuersa eum, qui spirituale confert, quidquam retributionis quouis aliorum modorum expectans, simoniacus fit Immo uero etsi antequã illud cõferat, illud postulet, qđ ex laudabili, & firmata consuetudine ei debetur, ut litem caueat, quam consuetudine ei debetur, ut litem caueat, quam post ad recuperandum timet, ullam contrahit simoniæ labem. Postrema denique dubitatio, fit, utrum saltẽ ad redimendam uexationem liceat temporale pro præbenda largiri. Arguitur. n. a parte affirmatiua ex superiori decisione, qua assertum est, nullam esse simoniam ad redimendam uexationem pro baptizando paruulo iamiam animam ex halaturo pretium porigere. Cum enim sacramentum maiorem habeat spiritualitatis rationem, quam prębenda, uidetur ut pro ipsa sit etiam licitum. Respondetur nihilominus sub distinctione, uexationem redimere duob. modis usu uenire potest. Vno modo, ut diximus, cum quis p uim, aut fraudem impeditur præbendam petere, ut si quis te ui detineret, ne ad competendũ canonicatũ pergeres, aut si timeres aliquem falsa de te sparsurum, ut tuam electionem impediret, & hoc licitum est pretio redimere, quando quidem quicumque idoneus tale habet quæsitum ius alios modo, si quia putaret prę aliis candidatis dignitate pollere, & ideo putaret iniuriã ab electoribus pati cõtra suũ honorẽ si nõ eligeretur. & idcir co electorib⁹ alio intercursori pretiũ porrigeret. Et hoc proculdubio non licet, nã etsi quisq. ius hẽat petendi, nõ tñ par ius habet ut eligatur, sed hoc debet manere in libero arbitrio eligentium. Quare caueat prudentissimus quisque hoc sibi pallium ẽtum prętexere, esset enim uera emptio spiritualis Secus autem de baptismo in extrema necessitate, in quo casu paruulus ius habeat, ut baptizat propter sacramenti

Præbendę, quas Præstameras dicunt, spũales sunt, & obligãt ad psoluẽdum diuinũ

Dubitatio.

Solutio.

menti necessitatem. Quod quidem acquisitum ius respectu præbendæ nihil habet præter quam quod nomen fallitur, dum de propria idoneitate iudicat. Neq. pollicerí licere pensionem super futuram præbendam, et si exprimeret de consensu Papæ, totum enim hoc esset temporali spirituale coemere. Secus in permutationibus aut resignationibus. Possum siquidē ego permittere pensionem super beneficium, quod in meum fauorem resignas, ut statim articulo sequenti patebit.

Ad primū ar. Primi capitalis argumēto dilutio subobscura apud D. Tho. apparet, cōcedit nāque temporales oēs possessiones spiritualibus, sicut fini annecti, nā ut corpus propter animā, ita temporalia propter spiritualia cōdita sunt. Colligit aūt inde uendi posse, non tamen eorum ordinem, quē habent ad spiritualia. Quod est dicere, Sicut quisque secularium sua uendere potest, quia illa non uendit, quatenus ad spiritualia referūtur, sed quatenus in usum humanum assumuntur, ita & sacerdotes fructus suarum decimarū uendere pñt, ordinem tamen ad spiritualia, pute ius decimas percipiendi, quatenus clericali functioni mācipantur, uendere, simonia est. Pari modo respondetur ad secūdum

Ad secūdum argum. uasa sacra, quatenus res materiales sunt, uendi posse, cōsecrationem uero nequaquam. Si autem uendantur in profanos usus, pro Ecclesiæ uel pauperum necessitate, tunc aut infringi, aut effundi debent, ut desinant esse sacra. Si autem una Ecclesia uendat alteri ad sacrum usum, potest quidem sine fractione, dūmodo nihil pro cōsecratione recipiat. Et idem est de uestimentis. Et enim per dilaceratione nem possunt perdere formam, & tunc uendi, etiā in usus seculares. Ter

Ad tertium var. S. Tho. tium uero argumentum plura habet mēbra. Primum de spelunca Abrahæ, quam emit in sepulturam ad Ephron. Ad quod bifariam D. Tho respondit. Primo, quod forsan terra illa nondum erat in sepulcrum dedicata, quare neque ulla fuit simonię culpa, illam emere, sicuti neq. ulla est, solum emere profanum, ubi cœmeterium extruatur. Præfert tamen solutionem alteram, nēpe quod cū etiam apud gentiles officium sepulture religio esset, si Ephron spelūcam, quæ in sepulturam destina erat, pretio uendere intēdebat, simoniaca contagione infectus fuit. Nō autem iustus Abraham, ut qui non intendebat, nisi terram emere communē, aut uexationem redimere. Quāuis neq. Ephron apparet nisi gratis obtulisse, eam, neq. uero Abraham nisi pretium gratis retulisse, quanto terra æstimaretur. Vbi id quod q. 5. dicebamus, annotandum est Quæst nēpe apud infideles quadāte nus illis seculis rationem rei spiritualis uiguisse, ac perinde simoniæ notam. At uero cum Ratio non esset tunc talis temporum consecra dubitā- tio, qualis est ṁodo, dubium restat, utrū di. apud nos loca cœmeterii sepeliēdis mortuis pretio uendere, sit simonia. Apparet enim id iure prohibitum, c. Abolendę. de sepul. & c. qui in ecclesia de simon. Et rationem idipsum confirmatur, nam ius sepeliendi mortuos ad religionem attinet, si ergo illa de caussa gentilibus nefas erat sepulchra uendere, maiori ratione erit & nobis, ut qui cœmeteria consecram⁹, aut benedicimus. Immo apparet esse simoniam de iure diuino, & naturali, nam eodem iure religio uirtus est Nihilominus Respō- sio. respondetur per hanc distinctionem. Vt officium sepeliendi mortuos quantum ad id, quod necessitatis habet, nequit citra simoniæ labem uendi, ut supra propter hanc modo factum rationem constitutum est, ita & pro loco necessario in cœmeterio pretium exigere simonia esset, utpote si clerici nullo loco sacro uellent mortuum humare, nisi pro terra aliquid penderetur, nam profecto eadem est ratio officii sepeliendi, & necessarii soli, quandoquidem religio Christiana est, ut cadauera in cœmeterio recondatur. Et hoc est, quod ait S. Tho. etiam apud gentiles fuisse simoniacum. At uero si quis honorationem locum in Ecclesia, ceu pompam non necessariam affectat, non prorsus simoniæ condonandum est, si aliqui pro illo loco ad Ecclesię fabricam exigatur, sicuti de superfluis Refuta tur. pompis supra diximus. Vnde ubi talis uiget consuetudo, quæ iam est, p̄ lege recepta, citra scādalum potest texatus numus Hostiē postulari. Quare sententia Host super. c. sius sen- Audiuimus. de simo. negantis licitum est tentia. se huiusmodi pactum, non est necessaria. Quoniam re uera, si nihil pro cōsecratione, aut benedictione loci recipiatur, sed uendator terta, sicut materia calicis, nihil

illic

illic spirituale venditur, sed humanus temporalique honor: dummodo scandalum caueatur. Quemadmodum & loca in Ecclesia honoris gratia ad sedendum certis prosapijs destinata esse consueuerunt.

Quamuis diffitendum non sit, quin isti honoris tituli in locis sacris nimium affectari deformem habeant vanitatem. Ad capitula verò citata respondetur, nihil aliud prohiberi, quam ne id vendatur, quod est de necessitate sepulturæ compulso, scilicet pacto, vt non sepeliatur, qui terram non emerit. Ad historiam autem Iacob respondetur nequaquam simoniam commisisse pro eo quod diuinitus indultum illi fuerat ius primogenituræ, atque adeo sacerdotij secundum illud Malach. 2. Iacob dilexit, Esau autem odio habui. Esau verò, cui idem mysterium celatum erat, peccauit vendens secundum Apostolum ad Hebræ. 12. Ne quis fornicator, aut profanus, vt Esau qui propter vnam escam vendidit primitiua. Haud tamen responsio hæc omnem lectori dubietatem eximit.

Iacob emẽdo primogenitura ab Esau, simoniã nõ commisit.

Prima obiectio Secũda.

Primum enim non constat tale mysteriũ, quod Esau opertum erat, apertum fuisse Iacob. Mox etiam si ei fuisset notum, non ideo eluitur à culpa, tum propter inhumanitatem remuentis indigenti fratri porrigere pulmentum, tum quòd Esau ad peccandum induxerit, cum ipse non esset admodum vsurarij paratus vendere. Immo cùm iure naturæ bona fide possideret primogenituram, nullatenus vexabat Iacob, quare non est excusatio legitima dicere, se demisse suam vexationem. Ad horum primum respondetur, ex textu sacro colligi Rebeccæ innotuisse mysterium, aut nutu patris, aut alio diuino modo. Alias nunquam id persuasisset nato sno minori dicens: Super me sit filij ista maledictio. Qua ratione & Iacob idipsũ intellexit. Et ideo iure suo vsus est: Dicens enim, vende mihi, idem intellexit quòd, da quod meum est. Nec tenebatur mysterium fratri suo reuelare, quia tunc ille fraternæ suasioni non acquieuisset. Quocirca licet nõ esset idẽ Esau paratus vendere non idcirco censetur Iacob eum induxisse: nam qui iure suo vtitur, neminem inducit. Quare cùm alter possideret alienum benè dicitur ipsum Iacob vexasse postquam alia nõ pateret ei via recuperandi quod suum erat, ac perinde Iacob redemit vexationem suã, præter quam quod Esau non necessitate, sed gula affectabat lenticulam, quia ratione Iacob ab inhumanitate defenditur. De iure autem patronatus, vt extra, eodem tit. patet perinde ac de re spirituali censendum est; ita vt simonia si illud per se pretio vendere, sed transit cum villa, aut castro, cui est annexum. Quocirca qui villam uendit, neutiquam propter ius patronatus potest auctius pretium exigere.

Ad primã obiectionẽ.

Ius patronatus vendere simonia est.

Circa aliud membrum de decimis primo notandum est duo in ipsis considerari, nempè fructus ac prouentus, quæ res sunt merè temporales, & ideo ut dictum est vendi, possunt, ut patet de publicanis, qui constituto pretio eosdem fructus mercantur. Et hoc est inquit D. Thom. quod Papa concessit secularibus dominis, ac principibus. Qua ratione regi nostro concessæ sunt tertiæ in bellorum subsidium contra infideles. Secundò notandum considerãtè est, ius spirituale illas petendi, & hoc laicis indulgeri non posse, quoniam est ius sacerdotale.

Decimarũ quẽtus uendi pñt.

Contra hoc autem est argumentum, q. Rex, & quicunque secularium habent huiusmodi decimas, quales sunt, qui templariorum bona possident, idem ius habent eas petendi, quod clerici ipsi, nam Rex ex communi decimarum cumulo tertias capit, & alij Domini notas decimas perinde atque episcopi. Immò ipsi sunt, qui parœcio suam consignatam sortem tribuunt.

Argue

Ad hoc bifariam responderi potest. Primò quòd recipiunt nomine Papæ. Secundò, ad rem accommodatius, quod Papa cum decimarum partem principibus adiudicat, illas sub seculari titulo, puta defendi Ecclesiam, constituit. Et ideo principes ius quidem habent petendi, non tamen spirituale, quod tantum D. Thom. negat posse concedi laicis; sed ius seculare, quod ipsi possunt alijs vendere, & ceu alia secularia bona quomodocunque distrahere, & alienare.

Solutio.

Ad vltimam denique particulam respõsionis perpendenda est solutio D. Thomas videlicet quòd si Papa ante beneficiorum collationem ordinauerit particulam pro sua iusta sustentatione, aut pro aliis pijs vsibus adimendam, rectè id quidem potest. Sed nota, ordinauerit, id est communi, & æqua lege sanciuerit, pro caussa iusta; nam profectò si pro libito

D. Tho.

abſque lege id fecerit, ſuſpectum eſt. Et hac ratione lege in Hiſpania recepta, & in alijs nonnullis prouincijs cõſtitutum eſt, vt annatis, hoc eſt à tempore quo quis obtinet ſacerdotium, dimidiatos fructus illius anni ſoluat. Et poſſet, ſi neceſſitas ingrueret, vt ſupra diximus, decimas decimarum ſibi retinere, ſi modò illa ratione reliquæ omnes exactiones, & compoſitiones extinguerentur. Sed id maximè notandum, quod D Thom. ſubdit: ſi uerò enim inquit, ab eo, qui beneficium confert, præter poſitam antea legem requirat, aliquid ſibi exhiberi de fructibus illius beneficij, idem eſt, ac ſi aliquod munus ab eo exigeret: & ideo non caret vitio ſimoniæ. Quam quidem ſententiam ego mihi plurimum obſeruo in confirmationem noſtræ, quam lib. 3. de penſionibus declarauimus. Quemadmodum enim non poteſt pro ſe Papa penſiones iniungere, ita neque pro alijs: niſi tanquam ſtipendium pro officio, & obſequio ſeu ſpirituali, ſeu ſeculari: quod Eccleſiæ eſt commodum. Quòd ſi quis contrarius ſic arguat: Quidquid alteri conceſſione Papæ conferri poteſt, ſibi ipſe valet applicare: quandoquidem ipſe eſt bonorum Eccleſiæ diſpenſator: poteſt autem commutans, aut renuntians eius auctoritate penſionem ſibi retinere: ergo eandem poteſt ſibi & Papa adiudicare. Obiectio: Reſpondetur fallaciam in argumento latere: nam & ſi auctoritate pontificis commutanti ac renuntianti concedatur penſio, non eſt tamen eadem cauſſa in ipſo pontifice, vt ſibi retineat, quandoquidem ipſe non eſt præbendæ dominus, uelut ille, qui commutat, aut renuntiat, ſed duntaxat diſpenſatur: qui ideo debet ſuam pro iuſta cauſſa interponere auctoritatem.

ARTICVLVS II.

Vtrum præbendarum permutatio abſque ſimonia fieri poſſit.

PRæbendarum permutatio earum uenditioni affinis eſt: & ideo quæritur an abſque ſimonia fieri poſſit. Arguitur enim à parte negatiua. Primum ex glo. ſupra ciata, cap. ex parte, prima, de officio delegati. ubi habetur, quòd ſi quis in gratiam alterius ſacerdotium renunciauerit, alias non renunciaturus, ſimonia committitur contra ius humanum. Cùm ergo vniuerſæ commutationes illo pacto fiant, ſimoniam redolent. Argu. 1.

Secundò arguitur: ſi eiuſmodi permutationes iure eſſent permiſſæ, ſequeretur, quòd liceret dum exilior propinquiori commutatur, tantum retinere penſionem ſuper pinguiori, quanto exceſſu alteram ſuperat. Id autem falſum eſſe ſic monſtratur: quòd tunc pariter ſequeretur, ſi una nullos haberet fructus, ſed tantum perſonalem titulum, altera verò fructibus abundaret, poſſe quantitate pecunia refuſa quãti ſunt fructus illius diuitis fieri permutationem: nam quod de parte permittitur, non eſt cur de toto interdicatur, & tamen contractus iſte emptio uidetur eſſe præbendæ. Argu. 2.

Tertiò potiſſimum arguitur: Si tales permutationes iuri eſſent conſonæ conſequens inde fieret, vt eiuſmodi penſiones poſſent numerata pecunia æſtimari, & redimi: vt annua penſio ducatorum 10. 80. aut 100. numeratis redimeretur. Concluſio tamen ſi vera eſt, aditum vendendis ſacerdotijs parefacit. In contrarium eſt c. quæſitum. de rerum permut. vbi ſolùm uetantur permutationes cum pacto, ſine licentia epiſcopi: conceditur tamen epiſcopo facultas eaſdem faciendi: quod quidem non concederetur, ſi ſimonia eſſet. Argu. 3.

Ad quæſtionem iuxta argumentorum numerum tribus concluſionibus reſpondetur. Prima: Reſignatio præbendæ in manus legitimi Antiſtitis in fauorem alterius deſignatæ perſonæ, & non alias, ſi non aliud interueniat pactum, ſiue fiat per modum permutationis, ſiue per modum ſimplicis renuuciationis, nullam habet rationem ſimoniæ: neque iure diuino, neque iure humano. Concluſio hæc ſuprà a nobis contra citatam gloſſam aſſerta eſt. Quòd ſi gloſſam ſubgloſſaueris, quòd id ſentiat, quando renunciatio aut commutatio fit ſine licentia Papæ, aut prælati, inanis tunc eſſet: vt quæſtio. 5 diximus: nam cum nemo poſſit præbendam dimittere, niſi in manibus prælati, cuius eſt beneficia conferre, neque auctoritate priuata alteri adiudicare, illa non eſſet ſimonia, niſi fortè mentalis: quia nihil fieret. Quòd autem cum illa conditione renuntiare nulla ſit ſimonia, patet manifeſtè. 1. Concluſio.

nifeſtè: quoniam cùm prælato ſacerdotio rum collatio incumbat, nullo prohibetur iure in eius arbitrio ponere, ſi voluerit conferre Petro, quòd ſi noluerit, aliter ille, qui iure poſſidet, non renuntiat.

2. Concluſio. Secunda concluſio; Commutare præbendas, cum pacto, niſi in pacto ponatur, cum cõſenſu Pontificis, ſimonia eſt, vt verbi gratia, ſi duo de commutatione paciſcãtur, & qui minorem præbendam habet, alteri polliceatur penſionem, Papæ autem non referant niſi ſimplicem commutationem, neque ipſe eandem penſionem concedat, ſimonia eſt apertiſſima, & tamen apud idiotas frequentiſſima. Et pariter ſi quis non per viam permutationis, ſed ſimpliciter renuntiat in fauorem alterius, nõ reuelando Prælato penſionis pactũ, quod inter eos interuenit. Eſt autem ſimonia de iure poſitiuo, nam commutare præbendas retenta penſione, non eſt iure diuino prohibitum, ſed pontificio, vt patet in cap. ad quæſtiones. de rerum permuta. Sed fieri nequit niſi conſentiente prælato, vt illic patet, & c citato. Quæſium. Quare dum Papa non concedit penſionem illam, reputatur vt pretium commutationis. Ac perinde profecto crediderim, talem collationem, etiam ſi à Papa, pactum ignorante fiat, non teneri. Quod ſi pactum cõtra ius diuinum interceſſerit, ſcilicet vt quis pro tali renuntiatione pecuniam numeret, tũc nec Papa diſpenſare abſque culpa poſſet, vt tali modo fieret renuntiatio: Quare qui illo modo præbendam obtinuiſſet, inhabilis fieret ad poſſidendum, niſi poſteà facto pro infecto habito, Papa, qui ſolus poteſt, cum idoneum redderet, & habilem. Adde, penſiones, vt habet mos Romanus, nullum prælatum Papa inferiorem conſtituere valere, neque in permutationibus, neque in ſimplicibus renuntiationibus.

Nullus prælatus Papa inferior penſiones conſtituere valet. Quod autem eiuſmodi penſionum pacta in commutationibus aſſenſu eiuſdem Pontificis fieri poſſint expreſsè habetur. c. citato, ad quæſtiones. Eſt tamen exceſſus Chriſtiano cauendus. Audio namque in huiuſmodi commutationibus non ſolum fructuum quantitatem æſtimari, verum & per ſe etiam honorem, & dignitatem ſacerdotij. vt cum archidiaconatus, aut decanatus illuſtris eccleſiæ pro ſimplici præbenda permutatur, etiam ſi fructus pares fuerint, alia in ſuper penſio pro dignitate exigitur, quod quomodo fieri poſſit, non video, quippe cùm dignitas res ſpiritualis ſit & in dicto cap. proximè citato, expreſsè caueatur, ne miſceatur permutatio dignitatum cum compenſatione fructuum, ſed per ſe ſimpliciter ſacerdotium pro ſacerdotio, & dignitas pro dignitate permutetur abſque aliqua refuſione pecuniæ, & ſeorsũ fructus pauperiores ad ditiorum æqualitatem compẽſentur. Præterea, & fructus omnes pro penſione ſtatuere, præcipue in ſacerdotijs habentibus annexum ſeruitium, atque omnium potiſſimum in curatis, neſcio quis probet: non ſolùm quod iure cautum ſit, ne penſio tertiam fructuum partem exuperet, verùm quod diuino iuri, & naturali aduerſetur, vt quis ſeruitio ſit abſque vllo ſtipendio addictus. Quare pro minori abſurdo duco, vt quis duo ſacerdotia cum animarum cura retineat, quàm vt alterum, retentis fructibus, relinquat. Nam qui duo habet, poteſt alternatim ambo viſitare & eleemoſynas ſuis paroecianis deſpertiri, qui verò fructibus beneficium expilat, in cauſſa eſt, vt quam titulum habet, neque curam poſſit gerere animarum, neque eleemoſynas facere. Nam cum cogatur victum aliunde quærere, quo modo functioni ſuę adeſſe poteſt? De tertio membro quæſtionis, quod argumento tertio tactum eſt, puta de redemptione penſionum varie a doctoribus opinatur. Caiet. namq; in opuſculo 16. reſponſionum. q. 10. in vniuerſum affirmat perpetuas penſiones numerata pecunia redimi poſſe, alij verò recentiores, quorum eſt Ioan. Maior in quarto, diſtinctio. 24. q. 5. inuniuerſum negant. Varietas autem hæc ex fundamentorum diuerſitate ſuboritur. Caiet. enim cenſet penſionem eſſe rem merè temporalem, ſolos ſcilicet fructus reſpicientem. Alij verò cenſent, ius pẽſionum eſſe clericale, ac perinde ſpirituale. Inter has ergo opiniones ſtatuitur tertia concluſio. Penſiones ſunctionibus ſpiritualibus adiudicatæ, neutiquam redimi pretio poſſunt. Secus autem illæ, quæ ſub ſeculari titulo concedun ur. Vtraque pars non tam probatione, quàm ſolo exemplo indiget. Enimuerò ſi priſcũ penſionum morem ſpectes, nunquam cõcedebantur, niſi ſpiritualibus functionibus annexæ. Non ſufficiebat, verbi gratia epiſcopus vniuerſam diæceſim viſitare, & gubernare, accerſebat ſibi auxilia rem, qui

Quæſt. Maior. 3. Concluſio. Explanat concluſio.

sibi esset adiumento, cui ideo certam pensionem in suis fructibus consignabat. Atque huiusmodi pensiones, sicubi modo in more sint, vt vendi non possunt, ita neque redimi. Habent enim præbendarum effigiē, quæ spiritualibus annectuntur. Et fortasse idem est ferendum iudicium de pensione, quæ daretur seni, ac bene merito episcopo, aut presbytero propter exhaustos labores, si quoniam iures eum ad seruiendū deficiunt, renuntiare vellet sacerdotium suum. Hoc enim lib. 3. leg. timum sumus arbitrati pensionum genus videtur enim huiusmodi pensio clericali iuri annexa. Aliæ vero sunt pensiones, quas iam diximus titulis secularibus applicatas, puta principibus, ac militibus, & has non est dubiū posse redimi, quandoquidem, vt dictum est, vendi possunt. Si enim militi constituatur pensio super episcopatum, potest eam episcopus redimere. Sed aliæ sunt, quæ non nihil habent dubietatis, vt pote, quæ in commutationibus, aut simplicibus renuntiationibus interueniunt: Renuncio in tuum fauorem meum beneficium, retenta certa pēsione. Videtur enim hoc genus, pensio esse merè temporalis, nam vt lib. 3. diximus, ad nullum officium ecclesiasticum talis pensionarius tenetur, nec titulum habet, sed solum ius à possessore petendi fructus. De his ergo inquit Caiet quod si vnico contractu vtrunque conficias, constituas, scilicet pensionem decem ducatorum, octoginta redimendam, simoniacus est contractus. Si verò diuisim post constitutam pensionem illam velis redimere, nullum tibi ius obstat. Et primo de commutationibus citatum capitulum: Ad quæstiones, de rerum permutatione, incautum lectorem fallere posset. Illic namque nulla habetur mentio pēsionis, sed hoc solum quod quādo inæquales sunt præbendarum fructus, potest illi, qui maiorem habebat, pecuniarum quantitas refundi: vbi apparet, quod possit pecunia pro tenui tota numerari, & per consequens pensio vnico contractu cōstitui, & redimi. Immo sine pensionis nominatione, si tua valet centum, mea nonaginta, numero tibi pro tuis decem, simul octaginta, videtur illic contractus probari. Quod profecto non est concedendum, alias liceret & præbendam emere. Vt si ego nullam haberem prebendam, possem octoginta ducatis emere tuam, quæ valet decem. Textus ergo intelligendus est de quātitate pecuniæ, quæ habet rationem annuæ pensionis. At verò quod illa possit redimi, videtur ex dicto textu colligi. Nam habetur & iubetur seorsum fieri permutationem præbendarum simpliciter, & postea æquiparari fructus. Quare iam illa pensio videtur dari sine clericali iure, & ideo forsan illa redimi potest. Tametsi ingenuè fateor non posse me discrimen illud percipere domini Caietā. inter duos seorsum contractus & vnum. Nam si constitutam pensionem ob id redimere possum, quod est res sine titulo ecclesiastico, nescio quando constituitur, postquam tunc extrahitur ab eodem ecclesiastico titulo cur non possit simul de redemptione pacisci. Sed ne tantam largiamur licentiam, dicendum quod talis contractus habet vehementem suspitionem emptionis, & venditionis. Quare non potest non scandalum dare. De alijs pensionibus, quæ in vsu modo sūt scilicet quæ pro libito sine aliquo titulo cōceduntur, illi, qui licitas existimant, respondeant. Ego nanque, vt lib. 3. dicebam, deplorare ius illud nequeo, vt possit pensio poni, nisi pro titulo aliquo ecclesiastico, vel seculari, aut pro commutatione, aut dū in lite dubium diuimi aliter non potest. Per hæc ergo, argumenta, quæ in fronte quæstionis proposita sunt, soluta restant, præter secundum quod in gratiam Caiet. adiecimus. Concedit namque in commutationibus licitam esse compensationem excessus maioris præbendæ, dummodo altera fructus habeat, hæret autem ambiguus, quando altera nullos habet fructus, propterea quod talis commutatio quandam habet emptionis imaginem. At vero non est cur dubitetur, quin talis commutatio, perinde atq; altera, licita sit, ideo nihil absurdi argumentum concludebat.

Capitulum ad qōnes exponitur.

Adargumēta facta.

ARTICVLVS III.

Vtrum liceat spiritualia pro munere cōferre, quòd est, vel à lingua vel ab alio quouis obsequio.

QVamuis constitutum fuerit, spiritualia nō esse pretio æstimāda, apparet nihilo-

nihilominus pro alijs muneribus poſſe cõferri. At quippe in regeſto Gregorius ecclesiaſticis vtilitatibus deſeruientes, eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gaudere. Eccleſiaſticis autem vtilitatibus deſeruire, eſt munus ab obſequio: ergo licite pro eiuſmodi munere rependuntur eccleſiaſtica ſacerdotia.

1. Argu. Gregor.

Argu. 2 Secundo: Tam ſordidum & carnale eſt intuitu conſanguinitatis beneficium conferre, quam ſi pro ſuſcepto munere, & obſequio daretur: illud autem non apparet eouſque ſordidum, vt ſit ſimoniacum: ergo neque hoc ſecundum.

Argu. 3. Tertio. Quod precibus conceditur, gratis fieri videtur, ac perinde a ſimonia eſt alienum: vtpote quam ſola uenditio, emptioque conſtituit.

Argu. 4. Quarto Hypocritæ ſpiritualia opera foris exhibent, vt per munus linguæ laudem occupentur humanam, neque tamen eiuſmodi hypocriſis ſimoniæ tribuitur: ergo munus a lingua ſimoniam non parit. In contrarium eſt verbum Vrbani Papæ canone: Saluator. 1 quæſtio tertia. Quiquis res eccleſiaſticas non ad quod inſtitutæ ſũt ſed ad propria lucra munere linguæ, uel obſequij, vel pecuniæ largitur, veli adipiſcitur ſimoniacus eſt.

1. Concluſio. Ad quæſtionem duabus concluſionibus reſpondetur. Prior: Simonia perinde cõmittitur, ſi res ſpiritualis pro aliquo temporali munere, vel obſequio, ſeu exhibito, ſeu exhibendo tribuatur, ac ſi pro pecunia quis eam vel numerata, uel promiſſa largiretur. Probatio eſt clara: quoniam nomini pecuniæ vniuerſa ſupponuntur quæ pecunia æſtimari poſſunt. Manifeſtum autem eſt, eiuſmodi obſequia quippe quæ ad commodum aliquod referuntur, pretio penſari poſſe, nam & nummo operarij miniſtri conducuntur. Poſterior concluſio. Sicuti ſuſcepta pecunia, aut alio quouis munere ſimonia contrahitur. ita & per munus a lingua. Exempli gratia. Si quis epiſcopus precibus ad temporalem vtilitatem captandam inflexus ſacerdotium conferat, ea ſcilicet intentione, vt fauorem captet, ex quo ſibi aliqua poſſit ratione collationis prouenire utilitas. Probatur eadem ratione, quia hoc etiam eſt pecunia æſtimabile. Circa iſtas concluſiones poſt illa, quæ de uſura deciſa ſunt, nil fermè adnotandum reſtat; nam propemodum quod vſura eſt in temporalibus, id in ſpiritualibus eſt ſimonia. Quare ſicuti mutuum dare pro aliquo munere uſura eſt, ita & ſacerdotium pro eodem munere largiri eſt ſimonia. Neque uero refert munus alias genere ſuo honeſtum ſit necne. Si quis enim propter turpem familiaritatem cum mulierecula fratri eius, aut alteri, quaſi in pretium ſacerdotium penderet, ſimonia eſſet, & qui reciperet, reſignare teneretur. Secus ſi ob amicitiam, inter turpiter contractam, gratis illud conferret. Adde quod etiam ſi non ille, qui ſacerdotium recipit, ſed alius, quantumuis ipſo neſcio, pretium pro ipſo obtulerit, ſimonia emergit, ut patet cap. Nobis. de ſimonia. Quapropter cum primum ipſe reſciuerit, tenetur ſacerdotium renunciare, quia collatio nulla fuit.

Sacerdotium largiri pro munere etiã turpi ſimonia eſt.

Quæſt. Quæritis autem eadem ratione ſi quis prebendam ambit, non epiſcopo, ſed alijs interuentoribus, qui ipſam ei procurent, elargitur, vtrum talis ſit ſimonia, vt teneatur prebendam deſerere? Apparet enim ex una parte non eſſe rationem parem.

Nam ſi epiſcopus nihil precij recipit, neque preces pecunia æſtimabiles, ut in ſolutione tertij declarabitur, gratis ſanè confert, ac ſubinde collatio tenet. Ex altera uero apparet eandem eſſe rationem, nam vt quæſtione ſequenti explicaturi ſumus, diuino naturalique iure non ſolum datio ſpiritualium, pro pretio prohibita eſt, uerum & receptio. In caſu autem præſenti licet epiſcopus gratis ſecundum ſuam opinionem conferat, nihilominus alter non gratis recipiet, ſed pretio. Et eſt tanti apud me uigoris hæc ſecunda ratio, ut ei libentius quam priori aſſenſum præbuerim. Si quæ autem alia dubioſa emergere hinc poſſunt, propoſitis argumentis attinguntur.

Solutio.

Ad primum igitur reſpondetur, ſententiam Gregorij huc tantũ pertinere, quod ſi clericus uel eccleſiæ, vel prælato honeſtũ impenderet obſequium ad eccleſiæ cõmodum, uel aliud ſpirituale negotium conducens, eo ipſo idoneus ſit cui ſacerdotiũ cõferatur, ſicut reſpectu aliarum uirtutum cõferri poteſt. Obſequium autem & munus, quod iure condemnatur, illud eſt prorſus, quod ad carnalia refertur, puta ſi quis ſeruit prælato, aut ſuis agnatis, vel amicis ad temporale cõmodũ ut ſacerdotium, tãquã

Probõ.

Poſtrema concluſio.

Ad primum arg.

merces eiuſdē obſequii rependatur. Quod ī circo addiderim, quod epiſcopus, qui iuſtam mercedem merces temporalem ſuis famulis perſoluit, nihil abſurdi facit ſi gratos habeat, atque adeo erga eos gratioſum animum gerens, dum idonei ſit, etiam in præbēdarum collatione ſe illis beneficum exhibea: quia tunc illud obſequium non reducitur ad temporale commodum, ſed ad gratiam, quam famuli poſſunt per idonea, grataque obſequia cum hero ſibi conciliare. Quare ſeruire Antiſtiti propter ec cleſiaſticum ſacerdotium, nō eſt in uniuerſum culpabile, niſi quando illud quodam modo ad emptionem reducitur, ſcilicet cū ſpectatur tāquam pretium obſequii. Nam vt articulo primo dictum eſt, cum multifariam quidpiam alteri conferri poſſit, ſcilicet per modum liberalis uel doni, vel obſequii, & per modum reuerentiæ & honeſtatis, uel quaſi debitum exlaudabili conſuetudine, nihil hiſtorum uitium ſimoniæ parturit, ſed ſola ratio pretii aut mercedis.

Ad ſecū dū arg. D.Tho.

Ad ſecundum reſpondet D. Thom. negando eandem eſſe rationem de conſanguinitate, quæ de aliis carnalib. obſequiis: nam hæc quandam habent rationem pecuniarii pretii, quæ non ineſt in conſanguinitate. Quare qui alioqui gratis ſuis conſanguineis ſacerdotium confert, etſi id tali reſpectu faciat, erit quidem culpata collatio: haud tamen ſimoniaca. Secus ſi in altero ſacerdotium collocaret ea de cauſa, ut ſuis conſanguineis beneficium remuneraret. Huic autem ſententiæ non deſunt, qui contradicant. Enimuero Altiſſiodorenſis antiquus auctor 3 part. tract. 21. quendam refert Pariſienſem cantorem collationem ſacerdotii rationem conſanguinitatis uitio ſimoniæ tribuentem, licet ipſe eidem opinioni non ſubſcripſerit. Sequuntur autem eam Durand. & Bonau. in 4. diſtinct. 25. & Adrian. Quin uero & inibi D. Tho. in eandem opin. inflexit. In cuius gratiam arguere ſic poſſumus. Beneficia debent gratis conferri: qui autem perſonam conſanguinitatis reſpectat, non dat prorſus gratis. Nam ut lib. 3. diximus, acceptio eſt perſonarum. Quin vero conſanguinitas pretio videtur æſtimabilis. Quis enim non ſuper aurum æſtimet, conſanguineum illuſtri eſſe proſapia ortum. Quæſtio ergo hæc quia ſcrupulorum nutrix eſt, ſubiectis propoſitionibus eliquidatur. Prima eſt: Etſi conferre beneficium conſanguineo indigno crimen ſit genere ſuo mortale: digno autem propter conſanguinitatem, peccatū etiam nonnullum, neutrum tamen eſt ſimonia. Prima pars lib 3. ſatis probata eſt, nam eſt peccatum iniuſtitiæ contra fidem epiſcopalis officii. Mox & ſecunda etiam nota. Quoniam cum ſacerdotia pro illis, qui dignè ſeruiant ſint inſtituta, ſi conferātur alio reſpectu, acceptio eſt perſonarum. Haud tamen erit mortalis ſi digno fiat collatio, ſed tātum uenialis, eo quòd nulla vio latur iuſtitia. Tertiam autem partem bene aſſerit D. Tho. nam vbi non eſt ſpiritualiū uenditio, nulla eſt ſimonia, illic autem, nullum interuenit pretium. In quod a ſimili vſuræ deducitur. Quod enim in temporalibus uſura eſt, id in ſpiritualibus, vt dicere ſolemus, eſt ſimonia. Et tamen mutuum dare conſanguineo, & tali reſpectu, nulla eſt vſura. Accedit, quòd in c. Saluator. vbi Vrbanus ſimoniæ cauſas enumerat, nullā conſanguinitatis mentionum fecit. Idque inde præterea confirmatur quod propter talem perſonatū acceptionē nemo incurrit pœnas iuris in ſimoniacos decretas. Propter argm̄ ergo proximè factum diſtingui tur, ꝙ qui dat conſanguineo, non det gratis. Si enim intelligitur, non dat ſimpliciter ea ratione, qua debet, verum eſt; ſi autē intelligatur pro pretio, id negamus, nam etſi præclara conſanguinitas ſuper aurum æſtimetur, ut ſapiens, de ſapientia inquit, nullo eſt tamen foro vēdibilis, ſicuti poſſeſſiones, & miniſtrorum operę. Secunda propoſitio. Cōferre ſacerdotium conſanguineo digno ratione dignitatis ac probitatis, tantum abeſt a ratione ſimoniæ, vt ſit etiam laudabile, quoniam conſanguinitas de genere bonorum eſt, veluti amicitia. Et ideo illius de cauſa nemo fit deterior, q̄ alias dignus eſt. Immo cæteris paribus ſi ſcandalum cauea tur, ille præferendus eſt veluti cæteri honeſti amici. Vltima propoſitio. Antiſtites qui in propoſito habent, aut uniuerſa ſacerdotia, aut tuncta quæ pinguiora ſunt in conſanguineos, & affines profundere, etiam ſi adiunctam habeant intentionem non conferendi niſi dignis, non habent conſcientiam tutam, immo uix poſſunt a mortali macula elui. Primum quod hoc pacto affecti ſunt, facilè a ſuo affectu decipiuntur, ut eos pro dignis ducant, qui verè non ſunt. Mox quod non poſſunt non ſcandalum

Altiſſi.

Duran. Bonau. Adrian.

Rō præteritæ opinionis.

Proba-tio.

Vrban⁹ Confirmatio.

Secūda propoſi tio.

Vltima propoſi tio.

dalum dare. Deinde quod alijs, qui digni ſunt, & forſan digniores, non parum iniuriæ irrogant. Quin uerò illis occaſionem offerunt: ne cum fauore & præmio ſint deſtituti ſegniores ſint ad literarum ſtudia, atque ad probitatis ſtudia exercenda. Quare bene inter alias iniquitates veterũ ſacerdotum, ac iudicum deplorabat Michæas, cap. 3. quod ædificarẽt Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitate. Ad tertium plura D. Thom. reſpondit nempè tria. Primum eſt, quod qui in collatione ſacerdotis munus principaliter à lingua intendit, puta vel laudem aucupari, ac perinde humanum fauorem, vel preces, aut ex quibus idem fauor humanus acquiritur, aut contraria inuidia vel odium cauetur, ſimoniacam labem cõtrahit. Quod ſi contrà quis arguat. Qui dat propter laudes, aut precibus victus, gratis dat: quare neque pœnas incurrit iuris, perſpectè põderet verba. Non enim D. Thom. laudis intentionem, etiam ſi ſit principalis, nec precũ cauſam ſimonię ſimpliciter tribuit: ſed quando per hæc aliquod emolumentum temporale pretio æſtimabile conteditur: vt ſi epiſcopus ſacerdotium regis famulo, aut eius precibus ductus cõferat, qui ſe apud regem laudibus efferat, quò hamo pinguiorem eccleſiam poſſit expiſcari. Immò verò neque tunc eſt ſimonia, niſi quando id principaliter inteditur, cuius indicium eſt, quando collatio ſit indigno: nam cùm tunc principalis intentio non ſit idoneitatis perſonæ, conuincitur eſſe emolumenti temporalis. Quare crimini tunc iniuſtitiæ, & infidelitatis adhæret inſuper ſimonia. Atque adeò recipiẽs prębendam, tenetur eam relinquere, niſi denuo integretur prouiſio. Quando uerò nõ niſi ſimpliciter laudes Antiſtes affectat, aut per preces amicitiam & gratiam, tunc nulla eſt ſimonia. Imò verò quando quis confert digno, præcipue propter dignitatem, licet ſiniſter oculus non modo humanam laudem, & fauorem ſpectet, verum & adtpale emolumentum & lucrum, ſimonia non inficitur. Quod ſi Innocentiũ conſulas ſuper cap. Tuam. de ætate & qualit. ord ſimilia ſuo more docet. Cui & Cajetan. in ſua Summa, verbo, ſimonia aſtipulatur. Secundum igitur aſſertum eſt, quod dum preces pro digno porrigũtur, tunc collatio non eſt ex genere ſuo ſimoniaca, quandoquidem legitima ſubeſt tam precãdi, quam conferendi cauſa. Poteſt nihilominus illuc irrepere ſimonia mentalis, ſi collatio non propter dignitatem fiat, ſed præcipuè propter fauorem & emolumentum pretio, vt dictum eſt æſtimabile. At quia in ſermonem de precibus & fauore incidimus, altera nos occupat dubitatio: Vtrum collatio metu extorta ſit ſimoniaca, ita vt qui beneficium tale recepit. reſignare ipſum teneatur, idem enim præfatus cantor Pariſienſis, referente eodem Altiſſiodorenſi, tenet. Quoniam metus, inquit, pecunia eſt redimibilis. At verò eodẽ modo, quo de conſanguinitate & amicitia, reſpondetur, videlicet quod et ſi metu conferre indigno peccatum ſit genere ſuo mortale, digno verò, nonnulla etiam culpa, quia collatio non fit legitimo fine, neutrum tamen eſt ſimonia, quoniã dare metus cauſa, non eſt dare pretio. Nam etſi quis pretium daret ad propellendum metum, nihilominus qui metuit, nil recipit. Immo verò nec ſacramenta conferre propter metum, vllo condemnatur iure, vt ſi quis metu confeſſionem audiret. Nec verò vulgo talis epiſcopus haberetur ſimoniacus. Sed tamen quando ille metus incuteretur, qui eſſet modo expoſito pretio æſtimabilis, tunc eſſet ſimonię: vt ſi rex vel eius aulicus comminaretur epiſcopo, quod niſi ſacerdotium tali perſonæ conferret, de gratia regia excideret, neque ad aliam eſſet aſcenſurus ſedem. Qui enim tali metu ſacerdotium conferret, id ad venandum epiſcopatum faceret, ac perinde ſimoniacus eſſet. Secus, ſi metus ei incuteretur amittendi vitam, aut tẽporalia bona, quæ poſſidet, nam tunc metuens nullum habet reſpectum lucri. At quoniam dictum eſt ob metum indigno conferre, peccatum eſſe genere ſuo mortale, non quidem ſimonię, ſed iniuſtitię & infidelitatis, poſtremus ſupereſt ſcrupulus: Vtrum nullus metus talem culpam excuſet? Reſpondetur tamen nullum eſſe in tali re excuſantem metum: nam cum & diuinũ ius, & naturale id veret, atque adeò facinus ſit intrinſecè malum, potius gladio ſuccumbendum eſt, quam illud patrãdum, Tertium dictum D. Thom. eſt Quẽquã pro ſe rogare ab obtinendum ſacerdotium, cur animarum cura ſubiungitur, præſumptuoſũ eſt, ac proinde per ſuas ipſe:

Secũda.

Dubitatio.

Solutio

Scrupulus.

Reſpõſio.

Tertiũ aſſertũ.

se præces indignus redditur atq; adeò peccat pro indigno rogans Si autem sacerdotium absque tali sit cura, ipse autem vitæ sustētatione, indigeat, citra simoniam potest id petere. Ratio prioris membri est, quod dignitatem, quæ ad animarum curam requiritur, si quis in se non agnoscat, iniustè appetit, si verò habere se crediderit, insolentia turget, id quod libro sequelarius patebit. Secus autem de alij, simplicibus sacerdotijs. Hæc veruntamen sētentia, D. Thom. nil mirum si nimium appareat rigida. Enimuero fide sola episcopali cura illa fuisset prolata, maximam haberet probabilitatem, vt libro sequ. visuri sumus: Exigit enim episcopalis professio in eo culmine perfectionem, vt possit episcopus cæteros perficere, vt Dionysius ait in libro Ecclesiasticæ Hierarchiæ. Et ideo vix non solum procuratio, verum appetitus potest esse sine culpa: aut iniustitiæ, si appetens non se agnoscat idoneum, aut præsumptionis, si id facilè credat. Cura autem aīarum in paræcianis ecclesijs non tam excelsum expostulat perfectionis gradum. Et ideo non apparet tāta præsumptio, si quis se dignum existimet. Secundò ad id arguitur. Potest esse tanta eorum raritas, qui ad paræcias regendas sint idonei, tantaque ecclesiarum necessitas, vt viro, cuius egregia in populo habetur existimatio, tam doctrinæ quam vitę, non modò non sit præsumptio, verum etiam sit charitatis virtus se ad id minus offerre. Tertiò potest etiam contingere tāta in prælatis corruptio, vt dignis posthabitis, ecclesias omnes indignis cōmittant, quo certè casu non esset aliud quam officium charitatis ad occurrendum tali pesti illum, qui cōmuni vulgi opinione idoneus habetur, & qui in se nullum crimen agnoscit prodire, vt per sui ipsius electionem alij impedirentur. Nam quamuis nemini de se credere liceat, nec leue aliquod peccatum habere possunt, nihilominus multi iustam habere probabilitatem suæ dignitatis, atque adeo ardore charitatis labore fitire, qui administrationis ecclesiæ sunt necessarij, ac perinde cùm Isaia dicere, Ecce ego, mitte me. Accedit & c. tua nos. de simonia, quod pro se rogantem, vt in canonicum eligeretur, rerum non facit simoniæ, De hoc autem latius libro sequēti in tractatu eporum. Interim autem de paræcianis presbyteris sic est sententia D. Tho. moderanda. Primum non ait, vt de epo dicturus est, ꝙ appetere talia sacerdotia, sit præsumptuosum, sed pro se rogare, ꝙ certè vix pōt carere scandalo, Scd ò, id ēt sentit, si res per se cōsideretur, nēpe si prouisores sacerdotiorū diuinā legem ad vnguē obseruarent, digniores semper ante ferendo. Item in prouincia bene instituta, in qua viri non desunt idonei. Tunc. n. rogare pro se quemquam præsumptuosū esset, & scandalo proximum: quia talē tūc virum nō tam publica necessitas q̄ priuata voluntas ad id adducere videtur. Imò verò non dicit S. Th. hmōi præsumptionē semper esse mortale delictum, qm̄ potest esse leuius. Ad quartū rn̄detur sm̄ Diuum eundem, ꝙ hypocrita non confert spūale ꝑ ꝑ temporalem laudē, sed solum seipsū talem demonstrat. Quare per talem simulationem potius furtiuè surripit laudem humanā, q̄ emat, quapropter illa non est simonia Huic aūt rn̄sioni affine est disputare, vtrum q̄ per hypocrisim aut aliam simulationē aliquid acquirit, teneatur illud restituere? Vt si quis nequā simulata sācti tate, aut diues efficta paupertate, eleemosynas, aut beneficia acquirat, vtrū teneat ea, quæ sic acquisiuit, suis dn̄is refundere? Fuit enim assertio antiqui Alexādri & Altissiodorēsis, illius quidem 4 parte, q. 86. membro 3 huius verò lib. 4. cap. De restitutione. In quorum sententiam se contulit Adrianus eodem lib. in titu. De restitutione. Et fundamentum istorum est, quod hypocrita fraude seducit populum, atque adeò qdquid sibi illa vafricie acquirit falso titulo adipiscitur, ob idq; nullum sortitur dn̄ium. Perinde ac si ego Petro pecuniam deberem, cuius personam mentitus Paulus illam à me extorqueret. Nec omnino opinio hæc quibuspiam probabilitate carere videtur, tametsi nimium sit accerba Arguunt autē contra se ipsi hoc pacto: Si eps oculto criminoso, aut alteri alias indigno, quem crederet esse legitimè idoneum, beneficium conferret, collatio teneret quamuis falsus titulus in caussa eius fuisset, ergo eodem pacto dominiū acquirit hypocrita Respondet Alexander antecedente confesso, inficiendo consequentiam. Qm̄ qui in idoneus est sacerdotio. non fingit probitatem illo fine sicuti hypocrita. Quapropter hypocrita fur est & latro.

Ratio assertionis.

1. Rō in D. Tho.

2. Ratio

3. Ratio

Moderatio sētētiæ S. Thom.

Adquartum ar. Quæst.

Alexan. Altissi.

Adrian. Fundamētum ꝓximæ opinio.

Argum. cōtra p̄tertiam opin.

Solutio. Alexan.

latro. Alter verò etsi ecclesiam ingrediēs indignus sit, ingressum tñ legitimum habet. Ex hac tamen istarum solutione duo sequuntur. Primum contra ipsos, q̃ non omnis hypocrita tenetur ad restitutionē eorum, quæ talium intuitu illi erogātur, sed ille præcisè, qui intētione & causa illius lucri hypocrita fit, nam par esse dēt ratio illius atq; alterius, qui sacerdotium suscipit. Quocirca ex eorum solutione sequitur secundo. Quòd si quis sanctitatē, qua caret, ea intentione simulet, vt ab episcopo sacerdotium aucupetur, simoniā similiter committat, restitutioni obnoxiam, quod re uera non esset asserru secutum. Alias multi essent, qui mala fide præbendis possiderent, adeò multi curati, quin verò episcopi, qui vere non essent tales, quod qui concederet multas ecclesiasticas functiones suspectas redderet, atq; inualidas. Igitur prædicta opin. si q̃d veritatis habet his est moderaminib. temperanda. Primum de culpa nemo dubitat, quin sit grauis, tali viſco inescare populum ad exto quendam eius substantiā. Sed quantum ad restitutionē animaduertendum est, aliud esse quidquam alteri porrigere sub conditione, hoc est, do, si sis talis, qualis appares. Aliud verò absolutè donare, etsi motiuum sit illa qualitas, quæ apparet. Collationes autem sacerdotiorum, dignitatumq; ecclesiasticarum ambigere non licet, quin absolutè fiant, & absq. vlla prorsus conditione perinde atq. sacramentorum dispensationes: Alioquin nihil esset in ecclesia firmum neq. solidum. Quare qui aliter hęc munera dispensare cogitaret non id faceret, q̃d ecclesia intendit. Quo fit vt etiam si qui ad ecclesiā assumitur illa intentione mendosam sanctitatem venditasset, nihilominus collatio teneret. Et quāuis post adeptionem dignitatis, aut cuiuscūque sacerdotij quis vitam suam corruptis moribus contaminet, nihilominus vere possidet, neq. ad restitutionem tenetur fructuum. Per hæc ergo fermè de eleemosynis iudicandū est. Enim verò si qui eleemosynā, aut hypocrisę aut diuiti personato pauperi largitur, sub tali conditione id faceret si verè est, quòd apparet, certū est non transferre dominium, illa non assistente conditione. At verò non illo pacto conferri censetur, sed absolutè donantur, tametsi motiuum sit falsum, & ideo re uera credendum est transferri earum dominium etiam si in hypocritas, & falsos pauperes conferantur. Quod autem absolutè donentur inde apparet, q̃ homines propter Deum eleemosynas largiuntur, imò quodammodo Christo ipsi in pauperibus. Nam quod vni inquit ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Et ideo non debet tam exacta fieri inquisitio dignitatis personæ ad porrigendum stipē. Et confirmatur, nam vt Adrian. ipse concedit, quando causa finalis est uera, licet motiua sit falsa, translatio dominij non impeditur, vt patet in alijs negotijs. Si enim quis famulum quem putat esse bonum, conducat, licet non sit talis, nihilominus acquirit merces dominiū dummodo seruiat, quæ fuit causam finalis, quamuis non tam bene seruiat, vt herus putabat. Eleemosinarum ât finalis causa est charitas Dei, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, ergo licet motiuum sit falsum, scilicet personæ dignitas, non impeditur dominium. Alias qualecunq. mendacium diceret pauper, submitteretur restitutionis iugo. Et postremo ex alio istorum asserto arguit. Si hypocrita, & mentitus pauper tenetur restituere, quæritur cui facienda sit restitutio. Respondet Alexand. non illis, qui eleemosynas porrexerunt, quippe qui propter Deum earum a se dominium alienarunt, sed facienda est Reip. vel alijs pauperibus, quibus fuissent fortè collatę. Sed contra arguitur. Si quis eleemosynas largiri sunt, a se dominium abdicarunt, fit ut in ipsos transtulerint, quibus tribuerunt, nam in Deum non transtulerūt nisi in istos quibus eius causa donarunt. Porrò ergo opinio illa non est necessaria. Quod si nos rursus vrgeas Ille eleemosynas porrigentes non sponte fecerunt, & voluntarie, q̃quidem ignorantia fuit in causa, quæ secundum Arist. facit inuoluntarium. Quare D. Tho. ait hypocritā furtiue sumpere laudes, inuoluntaria autem donatio non valet. Negatur prior præmissa, non enim omnis ignorantia facit inuoluntarium, quando non ignoratur potissima causa operis. Sciunt autem omnes misericordiam officium esse charitatis, quod non indiget tanta explo ratione meritorum personę, quoniā licet pauper

Replica cōtra solutionem.

Qui fimulata paupertate eleemosynā extorq̃t ad restō nem nō tenetur.

Confirmatio p̃ teritę est sertionis.

Ratio altera ad idē.

Limitatio ſuperioris dicti.

pauper non ſit dignus, nulla tamẽ fit meritorum iactura. Et ideo quanquam eadẽ dignitas ignoretur, nihilominus ſpontanea eſt miſericordia. Hoc in quotidianis eleemoſinis aſtruxerim, nam ſi inſignis impoſtor eximiam, uel ſanctitatem, vel neſſitatem effingeret, vt graue æris pondus exprimeret, crediderint talem peſſimum ad reſtitutionem teneri, nam tunc ingens eleemoſina illa non eſſet cenſenda ſpontanea, ſed per fraudem extorta. Soluta ergo reſtant argumenta in contrarium. Conceditur n. talem hypocritam deceptorem eſſe, & quodammodo falſo titulo, qui ia eo ſcit corraſiſſe eleemoſynas, ſed negatur nihilominus propter rationes dictas, dominum non acquiſiuiſſe, quoniam vltro nec in illum translatũ eſt. Neque ſimile eſt, quando vna perſona pro altera ſupponitur. Si.n quis mihi diceret eſſe Petrum, cui ideo tribuerem, quod non niſi Petro lagirer, ſi non eſt Petrus, non tenet datio, ſicut non teneret matrimonium. Error autem in moribus, aut in bonis fortunæ non habet eandem efficaciam ad elidendum contractum.

QVAESTIO VIII.

DE RESTITVTIONE SIMONIæ, & pœna ſimoniaci.

ARTICVLVS I.

Vtrum quidquid per ſimoniam, vel datur, vel recipitur, ſit reſtitutioni obnoxium.

POſtrema demum quæſtio de ſimonia, vt reſtitutionem, ac reliquas pœnas exploret oportet. Apparet nanq; nõ eſſe neceſſarium, vt quiſquis per ſimoniam p æbenda aliqua aut dignitate potitur, debeat illam relinquere. Sunt.n. ſpiritualia quædam, quæ ſemel obtenta abijci nequeunt, ut characteres, qui per ſacramentales conſecrationes imprimuntur, ergo illi licet ſimoniacè acquirantur, non ſunt reſtituendi. Secundò: Contingit epiſcopum ſimoniacè eſſe promotum, cuius ſubinde pœna eſt ſuſpenſio, & tamen ipſum ſubdito ſub anathemate iubere, ut a ſe ordines ſuſcipiat, qui ideo videtur ad obedientiam obligari, nemo tamen ad eo, qui poteſtatem non habet conferendi intenta re debet recipere, ergo epiſcopus per debitum ſimoniæ ab illa epiſcopali poteſtate non ſuſpenditur. Tertio Nemo pro illo delicto puniendus venit, quod ſe neq; ſciente, neq; volẽte factum eſt, ſiquidem pœna ſoli voluntario delicto debetur. Contingit autem nonnunquam, vt quis ſpirituale quidpiã accipiat alijs clam ipſum id procurantibus, ergo non eſt q̃ille debeat collatione ſibi facta priuari. Quartò. Nemo p̃o ſua culpa debet commodum reportare: vſu tñ venire aſſolet, vt ſi ſimoniacus id, quod ſic acquiſiuit reſignaret, in rem eorũ cederet, qui fuerunt ſimoniæ participes, vt pote quando prælatus aut totum collegium, cui facienda eſt reſtitutio, in ſimoniam conſenſit. Ergo tali euentu nulla eſt reſtitutio facienda. Quinto. Dum quis per ſimoniã ad ſolemne uotum religionis admittitur, non poteſt ab eodem ſe uoto religare, ergo ab eius reſtitutione, quod per ſimoniã adeptus eſt, abſoluitur. Sexto exterior pœna in hoc ſeculo non debet pro intimò cordis motu infligi, quippe qui ſoli Deo patet. Accidit autem ſimonia non ſolum foris in opere, verum & intus in corde, quatione, ut ſupra patuit, p uoluntatẽ definitur, ergo eiuſmodi ſimonia nulli eſt reſtitutioni obnoxia. Septimo arguitur. Multo plus eſt ad altiora promoueri, quam in ſuſceptis permanere. Quãdoque autem cum ſimoniacis ſi diſpenſatione ut, ab ſublimiora eueãtur, ergo non ſemper debent ſuſceptis orbari. In contrarium eſt ſententia illa canonis, ſi quis epiſcopus. 1. q. 1. Qui ordinatus eſt nemo ex ordinatione, uel promotione, quæ eſt p negotiationem facta proficiat, ſed ſit alienus a dignitate, uel ſolicitudine, quam per ſimoniam acquiſiuit. Ad quæſtionem unica concluſione reſpõdetur Quicquid per ſimoniam acquiſitum eſt, ſiue pecuniario p̃tio, ſiue munere alieno perinde ualente, reſtitutioni ſubiectum eſt, uidelicet, neque qui ſpirituale emit, retinere illud poteſt, neque prætiũ ille, qui uendidit Probatur concluſio, nemo id retinere poteſt, quod contra uoluntatem Domini acquiſiuit, ut fidiſpẽſatores heri ſui diſtraheret, neq. ipſe poſſet retinere p̃tiũ, neq. res emptores retinere Domi-

1. Arg.

Arg 2.

Arg. 3.

Arg. 4.

Arg. 5.

Arg. 6.

Arg. 7.

Concluſio reſpõſiua.

Probatio concluſionis.

Dominus autẽ, cuius diſpenſatores ſunt eccleſiarũ præfecti: lege cauit, ne ſpiritualia: quæ gratis ipſis in commune bonum collata ſunt pretio diſtribuerent, ſecundũ illud Matt. 10. Gratis accepiſtis gratis date. Ergo ſi pretio eadem ſpiritualia diſpẽſantur, neque venditor pretium, neque emptor ſpirituale retinere poteſt. Circa hanc concluſionem, cum eius, quæ S. Th. eſt probatione, primum dubium eſt, quo iure vigorem habeat veritatis, diuinione & naturali, an vero ſolo pontificio. De hoc namque nulla extat dubitatio, totum enim canonicum ius id conclamat: vt patet canone citato. Si quis epiſcopus, vbi qui dignitatem per ſimoniam emit, ab eadem iubetur eſſe alienus: & can. presbyterum. ea. cau. & q. quam per pecuniã eccleſiam obtinuerit, priuari ea iubetur. Et vice uerſa, c. de hoc. de ſimonia. Reges qui pretium, vt in electionem conſentirent, acceperint, idem pretium reſtituere cogũtur. Et in Extraua. Martini V. quæ extat inter acta concilij Conſtantienſis, ſeſſione 43. ſanctum eſt, ut electiones, poſtulationes, & quæuis prouiſiones ſimoniacæ nullæ ſint in ipſo iure. Vnde fit, ut neque præbendæ, neque pretium pro ipſis penſionum retineri valeat. id quod & Paulus II. in ſua extrauag. cum deteſtabile conſtantiſſimum eſſe voluit. Præterquã quod eiuſmodi ſimoniaci prælati perpetuæ damnationi perpetuæ adiguntur, & excommunicati ab ordinis officijs ſuſpẽduntur: vt pater ibidem & can. Si quis dator, & can. Si quis epiſcopus 1. q. 3. Quin vero mediatores, & inter currentes, ac procuratores omnes excommunicantur ibidem. Vtrum vero iure etiam naturali, ac perinde diuino vtraque reſtitutio, ſcilicet tam præbendæ quam prætij ſit iuſſa, ambigitur. Et quidem quod qui ſacerdotium vendidit, ad pretij reſtitutionem teneatur, manifeſte ex naturali, diuinoque iure colligitur. Nam cum ſpirituale non ſit natura ſua vendibile, ſed gratis dari iuſſum, vt per verbum Chriſti proxime citatum conſtat, palam eſt, inique recipi, ſicuti de vſuraria pecunia ſupra monſtratum eſt. Quòd autem ille q. præbendam uel quidpiam ſpirituale pretio recipit, tenea tur diuino naturalive iure illud relinque re, nulla videtur ratio conuincere: nam ut in exemplo concluſionis perſiſtamus, bifariam, diſpenſator poteſt res domini cõtra eius voluntatem alienare. Vno modo, quia dominus nullatenus id præcipit, & tunc iure naturæ ille, cui hæc traditur, nõ acquirit dominium. Altero modo, qui hærus præcipit, ut gratis debetur: veluti gratia, pauperibus diſtribuatur frumentum. Et tunc etſi diſpenſator id pauperibus diuendens teneatur pretium reddere: tamẽ pauperes, q̃ gratis erant accepturi, etſi q̃dpiam pretij, rependant, nullatenus tenentur res ipſas reſtituere. Pari mõ. Dominus præcepit diſpenſatoribus ſuis ſpũalia gratis diſtribuere: ergo qui idonei erant, & ſi emerint, non tenentur id quod emerunt, reſtituere iure diuino, neq; naturali, ſed ratione eccleſiaſtici iuris caſſatus huiuſmodi prouiſiones. Id quod exemplo uſuræ confirmatur. Etenim quãuis qui dat ad vſuras, reſtituere ſit obligatus, qui tamen pro mutuo vſuram ſoluit, nõ tenetur. His rationibus probabile forte quibuſdã fiat in iure diuino, & naturali non fundari, ut emptor ſpiritualium teneatur illa reſignare. At vero ſecus res habet, nam in primis D. Tho. & doctores ex illo diuino iure, Gratis accepiſtis, gratis dare, inferunt, ſpiritualia empta eſſe reſignanda, immo non Doctores modo. uerum & iura ipſa. Demonſtratur ergo non modo pretij, uerum & ſpiritualium reſtitutionem fundamentum a iure diuino ducere, licet parum differenter. Spirituale non ſolum uendere, uerum & ipſum emere, eſt ſimoniæ, ergo in iure naturæ eius fundatur reſtitutio, probatur antecedens. Spirituale eſt mera gratia Dei, gratia autem non modo gratia eſſe definit, quia non gratis datur, ſed quia non gratis recipitur, ut probe Leo Papa adnotauit in ca. Gratia. 1. quæſt. 1. ubi ait. Gratia ſi non gratis datur, uel recipitur: gra non eſt. Et Vrbanus c. Saluator, 1 q. 3. dicẽs. Qui Dei dona, q̃ gratias accipiuntur, ut gratis dentur pp ſua lucra uendit, uel emit cum Simone donũ Dei poſſideri pecunia exiſtimat. Immo Sim. ó in hoc prius, q̃ ſpirituale emere uoluit contra ſpiritus ſancti gratiã atq; adeo contra ins diuinũ peccauit. licet poſtea eãdẽ gratiã vẽdere cogitaret. Neq. ſolum gratia empto diuino iuri aduerſatur, uerũ & cõtra ipſam eſt rerũ naturã, nã gratia non pretio, ſed gratis poſſideri debet. Itaq. & ſi Chriſtus ũm dixerit.

Gratis

Dubiũ.

Paul. 2.

Qui ſacerdotiũ uendit, diuino ac naturali iure tenet reſtituere pretium.

Emens ſpũalia iure diuino. Ratio aſſerti.

Gratis accepiſtis gratis date, in eo tamen quod dixit gratis date, intellexit & oēs gratis debent accipere. Vnde non minorem iniuriam infert, qui emit, quam qui vendit: nam vult Deus gratiam ſuam ſibi ſoli deberi: & qui emit profitetur, ſe non a Deo ipſo ſed a venditore recipere. Quo circa non ſolum vendere, verum & emere, quia eſt contra diuinam gratiam, peccatum eſt, vt ſupra diximus, cōtra religionem. Atque in hoc ſimonia ab uſura differt. Vſura. n. ſolum prohibetur in bonū proximi: puta ad cauendum iuſtitiam, ne pretium pro eo quod non eſt vendibile, recipiatur. quare vſura ſolum ex parte accipientis, & non ex parte dantis eſt iniuſtitia. In ſimonia vero ex utraque parte peccatur contra religionem, & contra Dei iuſtitiam quippe qui non tantum diſpenſatoribus ſuis iuſſit gratis illa donare, verum etiam cunctis inhibuit, ne aliter quam gratis illa reciperent, vt illa ratione confiterentur a ſolo ſe Deo ſuſcipere. Et per hoc liquent eorum argumentorum ſolutiones, quæ proxime faciebamus. Igitur ſi ſpiritualia emere ſimonia eſt contra ius diuinum & naturale: nempe contra rationem gratis, & ideo ibidem iactum eſt reſtitutionis ſpiritualium fundamentum, Dixerim iactum fundamentum: quoniam modo id ſolum conſtituimus, quod tam emptio quā venditio ſit iure naturali, ac diuino ſimonia: an uero eodem iure impediatur translatio tam prabendæ, quam dominij pretii, vt reſtitutio ipſa perinde atque in vſura ſit de iure diuino, in reſponſione ſexti argumenti inter enarrandum ca. mandato. de ſimonia, dilucidabitur. Poſt hæc ad petitionem concluſionis intelligentiam recollenda eſt ſicuti vſuræ, ita ſimoniæ celebris diſtinctio in realem, ac mentalem. Simonia realis eſt illa, quæ pacto ſit uel expreſſo uel tacito, hoc eſt nutibus ſignificato. Quamuis niſi poſtea te uera ſequatur executio pacti, hoc eſt, ſi non ſoluatur conſtitutum pretium tunc venditor ad nullam in conſcientia reſtitutionem teneatur, vt de vſurario etiam diximus. quā do quidem nihil recipit. Vtrum vero qui præbendam recipit, teneatur illam reſignare, ſtatim examinabitur. Simonia uero mentalis eſt internum propoſitum & intentio dandi, aut recipiendi in ſpirituale pro temporali ad cuius percipiendam intellectum ad id recurrito, quòd libro 6. de uſura mentali diximus. Eſt enim lubrica fallaxque illa regula, quòd principaliter intendatur pretium, aut minus principaliter: ſed eſt philoſophico more ex obiecto mens perpendenda, nimirum vt illa præcisè mentalis ſimonia cenſeatur, cuius obiectum eſt ſimonia realis ſcilicet intentio dandi recipiendive ſpirituale pro pretio temporali. Vnde ſi quis epiſcopo ex ſua liberalitate ad conciliandam eius amicitiam ſeruit, & certus ſit neque ſe recepturum neque epiſcopum largiturum pro ſeruitio, ſed ſperet, quod factus amicus forte id gratis dabit, cuius ipſe eſt dignus, nulla eſt mentalis ſimonia, quia obiectum ipſum ſcilicet, dare ratione amicitiæ, nulla eſt ſimonia realis. Neque ſi cogitet dare aliquid liberali, honeſtaque datione, quaſi gratias referens, aut quaſi aliquid ex laudabili conſuetudine debitum. Neque vice uerſa ſi epiſcopus taliter intendat recipere. Colligit autem Caietan. in ſua Summa, trinam ſimoniæ ſpeciem. Prima conſiſtit in ſola intentione, abſque vllo opere, nempe cum quis mente decreuit ſpirituale vendere, aut emere; quam quidem certiſſimum eſt non eſſe pœnis iuris obiectum, cum eccleſia de illis non iudicet. Secunda vero eſt de qua Doctores loquuntur, dum quis foris munera offert intentione praua, ſed latente, dum ſcilicet celat, qua intentione id facit. Et dum prælatus corrupta etiam intentionem quam occulit, ſpirituale confert. Tertia inquit quando pactum interuenit, ſed non mandatur executioni. Immo antequam collatio fiat, vtrinque a à procedenti conuentione deſiſtitur. Hæc autem non tam mentalis dicenda eſt, quam relis nondum perfecta propter quam licet peccatum ſit grauc, nemo pœnes iuris incurrit. Dubium hinc autem non diſſimulandum exurgit. Vtrum ſicuti contingit ſimonia mentalis abſque reali, ita vice uerſa contingeret realis poſſit abſque mentali. Eſt ueri gratia, deceptor quiſpiam atque impoſtor, qui pretiū epiſcopo pro ſacerdotio pollicetur idque inſtrumento confirmat, abſque ulla tamē implendi intentione. Apparet tunc ex vna parte ſimoniā oriri: quandoquidem ſi hoc innotuiſſet eccleſiæ, pœnis ille iuris adige-

Diſtinctio ſimoniæ.

Triplex ſpēs ſimoniæ.

Dubiū.

Solutio

adigeretur, expoliareturq; sacerdotio. Ex altera verò nulla videtur simonia: vtpote cum externa operatio ex intentione fit pensanda, à qua speciem sortitur. Dicendum ergo re vera non esse simoniam neque in foro conscientiæ præbenda donatum teneri eam relinquere: vt Caietã. aut q. 10. primo quolibet. Ecclesia tñ certior rei facta, quia de exterioribus iudicat, legitima præsumptione eũ condemnaret. His denique præmissis, conclusio in primis restitutionem imperans omnem complectitur realem simoniam, vbi pretium vere solutum est. Vbi aũt pactũ præcessit, sed non sequutum est pretium, tam dictum est venditorem ad nihil tenetri, sed solum ad delicti pœnitentiam. Vtrum verò emptor teneatur sacerdotium demittere distinguendum est. Si n. ante collationem explicat se pretium non daturum: non dubium, quin collatio si fiat, teneat: neque opus est dispensatione habilem eum reddente ad suscipiendum.

Omnis simonia realis ad rest. obligat, vbi p̃ tũ solutũ est.

Dubitõ

Et vsque ad hanc veritatem intelligendum est veridicum illud dictum, cuius modo meminimus. Quòd si pactum nõ mandetur executioni non incurritur in pœnas iuris. Si verò sub tali pacto collatio fiat nullatenus hæsitari debet, quin collatio nulla sit, quod propterea tam assẽuerãter affirmamus, q̃ video nõnullos de hoc deceptos. Et in primis assertio fuit S. Tho. in art. præceden. nã ob id consultò expressit, q̃ si aliquis det rẽ spiritualem pro alio temporali obsequio exhibito, vel exhibẽdo, simonia ẽ. Est ratio est manifesta: nã illic est expressa emptio, & venditio. Qui enim credito vendit, verè vendit. Adde, q̃ collatio nõ dependet ex futuro contingenti, sed suppositio pacto, protinus absolutè fit. Quare iam inditest simonia, quidquid postea subsequatur: videlicet siue pretium soluatur, siue secus. Alias nunquam sub pollicitatione committi posset vsura: quod est falsum. Neq. refert, pactũ scripto, & cum iuris solẽnitate fuerit celebratum, an solo verbo inter duos absq. arbitris; dũmodo fides ibi impignores, pollicens te daturũ pro præbenda: quã loquidem inde exoriretur ciuilis obligatio: quæ in alia materia firma esset, & valida: secus, si nõ intercederet talis obligatio: sed aliqua spes fiat alicuius referendæ gratiæ de honestate. De simonia verò mentali obligetne ad restitutionem, in responsione sexti dicendum est. Interim ergo de reali dicere cõsequitur, cui, quomodoque sit restitutio facienda. Et prius quidem de pretio: mox de præbenda, aut re alia spirituali susceptã. Et quidem quando ante rei spiritualis collationem præcedens pactum dissoluitur, etiam si pretium fuerit solutum, nullum est dubium, quin restitutio eidem fit faciẽda, qui pretium largitus est: siquidem, vt modo dicebamus, ob illam simoniam nemo fit reus pœnarum iuris. Confessio est Caietani in sua Summa. At verò si simonia executioni mandata sit, scilicet, collatio tam pręuij, quam prębendæ facta, tunc est dubium. Omnes enim in hoc consentire videntur, etiam D. Tho. in solutione quarti; quòd restitutio prætij sit facienda vel ecclesiæ, in qua simonia confecta est, aut pauperibus. Augus. enim, vt habetur cap. Non sanè. 14. quæs. 5 restitutionem malè acquisitorum pauperibus adiudicat. cap. verò de hoc, & cap. audiuimus de simonia, eiusmodi pretia moniaca ecclesijs restitui iusta legimus. Idemq; expressè Cęsar imperauit in Authentico de sanctissimis episcopo. Attamen si res penitius inspiciatur, distinguendum est. Etenim post condemnationem, extra controuersiam faciendam esse constat restitutionem ecclesiæ vel pauperibus, aut quemadmodum Papa iusserit; qñ & qui dedit, ob crimen, multatur pœne, quod dedit, & recipit, dominum non acquirit. Veruntamen dum crimen non est delatum, sed in foro conscientiæ latet, persuadere aliud mihi non possum, quam quod restitutio pretij facienda sit eidem, quid dedit. Et ratio est, quod lex pœnalis, vt libro 1. disputauimus, ante condemnationem reum non ligat, vt ipse teneatur exequutorem esse sui supplicij, aut mulctæ. Cum ergo ille præbendæ emptor ob crimen veniat suo pretio mulctandus, fit, vt ante condemnationem de crimen non amiserit vel dominium, vel possessionem, vt illic declarauimus; ac proinde cum dominium translatum non fuerit in recipientem, fit vt suo sit domino redhibendum. Neque quidquam refert iurene diuino, & naturali, an solo ecclesiastico impediat translatio dominij. Posset enim forsan im-

Caietã.

Dubiũ S. Tho.

Augus.

Simoniacus post cõdemnationẽ, restituere dẽt ecclesiæ, vel pauperibus, alias ei q̃ dedit Rõ proximè asseriõis

Quãdo ante rei spiritualis collationẽ pactum p̃cedẽs dissoluit, restitutio accepti prętij ei faciẽda est, qui soluit.

præſentiarum quiſquam comminiſcit naſ lationem præ tij non prohibitam diuino iure, aut naturali: nam licet Dñs noſter iuſſerit gratis ſpiritualia conferri: nihilominus quia præbenda res eſt æſtimabilis pecuniæ, quamquam vendere peccatum ſit, nihilominus iure naturali acquiritur pretij dñium pariter, vt præbenda: ſed quia eccleſia annullauit, caſſauitq; tales contractus, vt patet iuribus ſupra citatis proclamantibus eſſe nullos, potuit ipſo facto pretium applicari pauperibus Huiuſmodi autem commentum bifariam, vt reor, peccati. Primum enim arbitror iure diuino, & naturali dominium pretij non tranſmitti. Nam cum Deus gratis dare iuſſerit pretium, pro re non vendibili datur: quidquid ſit de collatione præbendæ Secundo, etſi talis annullatio contractus ex ſolo ſtatuto eccleſiæ ortum habuiſſet, non potuit eadem ſancta eccleſia ſimoniacum emptorem indicta cauſſa in pœnam adigere, quouſque eſſet de crimine condemnatus. Ex his ergo ſequitur, q; qui tale pretium recipit, perinde atque vſurarius debet abſque vlla mora, nullaq; expectata iudicis ſnia reſtituere illud tanquam alienum, cuius dominiũ non habet dummodo cautionem capiat, ne poſtea cum fiſcus reſciuerit, cogatur iterato ſoluere: quamuis ille, qui dedit, repetitio iure non permittitur, quandoquidem re cognita pretio mulctabitur. De reſtitutione autem præbendæ longè diuerſa eſt ratio: etenim ſi collatio facta eſt, reſtitui immediatè priori poſſeſſori non poteſt: quũ dum prælatus ſecũdũ ſuã æſtimationem Petro contulit, Paulo ſimpliciter abſtulit. Quare neuter eius dñs eſt, videlicet neque Paulus quia illi fuit adempta: neque Petrus, quia rõne ſimoniæ inidoneus factus eſt recipiendi Quo circa paulo reſtitui aliter non poteſt, niſi reſignatione in arbitrio ſlati facta, qui reddat: præuia tamen diſpenſatione ſuper irregularitate per ſimoniam contracta. Quamuis retecta Papæ ſimonia, qui ſolos ſimoniacos habiles reddere valet, nihil obſtat, quo minus Petro denuo prouideatur. Sed eſt aduertendum quòd quamuis ſimoniacus ſolo iure pontificio irregularis ſit, atque inhabilis ad recipiendum ſacerdotiũ, vel rẽ ſpũalem, atq; adeò eodẽ iure impediatur translatio dñij, vt art. proximo apertius fiet: nihilominus ius illud cogit, vt nulla expectata ſnia protin' reſignet præbendam: vt pote cuius nõ eſt legitimus poſſeſſor. De fructib' autem perceptis, in ſolutionibus 3. & 4. dicendum.

De reſtitutione præbend.

Ad primum igitur argumẽtum multa D. Thom. reſpondet. Primum, quod etſi quis ſacro ordine ſimoniacè initiatur, character em propter ſacramenti efficaciam ſuſcipiat; haud tamen ſacramentali gratia propter obicem ſimoniæ ſuſſunditur. Secundo ſubdit, quòd ab ordinis executione ſuſpenditur, ob id quod quaſi furto contra dñi voluntatem characterem ſurripit. Vbi id quod antea diximus, recolendum eſt: nempè qđ non ſolum dare, verum & recipere ſpũale pretio, delictum ſit ſimoniæ. Tertiò addit, ſuſpenſionem ordinis eò protendi, vt non modò ſuſpenſis non liceat ordinis munere fungi, verum neque aliis fas ſit eis in tali executione communicare, ſiue delictum publicum fuerit, ſiue occultum. Itaque dum quis pretio quantumuis occulto, hoc eſt nondum in ius foras delato, ſacerdotale ordinem ſuſcipit, neq; celebrare poteſt, neq; alij, qui id ſciuerint, eius celebrationi intereſſe. Quartò, ſubiungit talem ſimoniacum repetere nõ poſſe pretium. Intelligo hoc aũt in publico foro, vt nuperrimè dicebam: nam priuatim ante condemnationem arbitror eidem eſſe reſtituendum. Quintò denique concludit, quod ſimoniacus inde factus, quod ordinem ſimoniacè contulit, aut præbendam vel dedit, vel recepit, vel mediator fuit, ſi delictum ſit publicum, puta iudiciali foro, iure ſuſpenditur, & quo ad ſe, & quo ad alios: ſi verò ſecretum, tunc duntaxat eſt ſuſpenſus quo ad ſe. Notanda ergo hic eſt dria, q; in collatione beneficiorum, nec dans nec recipiens qñ delictum eſt occultum, eſt ſuſpenſus quo ad alios, ſed tm quo ad ſe. In collatione autem ordinum licet conferens eadem' liberetur lege. ſ. vt crimine occulto, non ſit ſuſpenſus niſi quo ad ſe; recipiens tñ etiã ſi ſit occultum, vtroque modo eſt ſuſpenſus. Snia eſt antiqua, quam Panor. ſuper cap. tanta de ſimonia comprobat. Et arbitror eam eſſe rationem, quod cum in ſuſcipiendo radix ipſa infecta fuerit, nõ ſolum ipſum ab executione voluerunt iura arcere, verum, & quoſcunque priuatim id ſcien-

Ad primũ arg.

Panor. Ratio aſſerti.

id scientes, quamuis crimen occultum esset, hoc est non in publicum iudicium pertractum Dator uero si legitime erat ordinatus, satis duxerunt, ut ipse abstineret, reliqui uero non tenerentur eum euitare, Nisi publicius esset condemnatus. De istis suspensionibus extant iura in Extrauagan. Mart. sup. citata, Sacro. quæ est in concil. Constantien & in extrauagan. damnabile eiusdem Marti. & Eugenii & in alia, Cum detestabile. Illa autem quæ de aliorum communicatione cum simoniacis hic recensentur, ad seculum D. Tho. referenda sunt, nam postea ad consulendum timoratis conscientiis decretum est in cõcilio Constant. ut nemo excommunicatum uitare teneatur, nisi nominatum uel eum qui fuerit publicus clericorum percussor Nec satis est, quod sit nominatur generali nomine criminis, puta simoniacus, aut hereticus, sed requiritur, quod sit de proprio nomine expressus. Alias non esset delicatis conscientiis satis succursum. Quare cum omnis excommunicatio suspensionem secum afferat, fit, ut ęta suspensis antequam publica sententia nominati sint, possint legitimi subditi sacramenta suscipere, etiam absolutionis. Immo uero subdito suum ius petente parœcius potest sine culpa illi sacramentum administrare, quia hoc totum in fauorem subditi indultum est, dũmodo tamen non celebret id quod paccator citra immane sacrilegii crimen facere non potest. Ad secundum pari modo respõdetur, quod ab episcopo simoniace promoto nõ solum propter præceptum, uerũ & propter eius excommunicationem nemo debet ordines suscipere absque dispensatione. Idque ut D. Thom. ait casu etiã quo subditus probare crimen non possit. Alias recipiens participaret cum illo in crimine. Hoc autem simili modo, quo proxime dicebamus uenit intelligendum: loquebatur n. secundum leges sui seculi. Iã quippe nũc nisi talis episcopus nominatim sit excõmunicatus, põt subditus iuxta dictũ decretũ ab ipso petere sacramenta, si tñ ei sit necessariũ. Neq. uero episcopus tũc ad ministrãs delinquit. Secus, si sua se spõte ingereret, ut si subdito non petente præcepto cum ad recipiẽdum urgeret, aut si extraneos ordinaret. Quare tunc subditus non teneretur ei parere. Ab episcopi autem cõmunione, qui aliter quam per sui promotionem simoniacus est, nisi crimen esset iuridice publicatum, neque secundum iura antiqua ullus tenebatur abstinere. Ad tertium respondetur, bifariam quemquã ueluti de usurario & fure dictum est, ad restitutionem teneri. Vno modo ratione acceptionis, quando scilicet peccauit accipiendo. Altero uero, ratione rei acceptæ, quando uidelicet rem possidet, quæ non est sua. Igitur dum qui sciens, & prudens, sua spõte uel ordines, uel ordinibus adiunctas præbendas suscepit, tenetur tunc ratione acceptionis. Quapropter non solum iis priuatur qui accepit, nempe ordinis executione & beneficio cum perceptis fructibus, uerum & alios quos forte non percepit potuisset tamen alius legitime possessor precipere, restituere tenetur, quia omnium damna per iniuriam, dedit, deductis tamen expensis causa fructum factis, etsi quos in ecclesiæ utilitatem legitime, ut tenebatur, fecit. Quando uero se nesciente neque uolente per simoniam promotus est, tunc quidem solum tenetur ratione rei acceptæ, & ideo cum primum resciuerit, ab ordinis executione suspensus esse debet, sed tamen eos tantum fructus restituere, quibus factus est citior, haud tñ eos insuper, quos suis usibus bona fide insumpsit. Si uero ille, qui pecuniam eius nomine obtulit, in fraudẽ id fecit, atque actu, ut postea ipse expoliaretur, tunc nisi ipse consenserit, nullatenus expoliandus est. Ad quartum respõdet D. Tho. quod tam pecunia, uel possessio, hoc est prælato impensa, quam etiam fructus simoniace percepti, sunt ecclesiæ restituẽdi etiam dum prælatus, uel aliquis collegii in simoniam cõsensit. Si autem totum collegium fuerit eodem cõtractu infectum, tunc per facultatem prælati facienda est, restitutio, uel alteri ecclesię, uel pauperibus. Et quidem id quod de fructibus asserit, ad uerbũ ueriſſimum est secũdum antiqua iura, tamen si iam nũc mos habet. Romanus, ut Papæ obtingãt, ad suos sustinẽdos apostolicos sumptus. Quare cum illo fieri super eos potest cõpositio, ab illoq. obtineri remissio. Quod autem de simoniæ pretio addit, intelligẽdum arbitor eo modo, quo supra a nobis

Marti. Eugen Conci Constã sienſe.

Ad secũdum.

Ad tertium.

Adquartum. Mens S. Thom.

expoſitum eſt, nempe poſtquam quis fuerit criminis cõdemnatus, nã dum res eſt occulta, exiſtimoci, qui dedit rehibedum In ſolutione ad quintum enarrat D. Tho. decretum Lateranenſis concilii ſub Innocentio III. quod proxime eius tempora celebratum eſt, referũtq; c qñ. de ſimonia. ubi qui ad religionis profeſſionem ſimoniace ſunt recepti, niſi ſollẽtationis gratia (ut ſupra explicatum eſt) non quidem ſolennis noti obligatione liberantur qui nequiuerant: ſed tamen de ſuo monaſterio repulſi ad perpetuã pœnitentiam in arctiori regula ſubeũdam addicuntur. Quod autem ſubſequitur, nihil ad præſentia tempora attinet, ſed ad illos qui ante eiuſmodi decretum fuerant delinquentes, qui ſcilicet tantum in aliis conuentibus eiuſdem ordinis commorati.

Ad quintum. Conci. Latera.

Sextum deniq. argumẽtum quod impræſentiarum longe plus ambiguitatis affert, ad explorandam naturam mentalis ſimoniæ adhibitum eſt, obliget ne ad reſtitutionem, dum foras opere non prodit. Et quidem ſi qui præbendam recepit, nullum re uera tribuit pretium, tunc collator, et ſi pretium ex pacto ſperaſſet, ad nihil teneretur, ut de uſurario diximus. Sed dubium eſt de illo qui præbendam ſuſcepti, ſi circa pactum credidit ſe eãdem per ſimoniam recipere, uidelicet uel quia collatorem ſpe pretii alectum arbitratur eadem contuliſſe, uel quia munera præmiſerat praua intentione, quæ etiã prælatus nihilo ſanior receperat, tunc in quam dubium eſt, neque parum moleſtum utrum teneatur reſignare præbendam, & pariter prælatus quidquid receperat reſtituere. Nã ſi leges uſurarias conſulas, dũ uſurarius mẽte cõcipit id quod ab altero ſibi ultra ſortẽ porrigitur, non gratis, ſed rõne mutui porrigi, ad reſtitutionem teneatur. Tamen in contrarium exiſtit textus ut multis apparet, expreſſus in cap. mandato. quod ultimum eſt tituli de ſimonia. Vbi habetur, quod quando ſic inter duos cõtingit, ut alter ab altero ſpirituale quidpiam, ſcilicet locum in monaſterio, alter uero, ſcilicet cõmẽtus, temporale recepit, utrinque tamen corrupto affectu, uidelicet q̃ uterque apud ſe credidit id ſibi ſimoniace collatum, immo forte uterque eadem intentione largiebatur dummodo nullum exterius interueneret pactum, nullaque expreſſo corrupta mentis, neuter ad reſtitutionem, ut plerique tenetur, obligatur, ſed ſatis, utrique eſt per ſolam pœnitentiam ſuo ſatisfacere creatori. Hoc ergo c. quatenus aliter tenere uidetur, quam de uſura definitum eſt, prægrande Doctoribus faceſſit negotium ad explicandum. Vnde Hoſtien ſuper eo. c. diſtinguens, ait, ea quæ per ſimoniam contra ius diuinum acquiruntur, neceſſaria eſſe quæ reſtituantur, quę uero per ſimoniam de iure poſitiuo, hoc eſt malam, quia prohibitam, eſſe a reſtitutione libera. De quibus, inquit, Papa illic loquebatur Conſentit Henricus Gãdenſis quoli. 6. q. 26. in quiens in d. c. ſermonem haberi non de illo, qui pro ingreſſus religionis pecuniam cõtulerat, ſed de illis monachus, qui honorifica loca coemerant, puta Abbati propinqua. Attamẽ ſi legitimum ſignificatum intro ſpicias, locus in monaſterio pro eodem uſurpatur, quod eſt admiſſio ad religionem. Quare illic proculdubio de ſimonia contra nos diuinis initus eſt ſermo. Vnde ſtatim ſubtexitur mentio reſignationis ſpiritualem. Quocirca Panormitan. illic credens nullum ſimonia mentalis genus ad reſtitutionem obligare, etiam ſi munus ſiniſtra intentione, & detur, & recipiatur, hoc diſcriminis inter uſuram & ſimoniam comminiſcitur, quod in odium uſurariorum iuſſa eſt reſtitutio uſuræ mentalis, ne ſcilicet illo palliamento crimen obtegeretur, non autem reſtitutio ſimoniæ. At uero maiorem ſane deberet ſimonia inuidiam parere, quam uſura, utpote quæ uirulentior eſt. Addit ergo ſecundo, quod forſan d. c. eſt intelligendum, quando principalis intentio non eſt ſimoniaca. Veruntamen neque hęc ualet ſolutio, quia in uſura, ut ſuo loco declarauimus, quacunque intentione recipiatur aliquid ultra ſortẽ pro uſu pecuniæ, eſt uſura. Ioannes Andreas ſuper dicto capitulo aliud minoris probabilitatis affert diſcrimen, nempe, quod in uſura ſola mẽs uſurarii eſt depraua, exigentis aliquid ultra ſortem, non autem alterius ſoluentis, & ideo iubetur ei fieri reſtitutio. In ſimonia uero utriuſque animus eſt corruptus Nam tã emi quam uẽdi ſpirituale prohibetur, & ideo

Dubitũ.

Hoſtiẽ. ſolutio.

Henric. Gandẽ. Explo-ditur p̃terea sẽ tentia.

Panor.

Solutio. altera e. iuſdem Panor. Obiectio contra ſolutionem. Io. And.

ideo cęteris paribus melior est conditio possidetis, vt vterque permittatur id possidere, quod recepit. Prętерquam, inquit, q̃ per vsuram magis vulneratur charitas Sed tamen quod hæc conficta interpretatio minus sit ad rem accommoda, inde patet, quod deprauata mens nemini debet suffragari. Quare multo minus simoniacus deberet dominium acquirere, quàm vsurarius. Nam alias etiam si pactum interuenisset, deberet vterque dominium acquirere. Caiet. ergo longè alia via procedit. Ait inquam, secus habere simoniam, quàm vsuram: nam vsuram, inquit, qui soluit, inuitus dat. Quare alter neutiquam dominium acquirit. In simonia verò vterque dat vltroneus: nam cum prębenda suapte natura æstimabilis, vt ei videtur, sit pretio lubenter eam recipiens pretium soluit: quare nisi ecclesia prohiberet translationem domini, teneret vtrinque datio: & quia citra pactum non impedit, vterque euadit dominus. Sed neque ista solutio hærenti animo satisfacit: nam perinde simoniacus inuitus videtur conferre pretium, atque ille, qui accipit ad vsuras: siquidem mallet gratis accipere, vt iure diuino alter tenebatur conferre. Innumeræ denique sunt expositiones aliæ huius textus, quod iudicium magnæ eius obscuritatis est. Igitur vt rem quam maximè ego possum, perspicuè explicare pergam, totum dubium ex illo pendet, quod ex prędecedentibus huc reposuimus enodandum, nempè; vtrum restitutio tam pretij simoniaci, quam rei spiritualis, sit de iure diuino, & naturali. Et primum omnium hoc confessissimum sit, quo i vtrinque cõtra ius diuinum committitur simonia: scilicet tam ex parte ementis, quàm ex parte vendentis. Qua ratione, vt suprà exposuimus, simonia differt ab vsura, quoniam non solum uendens, uerum, & emens aduersatur naturæ gratiæ spiritualium: scilicet quę gratis debent non solum dari, sed etiam tãquam Dei donũ recipi. Secũdò, & hoc compertissimũ est, quòd restitutio ex utraque parte in simonia hactenus est de iure diuino, qđ in tali diuina prohibitione uendendi, & emẽdi fundatur: sed hoc est, quod apud nemi nem disputatum reperio, cũ ab omnibus huius capituli interpretib⁹ examinări de beret, uidelicet, utrum iure diuino sit impedita translatio tam rei spiritualis pretio receptæ, quàm dñij eiusdem pretij. Nam si iure diuino simoniacus inhabilis fit ad recipiendum, tunc ecclesia nullatenus facere potuit, ut simoniacus meu talis, puta credens aliquid sibi datum in pretium, dominium acquireret. Si autem translatio eiusdem domonij solo iure ecclesiastico est impedita, potuit quidem ecclesia illud impedire interuenien te pacto, permittere autem, ubi nullum intercederet. Et quidem Caiet. hanc secundam uiam est ingressus. Arbitratur. n. quod etsi spiritualia iubeantur gratis dari, & recipi, nihilominus ex natura sua esse precio æstimabilia. Quare qui precium sua sponte pro illis confert, licet peccet quidem contra diuinam prohibitionem: nihilominus dominium transfert; nisi ubi translationem ecclesia impediuerit. Et fateor in hoc modo planã fieri textus intelligentiam. Porrò uerò ex altera parte suadere contendam (nescio an persuadere potero) translationem dominij, saltẽ pretij iure diuino impediri: nã de re spirituali empta nõ est tanta persuasio. Et quo a prohibitione ipsa diuina autspicemur, Christus dicens; Gratis accepistis, gratis date: omne ius sublatũ uoluit aliquid recipiendi pro spirituali. Si autem nullum reliquit ius recipiendi, fit ut precium recipiens, nullatenus, Deo uetante, efficiatur dominus, sanè cum nisi aliquo iure, nemo rei dominus constitui ualeat. Secundò: Qui mutuum dat propterea tenetur usuras restituere, q̃ gratis mutuare debet. Tenetur autem prælatus diuino iure diuino eodem pacto spiritualia conferre: ergo eodem inhabilis fit, ut dominus fiat. Quòd si dixeris non ob id usurarium teneri, sed quia seorsum usum pecuniæ uendit, qui nullius per se est pretij. Pariter arguitur de spirituali re, nam neque hæc quidem, ut omnes fatentur, est pecunia æstimabilis. Quòd si respondeas, ex natura sua esse æstimabilem, saltem ubi est fructiferum sacerdotium; coarguitur nihilominus hæc non esse uẽdibilia. Nã dũ quis pro aliquo magistratu administrãdo publicum suscipit stipendium, ea lege, ut gratis illum administret, si quid ultra pretij recipiat, nõ fit dñs, sed ad restitutionem tenetur. Prælati

Refutatur interpretatio Io. Anc. Caie. solutio. Ratio i Caiet.

Sẽtẽtia auctoris

Caiet.

Rõ prima i Caietan.

Secũda.

3. Ratio

Pretiũ rei spũalis iure diuino restituẽdum est

autem ecclesiastici sunt huiusmodi: ergo si quis eorum pro collatione spiritualiũ quidpiam recipiat, iure diuino reddere perstringuntur: eo potissimum, ꝙ neque Papa, neque Antistitum vllus, dominus est spiritualium, sed merus dispensator rerum domini sui: qui gratis id facere cũctis iussit. Quare nec tanquam domini, nec tanquam dispensatores dominium pretij acquiritur. Accedit huc prętereà vrgens admodum argumentum ꝙ si solo iure pontificio prohibita esset translatio dominij in simonia, sequeretur, quod si quis pro administratione sacramentorum, præter sacros ordines, reposceret, verè perciperet dominium. Nam iure pontificio eiusmodi translatio solum legitur prohibita, vt ait in præsenti artic. D. Thom. in ordinum, & beneficiorum collatione, & ingressu religionis: in quibus pro nullis habentur contractus, vt supra dictum est. Profectò ergo quàm maxima probabilitate pollet, vt in hoc etiã sensu iure diuino fuerit in simonia restitutio iussa, id quod antiqui semper crediderunt: vt Henri Gaudensis, quolib. 6. q. 26. & Armacha. lib. 10. c. 23. quibus, & quolib. 9. art. 3 Adrianus ad hærescit. Immo, & S. Thom. idem hic videtur sentire; siquidem obligationem restituendi in simonia non aliunde deducit, quàm ex verbo Christi; Gratis accepistis, gratis date. Quamuis Caiet. hic in sua Summ. verb. simonia, & illic Sylue §. 2. Panor. supra citatum sequuti, contrarium censeant. Dixerim autem non tantam esse persuasionem de acquisitione simoniaca rei spiritualis, quod nulla sit iure diuino; tum ꝙ licet dans pretium peccet contra naturam gratiæ; tamen dum id sua dat sponte, non videtur inhabilis subinde fieri ad recipiendum; tum præsertim, ꝙ si iure diuino nulla esset, nullatenus posset Papa super eo dispensare; & tamen communis est omnium consensus, ꝙ si alicui simoniacè cõferat beneficium, licet vterque pessimè faciat; collatio tñ teneat, vt artic. proxi. disputabitur. Tenendo ergo, vt quã longissimè certius censeo, iure diuino iussam esse in simonia restitutionem. Restat ad allegatum capitulũ respõdere; quod non est facile. Alijs ergo prætermissis solutionibus duę sunt, quę alicuius momenti haberi possunt. Vna, ꝙ & si

Hemic. Gandẽ. Armachamus Adrian. S. Tho. Caieta. Syluest. Panor.

qui tãquam pretium aliquid obtulit prę lato, sed tamen nullo expresso pacto dominium in ipsum non transtulerit; tamẽ quia restitutio non illi facienda est, sed ecclesiæ, potuit Pontifex illam eidem prę lato indulgere, atque adeò ipsum è vinculo liberare. At verò mihi nullatenus fit probabile, posse ecclesiam condemnare quenquam ad pœnam ante cõdemnationem de crimine; & ideo neque illum qui pretium dedit, priuare suo iure potuit, quandiu eius lateret crimen. Ob idq; probè ait Adrianus loco citato, quolibet 9. Papam non posse restitutionem cuipiam remittere, quæ facienda est parti, quæ dedit, sed illam, quæ facienda est ecclesiæ. Quamuis, & hoc non prorsus improbabiliter potest ad textum applicari; nam illi monachi mentales simoniaci cùm dispensationem peterent, delictum suum prodebant. Quocirca iam ecclesia poterat eos, qui dederant, eodem pretio mulctare, tribuereq; ecclesiæ, atque adeo restitutionem ei remittere, qui possidebat. Attamen ob id solutio hęc non omnino quadrat textui, ꝙ illic Papa nullum indulgentiæ beneficium apparet conferre, sed prorsus id respondere, quod est de iure. Alia ergo est solutio Adriani loco citato, quæ profectò attentè perspecta, vt meum fert iudicium, perplacebit. Ait siquidem illic Pontificem nullatenus decernere in simonia mentali non esse necessariam resignationem spiritualium, aut temporalium restitutionem; immo contrarium docet, sed lectio quæ punctum, & comma ineptè collocat, errorem generat. Vulgò nanque post narrationem casus, responsum in duo diuiditur, uidelicet, ut post verbum, extendi, fiat rubrica, & inde, quasi noua clausula sit, legatur. Et ad resignationem spiritualium, & temporalium, quæ nullo pacto sed affectu animi pręcedente, in quo casu delinquentibus sufficit per solam pęnitentiam suo satisfacere creatori; eos pro simonia huiusmodi non teneri. Ita ut hoc ultimum uerbum referatur ad præcedentia, scilicet non teneri ad resignationem temporaliũ, & spiritualium. Quod profecto Papa non apparet sensisse, qui erat Gregorius Nonus. Nam Gregorius primus, ut patet canone. Si quis neque. 1. q. 1 cõtrarium statuisse uidetur, ubi admonet

Prima interpretatio p̃fati cap. Ratio ĩ ꝓximã solutionem.

Adrian.

Secũda solutio quã auctor probat.

Qualiter legẽdus citatus textus.

quòd

quòd qui fraudulento munusculo ecclesiasticam dignitatem acceperit, tenetur illam sub pœna damnationis resignare. Fraudulentum enim munusculum planè significat illud, quod fraudulenta mente absq; pacto expresso supponitur, nam vbi conuentio interuenit, non est fraus, sed aperta iniquitas. Igitur non est credibile Gregor. nonum contrarium voluisse docere. Igitur: Vt recte text. legatur præmittendus est casus capituli. Quidam enim dato praua intentione pretio absq; pacto recepti sunt ad religionem, & forsan dederant monasterio aliquam præbendam, & insuper aliquod temporale. Postmodum verò compuncti Romam miserunt, vt cum illis fieret dispensatio. Papa vere misit mandatum, vt eadem fieret. Sed tamen dubitauit postea eius Abbas de extensione mandati quantum ad duo, nempè vtrum extenderetur facultas vsque ab abbates, vt ipse posset cum illis dispensare, item vtrum extenderetur etiã ad dispensandum super resignationibus, ne ex alterutra parte fierent, vt scilicet conuentus resignare non tenetur, sed omnia posset retinere, quæ monachi contulerant. Respondet ergo ad vtrunq; Pontifex affirmatiuè, dicens; Mandato nostro recepto, vt cum monachis, qui per simoniam dato aliquo (scilicet munere tam temporali, quam spirituali) locum in monasterio sunt adepti secundum constitutionem generalis Concilij (videlicet Constantiensis, vt habetur cap. quoniã, paulò ante in eod. tit. relato, & infra.) Sequitur responsio. Consultationis tuæ breuiter respondentes, dicimus, mandatum apostolicum (id est facultatem dispensandi) ad abbates extendi (vt scilicet ipsi valeant dispensare) & ad resignationem spiritualium, & temporaliũ. Itaque verbum. Extendi fertur, in hoc quod sequitur, sed interlita rubrica rem obscurauit peruertitq. subinde lectionẽ, vt intelligeretur non teneri ad resignationes. Debes ergo sic legere. Extendi ad abbates, vt ipsi possint dispensare extendique ad resignationes tam temporalium, quàm spiritualium si modò nullum interuenit pactum, nempè vt abbas possit dispensare, ne resignatio tam temporalium, quam spiritualium, quæ alias necessaria erat, non fiat. Addit uero, quæ vtrinque taliter acquiruntur, vt potequod dispensetur, ne vel monasterium restituat quæ perceperat, neque vero monachi inde abire cogantur, id quod alio qui iuxta tenorem dicti concilij facere tenebantur, & transire ad alium monasterium. Ait ergo Papa, quòd in illo casu, id est, facta dispensatione delinquentibus sufficit per solam pœnitentiam suo satisfacere creatori. Verbum ergo, Solam, non excludit quin ex natura simoniæ facienda esset tam resignatio spiritualium, quam restitutio temporalium. Immo cum dicat mandatum dispensandi, ad id extendi palam docet super his dispensationem fuisse necessarium, sed excludit illa, quæ dicto consilio iubentur, scilicet ne exeant monachi a monasterio, sed maneant in suo loco cum sola pœnitentia. Profecto apud me perquam abunde, uiderur responsio hæc capituli vim explicare, atque adeo cum communis opinio, quod simonia mentalis non obliget ad restitutionem in eodem solo cap. fundetur non est cur ei adhibeatur fides. At Sanctus Thom. est, cui respondendum superest, quippe qui in præsenti solutione ait sufficere simoniaco mentali de mala intentione pœnitere. Cui igitur respondetur non loqui de simonia mentali, vt communis opinio intelligit dictum capit. mandato. alias cum inter pontificia decreta iam tunc extaret, ipsum citasset; sed vocat simoniacum mentalem eum, qui intendit pretio dare, aut accipere rem spiritualem tamen verè non dat. Colligamus ergo id quod sentimus, si prælatus aliquid pro collatione rei spiritualis receperit, etiam sine pacto, credens illud in pretium sibi dari, profecto non magis dominum, quam vsurarius acquirit, atque adeo restituere tenetur eidem, qui dedit, si tamen postea resciuerit, id non sibi datum in pretium retinere potest. Atqui si quando confert beneficium, scit in pretium sibi munera esse impensa, non tenet collatio. Si autem quando contuli, non credebat sibi dari in pretium collatio ex parte sua tenet, sed tamen si postea scriuerit ceu pretium sibi data, restituere tenetur, & collatio constat ob inhabilitatem mentis fuisse inualida. Et profecto quousque me uel ecclesia, vel sapientes

Obiectio.

Ex Sanct. Thom.

Solutio

aliud docuerint, egomet mihi aliud perſuadere nequeo.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſummus Pontifex poſſit ſuper pœnis ſimoniæ diſpenſare.

POſtremo denique quæritur, vtrum pœnæ ſimoniæ ſint per pontifices diſpenſabiles. Et arguitur negatiuè: Quidquid Papa poteſt in tota familia Chriſtiana, poteſt antiſtitum quicunq; in ſua diœceſi: nullus autem ipſorum diſpenſare ſuper eiuſmodi pœnis valet: ergo neq; Papa. Secundò: Vna, potiſſimaq; pœna, vt art. proximo diſſerebamus, eſt ſpiritualium reſignatio, temporaliumq; reſtitutio. Super hoc autem diſpenſare nullus videtur mortalium poſſe, cum eiuſmodi reſtitutio iure appareat diuino imperata. Accedit tertio. Quòd ſi talis eſſet in Papa facultas, inde peruius pateret aditus ad ſimoniarum barathrum: nam & Papa ſecum ipſe diſpenſaret, vt dum vellet, ſacerdotia venditaret, quorum nihilominus collationes teneretur. In contrarium eſt tex. in c. mãdato, proximè, expoſitum, de ſimonia, vbi Papa facultatem indulſit diſpenſandi ſuper ſimoniam. Id quod celeberrimo vſu confirmatur.

1. Argu. Scũm. Tertiũ.

Ad quæſtionem duabus concluſionibus reſpondetur, Vna: pœnæ vitio ſimoniæ decretæ, ſunt numero quatuor, aut quinque. Prima, ſi verè pœna dici poteſt, eſt ſpiritualium reſignatio, temporaliũq; reſtitutio. Hoc patet cap. ſupra citatis, ſi quis epiſcopus, & c. presbyterum, 1. q. 1. c. de hoc. & cap. audiuimus. de ſimonia. Et in extrauagantibus Martini, Eugenij, & Paul. 2. cum deteſtabile, quibus contractus ſimoniacus habetur, vt nullus: ſiue declaratiõ ea ſit diuini iuris, vt arbitror, ſiue eccleſiaſtica ſanctio. Vbi autem contractus eſt, nullus inde protinus reſtitutionis vinculum exurgit. Quare non proprie cenſenda eſt pœna, ſed naturalis obligatio, vt quiſque alienum relinquat. Quamobrem nulla eſt, (vt ſupra diximus) expectanda ſententia. Secunda pœna, eſt papalis excommunicatio, ut eiſdem Extrauagantibus patet, & can. reperiuntur. 1. quæſt. 1. quæ quidem (vt lib. 1. expoſitum reliquimus) ipſo facto incurritur per ſententiam ipſam iuris, eiuſdemque admonitionem. Tertia eſt ſuſpenſio ab ordinum functione qui per ſimoniam recipiuntur, ut patet eod. c. ſi quis epiſcopus, & reperiuntur, & in eiſdem Extrauagantibus Martini, & Eugenij. Atqui excommunicationis pœna communis eſt etiam mediatoribus, ut inibi patet. Itaque illi qui ſuo negotio cauſſam præbẽt, vt alij ſimoniacè contrahant, ſunt ipſo facto excommunicati. Quin verò & quotquot certa ſcientia teſtes eſſent ſimoniæ, iure antiquo tenebantur ſub anathemate pœna reuelare, neque antequam reuelarent, abſolui poterant, vt in Extrauag. Martini, legitur. Sed tamen, vt in verb. ſimonia. §. 19. Sylueſt. admonuit, de illis tantum intelligebatur, qui præſentes eſſent in Curia Romana. Imo verò neque illo modo temperata lex vim nunc, inquit, habet ullam, quoniam eſt per vſum iam abrogata. Pœna autem irregularitatis non eſt ſub hoc termino iure expreſſa, neque in Extrauaganti, cum deteſtabile. vbi omnes pœnæ cenſentur, exprimitur. Nihilominus ſuſpenſio ab officio illius, qui ordines ſimoniacè ſuſcepit, aut contulit, quodam genus irregularitatis eſt. Præterea cum ſimoniaci omnes ſint excommunicati, ſi poſtea celebrent, tunc lege communi excommunicationis manent irregulares. Immò verò quamuis non celebrent, quandiu excommunicati ſunt, nequeunt ad alios ordines promoueri, quæ eſt tali irregularitas. Quare D. Thom. artic 6. in reſponſione ſeptimi, maximam diſpenſationem, quę cum ſimoniaco fieri poteſt, arbitratur, ut in eadem eccleſia maiores ordines conſequatur, ubi denotat ſimoniacos eſſet irregulares. Poſtrema denique pœna eſt infamiæ, ut habetur 15. quæſt. 3. can. Sanè & de accuſationibus. ca. inquiſitiones. Poſterior concluſio: Cum eo, qui ſimoniæ labe infectus eſt, ſummus Pontifex, idemque ſolus diſpenſare valet. Prior pars inde patet, quòd cum pleniſſimam habeat poteſtatem remittendi peccata, vt eorum quaſcunque pœnas ualeat pro cauſſa remittere, alias Chriſtiana familia remedio eſſet orbata. Accedit quòd pœna, quæ verè ſunt pœnæ, videlicet una excepta reſtitutione, omnes ſunt eccleſiaſtico iure decretæ, in quòd ipſe

1. Concluſio. Probatio.

Iure antiquo quotquot certa ſcientia teſtes eſſent ſimoniæ, tenebãtur ſub anathemate pœna reuelare. Sylueſt.

ipse pleniſſima fungitur poteſtate. Poſterior uero cõcluſionis pars non eſt uſque adeo certa, immo D Tho. loco proxime citatio, artic. 6. diſtinct. 6 ſecus cenſet. Ait quippe ſolum Papam cum eo, qui ſcienter eſt ſimoniace beneficiatus, diſpenſare poſſe, in reliquis uero caſibus poſſe etiam epiſcopum. Quin uero ordinaria poteſtate epiſcopus ualeat a quouis commiſſo crimine abſoluere, niſi Papa id ſibi reſeruans eius corceret poteſtatem. Quo circa ut communis habet Doctorum ſententia, quo Syluester refert. uerb. diſpenſatio. §. 14. contra canonem Papæ, aut concilii epiſcopus diſpenſare non poteſt. Cum ergo ſimoniacæ pœnæ omnes ſint conciliorum aut ſummorum Pontificum decretis conſtitutæ, uſus iam habet, ut ſolus Papa uel concilium diſpenſet, ſaltem in ſimonia ordinis, aut collati beneficii ſcienter acquiſiti, non eſt dubium quin ſoli Papæ hoc ſit reſeruatum, ut habetur in Extrauag cum deteſtabil. Pauli. 2 & idem arbitrandum eſt ad ingreſſu religionis, ut patet in d. cap. Mandato ubi conſtat ad ſolum Papam de hac re fuiſſe recurſum, & Martinus V. in ſua Extrauag. etiam receptionem monaſterii ſimoniaca n anathematis mucrone iugulat, cuius idem abſolutio ad ſolum attinet Papam. Sin uero in ſuſceptione aut miniſtratione aliorum ſacramentorum quidpiam ſimoniacæ ant detur, aut recipiatur, Sanct. Thom. poſſe cenſet epiſcopum diſpenſare. Attamen recentior Extrauagans, cum deteſtabile, omnem prorſum ſimoniam ferit excommunicatione ſibi ſoli reſeruata. Ait enim, qui quomodolibet dando uel recipiẽdo ſimoniam commiſerit, aut quod illa fiat, mediatores extiterint, ſeu procurauerint, ſentẽtiam excommunicationis incurrant a qua niſi a Romano Põtifice abſoluti nõ poſſunt, niſi in articulo mortis. Cũ ergo ait quomodolibet, nullius prorſus ſimoniaci cõſcientiam pacare auderem, antequam ſummum Pontificem, uel eius uicarium adiuerit. Sunt autem diſpenſationis gradus, ſuper ſimonia quondam conſueti, numero quatuor quos Diuus Thomas eodem articulo ſexto. recenſet. Erat enim parua diſpenſatio magnaque maior, & maxima: Parua quidam, ut ad laicorum communionem ſimoniacus admitteretur. Magna, ut poſt pœnitentiam in alia eccleſia in ſuo ordine remaneret. Maior uero, ut remaneret, in eadem eccleſia, ſed in minoribus ordinibus: Sed maxima, ut in eadẽ etiam permaneret, atque ad maiores ordines poſſet promoueri: nuſquam tamen uſque ad præfectus dignitatem. Hæc enim olim nunquam cõcedebatur. Quin uero, ut illic ait idem ſanctus doctor nullum de diſpenſatione uerbum audiebatur, prius quam tum temporaliũ, tum etiam ſpiritualium reſtitutio fieret. Nunc uero temporis ſuper his omnibus facile diſpenſatur.

Ratiocõcluſionis.

Excõicatio omnis ſimoniaci, Papæ reſeruatur iure nouo.

Quatuor gradus diſpenſationis ſuper ſimonia.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur argumentum reſpondetur. Quidquid epiſcopi ordinario iure poſſunt, Papa nihilominus merito huiuſmodi diſpenſationes & abſolutiones ad ſeipſum in odium ſimoniæ aduocauit, ne ſi dioeceſani eadẽ omnes poteſtate fungerentur, hiatus ſimoniæ propter diſpenſandi facultatem patentior fieret.

Ad ſecũdum arg.

Ad ſecundum reſpondetur, diſpenſationem ſuper ſimonia bifariam conſiderari poſſe. Vno modo poſt factum. Altero uero ut fiat. Et quidem poſt factum nullatenus controuertitur, quin poſſit Papa ſuper omnibus pœnis diſpenſare, ſimoniacumque in priſtinum reſtituere honorem & locum. Atque adeo non ſolum de fructibus uerum & de pretio ſimoniaco arbitratu ſuo diſponere. Nam poſtquam crimen in ſuum eſt forum delatum, reſtitutio non eſt ei facienda, qui dedit, ſed cui Papa cõſtituerit. Poſteriori autem modo neutiquam ſic Papa diſpenſare poteſt, ut quis rem ſpiritualem pretio emat, quin talis emptio, & uenditio ſacrilegium ſit & immane ſcelus, quandoquidem iure ſit diuino, & naturali interdicta, ſiue cum alio, ſiue ſecum diſpenſare auſit. Immo quotieſcunque ſpiritualia pretio uenderet, tam ipſe quam emens eodem complicaretur ſimonia execrabili uitio. Poteſt tamen diſpenſare ſuper excommunicatione & infamia, atque aliis eccleſiaſticis pœnis, ut ſcilicet circa earum reatũ poſſit contractus ſimoniacus celebrari. At uero de reſtitutione dubium reſtat, utrum ſcilicet ſi uel ipſo uel alio pretium recipiente ſpirituale cõferret, eatenus di-

Dubiũ.

ſpen-

ſpenſatio ualeret, ut collatio teneret, & pretium maneret a reſtitutione liberũ. Et re uera neſcio an antiqui patres id cõfiterentur. Nam S. Thom. non aliter diſpenſationem admittit, quam præmiſſa reſignatione ſpiritualium, temporalium que reſtitutione. Quamuis dici poſſet nõ eſſe locutum niſi de legitima diſpenſatione Dicendum ergo, quod ſi ea ſententia uera ſit, quod iure diuino ſit ſimoniacus inhabilis ad recipiendum præbendam, non eſt in Pontificis facultate illam collationem afficere ualidam. Et ideo qui antecedens crediderit, eum neceſſe eſt id, quod ſequitur, confiteri. Et fateor quod niſi communis opinio reclamaret, ſic dicerẽ. Nihilominus admittamus, ut ſupra hæſitantes inſinuauimus collationem illam pretio emptam, atq. adeo iniquam, non uſque adeo iure diuino impediri, quin teneat, eſſet tamen inſigniter iniquus, ut abſit impietas uerbo Põtifex ille q̃ tale patraret ſcelus. Quod ſi uẽderet, ambigere nequeo quin pretiũ ſemper reſtituere teneretur: quandoquidem (vt ſæpenumero dictum eſt) illius translatio dominii, iure diuino eſt nulla: Hinc ergo gradus fit ad ſolutionem tertii. Concedendum enim eſt huiuſmodi facultatem diſpenſandi, vt ſacerdotium collato ſimoniaca firma ſit, ſuapte natura præcipitũ eſſe ad ſimoniacum barathrum. Eſt tamẽ hoc Deo fidendum q̃ nunquam uel quam rariſſime in tã abſurdum ſacrilegium ſuum vicarium collabi permittet. Vtrũ uero eo ipſo quod Papa ſecum diſpenſet vt ſacerdotium uendat, pariter cum emptor diſpenſet, ut percipiat, non dico quantum ad culpam, quia non poteſt, ſed vt uerus ſit poſſeſſio. Iam q. 5. affirmatiuum cum Palud. contra Adrian. reſponſum reliquimus Caiet. vero hic eidem ſententiæ prius refragatur, licet poſtea uideatur ſuffragari. Nam re uera ratio, quam contra potiſſimum obmolitur, non eſt præcipui momenti. Arguit enim quod cum illa Papæ uenditio non ſit expreſſa diſpenſatio, non eſt præſumenda niſi recta id ratio perſuadeat, quæ quidem potius ſuadeat oppoſitum, quoniam ex tali præſumptione fieret conſequens, ut omnes paſſim audirent Pontificem ad emendum ſacerdotia, quo nihil eſſe pernicioſius poteſt. Quare etſi iniquitas ſit, inquit, in Papa, vendere, peior tamen eſſet, ſi uendens præſumeret diſpenſare: quia peccatum duplaret. Reſpondetur autem rationem rectam potius ſuadere, quod eadem ſemper præſumatur diſpenſatio, quoniam ſi ſine diſpenſatione præſumpta uenderet, peius ei duplaretur facinus. Nam enim tantum ſacerdotium uendere attentaret uerum & iniquiorem ahiberet fraudem, ſcilicet quod pretium recipiens nihil cõferret, ſi quidem niſi emptorem ab excommunicatione immunem redderet & habilem conſtitueret, collatio non teneret. Neque iſto modo patentior fit aditus ad ſymoniam, tum quod ſi diſpenſatio ipſo facto non præſumeretur, qui iniquus Pontifex eſſe uellet, tam facile uenderet, unaque expreſſe diſpẽſaret, quam ſine diſpenſatione uenderet. Tum præcipue, quod etſi tanta inſit in Papa facultas, tamen cum eius uſus tam ſit deteſtandus, non eſt de ipſo tam male timendum, ut per talem occaſionem fiat ad ipſum, ut ſacerdotia uendat, ſacerdotum concurſus.

Solutio.

Ad tertium. Hæſitatio.

Solutio. Caieta.

Rõ Caietan.

Solutio.

Finis libri Noni.

FR. DOMINICI SOTO SEGOBIENSIS, THEOLOGI ORDINIS PRÆDICATORVM,

Liber Decimus De Iustitia & Iure.

PROOEMIVM.

Argũ libri.

Librum decimum, qui huius nostri destinati operis conclusio est, de Episcopum ordine, deq́oe eorum potissimum in suis diœcesibus residentia polliciti sumus. Nã postquam in septem prioribus in cunctas iustitiæ iniustitiæque species, quæ illi generi directè subsiant, absolumus; in tribus subsequentibus, religionis materiam eidem iustitiæ annexam subtexere tulit animus. Sic enim arbitrati sumus, totum negotium de iustitia, & iure, quem titulum eidem operi inscripsimus, pro virili nostra ad iustũ pertractare. Non ergo, tum vtilius, ac pulchrius, tum etiam ad rem accommodatius col ophonem operi adhibere duximus, quam si extremam manũ ad Antistitum dignitatem, & functionem admouerimus: in quibus sacrosanctum iustitiæ columen, super omnes, qui Christiana censentur religione eminentissimè promicare, condecet. In quinque ergo membra, & quæstiones præsentem librũ dispertiti sumus. In quarum prima dignitas, institutumque episcoporum, quale sit quoque iure institutum, elucidatur. In secunda de episcopali prouincia adeunda differitur. In tertia eorum residentia. In quarta de ratione, & modo, quo tenentur ecclesiasticos prouentus dispendere, ac dispensare. Ac demum in quinta de officio diuino, cuius solutione clerici eosdem promerentur fructus.

Partitio libri.

QVÆSTIO PRIMA, DE EPISCOPALI instituto, & iure, quo institutum est.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum episcopalis dignitas fuerit in ecclesia super sacerdotalem necessaria.

1. Arg.

Nitiũ ergo disputationis nostræ inde nobis auspicãdum est, vt rationem episcopalis culminis perpẽdamus. Appareret namq; præter sacerdotalem dignitatem neutiquam fuisse episcopalem ecclesiæ necessariã. Dignitas. n. facultasque ministrorum ex eorũ functione perpenditur. Functio autem sacerdotalis est sacrosancti corporis Christi consecratio, ac dispensatio, quo nullus sacer actus esse potest maior. Secũdo. Si ad figurã id referre lubet, sacerdos effigiẽ Christi in ecclesia gerit, quatenus se pro nobis in ara crucis ob ulit, Christo aũt in ecclesia nemo altior excogitari potest, vtpote qui caput eius est, atque adeo neque repræsentatio esse potest sublimior, ergo nulla est præstantior sacerdotali potestas. Tertio, vt ad quæstionis titulum alludamus, etiam si gradus ille superior possibilis esset, nõ erat necessarius, siquidem per

Scdm.

Tertiũ.

per ſingulos ſacerdotes omnia poſſent ecclesiaſtica munera adminiſtrari: ad quos perinde expeditior foret acceſſus, cum quicunque pareciani ad ſuum Plebanum facillime accurrent, qui ſuas cauſſas definiret. In contrarium autem eſt traditio Dioniſij Apoſtolorum ſeculo ſcribentis: qui 5.c. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, Pontificalem dignitatem ſacerdotali præfert: dicens ſacerdotum eſſe populorum purgare, & illuminare: pontificum vero hæc ipſa & ſupra hæc, ipſum perficere.

Dion.

In ingreſſu ſtatim præſentis tractatus proponendus ab oculis & pontificũ gradus, inſtitutumq; adeo & functio: Quod quidem, vt de nomine primum expendamus, ab Hier. Græcæ petito in epiſtola ad Euagrium, quæ refertur 93. can. legimus epiſcopos ſuper intendentes appellari. Ἐπισκοπεῖν nanque idem eſt, quod ſuper intendere. idemque ait Aug. ſuper epiſtolam ad Tim. & refertur. 8. q 1. can. qui epiſcopatum. Quanquã & vis verbi Græci, vehementiam attentionemq; mentis explicat, vt idem ſit quod inſpicere, & tota mentis acie atque animi ſolertia aduigilare: vt epiſcopum eſſe idem ſit quod in perpetua ſecula perſiſtere, indefeſteq; ſuo gregi inuigilare, ac proſpicere. Quocirca vt ad reſidentiæ obligationem tam hinc oculos intendere ordiamur, nemo ſeſe interpretamento Hier. & Aug. ſeducat: videlicet arbitratus propterea epiſcopũ ſuper intendentem appellari, quod cum ſacerdotes ſimpliciter dicantur intendentes, ſatis ſit epiſcopo ſuper ipſos, hoc eſt eorum tantum mores intendere, gregemque reliquum eius concredere: eſſet quippe hæc nocentiſſima fallacia. Non enim hoc tantum illud, ſuper, ſignificat: ſed perſpectiorem curam vigilantioremque ſolertiam, quam non ſolum ſacerdotibus, verũ & toti gregi debent, quæ longe maior eſt, quã illa quam ſimplices habere debent Plebani Qũo. o. aliter veritatem verbum Chriſti contineret, quo optimum paſtorẽ inde commendat, q̃ de facie & voce tum ſuas cognoſcat oues, tum etiã viciſſim cognoſcatur ab ipſis. De nomine ergo propriũ, natiuumque epiſcopi officium, & munus deprehẽditur. Eſt enim nihil aliud quam paſtor: hanc enim metaphoram, & analogiam Chriſtus toto euangelio conſultiſſime obſeruauit. Quin vero re perſpecta non quidem ſolum metaphora, ſed proprietas forſan eſt: nam mentis eruditio modumque inſtitutio vere pabulũ animi eſt. Cum multi ergo eſſent alij præfectorum, ſubditorumq; ordines neque regem ſe neque ducem, quod poterat neque prætorem, neque conſulem, ſed paſtor quod veriſſime exiſtebat cenſeri voluit: videlicet qui rem de cœlo, & nomen detulit. Etenim cum illic meridies ſit vbi ſanctæ mentis ineffabili otio recubantes diuinitatis paſtu perfruuntur, quem vtiq; meridiẽ oſtẽdi ſibi ſponſa inter Cantica efflagitabat, quaſi paſtor ſe Deus ipſe relictis illic reliquis 99. ouibus, centeſimam quæ petierat quæſitum ad nos deſcendiſſe profitetur. Quare vt paſtor fuerat venturus decantatus: Iſaiæ 40. Sicut paſtor gregẽ ſuũ paſcet. Ob idq; primũ eius natiuitatis nũcium ad vigilates paſtores ſuper gregem ſuũ Angeli detulerunt. Ac ſubinde paſtorii ſe optimo ſolenter aſſimulauit, qui etiã animam pro ſuo grege ponere nõ dubitaret. In eadẽ igitur perſiſtens rei figura, nõ in aliam dignitatem vicarium ſibi ſubſtituit, q̃ vt eſſe ſuarũ ouiũ paſtor. Paſce. n. inquit, oues meas, quo vtiq; verbo epiſcopale munus ſignificãtiſſime expreſsũ eſt. Non ob id modo q̃d tum cũcta beneficia quæ Antiſtites ſuis populis debẽt, tum & dãna quæ illis aut per auaritiã, aut per ſocordiam, aut per crudelitatem eis dant, cũ illis quæ in paſtoribus & opilionibus inſunt genuinã habent ſimilitudinẽ, ut ſubſequens ſermo latiſſimus luculentius declarabit, verũ quod paſtorale otiũ prę cunctis reipublicæ exercitijs pacem ac tranquillitatẽ ſupremã: quã Chriſtus mũdum docere inſtituerat, peniſſime refert. Regum. n. ducũ nomina licet magiſtratus de ſignent ſuopte munere inſtos, adeo vt Homerus Regẽ paſtorem ẽtẽſſe adſtruxerit: tamẽ non poſſunt non ſæpe bellis perturbari. Si aũt conſulem dicas, aut aliud iudicum genus, neceſſe illos eſt litibus obrui: Paſtoris vero munus ab omni eſt tumultu longiſſime alienum, ouium innocentia taciturnitate, & ſimplicitate dulciſſimũ, ac ſubinde præ ſe ferens tum ſilentium illud quo ſuam Chriſtus familiam voluit a terrenis abſtractam cœleſtium negotio vacare: tum & ſynceram, & ſilentiſſimam obedientiam, quam ſine vlla reſponſatione oues ſuas Chriſtus voluit ſuis adminiſtris

Hier.

Quid uocabulum epiſcopus Latine ſonet.

Aug.

Paſtoris nomen multo rectius cœteris functionẽ epi exprimit. Hom. 1. iliad.

nistris exhibere. Igitur ne præter scopum procedentes, consueti moris nostris obliuiscamur, ad quæstionem vnica affirmatiua conclusione respondetur. Necessariũ fuit ex sacerdotibus episcopos institui, qui dignitate, auctoritate, & functione cæteris præeminerent, Probatur. Duæ sunt natiuæ sacerdotali dignitati facultates. Altera scilicet prima, & præcipua cõficiendi, ministrandique corpus, & sanguinem Christi, quo tota ecclesiastica religio refertur. Altera verò eidem subseruiens ad præparandum adaptandunque populum, vt pro rei dignitate sacrosanctam illam synaxim suscipiant, videlicet ad purgãdum ipsum a peccatis doctrinaque illuminandum, atq; adeo gubernandum. Et quidem quantum ad primum, sacerdos eo ipso quod sacro illo ordine initiatus est, a nullo amplius dependet, sed charactere ipso Christi ad id muneris plenissimè pollet, vt quotiescunq; consecrare tentauerit, vere sacrum cõficiat: ad quod igitur nullo opus habet superiori. Sed quantum ad secundum decentissimũ fuit, iurique naturali consonantissimum, vt inter sacerdotes vnus in tota esset diœcesi, qui totam gubernaret, atque adeo a quo sacerdotalis iurisdictio dependeret, ne videlicet presbyteri quoscunque obuios a peccatis absoluere temere possẽt, quod ad facultatem præparandi populũ attinet, nisi iurisdictione ab episcopo inter ipsos dispertita. Est ergo episcopus, licet non in consecratione corporis, & sanguinis, tamen in iurisdictione sacerdotibus superior. Quod autem hoc fuerit rationi naturali germanum, patet. Primum si supra cęlestia suscipias, inter beatas illas mentes ordines sunt, hierarchięque distinctæ, nempè vt inferiores per superiores illuminentur. Inter quas ideo sunt angeli & Archangeli, & principatus, &c. Rursus inter corporalia Deus, qui prima est omnium caussa, per sublimes cœlorum orbes & astra res subluna res gignit & procreat. Et in ciuilibus politijs necessarii etiam sunt magistratuum ordines, vt videlicet plebs iudicibus, iudices autem principibus, ac regibus subdantur. Sed ecce radicem vnde huiusmodi ratio ortum ducit: Ad populi gubernationem permagna necessaria est tum prudentia & sapientia; tum etiam morum probitas, atque adeo auctoritas cogendi errantes, in viam. Hæc autem tantæ sacerdotum multitudini suppetere nõ possunt, necesse ergo fuit tum populo, tum etiam ipsi clero episcopum præficere, qui eis esset sicut sol ad illuminandum, & sicut norma ad regendum. Hinc ergo perpende, quantum sit dignitatis ac sanctitatis culmen episcopo necessariũ. Sed de hoc alius nos locus inferius expectat. Quod si peculiare præterea exemplum ab antiqua lege petere lubet, eosdem illuc gradus distinctos inspicies. Nam cum tota tribus Leuitica, vt Magister Sententiarum in 4. distinctio. 24. adnotauit, diuino esset cultui mancipata, soli tamen Aaron, & filij eius erant sacerdotes, neque verò omnes pares, sed pater erat Pontifex, cui tantum licebat semel introire in sancta, filij autem eius simplices sacerdotes. Quare alijs ornamentis indutus erat Aaron (sicut modo episcopi) aliaque vnctione consecrabatur, quam cæteri, vt Leuit. 8. legitur. Cuius ideo in consecratione episcopi motio fit per illum Psalmi versiculum. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron: quod descendit in oram vestimenti eius. Nam tanta erat vnguenti effusio, ut vsque ad ima diffunderetur.

Conclusio rñsiua.

Rõ conclusionis.

Rõ congruens.

Elucidatur conclusio.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur capitalium argumentum respondetur, quod etsi sacerdotali functione in consecrando sacrosancta species nulla esse queat maior, est nihilominus episcopalis dignitas superior, quantum ad aliam facultatem præparandi populum. Nam sacerdos in absolutione a peccatis, ab episcopo dependet quantum ad iurisdictionem. Solutio est Sanct. Thom in 4. sentent. distinctio. 24. quæst. 3. art. 3. Vbi ergo non uidetur concedere simpliciter episcopalem gradum superiorem esse sacerdotali, sed solum quantum ad iurisdictionem. Scotus verò eadem distinct. arti. 2. & Durand. ibidem quæst. 5. atque alij simpliciter concedere pergunt ordinem episcopalem esse simpliciter digniorem, eo quod includit facultatem sacerdotalem conficiendi corpus. Nam ut ca. ex literis, de excessibus præla. cautum est, nemo antequam sit sacerdos, in episcopum potest consecrare. Addit autem tum superiorem facul-

S. Tho.

Scotus.

Duran.

tatem

tatem iuriſdictionis, tum & poteſtatem conferendi ordines, conſecrandique, ac benedicendi templa, vaſaq; & veſtimenta eccleſiaſtica, attamen parum refert, & eodem recidit. Etenim ſi dignitatem nudam conſecrandi conſideres, nulla eſt in epiſcopo maior. Quare id quod epiſcopus ſupra ſacerdotem habet, non eſt ſacerdotali dignitate præſtantius: At quoniam idem epiſcopalis ſplendidor ſacerdotalem præſupponit, tota eius amplitudo maior eſt ſua parte. Ad ſecundum verò reſpondetur, quòd cum Chriſtus caput eſſet eccleſiæ, perinde erat omnium eccleſiaſticorum munerum exemplar, atque Deus eſt omnium naturalium rerũ: vnde, vt Magiſter ſent. inquit loco nuper citato, omnes eccleſiæ miniſtri, ſcilicet ſinguli ſuo ordine Chriſtum ſecundum diuerſa, quæ geſſit repræſentant illi tamẽ perfectius, qui ſecundum altiorem qualitatem ipſum referunt. Sacerdotes ergo repræſentant ipſum ſecundum peculiarem actum, & perſonalem, quo ſe in cruce pro nobis obtulit: epiſcopi verò non ſolum in hoc quatenus ſacerdotes ſunt, verum & quatenus epiſcopi etiam ſecundum id quòd caput erat, inſtituitque eccleſiæ. Vnde & ſacerdotes ipſos conſecrant atque omnes miniſtros, quod fecit Chriſtus: & omnia alia eccleſiaſtica præparamenta benedicunt, quæ ipſe inſtituit: atque ex plenitudine Spiritus ſancti baptizatos confirmant.

Ad ſm.

ARTICVLVS II.

Vtrum epiſcopatus ſit ordo natura a ſuo ſimplici ſacerdotio diſtinctus.

NOn ſatis eſt noſſe epiſcopum excellentiori fungi munere, quam ſimplicem ſacerdotem: ſed rimari oportet, vtrum ex rei natura differant. Apparet enim non eſſe ordinem ex natura rei diſtinctum a ſacerdote. Ait quippe Hieronymus in epiſtola ad Euagrium ſupra citata, & rurſus ſuper epiſtolam ad Titum: quod refertur 95. diſtinct. can. olim. idem quondam fuiſſe epiſcopum, quod preſbyterum. Id quod multis ſacrorum teſtimonijs confirmat. Ait namque Paul. in ſalutatione epiſtolæ ad Philippenſ. **Paul. ad Thimot.** ſerui Chriſti Ieſu, omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, quam ſunt Philippis, cum epiſcopis & diaconibus, vbi presbyteros (nam in vna eccleſia nõ erant epiſcopi plures) appellat epiſcopus. Quare ſimul componit epiſcopus, & diaconos. Et Act. 20. Attendite vobis, & cuncto gregi, in quo uos Spiritus ſanctus poſuit epiſcopos. Et ad Titum; Poſt quam, inquit, ob id ipſum reliquiſſe Cretæ, ut conſtitueret presbyteros per ciuitates ſubdit: Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe. Et Petrus, qui erat epiſcopus, ait in epiſt. 1. Prebyteros compreſbyter precor. Haud ergo epiſcopalis dignitas a ſacerdotali ex natura ſua, & inſtituto differt. Secundò arguitur: Si epiſcopus ordine a ſacerdote diſtaret, eiuſmodi ordo eſſet verum ſacramentum, atque adeo ſicuti ſacerdotalis character atque diaconi, ſic different. Quod falſum eſſe inde conſtat, quod tunc plures eſſent, quàm ſeptem ordines. In contrarium eſt auctoritas Auguſti. in epiſtola ad Hieronymum, quæ refertur 2 q. 7. can. Quanquam, vbi ait ſecundum honoris vocabula iam tunc vſum obtinuiſſe, quod epiſcopatus presbyterio ſit maior.

3. Argu. Hier.

2. Argu. Auguſt.

Ad præſentis quæſtionis intelligentiã prænotandum eſt, bifariam intelligi poſſe epiſcopum reliquis ſacerdotibus dignitate præſtare. Vno modo in eodem genere: nempè intra lineam ſacerdotis. Alio modo, ac ſi ſit in altiori genere. Exempli gratia, ſacerdos differt a diacono in alio genere: quia eſt diſtinctus character, diſtinctaque conſecratio. Archidiaconus autem a diaconis, & archipresbyterus a presbyteris eodem genere, quia ſcilicet vnum eligunt qui ſibi præſit. Nec refert quòd Papa illis, an illi ſibi eum præficiant. Hieronymus ergo hoc tantum ſecundo modo, puta in eodem genere arbitrari videtur olim epiſcopum altiorem eſſe presbyteris: nempè quòd in ſchiſmatis remedium factum eſt, vt ex presbyterorum numero vnus, cæteris præponeretur, qui ideo non erat niſi magnus preſbyter. Eſt. n. presbyter nihil aliud quàm ſenior, ac pro ſuo ætate venerandus & colendus. Igitur ne per homonyma, & equiuoca procedamus, ordinis nomẽ bifariam in vſu eſt. Vno modo, ſecundum eius ſignificatus amplitudinem, quo latiſſimè omnem gradum, & dignitatem ſignificat.

Diſtinctio.

Sententia Hieron.

significat. Dicitur enim senatorum ordo, & doctorum & ducum. Vnde Cicero sæpissime alium ordinem appellat consulū: atque alium tribunorum, &c. Altero vero modo per solennē vsum Christiani Theologi nomen accommodarunt ad significādum vnum ex septem sacramētis, quales sunt ordo sacerdotalis, diaconi, &c. Quo supposito ad quæstionem duabus conclusionibus respondetur. Prior est. Secūdum priorem significationem episcopalis potestas natura sua semper fuit singularis ordo, hoc est gradus & dignitas sacerdotali sublimior. Conclusio hæc primum omnium fundamentum habet in auctoritate Dionisij, qui ætatem Apostolorum attigit, Pauloque institutore potus est. Is. n. loco supra citato. de eccles. Hier. c. 5. plane lateque distinguit ex rei natura inter episcopos, ac reliquos sacerdotes. Nā ait pontifices integre sacerdotalis perfectionis participes esse, quasi reliqui non habeant integram perfectionem. Et subdit; Pontificum itaque ordo sacratior, primus est diuina speculantium ordinum, idēque & sumus & vltimus, quippe in quem perficitur & impletur sacerdotij nostri distinctio omnis. Sicut enim Hierarchiam omnem in Iesum terminati conspicimus; ita vnamquamque functionem in diuinum Pontificem proprium. Vide quomodo in stat Christi præfert Pontificem reliquo clero. Est ergo arctioris generis. Et apertius subdit secundum aliam translationē. Discrete autem huic vltra cæteros ordines in sua operatione diuina lex distribuit diuiniores sacrificationes. Hæc autem sunt perfectrices diuinæ virtutis imagines, cōsummantes omnia diuina symbola, & omnes sacras dispositiones. Quoniam neque sacerdos sacrum baptismum operabitur sine diuinissimo vnguento, sed neque ipse sacerdos erit, nisi à pontificib. id muneris fuerit sortitus. Vide quam late, & diserte explicat differentiam inter episcopum, & sacerdotem. idque diuino iure, quandoquidem nullus sacerdos sine episcopo ordinatur, neque chrismate vti potest, nisi ab episcopo confecto, neque vestibus, aut vasis nisi ab ipso consecratis aut benedictis, præter iurisdictionem quā altiorem habet. Quod demum ait diuina lege esse sancitum. Nam vt artic. 4. videbimus, diuina lege institutus est episcopatus, licet chrismatis confectio & aliæ eiusmodi ceremoniæ traditione Apostolorū institutæ credantur. Ex his ergo Dionysij verbis talis colligitur ratio. Ille est censendus distinctus ordo, hoc est gradus & dignitas in ecclesia, cui aliqua propria inest & peculiaris spiritualis functio ad sacramentum Eucharistiæ ordinata, talis autē est episcopalis gradus, nam ad ipsum, vt dictum est, spectat sacerdotes cæterosque ministros, ac denique & chrismata, & tēpla consecrare, atque adeo & plenem confirmare, quę quidem simplices sacerdotes perficere nequeūt, ergo suapte natura est ordo & gradus a sacerdotali distinctus. Et confirmatur hæc ratio. Nam ordo & gradus huiusmodi, ac potestas ex sua ipsius solemnitate dignoscitur. Episcopus autē præter sacerdotalem vnctionem solemnius inungitur, & consecratur, quasi nouam in sacrorum administrationem potestatem suscipiens. Nam cum sacerdotes solum inungantur manus ad consecrādum sacramentum, episcopi vngitur caput sicut Aaron, ad denotandum esse caput ecclesiæ suæ instar Christi, vt proxime Dionysius aiebat. Nisi quòd Christus non solum hominibus, verum & angelis, vniuersæque creaturæ ceu caput præfectus est. Tertio id arguitur, episcoporum status, status est perfectionis, longe altior, quam monachorum. Profitentur enim solenniter, non doceri, sed docere perfectionē, est ergo per se ordo. Accedit & exemplum antiquæ legis, nam dignitas Aaron diuino iure excelsior erat, quam reliquorum sacerdotum. In summa episcopalis dignitas non ratione solius iurisdictionis constituitur per se in altiori gradu, neque illa de causa opus habebat aut vestis, aut vnctionis differentia, sed ratione spiritualium functionum. Quocirca episcopus ante consecrationem iurisdictione fungi potest, quamuis ordine tunc episcopali non polleat, vt habetur cap. sicut. supra citato, ex literis. de excess. prælat. De altero uero ordinis significatu controuersum est inter doctores, vtrum episcopatus sit ordo, hoc est sacramentum. Partem affirmatiuam credit Durand. in quarto Sententiarum, distinctio. 24. quæstio. 1. Et eadem distinctio. Scotus ait esse Canonistarum opinionem. Contra quos statuitur posterior conclusio. Episcopatus non est ordo,

Nomen ordinis bifariā est vsurpatum Ciceroni.

1. cōclusio.

Probatio.

Rō altera p cōclusione.

Confirmatio.

3. Ratio

Vltima conclusio.

ordo, qui ſeptem ſacramentis connumerantur. Sententia eſt Hugonis grauiſſimi auctoris, qui poſt numerationem ſeptem ſacramentorum vſque ad ſacerdotium, ſubdit. Hic gradus dispares in eodem ordine habet dignitates, vt epiſcopalem, &c. Eâdem ſequitur Magiſtri ſententiarum eadem diſtinct. 24. ac D. Tho. ac reliqui eius interpretes. Et ratione comprobatur. Epiſcopus nullum recipit characterem in ordine ad corpus Chriſti & ſanguinem conficiendum. Ergo cùm in hûc ſcopum omne ſacramentum ordinis referatur, epiſcopatus non eſt ordo. Probatur antecedens. Quoniam ſi talem reciperet characterẽ, aut eſſet minor ſacerdotali aut maior, nõ quidem minor, nam eiuſmodi characterum functiones omnes ſunt adminiſtratrices in confectione ſacroſancti ſacramenti, vt in diacono patet, & ſubdiacono. Epiſcopus autem de ſua natiua ratione non ſic adminiſtrat ſacramenta. Neque vero eſſe poteſt excelſior character reſpectu eiuſdem qui ſacerdotalis eſt. Quoniam conficere ſacramentum, quod quilibet poteſt ſacerdos, veſtigium tenet & culmen, quo omnia referuntur ſacramenta. Secundum hunc adhibet D. Thom. argumentum loco citato. Natura ſacramenti eſt, quòd a præcedenti quantum ad eius neceſſitatem non dependeat, epiſcopatus autem dependet à ſacerdotio nam vt iam antea dictum eſt, conſecratio epiſcopi, antequam ſit ſacerdos non valeret. Hoc autem argumentum Scotus in 4. diſtinct. 4. eludit potius, quam impugnat. Ait quippe inde quòd epiſcopatus ſacerdotium præ requirat, argumentum potius ſumi quod ſit perfectior. At vero hoc nihil ad rem. Haud enim de perfectione hic diſputamus, ſed de natura ſacramenti oſtendimus inde non eſſe ſacramentum, quòd alias etiam abſque præuio ſacerdotio conſecratio epiſcopi eſſet valida, ſicuti conſecratio ſacerdotis, etiam ſi non fuerit diaconus ſuum imprimit characterem, vt diſtinct. 53. cano. ſolicitudo. & extra de clerico per ſal. ordina. cap. vt tuæ literæ decretum legitur. Accedit huc & ritus eccleſiæ, quòd ſacramenta ordinis in ſabbato conferuntur. epiſcopus vero, tanquam legitimus eius ſponſus, die dominica conſecratur. Eſt ergo opinio hæc, vt dictum eſt, non modo D. Thom. ſed Alexan & Bonauen. & omnium communis. Scotus vero loco citato ait Canoniſtas contrarium tenere propter hoc argumentum, quòd niſi epiſcopatus ordo eſſet, poſſet funditus auferri, nam tunc non refert quid aliud ſit, quam iuriſdictio iuriſdictione autem quicumque priuari poteſt, quandoquidem propter crimen hæreſeos atque alia, priuatur ſua eccleſia epiſcopus. Et quidem Scotus deuinci hac ratione videtur. Annuit enim concedere, quòd ſi non ſit ſacramentum, nihil in eo ſupereſt, niſi auferibilis iuriſdictio. At verò profectò nulla eſt rerum cõſequentia. Immo quamuis non imprimatur ſacramentalis character, nihilominus adhibetur ſacerdotalis habilitas quædam, & facultas indelebilis, atque ab epiſcopo inamobilis, vt ait loco citato Bonauentura. Quare depoſitus epiſcopus ſi iterum in ſuum ordinem reſtituatur, non opus habet denuo conſecrari. Sed & Durand. quoque eadem diſtinc. quæſt. 5. alia via negat hanc noſtram concluſionem. Concedit inquam epiſcopatum ſacramentum eſſe, non quidam a ſacerdotio diſtinctum, ſed illud ipſum perfectum. Itaque ſimplex, inquit, ſacerdos licet ſimpliciter habeat characterem ſacerdotalem, non tamẽ eſt omnino completum & perfectum. Et ſubtexit exemplum, quòd ſicut confectionis corporis, & ſanguinis vnum conſtitutum perfectum ſacramentum, ita conſecratio ſacerdotis, & conſecratio epiſcopi. Quare ſubſequenter confitetur epiſcopatum characterem imprimere perfecti complique ſacerdotij. Argumentum autem, quo ſibi hoc habet perſuaſum eſt, quòd pariter, immo perfectius epiſcopalis dignitas ordinatur ad ſacramentum Euchariſtiæ, quam diaconatus aut ſubdiaconatus cum miniſtros ipſos inſtituat. Ex quo concludit eſſe perfectius ſacramẽtum. Ad ipſum autem atque ad ſuam rationem pariter reſpondentes fatemur ingenue dignitatem epiſcopalem perfectionem ſacerdotio adhibere; quod ſupponit & includit, ſed illa tamen perfectio non eſt de eſſentia ſacerdotij, ſed illi accidentaria, & acceſſoria, quæ ideo non conſtituit vna cum illo verum ſacramentum; neque eſt pars integralis eius. Nec uero eſt intellectu facile, duos imprimi ſacerdotales characteres, alterum ſimplici ſacerdoti,

2. Ratio S. Th.

Solutio Scotus.

Refutatio.

Poſtremaõ.

Alex. Bonau. Arg. Scot.

Solutio

Duran.

Arg. Duran.

Solutio argumẽti facti.

doti, alterum verò episcopo. Quocirca nulla est rationis eius illatio. Episcopatus est in ordine ad corpus Christi verũ, ergo est sacramentum. Requiritur.n. amplius, ꝙ sit potestas ad id proxime pertinens; nempè ꝙ eius functio sit, vel missæ celebratio, vel eius ministratio, ceu diaconatus, & sub diaconatus. Functio autẽ episcopi non est huiusmodi, sed instituere ac præparare ministros. Quòd si contra rursus arguas; Episcopus, quatenus episcopus, aliqua sacramenta confert, puta ordines; quæ non posset inquantum sacerdos; ergo ius propria potestas est sacramẽtum; qm̃ potestas in unum sacrm̃; sacramentum alterũ est. Negatur consequentia; sed solum concluditur, ꝙ ẽpalis potestas sacramentum sacerdotale præsupponat. Nisi.n. esset sacerdos, nequiret ordines conferre. Porrò autem Altissiodorensis non solum eodem, quo Durandus inclinat, verùm vlterius progressus, ait, quòd archiepiscopatus est etiã sacramẽtum distinctũ ab episcopatu: qui ideo in art seq. in disputationem est accersendus. Per has igitur conclusiones conciliãtur iura, sanctorumque asserta, quę varia reuidẽtur. Quoties.n. legeris quempiam in episcopum ordinari, non ita propriè intelligas, atque ordinantur sacerdotes. Atque id pariter, quod 21. distin. can. cleros, ait Isidorus; quòd scilicet ordo episcoporum quadripertitus est. Sed in, vt in priori conclusione asseruimus, nil est cur cunctẽris verè vocare ordinẽ: tametsi alij ad ambiguitatem tollendam non ordinem, sed dignitatem appellent: vt Hugo de sacramentis supra citatus: Et Magister Sent. lib. 4. dist. 24. vbi extra numerum sacramentorum ait, Sunt, & alia quædam, non ordines, sed dignitatum nomina, vt episcopus.

Obiectio.

Solutio Altissiodorensis opinio.

Hugo. Magist. Senten.

Ad 1. ar. Ad primum igitur argum. respondẽt, fortasse Hieronymum illa fuisse affectũ opinione, quòd episcopus, & presbyter solo diuino iure cõsulto eadem essent res, sed humano arbitrio vnũ ex presbyteris fuisse cęteris præfectum. Nam præter citata testimonia, subdit quòd Alexandriæ à Marco Euãgelista vsq; ad Heraclam, & Dionysium presbyteri semper vnum ex se electum, in excelsioremq; gradum collocatum, episcopum nominabant. Et subdit exemplum, vt diaconi eligunt archidiaconum. Tametsi Hieronymum nõ planè intelligam, quandoquidem subdit episcopum conferre ordines posse; non autem sacerdotem simplicem, vbi distinctionem ex natura rei insinuat: nisi velit hoc tantum esse ex ordinatione ecclesię, vt in fine eiusdem citati ca. olim ait. Cuius verba, vt ait Durand. maiori sunt admiratione digna. Ait si quidem eos consuetudine magis q̃ dispensationis dominicæ veritate presbyteris esse maiores, et in communi regere debere eccl. siam: cũ tamen citatus supra Diony. iam tempore Apostolorum diuina lege adstruxerit episcopum à simplici sacerdote distingui. Quin verò Aug. in lib. de Hære. Arianos inquit ea fuisse infectos, quod dicerent presbyteros ab episcopo nulla differentia debere discerni. Haud tamen tã infami nota verba Hieronymi inurenda sunt: nam ipse, quocunque id iure factũ sit, differentiam, & in conferendis ordinibus, & in loci eminentia agnoscit. Sed in hoc tamen lubentius Augustꝰ. atq; alios sanctos patres auscultare debemus quòd illa realis differentia ex institutione diuina per Apostolos originem traxerit. Ad ea verò loca sacra quæ Hieron. affert. Respondetur, hoc inde tantum concludi, quòd olim nomina episcoporum, & presbyterorum promiscua erant, vt tam episcopus diceretur presbyter, quam presbyter, episcopus. Itaq; vtrumq; erat cõmune nomen ad significandũ duas diuersas dignitates. Ad secundum satis superque secunda conclusione satisfactum est. Cõcedimus enim episcopatum esse ordinẽ secundum amplitudinem suæ significationis. Negamus verò esse sacramẽtum.

Aug.

Hiero.

Ad se-cũdum.

ARTICVLVS III.

Vtrum episcopi inter se perinde differant, atq; ipsi a simplicibus sacerdotib.

POstquam visum est episcopalem dignitatem à sacerdotali suopte instituto differre; explorare consequens est, an Episcopi similiter inter se differant. Apparet enim sic esse; nam Archiepiscopo ex proprio incumbit officio episcopum consecrare, quod episcopo non nisi ex commissione videtur competere, vt patet c. Quod sedem. de offi. iud. ordi. vn

Primũ argum.

de, & pallio vtitur, quòd epiſcopo non
Argu. 2. eſt indultum, ergo ſpecie differunt. Secũdò: papa ſaltem dignitatis ſpecie cęteris eſt excellentior, quandoquidem Petri ſucceſſor eſt, cui peculiariter Chriſtus vniuerſum gregem commiſit. Quare, & ſingulariter etiam ſi fuerit aliàs epiſcopus, in Papam conſecratur, ſinguląq; Tiara vtitur. Quo circa diſtin. 21. ait Pelagius Romanam eccleſiam non Synodicis conſtitutis cęteris eccleſijs eſſe prælatam, ſed euangelica voce Domini Saluatoris noſtri primatum obtinere. Sed in contrarium eſt, quòd in ijs quæ ad confectionem corporis, & ſanguinis attinẽt, nihil poteſt vnus epiſcopus, q̃ ſinguli nõ poſſint: vt patet in ordinum collatione, atque in ipſorum mutua conſecratione: nam vnus alterum conſecrat. Quin verò Hoſtien. conſecrat Papam, & tamen ſi inferioris eſſet poteſtatis id nequiret: iuxta illud ad Heb. 7. Sine vlla contradictione quod minus eſt à meliore benedicẽ.

Quæſtionis huius duo inſinuanturmẽbra. Primum de epiſcopalibus officijs, & functionibus. Atque alterum de ipſorum diſtinctione: quippe quorum poſterioris cognitio à prioris notitia pendet. Duabus ergo concluſionibus ad quæſtionem rñdetur. Prior eſt; Vniuerſe functiones, que ad perfecti paſtoris officium attinent, ſunt epiſcopo peculiares, & propriæ. Iam. n. ſuprà artic. 1. oſtenſum eſt, genuinum epiſcopi munus, officium eſſe paſtoris: in cuius teſtimonium dum conſecratur, traditur ei baculus paſtoralis. Immò verò antè deſignatur eſſe paſtor, quàm anulo fiat ſponſus Eccleſiæ: Omnes ergo functiones, quæ paſcendo gregi accommodantur ſunt dignati epiſcopali, quatenus cunctis communis eſt, patres, & quales. Sed ais, nunquid nõ, & Plebani ſacerdotes ſuarum ſunt etiã prędialium eccleſiarum paſtores? Sunt quidem Haud tamen vndequaque abſoluti, & perfecti. Quare nõ omnibus vniuerſa paſtorum officia ratione ſuæ dignitatis incumbunt: ſed quædam. Ad cuius intellectum notandum primum paſtoris officium eſſe, vitam prębere gregi, eundemque alere, ſanare, & ſuſtentare. Functiones autẽ huiuſmodi ad tria genera, & ordines reducũtur. Primũ namque id potiſſimũ fit per adminiſtrationem omnium ſacramẽtorum Baptiſmo enim, regeneramur: deinde confirmari euchariſtia alimur: & p pœnitentiam ſanamur, &c. Illa ergo ſacramenta, quæ ad huiuſmodi ſunt vitam prorſus neceſſaria, & congrua, incumbit cuicunque plebano ſacerdoti adminiſtrare. Qualia ſunt baptiſmus, euchariſtia, pœnitentia, & ſacra vnctio: & prętereà benedicere ſponſos. Attñ ordinare miniſtros incumbit epiſcopo, & prętereà ob vberantiorem copiam. Spiritus ſancti confirmare plebem. In adminiſtratione ergo ſacramentorum primùm incipit paſtorale officium locupletius, ac perfectius eſſe in epiſcopo, quam in plebano ſacerdote: tum ſcilicet, q̃ ſacerdotes non omnia cõferre poſſunt: tum etiam, quòd quæ poſſunt, ex ſola iuriſdictione ab epiſcopo conceſſa habent. Secundum ad idem pertinens paſtorale officium eſt, idem docere populum. Huius autem functionis duo ſunt gradus, Alter illos explicare articulos qui ſunt ad ſalutem neceſſarij. Et hoc proprie parœcianis ſacerdotibus curam gerentibus animarum incũbit. Quare, pfecto huiꝰ muneris, vbi grãdis eſt negligẽtia, peccatum eſt illis mortale. Tenentur. n. plebẽ Articulos docere fidei, & Decalogũ. Immò verò, & orationem Dominicam: illa videlicet, quæ pœnitentes, an ſciant, ſunt interrogandi. Scire enim debet Chriſtianus quiſque quid nam ſibi credendum quidq; agendum, & quid à Deo petendum. Alter gradus eſt altiora fidei myſteria explicando ſacram ſcripturam propalare, ac morum probitate gregem imbuere, & inſtituere. Et hoc proprie pertinet ad officium epiſcopi. Cui iõ in conſecratione, tradito euangeliorum lib. ſubforma pręcepti dr: Vade, & prędica populo Dei. Tertium, qđ ad idem paſtoris officium ſpectat, eſt gubernatio, & correctio: nam, & hoc pacto vita gregis ſeruaẽ. Et facultas hæc plañ eſt, q̃ fit in quolibet epo plenaria, niſi ſit per Papam coercita, in plebanove verò nulla eſt, aut quàm tenuiſſima. Poteſt enim plebi, vt ſtatis temporibus ſacra audiat, ſacramẽta q; ſuſcipiat, p̃cipere. An verò excõmunicatione, aut alia pœna in foro exteriori cogere, paulo inferiꝰ dicemus. Et p hęc intellectus eſt capiẽdus doctrinę Dionyſijs ſupracitati, diſtinguẽtis tres hierarchicas, hoc eſt ſacri principat' actio-

Prima cõcluſ.

Scrupulus. Solutio

Paſtoris officij.

Ad officiũ paſtorale ptinet docere populũ.

Gubernatio, et correct. ad paſtorem ſpectãt.

Explanatur Dion.

actiones, puta purgare, illuminare, & perficere. Quorum primum ait ad diaconũ pertinere, ſecundum ad ſacerdotes, tertiũ ad epos. Purgare enim eſt purum ab impuro ſeparare: ut triticum cribro, & farinam diſcerniculo. Venientes enim ad baptiſma diaconus examinabat, an vellente uitam priſtinam deſerere, erroresque abiurare, & ſic ſeparabat illos, qui baptiſmo digni erant ab aliis ſacerdos uero fidei catechiſmo illos erudiens, fonte ſacro tingebat, ubi per gratiam gratum facientem illos illuminabat, ſed epiſcopus confirmabat, hoc eſt gratia perficiebat Deinde autẽ ipſorum prædicatione, quæ de ſacra ſcriptura hauſerat, illos per amplius ad diuinum amorem inflammabat, in quo Chriſtiana perfectio conſiſtit. Haud ergo negandum eſt, quin ſacerdotes plebani curam uere gerant animarũ, quarum etiam exhibituri Deo sũt exactam rationem, uereq. ſint paſtores. Perfectum tamen abſolutumq. nomẽ ſolũ congruit epiſcopis, vt de ſuo ipſorũ nomine admonetur. Per hæc ſubinde ſit etiam liquidum, quemadmodum epiſcopi omnes ſint a ſoli, qui proprie loco Apoſtolorum ſucceſſerũt, eorumq. fungũtur uicibus, ut hẽ can. in nouo, diſtin. 1. & cano. eccleſiæ principes diſt. 35. Id qđ can. quorum uices, diſt. 58. auctoritate. Auguſt. fulcitur, inquiens, pro partibus tuis nati ſunt tibi filii. Patres miſſi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolis filii nati ſunt epiſcopi. Ad huius tñ intelligentiam, non tandum eſt, tria eſſe munera in quibus res, & ordo Apoſtolorum conſiſtit, ut D. Thom. ſuper illud uerbum Pau. 1. ad Corinth. 12. Quoſdam poſuit Deus in eccleſia primo Apoſtolos, adnotauit, uidelicet auctoritatem gubernandi fidelem populum, facultatem docendi fidem, & Chriſtianos mores. Tertio poteſtatem miracula faciendi ad cõfirmationem doctrinæ, ſecundum illud Lu. 9. Cõuocatis Ieſus duodecim Apoſtolis dedit illis uirtutem, & poteſtatẽ ſuper omnia dæmonia & ut languores curarent, & miſit illos prædicare regnum Dei. Quo poſtremo verbo intelligitur, ut eos q uerbum ſuſciperent, gubernarent, ſecundũ illud Luc. 10. Qui uos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Et quidem quãtum ad primũ munus, epiſcopi ſunt illis ſubrogari: tametſi illorum ſinguli in vniuerſum Chriſtianorum orbem poteſtatem haberent, Epiſcopi uero non, niſi in ſuas diœceſes, ſed ſolus Papa qui ſubſtitutus eſt Petro, uniuerſalem retinet iuriſdictionem. In ſecundam autem eiuſdem poteſtatis uirtute, quæ eſt prædicare fidem gradus ſunt dignoſcendi. Apoſtoli namq. eo uſque illa pollebãt uirtute, ut (quod in ſua 2. Canonica Petrus ait) firmiſſimum habentes ſermonem propheticum: quidquid ipſi prædicarent, eo quod ipſi id aſſererent, fides eſſet, ut pote qui cum organa eſſente per quæ ſpiritus ſanctus loqueretur, non opus haberẽt cogitare quomodo, aut quid loquerentur. Qui quidem gradus in eccleſia poſt Apoſtolos, & Euangeliſta nõ permanſit. Poteſt quidem Papa & Concilium articulus fidei explicare, ſed tamẽ eos, qui in ſacra ſcriptura impliciti ſunt, uel ex traditione Apoſtolorum oretenus firmiſſime habentur: utendo ſcilicet fundamento Chriſti, ac ſubinde Apoſtolorum. Illi uero ſine ſcripturæ perſcrutatione a Spiritu ſancto mouebantur. In ſingulis uere epis neq. iſta, quæ in Papa & concilio eſt facultas, in eſt ſed tantum prædicandi, interpretandi, amplificandi, perſuadendique ea, quæ Chriſtus per ſe perque Apoſtolos docuit. Tertia uero facultas faciendi miraculoſa nõ perinde in eccleſia modo eſt atq. in Apoſtolis extitit quia non eadẽ eſt prorſus neceſſitas. Quãuis ubi ratio id fieri modo exigeret, non haberet Deus manum occluſam. Ecce differentiam inter paſtoralem epiſcopi functionem, & eam, quæ eſt parœciano rum ſacerdotum. Et ideo, ut c. in nouo, ſupra citato legitur, ut epiſcopi Apoſtolis, quos Chriſtus Luc. 9. legitur elegiſſe, ſuceſſerunt, ſic & reliqui ſacerdotes parœciani ſucceſſerunt 72. diſcipulis, quos quia meſſis multa erat, in auxilium epiſcoporum idem Chriſtus ſuffecit, ut Luc. 10. legitur nempe ut eorum eſſent auxiliares ac miniſtri. Quare de lege communi epiſcoporum eſt in eccleſijs parœcialibus presbyteres inſtituere, ut legitur c. Sicut. 16. q. 7. Sed rogas nunquid & prædicare plebanis etiã conuenit, & aliqua iuriſdictionis imago? Reſpondetur prius de prædicatione, certũ eſt nihil amplius eis ex officij neceſſitate incumbere, quã

Sacerdotes plebani sũt paſtores.

Soli epiſcopi ſucceſſerũt loco Apoſtolorũ

Tria in quibus ordo Apoſtolorũ cõſiſtit. S. Tho.

Facultas faciendi miracula non eſt pinde modo in Eccleſia, atque fuit in Apoſtolis.

Quæſt.

Solutio.

doctrinam, ut dicebamus, Christianã populo necessariam docere. Vtrum uero sit salutare consilium illis in muneris iniungere, in Tridentino Concilio fuit in publicum concilium prolatum, & prima fronte sic nonullus patribus apparuit, sed non defuit, qui ut sententia pensiculatius agitaretur, supplex orauit a qua postea decernenda super sessum est. Enimuero ut decorum & salutiferum est illis parœcialibus sacerdotibus, qui uere Theologi sint, id muneris suis plebibus impendere, sic pestilentissimum est Theologię ignari id cõmittere. Iã enim & eo miserabili loco iacet ecclesia, ut in animarum cura committenda, uix ulla habeatur dignitatis ratio, præterquam quod neque proprii plebani suas ecclesias administrant, sed per uicarios id faciunt, uix Latine scientes, nempe per eos, quos quã minimo possunt pretio cõducunt. Adde quod in aliquibus, quas lustraui prouinciis, illi sunt plebani, qui cum neq. de limine Theologiam salutauerint, tamen Latine & forte Græcę deturgentes, putant fæliciter prædicare posse. Et isti sunt qui pestilentiores disseminant errores. Salubrius ergo populo est, eiusmodi concionibus carere, quã interfici. Ad secundum interrogationis membrum respondetur. In sacerdote secundum suam propriam auctoritatem nullam existere uim coactiuam, quãtum ad forum iudicabile. Nam maxime per excommunicationem, quæ pœna pastorali baculo annexa est Excommunicare autem propria auctoritate, solius est episcopalis muneris: ut hr̃ 24 q. 3. can. corripiãtur, & apud D. Thom. 4 sent. dist. 18. q. 2. Excipit illic tamen idem doctor Sanctus furtum, & rapinam, pro quibus, inquit, concessum est à iure, ut possit parœcianus sacerdos excommunicare. Iam tamẽ non est in usu concessio illa est nihilominus peccatum inobedientiæ, illi non parere in ijs, quæ supra diximus, iure posse præcipere, nempe ut festa ecclesiastica celebrent, & statis temporib. sacramẽta suscipiant, & doctorinam ecclesiasticam discãt. At nisi adsit contemptus, nõ est mortale aliud nouum præter transgressionẽ ecclesiastici præcepti. De officijs functionibusq. episcopalib. plura hinc essent eademq. scitu perutilia adhibenda sed usq. ad q. 3. ea duximus reseruanda: ubi inter tractandam obligationem, qua episcopi tenentur in suis ecclesijs residere commodius differentur. Posterior conclusio. Episcopales dignitates quamuis Archiepiscopum & Patriacham, immo & summum ipsum Pontificem commemores, non sunt specie diuersę, sed solo iurisdictionis ambitu aliæ aliis superiores, aut inferiores. Ait quippe Isidorus, ut supra ex can. cleros 21. distin. citatum est quod episcoporum ordo quadripertitus est. Nempe in Patriachas, Archiescopos, Metropolitas, atque episcopos. Est enim patriarcha, patrum summus, atque princeps: archiepiscopus uero, episcoporum princeps. Nam arcòs Græce, idem est quod princeps. Metropolita, qui certis ciuitatibus circunscriptam habet iurisdictionem, episcopus uero, qui unam regit cathedralem ecclesiam. Iam uero metropolita nullus est sub archiepiscopo, sed ipsi sunt metropolitani. Patrarchæ uero, ut Alexãdrinus Hierosolymitanus, & Constantinopolitanus, plures sub se singuli habent archiepiscopos. Immo & Romanus olim etiam appellabatur Patriarcha. Horum ergo dignitates ait li. 4. c. de ordinibus Altissiodo. saltem epalem & archiepiscopalem (nam de alijs non meminit) uere esse sacramenta eandemque distincta. Nam ut argutum primo loco est, ut episcopus sacerdotes atque alios ministros ordinat & consecrat, sic & Archiepiscopus ex proprio officio habet ordinare episcopum. Episcopi autem non nisi ex commissione. Nihilominus conclusio à nobis asserta indubia esse debet. Primum siquidem quantum ad id, quod ait episcopalem dignitatem esse sacramentum, iam supra satis reprobatum est Cæterum, & quod eiusmodi ordines episcoporum inter se genere non differant, sed sint eiusdem generis & speciei, probatur. Nam quidquid potest archiepiscopus & Patriarcha, potest episcopus in sua diecesi, ẽt episcopos consecrare & & Papa Et quãuis hoc faciunt forsan ex cõmissione, hoc accidit pp iurisdictionis defunctum, non tamen ex defectu episcopalis dignitatis. Quemadmodũ ob solũ defectum similem non põt sacerdos quẽquam absoluere cum uirtute characteris quoscunq. posset indiscriminatim. Et p hoc so-

In sacerdote nulla existit uis coactiua, quantũ ad forũ iudiciale, si eiꝰ nudam auctoritatem spectes.

Postrema conclusio.

Altissi.

Probatio asserte cõclus.

hoc ſolutum reſtat eius argumentum. Ad
Ad ſecũ dũ arg. ſecundum autem de Pontifice maximo pariter negatur, dignitatis ſpecie cæteris ſibi ſubditis antecellere. Sed quantum ad iuriſdictionis vniuerſalitatem, iura omnia illi primatum perhibent. Nam quantum ad dignitatem, etiam epiſcopus Hoſt. ipſum conſecrare conſueuit. Neque quidpiam ſpirituale eſt ad corporis Chriſti cõſecrationem relatum, quod Papa efficere poteſt, quod non queat etiam ſimplex epiſcopus quantum ad ſuam ſpectat dignitatem niſi ſit ratione iuriſdictionis ab ipſo Papa cohibitus. Itaque habet ſe inter epiſcopos Summus Pontifex (quantum ad dignitatem epiſcopalem) ſicut Petrus inter Apoſtolos, quorum, quatenus eccleſiam repræſentabant, caput erat, tametſi quatenus erant Apoſtoli, eſſent parens, vt canon. in 9. ſupra citato habetur, diſt. 21. Neque vero quatenus epiſcopi ordinati ab ipſo fuere, ſed a Chriſto conſtituti. Præeminent ergo epiſcopi ſacerdotibus altiori dignitatis genere, Papa vero epiſcopis in eodem genere, ſed tamen quatenus Chriſti vicarius, omnium eſt caput, vnde illi ſingulariter prius dictum eſt. Tibi dabo claues regni cælorum, Matt. 16. licet poſtea Ioan 6 omnibus datæ ſint, eique peculiariter dictum eſt Paſce oues meas, licet in ipſo cunctis ſit epiſcopis dictum, qui per ipſum erant ratione iuriſdictionis in orbem diſtribuendi. Decuit enim maxime, vt Chriſtus ſuã poteſtatem vni committeret capiti, vt vota Chriſtiana politia imaginem regni ſpiritualis præ ſe ferret, quæ omnium eſt politiarum optima.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum inſtitutio epiſcopalis dignitatis ſit de iure diuino.

POST hæc tandem vt hæc tota quæſtio abſoluatur. Quæritur, vtrum epiſcopi ſint iure diuino inſtituti. Apparet enim aliter res habere. Primum quia præter. Apoſtolos neminem legitur Chriſtus inſtituiſſe epiſcopum, ſed Apoſtoli ipſi ſua auctoritate illos inſtituebant, vt patet de Timotheo & Tito, quos Paul. conſtituit, ergo pariter epiſcopi non debent cenſeri iure diuino creati, ſed a Papa iure poſitiuo, penes quem diximus ſummam iuriſdictionem eccleſiæ eſſe. Secundo, id confirmatur facto ipſo Chriſti, Petrum ſibi ſubſtituentis. Ipſi enim ſingulariter iuſſit dicens. Paſce oues meas. Ac ſi dixiſſet, Tibi ſummam rei huius concredo, tu ipſe pro tuo arbitratu de illa diſpone, ergo epiſcoporum inſtitutio non Chriſti, ſed Petri eſt, eiuſq; ſucceſſoris. Vnde vox illa ipſius in 1. eius can. ca. 5. Paſcite, qui in vobis eſt, gregem, non diuina, ſed humana, nempe Petri præceptio apparet. In contrarium eſt illud Pauli Act. 20. Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit epiſcopos, regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

Primũ arg. Secũdũ. Paulus.

Conſtitutum quidem ſupra reliquimus dignitatem epiſcopalem ab Apoſtolorum ſeculo a ſacerdotio dignitate & munerib. fuiſſe ſecretam. Deſideratur autem quam maxime ad rei præſentis elucidationẽ, noſſe quo fuerit iure inſtituta. Nam cum Papæ fit epiſcopos eligere, vim eius inſtitutio Id quod ad perſuadendam ipſorum reſidẽtiam māti refert ſcire, vt inde ſint præcipua argumenta petenda. Et qui cauillari elude req; rationes pertendunt, quibus ſaluberrimum illud ac diuinum reſidentiæ ius fulcitur, non alio ſe protegunt, æneoclypeo, quam quod aiunt non a Deo immediate, ſed a pontifice epiſcopos fieri. Sic. n. quidã coarmanit ſeſe in defenſionem, vt ipſe arbitratus eſt, epiſcoporum, videlicet vt eos a iure diuino reſidendi diliberaret, vt q. 3. fuſius luculenti iuſq; patebit. Quemadmodum enim inquit epiſcopus iure diuino reſidere teneatur, cum nullus a Deo immediate fiat epiſcopus, ſed à Pontifice? Ipſius enim eſt diuidere dioeceſes & particularia ouilia, & imponere curam. Multaque alia id genus ſubdit quæ illic amplius diſſeremus. Hic ergo more noſtro duæ ſunt concluſiones aſſerendæ & irroborandæ, vt pote quæ baſis futuræ ſunt ac fundamentum illius diſputationis. Duobus enim modis comminiſci quis poteſt epiſcopatus particulares nempe ſummo inferiores, non eſſe de iure diuino. Vno quod dignitas ipſa non fuerit a Deo ipſo inſtituta, veluti ſunt ſacramenta, ſed a Papa, vt eſt quadrageſimalis anſtinentia, particulariſcunque obſeruatio feſtorum & annualis confeſſio. Altero vero, quod eorum electio quæ per

Catharinus fundamẽtum ad infirmãdam reſidentiam.

Prima conclu. Nō concluſiōis.

pontificē fit, non ſit diuina, hoc eſt de iure diuino, quorum vtrunq; eſt aperte falſum. Sit ergo prior concluſio: Epiſcopalis ordo, hoc eſt gradus & dignitas, inſtitutio prorſus diuina eſt, quum Chriſtus ore ſuo proprio fecit, hęc iam ſatis in ſuperioribus eſt demonſtrata. Chriſtus enim ipſe Apoſtolos elegit, cui muneri annexa eſt epiſcopalis dignitas, putas Chriſtianum gregem paſcendi. Illam autem dignitatem, præter ſpiritum propheticum quo illos imbuit, non in tempus inſtituit, ſed vt perpetuo in eccleſia perduraret, ergo epiſcopalis dignitas & gradus qualis tunc in eccleſia perſeuerat, ipliſſima eſt Chriſti inſtitutio. Poſterior quidem promiſſa nemini in dubiū uenire poteſt, quandoquidem Chriſtus ecclesiam fundauit perpetuo duraturam, perpetuoque paſtu gubernationiſque admini culo indigentem, cui adeo in ſingulis prouincijs fides morumque norma perpetuo eſſet elucidanda. Non ergo in tempus ſed in perpetuum hanc inſtituit dignitatem.

Ratio altera.

Huc ſecundo accedit teſtimonium Paulinum ad Ephe. 4. Et ipſe dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores & doctores, ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei. Paſtorum autem nomine epiſcopi potiſſimum, vt dictum eſt, cenſentur, ergo illi neceſſarij ſunt in ædificationem corporis Chriſti, atque adeo a Chriſto inſtituti

Tertia ratio.

ſunt, vt quantum Eccleſia, tantum eſſent duraturi. Tertio. Sacerdotium Euangelicum præſtantius eſt Moſaico, pluſque adeo neceſſarium, illud autem in pontificem & ſacerdotes diuiſum pro toto legis tempore diuinitus inſtitutū eſt, ergo & noſtrū ſacerdotium, in quo epiſcopi ſacerdotib. præferuntur, a Chriſto eſt viq; ad finē mundi inſtitutum. Id quod Paul. ad Hebræ. conteſtatur dicens, Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt vt & legis tranſlatio fiat. Niſi quod cum ſub illa lege vnus duntaxat populus vnaque tantum ſynagoga degeret, vno præcisè opus erat pontifice, eccleſiæ vero Euangelicæ in totum orbem late patenti quam plurimis. Id etiam quarto ratione patet, Chriſtus fuit ſolus eccleſiæ

Quarta ratio.

fundator. Vbi enim ait Paulus, fundamentum neminem poſſe aliud ponere quam quo poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, non ſolum perſonarum deſignat, verum & eius leges & politiam. Vnde ad Petrum ipſe ait, Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Ad fundationem autem eccleſiæ non ſolum neceſſe erat fidem ſperandarum rerum, quo ceu in ſcopum tendendum nobis erat, docere & leges illuc ducentes condere, verum & magiſtratus inſtituere, qui eccleſiam ſecundum eaſdem leges gubernarent. Qui quidem non alij ſunt quam epiſcopi, qui ſecūdum verbum Auguſt. pro patribus Apoſtolis nati ſunt nobis filij, ergo epiſcopalis functio inſtitutio Chriſti eſt, alias non ſatis firmiter fundaſſet eccleſiā. Quinto, Sacramenta & quæ illis neceſſaria ſunt. Chriſtus ipſe per ſe inſtituit, ac perinde ſacramentorum miniſtros quare ipſe ſacerdotes ordinauit, Epiſcopi autem ſoli proprio nomine habent quædam ſacramenta adminiſtrare. nempe ordines & confirmationem. Haud ergo dubium eſt vllum, quin Chriſtus non ſolum Papatum, verum & dignitatem epiſcopalem, quæ latiſſime ad omnes Antiſtites patet, inſtituit. Sexto: Dignitas epiſcopalis, vt in præcedentibus monſtratum reliquimus, eiuſdem generis eſt in omnibus epiſcopis, nam ſola iuriſdictionis latitudine inter ſe diſtant, ergo quatenus Papæ & reliquis epiſcopis communis eſt, eodem auctore Chriſto inſtituta eſt. Septimo, Epiſcopalis dignitas inter chariſmata numeratur, quibus Chriſtus ſponſam ſuam eccleſiam dotauit. De quibus nimirum ait Paul. 1. ad Corint. 12. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus, & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus, & diuiſiones operum ſunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Ergo epiſcopalis dignitas donum Dei eſt per ipſum eccleſiæ donatum, ſecundum verbum Paul. 1. ad Thimo. 4. Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt per prophetiam, cum impoſitione manuum presbyterij. Poſtremo denique id confirmatur. Cum Papa epiſcopum eligit aut confirmat, non magis, inſtituit epiſcopalem dignitatem, quam inſtituitur Papalis, dum ipſe eligitur, ſed ſola perſona ad eandem dignitatem applica ur. Accedit tum demum & Pius Papa, qui canon. oues ſexto quæſtio. 1. conteſtatur hāc veritatem, dicens, quod epiſcopos

Deus

Quinta ratio.

Septima ratio. Paulus.

Poſtrema rō. Pius pa. pa.

Deus sibi oculos elegit. est ergo certo certius, & si sic de his quæ sunt fidei loqui liceret, luce euidentius, Christum instituisse dignitatem episcopalem, quæ modo in ecclesia viget. Ecquis enim credat tam insignam magistratum in arbitrio Papæ posuisse, vt ipse illum crearet? Et ita omnes Theologi tenent in 4. dist. 24. omnesque iuris canonici interpretes, qui idipsum confessissimum habent. Qua vtique ratione Paulus non hominis ministros, sed Dei prorsus Apostolos, ac perinde eius successores episcopos, ac demum sacerdotes, existimandos docet. Sic enim, inquit, nos existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei. Cum Papa episcopos creat aut episcopi sacerdotes ordinant, nihil aliud faciunt quã ceu Christi ministri, Dei mysteria dispensare. Hanc ergo conclusionem tam multis duximus asserendam, non quod vllus de illa dubitare credendus sit, sed vt per illam falsitas apertius innotescat assertionis illorum, quos supra citauimus, in quibus est Catharinus, qui aiunt episcopales functiones, eorumque obligationes ad residendum ob id esse de iure duntaxat pontificio, quod Papa est, qui illos eligit applicatque ad suas singulorum ecclesias. Cuius contraria impræsentiarum asseritur talis conclusio, Episcoporum electio, atque adeo obligatio ad tua exercenda munera, est de iure diuino. At vero sunt qui hanc conclusionem, quamuis veram, non satis ex suis principijs deducunt, quorum est Torrensis ille, alioqui non pœnitendus auctor, quem supra libr. 8. citauimus qui quidem plus inferunt, quam veritas permittat. Existimant inquam ob id eiusmodi episcoporum electiones esse de iure diuino, quod fiunt a Papa, quatenus est ecclesiæ minister. Quæ profecto caussa ad colligendum non satis est firma, neque exemplum quod subdunt talem habet in vniuersum efficaciam. Aiunt enim quod sicut baptizatio, quia fit a ministro Dei eius ipsius nomine, est de iure diuino, sic electio episcopi, quam fecit Papa. Sed possent qui contrarium defendunt, hoc pacto rationem hanc debilitare. Christus Papæ & Concilio non modo administrationem commisit eorum quæ ipse instituerat, verum & facultatem tradidit nouas condendi leges & ritus. Quare obseruatio quadragesimæ festorumque multorum tuere sũt positiui iuris, nempe pontificij. Et idem merito censeri solet de consecrationibus Ecclesiarum, altarisque ornamentorum. Quocirca nulla est collectio hæc, si in vniuersum fiat. Pontifex quasi Dei minister hoc aut illud facit, ergo est de iure diuino, nisi antecedenti adhibeas illa facere tanquam institutionem ipsius Dei, vel quam Apostolis ipse explicuit, vt ecclesiæ verbotenus traderent. Quocirca ceu fundamentum huius posterioris conclusionis priorem anteiecimus. Est autem prius nostra nobis explicanda conclusio Episcoporum enim electiones esse de iure diuino, bifariam intelligitur. Vno modo in genere, quod singulis ecclesijs secundum ecclesiasticam diuisionem sui applicentur episcopi. Alio modo, quod hic Petrus aut Paulus huic aut illi. Et quidem in hoc secundo sensu notum est, hanc huius personæ electionem non esse de iure diuino eo pacto, quo electio Matth. ac subinde Pauli, sicuti aliorum Apostolorum fuit a Deo facta, sed ex humano eligentium iudicio, aut Papæ. In priori ergo sensu intelligenda est conclusionis veritas, quæ quidem facile ex præcedenti sic colligitur. Deus Dei minister id quod ipse instituit ipsius iussu dispensat, actio est de iure diuino censenda, cum autem Papa episcopum confirmat & consecrat, alicuique attribuit ecclesiæ, id exequitur quod Christus in genere instituit, quodq; ei facere iussit, ergo id iuris diuini censendum est. Posterior quidẽ præmissa superiori conclusione satis est demonstrata. Prior vero in sacramentorum administratione perspicua fit. Baptizatio namque & sacramentalis absolutio & similia licet per ministros ecclesiæ immediate (vt isti loquuntur) fiat nihilominus ob id iuris diuini sunt, quod Christus illa instituit, eiusque nomine fieri sic ac dispensari iussit. Et hoc est, quod Paulus in priori ad Corint. epistola admonitum esse curauit, vbi illa fugillat diuers. symbola, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, &c. Nũquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? & infra cap. 3. Quid igitur est Apollo quod vero Paulus? ministri eius cui credidistis, & vnicuique sicut Dominus dedit. Ego plantaui, Appollo rigauit, sed Deus incrementum dedi. Deus ergo per ministros sacramentorum

conclu. Solutio. Torrẽsis

Bifariã intelligi põt eporum electiones eẽ de iure diuino.

Probõ conclu.

gratiam diſpenſat. Et pariter omnino de epiſcoporum electionibus cenſendum eſt, parique modo nos docuit Paulus loqui. Sic enim locis ſupra citatis ait. Chriſtus poſuit quoſdam Apoſtolos, alios vero paſtores & doctores &c. Et alibi, Attendite vniuerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus ſanctus. Et cum Exodi 28. Deus Moyſi iuſſerit, dicens. Applica ad te Aaron & filios eius, vt ſacerdotio fungantur mihi nunquid propterea quod per miniſtrum Dei illa facta fuerit applicatio, continuo fit conſequens, non fuiſſe diuinam. Nonne & de epiſcopis quia Pontifice ſummo creantur, aſſertio vera eſt quod ſint ſerui, quos Dominus conſtituit ſuper familiam ſuam. Vide conſecratoris verba. Ait enim inter alias benedictiones ad Deum loquens. Sit fidelis ſeruus & prudens, non quem ego aut Papa, ſed quem conſtituas tu Domine ſuper familiam tuam, vt det illi cibum in tempore opportuno, & exhibeat omnem hominem perfectum. Hæc eſt enim epiſcopalis functio, perfectionem tum docere, tum etiam perſuadere. Seductorium ergo argumentum eſt. Electiones epiſcoporum diſtributionesque eccleſiarum per Pontificem fiunt, ergo id non eſt de iure diuino. Enimuero cum Chriſtus permanſurus no biſcum non eſſet in æternum, vt nos exteriori functione, vt dum inter mortales agebat, gubernaret, ſed Spiritus ſanctus quem nobis in hoc miſit, vt prima mentis tantum motione eccleſiæ aſſideret, fieri nequiuit aliud, quam vt quę Chriſtus inſtituerat, miniſtris committeret, qui externo foro & iudicio nomine ipſius pro hiberent. Vnde Paulus non ſimpliciter, ſed per externam ceremoniam, nempe per manuum impoſitionem Timotheum ac Titum ordinauit. Id quod commentarijs ſuper Iſai. adnotauit Hieronym. inquiens ordinationem non tantum precibus, ſed manus impoſitione perfici, ne vocis tacita imprecatio clericos ordinet neſcientes. Adde, id quod iſti aiunt, immediate eiuſmodi electiones per pontificem fieri, æquiuocatione laborare. Immo vero ſecundum Philoſophum li. 1 Poſteriorũ Analyticorum, illa cauſa dicitur immediata quæ eſt omnium prima, ſicuti immediata principia ſunt in quæ vltima fit reſolutio. Quare Deus eſt qui immediate huiuſmodi facit electiones per ſuos miniſtros. Sed tamen eſto cauſſa ſecunda dicatur immediata, eo quod inter ipſam & effectum nihil mediat. Sicut dum quis baculo mouet lapidem, baculus dicitur immediate tãgere lapidem, nam & hoc quoque pacto permittitur inter philoſophos, locutio, inepta tamen eſt illatio. Quidquid Papa immediate faciat, continuo excludere a iure diuino, tunc ſcilicet quando Deus qui illud inſtituerit & fieri præcepti, & tãquam primus auctor chariſmata poteſtatesque confert veluti epiſcopo, vſu venit qui eligitur, & conſecratur, Sed alia conſulenda eſt ratio ad explorandum ſitne id quod Papa facit de iure humano, nempe vt ſupra dicebam, ſitne inſtitutio eccleſiaſtica per poteſtatem a Deo tradita nouas inſtituendi, tum leges, tum etiam ceremonias. Et quo tandem aduerſarios de ſua ipſorum confeſſione reuincamus, quæritur. Cum epiſcopus ex Papæ commiſſione alium eligit & conſecrat, vtrum illa electio & conſecratio cenſeatur Papæ an illius epiſcopi qui eius fungitur vicibus. Profecto non negabunt quin ſit potius Papæ delegantis, quippe cuius auctoritate fit, quam delegati. Pari ergo modo dicendum quod cum Papa eligit, vel conſecrat, illa electio eſt de iure diuino. Id quod poſtremo iſto teſtimonio corroboratur. Nam ſi dignitas epiſcopi affectus eſſet Papæ poſſet quidem eum illa priuare, vt poteſt cum eum deponit eccleſiaſtica ſpoliare iuriſdictione. Et tamen quidquid Papa poſt conſecrationem attentet nõ poteſt dignitatem illam auferre, perinde ac ſi character eſſe ſacramentalis. At forte non deſit qui ex noſtra nos confeſſione hoc pacto conargat. Quamuis electio in genere ſit de iure diuino, nihil ominus hæc quæ ſit huius perſonæ, non fit niſi humano arbitratu, ergo hoc ſufficit vt electiones ſimpliciter dicantur de iure poſitiuo. Id quod inde confirmatur quod ſicut multi regnant, vt Deus per prophetam conqueritur & non per ipſum, ita Hiere 23. lamentatur, quod paſtores dilacerant gregẽ paſcuæ ſuæ, & in Euãgelio quod intrant non per oſtium, ſed vt fures & latrones aliunde, qui ideo non Dei numine, ſed humana voluntate eliguntur, atq; adeo nõ diuino iure, ſed humano. Ad hoc reſpon. aliud eſſe ius, aliud iuris vſum. Ius enim eſt facultas, & præceptio faciẽdi id quod Deus ipſe inſtituit. Qui ideo diuinum

Hieron.

Deus ĩmediate facit epiſcoporũ electiones.

Rõ altera adidã

num eſt. Viſus autem eſt exercitium quod in facto conſiſtit, & hoc relinquitur prudẽtiæ, & iuditio el gentium, & confirmantium. Quocirca poteſtas epiſcopalis, niſi fiat claue contra iura errante, vt puta quod irregularis non eligitur ſemper iure diuino confertur. Quod autem bonus vel malus eligatur, hoc dependet ex facto & vſu humano, ex quo procedere contra Dei voluntatem poteſt electio mala. Atque in hoc, de quo nos aduerſarij decipi arbitrantur, ipſi falluntur. Cenſent inquam nos inde ſeduci quod ex eo quod Epiſcopatus eſt de iure diuino, elicimus electiones epiſcopales eodem fieri iure. Hæc autem non noſtra eſt fallacia, ſed ſua, qua ex eo quod vſus iuris ſit arbitrio & iudicio humano inferunt electiones eſſe de iure humano. Audiant quæſo Leonem Põtificem in ſermone de aſſumptione ſua. Dignatio inqt, cœleſtis gratiæ gignit Antiſtitem. Et Ambroſius in Paſtorali, contra eos qui pretio ordines conferunt. Quis, inquit, dat gratiam epiſcopalem, Deus an homo? Et reſpondet, Sine dubio Deus, ſed tamen per hominem dat Deus. Homo imponit manus, Deus largitur gratiam. Epiſcopus initiat ordinem, & Deus tribuit dignitatem. Si homo in ordine nihil amplius operatur, niſi ſeruitiã, quod ei creditur, cur Deo totum negatur, quiipſum ordinem tibi largitur. Hæc ille Electio ergo iure diuino ſit. Et ne de nomine diſputare videamur, dicimus q̃ quidquid poteſtatis Papa eligẽs confert, iure diuino Deique nomine confert, atque adeo quidquid tunc ei præcipit, iure diuino præceptum eſt exiſtimandum. Exempli gratia. Cum conſecrator ait. Accipe euangelium, & prædica populo tibi commiſſo. Illi contrarium nobis auctores vocem eſſe aiunt non Dei immediate, ſed Papæ Quare ordinatus, inquiunt, Epiſcopus arbitrio papæ id exequi tenetur, vt ſi papa voluerit, ne ille reſideat, aut ſi nõ curauerit vt epiſcopale munus recte exerceat ipſi papæ imputandum eſt, non autem epiſcopo. Atque in hoc puncto ſtatus litis cõſiſtit. Ecquis autem hoc ferat audire? Ecquis inquam, vllo modo ambigere queat, quin vox illa perinde habeat, ac ſi illa ore Chriſtus proprio ore protuliſſet? quando quidem quod ipſiſſimus inſtituit, iuſſuque ſuo, ore ſui organi profertur. Deum ergo id loquentem debet epiſcopus auſcultare, diuinoque ſubinde id iure ſibi imperari. Nam retrocedamus paulo ante in cõſecratione. Cum ait conſecrator. Accipe baculum paſtoralis officij, vt in corrigendis vitijs piè ſæuias, iudicium ſine ira teneas, &c. Quo nomine illa proferũtur? Nonne Dei? Nunquid non ipſe eſt qui per ſuum miniſtrum illam cõfert poteſtatem & chariſma tis donum quod ipſa inſtituit? Vide quem admodum id planiſſime ſubiuncta precatio explanet, quæ ad Deum funditur. Subdi namque qui conſecrati. Creator & conſecrator humani generis, dator gratiæ ſpiritualis, largitor æternæ ſalutis: Tu Domine emitte tuam benedictionem ſuper hũc anulum, vt quicunque hoc ſacroſanctæ fidei ſigno inſignitus inceſſerit, in virtute cœleſtis defenſionis ad æternam ſi proficiat ſalutem. Et quaſi iam Deus ad precationem annuerit. Accipe anulum fidei, ſcilicet ſignaculum, quatenus ſponſam Dei, ſanctam videlicet eccleſiam intemerata fide ornatus illibate cuſtodias. Deus ergo eſt, cuius nomine fit electio & poteſtatis donatio. Id quod ex illo verbo Numer. vndecimo fit notius. Iuſſit enim Deus Moyſi dicens Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael &c. & auferam de ſpiritu tuo tradamque eis vt ſuſtententte cum onus populi, & non tu ſolus graueris. Reuera, illa inſtituto fuit diuina. Quod autem ait, Auferam de ſpiritu tuo non ſic eſt audiendum, quod donum Moyſi collatum currandum eſſet, ſed quod de eodem ſpiritu quo illum donauerat, donaret etiã ſuis auxiliatoribus. Quare idem genus gratiæ confertur omnib. epiſcopi. Vnde cõſecrator, Propitiare, inquit, Dominũ ſupplicationibus noſtris, & inclinato ſuper hunc famulum tuum cornu gratiæ ſacerdotalis, benedictionis tuæ in eum infunde virtutem. Ex his ergo fit plane cõſequens, Epiſcopum non papæ, ſed ipſiſſimo Deo fidẽ ſuam obſtringere. Quare facta electione, non papę, ſed ipſi redditurus eſt animarũ rõnem ſibi commiſſarum. Ecce in quo veritas ab eorum opinione quos hic redarguendos duximus diſtat, & quo qõnẽ præſentem percutere conſtituimus Videlicet electionẽ, q̃ fit a papa eatenus eſſe de iure diuino, vt eius vinculo ille qui perſonam induit epiſcopi, & reſidere teneat in ſua eccleſia, & alia exhibere perficereque munera quæ ſuæ paſtorali dignitati incumbunt.

Atque

Atque adeo hinc ſumendum nobis reſtat initium quæſtionis tertiæ de eorum reſidentia.

Ad primũ arg. Ad primum igitur argumentum eorũ quæ in fronte quæſtionis propoſita ſunt, reſpondetur, quod etſi neminem Chriſtus legatur inſtituiſſe epiſcopum præter Apoſtolos, vbi eos prædicatum miſit, nam illi functioni epiſcopalis erat annexa, & ſingulariter Petrum ſub paſtoris nomine, tamẽ cum eandem auctoritatem, vt dictum eſt perpetuo permanſuram fundaſſet, eo ipſo facto in Apoſtolis, & ſingulariter in Petro ſingulis futuris epiſcopis locutus eſt. Itaq. quod Petro dixit: Paſce oues meas, cunctis qui per ipſum creandi eſſent epiſcopi dictum voluit, nempe ut eo ipſo quod quiſq. creatus eſſet, idem ſibi datum diuinitus p̃ceptum intelligeret.

Ad ſecũdũ arg. Ad ſecundum reſpondetur propterea ſingulariter dictũ fuiſſe Petro, paſce, quod quantum ad iuriſdictionis plenitudinem ſingulariter ipſum caput cõſtituebat Quo circa ſicut illi peculiariter permiſſæ ſunt claues regni cœlorum Matth. 16. quas poſtea Ioann 9. cunctis dedit Apoſtolis, quin vero & Ioann. 20. cunctis ſuo gradu ſacerdotibus in foro conſcientiæ, ſic hoc quod ipſi dixit, Paſce, cunctis faſſus eſt. Aliud autem verbum eiuſdem Petri, paſcite qui in vobis eſt gregem Domini, negamus Catholice idemque firmiſſime vocem eſſe p̃cipue Petri. Immo id nomine Dei admonuit. Quin vero miramur ſatis iſtos nequeo qui contrarium putant, videlicet vocem eſſe perinde a Petro prolatam ac ſi epiſcop⁹ ſuis præciperet ſubditis, aut prælatus monachis aliud quidpiam quod ſua eſſet ordinatio, & præceptio. Cum planum ſit ac perſpicuum ceu diuinum organum eſſe locutum, perinde nimirum atque Paulum ubi aiebat. Attendite vobis & vniuerſo gregi in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Conſulto namque dixit, Paſcite gregem Domini. Nam ſi oues ſunt Domini, cuiuſnam paſtores niſi Domini, & cuius præcepto paſcere tenentur, niſi Domini? Vnde Hieronym. ad Nepotianum, & refertur, diſtin. 95. cano eſto Petrus ſecundum domini præceptum illud dixiſſe.

QVÆSTIO II.

DE EPISCOPATV OPTANDO, in eundo, & conferendo.

S. Thom. 2. 2. quæſt. 185.

ARTICVLVS I.

Vtrum liceat epiſcopatum appetere.

COnſtituto ergo quidnam ſit, quoque iure dignitas Epiſcopalis fuerit inſtituta ſub ſequitur ſecundum rerum ordinem de eius deſiderio, optationeque & collatione ſermonem ſub texere. Et ne D. Thom. honorem quem hactenus detulimus, adimamus, nẽpe, vt vbi ipſe loquitur eius interpretemur mentem, exponenda nobis eſt quæſtio eius 185. 2. 2. Arguitur enim quod deſiderare affectareque Epiſcopale munus, ſit non modo licitum, verum & laudabile. Ait enim primũ omnium Paul. 1. ad Timot. 3. Qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat, deſiderium autem boni operis, dignum eſt laude, ergo & Epiſcopatum optare. Secundo. Epiſcoporum ſtatus præſtantior eſt & excellentior quam monachorum religio, monachatum autem expetere pietas eſt & religionis officium, ergo optatius erit ad Epiſcopatum anhelare. Tertio Prouer 10. legitur. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis, benedictio autem ſuper caput vendentium, ille autem qui vita & ſcientia pollet, atque adeo Epiſcopali muneri idoneus eſt videtur ſpiritualia frumenta abſcondere, ſi ſe eidem muneri ſubducat, cui ſi ſe ſubdat, eadem ſpiritualia frumenta ſalubriter diſpenſare põt, ergo idẽ munus retractare vitio dãdum eſt, optare vero laudi tribuendum. Quarto, Sanctorũ exẽpla ceu documenta nobis ad imitandũ proponuntur, ſecundum illud ad Ro. 15. Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, legitur autem Iſa. 6. eundem Prophetam ad munus ſe prædicationis obtuliſſe, vbi ait. Ecce ego mitte, ergo illud nulla reprehenſione, immo præmio dignum eſt. In contrariũ facit verbũ illud Aug. 19. de Ciui. Dei. Locus ſuperior ſine quo populus regi non põt, etſi adminiſtre-

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

niſtretur vt decet tñ indecenter appetitur.

Tria in tẽporali munere conſide randa.

Ad quæſtionem, vt literam S. Tho. conſueo more in concluſiones colligamus, ſuppoſita triformi diuiſione, quinque concluſionibus reſpondetur. Eſt enim in epiſcopali munere tria conſiderare. Primum ſcilicet, quod omnium eſt caput & finis, epiſcopalis operatio & functio per quam communi ſaluti populi cõſulitur id quod verbo illo deſignauit Chriſtus, Io vlt. Paſce oues meas. Secundum eſt ordinis graduſque celſitudo & eminentia, ad quam epiſcopus aſſumitur, ſecundum illud Matth. 25. Fidelis ſeruus & prudens quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. Tertium denique in eodem munere tanquam conſequens annexumque attenditur, honor reuerentiaque ac temporalium prouentuum affluens copia, ſecundum illud Apoſt. 1. ad Tim. 5. Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni ſunt, nempe & apud Deum, & apud homines,

Prima conclu.

hac ergo ſubſtrata diſtinctione, prima concluſione, vt a poſtremo membro exordiamur, eſt, Epiſcopatum intuitu affectuque temporalium bonorum appetere, manifeſtarium crimen eſt ambitioſæ cupiditatis, nam cum bona temporalia non ſint niſi ſubſidia & ſuſtentacula, ad finem adminiſtrationis inſtituta, eadem temporalia præcipua intentione appeti, peruerſa appetitio eſt. Cuius quidem criminis obiurgabat Phariſæos Redemptor, Matth. 25. vbi aiebat, Amant primos occubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, ſalutationes in foro, & vocari ab hominib.

Secũda conclu.

Rabbi. Secunda concluſio circa ſecundum diſtinctionis membrum Epiſcopatum ratione celſitudinis & eminentiæ ambire nihilominus eſt criminoſum, nam eiuſmodi gradus altitudo conſequens eſt ad operis functionem, quare cum illa primum appeti ur præpoſtera eſt appetitio. Vnde & idem Seruator noſter Matth. 20. vituperio illud tribuit, vbi ait, Scitis quia principes gentium dominantur eorum, vos autem non ſic, ſed qui maior eſt inter

Chryſo.

vos, ſit tanquam miniſter. Vbi Chryſoſto. Per hoc, inquit, oſtenditur gentile eſſe primatum cupere, & ſic gentium comparatione eorum æſtuantem animam con-

Tertia conclu.

uertit. Tertia concluſio, Epiſcopatus functionem ad animarum ſalutem illum, qui dignus, exiſtimatur appetere, ſtudioſum officium eſt egregiaque laude commendandum. Hoc enim eſt quod Pau laudat, quoniam affectus ex obiecto perpenditur, & illud per ſe opus, charitatis exiſtit officium. Quarta concluſio. Eiuſmodi opus epiſcopale etiam ad conſulendum proximorum vtilitati expetere ob id quod gradus celſitudo illi adiungitur, præſumptuoſum videtur, atque adeo reformidandum eſt, niſi vbi manifeſta id neceſſitas exegerit. Vnde Greg. 1. par. Paſtoralium, cap. 8. Tunc inquit laudabile fuit epiſcopatum quærere quando per hunc quemquam dubium non erat ad ſupplicia grauiora peruenire. Quibus verbis ſcienter explicuit ipſum per ſe bonum opus eſſe; vbi culmen celſitudinis non habet annexũ. Quare tunc temporis rari erant, qui id oneris ſibi imponi cuperent, nempe illi duntaxat q. charitatis zelo ad id diuinitus excitabãtur. Qua vtique ratione ibidem Greg. c. 7. Iſaiæ zelum offerentis ſe cõmendat. Quinta cõcluſio. Nihilominus poteſt quiſpiam abſque illa præſumptione appetere ſe eſſe epiſcopatu dignum, prouinciamque illam digne adminiſtrare ſiue inſula inſignitus ſit, ſiue antea quam ad id muneris aſſumatur, ita vt deſiderium non in celſitudinem & primatum, ſed in obſequiũ ipſum Dei gregiſque beneficium feratur. Concluſio eſt tertię appendix. Vnde ſuper Matth. Chryſoſt. Opus quidem deſiderare bonũ, bonum eſt, primatum autem, hominis vanitas eſt concupiſcere, primatus namq. fugientem ſe deſiderat, deſiderantem ſe horret. Aſſertiones tametſi veræ ſint plusculum tamen lucis appetunt, & primum circa duas priores ambigitur, quantum nam culpæ in eo immoderato affectu inſit, dum quis aut temporales prouentus aut humanos honores præipſa epiſcopali functione deſiderat, vtrum ſcilicet genere ſuo mortale ſit crimen. Apparet n. ſic eſſe, eo quod eſt peruerſus affectus erga res ſacras. Sed nihilominus ab altera parte repugnat argumentũ, quod cũ illa iuſta ſint illius officij præmia moueri eorum affectu ad optandum epiſcopatum modo paratus homo ſit recte & rite ipſum adminiſtrare, nulla videtur, aut perexigua culpa Nã cum bonos, vt ait ille, alat artes cõſulto eiuſmodi præmia propoſita eſſe videntur, vt homines ad ſtudia allecti digni fiãt huiuſmodi dignitatibus adeũdis. Rñ-

Quarta conclu.

Grego.

Quinta conclu.

Dubitatio.

detur

detur bifariam contingere appettere epi-
Solutio. ſcopatum propter temporalia bona. Vno modo vt hæc ordinis peruerſitas ſit obiectum appetitus. Itaque vox propter, deſignet bona temporalia eſſe finem epiſcopatus, vt cum dicis. Appeto epiſcopatum propter bona temporalia, affectus appetẽdi feratur in illum inuerſum ordinem, ſcilicet epiſcopatus propter bonum temporale. Et re vera hoc genere ſuo exiſtit peccatum mortale: quia rerum ordo eis diuinitus inditus peruertitur. Eſt enim debitus ordo, vt epiſcopatus propter functionem legitima appetatur. Subſidia temporalia ad ſuſtentationem vt rectè poſſit in-
D.Tho. iunctum onus adminiſtrari. Quod quidẽ S. Thom. ſtatim in c. quæſtionis docere cogitauit, dicens, Principale & finale in epiſcopatu eſſe epiſcopalem operationem per quam proximorum vtilitati intenditur. Quare ad argumentum proxime factum reſpondetur. Primum, quod & ſi eiuſmodi in animo habeat recte epiſcopatum adminiſtrare, nihilominus præſentiſſimo exponitur periculo præcipuam habendi curam deglubendi gregem, procurandiq. honorem & faſtum, poſt habendique animarum curam, nam quali ordo eſt in appetitus obiecto, talis eſt in opere metuendus. Præterea. Etſi nullum tale imineret periculum, appetitio ex ſuo ipſius obiecto peruerſo vitiaretur. Secundo autem, modo contingit epiſcopatum appeti ratione temporalium quæ ei annectuntur, non quod ratio illa conſtituatur finis epiſcopatus qui concupiſcitur, ſed quod fuerit prima ratio mouendi appetitum. Et huiuſmodi affectio non apparet genere ſuo mortalis, cum per illam non conſtituatur peruerſus ordo in rebus. Poſſunt enim bona temporalia mouere hominem ad appetendum epiſcopatum, & ſi ipſa functio epiſcopalis non ordinetur in finem illum. Imo poteſt amor temporalium mouere hominem ad amandum Deum propter ſe, atq; adeo epiſcopatum. Sicuti & timor inferni poteſt quenquam mouere ad diligendum Deum ipſum propter ſeipſum. Nihilominus quia concupita non eodem ordine appetitum mouent quem inter ſe habent: eiuſmodi appetitio non caret culpa, ſaltem veniali. At quãquam hæc in ſcholis vtcumq; explicari valeant, tamẽ in affectu & vſu ęgrè diſtinguũtur. Etenim qui primo a temporali præmio mouetur, adeo facile ordinẽ peruertet, vt diſcerni nequeat, quin epiſcopatum propter huiuſmodi præmia concupiſcat, atque adeo in periculo ſit peccati mortalis. Quare alia eſt conſulenda regula, nempe vt qui certus ſit in eccleſiæ adminiſtratione nullum propter bona tẽporalia admiſſum crimen, ſed officio ſuo ſecundum leges ſeruitum ire, licet temporalium appetitu moueatur, extra metum eſt peccati mortalis. Sed tamen profecto raro iſta cohærent. Secunda ambiguitas eſt in diſtinctione duarum iſtarum concluſionum videntur quippe in idem coincidere. Nam etſi appetere bona temporalia ad auaritiam ſpectet, appetere vero dignitatis celſitudinem ad præſumptionem, tamen appetere honores, quod primæ concluſioni appoſitum eſt, ad præſumptionem etiam attinere videtur, cuius mentio fit in ſecunda. Reſpondetur autem diuerſum eſſe appetitum honoris, qui eſt ambitio, ab appetitu celſitudinis, qui eſt præſumptio. Nam altitudo & honor habent ſe vt cauſa & effectus. Et ſi quidem honor excellentiæ affectus ac ſubinde teſtimonium. Quare ambitio, vti 2.2. q. 31. ait S. Tho. eſt inordinatus appetitus honoris, vtputa vel cum quis teſtimonium excellentiæ appetit quam non habet, vel non ad vtilitatem aliorum appetit, nam honor non propter ſe, ſed tanquam aliorum commodum appetendus eſt. Præſumptio autem, eſt immoderata ſpes, nempe concupiſcentia alicuius dignitatis aut loci, qui vires appetentis excedit: Quæ quidem vitia in appetitu epiſcopatus diuerſa ſunt. His tñ ſic expoſitis inſurgere quis contra poterit, nempe q̃ huiuſmodi bona propter ipſa appetere non ſit peccatum. Qm̃, vt ab auaritia incipiamus, duplex eſt eius ſpecies, vt S. Tho. 2.2. q. 118. docet. Altera ſ. quę opponitur iuſtitię. Nimirum cum quis aliena inique cupit, quę quidem ex genere ſuo eſt mortalis. Altera vero eſt, quę opponitur liberalitati, cum quis ſ. nimium cupit bona temporalia, quod ſane nõ eſt peccatum, niſi quatenus periculum affert, aliquid contra charitatem appeteni di. Poteſt aũt quiſpiã bona tẽporalia ſpiritualibus annexa concupiſcere, qui tamen firmum habeat propoſitum, recte eadem bona tẽporalia diſpenſandi. Eadem ratione

Secũda ambiguitas.

Rñſio.

Obiectio.

ne aliquis possit cognoscere in se virtutis, ac scientiæ dignitatem, in cuius excellentiæ testimonium potest recte appetere honorem, atq; adeo poterit in se vires præsentiscere, vt citra præsumptionem
Solutio valeat appetere celsitudinem loci. Hæc veruntamen argumenta ex superioribus soluuntur, nisi q̃ loculentius eandem elucidant. Etenim loci altitudo natura sua non est propter se apperenda, sed vt quis super candelabrum erectus luceat omnibus, qui in domo sunt. Et suo modo est de secularibus magistratibus sentiẽdum. Enimuerò ad hoc huiusmodi loci sunt instituti. Qui ergo in hunc finem talem locum concupierit, genere rei nihil mali committit, nisi propter periculũ, vt quarta conclusio declarauit. Qui autem propter celsitudinem episcopatum appetierit, eo ipso se indignum profitetur, quandoquidem peruersum habet affectum, atque adeo supra vires id appetit suas, qđ est præsumptio. Pari modo de honore sentito, qui non est nisi ob testimonium virtutis expetendus, vt alijs prosis. Et pariter de bonis temporalibus rei spirituali annexis, quę non debent appeti nisi in sustentationem, ut possis officio in aliorum commodum fungi. De tertia conclusione nulla apparere potest dubitãdi ratio, adeo perspicuum est licitum esse appetitum consulendi vacandiq; animarum saluti. At verò quarta est mediatè considerãda, qua ait D. Thom. idipsum propter annexam gradus celsitudinem præsumptuosum videri, nisi ubi manifesta necessitas exirerit. Etenim quamuis non omnino eiusmodi appetitum condemnare videatur, ait tamen præsumptuosum videri. Subsequitur ergo ex his conclusionibus, Præsulatus appetitum si ad salutem animarum non referatur, genere suo peccatum esse, vel mortale, vel veniale, vt explicatum est: At tamen ad huiusmodi salutem, relatus genere suo nec malitiã habere innatam, nec vero esse per se bonũ, nam si per se bonus esset, nulla egerit circunctantia, quæ ipsum excusaret. Si verò per se malus, nulla eum redderet excusatum. Quocirca pp annexum periculum, nisi causa aliud exigeret, malus est, causa vero exigente fit licitus, quemadmodum si quis in rapidum flumen, aut aliũ quem uis periculosum locum sine causa se inferret, peccatum committeret, cuius nõ culpam nonnunq̃ causa posset abstergere. Causam verò D. Th. non aliam agnoscit, q̃ necessitatem nõ quidem personæ propriam, sed communẽ ecclesiæ. Quod si quis eum redarguat, preter illam accidere posset alteram, puta si quis subrium se & pudicum, & doctum, ac deniq. irreprehensibilem nouerit qualem Paul. ad Timot. 3. depingit epm. Hic. n. nihil culpæ contrahere vt si ep̃atum salutis gratia animarum concupierit, et dum necessitas ecclesiæ non ingruat. Ad hoc respon. consulto D. Tho. hanc causam subticuisse, eo q̃ nemo id de se credere debet nisi diutius, vt ait in solutione quarti argum. fuerit attactus, vt patet exemplo Isaiæ: nam vt c eius 6. refertur, prius angelus tetigit os eius, ut omni eũ iniquitate permundaret, q̃ diceret. Ecce ego, mitte me. Et de Samuele legitur 1. Reg. 3. diuinitus esse a somno excitatum, vt faceret verbũ domini in Israel. Et de cæteris prophetis similiter est sancto numine dispositum. Et in lib. Dialogorum de Equitio monacho refert Greg. sensisse linguam suoi a Deo rangi, vt deinceps continere se a diuinis eloquijs non valeret. Hæc autem supernaturalia, & ratissimè contingẽtia, non sunt in ordinem doctrinæ redigenda. Adde quod neq; diuina ista prouidentia nisi necessitatis cp̃enunquam accidit. Igitur quò rationem summarim colligamus, cur episcopatus desiderium, aut inquum semper sit, aut de præsumptione suspectum. Primum ante oculos constituenda eius est sublimitas. Est. n. status non vtcunq; perfectionis, vt religiosorũ, qui perfectionem discũt, sed qui illud requirit perfectionis culmen vt gregẽ suũ eandem doceat. Sane cum tanq̃ Apostolorum successores, ut dictum est, sint animarum custodes quas Christus proprio sanguine redemit. Obiiq. eadem esse debent tum scientia, tum et vitę eminentia instructi, vt quod de Christo ait Paul. ualeant ecclesiam suam sine ruga, & macula Deo in die iudicij præsentare pro quo persoluendo munere, mortem et si oporterit, oppetere. Hoc ergo scopo ob oculos posito si quis hoc munus pp bona tẽporalia cupit, iam dictum est, quã peruersum habeat affectum. Si verò id propter animarum salutem appetat, tunc aut dignum

Obiectio.

Solutio

Grego. Vnde episcopatus desiderium reddat iniquũ, aut de p̃ sũptione suspectum.

gnum ſe atque idoneũ ſentit, aut ſecus; ſi nõ ſe arbitratur idoneum, iniquus eſt; puta iniuſtitiæ crimine implexus. Si autem idoneum ſe eſſe cenſet, vix liber eſſe debet a præſumptionibus metu: nam vix vllus citra culpam valeat tantum ſibi dignitatis adſcribere, quantum munus hoc expoſtulat. Quando verò palam eſt eccleſiam virorum inopia laborare, qui ei pro rei dignitate inſeruire poſſint, tunc qui planè ſe videt ad eandem promouiuciam aptum, licet illam ob ſalutem animarum oprtet, eadem neceſſitate poterit excuſari. Igitur ſi epiſcopatum mente expetère peccatum eſt, quanto deformius illud opere procurare & ambire? Porrò ergo de pudendum eſt quod tam licenter tamq. perfricata fronte prefecturæ huiuſmodi petantur, procurentur & ambiantur.

Ad primũ arg. Ad primum igitur argumentum ex dictis colligitur ſolutio, quæ bifariam exponenda venit. Primò vt illo loco Apoſtolus legitimum epiſcopatus deſiderium definire voluerit quaſi dixerit, qui ritè, & recte eſpatum deſiderat, non niſi opus deſiderat quod bonum eſt, nempe operas ſuas ſaluti animarum nauare, quod in tertia cõcluſione tanq̃ licitum aſſertum eſt, & laudabile. Vnde Aug. 19. de Ciui. Dei, Auguſt. Apoſtolus illic, inquit, quid eſpatus ſit exponere voluit. Eſt. n. nomen operis, non honoris σκοπεῖμ nanq. ſpeculari eſt, & intendere, atque adeo eps idem quod ſuperintendens: de quo iam ſupra nos diximus. Quare vt paulò antea dixerat non epiſcopatus honor amandus eſt & potentia, quę per ſe vana ſunt: ſed opus. Quare Gregor. in Paſtorali tunc, inquit, Apoſto- Grego. lus illud dixit quando ille, qui plebibus prærat, primus ad tormenta martyrij ducebatur. Quapropter nihil eps quam bonum opus in votis erat. Secundò autem Interpretatio altera. Paulini loci. paulo differẽtius idem Apoſtolicum verbum, & fortè ſyncerius interpretandum eſt, vt tanquam admonitio intelligatur, qua id muneris cupientibus pauorem incutiat. Ac ſi dixiſſet. Qui eſpatum deſiderat, ſibi caueat, ſibiq. quidnam deſideret, prouidenter videat. Deſiderat. n. opus nõ vtcumq. bonum, ſed eouſque egregium, vt vix vllus ſit, qui illi obeundo ſufficiat. Quem quidem ſenſum ſubiuncta verba planè commendant. Subdit. n. Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius vxoris virum, ſobrium, prudentem, &c. Vnde Gregor. ibidem laudans, inquit, de ſiderium boni operis in pauorem vertit protinus quod laudauit. Quare prudenter D. Thom. tertiæ concluſioni quartam adiungit. Secundum pariter argumen- Ad ſm tum in ſuperiorib. ſolutum eſt. Sanè vbi argum. diximus aliter prælatum ſtatum, quum monachorum perfectionis eſſe, nam religioſi ſolum tanquam diſcipuli eiuſq. ſequaces illam profitentur: Epiſcopi vero tanquam doctores quaſi illam iam aſſecuti. Nam adoleſcentulum, quem Chriſtus ad religionem inuitauit, non eſt ſciſcitatus, an perfectus eſſet, ſed utrum vellet eſſe perfectus. Petrum vero non antea paſtorem ſui gregis inſtituit, quã tertio interrogaret, an ſe plus illis diligeret, hoc eſt an cæteris eſſet perfectior. Vnde Dionyſi. elicuit perfectionem epiſcopo Diony. actiuè tanquam perfectio i congruere, monacho verò paſſiuè tanquam perficiẽdo, uelle autem perfici non eſt præſumptuoſum, ut velle perficere, neque eidem periculo expoſitum. Adde prꝛterea quod monachus alijs ſe ſubdit ad ſpiritualia capeſſenda. Quod ſecundum Auguſt. 19. Auguſt. de Ciuit. Dei, cuicunque eſt laudabile a ſtudio enim inquit, cognoſcendæ veritatis nemo prohibetur, quod laudabile otium eſt. Ille autem qui perſonam epiſcopi induit alios eligit ſibi eſſe ſubiectos, a quo appetitu omnes dehortatur Apoſt. ad Hebr. 5 vbi ait. Nec quiſquam ſumat ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo. Et Chryſoſt. ſuper Matth. Primatum eccle- Chryſ. ſiæ concupiſcere, neq. iuſtum eſt, neque vtile. Quis enim ſapiens vult ultra ſe ſubijcere ſeruituti, & periculo tali, ut detrationem pro omni eccleſia, niſi forte, qui non timet Dei iudicium, abutens primatu eccleſiaſtico ſeculariter, ut ſcilicet ſeipſum conuertat in ſecularem. Ad tertium optime etiam D. Thom. reſpondet, quod Ad tertium frumentorum diſpenſatio fieri nõ debet cuiuslibet arbitrio, ſed primum diuina diſpenſatione, mox & maiorum iuſſu & ordine, ſecundum illud 1. ad Corinth. 4. ſic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei. Et ad Roman. 10. Quomodo prædicabunt niſi mittantur? Quapropter cui neque, ex munere proprio incumbit, neq; id a ſuperiori iniunctum eſt, is non

cenſetur

cenſetur abſcondere frumẽta: ſed ille prorſus, qui vel officiũ, quod aſſumpſit negligit, vel pertinaciter recipere tenuit: Vnde Auguſ. 19. de Ciuit. Dei. Otium ſanctum

Aug. quærit charitas veritatis: negotium iuſtũ ſuſcipit neceſſitas charitatis: quã ſarcinã ſi nullus imponit percipiendæ atq; intuẽdæ vacandum eſt veritati. Si autem imponitur, ſuſcipiẽda eſt propter charitatis ne-

Adquar tum. ceſſitatem. Ad quartum deniq; iam ſupra reſpõſum eſt. Sancto um. n. exempla nos nihilo amplius docent, quam quòd nemo ſe ad epiſcopatum ingerat antequã diuinitus ſi t accerſitus, niſi ſit diuinitus, ad id purgatus: vt in Iſaiæ exemplo videre eſt.

ARTICVLVS II.

Vtrum epiſcopatum iniunctum liceat omnino recuſare.

QVoniam a virtutis linea verſus vtrũque extremum declinare contingit, & vitium eſt quantum in epiſcopatus appetitu inſit aut peccati, aut periculi; ſubſequitur vt videamus, an in eius refutatione peccatum etiam contingere poſſit. Arguitur enim à parte negatiua ex

1. Arg. Greg. Gregor in Paſtorali, vbi ait per actiuam vitam prodeſſe proximis cupiens. Iſaias officium prædicationis appetit. Per contemplationem vero Hier. amori condito ris ſedulo inhærere deſiderans, ne emitti ad prædicandum debeat contradixit. Ex his nanque verbis ſic arguitur, Amor Dei amori proximi præſtat: ſicuti, & vitæ actiuæ contemplatiua; nemo autem, ut melio re potiatur fruge inferiore renuens culpa denotatur: ergo omnino licet epiſcopatũ contemplationis gratia refutare. Secun-

Sed m. dò. Ex definitione ſuperioris artic. arguitur. Nemo niſi purgatus, quod Iſaię exemplo monſtratum eſt, debet epiſcopalem ſubire prouinciam, ſed id quem quam de ſe cognoſcere, velut ibidem inquit Gregor. per difficile eſt, ergo nemo tuto niſi forte ad diuinitus nouerit debet ſe permittere epiſcopali functioni addici.

Tertiò de beato Marc. in eius prologo

Tertiũ. ait Hieronym. quòd dicitur poſt ſuſceptã fidem amputaſſe ſibi digitum, vt illa orbitate ineptus ſacerdotio fieret. Nec deſunt qui emiſſo voto ſefe arcent, ne epiſcopi creari poſſint. Obſtacula autem hmõi ſibi quenquam obtendere, grauius eſt; quam dignitatem ipſam recuſare, ergo unicuiq; ſubducere ſe licet, ne eligatur. In contrarium occurit Auguſt. in epiſ. ad Eudoxiũ, Aug. quæ eſt numero 81. hiſce verbis. Si qua, ideſt, aliqua ratione, operam veſtram mater eccleſia deſiderauit, nec elatione auida ſuſcipiatis nec blandiente deſidia reſpuatis; ſed miti corde obtemperetis Deo, cum manſuetudine portantes eum, qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet manſuetos vias ſuas. Nec veſtrum otium neceſſitatibus eccleſiæ præponatis cui parturienti ſi nulli boni miniſtrare vellent, quomodo naſceremini, non inueniretis.

Ad quæſtionem vnica concluſione reConclu ſio rñſiſpondetur. Quemadmodum ad inordinatua. tionem volũtatis pertinet, vt proprio motu ſe vllus gubernandi periculis ſubdat; ita & eius prauitas eſt ſuperioris iudicio & præcepto ſe ſubducere. Probe n. hic D. Th. duo in epiſcopatus aſſumptione meditanda dignouit, nempe quid hominem deceat ſua ſponte appetere, quidq; maiorum iuſſus acceptare. Propria enim volũtas hominis illuc debet eſſe mente intenExplata vnde ſua propria pendet ſalus, quia natur cõ hæc ſibi propriè cura incumbit, atq; adeo cluſio. cauere ne ſe illuc immergat, vnde ſibi periculum imminent, ſed tamen cum ſuperioris vigilantia ad bonum commune debeat potius attendere, ex eius arbitrio & diſpoſitione debet ſubditorum quiſq; publicam adminiſtrationem capeſſere. Hinc ergo fit noſtra concluſio nota uidelicet vtrinque ſubditi voluntatem periclitari, nempe & dum proprio motu ad epiſcopatum ſeſe infert, & dum a ſuperioribus iuſ Aug. ſu ſe aufert. Quare optime poſt citata uerba ſubdit Auguſtin. Sicut inter ignem & aquam tenenda eſt via, vt neque exuratur homo, neque demergatur, ſic inter apicem ſuperbiæ, & voraginem deſidiæ iter noſtrum temperare debemus. Sicut ſcriptum eſt. Non declinantes, neque ad dextram, neque ad ſiniſtram. Duo autem iniurioſa incommoda D. Tho. refert illius, qui ſe plus nimio ſubtrahit. Primi quòd charitatem repudiat proximorum, quibus frugi eſſe poteſt. Nam vt ait ſupra citatus Auguſt. Negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis. Secundum quòd humilitatem violat, & obediẽtiam, quam ſuperioribus

Obiectio. ribus debet. Vnde Greg. in Pastora. Tunc inquit ante Dei oculos uera est humilitas cum ad respuendum hoc, quod utiliter iubire præcipitur, pertinax non est. Sunt autem hæc digna, quæ paulo attius expendantur. Primum enim differentia illa de propria subditi & aliena superioris uolũtate non uidetur rationi consona. Nam cũ bonum commune præstantius sit particulari, non solum magistratus, & persona publica, uerum quicunque priuatorum debet illud suo priuato commodo anteferre. Vnde licet quis maiorem recreationem & dulcedinem in oratione sentiat & abstinentia, vbi tamen nouerit bonum publicum periclitari, suum proprium otium debet sua sponte etiam iniussus deserere, ut ad prædicandum prodeat, uel

Solutio ad aliud commune bonum, etsi opus ad id fuerit solidiori cibo uti. Ad hoc respondetur quòd etsi bonum commune sit præstantius particulari, tamẽ cura eius ex proprio officio soli personæ publicæ incumbit. Salus autem spiritualis cuiuscunque sibi ipsi propriè commissa est. Et ideo subditus quidquid sua propria auctoritate inceptauerit, debet facere secundũ quòd expeditius, conducentiusque ad suã propriam animæ salutem fuerit arbitratus. Quare licet uideat quam maxime posse bono communi prodesse, si tamen prudẽter timeat periculum suæ salutis spirituale inde offerri, quod utique putat non posse uincere, nequaquam se debet illi committere. Prælatus uero econuerso secundum indigentiam bonis communis iudicare debet quid cuique imperet. Et ideo metuenda est illinc vtique superbia, atq; hinc rursus inobedientia. At uero scitcitaris, utrum utrunque timendum sic tanq̃

Dubiũ. genere suo malum. Apparet. n. non sic esse: quoniam non obedire, genere suo peccatum est mortale, & tamen quod sua se quis sponte ad episcopatum offerat supra dictum est, nõ esse suo genere. peccatum. Immo potest id fieri licite si circunstantiæ supra explicat cõcurrant. Ad hoc duas

Duplex solutio. Caiet. subdit Caietanus solutiones. Primam, quod forsan D. Th. noluit similitudinem secundum oia constituere, sed satis est qđ utrobique potest esse peccatum, Secundã, quod fortasse in priori membro loquebatur, de appetitione episcopatus peruersa, utpote non propter opus, sed propter honores aut fructus, qđ genere suo est mortale. Hæc autem posterior solutio menti D. Th. non congruit quia in priori membro non constituebat peccatum propter peruersionem finis, sed eo quod quis sua sponte se ingeraat. Neque prior adeo est uera proxima, nam utrobique uidetur aliqđ ex genere malum agnoscere. Et ideo forte dicere uoluit, q̃ quia episcopatus nulla tenus esse potest sine periculo, ex gñe suo habet quendam malitiam, s. quod quis se periculo obijciat, licet non sit adeo innata, quin per alias circunstantias possit omnino excusari. Eodem modo de inobediẽtia est cẽtendum. Est. n. genere suo peccatum, quare esse non potest inobedientia, quin sit peccatum, sed tamen concurrere possunt in persona tales circunstãtiæ propter quas nulla sit inobedientia non parere prælato subditum ad episcopatum adigendi, ut in solutione argumentorum explicare festinamus.

Ad primũ arg. S. Th. Ad primum igitur trimembrẽ solutionem affert D. Tho. Cuius prima pars est, q̃ etsi uita contemplatiua excellentior sit quam actiua, tamẽ ex altera parte bonum cõe præstantius est particulari, & ideo tenetur homo cum ad episcopatum accersitur, etiam cum aliquo spiritualis otij detrimento iussa capessere. Quod si reponsio hæc cõclusioni ipsi eiusque nostræ expositioni aduersa cuipiã appareat, eo q̃ diximus priuatæ personæ magis ꝓprie incũbere custodia propriæ salutis spũalis, quam boni cõis, etiam spiritualis intelligant nullam esse repugnantiam. Illud. n. solum concludit q̃ spõtaneè nullus se debet ingerere. At uero quando superioris

Mẽs in Tho. mandato accersitur, iam tunc saluti suæ magis expedit obedire, tum quod etsi ratione actus contemplatio sit melior, tamen ratione obiecti seruire communi bono excellentius est, tum etiam quod uirtus non solum ex obiecto existimãda est, sed ex necessitate, quæ in tali casu ingruit. Quemadmodum Eleemosyna esse potest

Paulus. præstãtior uirtus, quam oratio Vnde Paulus ad Philip. 1. Coarctor, inquit, è duobus desiderium habens dissolui, & esse cũ Christo, multo magis melius, permanere autem in carne, necessarium propter uos. Quare Aug. in uerbis citatis. Non otium, inquit, uestrum necessitatib ecclesiæ præponatis. Additur autẽ secundo ad minorẽ

huius

huius explicationem hoc ipsum ad maiorem dilectionem Dei pertinere. Optatius enim Deo est, & charius vt cura suarum ouium quas suo sanguine redemit impense habeatur, quam vt suæ ipsius contemplatione vacetur. Vnde August super illud Ioan. vlti. Christi ad Petrum: Pasce oues meas. Sit, inquit, amoris officium pascere dominicum gregem, sicuti fuit timoris indicium negare pastorem.

Adijcitur demum tertio, quod nec episcopus sic est aditus vitæ actiuæ, vt a contemplatiua sit prorsus alienus. Immo debent esse sicut nubes volantes, nempe diuinorum contemplatione pluuiam concipientes, qua prædicando subditorum animos fœcundent.

Ad secũ dũ arg. S. Tho.

Inter respondendum autem ad secundum, primum omnium D. Thom. præiacit fundamentum, conclusionem scilicet, quod nemo tenetur in his quæ illicite sibi præcipiuntur, dicto obtemperare, nam obediendum est Deo magis quam hominibus. Subdit autem tria impedimentorum genera obediendiæ obstantia. Primum scilicet quod subditus ipse amouere potest, vt si sit in peccato mortali quod quidem tunc amouere tenetur, vt obediat. Secundum quod non ipsi, sed prælato auferendum, incumbit quale est irregularitatis aut excommunicationis. Et tunc debet eidem prælato ipsum patefacere vt iudicet si expedit dispensare. Quemadmodum de Moyse legitur Exodi 4. Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri nudiustertius. Cui Dominus: Ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris. Tertium vero est, cui neque subditus neque prælatus mederi potest, vt si archiepiscopus cum electo super irregularitate dispensare nequeat, & tunc ad Papam conuolandum est. Et quidem circa duo vltima nihil restat dicendum. De primo autem id primum animaduertendum est quod qui in peccato est mortali, quod Paulus crimen vocat, indignus est qui episcopatum antea suscipiat quam animum ab illo diuellat, nam qui Dei iussu probitatem debet eius gregem docere, contra eius voluntatem prouinciam subdit, qui, vt ait Paulus, non est sine crimine. Vnde non dubito quin ille qui cum animo perseuerandi in peccato episcopatum acceptat, eodem ipso facto mortaliter peccet. Sed nihilominus si alias idoneus est & non vult sibi sordes abluere vt obediat, etiam in hoc admonet D. Thom. ipsum peccare quandoquidem ait ipsum teneri peccatum amouere. Sed hoc profecto paulò accuratiori indiget meditatione. Primum enim non est intelligendum nouum esse peccatum ab inobedientia distinctum, sed vult quod qui vt in peccato persistat, obedire renuit, non habet legitimam causam vt in obedientiæ crimine abluatur. Quæstio hæc tamen illico legentis animũ mouere potest. Vtrum si homo ille qui eligitur ea est affectuum pestilentia corruptus, quamuis latenter vt turbulentiam suæ conscientiæ pacare nequeat, sed prudẽter timeat se identidem ab illis fore superandum, proponendo vtcunque exire a peccato, teneatur electori parere. Apparet enim ratio id conuincere, quandoquidem impedimentum habet primi generis nempe quod ipse potest excutere. Re vera ambigua res est. At vero cum possibile im præsentiarum non dialectice, sed secundum prudentiæ regulas, & quod aiunt moraliter sit vsurpandum, pro eo etiam quod perquam difficile est, ille qui sentit se posse feritatem suorum affectuum non edomare, profecto non teneretur parere, imò delictum esset apud Deum tanto se discrimini obijcere. Secus autem si inidoneum se quantum ad scientiam vel alias qualitates quæ foris patescunt præ sua modestia existimaret. nam si hæc prælatus prudens & probus cognoscit, illi deferendum est iudicium, atque adeo obtemperandum. Sed percontaris qui nam censendus est prælatus cui est de necessitate in hac parte auscultandum, an solus Papa electionis episcopi confirmator, & episcopus in collatione sacerdotij, an etiam electores? Videtur quod soli Antistites, nam electores non sunt Prælati. Imò reges iam sunt qui electorum loco præsentant. Respondetur quod quantũ ad rigorem iuris solus prælatus quirite iurisdictionem habet necessitatem infert vt citra inobedientiæ crimen nequeas eius iussa retractare, imò tunc duntaxat quãdo in virtute obedientiæ id præceperit. Attamen qñ electores viri sunt probi qui sancto zelo electionem faciunt, non opus est electum difficilẽ se gerere. Imò consultius est electionem acceptare, dummodo religiosus id ne faciat nisi facultate prælati

Existẽs in peccato mortali indignus est episcopatu dũ rãte peccato.

Dubitatio.

Solutio.

Quæst.

Respon sio.

præmiſſa, quandoquidem ſuum ſic habet inſtitutum. Enimuero in eiuſmodi honoribus fugiendis circũſpectus eſſe quiſque debet, nam ſolent, vt Schytæ fugientes interdum periculoſius vulnerare, ſolent inquã ſæpe iſtarum dignitatum deſpectores peiori inde ſuperbiæ raptu corripi, quam ſi acceptarent metuerent. Adde quod etſi huiuſmodi celſitudinis loca omnino reſpuere actus eſſe poſſit heroicæ virtutis, nihilominus poteſt fidelis ſeruus & prudens in adminiſtratione eccleſiæ cereberrima præſtare officia quæ ſimul multo ſint apud Deũ cummulatoris commendationis quam vnica humiltatis actio. Viri igitur probatæ vitæ ſic eſt prudentia modeſtiaque in amplectendis magiſtratibus exhibenda, vt in nihilo ſit minor in renuendis adhibenda cautio. Tunc vel maxime, dum præſulum, qui digni ſint, inopia laboratur, atq; adeo eccleſiæ Chriſti bonorum opus habet obſequio, vt paulo nos antea citatus Aug. admonebat. Ad tertium reſpondetur: Cum epiſcopatus ſimpliciter non ſit de neceſſitate ſalutis, vt ſacramenta ac virtutum officia, ſed tunc tantum quando ratio id obedientiæ exegerit, nihil per ſe implicat iniquitatis vt voto quis aliove obice ſeſe præpediat, ne capiat. Quemadmodum tranſitus ad ſecundas nuptias non ideo eſt illicitus quod ordinibus ſuſcipiendis obſtat, dũmodo votum nũquam acceptandi epiſcopatum ſic habeat reſtrictam intentionem quod hoc quantum in ſe fuerit neque procurabit neque accipiet. Nam ſi proponeret nulli prælato de illa re obedire, delictũ eſſet, neque tale votum eouſque eſſet obligatorium. Ad id autẽ quod de beato Marco allatum eſt, ſi res ita habuit, nam Hier. non prorſus affirmat, ſed ait, dicitur, neceſſe eſt fateri diuina id reuelatione feciſſe, nam quempia ſe tali fine membro mutilare, delictum eſſet, vt ex concilio Nicæ. can. ſi quis, diſtin. 55. innoteſcit. Hoc autem hic non eſt ſilentio prætereundum. Vtrum licitum ſit deſiderare, & exoptare eum qui creditur omnium optimus vtiliſſimuſq. eccleſiæ in præſulẽ creari. Quamuis propter reiarduitatem vehementiſſime de propria ipſius ſalute timeatur. Eſt enim caſus creberrime contigens, nempe quod quis in adminiſtratione magiſtratus non ſit totum facturus quod debet, & tamen inter omnes qui eſſe poſſunt ſit minime malus, & reipublicæ maxime vtilis. Apparet ergo id expetere non eſſe licitum. Nam quidpiam alicui optare quod illi eſt ad ſalutẽ tam periculoſum, & probabiliſſime nocuum, videtur ad odium pertinere. Ad hoc nihilominus reſpondetur. Primum quod nemini licet eum tam ingenti periculo publicam prouinciam ſubire, neque vero in illa perdurare ſi metum excutere nõ poteſt. Nam quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur animæ vero ſuæ detrimentum? Immo e diametro repugnat charitate Dei ſalutem ſpiritualem propriam ſaluti totius orbis poſthabere. Secundum aſſertum ſit. Non ſolum licitum eſt, immo laudabile deſiderium, vt ille ſit Antiſtes qui eccleſiæ eſt magis idoneus, ſeu minus incommodus quantuſcunque de eius ſalute habeatur metus. Non dico quod poſſis hoc illi conſulere vt accipiat, nam ipſe tunc nequiter acciperet aut retinere, ſed quod licitum ſit tibi id de altero deſiderare, quin vero & procurare, & ideo quantumuis tibi aliter eſſet amicitia aut alia neceſſitudine coniũctiſſimus, id debes optare. Et ratio eſt manifeſtiſſima, quoniam bonum vniuerſale præſtantius eſt particulari, atque adeo proprio excepto, magis eſt optandum quam bonum ſpirituale cuiuſcunque amici. Atque hoc ipſum confirmatur, nam ſi elector eſſes, deberes illum eligere, ipſi enim electo examinare incumbit quid ſibi expediat.

Ad tertium.

Hieron.

Concil. Nicenũ

Dubitatio.

Solutio.

Laudabile eſt eum expetere ĩ Antiſtitem qui eccleſiæ eſt magis idoneus, ẽt cum formidine aduerſæ valetudinis.

Ratio aſſerti.

ARTICVLVS III.

Vtrum oporteat eum qui ad epiſcopatum aſſumitur, eſſe cæteris meliorem.

POſt appetitum epiſcopatus & temperatam obedientiam eius qui eligitur ſubſequitur de electoribus & confirmatoribus explorare, vtrum ſemper teneãtur eligere eum qui ſit cœteris omnibus melior. Apparet enim quod per nos Chriſtus facto docuerit. Petrum enim non antea eccleſię ſuę præfecit, quam trina interrogatione examinaret an ſe plus cæteris diligeret. Meliorem autem ſimpliciter ſola facit charitatis? ergo nunquam niſi melior eligendus eſt. Secundo, Symmachus Papa. 1. quæſt. 1. viliſſimus inquit, computandus eſt niſi ſcientia & ſanctitate præcellat,

Primũ argum.

Secũdũ.

lat, qui est dignitate præstantior, sed quisquis scientiam & itateque præcellit, melior simpliciter censetur, ergo nemo nisi qui morum probitate cæteris præstet est eligêdus. Tertio. In quolibet genere minora gubernantur per maiora, sicut corporalia per spiritualia, & inferiora per superiora, vt tertio, de Trinita. Augu. est auctor. Sed episcopus assumitur ad regimen aliorum, ergo debet esse cæteris melior. In contrarium est textus Decretalis, de electio. c. scriptum. dicens quod sufficit eligere bonum, neque oportet eligere meliorem.

Tertiũ.

Et si quæstionem istam libro tertio de omnibus ecclesiæ magistratibus latissime discussserimus, tamen quia hic a D. Thom. de episcopis peculiariter inseritur, ordo nos rerum cogit illam repetere. Summa ergo responsionis D. Thom supposita distinctione duabus conclusionibus continetur. In electionem enim, inquit, ad episcopatum, aliud est ex parte eligentium, atque aliud ex parte electi pensandum. Est ergo prior conclusio. Nemo eligere tenetur meliorem, si nomen melioris secundum proprium significatum vsurpes, sed eum qui ad munus pastorale fuerit expedientior & aptior Bonus enim nemo simpliciter nisi ob solam charitatem existit. Potest enim, vti alias diximus, esse bonus artifex sine virtute morali, sola autem hęc facit hominem simpliciter bonum Vnum cum charitas sit omnium virtutum forma, ab illa homines apud Deum boni denominatur & sunt, & quo quisque sit illa prouectior, eo melior est. Probatur ergo conclusio. Electio personæ ad sedem episcopalem ex eius functione perpendenda est, vtpote quę finis est propter quem persona eligitur, & bonitas medij est a fine. Latissime namque libro tertio, quæstione citata ostendimus decimas stipendiaque ecclesiarum non tanquam præmium qualitatis bonitatisq; personę fuisse instituta. Illud enim præmium in cœlis nos apud Deum manet, sed tantum vt ecclesijs rectè administretur, secundum illud 1. ad Corin. 14. Ad ædificationem ecclesiæ petite, vt abundetis. Vnde non, inquit, qui boni sunt presbyteri, sed qui bene prę sunt, duplici honore digni sunt. Ad eiusmodi autem obsequia obeunda, & perficienda non solum morum probitas & charitas, quæ simpliciter facit meliorem, necessaria est, verum & virtutes aliæ tam intellectuales quam naturales, vt scientia, prudentia, efficacia, & grauitas. Non ergo necessum est simpliciter eligere meliorem, sed eum qui ad ecclesiæ regimen est expedientior, vnde Hieronym. Quidam, inquit, non quærunt eos in ecclesia columnas eligere, quos plus cognoscant ecclesijs magis prodesse, sed quos plus ipsi amant. Hactenus ille. Quod quidem ad acceptionem personarum attinet. Vnde super illud Iacobi 2. Fratres mei nolite in personarum acceptione habere fidem Domini gloriæ, ait Augustu. quod si ad honores ecclesiasticos referatur, non est putandum leue peccatum. Posterior conclusio. Ille qui ad sedem assumitur, non se tenetur cæteris meliorem reputare. In superbiam enim & præsumptionem talis cogitatio hominem adigeret, sed satis est, si non in se crimen aliquod agnoscat, per quod nefas ei sit sedem occupare. Quare etsi Petrus per comparationem fuerit interrogatus, an plus cæteris diligeret non tamen nisi simpliciter respondit, Domine tu scis, quia amo te. Hæc omnia adeo latè ac fuse libr. tertio, qnæstione 6. per decem conclusiones elucidauimus, vt nil ad rem pertinens possimus nunc adhibere, sed satis fuerit textum D. Thom. in eius gratiam non prę teriisse. Duo verò aut tria sunt in eius verborum textura mente perspicienda. Primum, quod cum ipsa electionis vox collationem inter plures designet, quorum reliquis posthabitis vnus assumitur, elector de suo nomine admonetur non satis habere eum explorare quem idoneum eligat, sed plurium dēte merita expendere ponderareque vt præstantiorem ecclesiæ tribuat non solum probitatis vitę ratione habita', verum & reliquorum quæ ad publicam functionem sunt expedientia'. Tametsi loco citato admonitũ curauimus, quod primum idoneitatis fundamentum probitas esse debet. Nam eum qui prauus est, nullæ alię qualitates efficere possunt, vt eligitur, idoneum. Vnde Paulus tanquam necessarium in episcopo requirit vt sufficienti testimonio sine crimine habeatur, quod quidem nomē non leuioris est cu pę, sed mortalis. Quæ autem præter charitatem in episcopo requirantur, ad tria quæ hic S. Tho. refert reducuntur, quę sunt instruere plebē

Distinctio

Prima concluſ.

Probō concln.

Auguſt.

Poſterior conclnſio.

Elector ex debito officij tenetur explorare ac pōderare merita eligendorum, & meliorē eccleſiæ tribuere

Tria prę ter charitatem.

fide & moribus, & ab hæreticorum aliorũque periculis, qui mores peruertunt defendere, ac demum pacifice gubernare. Nam ſcopus gubernationis eſt pax mentium & corporum. Hac enim ratione Dei filii ſuũ retinent nomen. Nam beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.

Obiectio. De illo autem notando verbo, quo ait S. Tho. diuina myſteria, atque adeo ſtipendia non dari hominibus quaſi præmium ſuę charitatis & probitatis, dubitare quis poſſet, eo quod & naturalis ratio, & eccleſia ſtica iura reclamare videntur, quippe quæ

Solutio. volunt clericos qui de eccleſia bene meriti ſunt, ab ipſa remunerati. Reſpondetur autem dictam ſententiam nullo opus habere interpretamento, nam vt iacet eſt vera. Non enim negat eos qui integræ ſunt vitę præbendarum ac dignitatum eccleſiaſticarum dignos eſſe, verum id tantum quod nos loco citato libr. 3. non leuiter demonſtrauimus, nempe ſacerdotia, eorum que ſtipendia non eſſe inſtituta ad remunerationem bonorum, ſed duntaxat ad eccleſiarum ſeruitium. Si enim hoc in familia Chriſtiana neceſſarium non eſſet, certe neque eſſent imperatæ decimæ, neque ſtipendia conſtituta. Quare ſi hæc tribuenda ſunt dignis, non eſt ea ſuprema cauſſa quod ſuæ bonitati ſint debita, ſed quod electori debet eccleſię idoneum miniſtrum pro ratione ſui ſtipendij prouidere. Reliqua loco citato libro tertio ſi lubet reuiſe. Demõſtratum enim illic curauimus, quod etſi quantum ad rigorem exterioris fori & reſtitutionis vinculum, ſatis ſit dignum eligere, tamen quantum ad forum poli, neceſſe eſt eligere digniorem. Quod ſi in omnibus ſacerdotijs & præcipue in habentibus animarum curam neceſſum eſt, quãto id magis neceſſarium in epiſcopis præficiendis? vtpote quorum adminiſtratione tota ſalus ſpiritualis Chriſtianum reipublicæ periclitatur, ac perinde ipſiſſimus Chriſti ſanguis, qui per ipſorum, non modo iniquitatem & fraudem, verum etiam inſcitiam, ignauiam, & ſocordiam fruſtrare poteſt, & ſæpiſſime ſolet, ſuę redemptionis fructu. Sibi ergo videant quibus id muneris incumbit, quantum debeant ſolerter oculis periluſtrare eorum merita quos Apoſtolis ipſis diuinitus electis ſubſtituunt. At qui eos præſertim cauere debet, qui huiuſmodi honores ambiũt. illi enim non paſtores ouium habendi ſunt, qui pro ipſius ſanguinem fundere anhelent, ſed lupi qui ipſarum ſanguinem ſitientes nihili pendunt eorum animas extinguere.

Ad primũ arg. Ad primum igitur argumentum reſpondet D. Thom. quod cum Chriſto notiſſimæ eſſent aliæ Petri qualitates ad eccleſiæ gubernationem idoneæ, ob id de amplitudine dilectionis eum præciſe examinauit, quod vbi aliæ inſunt conditiones, hæc debet exiſtimari precipua. Sed poteſt huic altera etiã ſupponi ſolutio, quod cum alias partes Petri ad regimen requiſitæ, cunctis circunſtantibus propatulæ eſſent, charitas autem in corde intus deliteſcat, hanc voluit cunctis etiam conſtare vt quemadmodum lib. 3. diximus manifeſtum in foro exteriori fieret, optimi electionem fieri. Hoc autem loco citato lib. 3. fuſius explanauimus.

Secũda ſolutio. Ad ſecũdum. Ad ſecundum reſpondetur, verbum illud Symmachi non de illo intelligi qui eligendus eſt, vt pote quod niſi ſanctitate & ſcientia præcellat, viliſſimus ſit in electione exiſtimandus, ſed de illo qui iam electus eſt. Quo ideo verbo epiſcopi admonentur quod etiam ſi dum in minoribus agebant non prorſus ea ſanctitate fulgebant, quæ epiſcopum decebat. Tamen poſtquam in candelabrum erecti ſunt, ſatagere prorſus debent, vt nomen & locum ſuum re ipſa expleant, alias non poſſunt non in conſpectu populi vileſcere. Quæ aut ſcientia in epiſcopo ſit requirenda, Theologię ſcilicet an Canonici iuris, loco citato libr. 3. vtcunque diſputauimus. Haud enim res digna eſt quę in diſputationem deberet accerſiri, eſt ſiquidem indigna ſententia quæ audiatur, illic præciſe theologum eſſe præferendum, vbi hæreſes ſerpunt. Tum quod cum oporteat hæreſes eſſe, vbique & ſemper timendæ ſunt, atque adeo docta prædicatione coarmandus populus, ne vnquam labaſci poſſit, tum præcipue, quod Chriſtus epiſcopos paſtores inſtituit, qui doctrinæ pabulo quam ipſe docuit, ſuum gregẽ ſaginarẽt, moribusq; quos ipſe inſtituit, intingerent, non præcipue Doctores legum, quas homines poſtea adiecerunt & litium iudices, eo præcipue quod canones ex Theologiæ fonte deriuati ſũt. Id ꝙ eius bicornis mitra deſignat. Vt n. in eius conſecratione patẽt, caput epi cornibus non

Scientia theologiæ maxime in epo deſiderãda.

vtriuſ-

vtriuſq; iuris, ſed vtriuſq; teſtamẽti armatur, vt terribilis appareat, non aduersãtibus ſibi mutuò in foro, ſed aduerſarijs veritatis. Ad tertium reſpondetur, diſcrimẽ eſſe inter regimen rerum naturalium, & Ad tertium. gubernationem in ſpiritualibus, quæ ad ſupernaturalem gratiam ſpectãt. In naturalibus. n. eo ipſo ꝙ res ſit ſimpliciter ſublimior, ſuapte natura magis eſt ad regendum idonea: vt cœli, quàm elementa: & alia elementa, quam terra, in donis autẽ gratiæ, quæ vt ĩ priori ad Corint. ait Paulus, Spiritus sãctus diuidit prout vult, nil phibet, vt q inferior ſimpliciter ẽ ſecũdũ charitatem cumulatoribus gratijs ad donis ſit ad regendum inſtructus. Et ad hũc gratiæ ordinẽ pertinet eccleſiaſticum regimen. Imò verò non hoc ſolùm, ſed etiã ciuile. Quare neque in magiſtratib⁹ ciuilibus eligendis ſolum, vt in 3. Politicor. Ariſtot. ait Ariſtot. attẽdenda eſt integritas, viri, inquantum perſona eſt priuata, id quod charitas facit: ſed quod ſit bonus ciuis. Quare aliæ qualitates regum, & iudicũ ſuo etiam graduad gratiarum diuiſiones attinent.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum epiſcopo liceat cura epiſcopali deſerta ad religionem ſe conferre.

POſt qualitates eorũ qui eligendi sũt, & eligentium obligationẽ, ſequitur diſputare; vtrum epiſcoporum ſtatus ita ſit firmus, quem poſtquã epiſcopus aſsũpſerit, deſerere nequeat. Arguitur. n. id 1. Arg. ei non licere; nam maxime religionis intuitu: ſed hoc non licet, quoniam a perfectiori ad minus perfectum retroſpicere damnabile eſt: ſecũdum Dñi ſniam, Luc. 9. nemo mittẽs manum ad aratrum & reſpiciẽs retrò aptus eſt regno Dei Epiſcoporum autẽ ſtatus altior eſt monachorũ inſtituto, vt paulò antè dicebamus: ergo ſicut de monachatu ad ſeculum nefarius eſt regreſſus, ita, & de epiſcopali ad religionis cluſtrũ. Sedò: Ordo gratiæ dectior eſt ordine naturæ; ſecundum autem naturam nihil contrarijs moribus cietur vt lapis, qui naturaliter deſcendit, nequit aſcendere naturaliter, at ſecundum ordinem gratiæ à monachatu ad epiſcopatũ licitus eſt aſcenſus, ergo contrarius deſcẽſus, illicitus. Tertiò; Nihil in operibus gratiæ debet eſſe otioſum; ille autem qui ſemel in epiſcopum conſecratur, Perpetuò retinet poteſtatem ordines conferendi, aliaque id genus perficiendi. Hæc autem poteſtas ſi quis curam paſtoralem deſereret, otioſa remaneret; ergo id minimè licet. In contrarium eſt, ꝙ nemo ad id quod illicitum eſt, cogi poteſt; qui autem ceſſionem a paſtorali cura petit, poſteà ſi cedere cunctetur, ad id cogitur; ut patet cap. Quidam. de renuntia. ergo nõ eſt epiſcopo illicitum epiſcopatu abſcedere. Tertiõ.

Ad quæſtionem quatuor concluſionibus reſpondetur. Prima, quæ cæteris, ut fundamentum ſubſternitur, eſt; Tamdiu obligatur epiſcopus paſtoralem retinere curam, eiuſque agones perferre, quãdiu ſpes aliqua illi durat, ꝙ poſſit plebi prodeſſe. Probatur, Epiſcopalis ſtatus in hoc cõſiſtit, quòd aliquis ob diuinã dilectionem proximorum ſaluti curandæ ſeipſũ mancipat; id quod Chriſtus, dum Petrũ elegit, planè docuit. Haud enim præmiſit, Diligis gregem plus his? ſed, Diligis me? Nulla enim dilectio niſi ex diuina deriuetur, ſufficit ad ſebeundos labores, perſiſtendumq; in vigilia, & ſolicitudine, quæ epiſcopi functioni eſt neceſſaria. Quare epiſcopus non eccleſiæ tantum, aut populo, ſed, & Deo ipſi fidem ſuam obligat; ut tanquam fidelis diſpenſator, & prudens gregem ſuum gubernabit. Quæ quidem obligatio genus uoti eſt, ut Sanctus Thomas in calce quæſtionis 1it. Atque huc illæ conſecratoris interrogationes alludunt. Vis ea, quæ ex diuinis ſcripturis intelligis, plebem, & verbis docere, & exemplis? Vis beato Petro Apoſtolo eiuſque ſucceſſoribus fidem, & obediẽ iam exhibere? Itaque licet non emittatur nouum votum caſtitatis præter ſacerdotale, neque vllum aliud, quod ſit ſolẽne ſuper quod Papa diſpẽſare nequeat; emittitur tamẽ obedientiæ votum, quòd a ſolo ſummo Pontifice eſt diſpenſabile. Quòd ſi votum eſt, vt D. Thom. ait, non Pontifici tantum, ſed etiam Deo ipſi fit. Atque adeò, ut concluſio aſſerit, perpetuo vinculo obligat⁹ reſtat epiſcopus eccleſiæ ſuę, quã ſibi per annulũ fidei deſpõſat. Quapropter diuortiũ eſſet, ſi non cũ illa perpetuò permaneret. Secunda con- 1. Cõcl. Rõ concluſionis. S. Tho. 2. cõcluſio.

clusio: Nequit eandem ecclesiam neque propter dulcedinem contemplationis, neq; propter quoduis euitandum incommodum, neq; propter commodum proprium lucrandum relinquere. Probatur. Nam Pau. quem suprà ad Philip. primo citauimus, quasi duobus perplexus, & quid illorum eligere nescius, etsi iudicaret dissolui, & esse cum Christo multò melius: tamen videns necessarium esse manere ĩ carne ꝑꝑ fratres, subdit: Et hoc confidẽs scio, quia manebo. Et Christus Ioann. 10 Bonus inquit, pastor animam suam ponit pro ouibus suis Meditatius ergo perspexeris, quãta cum energia omnia commoda atque incommoda, quæ ꝑsonam episcopi propriè tangere pñt excludantur. Nam si fruitionem sempiternæ felicitatis, quæ etiam in paruum tempus omnia, quæ desiderari possunt, indicibiliter exuperat, iustam causam Paulus non iudicabat, vt posset fratres in eorum necessitate suo præsidio, & munere destituere: quænam excogitari potest propria commoditas, quę episcopum excuset? Et si Christus vitam etiam ipsam admonet pastorem, vt exponat pro grege, quod fit reliquum detrimentum cuius cauendi cã possit grex deserti? Tertia conclusio: Pñt nihilominus aliqua accidere impedimẽta ꝑꝑ quæ cedere episcopus possit episcopatui: quæ quidem Inno. III. cap. Nisi cum pridem, de renuntia. percenset. Sed hęc tñ impedimenta pensanda sunt respectu functionis, quæ fieri non potest debitè: vt si sit spiritualis defectus personæ, aut corporalis: nempè crimen, vt simonia aut homicidium, aut hæresis, aut aliud quodcumq; ꝑꝑ eps deponi debet: aut per quod infamiam contrahit: quaquidem respersus, quamuis pñiam egerit, auctoritate caret ad regendum cuius gratia plus officit q̃ prosit. Enimuero si purgare infamiam potest, tenetur quidẽ sub pœna peccati mortalis, si in dignitate uult persistere. Nam quo iure tenetur ad rectam administrationem, tenetur, & obstacula amouere dum potest: ẽt si citra suam culpam eam contraxerit. Quando verò infamiæ sordes eluere non valet, tunc si absque sua culpa illis infectus est, non tenetur episcopatum renuntiare. At si causam verè dedit eiusdem infamiæ, quæ tam obscura sit, vt verè functionis impedimentum, profectò tenetur præsulatu decedere. Et idem est, si sit vir seditiosus, aut scandalosus. Nã ut ait Apost. 1. ad Corint. 8. Si scandalizauero fratrem meum, non manducabo carnes in ęternum: dummodo sit scandalum datum, non acceptum inam qui scandalum leuiter accipiunt, relinquendi sunt, ait Christus, tanquam cæci, & duces cæcorum. Vel potest esse defectus in sciẽtia, & prudentia. Haud. n. sibi se vllus persuadeat, si omnino sacerdotio indignus sit, propterea habere cõscientiã securam, quòd à legitimo iudice sic fuerit ei collatum, vt collatio teneat Imò vt acceptatio peccatum est, maximè si curam habeat animarum: sic, & illud retinere in dies, fit absurdius crimen, & ascendere ad aliam ecclesiam, multo scelestius, Vnde Oseæ 4. Quia inquit Dominus, scientiam repulisti; ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi. Si autem irregularis tunc erat, qñ ad sacerdotium assumptus fuit, non dubium, quin collatio fuerit nulla; si autem postquam obtinuit, illam incurrit; iam dictum est, quemadmodum sine dispensatione non possit dignitatis munere fungi. Si autem impedimẽtum est corporale, vt puta aut senectus nimia aut infirmitas, non est necessaria abdicatio ecclesiæ, sed posset esse consilium, retenta aliqua sustentatione. Sed ad minus secũdum antiqua iura debet persona digna ĩ adiutorium illi adiungi. Tanta tñ posset esse auctoritas in sene, ut consultius esset in magistratu persistere, & sua vmbra gubernare, quam alteri committere; vt eod. tit. de renunt. cano. literas, ait idem Innoc. Postremo deniq; ex parte subditorũ pot esse defectus, non quicunq; nam propterea q̃ aliquantulo sit populus durior, non illico per disperationem respuẽdus est, sed diuino præsidio confitendum. At tunc relinquere eos licet, tametsi ad id nulla emergat obligatio, qñ nulli sunt inter improbos probi; sed labor omnino existit infrugiferus ac perinde superuacuus. Solet. n. ob defectum populi inepta esse pręsulis prędicatio, secundum illud Ezech. 5 Linguam tuam adhærere faciã palato tuo quia Dñs exasperans est. Quocirca secundò diã ogorum Grego. Ibi æquanimiter portandi sunt mali, vbi inueniuntur aliqui, qui adiuuentur boni. Vbi autem

Probatio.

3. Cõcl.

Innoc III.

Paulus.

Grego.

autem omnino fructus de bonis deest, sit aliquando de malis superuacuus. Vnde sæpe agitur in anima perfectorum, quod cum laborem suum sine fructu esse considerant, in locum alium ad laborem cum fructu migrant, iuxta illud Pauli: Ecce cõuertimur ad gentes, quia verbi Dei vos indignos fecistis. Quarta cõclusio. Quantumuis causæ adsint ad iuste credẽdum, nihilominus cessio citra auctoritatẽ prælati fieri non potest, puta Papæ, si episcopus vult credere, quippe cui soli facultas suppetit, ut ait D. Th. in illo voto dispensandi Parœcialis autem sacerdos posset de licentia episcopi cedere. Sententia est eiusdem Innocentij in vltimis verbis eiusdem cap. vbi ait. Etsi pennas habeas, quibus satagas insolitudinem auolare, ita tamen strictæ sunt nexibus præcepto rum, vt liberum non habeas absq. nostra permissione volatum. Imò neque ad religionem demigrare absq; Papæ facultate episcopo liberum est, ut c. licet. de regula. Et ratio est, q̃ sicut nemo ad ecclesiam absq; iudicio superioris assumendus est, ita neq; absque eius arbitrio ulli licet illam deserere. Sed est demum meditanda cautio c. quidam supra citati. Quod si quis cessionem petit, retrocedit; cogendus est. Consueuerant enim aliqui, & cõsuescunt episcopatum renuntiare pauperiorem, aut alias sibi minus commodum vt uberiorem possint expiscari. Et ideo cum uident suis technis frustrari, retrocedunt. Meritò ergo illi cedere compellendi sunt, & ab ecclesia repellendi.

4. Conclusio.

Rõ conclusio.

Ad primũ arg.

Ad primum igitur argumentum respondetur. Cum perfectio monachi sit propriæ saluti studere, episcopi verò perfectio eo sit excellentior, quod proximorum saluti debeat incumbere, consequẽs fit, vt quamdiu vtilis esse possit ecclesiæ, idem muneri debeat impense suas nauare operas. Obidque si tunc ad religionẽ cõmigraret, retrocedere censeretur, nempe, quòd non ad suam tantum, uerum & ad subditorum vtilitatem procurandam se obligaret, suæ solum vacare studeat.

Innoc.

Vnde Innoc. cap. citato, Facilius, inquit, indulgetur, vt monachus ad præsulatum ascendat, quam præsul ad monachatum descendat. Attamen quando iam ecclesiæ inutilis fit, aut fortè pestifer, consilium est, vt quo suæ salubrius conscientiæ consulat, in monasteriũ sese recipiat.

Ad secundum per idem fundamentum respondetur, q̃ per nullum impedimentum homo curam propriæ salutis præterire debet, quod ad religionis statum pertinet. Potest tamen a negotio alienę salutis impediri. Et ideo monachus quidem ascẽdere ad episcopatum potest, vbi proprię saluti periculum non paratur. Et pariter episcopus vbi cohibetur, ne alienæ saluti absque proprię detrimento incumbere quiuerit, intra claustra monasterij sese conferre. Cessante autem impedimento, potest rursus ad prius institutum remeare, nisi forsan ob crimen aliquod fuerit episcopatu priuatus, & in monasterium, ad peragendos pœnitentię fructus obtrusus. Quemadmodum illud intelligitur decretum 7. q. 2. Præcipit sanct. Synod. ut quicunque de pontificali dignitate ad monachorum uitam, & pœnitentię descenderit, nequaquam ad pontificatũ resurgat.

Ad fin.

Ad tertium.

Ad tertium demum respondetur, quòd quemadmodum in naturalib. infirmitas efficit, ut potentia maneat suo usu orbata, ut caligans oculis, ita neque incongruum est, ut episcopalis potestas spirituale impedimentum maneat abusu colligata.

QVAESTIO III.

DE EPISCOPORVM residentia.

ARTICVLVS I.

Vtrum episcopi in suis diœcesibus residere iure diuino teneatur.

TErtio loco libri pãtis quæstionẽ pol liciti sumus hanc insignẽ, de residentia episcoporum, ac sacerdotum curã habentium animarum. Apparet enim diuino iure non esse in dicta. Ius enim hoc, illud præcise censetur, quod in euangelio, aut loco alterutrius. Testamenti, tanquã diuinum præceptum legitur, ut est præceptum baptismi. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, aut quod inde plane colligitur. Huiusmodi autem residendi præceptio non est huiusmodi, ergo nõ est sanctio diuini iuris. Secundò: Soli Pe-

Primũ arg. partis negatiuæ.

tro commiſſa ſunt claues regni cęlorum, illiq. ſoli dictum, vt vniuerſum Chriſti gregem paſceret, ergo illi ſoli cõmiſſa eſt ſumma rei huius, ac ſubinde paſcẽdi modus. Ad modum autem paſcendi attinet reſidentia, atq; adeo non eſt de iure diuino. Tertiò: Timothæus Epheſinus epſ crebrò Pauli iuſſu impulſus eſt per alias eccleſias diuagari diutiuſq; propria abeſſe, ergo id non eſt de iure diuino. In contrarium autem eſt, quòd epiſcopi ſunt paſtores, ſecundum illud euangelium: Paſce oues meas, paſcere autem gregem, officium perſonale eſt, quod perſonæ præſentiam expoſcit, ergo eodem euangelico iure tenentur ſuis eccleſijs reſidere.

Tertiũ.

Quæſtionem hanc temporum iniquitas celebrem fecit, nam eius affirmatio, ſi vel de ſolo paſtoris nomine exiſtimetur, adeo perſpicaciter veritatem ſuam oculis obijcit, vt in quęſtionem euocari penitus renitatur. Quare apud antiquos, admonitam quidem, vt libet videre poteris, diſputatam verò vix vſpiam. At cum eccleſiaſtici mores de floridо illo priſcorum loco tam miſere deciderint, eandem veritatem eouſque in quæſtionem reuocarunt, vt iam non ſit perſuaſu facilis. At qui Caiet. loco præſenti, ſcilicet 2. 2. q. 185. veluti rem compertam breuibus abſoluit tempore autem Tridentini concilij peregrius frater Bartholomæus. Miranda neceſſitudine religionis, ac ibi tũc ſęporis ſocietatis mihi coniunctiſſimus, eandem quęſtionem tum plurimis ſacro rum teſtimonijs, tum etiam rationibus adſtruxit: idque ita locupletè ac diſertè, quod ſuum ingenium eſt, ac ſolertia, vt laborem alijs potuiſſet excuſare, niſi Reuerendus Catharinus Minorienſis ad cõtradicendum prodijſſet. Haud inquam negauit quin præſides reſidere teneantur, ſed tamen aſſeuerare perſtitit, humano quidem iure hoc eſt pontificio, ad id obligari, non autem aut naturali, aut diuino. Ex quo inferre perrexit, curam illam ſoli Papæ incumbere, vt illos reſidere faciat, ipſos autem non aliter teneri, quam ipſe diſpoſuerit, ego verò litem cum homine conteſtari nolo. Eſt enim uir, alioqui quidem religioſus, attamen accerrimi ad contradicẽdum ingenij, cum quo mihi prius de certitudine gratiæ, & poſtea in Commentarijs ſuper Paulum de prædeſtinatione controuerſia fuit. Quę de re, ut audiui (nam legi nunquam) multis me, quę ſibi genuina ſunt, & natiua, ſcommatum figuris reſperſit. Et re vera ſi tm̃ ſuis aſſertis confirmandis inſuaderet, quantum huiuſmodi innectendis conuiuiis aſſolet, fęlicius ſuum celebraſſet nomen. Sed putat ſimpliciter ſuis dictis veluti oraculis auſcultandum. Et cum egrè ferat quod oẽs velint eſſe magiſtri, nihil ipſe veretur omniũ prodire magiſter. At verò non conſtitui, quia neque theologicum neq. Chriſtianum eſt malũ pro malo reddere. Et ægrius fero, q̃ epſ ſimilia de aliquo euomat, quam q̃ de me quiſquam eo præſertim, q̃ neq. ea in me expuit mala, quę multa opus habeant ferendum longanimitatem. Rem ergo tm̃ pro meo ingenioſo dilucidare ſatago, non cũ homine contendere. Igitur quò lineam aliquam omnibus confeſſimam præſtituamus, vnde diſputationem auſpicemur, concluſionem primum vniuerſis literarum profeſſorib. receptiſſimam prægamus. Conſtantiſſimum eſt, eccleſiarũ Præſules, imò & animarum oẽs paſtores uſque ad paroecios inter ſuos greges reſidere teneri. Sed quod in quæſtionem vertitur, eſt de iure ad id cogente, ſit ne tm̃ humanum, an verò diuinum ẽt, & naturale. Ecquis.n. mente ſanus in quæſtionẽ compellet, utrum ianitor cui iura claudẽdi recludendiq. commiſſa eſt, ad ianuam aſſiſtere debeat? Et cui nauis gubernatio incumbit, ad clauum ſedere? Et vtrũ dux in bello, dum geritur, & miles in acie debeant exiſtere? Qui verò nõ modo humanæ leges hoc de epiſs in q. traduci non ſinunt, verum & diuina, & naturalis dementiæ nobis, certũ eſt, adſcribunt, q̃ ipſum intentamus. Et enim ſi Deus, ut ipſi contrarii fatentur, q̃a differi nequeunt epalem dignitatẽ, quæ late in eccleſia patet, inſtituit, nõne & officiũ ipſum paſcẽdi inſtituit? Paſcere aũt, num naturale ius apertè clamat pſonalẽ requirere pſtiam? ergo q̃is illis largiremus electiones iure tm̃ humano fieri, nunqui inde obtineret, ut Papa mutare poſſit, quin officium paſtoris ſit iure diuino per ſe paſcere, ac ſubinde reſidere. At ne dicẽdi impetus ſine diſpẽſationis, atq; ęconomiæ luce in uiſcera nos diſputatõis inferat, ſuppoſita prima fundamẽtali concłone, q̃ in qõnẽ accerſi-

Caiet.

Cathar.

Suadetur poſita concluſio.

Accersitur, est, quo iure hæc residendi obligatio inuitatur. Et primus articulus est de diuino. Debet aũt sacrorũ tractator, ut Primo de doctrina Christiana auctor est Augustin. documẽtũ patris familias auscultans, de thesauro scripturæ proferre, primum noua, deinde uetera. Qua de causam perculiarem hic titulũ fecimus, de diuino iure tam euangelico, quam antiquo, ex quo primum petendum est rei præsentis fundamentum, & articulo proximo de naturali, ac tertio de humano. Tametsi adeo istæ iuris spẽs sibi inuicẽ merite sit, adeoq. se uicarie elucidẽt, ut testimonia sacra, nisi naturali statim rõne, & iure explicentur & confirmẽtur, debiliora uideri possint, & ideo necesse erit sępenumero ꝑmistim ab omni iure argumenta accersere. Ad horum aũt perspicacẽ intelligentia, meminisse ex lib 1. & tertio, opus est, primum diuidis in naturale, & positiuum, deinde positiuũ in diuinũ, & humanũ Ius. n. naturale est, ꝙ nos ipsa natura docuit, ius autẽ positiuum ꝙ uel ex hominum condictio, uel ex principis iussu legis habet uigorẽ. Et quia summus princeps Deus est, fit, ut ius positiuum diuidatur in diuinum, & humanum. Quo fit cõsequens, ut minime repugnet aliquie esse de iure naturali simul, & diuino, ut patet in Decalogo, quem ẽt si Deus non scripsisset, natura nos ipsa docuit. Sed tamen quia Scripto Dei expressus est, censetus ẽt de iure diuino. Vnde fit, ui distingatur ius diuinum in naturale, et positiuum, ut positiuũ ut, qđ nos Deus ꝑter aut supra cognitionẽ naturæ docuit, ut sunt sacramẽtorũ mandata Et de hoc genere diuini iuri loquimur in hoc articulo, nempe ꝙ in sacra pagina scriptũ est. Id quod bifariam cõtingere põt, nempe aut ꝙ expressis uerbis sit scriptũ, ut, Qui crediderit, & batipizatus fuerit, salus erit. Et quorum remiseritis peccata, remissa erunt. Et, quorũ reitineritis, retẽta. Aut quod ex uerbis scripturæ expressis plane colligitur. Et quidem quod sub hoc uerborum tenore expressum fit in euangelio, ut episcopi resideãt, nemo affirmat, quia nusquam legitur Sed tamẽ ꝙ uerbis æquipollentibus eandem prorsus habẽtibus significationẽ, id sit in eisdem sacris Bibiis assertũ, hoc persuadere contendimus. Sit ergo secunda cõclusio.

August.

Secũda cõclusio.

Obligatio Autistitũ ad residẽdũ, omniũque pastorum paroecialiũ ecclesiatũ, est de iure diuino. Et cum primis postquam D. Tho interpretes agimus, sua est cõclusio præsenti quæstione, quã, exponẽdam hic diximus, arti. 5. Vbi ex testimonio Christi, quod bonus pastor animã suam teneatur ꝓ ouibus suis ponere infert, ob nullum tpale periculũ licere præsuli de sua ecclesia decedere. Materiã aut illius articuli, ꝛ quarto nos huius qõnis disputaturi sumus. An uidelicet alique sint caussæ, quæ hmõi decessum excusatum faciant Interim autem cõclusio pręsens affirmatiuus est demõstrãda. Atqui solet quidem ab officio pastoris initium demõstrationis sumi, est tñ illud altius petendum Episcopus nanq. non est ꝑꝑ quem ecclesia est cõstituta, sed ipse potius est ꝑꝑ ecclesiam institutus. Mundum quidẽ Deus fecit propter hominẽ, nempe ut ei esset subsidium uitę, ipse aũt nõ ꝓpter ipsum, sed creatus est tãquam eius dominus. Et patres familias secularis diuitiis suas domos ꝑꝑ suos successores amplificant. Itaque in eiusmodi familis non porsonæ ꝓpter domos, sed domus ꝑꝑ personas sũt extructæ. In rebus autem publicis diuerso modo se res habent. Reginum enim non est factum propter regem, sed rex propter regnum. Et in hoc, ut lib. primo dicebamus, rex differt a tyranno, quod ille omnibus ob publicum bonum utitur, hic uero regno propter se abutitur. Multo id autem certius est in episcopis. Christus enim qui propter nos homines descẽdit de cælis, propter seipsum ecclesias fundauit, & propter ipsas, tum alios papores, tum præcipue episcopos Nisi quod est discrimem duplex inter ciuilem ecclesiasticã rempub Vnum scilicet ex parte finis, ex quo in modo ad ministrandi alterum dei iuatus. Finis nanque proximus ciuilis reipublicæ, ut in superioribus adnotauimus, est pacificus trãquillusque eius status, etsi in supra cœlestem subinde referatur. Finis autem proximus ecclesiasticæ est sempiterna sęlicitas, ad quam nos Christus ecclesiæ fũdator per suos ministros perducere experit, & omnimode contendit. Alterum aũt discrimẽ est, quod seculares principes ĩ mõ sui regiminis effigiem habẽt dominorũ, episcopis uero nullã ꝑ se ferre licet, licet

D. Tho.

Prima ratio cõclusionis.

Duplex discrim. inter ciuilẽ, ecclesiasticãq. rẽpublicam.

cet miniſtrorũ, atq. omnino ſeruientiũ. Principes enim gentium ait Matth. 20. dominatur eorũ, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercente in eos. Non ita erit inter uos Sed quicunque uoluerit inter uos maior fieri, ſit noſter miniſter, & qui uoluerit inter uos primus eſſe, erit ueſter ſeruus. Sicut filius hominis non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam in redemptionem pro multis. Vnde Aug. ſuper Iſaiam, homil. 7. Qui uocãtur ad epiſcopatum, non ad principatũ vocantur, ſed ad ſeruitium totius eccleſiæ, Ecce ergo epiſcopalis inſtitutionis fundamentum, quod conſtitutiſſimũ eſt eſſe de iure euangelico, nẽpe quod ut ſeruus quidquid eſt, domini eſt, ſic epiſcopus quidquid eſt, ſit eccleſiæ.

Auguſt.

Hinc conſequitur epiſcopalẽ dignitatem nõ eſſe inſtituãm, niſi propter officiũ. Eſt enim dignitatis paſtoralis officium, paſcere. Ad quam ueritatem pleniſſime commendandam nunquam dignitas in ſacra pagina, niſi officii nomine deſignatur. Nam ut concluſionem ab eo primũ loco demonſtrare ordinamur, qui eſt Ioan. 20. Paſce oues meas, ut pote quo epiſcopalis dignitas planiſſime declaratur, non ait Chriſtus, Sis prẽſul aut epiſcopus. Imo nec, ſis paſtor, nam & paſtores ſocordes eſſe poſſunt & gregi indormientes. Sed paſce, hoc eſt doce, inſtitue atque adeo gubernae exemplo meo meas oues. Et ubi apoſtolos prædicatum dimiſit non dixit. Meſſis quidem multa eſt, ii aũt qui mittẽdi docti ſunt, pauci, ſed operarii, nẽpe qui uſu poteſtatem exerceãt. Nil enim refert, qua doctrina, aut facultate p̃diti ſint ſacerdotes, niſi munere ſuo fungantur. Miſit ergo Deus non qui operari poſſent, ſed qui operarentur. Similiter. n. inſtituerat Deus Aarõ, Leuiti. 28. Applica. n. inquit, ad me Aaron & filios ei⁹. Nõ ait ut ſacerdotes mihi ſint, ſed ut ſacerdotio fundãtur mihi, & ut ſupra in Paulo adnotauimus. Qui epiſcoporũ, inquit, deſiderat, bonũ opus deſiderat, id eſt ſi legitimũ eſt eius deſiderium nõ ad dignitatem, ſed ad op⁹ referendũ eſt Quare illico ſubiunxit. Oportet epm doctorem eſſe, quo noie nõ deſignet habitus, ſed facultas, & dignitas, ſed uſus, hoc eſt oportet docear. Vnde ad Paulinũ ſupra citat⁹ Aug. & refertur. 8. q. 1. can. q epatum. Ex ponere, inquit, noluit apoſtolus quid eſt epatus, quia nomen eſt operis non honoris. Et ad Honoratum. Hieron. Qui epiſcopatum deſiderat, opus deſiderat, hoc eſt, non dignitatem aut delitias, ſed opus & laborem. Ex hoc ſecundo, ut per gradus deſcendamus tertium colligitur, nẽpe decimas & primitias, ut lib. 3. late de monſtrauimus, & ſæpiſſime repetimus, nõ eſſe in hoc populo imperatas, ut ſint bonorũ præmia, eo quod uel boni, uel docti ſunt. Sed in hoc potius, ut bene eccleſiis præſint, ut ait Paulus, & inſeruiant, Haud. n. me pigebit hoc inculcantiſſime repetere quod ad rẽ peniſſime attinet, q̃ ſi hoc eccleſiaſticum ſeruitium Chriſtianis nõ fuiſſet neceſſarium, nulla fuiſſet a Chriſto habita perſonarum, quę ido neæ ſunt, ratio, q̃ tum ad decimarum impoſitionem. Haud ergo arbitrentur, vel nobiliſſimi, uel dotiſſimi ſibi ulla rõne deberi eccleſiaſtica ſtipendia, neq. eorum gr̃a fuiſſe inſtituta, ſed eo prorſus, q̃ ad eccleſiarũ obſequia Dñs ipſis p̃ſonis op⁹ hẽt Requiſito, ne ſin moroſus, quę li. 3. q. 6. artic. 2. in huius demonſtratione attulimus. Et enim Nume. 18. non alia de cã Deus decimas legitur inſtituiſſe, quam pro miniſterio quo Leuitę, ac potiſſimũ ſacerdos tabernaculo ſeruiebant. Et cũ Chriſtus apoſtolos dimiſit, ut meſſores eſſe noluit, qui pro operis digni ſunt mercede ſua. Et Pau. 1. ad Corint. 9. omniam naturaliam exempla ad hoc propoſitum congerit. Vt de milite, qui non militat ſuis ſtipendiis, & de triturante boue. &c. Et primæ ad Timote. 1. Presbyteros non cenſet præmio eccleſiaſtico dignos, quia boni ſunt, ſed q̃ bene præſunt. Et ſi ius conſulat canonicũ, Innoc. III ca cum ſm apoſtolum. de præb. eiſdẽ uſus ſacris oraculis idẽ prorſus conſtituit, q̃ ſtipendia eccleſiaſtica. atq. adeo dignitates ſolũ pp opus cõferuntur, ac tã dẽ c. fi. de reſcript. beneficiũ aſſeritur nõ dari, niſi pp officiũ Cõia ſunt hæc, ſed impræſentiarum ẽt uſq. ad nauſeam repetẽda. Ex his ergo colligit noſtra concłio illatione illa, q̃ paulo ante inſinuabam⁹. Chriſtus nõ alia prorſus rõne, quã pp ea rũ obſequia, atq. adminiſtrationes paſtores inſtituit, quorum ſubinde officiũ prium eſſe uoluit paſcere, & in huius tm mercedẽ, & ſtipẽdia populo imperatę ſũt decimæ,

Epalis dignitas non eſt inſtituta, niſi ppter officiũ.

Paulus.

Inno. 3.

Ratio pro concluſione.

Corol. larium.

decimę: ergo quãtum est ex rei natura diuinaque institutionis, ipsis per se incũbit gregem pascere. Hoc autem absque personali præsentia fieri non potest, ergo residentia est de iure diuino, nam quo quisque iure obligatur ad finem, obligatur ad medium, sine quo nequit illum commode attingere. Primum antecedens nemo

Solutio Replica

est qui neget, sed primam consequẽtiam inficiari moliuntur aduersarij. Quoniam inquiunt Papa episcopos creat, illi ergo incumbit disponere, vt per se, vel alios pascere debeant. Quod autem cauillus hic nullum præ se ferat, uel probabilitatis colorem, palam ex superioribus colligitur. Primum enim iam satis constitutum est, creationem episcopi, licet fiat per Pontificem nihilominus iure diuino fieri, quippe cum institutio Dei sit, per ipsumq; fieri iussa, perinde atque sacramentorum ad ministratio. Sed de nomine nos angat disputatio, esto Papa immediate, vt aiunt, electionem facit, num consequens subinde sit, vt naturam, quam dignitas a Deo instituta proprio significatio declarat, possit Papa mutare? Vnde rogo duarum rerum consequentia, quæ tam sunt disparatæ? Nunquid dum Papa episcopum eligit & consecrat, efficere pastor, ut non sit pastor, magis quam cum sacerdotem initiat efficere, ut non sit sacerdos? Potestne inquam efficere, vt functio episcopi non sit sacramenta ordinum administrare, populumque docere, ac moribus instituere, & quod nomen eius sonat, gregi inuigilare? Quisnam hoc, uel fari queat, cum hæc omnia episcopali muneri sint diuino iure annexa, quin vero ipsissima eodẽ iure sint dignitatis substantia. Profecto si Dei institutio eadem uim habeat, quã natura per ipsum instituta, plane fit ut sicuti qui morum serit, efficere nõ potest, ut prunus inde, aut alia arbor germinetur quam morus, ita neque qui episcopum facit, efficere potest, ut eius natura diuinitas instituta non sit per se pascere. Haud enim modo disputamus an ulla de causa efficere iuste possit, ut ipse per se non pascat, sed per alium. De hoc. n. alia nos di-

Illustratur, amplius cõclusio.

sputatio manet, sed rei tantum naturam constituimus, docentes, ut quemadmodũ qui scamnum fabricat, aut arcam, efficere non potest, quin figuram habeat scamni, aut arcæ, aut qui facit calceum, efficere non potest, quin rem faciat formam habentem pedis, ita qui facit epũm, quæ res diuinitus instituta est, efficere nõ potest quin eodem iure, quo est instituta, officiũ habeat, atque adeo obligationem per se ipsum pascendi, ac subinde reddi quidquid postea forinsecus accidere possit. Et enim ne nobis pastoris homonymia & æquiuocatio negotium amodo facessat, intelligere epus debet pastorem esse secũdum propriam nominis notionem, & nõ secundum illam abusiuam, qua gregũ domini pastores dicuntur. Solent. n. & pastores nuncupari pecudum, armento ũque domini, eo q̃ sua substantia, & peculium pecorarium sit quemadmodum rogati filij Iacob a Pharaone, quid haberent operis, responderunt. Pastores sumus, puta hæc est nostra diuitiarum possessio. Et isti per se nullam exercent ouilis curam, nisi per suos famulos, sed duntaxat uellere, caseo fœturaque fruentes, delicate ac molliter uitam degunt. Epi autem non sunt sic instituti pastores gregis Christi, sed prout sus uelut ministri, qui gregum uigilias pferre tenentur, & per prata scripturæ gregem deducere, eiusque fontibus potare, atque oleo scabiem inungere, eisq; lupũ cauere & quidquid ullo pacto nocere poterit. Neque. n. est, q̃ huic sanctæ ueritati quis obmoliatur, soli Petro dictum esse, Pasce, in hoc. n. uerbo aliquid est singulare Petro dictum, aliud uero cunctis pręsulibus generale. Singulare inquam, ut tam quam uniuersalis pastor suo gradu, & ordine uniuersum gregem pasceret non quidem uniuersis assistendo ecclesijs, sed suis constitutionibus, & fidei, ac morum sñijs uniuersos illustrando & instituendo, dignosque adeo ministros cuicunq; ecclesiæ adscribendo. Generaliter autem explicata est episcopalis functio, quæ in Apostolis & in ipso per ipsissimum Christum ecclesiæ institutorem constituta est, ut. s. cum primum unusquisque crearetur, iussum ab eodem Christo putaret, ut similiter suum peculiarem gregem pascere. Ait quippe Aug. c. 13. in lib. de pasto. ob id Petro singulariter Christum, id quod oĩbus erat cõe, iussisse, ut unitatem cõmendaret. Multi. n erant, inquit, apostoli, & uni dicitur. Pasce oues meas. Hactenus ille. Ac si dixisset. In uno cunctis potestatem dedit. In uno cunctis generalem regendi formã ex-

Epus pastor est secundũ propriã nois notionem.

Solũ tacitæ obiectionis.

expressit, atque adeo in uno cunctis idem iussit. Et Ambr. in Pastora Nobis, inquit, in verbis diuinis credita est dispensatio, gregemque Christiani alendum suscepimus. In verbis inquit diuinis. Alludēs ad ista Petri dicta. Et infra: repetitum est a domino tertio: Pasce oues meas. Quas oues, & gregem non solum tunc beatus suscepit Petrus, sed nobiscum illas suscepit: & cū illo nos suscepimus oēs. Iussit Dñs Petro pascere oues, per quē ad reliquos oēs potestas, & auctoritate pascendi manat a Deo. Hæc ille: Ex his ergo fit consequens, peruersam esse calumniosamque interpretationem, vt vox illa consecratoris; Vade prædica populo tibi commisso: perinde intelligatur ac si solius sit Papæ. Est enim illius tanquam organi Dei, atq; adeo expressio & quasi repetitio verbi ipsius Christi, pasce oues meas. Quo plane alludit Paul. Act. 20. dicens. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos, &c. Hand. n. aduersariorum gl vllius est pretij, qua. s. aiūt propterea tantum dixisse; Spiritus sāctus posuit, ꝙ ecclesia etiam quo ad ius positiuum eius nutu gubernatur: Nam 1. ad Cor. 7. distinguit inter ea quæ Deus præcepit & quæ ipse, & hic propriā actionē, & iussum Dei designat. Non n. ait se illos posuisse sed Deum. At vero quo res etiānum patentior fiat, explicare paulo amplius opus est spiritualis pastoris officiū, dictum. n. iam supra reliquimus, esse spiritualis ouium vitæ impensissimam curam gerere Quæ quidem cura tripertita est, videlicet vt eps sacramentis plebē in uita spūalis generet, & nutriat, atque adeo prędicatione foueat, & prudentia gubernet. Quæ sub alijs nominibus S. Th. expressit, puta instituere, defendere, & gubernare. Nomine aūt sacramentorum, ēt sacr̄alia quædam intelliguntur. quæ quidem canquamuis dist. 68. Leo Papa recenset. Incūbit. n. eis presbyterorum, ac diaconorū, cęterorumq; ministrorū, altaris, & uirginū consecratio. Mox cōstitutio altaris, & benedictio & vnctio, atq; adeo omniū uasorū, indumentorumque ad idem altare pertinentiū ac denique baptizatos Chrismate confirmare. Omnium aūt maxime propriū eius munus est prædicare: hoc est nō de suggesto modo, sed & peculiariter ēt sacra oraculo interpretari, & de ambiguitatibus respōsa dare. Vnde super illud Pau. ad Eph. 4. Alios pastores, & doctores, ad notauit Hier. consulto non dixisse alios pastores, atque alios doctores, sicut dixerat alios apostolos & alios prophetas, sed alios pastores & doctores. s. quod idē est in ecclesia pastor, qui & doctor. Idemque Aug. in epist. 58. Paulino sciscitanti, quo pastores a doctoribus differrent, rñdet, uidelicet nullo differre discrimine, quod eodem apostolico verbo confirmat. Tertium demum eiusdem muneris membrū est gubernatio, quibus non infimè adiungitur pauperum, viduarum, ac pupillorum cura. Hæc autem expressius, tum Gregorius libr. priori Pastor. tum etiam alii sancti patres per Ezech. prophetam explicari iutumant cap. 34. vbi ait Dominus. Fili hominis propheta de pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Nōne greges a pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, lanis operiebamini. His. n. duobus cuncta designantur quæ ad victum, uestitumque spectant. Quæ quidem ad sustentationem episcopis populus suppeditat. Sed ad designādam eorum luxuriem subditur: Quod crassum est, occidebatis: ubi summa iniquitas pastoris insinuatur. Cū. n. officium eius sit gregē doctrinæ ac morū pinguedine saginare, & pinguefacere eius potius substātia ipsi curāt pinguescere. Et gregem meum nō pascebatis. Quid autem sit pascere, explicare prosequitur, dicens Quod infirmum est, non consolidastis; quod ægrotum non sanastis, quod confractum non alligastis, quod obiectū est, non reduxistis, & ꝙ perierat, non quęsistis. Hic autem primum omniū animaduertendum est, oracula antiquæ legis nō eandem prorsus energiam ad rem pręsentem habere, q̄ testimonia nouæ Etenim sacerdotium nostrum longe ab illo differentius, ac perinde sublimius existit, quā quo illi fungebātur. Nā cum illorū sacr̄a nullā cōferrent gratificantē gr̄am (nil de illa loquit, q̄ sub signo circuncisionis conferebat) neq; clauiū illi potestatē habebāt ad remittenda peccata, neq; subinde curā vt nostri sacerdotes, gerebant aīarū, quæ potissimum est fundamentū, ut nostri pręlati residere teneantur. Petuntur aūt inde ad propositum argumenta, tū ratione figuræ, in qua, ut ait Paul. oīa contingebant illis, nēpe ꝙ illud sacerdotiū præsagiū erat nostri.

Greg.

Prior locus ueteris testī pro conclusione.

nostri. Tum etiam per modum exempli, nam si illis tanto vitio tribuebatur, quod curam non gererent gregis, & in excubijs templi perpetuo esse cogebantur. Iussum enim legitur Nu. 16. Aaron filijque eius ac Leuitis, excubare in custodia sanctuarij, multo efficacius conuincitur pastores nostros animarum custodes, debere semper præsentes gregi prospicere. Quamuis vt ad præsentem locum Ezech. reuertamur, non solum sacerdotes illic, pastorum nomine denotantur, sed & omnes iudices & gubernatores populi, tametsi iam tunc temporis, gubernationis sceptrum penes sacerdotes esset. Affabre ergo Propheta illa quinaria oratione pastoris munus delineat, quantum ad ea saltem, quæ in grege medenda sunt. Quinque enim incommodis Christianus grex periclitari consuuit. Primum est in fide, quæ totius Christianæ vitæ fundamentum est, nam sine fide impossibile est Deo placere.

Expēdi tur locꝰ citatus.

Primum autem detrimentum fidei est, languor & imbecillitas, quando scilicet homo propter magnitudinem credendorū nutabundus vacillat. Quare Paul. ad Roman. 4. laudi tribuit Abrahæ, quod nō fuit infirmatus in fide. Et ad Rom. 14. Infirmum in fide assumite (id est) ne cadat sustētate. Hæc ergo Antistis, qui doctor est fidei, prima functio est, nempe vt fidei scrupulos mentibus gregis eximat dubia scilicet explicando, ac subinde animos affirmā & consolidando vt intellectum quemadmodum ait Paul. captiuent in obsequium fidei. Aegritudo autem ad mores attinet, cum quis corruptis affectibus infectus est. Etnim, vt intellectus scrupulis fidei infirmatur, sic & appetitus, affectuum tumultu ægrotat. Quare sicut illud doctrinæ luce est consolidandum, ita & hoc salutaribus monitis sanandum. Confractio vero iam ad discordiam inter fratres attinet, videlicet cum populus aut varijs opinionibus, aut litibus & iurgiis inter se dissidet. Tunc enim ligamine pacis atque vnitatis confœderandus est amicitiaque conglutinādus. Ex hic enim facturis, nisi in tempore colligantur, hæreses solent intumescere. Quod re uera uecordia & inertia præsulum, ac potissimum absentia a suis ecclesiis creberrime accidere, præsentia tempora documento nobis sunt. Quocirca id quod subditur, abiectum, ad manifestatum hæresim & apostasiam refertur. Diffensio enim populi, seminarium est hæresum, per quas ab ecclesia exitur, & vsque ad huius etiam me dicamina prelati cura protenditur, vt saltem vna atque altera monitione, vt docet Pau. enitendum ei sit abiectos in ecclesiam reducere. Concludit demum. Et quod perierat non quæsistis, exemplo illius, qui de cœlo quæsitum venerat quod perierat. Perit artem homo per quodcunque mortale delictum, insigniter vero per obstinationē. Sed neque illo prorsum desperandum est quin, omnis adeatur querendi ipsum via. Atqui effectus porro isti, gratię Dei eiusq. singulari fauori referuntur accepti. Attamen quia ipse eiusmodi gratiam ministerio sacerdotum nobis suppeditat, fit, vt propter eorum negligentiam vsu veniat, vt populus eadem gratia priuetur. Id cꝰ protinꝰ ibidem Deus aperte admonet, dicens. Et dispersę sunt oues meę, eo quòd nō esset pastor, & factę sunt in deuorationem omniū bestiarum agri, hoc est, ab omnibus vitijs pessundatę sunt, omnique errore conculcatę. Qua de causa statim comminatur pastoribus. Requiram gregem de manibus eorum. Hac eadem n rōne ait, ad Hebr. vlt. Paul. prepositos sic debere super gregē inuigilare, quasi rationem pro eius aiabus sint reddituri. Porro ergo nisi hęc epi munera & officia tam essent oblitione sepulta nemo esset, arbitror, qui vel hęsitare posset tenerentur ne iure diuino epi per se illa p stare, ac perinde in suis diœcesibus residere. Etenim non solum publica concione, si suum bene noscunt institutum, hęc perficere debent, verum priuatis uisitationibus, exhortationibus, re creationibus, conciliisque adeo & consolationibus, Imo non verbo tantum verum exemplo, ac denique re ipsa iuuando, nempe egentium causas negotio etiā tuendo & eleemosynis adiuuando. Ecce sacerdotis officium qua parte dēt nocumenta gregi cauere. At vero qua parte ipsum ad perfectum promouere teneā, alius eius prominet functio. Hac quippe ratione appellat eos ī suis antecessorib. Christus lucē mūdi. Vide quāta largitate sua ip sius noīa illis impartitur, vt si in officio nō perstiterit, eos peius iniudicii pudefaciat. Quin vero, vt supra diximus Pius Papa, c. oues. 6 q 1. veluti oculos Deum illos instituisse ait, siue per quos Deus ipse gregi suo prouidet, siue per quos populus quę diuina

Paulus.

Paulus.

Pastores ecce lux mundi.

Pius Papa.

sunt

Paſtor eccleſiæ ciuitas ſup. mõtem poſita.

Idẽ ſal terræ.

Secũdus locus p concluſione.

Refellit quorundã inter pretatio

ſunt ſuſcipit. Appellat etiam illos ciuitatẽ ſupra montem poſitam, quia non ſolũ doctrinæ lumine de candelabro lucere debẽt, uerum pro minenti vitæ exemplo in conſpectu populi, & veluti ſal terræ mores cõdire. Perpende, an eiuſmodi officia abſentes exhibere, vt decet, valeant. Quin age, vt cuncta complectamur epiſcopi in ea perfectionis ſublimitate eſſe debẽt, vt perfectionem non diſcant, ſed quemadmodum in ſua conſecratione admonentur, omnino doceant. Quid demum perfectionem doceant? ſeu Chriſti miniſtri eccleſiam ſuam ſic expurgent, ſic promoueant, ſic itaque exornent, vt ſine macula, vt Chriſti ſponſam decet, Deo patri offerant. Ecce primũ locum euangelicum. Paſce oues meas. Secundus locus ex quo veritas præſentis concluſionis elicitur extat Ioan. 10. vbi Chriſtus naturam boni paſtoris ſub hac verborum exaggeratione commendat. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis, mercenarius autem fugit. Intelligere autem nequeo quavllus frõte deludere hunc poſſit locum, dicens non intelligendum eſſe generaliter de paſtorũ vniuerſitate, quippe quòd Chriſtus de ſeipſo particulariter, vt aiunt? id aſſeruit. Haud enim opus eſt ſanctos huc interpretes compellare, qui hunc ſenſum recutiant. Præſtat namque ſemper ſcripturam ſacram, vbi id fieri poſſit, ex ſuis ipſius verbis elucidare. Perpende ergo verborũ contextum. Ego ſum paſtor bonus ecce aſſertionem. Haud vero ſatis duxit ſimpliciter id aſſerere, ſed demonſtrare pertexit. Quomodo autem demonſtrauit. Quia bonus paſtor animã ſuam pro ouibus ſuis dat. Hoc ergo non de ſe peculiariter & proprie aſſeruit, alias id quod dixerat per idem ipſum probaſſet, nempe ego ſum paſtor bonus, quia ego ipſe paſtor bonus animam pro ouibus meis pono. Per illam ergo probatoriam propoſitionem, naturam ingeniumque & ſubſtãtiam boni paſtoris definitione patefecit, nempe vt ſic colligeret. Ille prorſus qui animam ſuam dat pro ouibus ſuis, bonus eſt paſtor, ego autem animam meam, hoc eſt vitam do pro ouibus meis, ergo ego ſum bonus paſtor. Generalem ergo regula p̃fixit, per quam bonus paſtor ab ijs, qui nõ ſunt boni, diſcernendi ſunt. Vnde Gregor. in homilia. Eius, inquit, bonitatis formam quam nos imitemur, adiunxit, dicens, Bonus paſtor animam ſuam pro ouibus ſuis ponit. Fecit quod monuit, oſtendit q̃ iuſſit, &c. Et Aug. de verbis Dñi, ſer. 5. Paſtor bonus, Chriſtus. Quid Petrus? nõne bonus paſtor? nam & animam ſuam pro ouibus, ſuis poſuit, quid Paulus? quid cæteri Apoſtoli? &c. Itaque ſi attente verba reſpicias, nõ tantum Chriſtus exemplum ſeſe perhibere oculis noſtris voluit, q̃d imitaremur, ſecundum illud. Ioan. in hoc cognouimus charitatem Dei quoniam ille pro omnib. animam ſuam poſuit & nos debemus pro fratribus noſtris ponere. Et ſicut ait ad Hono. Aug. q̃ inſtante perſecutione epiſcopus non poteſt fugere, quia exemplo Domini tenetur bonus paſtor animam ponere pro ouibus ſuis. Hæc enim quodammodo poſſent aduerſarij cauillari, dicentes, q̃ licet Chriſtus de ſe peculiariter id diceret, poſuit nihilominus de ſe imitandum exẽplum. Sed inſuper affirmamus poſuiſſe regulam & definitionem per quam ſe probauit eſſe bonum paſtorem, quam adeo licet ipſe per impoſſibile non ſeruaſſet, tenerentur vniuerſi præſules iure diuino & naturali ſeruare. Agedum, idem ex ſubiectis verbis corroboremus. Subdit enī Mercenarius autem & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit. Quomodo rogo illic vſurpauit mercenarij nomẽ, vtrum peculiaritet pro aliquo? Reuera nõ niſi generatim ergo eodem modo acceperat vocem boni paſtoris. Alias non è regione apponeret illi mercenarium. Vtriuſque ergo naturam amborum oppoſitione explicuit Niſi admittere abſurde malis, quod naturam explicuerit mali paſtoris, non autem boni. Neque contentus fuit id ſimpliciter enunciare, ſed natiuam ſubiunxit, cauſam. Mercenarius enim inquit fugit, quia mercenarius eſt, cuius non ſunt oues propriæ, & ideo ad eum de ouibus non pertinent, quia non ſunt inquit, eius propriæ vt pote q̃ cum ei non ſint a Chriſto commẽdatæ, fit vt eas non diligat, nimirum ea dilectione qua ex Petro requiſiuit, an ſe præcæteris diligeret. Sed & urgentiſſimũ præterea argm̃, q̃ hoc Dñs ac Redemptor noſter non de ſe tm̃ proprie, verũ tanquã cũctis qui legitimi ſunt epi neceſſariũ enuntiauerit, eſt, quod ex hoc loco ſancti omnes & Doctores colligunt (vt art. 4. videbimus) teneri epm̃ dum neceſſitas gregi ſuo ingruerit,

Auguſt.

Robora tur amplius p̃xima ratio.

grauerit, vitam exponere antequam inde recedat. Quam quidem veritatem cum ip si aduersarii negare profecto non auderent, inde deberent colligere residentiam esse de iure diuino, idque adeo ex hoc loco inferri, alias ecclesia non cum tanto periculo eos residere constringeret. Ad de hoc illic pressius. Hic ergo pedem sistere cuperem si pro rei dignitate mihi facultas ad persuadendum suppeteret, rogareq co lendissimos episcopos, expenderent, vtrũ potuerit Christus significantius rem aperire, vehementiusq; ipsos ne mercenariis suos greges confiderent dehortari. Quomodo enim diligere aĩas vsq. ad sãguinis effusionẽ pñt, quas vt proprias nõ hñt? & nisi ita charas in Domino habeant, quomodo possunt eis legitime prospicere? Abunde se namq. mercenarij fecisse arbitrãtur, quando pro ratione stipendii, quod recipiunt audiendis litibus, horas aliquot in sumunt. Prosequitur autem Christus eandem boni pastoris naturam etiamnũ patefacere. Ego inquit, sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscũt me meæ. Haud ergo locus iam vllus sit reliquus deflectẽdi, vt quis dicat de se proprie Christum loqui. Imo eandem demonstrationem insinuat, nempe ob id, quod ingenium, fides & cura boni pastoris sit, vt mutuo se de facie & voce ipsæ & oues cognoscant, se, in quem hæc cõpetũt, bonum esse pastorem. vbi Theophylactus, Hoc loco, inquit, agnosco diferentiam pastoris & mercenarii. Nam mercenarius quidẽ nescit oues, quod contingit, quia non sepæ illas inuisit, &c. Qui enim per Dei dilectionem non sibi ecclesiam despõsauit, nõ põt eius conspectu & familiaritate magnopere se oblectare, præterquam ꝙ neq; officia pastoris gregi pstabit, nisi cuiusq; ouis faciem & balatum nouerit, vt non per relationem aut per alium, sed de vultu, gestu, & voce animi morbum deprehendat. Neq. vero grex eum vicissim satis diligere, eiusq. tum exẽplum imitari, tum & auscultare mãdatis valet, nisi de vultu & sermone eum a gnoscat. Quocirca hoc quod isti dicũt Christum de se propriæ affirmare, quam sit falsum inde cõstat, ꝙ fortasse ad illud prouerbium. Salomonis alluserit, quod ipse tum ꝑꝑ priscos pastores, tũ in nostrorum figurã illius ore iampridẽ protulerat. Ait n. ille Prouet. 27. Diligenter cognosce vultum peccoris tui, tuosq; greges considera, non enim habebis iugiter potestatem, sed corona tribuentur tibi in generatione & generationẽ. Vbi Hebraice habetur, cognoscendo cognosces seu euidenter agnosce faciem pecoris tui, & vt dicitur facie ad faciem, & pone cor tuum ad greges. Vbi non adeo ad rem accommode quidam comminiscuntur, verbo illo appone, allusionem fieri ad illud Christi, Bonus pastor animam suam ponet. Nam præterquamquod verbum euãgeli cum nõ significat nisi, dat, manifesta est rerum discrepantia, nam verbum Salom. ad internã curam & solicitudinẽ quã pastor habere debet erga gregẽ, refertur, vt. s. cor impensissime habeat ad singulariũ ouium necessitatẽ attentum, Vox aũt Christi ad testimoniũ amoris vt s. si opus fuerit mortem eius gratia oppetat. Nã si cura brutigregis illã mutuam agnitionem exposcit, quãto magis studium quod erga Christia nam familiam impendendum est, sane cũ quot sunt subditi, tot sint & morborũ genera. Alius. n. consolatione indiget, alius consilio, alius reprehensione, alius deniq. alio eleemosynæ subsidio. Quare ꝓtinus in initio eiusdem. c. Ioan. vbi se Christus ostium esse ouium dicere adornabat. Qui nõ ingt, intrat per ostium, sed aliunde, fur est & latro, qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiũt, & proprias oues uocat nominatim, & educit eas, & cũ proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Vide quomodo lex boni pastoris nõ tantum in hoc consistat, ꝙ quis ad dignitatẽ secundum Christi leges accedat, verum & ꝙ eius exemplo eandem administret, nempe cognoscẽdo oues singulas de nomine, easq. exemplo vitæ antecedẽdo, quod ipse sequantur. Id quod absentes quonam pacto præstare perficereq. possint, ipsi uiderint. Vnde sequit. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia nõ nouerunt vocem alienorũ. Vbi alieni appellatione non solum eos, qui non legitimè ingressi sunt censet, imo & qui legitimè rem administrãt. s. tã mercenarios, quam eos qui illa quæ premiserat, non seruant. Et quidem Apostoli nõ cognouerunt qd loqueretur eis. s. mysterium fidei ipsius. per quã solam ingressuri erant quotquot

Prouer.

Confirmatio.

Theophylactus.

veris

veris paſcuis eſſent potituri: quia non eſt aliud nomen ſub ſole, in quo poſſint homines ſalui fieri. Nobis autem, qui illud iam certo per eandem fidē cognoſcimus aliud reſtat cōſtantiſſima fide tenere nempe quod qui ab ipſo inſtituti ſunt paſtores, eius inſtar neceſſe habent munere ſuo perfugi. Vnde Damaſus Papa in aurea ſua epiſtola 4. vbi de depellendis chorepiſcopis locupletè diſſeruit, hoc Chriſti teſtimonio vehementer inuehitur in epiſcopos, qui alienis ſuas plebes educandas credunt, cum Chriſtus bonum paſtorem aſſerat vitam pro ouili ſuo ponere, mercenarium autem ingruente lupo oues deſtituere. Sed de hac epiſtola ſtatim art. proxi. Habeant ergo aduerſarii, & contra ſic arguāt: Quidquid homo per ſuos adminiſtros facit, per ſeipſum cenſetur efficere, ergo cum epiſcopus vicarium eccleſiæ ſuæ deleget, reſidere non tenetur, ſed pro ſua ſatisfacit obligatione. Videant autem homini argumentatores, quanta eos reſponſa perſequantur. Primum omnium, vt ſupra diximus, hic non diſputamus, an cauſſa poſſit aliqua intercedere propter quam diſpenſari cum epiſcopos abſenti queat, de quo artic. 4. repetendus eſt ſermo, ſed rei naturam conſtituimus, & ea quæ diuina lege epiſcopo iuſſa ſunt. In primis ergo ſi factum ſpectemus, abſentes epiſcopi non ſibi vicarium ad omnia ſua munera ſubſtituunt, ſed eum tantum, qui ad lites audiendas ſedeat, quod re vera non eſt præcipuum. Et præterea viſitatorem, qui diœceſim circumuolet, cum neque iſta in ipſorum abſentia fieri poſſint commodè, neq; alia vllo modo, ad quæ præcipuè tenentur. Potiſſima enim pars ſpiritualis paſtoris, vt in concilio Carthagi. 4. licet breuioribus verbis admonetur, nempè cui aīarum longè maior cura incumbit, quam temporalium, in hoc poſita eſt vt lites, quæ ſine iudiciorum ſtrepitu definiti poſſunt, componere ſatagat, pacareque & extinguere procuret, vt tempus ſecundum Chriſti mandatum redimat, quod oues in Chriſtianis exercitijs collocent. Quod quidem nemo ſine epiſcopi auctoritate & grauitate & amore quo gregem proſequi tenetur, atq. adeo ſine eius præſentia perficere valet. Item neq. viſitationis longiſſima experientia teſtatur, per alium quam per ſeipſum fieri caſtè poſſe. Haud enim criminibus ſola pecuniarum mulcta aut excōicatione medendum eſt, ſed profecto verbo, nunc placido, nunc acerbo, ac alijs deniq. adhibitis remedijs, quorum viſitatores, quia mercenarij ſunt nulla tangit cura. Adde, quod eleemoſinæ quæ inter epiſcopales operas tā altum locū tenent (Oportet.n. epiſcopum, vt ait Paul. eſſe hoſpitalē) niſi per p̄ſentes Antiſtites fieri nequeūt cōmodè. Conſpectus nanq. pauperis, ege norumq. clamor viſcera commouens, vel eleemoſinam exprimit, vel aliam ſaltem conſolationem, qua ſuam poſſit miſeriam leuare. Huc enim illa ſpectant, quæ modo circa verbum Chriſti tractabamus. nimirum quanti referat vultum pecoris viſu agnoſcere, & vocem auditu. Sed ais, quid ſi epiſcopus hæc omnia atque alia per aliū rectè diſpenſet? Accidere enim poteſt, vt alij efficaciores ſint prædicatores ipſo epiſcopo, atque alij ad alia munera doctiores & aptiores, quos cum ſuffecerit, munus ſuum expleuit, vt abſens eccleſiæ ſuæ viuere poſſit. Huius autem vna reſponſio eſt, eſſe impoſſibile A litera præcipuè notada, quod epi vicarij non ſunt perinde cōſtituti ac ſi ſint futuri præſules, ſed quaſi præſulū adiutores. Et ideo non per hoc excuſat eorū reſidentia. Debēt.n. vicarii eſſe ſicut mēbra in corpore, ipſe vero ſicut anima. Chriſtus.n. non eos vt operariorum conſtitutores, ſed vt operarios miſit. Et Paul. non ait oportere epm eſſe doctoris ſubſtitutorem, ſed eſſe doctorem, & 2. ad Ti 2. Solicite, inquit, cura teipſum probabilem exhibere Deo, operariū inconfuſibilem, rectè tractantē verba veritatis. Vbi confuſione eū Antiſtitē aſpergit, q̄ operarius nō eſt. Et alibi admonet, vt q̄ nō operat, nec manducet. In ſumma, non vident iſti qui munus eporum in hoc collocāt, vt bonos ſibi habeant ſubrogatos miniſtros, quemadmodum leges vniuerſas electionis epiſcoporum & paſtorum de medio tollant. Quid.n. opus eſt tantam ſolicitudinem & vigilantiam adhibere ad dignioreē eligendum, quantam iura omnia clamant, ſi ſatis epo eſt alios eccleſiæ ſuæ miniſtros delegare. Ergo ſi iura illa certa ratione conſtituta ſunt, planè colligitur perſonalem induſtriā in epiſcopo eligi, atq. adeo præter ſe reſidendo teneri munia ſua explere. Quare non eſt cur nobis Valeriū obijciant, qui Auguſtinū ſibi ſubſtituit. Id n. fecit

Damaſ.

Obiectio aduerſariorum.

Solutio.

Viſitatiōes nō poſſunt caſtè fie ri per alium q̄ per ipſū epm.

Obiectio. altera.

Prima rñſio.

Secūda.

Paulus.

fecit ingraueſcente iam ætate, quando vi res ſibi nõ ſuppetebãt. Immò nec tũc cre dendus eſt ſic ceſſaſſe, quin id quod poſ ſet, efficeret: Imò hinc ſumitur argumen tum, quam ſit neceſſaria prẽſentia perſo næ. Hac enim de cauſa Petrus Apoſtolo vt Theodoretus refert in lib de 70. diſci pulis: & antiquiſſimus Epiphanius tom. 2. cap. 26. nempè quia illi neceſſe erat tan quam Apoſtolo per alias eccleſias diua gari, ſubſtituis ſibi epiſcopum Romanũ: non qui eſſet Papa, ſed qui ſibi eſſet au xiliaris vicarius. Ad eorum ergo argumẽ tationem reſpõdetur, quod etſi vnicuiq; liberum ſit de ſuis propriis bonis, vt li buerit, per famulum diſponere, in quoca ſu quod quis per alium facit, ipſe facere cenſetur: in publicis tamen adminiſtra tionibus longè res ſecus habent. Publici enim magiſtratus, atque illi potiſſimum quibus ob perſonalem functionem iuſta ſtipendia decreta ſunt, nõ ad iuſtum per vicarios adminiſtrantur. Equis enim in conſulem, aut prætorem, aut ducẽ, creatur, vt per alium rem adminiſtraret? Imò verò in rebus priuatis quis œconomum, pincernam immo vel coquum, vel quod rei magis arridet, nauclerum, vel certè aurigam conduxit, qui non munus eiuſdem perſonæ reqniret? Quod ſi magiſtra tus alij hanc habent reſidendi naturam, quis non videat epiſcopatum, qui anima bus proſpiciẽdis, quas Deus, & ad ſuum ipſius conſortium condidit, & proprio vi tæ diſpendio redemit, primum huius le gis obtinere locum? vnde Paulus 2. ad Corinth. 9 Væ mihi ſi non euangelizaue ro: neceſſitas mihi incumbit. Sed vide quomodo aduerſarij cauere hanc plagã contendunt: aiunt enim apoſtolis per ſe ipſos neceſſarium fuiſſe prædicare, quo niam in ipſis perſonalis induſtria electa fuit. Epiſcopi autem non illis ſucceſſerũt in apoſtolatu, ſed in epiſcopatu. At ve rò fateamur vigentiorem fuiſſe in apo ſtolis prædicandi obligationem propter reuelatam eis doctrinam, tñ quis neget in epiſcopis perſonalem etiã induſtriã, quatenus in epiſcopatu ipſis ſucceſſerũt, eligi? Sed neque aliud iſtorum commen tum illis admittendum eſt, nempè quod apoſtoli iuſſi ſunt ſolis infidelibus prædi care, epiſcopi verò ſolis ſubditis, immò Paulus ſæpè prædicauit cõuerſis, & certè

Ad arg. factum.

Pulchra ratio.

Paulus.

Aduerſariorũ subterfugiũ.

Refellitur proxima ſolutio.

ad eorum confirmationem facere debebat. Nec ego dr, ut aiunt; Vade, prędica populo Dei: ſed, populo tibi commiſſo: eui non repugnat, quin aliqñ poſſit, & de beat infidelibus prędicare. Alius verò ca uillus iſtorum eſt, & etſi Papę dictum ſit; Paſce oues meas, non tñ inde colligitur, & reſidere teneatur in omnibus eccleſijs: atq; adeo neque de ſingulis colligitur, & teneantur in ſuis reſidere. Quòd autem cauillatio hæc peiori ſit nomine digna, quis non planè videat? Iuſtus. n. eſt Papa per ſeipſum paſcere, atque adeò in ſua ec cleſia, quæ Romana ceſtinata eſt, reſidere, vel vbi expedire vitium eſſet. Decet aũt pp confluxum o bis illuc, ne p alias diuagetur, ſed ſuos ſigulis ut Deus ei iuſſit, epiſcopos conſignet, qui eodem diuino iure teneantur in ſuis dioœceſibus reſi dere. Vnde Paul. ad Theſſ. 5. Rogamus, in quit, vos fratres vt noueritis eos, qui laborãt inter uos, & prẽſunt uobis in Dño, & monent uos, ut habeatis illis abundan tius in charitate pp opus illorum. Nõ ergo pp dignitatem, ſed pp opus, quod re ſidentes perſonaliter exercent. Alia deni que eorũ argutia non eſt tñſio digna. Ar guũt n. & cùm Papa poſſit eẽm à ſua dię ceſi dimouere atq; alteri adſcribere fit, ut diſpẽſatio epiſcopi cum hac eccleſia nõ ſit de iure diuino, atq; adeo nec reſidẽtia. Iam. n. ſuprà oſtenſa eſt infirmitas conſequentiæ: nempè & licet Papa poſſit epi ſcopos ſummutare, non tñ eorum natu ram, & functiones, quæ iure diuino an nexa ſunt dignitati. Sed rogas, nõne mul ta epiſcopus poteſt per miniſtros diſpen ſare? Apparet enim poſſe: ut ordines conferre, & confirmare: benedicere tem pla, & ornamenta, &c. Item per multa ſunt epiſcopalia officia quæ non niſi ſta tis temporibus eademque rarò fiunt: ut Chriſma conficere, & ſacris initiare: quę iõ iugem reſidentiam non exigut. Rñdetur inter epiſcopalia munera gradus eſſe dignoſcendos. Quædam. n. ſunt quæ li cet non ita decenter fiant, tamen, nõ uſq. adeo abſurdum eſt per ſubſtitutos illa ex ercere. Vt ſunt chriſmatis confectio, & templorum ornamẽtorumq; cõſecratio. Eſt inquã in his, dum per titulares epiſco pos fiunt indecorum quidam, & nõ tãta grauitate, ut decet celebrãtur: præterquã quòd auſa inde porrigitur titularibus epi

Cauill. alter.

Paulus.

Scrupu lus.

Solutio

scopis intro lucēdis. Veruntñ non ista sūt munera, quæ vrgentissimè residentiā epi requirunt: sed alia suprà commemorata quæ assiduā præsentiam sedulamq; diligentiam exposcunt. Immò verò, vt iam diximus, propterea episcopi obligationis residendi obliti sunt, quod non putāt alia sibi incumbere onera, quam lites audire, & semel in anno ordines conferre. Si. n. se ignorantium lucem delinquentium rl'im, afflictorū suffugiū egentiūq; subsidiū, ac presidiū (vt verè sunt) esse cognoscerent, non grandi opus esset negotio, vt ius residendi persuasissimum haberent. Multa alia hic missa facimus scripturarum testimonia: nimirum satis rari ea, quæ precipui sunt momenti attulisse. Multasq; aduersariorū argutias silentio prætermittimus, ad quas vtique molestiꝰ esset tñ dere, q̄ utile. Quod aūt de episcopo assertum curauimus, de cunctis ēt paroecialibus pastoribus subinde est intelligendum. Sanè cum, & allata testimonia idem sibi velint licet multò efficacius episcopos vrgeant. In apice aūt istorum q̄ dicta sunt, hoc licet per seipsum euidētissimum sit: non erit tñ admonitu superuacaneum, nempè q̄ residendi obligatio sic præceptum est, vt nō si præcepti finis. Videas. n. præsules in suis quidem ecclesijs residentes: sed tamen adeo oscitanter, & segniter in administratione verbi, in gubernatione, in afflictorū consolatione, et pauperum subsidio sese gerētes, vt nihil referat absentes sint an præsentes. Residētia. n. propter hæc necessaria est, quæ si non fiant superuacanea immo quādoque caussa, vt episcopus maiori opprobrio, & vilipendio a sua plebe habeatur.

Etiā pastores paręciales residere tenentur.

Ad primū arg.

Ad primum igitur argm̄ respondetur, verba illa formalia, quod episcopi residere teneantur, nullā fuisse necessitatem, vt in Euangelio exprimerentur. Sane cū euidētissimè ex ipsa episcopali functione diuinitus instituta colligantur: q̄ ēt secūdū aduersarios satis est, vt eadem residentia sit de iure diuino. Nam vbi Christus ceu operarios miserit prędicatum Apostolos atq; alios 72. discipulos quibus episcopi & paręciales sacerdotes successerunt: & vbi iubet in Petro cūctis episcopis, vt gregē pascāt: & vbi docet bonū pastorē esse, qui nominatim cognoscit oues, et vbi ait Paulus episcopū esse doctorem, & hospitalem, & vbi admonet Timot. vt seipsū operarium inconfusibilem, verbum veritatis rectè tractantem exhibeat; & vbi admonet præsules, ut uniuerso gregi attendāt in quo eos spiritus sanctus posuit episcopos ad regendum ecclesiam Dei, atq; in id genus alijs locis usque adeo luce clarius residētiam pastorum pręcepit, ut fatuum sit ex pressiora uerba requirere. Ad secundum iam satis respōsum est, quod etsi summam ecclesiæ iurisdictionem Petro eiusq; successoribus singulariter commiserit, ubi ait, Pasce oues meas: atq; adeò facultatem eligendi pastores: modum tamen pascendi nō reliquit suo arbitrio, ut eum mutare posset. Haud. n. in arbitrio est Papæ facere ut episcopus nō sit doctor, nō sit hospitalis, non sit uigilator sup gregē, quibus muneribus intimum est, ut resideat. Ad tertium deniq; respondetur quod si Timot. & alij forsan episcopi iussu Pauli à suis nonnunquam ecclesijs peregrinati fuerint: id tñ ob ecclesiæ uniuersalis necessitatem factum ē, atque adeò per interpretationem eiusdē diuini iuris, & naturalis. Haud enim secū pugnant residentiam esse de iure diuino, & nihilominus posse casus accidere, in quibus non solùm licitum, uerùm, & expedientissimū sit episcopum à sua ecclesia in tempus abscedere.

Ad secūdum ar.

ARTICVLVS II.

Vtrum residentia episcoporum iure naturali fundetur.

CVm monstratum sit residentiā episcoporum de iure esse diuino, subsequitur, ut uideamus, an ius etiam naturę suas rationes eidē ueritati subministret? Arguitur nanq; à parte negatiua. Euāgelicus episcopatꝰ, ordo est supernaturalis: quippe cum fundatio ipsa ecclesiæ supernaturam fuerit a Christo instituta, nō ergo episcoporum residētia in iure naturali fundatur. Secundò: Si iure naturali eiusmodi residentia iuberetur nulla ratione posset super eo dispensari. Nam ut lib. 2. de Decalogo pronuntiauimus, ob id indispēsabilis est, quòd indiuiduum habet à natura obligandi uinculum, & tamen ut in c. 4. patebit, ingruere ea necessitas potest, ut legitime a sua ecclesia episcopatus

1. Argu.

Argu. 2.

Argu. 3. tus absens fiat. Tertio denique arguitur, Esto de residentia præceptum agnoscamus natura tamen p ęceptorum affirmatiuorum est, ut nō obligent, (quod aiūt) pro semper. Non ergo iugis continuaq. residentia necessaria est. In contrarium est quod cū ius naturę auctore. Deo mentibus nostris insculptum sit, explicandis etiam fidei legibus ab eodem Deo promanantibus multum inseruit. Nam diuinæ leges naturalium perfectrices existunt.

Iā supra dictum est naturales ius esse, quod natura nos docuit, atq. adeo minime repugnare, ut quod diuino iure sancitum est, naturali etiam quadam tenus roboretur. Respondetur ergo ad quæstionem affirmatiua hac conclusione. Obligatio residēdi quam proxime est naturali iuri affinis. Enimuero quamuis episcoporum institutio iure sit facta diuino tamen, ut supra dictum est, rōnibus naturalibus eius congruentia innotescit, atque adeo modus episcopalis administrationis eisdem rōnibus elucidatur, quas quidem in superioribus adeo insinauimus, ut hæc nō sit nisi explicatior repetitio. Primum igitur argumentum sumitur ab officio. Enimuero cum pastoris officium, ut dictum est, sit spirituali animarum saluti prospicere, functio hæc bipartita est nempe, uel respectu gregis infirmantis, ac deficientis, ut iuuetur sanetur que, uel respectu eiusdem sani, ut ad perfectionem promoueatur. Defectus autē, & quantum ad intellectum accidere pōt, & quantum ad effectum. Est ergo pastor ignorantium lux. Nam uos, inquit, estis lux mūdi. Lucem autem natura docet nisi præsentem lucere non posse. Illis autem, qui de via decedunt, est ciuitas supra montem posita, cuius uitę sydus aspiciens populus recto tramite incedere debet, in cōspectu autē populi, nisi redeat, esse non pōt. Cōdiendis uero corruptis affectibus est sal, qui in operibus uirtutis ostēdere saporem debet. Deniq. ægrotis est medicus, Nam talē se appellauit Christus, vbi ait. Non est opus ualentibus medico, sed male habentibus. Perspice ergo quæso te, utrum si rex selectissimū medicum eligat, cui iusta stipendia ꝓ ratione suæ facultatis exoluat, ferre queat, vt ubi corporalis sibi uita periclitatur, per aliū seruiat? Si ergo in medico corporali industria personæ expetitur, & optatus, q̄s neget tanto id iustius in medico spirituali, quanto temporali uitæ spiritualis præstat? Est deniq. episcopus, vt supra diximus, auriga, nauclerus, dux, fidelisq. seruus ac dispensator mysteriorum Dei. Et tñ si ad Remp. ciuilem spectes, quis nam mortalium permitteret hæc per uicarios exhiberi? Cur ergo Deus id permittat, Reuera naturæ ius aperte reclamet. Sunt ēt ad arcēdū hostes, custodes & uigiles, qđ absentes esse nequeūt. Respectu aūt gregis ēt si sanus esset abhostibus tutus, summum episcopi officiū, est ut iam supra diximus, & in sua consecratione hr̄, ad perfectū plebē perducere, qđ de Baptista Luc. 1. legitur: vt si sine macula & ruga: ac perinde digna quæ in cōspectu Dei appareat. Ad hæc autem ratio naturalis manifeste demonstrat industriā, atq. ad præsentiā personæ requiri. Secūdus locus idē naturaliter demōstrādi sumitur ex stipendia, quod, vt supra satis probatum est, non pro scientia, aut morum probitate, aut nobilitate, aut dignitate ep̄ali, sed pro præsidentia & fuctione, atque. adeo pro exercitio ipso, & opere, & usu penditur vt Nu. 18. admonitio diuina habent, & 1. ad Corin. 9. docet Apost. Vbi namque stipendium pro opere penditur, naturalis ratio illico demonstra non satis esse uicarium constituere, ēt si digniorem reipso substitas: Est. n. ille uelut auxiliarius, q̄ ideo episcopū nō excusat, quin præsens ꝙ ualuerit afficiat. Sed tertius locus sumit ex detrimentis, q̄ episcoporum absentia progignit, & parturit. Horum autem potissimum est idq. nisi omni sensu careant pastoribus extimescendum, quod propter eorū negligentiam creberrime multæ animæ perpetua morte pererunt, quæ quidem si secūdam suam obligationem diligentes cellent, sempiterna fœlicitate fruerentur. Reuise illud supra citatum oraculū. Ezechi. 34. Postquam. n. ait Deus, Væ pastoribus Israel, eorumq. negligentiam in consolandis infirmis, &c. recenset, subdit. Ecce dispersæ sunt oues meæ, eo quod non esset pastor, & factæ sunt in deuorationē omniū bestiarum agri. Ecce eo quod nō esset pastor. Non quod nullus esset, alias non dixisset? Væ pastoribus Israel, sed ꝙ

Conclusio respōsiua.

Primaratio.

Secūda ratio.

Paulus.

Tertia ratio.

Proficua ac salubris

meditatio Ecclesiasticis pastorib. iugiter menti versanda.

nullus legitime suam exploret curã. Et iõ subdit. Et ergo de manibus pastorũ meorũ oues meas requiram. Huc uellem attẽtos hr̃e Christi pastores. Si Res charissimos filios negligentia pedagogi, custodisq. eorũ trucidatos cõspiceret, quisnã regiam iracũdiã ferre posset? Cum ergo Deus (qđ sæpe & sæpius, ac sæpissime usu uenire solet) pastorum incuria priuatum se uiderit aĩarum contubernio, quas ut sua ipsius gloria fruerentur, condiderat, quarumq. gratia filium suum, quipro illis moreretur huc de misit, easdemq. in infernorum abysso perpetuo trucidadas conspexerit, quæ nam rogo non suppliciorum gñã ab insidiis illis, & tã insigniter sacrilegis pastorib. nõ reposcat? Quin uero non solũ in pastores ipsos prauos indignari solet Deus, uerũ, & ob ipsorum prauitatẽ indignatio eius dimanat in populũ. Sic. n. legitur Num. 19. Excubate in custodia sanctuaris & in ministerio altaris, nec oriatur indignatio mea super filios Israel. Non quod ob alienam culpam populus æternaliter puniatur, sed quod uel ex eo quod in populo nunquam ingentissimus delinquentium numerus deest, qui præ latorum suffragii sustentari dẽt, illis cessantibus indignatur Deus in populum ob sua ipsius crimina, uel quod cessantibus ep̃is manus cum Moyse ad cælum cum precibus leuare, atque adeo negligentibus populi curam facile a suis hostilibus cupiditatibus prosternitur, dignusq. adeo fit indignationis Dei. Cum ergo ex absentia pastoris tam pręsentaneum moderãdo gregi emineat negligẽtiæ periculum, naturalis profecto rõ plenissime demonstrat, quam debeant præsẽtes aduigilare. Mox & p̃ter gregis detrimentum eadẽ præsulum absentia inde corũ aliud i Christiana Republica peperit. Nam cum ob personalem residentiã ius cogat unicuiq. ecclesiæ suum mãcipare episcopum, ubi persuasum habent licere sibi absentes esse, pro in conueniẽti nõ ducitur, ut quis plures habeat ecclesias, quarum simul fructus unus percipiat Id quod in Concilio Laternanensi prohibitum est. ut paret c. Quia nonnulli de reg. & 20. q. 1. cam. clerico. Ac deinde prouinus mos in ecclesiã ingestus episcoporũ titularium, per quos quemadmodum ordines, atq. reliqua episcoporum sacramẽtalia perficiantur, expetientia ipsa testimonio est. Inde n. emanauit, ut eiusmodi spiritualia uenundentur, adeoq. tractetur abiecte, ut in conspectu Christiani populi despectui habeantur. Accedit quarto quod cum ep̃i cultores instituti à Deo sint aĩatum messoresq. adeo spiritualium frugum missi, ipsi per se deberent in conspectum Dñi portare manipulos, suos, quod uera qui per alios gubernãt, minime faciunt. Ipsiq. talenti sui usuras quas per se accumularent, Deo reddere & tanq̃ legitimi pastores exẽplo cęlestis illius q̃ illos instituit, oues suas propriis humeris baiulare, propriisq, manibus cõtrectare Sic. n. de illo pręcantauerat. Isai. c. 40. Sicut pastor gregẽ suum pascet, in brachio suo congregabit agnos & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. His nanq. atque id genus aliis exemplis Damas. Papa, ut in illa supra citata epis. 4. uidere est, chorepiscopos explodere sãcte curauit, qui quidem non ita multum ab istis titularibus differebant, ut 68. dist. can. ecclesiis. & duobus sequentibus explicatur. Et potissima caussa eos abigendi, & extinguendi fuit, quod legitimi episcopi illi suos greges pascendos committebantur otio ipsi torpescerent, instar, ut ait ille sanctus Pontifex, meretricum, quæ statim ut pariunt infantes suos aliis nutricibus tradunt educandos, ut suam citius libidinem explere uoleant. Sic n. miserãdi episcopi faciunt, dum sibi commissos populos uicariis educandos concredunt, ut liberius ipsi secularibus curis inhient. Perspice ergo quam rõ naturalis persuadeat, qui ecclesiæ desponsantur proles Christi sanguine per se progignant, suisq. propriis uberibus lactent. Nam sponsa, ut in Canticorum libro legimus, sponso ubera tribuebat, eademq. super uinum unguentis optimis fragrantia. Quę profecto cũ in episcopo sine usu sunt, ultore Deo, desiccãtur. Sed o temporum clamitas Istarum namq. oĩum necessitudinem obliuio obligationem residendi obscurauit, Quis. n. iam fe, ut spõsum ecclesiæ suæ gerat, & ut subditorum patrem? Paulus quidem inter suos episcopales labores, & Ecclesiarum sollicitudinem id potissimum 1. ad Corin. 9 cõmemorat, quod & Iudæis Iudæus fierent, & gentilibus gentilis, & infirmus infirmis,

Conci. Lather.

Quarta uia ad demonstrãdam pręteritam cõclusionẽ

Damas. Papa.

Ep̃i qui sunt a grege instar meretricũ Confirmatio.

ac deni-

ac denique ad omnium se accommodaret affectus, vt omnes Christo lucrifaceret. Et in posteriori ad eosdem Cor. Quis infirmatur, & ergo non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Iam vero nunc tẽporis hic charitatis gradus adeo aboleuit ab vsu, vt nullibi zizaneorum seminator peiora scandala, quam inter episcopos & capitularia sua collegia seminauerit. Id quod episcoporum multi caussantes sibi prætexunt, vt suam absentiam excusent, cum tamen enitendum illis summopere primum esset canonicos paternis visceribus lucrari, quod si perficere nequirent, non ideo illis esset de diœnesi decendum. Nam propter paucorum culpam non esset grex totus deserendus, imò adeo vigilanter curandus, & colendus, vt clericorum proceres pudore conuisti deuinctas eis manus offerrent.

Ad argumẽta ꝓposita in capite q̃stionis.

Et per hæc ad argumenta in capite quæstionis proposita responsum nobis censetur. Prioris enim solutio est, tum quod episcopalis dignitas non vsque adeo est supra naturalis, quin sit rationi naturali germana: tum etiam quod etsi sit supranaturalis, illa tamen supposita, tunc ratio naturalis modum quo administrãda est, plurimum elucidat. Posterioris autem responsio arti. 4. patebit, vbi constabit ius etiam ipsum naturale ac diuinũ nonnũquam caussas offerre, ob quas liceat episcopis suas diœceses exire. Ad tertium denique respõdetur, præcepta affirmatiua propterea non obligare pro semper, quod obligant pro loco & tempore, & cum reliquis circunstantiis, quam obrẽ nec episcopus obligatur semper prædicare aut ordinare, &c. Attamẽ quia multa eius munia sunt, quæ non habent determinatum tempus, sed creberrimè & præter spem eorum necessitas offertur tenetur in sua semper esse diæcesi, nisi in casibus quibus ius ipsum diuinum & naturale ei absentiam indulget.

ARTICVLVS III.

Vtrum episcopi iure humano, hoc est pontificio, residere teneantur.

Primũ argum.

QVamuis post diuinum ius & naturale non ita multum nosse de humano referat, conduxit tamen ad omnimodam obtinendam victoriẽ. Arguitur nihilominus de more ab vtraq. parte. Aut. n. residendi obligatio iure diuino ligat, aut secus, si iure diuino, superfluebat ius Ecclesiasticũ, quam humanum vinculum vrgentius esse non potest diuino, sin minus videtur ecclesia rigidius iusto id præcepisse. Nam cũ res sit tam grauis, vt præsules arbitrantur, non debuit ecclesia diuinum ius onerosius reddere. Secundo arguitur. Si residentia, iuris diuini est, tunc præceptiones de illa pontificiæ esse non possunt nisi eiusdem iuris declarationes, atq; adeo dici nõ potest, vt sit de iure humano. In cõtrarium est totus titulus de cler. non resi. nempe c. Quia & c. relatum. & reliqui, vbi qui absentes a suis sunt parœcialibus ecclesijs, anathemate atque alijs pœnis plectuntur. Arg. 2

Conclõ rñsiua. Explanatur conclusio.

Quotandem nullum suffugium reliquũ fiat, sed palam pastoribus sit citra vllam cõtrouersiam ad residendum esse per strictos adhibetur in hoc 3. art. postrema cõclusio. Residentia episcoporum ac perinde sacerdotum animarum curam gerentium iure humano, puta ecclesiastico sancita est, & sub pæna peccati mortalis constituta. Hæc autem conclusio non perinde intelligenda est, vt quod singulis annis fiat confessio, & quadragesimalis abstinentia, singulorumque festorum multarumq; ceremoniarum obseruãtia. Ista. n. licet ab Apostolorũ seculo cẽseantur instituta, haud tamen ab ipso Christo immediatè sed ab ecclesia per potestatem illi ab ipso collatã condendi leges. Præceptum autem Ecclesiasticum residentiæ est explicatio diuinæ institutionis. Distinguit. n. Pau. 1. ad Cor. qui ĩter hæc duo. vbi ait: Ijs qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego sed Dominus, Nam cæteris ego dico, non dominus. Est ergo differentia, quod quæ sunt de iure humano, etiam si per ptãtem diuinitus traditam sint cõstituta nulla tamen vi pollerent obligandi nisi ab ecclesia essent præcepta. Quæ autem sunt de iure diuino, etiam si ecclesia de illis nihil decreuisset, obligassent. Huius ergo secundi generis est obligatio, qua præsules ac pastores residere coguntur si quidem vt dicebamus, lex diuina est. Dicitur autem de iure humano propterea ꝙ Ecclesiasticis sanctionibus ius idem diuinum explicatur. Imò vsque adeo eisdem sanctionibus iubetur, vt ẽt qui proterua obstinatione ius diuinum agnoscere noluerint, cogãtur nihilominus ius pontificium faterit.

De hoc.n. nemo Doctorũ aut Theologiæ aut canonici iuris hæſitauit vnquam: ſed ſolum paſtores quorum id noſſe confiteri que potiſſimum refert, facto ipſo diffitentur. Nam vſq adeo, non quidem turi ſed ſecuti a ſuis eccleſijs peregrinantur, ac ſi omni eſſent iure liberi, cum tamen hoc citra vllam controuerſiam confeſſiſſimum eſſe debet, quod etiam ſi ſolo iure pontificio reſidere tenerentur (quod ius proculdubio planum ac firmum eſt) nequeant abſq; diſpenſatione, eademq; ob legitimã cauſam petita & obtenta notabilem moram extra ſuas diœceſes protrahere. Concluſio ergo plurimis iuris teſtimonijs irroboratur. Primo n. vt dicebamus, extra, de cler non reſi. c. quia nonnulli Concilij Lateran ſancitũ eſt, vt eccleſiaſticum miniſterium neutiquam committatur niſi perſonæ quæ reſidere in loco & curam eccleſiæ per ſeipſum valeat exercere. Quamobrem arctiſſime ille inhibetur, vt nemo duas parœcias quibus per ſeſe reſidere non poſſit, retinere valeat, neq; fructus earum percipere & in ca. 32. eiuſdem Concilij eadem prohibitio reperitur, nempe vt qui parœcialem eccleſiam habuerit, non per vicarium, ſed per ſeipſum illi deſeruiat, niſi forſan præbendæ vel dignitati parœcialis eccleſiæ ſit annexa. De qua quidem exceptione ſtatim c. proximo. reddidit ſermo. Idemque ſubinde Alexand. III cap. relatum eo tit. confirmat. Idemque Cœleſtin. capitu ex parte. & Innocen. cap qualiter. & alij duobus ſubſequentibus. Et in Concilio Antiocheno. capitu. 21. ſtrictiſſime inhibetur epiſcopus a ſua diœceſi exire. Et in Concilio Sardicenſi, canon. 14. prohibetur, ne epiſcopus in aliena prouincia vltra tres dominicas cõmoretur. Idemque habetur in Concilio Agath quod refertur 7. q. 1. canon. ſi quis. & canon. 6. Ex duobus ſequentibus eiuſdem Concilij Sardicen. prohibentur acceſſus epiſcoporum ad principum curias ſane quæ ſine inuidia hominum & reprehenſione eſſe non poſſunt. Adeoque illud prohibitum eſt, vt ſi quæ iuſtæ emerſerint cauſſæ, videlicet pro pauperibus, aut viduis, aut pupillis tuendis, tunc diaconum mittant, vt ipſi in ſuo grege permaneant. Idemque habetur in ſexta ſynodo. ca. 18. & 80. Atque in Concilio Romano ſub Syluestro & Conſtantino, cano. 17. arctiſſime idem acceſſus ad curiam interdicitur, quia curia, inquit, a cruore dicitur, quoniam immolatio eſt ſimulacrorum. Et Concilio Calcedonen. cap. 17. quod 92. diſtin refertur. Si quis epiſcopus per manus impoſitionem epiſcopatum acceperit, & præeſſe populo cõſtitutus miniſterium ſubire neglexerit, neque acquieuerit ad eccleſiam ſibi commiſſam redire, hunc oportet communione priuari donec ſuceperit coactus officium. Hæc autem pœna ingentis criminis iudicium eſt. Et 21. q. .c. Clericus reſidentiæ genera prohibetur, ne quis in duabus eccleſijs connumeretur. Idque diuino teſtimonio confirmatur, quia nemo ſcilicet poteſt duobus dominis ſeruire. Et in 8. ſynodo. c. 19. prohibetur, ne quis archiepiſcoporũ aut metropolitanorum relinquat propriam Eccleſiam, vt ſub occaſione qua ſi viſitationis ad alias accedat. Et in Concil Carth. 5. quod refertur 7. q. Canon. placuit habetur, vt nulli ſit facultas relicta, relicta principali cathedra in aliquam eccleſiam in diœceſi conſtitutam ſe conferre, vel in re propria diutius quam oportet conſtitutum curam & frequentationem propriæ cathedræ negligere. Et eadem ca. & q. ca. Sciſcitaris, ait Nicolaus Papa, perin de iuri naturali aduerſari epiſcopum in perſecutione eccleſiam deſerere, ac nauta ſæuientibus fluctibus nauim deſtituere. Et 10 quæſt. 1. cap. decreuimus, iubentur epiſcopi annuatim diœceſim viſitare. Quin verò 82. diſtin. canon. epiſcopis iubentur ſaltem die Dominica eſſe in eccleſia. Plura denique ſunt iura, quam vt poſſint referri. Et quo rem tandem concludamus eadem deum veritas nouiſſimo decreto ſancita eſt in Concilio Tridentino, ſeſſione. 6. quo definitum eſt, nullos epiſcopos quouis gradu & dignitate fulgentes (vt Cardinales etiam comprehenderetur) excuſari a perſonali reſidentia epiſcopali in ſuis eccleſijs, niſi legitima habeant impedimenta, nempe quæ iure ipſo naturali probentur. De quibus ſtatim artic. prox. Iuri in ſuper canonico appenditur & imperatorium. Primo in Authentico, quomopor epiſco. &cet. colla prima, §. & hanc. verb. & illud. vbi ſic legitur, & illud etiam definimus, vt nemo Deo amabilium epiſcoporum foris a ſua eccleſia plus quam per totum annum deeſſe audeat, niſi hoc per imperialem fiat iuſſionem. Idque latius cauc. in Auth. de ſanctiſ. epiſcopis

Prima probõ a prima cõcluſio

Alexan. Tertius Cœleſti.

Cõciliũ Agathẽ. Cõciliũ Sardicẽ.

Sexta Synod. Concil. Romanum.

Cõciliũ Calcedonenſe.

Octaua Synod.

Concil. Carthaginenſe quintũ.

Nicolaꝰ papa.

scopis colla. 9. §. interdicimus vbi arctissime prohibentur suas proprias relinquere ecclesias nisi de consensu patriarcharum aut metropolitani. Similis enim sanctio habetur in Concilio Antiocheno, can. 11. Permittitur tamen vt possint per annum manere in curia Cæsarea. Sed de hoc statim articulo proximo. Quod si post concilia sanctos etiam patres de hac re audire non piget, vide Damasum in epistola cita ta de exigēdis chore episcopis, & Aug. inf. lib. de past. & Greg. Nazian. in oratione de statu episcopali, & Chrysost. in libro de sacerdotio. Et Greg. atque Ambr. in suis Pastoralibus. Sed latissime Hiero. in 2. episco pi. ad Oceanum, super illud Pauli ad Tit. Oportet episcopum sine crimine esse. Vbi multa ad propositum differit, concludens quod non sat est episcopis innocentibus esse, nisi & latratu sint canes. absentes autem latrare non possunt. Vnde Ber. serm. 77. super Cantica, Qui dimittit, inquit, oues in pascua absque custode, pastor est, non onium, sed luporum ibidemque complura preclare aduersus pastorum negligētiam diserte congerit, qui re vera successores, inquit, Apostolorum esse cupiunt, sed imitatores non item, quia neque sunt tam vigilantes ad curam, quam alacriter currentes ad cathedram. Et li. citato de pastor. Aug. c. 16. docet, quod episcopi non laborantes in prædicatione verbi non debent percipere fructus ex ouibus, nam Paul. Si euangelizauero, inquit, mercedem habeo, nempe tam apud Deum quam apud homines. Quasi dicat, Si non euangelizauero, non sum mercede dignus, Et Orig. super Iosue, homil. 7. cessantes esse cum ouibus reprehendit exemplo pastoris Christi, qui relictis 99. ouibus in cœlo, quæsitum venit illam quæ perierat. Sed pergo esse molestus, cum omnia persequi quæ de hoc argumēto apud patres scripta sunt, sit prorsum impossibile, & sic frustatim pauca decerpere, parum vtile. Concludamus ergo cum Bernar. de persecutione sustinenda. cap. 31. super illud, Mercenarius vidit lupum veniētem, & fugit, Vtinam hodie quicunque pastores non sunt, mercenarios gregi vellent se exhibere, non lupos, vtinam ipsi nō læderent. Vtinam non fugerent nomine persequente, vtinam non exponerent gregem donec venientem lupum viderent. Taceant ergo, qui aiunt quæstionem istā nouam esse. Fuit enim vt ex locis citatis apparet, antiquissima, ac potissimum ex Athana. epistolis quas artic. prox. appendere pergimus. Antiqua inquam, non quod in dubio apud probos versaretur sed quod qui contra faciebant obiurgabātur.

Cōciliū Antiochenū. Damasus. Augustus. Gre. Nazianzenus. Chrysos. Gregor. Ambro. Hieron. Bernar. Augustus. Origen. Bernar.

1 Ad argumentum ergo prius a parte negatiua propositū respondetur quod quamuis ius diuinum sit quo eiusmodi residentia indicitur, non tamen fuit superuacaneum, immo ex re plurimum communi ecclesiasticis constitutionibus explicari, vt nemo sibi eius ignorātiam prætexere posset, præterquam quod etiam si d uinum ius non extaret in sacris literis, natura ipsa pastoralis officij ecclesiam admonebat vt ipsum strictissime præciperet. Neque vero huiusmodi præceptio tā est rigida, quàm vel auaritia & ambitio, vel luxus & socordia episcopis mentiuntur. Nam præterquam quod fructuum temporalium pinguedo digna est illo labore, Christi charitas, qui illis suos greges concredidit, deberet in primis rem illis dulcorare. Ecquid enim cuique suauius quam in domo propria sponsum cum spōsa patremque cum filijs commorari? Ad posterius vero argumētum iam responsum est, quomodo hoc dicatur ius humanum. Haud enim intelligendum est per exclusionem, ac si non sit diuinum aut naturale, sed quod sit horum explicatio.

Ad primū arg.

Ad postremū argum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm aliqua emergere possit causa, ob quā liceat episcopo, à grege sibi commisso abesse.

S. Tho. 2. 2. quæst. 185. art. 5.

IN calce demum præsentis disputationis ad expositionem Diui Thomæ reuertendum nobis restat, nempe ad articulum quinto eiusdem quæst. 85. vbi disputat vtrum aliqua possit causa intercedere propter quam liceat episcopo gregem sibi commissum deserere. Sumitur enim argumentum à parte negatiua, primum ex illo Ioan. 10. supra iam expositō. vbi ait Christus bonum pastorem animam suam dare pro ouibus suis, mercenarium autem viso veniente lupo gregem relinquere &

Primū argum.

fugere. In cuius homi. Greg Lupus, inquit super oues venit, cum quilibet iniustus raptor & fideles quousque atque hnmiles opprimit. Si ergo episcopus ingruente tyranni persecutione, gregem suo præsidio destituat, mercenarius & non pastor reputabitur. Secundo. Inter Prouerbia c. 6 sic legitur. Fili si spoponderis amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam. Et subdit, Discurre, festina, suscita amicũ tuũ. Quod quidem idem Greg. in Pastor. ad propositum exponens, Spondere, inquit, pro amico est animam alienam in periculo suæ cõuersationis accipere. Qui autem ad viuendum alijs in exemplum præponitur, non solum vt ipse vigilet, sed & vt amicum suscitet, admonetur, hoc autẽ facere nequit nisi qui corpore pręsens ad sit gregi, ergo tempore persecutionis nemini pastorum licet se subducere. Tertio Ad perfectionem episcopalis statut pertinet animarum curam gerere, nemini autem perfectionem professius licet ea quæ ad perfectionem attinent, ob vllum periculum deserere, ergo episcopo, cum statum perfectionis profiteatur, nullatenus neq; in periculo mortis constitutus potest, vbi suum officium exigitur, terga vertere. In contrarium est illud Christi mandatum Matt. 10. ad Apostolos Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugire in aliam.

Gregor. Argu. 2. Gregor. Argu. 3.

Ad quæstionem D. Tho. duabus conclusionibus respondet. Prior, Neutiquam episcopo aut pastorum vlli ibi subditorum salus eorũ exigit præsentiam, licet illis se personaliter subtrahere, neq; propter aliquod commodũ temporale, neq; propter quoduis periculum imminens. Probatur cõclusio, Obligatio cuiuscunque persone ex fine eiusmodi obligationis (quod cuiusque medij natura est) debet perpendi, finis autem episcopalis muneris, atque adeo obligationis episcopi est spiritualis salus popolli, ergo vbi illa præsentiam eius exegerit, nullum periculum eum excusabit, quo minus adesse teneatur. Id quod testimonio Christi confirmatur, nam si animam pro ouibus ponere tenetur, quod, vti ait Philosophus, terribilissimum est omnium terribilium, nullum minorum periculorum culpam excusabit, atque adeo neque vllũ temporalium commodũ quãdoquidẽ natura facilius indulgeat detrimenta euitare corporalia, quam commoda procurare. Secũda conclusio. Quando legitimus pastor satis potest saluti plebis per alium prouidere & consulere, tunc non erit ei nefas, etiam vt proprium personæ periculum euitet, a sua ecclesia in tempus secedere. Imò vero vbi id ex re fuerit ecclesię expediens erit vt faciat. Conclusio ex superioribus colligitur, nam tunc fini obligationis nullatenus aduersatur. Vnde in epistola ad Honorarum Augu. Fugiant, inquit, in, de ciuitate in ciuitatem serui Christi, quando eorum quisq; specialiter à persecutorib quęritur, vt ab alijs, qui non ita quæruntur, non deseratur ecclesia. Cum autẽ omniũ est commune periculũ, hi qui alijs indigent, nõ deserantur ab his quibus indigent. Idem supra citatus admonet Nicolaus VII q. can. sciscitaris, vbi non negat quin quandoque liceat præsuli per fugam cauere tyraunũ. Attamen quãdo populus sua pręsentia indiget perinde, ait, delinquet, ac si nauta in periculo nauim deserat. Quin vero tanto enormius quanto salus spiritualis præstantior est corporali. Hic primũ omnium animaduertenda est sententia S. Tho quæ ex visceribus Euangelij desumpta est. At quo perspicacius fiat, quæritur, vtrũ fides quã episcopus ecclesię suę, imò Deo suo obstrinxit, vsq; ad mortis perpessionẽ eum, vt resideat, obliget? Apparebit enim hoc sciolis prima fronte creditu durũ, quoniam obligatio subeũdæ mortis, quæ mortalibus sũma est affirmari non debet nisi diuinũ de hoc mandatũ palã constiterit, Et tñ vbi ait Christus bonũ pastorem pro ouibus suis animam dare, cõsilium magis signicare videtur, q̃ præceptũ. Verbũ enim illud, Bonus pastor, non vr̃ necessitatem, sed supererogationẽ præseferre. Accedit, quod martiriũ tunc duntaxat vbi fides periclitatur, confessionemq́; sui exigit, necessarium est. Obligare autem ep̃os ad martyriũ, vbi fidei tale periculum non imminet, temerariũ apparet. Nihilominus indubiè tenẽda est pars affirmatiua, quam hic expresse D. Thom. in priori conclusione affirmat quãdoquidem ait propter nullum imminens personale periculum licere episcopo ecclesiam suam tempore necessitatis deserere. Idque confirmat testimonio Christi, quod ideo in sensu præceptorio intelligit, sic scilicet quod nemo sit bonus pastor bonitate, quæ gratiam amicitiamque Dei retinendam necessaria est, nisi vbicunque

Prima conclu. Probatio. Secũda conclu. Rõ conclusion. August. Nicola. Dubitatio. Rõ hæsitandi. Tenet ep̃s propriæ vitæ discrimẽ subire ingruente necessitate vt gregi prospiciat.

eunque neceſſitati caſus occurrerit, cũ periculo vitæ gregi ſuo fauore & auxilio præſens vſque ad mortem adfuerit. Idque Auguſt. Auguſt. ſupra ad Honoratum citatus aſſeueranter enuntiat dicens quod inſtante perſecutione epiſcopus non poteſt fugere, ſed exemplo Chriſti debet animam pro ouibus ſuis ponere. Verbum namque non poteſt, neceſſitatem præcepti ſignificat. Vn de S. Thom. 2. 2. quæſtio. 26. artic. 5. ad tertium argumentũ, vbi ait non ſemper charitatis neceſſitatem obligare hominem ad offerendum vitam pro amico, caſum excipit, quo tenetur eius ſaluti prouidere, ad officium potiſſime epiſcopi alludens. Ab hac ergo veritate, de qua nemo vnquam ambigere quiuit per egregium argumentum ſumitur, reſidentiam eſſe de iure diuino. Nam ſi non eſſet niſi de iure poſitiuo, cum pontificia præcepta, vt quadrageſima ieiunium, & feſti obſeruatio, vt libro primo ſcriptum reliquimus, non conſueuerint vſque ad periculum mortis obligare, non facile perſuaderes teneri epiſcopum in periculo mortis reſidere, eo potiſſimum, quod, vt ſupra viſum eſt, prædicti auctores verbum Chriſti de ſe propria aſſertum arbitrantur, & tamen ſi illud verbum neges vim habere præcepti, nihil relinquis, vnde inferatur teneri epiſcopum tempore neceſſitatis vitam pro ſuo grege ponere. Quę tamen omnium eſt generalis confeſſio.

Ad arg. factum. Ad argumentum ergo in contrarium reſpondetur, huiuſmodi præceptum nõ eſſe cenſendum atrox, quin vero cum tota ſalus tempo alis orbis medium ſit ad ſpiritualem promouendam, ideoque vſque adeo ſit certum, vt Deus ipſe temporalem uitã, corporalium præſtantiſſimum, pro ſalute noſtra poſuit, naturalis ordo diuinuſq. poſtulabat, vt qui paſtores animarum futuri eſſent eodem tenerentur præcepto. Neque vllus antea ad id muneris eligeretur, quã idoneus eſſet inuentus, qui illud optima fide compleret. Immo vero & rex tenetur pro ſua republica vitam ponere. Quocirca ſicuti vbi fidei confeſſio id monuerit, martyrium eſt mortem oppetere, ſic & vbi hæc ratio iuſtitiæ id ipſum poſtulauerit. Cuius nobis Ioannes Baptiſta documentum reliquit, qui iuſtitiæ defendendæ caput obtulit. Hinc facile ad poſterioris concluſionis expoſitionem deſcenditur, nam ex his quæ dicta ſunt, elicitur, cauſſas omnes, ob quas licitè præſul poteſt a ſua eccleſia abſcedere, nullatenus exiſtimandas eſſe reſpectu ſuæ propriæ perſonæ, quandoquidem & vitam ipſam eccleſię debeat, ſed tantum reſpectu boni eccleſiæ cui fidem habet obligatam. Quare etſi Caietan. impręſentiarum eaſdem cauſſas ſub tribus generibus complectatur, quæ ſunt Neceſſitas impedimenti, qualitas negotij, & conditio perſonæ, ad commodum tamen eccleſiæ ſunt omnes referendæ. Atqui impedimentum, aliud eſt quod ab intrinſeco prouenit, & aliud, quod ab extrinſeco. Ab intrinſeco ſcilicet, vt eſt aduerſa epiſcopi valetudo ratione cuius ſolum & aerem mutare debet. Et quod hoc etiam debeat reſpectu eccleſiæ penſari, patet Nam ſi etiam tunc eccleſia neceſſitate preſentiæ Antiſtitis premeretur, occumbere potius deberet morti, quam exire, ſecundum legem boni paſtoris a Chriſto præſcriptam. Quando autem non vſque adeo eccleſia afflictatur, in rem eius vergit, quod epiſcopus ſuæ ſaluti conſulat, ut expeditius ei ſeruire poſſit. Neque vero ſolius valetudinis gratia, verum & animi recreandi ſuosque viſitandi neceſſarios ius naturale indulget, vt poſſit exigua tempora ſuccidere, quæ his, aliiſve id genus ſuis negotijs poſſit impendere. Nam huiuſmodi obligatio non eſt intelligenda ac de eret eſſe in carceribus, compedibus vinctus. Pari modo cenſendum ſi impedimẽtum forinſecus ingruat, ut cum tyrannus eccleſiæ infeſtus eſt. Nam ſi non ſingulariter in odium præſulis, ſed in eccleſiam ipſam graſſatur, tunc perſiſtendum illi eſt vſque ad mortem. At ad hanc neceſſitatem applaudunt exempla Auguſtin. ad Honora. ſupra allata Et de verbis Domini ſerm. 5. de Petro & Paulo, ac ceteris ſanctis martyribus qui pro ſuis eccleſijs, exemplo Chriſti, tyrannorum gladijs occubuerunt. Si autem ob particularem inuidiam prælati tyrannus eſt infeſtus eccleſię, tunc etiam ex re eiuſdem eccleſiæ eſt, vt in tempus ſeſe inde auferat, ſicuti ibidem idem ait Auguſtinus ne ſubditi fugere cogantur. Cuius exempla nobis extant Ioanne Euangeliſta, qui precibus ſuę eccleſię, vt expediebat, ceſſit, & in Canturienſi Thoma. Sed tamen poſtea dum opus fuit, ad eaſdem ſedes cum periculo uite remearunt.

Cauſſæ legitimę ob quas licet ẽpo abeſſe a grege, ſi reſpectu ipſius id

eccleſiæ penſandæ ſunt. Prima cã abſentiam honeſtans.

Qualitas autẽ negotiorum ſimiliter reſpectu

ſpectu eiuſdem eccleſiæ penſanda eſt, vt legitima inde petatur abſentiæ excuſatio. Eſt enim triplex particularis eccleſiæ habitudo animaduertenda. Conſideratur in quam generalis vtilitas Salmanticenſis eccleſiæ ad ſingula eius miniſteria, vt prædicare, viſitare, &c. vt totum ad ſingula membra. In ordine autem ad vniuerſalem eccleſiam Romanam, ſicuti membrum ad caput, ſeu ad totum corpus. In ordine autem ad alias eccleſias, ſicut vnum membrum ad reliqua eiuſdem corporis. Et omnes iſtæ neceſſitudines, iuſtas poſſunt epiſcopo afferre cauſas ſecedendi ab eccleſia, etiam iure diuino & naturali Quando ergo eccleſia particularis in aliqua eſt calamitate cõſtituta tunc ob primam habitudinem totius ad partes poteſt eius epiſcopus ab aliis muneribus, & officijs ceſſare, & accedere curiam vel romanam vel regiam ad promouendam ſuam eccleſiam, idque iure diuino & naturali. Quandoquidem non ſolũ alia particularia officia, verum etiam hoc, idemq; præcipue ei debet, dummodo per alios id perficere non poſſit. Si autem neceſſitas vniuerſalis eccleſiæ abſentiam epiſcopi expetiuerit, nemini dubium, quin diuino iure & naturali cogantur abſcedere. Nam ſicut membrorum ſingula naturali ordine ſe ſalute tuendæ capitis obijciunt, ita & eccleſiæ particulares ſeſe tenentur offerre, atque adeo ſuos epiſcopos communi bono. Perplacent autem hic adnotamentũ domini Caiet. non ſolum ob ſuam doctrinam verum & ob ſuam dignitatẽ, qui Cardinalis erat Romanus. Ait quippe iudiciũ hic eſſe adhibendum, quo diſcernatur an perſonalis opera & induſtria epiſcopi ſit eccleſiæ vniuerſali neceſſaria Nam ſi neceſſaria non eſt, nõ excuſatus eius abſentia. Exẽpli gratia: Dum conſilium a menicum aut prouincialis ſynodus indꝰ, conſtantiſſimũ eſt dꝰe iure diuino epiſcopos illuc cõmeare. Nã conciliũ, eſt eccleſiarũ cætus, & noĩe eccleſiæ venit eꝑs. Pari modo, ſi citra conciliũ expedierit Papæ propter egregiã doctrinam aut ſingularem auctoritatem perſonæ aliquẽ eꝑm accelere, cuius conſiliũ in commune bonum capiat, licebit quidẽ ad tempus eum è ſua ſede euocare. At vero ſi quia eleganter ſcribit aut pſallit, vult illo pro amanuenſi aut cantore vti, vel vult eũ eſſe auditorem cameræ aut rotæ, cum id nõ ſit neceſſarium per epiſcopum exequi, immo abundant, qui eiuſmodi prouincijs obeundis præſto adſint, profectos non eſt legitima apud Deum excuſatio, eo potiſſimum, ſi reſidentia, vt vere res habet iure diuino ſit neceſſaria. Nam inde certum ſit non poſſe Papam diſpenſare niſi idem ius naturale ac diuinum interpretando, quod quidem niſi in vera & legitima neceſſitate neminem excuſat qualis in ſimilibus caſibus nentiquam occurrit. Haud equidem neſcio nonnullo iuris prudentium huc nobis obuiam exituros, qui aiunt eos qui Romæ reſident, reſidentes cenſeri in ſuis eccleſijs, nempe quod qui reſidet in capite, reſideat in membro. Attamen hoc eſſe metũ figmentum, neque Caieta. iuris non ignarus. affirmare veretur neq; vllus iuris aut Theologiæ peritus non plane videt. Cum enim ius diuinum ſit vt vnicuique diœceſi ſuus mancipetur epiſcopus: Quæ vt demonſtratum eſt propter peculiarem curã & vigilantiam, quæ eidem eccleſiæ eſt neceſſaria, planè colligitur qꝑ reſidere Romę, non ſolum non ſit reſidere Salmanticæ, verum neque abſentiam non reſidentis excuſet, niſi legitima id exigente neceſſitate. Quam ob rem ſic in Germania nonnulli epiſcopatus, quos ego vidi, inſtituti ſunt, vt eꝑs nullos habeat alios fructus præter victum & honeſtiſſimam ſuæ familiæ in omnibus neceſſarijs ſuſtentationem dum fuerit præſens abſenti vero nihil tribuitur. Per hæc vtique de Reuerendiſſ. Cardinalibus epiſcopus cenſendum eſt, ſua enim ſe ipſi lege iudicare debent. Haud enim fruſtra lege ab ipſo ſacro ſenatu cautum eſt, ne epiſcopi ad illam inſignem dignitatem aſſumantur, nempe quod iudicarunt reſidẽtiam eꝑorum eſſe de iure diuino cuius idcirco diſpenſationem, niſi alia e uſdem iuris interpretatio, puta grauitas neceſſitatis, non admittebat. Quæ quidem lex vſque adeo ſummo pontifici ſancta habetur vt nullatenus ſuper illam diſpenſare in aĩam inducat. Et nihilominus electo Cardinali commendatur ſine titulo eccleſia, quod ut lib. 3. dicebam, ſi fas eſt minimo monacho, Chriſtiano tamen de re fari Chriſtiana, apertam præſefert legis eluſionem, quaſi non tam ſtricto iure obligetur, cui eccleſia commendatur, illic reſidere, ac ſi eſſet legitimus epiſcopus. Auferetur Cardinali eccleſiæ titulus eo ſolum, qꝑ reſidere nõ poteſt, & tamen non timetur eandem ipſiſſimo

Caieta. Licitum eſt paſtori pro cõmõ vniuerſalis. Eccleſiæ gregem alteri cõmittere.

Iure cõſultorũ, fallacia.

Cardinalibus inhibitum est ne fiant episcopi.

mo commendare. Vtinã hoc non sit Deo imponere Porro ergo qui diuinũ ius cõsuluerit, primum hoc æquissime iudicauit vt nemo episcoporum Cardinalis creetur. At vero si contrarium fiat, multo minor est culpa imo forsan nulla, si vt in sua ecclesia persistens, nũquam Romam visat. quã vt in curia commoretur, suam deserat ecclesiã. Si quis diœcesim proximam haberet Romæ quam crebro visitare posset, & ea esset doctrinæ auctoritatisq; excellentia vt plurimum ad ecclesiæ bonum referret sacro interesse senatui, forsan suã posset defendere causſam, hac nãq; ratione, vt aiũt permittuntur sex episcopatus Romæ circumiacentes. Cardinalibus esse mãcipati.

Limitatio superioris ad tertiũ.

Extra hos tamen casus ipsi sibi viderint, nobis n. non licet os ponere in cœlum, nisi quatenus ipse cœli Dominus perstrinxerit. Huic demum sententiæ maxime astipulatur decretum Inno. III. in cap. Bonæ memoriæ 1. de postluat prælat. vbi noluit exhibere Cardin. in archiepiscopum Rauennatem, quia necessarius erat ecclesiæ Romanæ. Quo fit, vt nisi in tali casu s. propter excellentiam, tum auctoritatis tum etiam peobitatis personæ, & propter ecclesiæ vicinitatem, non sit audienda sententia Pan. super eo. c. nempe Episcopatum, & Cardinalatum esse dignitates compatibiles. Qua rõne in Concilio nuperrimo Tridentino (vt supra diccbamus) vbi decretũ est nullos episcopos excusari a personali residẽtia, adiectum est. Quouis gradu, vel dignitate fulgeant. Præter hæc necessitas ẽt vnius particularis ecclesiæ põt alterius epo charitatis iure in aĩum inducere, vt illi succurrat qñ id sine detrimento propriæ plebis facere põt. Sumus n. omnes, vt ait Paul. eiusdem corporis mẽbra atque adeo cũ singuli aliorũ ope indiguerint, mutuo se pñt ac debent iuuare, vt ꝙ in Symbolo de Sanctorũ cõione scriptum est, opere referatur, maxime cum præstantius membrum inferioris auxilium expostulat. Atq. hac de causa Pau. Titũ ac Timoth. alioſq. discipulos nonnunquam, a suis ecclesijs abire n alias iussit propter raritatem, quæ tunc erat similiũ suppositorum ecclesiæ, & propter necessitatem promulgandæ fidei.

Arg. ad contrarium.

Per hæc rñdetur aduersariorum argumentis, fictis potius, quam legitimis. Arguunt quippe nonnunquam epos necesse habere ad concilium ire, aliaq. põtificis capesſere iussa, & apostolorum discipulos a suis ecclesijs diuagates. Sed hæc nihil conclusioni aduersantur, sanè cum residẽtia propter salutem ecclesiæ sit instituta. Quare vt eidem consulatur fini, ipsum naturale ius ac diuinum eiusmodi exceptiones, nõ solum permittit, sed & iubet. Eadem ratione potest episcopus ad infideles in tempus transire & legatus ad componendum pacem, aliud ve id genus exequendum munus ecclesiæ necessarium abire. Secus, si legatio de re esset temporali, quæ per alium posset abiolui. Tunc enim abusus esset episcopalis dignitatis in detrimentum ecclesiæ, quandoquidem vetitum sit ne Deo militans implicet se negotiis secularibus. Tertium demum causſarum genus, quibus potest episcopus nonnumquã se ecclesiæ suæ subtrahere, est conditio personæ: adiunctis tamen temporis ecclesiarumque qualitatibus. Vt si raritas esset personarum, quibus ecclesiæ demandari possent, & persona existeret excellenter idonea & ecclesiæ proximæ, quibus fructuosior esset vicissitudo visitationis talis præsulis, quam perpetua alius residentia. Tunc enim vni personæ duarum possent ecclesiarum tituli committi vt patet can. Illud. 21. q. 1. vbi archiepiscopus Tarraconensis permissus fuit episcopus esse Fundensis. Hoc autem accidentarium est, & quam rarissimè vsu contingens. Præter hæc de iure concessum est dum parœcia annexa est superiori dignitati, vt qui in superiori ecclesia residet per vicarium seruiat parœciæ, vt habetur in Concilio Later cano. 13. supra citato, iubetur tamẽ idoneum & perpetuum habere vicarium canonicè institutum, & voce perpetuum, designari videtur vt sit quasi curam habẽs animarum. In calce demum præsentium exceptionum scisitabitur quis forsan vtrum possit Papa præter has causſas super hoc iure dispensare, peruia tamen est solutio, quippe quę ex superioribus plane colligitur. Quæ. n. opinio tenuerit hoc esse tantum de iure humano, subsequenter respondebit. perinde Papam supp hoc dispensare posse, atque super ecclesiastico ieiunio, aut quauis alia id genus lege. Itaq; non solum poterit interpretari ius, nempe quod ad talem casum non extendatur, uerum & obligationem prorsus singularis personæ tollere. Qui vero ius hic diuinum

Tertiũ genus causſarũ quib. se põt eps ecclesia subtrahere.

Solutio.

Solutio. uinum & naturale cõfeſſus fuerint, quod non ſolum probabilius, verum certo certius eſt, ſubſequentur reſpondebit, pontificem diſpenſare non poſſe, ſed ius interpretari diuinum ac naturale ſcilicet declarando talem caſum ab ipſo eodem diuino iure excipi. Quod ſi quis ſic contra redarguat: Reddere votum ſimplex eſt etiam de iure diuino, ſuper quo tamen Papa diſpẽſare poteſt, ergo poterit reſidentię uinculum pariter diſſoluere. Negatur conſequentia, nam etſi redditio voti manente voto ſit de iure diuino, cuius contrarium Papa permittere non, poteſt, tamen quia obligatio voti naſcitur ex peculiari vouentis voluntate, ſuper illos Papa poteſt, diſpenſare, videlicet, vt factum, votum, pro infecto habeatur. Lex autem diuina iubet epiſcopum reſidere. Quare dum manet epiſcopus, per nullam poteſt pontificis diſpenſationem ab eodem reſidendi nexu religari. Vide quanti referat ſic aut ſic loqui. Attamen licet in illa uix probabili opinione perſiſtas quod reſidentia tantum ſit de iure humano, nihilominus Papa pro libito diſpenſare, non valet, ſed legitima id cauſa exigente. Neque aliter ille cum quo fuerit diſpenſatum, tuto poteſt eadem diſpenſatione vti. Iuxta hoc ergo documentum hæſitabit quis forſan vtrum ratione ciuilis adminiſtrationis reipublicæ poſſit epiſcopus licite in curia regia uel alibi vitam agere. Et arguitur a parte affirmatiua. Primum iuris auctoritate in Authenticis ſupra citatis. Quo modo epiſcopo & de ſanctis epis permittitur vt poſſint per annum in curia manere atque diuitius de Cæſaris facultate. Et ratione id patet, quia bonum quo communius eſt eo præſtantius. Adminiſtrare autem rempublicam regni vniuerſalius eſt, quam ad gubernaculum vnius eccleſiæ ſedere, vt exempli gratia, ſi epus fiat prorex, aut curię preſes. Nam veriſimilius eſt per epum eiuſmodi magiſtratus sãctiori fide & iuſtitia, vigilantioriq. cura adminiſtrari quam per ſeculares adminiſtratores. Et ſupra hæc ſi fiat generalis fidei protector ad uerius hęreticam prauitatẽ nam eiuſmodi prouinciæ præfici commodius ac decẽtius nemo poteſt quam eccleſiaſticus præſul propter illuſtrem auctoritatem eccleſiaſticam ad idẽ munus requiſitã. Ad hoc autẽ diſcreta diſtinctione reſpondendum

Obiectio.

Solutio.

Hæſitatio.

Rõ hæſitandi.

eſt. Quod enim epiſcopus ob cuaſſam cõponendæ pacis aut aliam non fictam, ſed uere honeſtam, regia legatione fungatur ad alium principem, Item quod inquiſitor fiat hæreticæ prauitis, profecto nullũ refragatur ius, immo æquitas ipſa ſuffragatur. Quod vero annorum curriculo maneant ciuilib. magiſtratibus, atq. adminiſtrationibus mancipati, tum iura citata conſentienter reclamant, tũ & rõ ſub imitatis, ac perinde fidei qua ſe ſui eccleſijs manciparunt & iuſtitia inſuper ſuceptiſti pendijs nullatenus ferre poſſunt. Primũ enim eiuſmodi adminiſtrationes non ſolum neceſſarium non eſt vt per epiſcopos fiant, verum neque ſuum ſtatum deceſſet. Poſſunt enim in primis viri ſeculares illas optime exequi: Antiſtites vero non ſatis digne, Cum Timotheum Paul. admoneat neminem, qui Deo militat, implicari debere negotijs ſecularibus, ecquis rogoratum ducat epiſcopum qui tam ſancto ſpiritu limuneri addictus eſt, in diſcordijs ac litibus ſecularibus audiendis totũ tempus prodigere? Quod re uera vel altiſſimo contemplationis ſilentio dẽret vel ſuis ouibus docendis educendiſque impẽdere. Euocauerat Roman Nicolaus Papa epiſcopos quoidã qui erant apud Carolum Cæſarem, cauſſante vero Imperatore quod contra maritimos piratas inuigilarent & ideo ire non poſſent, reſponder, vt patet. 23. qu. 8. cp reprehẽſibile id valde eſſe conſtaret, nam cum militum, inquit Chriſti ſit Chriſto ſeruire, milites ſeculares debent ſeruire, ſeculo Potiſſima tamẽ rõ quæ huic abuſui reclamat, eſt cp etiã ſi eiuſmodi munia melius ac ſalubrius per epiſcopos quam per alios exhiberentur, non tamen hoc eſt talentum cp Deus illis augendũ cõmiſit, neq. id cp eis iuſſit, & cp quo tam ampla decimarum ſtipendia ipſi percipiunt, neque de quo rationem eſt ab illis exacturus. Quid enim particulares eccleſiæ reipublicæ ciuili debent vt tantam decimarum copiam pro ſeruitio rependant, quod epiſcopi non ſibi ſed ſeculo impendunt? Aut quomodo dum Chriſtus ab illis in die iudicii effuſi ſanguinis ſui rationem repoſcerit, quo animas redemit, quas illis ſeruanda confidit reſpondebunt ſe alijs vacaſſe negotijs, non ſibi ab ipſo commiſſis? Perpendant ſi res a ſuo duce malè ducti exercitus rationem interro

Solutio.

Saudet poſita inſio.

Paulus.

Nicola.

garet,

garet, cui illi rnderet, rei aulicæ dediſſe operam, qũo reſponſum ferret. Si qui in agone ſeculari contendunt, ſe omnib. abſtinent, vt ad Corin. 9. ait Paulus. vt ſe totus ſua muneri tradant, qui Chriſto tam inſigniter militant, perpẽde q̃ ſe dẽant a cunctis alijs ſubtrahere. vt tanto negotio integri adſint. Et ſi qui inuitati ad nuptias malẽ in Euangelio ob id audiunt, q̃ quia, vel villas, uel iuga boum emerant, conuiuium recuſauerant, quã tò putas peius ſit apud Deum auditori prelules, qui ad conuocandum conuiuas miſſi ſunt, imò qui ſm Chriſtum ſponſi, & ipſi exiſtũt eccleſiæ, qui ſunt conuiuiũ celebraturi, ſi alijs ſeſe mancipent negotijs, quib. illa vel defraudetur, vel remittatur cura? Regi Oziæ, vt legitur 2. Paral. 26. conuitio, & ſacrilegio dabatur, q̃ thuribulo incenſum adoleret Dñe. Cui ſacerdotes impropẽrantes aiebant; Non eſt tui officij Ozia, vt adoleas incenſum Dño, ſed ſacerdotũ. Sed longe iuſtius vice verſa ſacerdotibus ac maximè ep̃is opprobrio tribuendum eſt, q̃ officium ſuum adolendi incenſum deſerentes, thurificent ſeculo. Non.n. eſt ille ſpiritus, quem Deus illi dum conſecrantur, fuggerit, ſed quo ſpũales proles progignant, ac nutriant. Audi Moyſen Num. 11. quanta verborum ſignificantia ſimiles curas quas Deus animarum paſtoribus cõmittit, exaggeret. Cur.n. inquit, poſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me? Nunquid ego concepi oẽm hanc multitudinẽ, uel genui eam, vt dicas mihi: Porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum, & efferes in terrã, pro qua iuraſti patribus eorum? Profectò multo maiorem curam, & ſolertia requirit Chriſtus a Prælulibus, aĩabus quas ſuo ipſe ſanguine p. opignit, impendendam, ad quod propriè ſpiritum fauoremq̃. ſuppeditat. Quocirca illic ſtatim ſubditur. Congrega mihi ſeptuaginta uiros &c. & auferam de ſpiritu tuo, tradamq̃ eis, vt ſuſtentent tecum onus populi. Aliqui volunt imminutum fuiſſe tunc ſpũm Moyſi, ſed forſan, vt ſupra dicebam, non ille eſt ſenſus, qñquidem illi nõ fuit culpa auxiliares ſibi poſcere, & ideo neq; pœnam commeruit. Sed ſenſus eſt forte, auferam i. capiam eiuſdem generis ſpũm, quem illis infundam. Nam, ut ait Paulus diuerſa ſunt gratia & ſpiritus munera, quæ Deus ſuis diſpertitur iuxta officiorum neceſſitem, quæ illis committit. Quare in eporum conſecratione ab ipſo petitur, vt ſuper eum, qui cõſecratur, de oleo ſacerdotali infundat. Horum ergo meminimus, ut epi intelligant non ſibi diuinitus aliã gratiam, & fauorem atq; ſpũm impertiri q̃ quo ad ſuã regendam eccleſiã opus eſt. Sed humanæ appetentiæ & conatus ſũt, qui illos in alia ſecularia negotia ſubmergant, vt nauim q̃ illis Deus ceu proretis, vt ait in quadam epiſtola Clemens, ad regendum concredidit, ſubmergi ſinant.

Paulus.

Neq; vero diffitendum eſt, hanc peſtẽ, quæ eccleſias pñtia ſuorum paſtorum expoliat, inde latius inſerpſiſſe, ex quo epi a ſuis capitulis eligi deſierũt, cœperuntq. in curijs, uel Romana, uel regijs creari. Non quidem eſt quod prorſus cõtra principium indulta obmurmurem. Nam eo iã vſq. euaſit humana malitia, vt ſi penes capitularia collegia ptãs electionis duraret, oĩa eſſent diſcordijs plena, cruentiſq. diſſenſionib. dilacerata. Sed tñ quia, ut eſt humanum ingenium, nullum remediũ rebus adhiberi põt, q̃ ſecum non aliquid incommodi afferat, inde cœperunt curię, tum Romana, tum potiſſimũ regis ep̃is crebreſcere, qui ſponſis pauperiorib. neglectis cum ditioribus adulteria cõmittere ſemper inhiant. Quod quidem malũ nõ eſt recens. Hac.n. de cauſam, ut Hier. in epiſt. citata ad Ocean. refert concilio Nicenus cautũ fuit, ne iſti eporum aſcenſus eccleſiarumque cambia permitterentur. Porrò aũt quò ad finem iam demum qõnis properemus, ex hmõi eporum tum abſentia a ſuis eccleſijs, tum frequentia in curijs, cœpit vulgus eorum dignitatem deſpicari. Cœptum inq̃ eis eſt & a ſecularibus parum reuerentiæ, & a clericis minus obedientię exhiberi, & a ciuilibus curijs, & foris plurimum iudiciorũ adimi. Nam, ut ait ſuper ultimum ca. ad Hebrę. Athanaſius, quemadmodũ neceſſe eſt ut præſidentib. populus obſequẽtem ſe præbeat ita & ſacerdotẽ oportet, ut aliorum aĩas curet, & noctes ducat inſomnes. Eqſſima ergo eſt uindicta, ut qui ſuum negligunt locum, ſenſum de illo decidãt. Hæc enim ultio fuerat de ſacerdotib. a Malachia præcãtata c 2. ubi ait: Et nunc ad uos mandatum hoc, o ſacerdotes: Si nolueritis audire, & ſi nolueritis ponere ſuper cor,

Ex quo epi non a capitulis, ſed regibus creari cœperunt, paſſa eſt eccleſia diſpendiũ reſidentiæ. Incommoda, q̃ epis ex frequentatione iuris obueniũt.

Athanaſius.

cor, vt detis gloriã nomini meo, ait Dñs exercituum, mittam in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris. Ecce ego proijciam a uobis brachium (seu armum) & dispergam super vultum vestrum ventriculum solemnitatum vestrarum. Et infra: Ego dedi vos contemptibiles, & humiles in omnes gentes pro eo quod non custodistis vias meas. Perpende maledictiones. Mittam in vos egestatem, hoc est, subtraham vobis doctrinæ lumen, & gratiæ fauorem, quibus vberes fructus ferre soletis in populi. Et maledicam maledictionibus vestris. Fortasse idem est. Nam sacerdotum benedictiones sunt fructus, quos populus per ipsorum doctrinam, & fauorem capiat. Quare maledire benedictionibus, est, ut malignos fructus ferant. Quamuis ẽt si ad sacramenta id referatur, quodammodo verum est. Nam etsi sacramẽtorum fructus mali esse non possint, tñ sæpe cum per ignaros, & auarus dispensantur, non tenent, nempè ordines quos cõferre attentant pp irregularitatem, non verè conferunt, & crebro quos nõ pñt, a delictis absoluunt, quod sæpenumero pp absentiã prælatorum accidit. Adde, ꝙ maledicere idem quoq. sonare, potest quod permittam, ut maledicantur. Quod lamentabili vsu accidisse in Germania, & Anglia atque alijs regionib. experti in malum nostrum sumus. Nam pp ignauiã, & perniciosissimam eporum, aliorumq. pastorũ in curiam cuncta sunt hęretici plena, qui sacramenta omnia execrantur, blasphemijsq. conspurcant Vnde sequitur. Et ecce proijciam a vobis brachium, seu armũ ꝙ est robur dignitatis vestræ, & regiminis baculum. Ac demũ dispergam super vultum vestrum ventriculum solemnitatum vestrarum. Alia litera pro ventriculo, impudentiori uoce, sed tñ significantiori, hẽt, stercus. Et fit illusio ad Mosaica sacrificia, quibus aĩalia mactabantur. Nã iam apud hæreticos adeo sacra nostra fętere cæperunt, ut sacerdotum nultus stercore sordescere existimentur. Simile est apud alium Prophetam, nempè Zach. 11. O pastor & idolum derelinques gregẽ. Ad uiuum profecto exprimit naturã ingeniumq. pastoris derelinquentis gregẽ. Est enim nil aliud quam pastoris idolũ, nempè imaginem tñ præ se foris gerens, & personam pastoris, ut scultus lapis, te tñ ipsa carens. Gladius super brachium eius hoc est super regiminis ptãtem, & super dextrum oculum eius, puta super rectum sensum, & iudicium. Nam postquam libido sua eos cogit ecclesiæ gubernaculũ deserere, illico eis suadere incipit non ea obligatione teneri, quam sapientes docet, quod est oculum dextrum eis eruere. Vtinam ille, qui lux venit in mundum, quotquot super candelabrum ecclesiæ suæ erexit, sic illuminet, & inflammet, ut iura sui muneris tum clarè cognoscant, tum, & charitatis ardore moribus exhibeant. Argumenta ergo in fronte quæstionis proposita, qm̃ ab id militabant ꝙ neutiquam epo liceat de dięcesi sua decedere, facillimæ sunt solutionis. Ad primũ enim respondetur, quod non omnis, qui a sua ecclesia sese in tempus aufert fugere, ut mercenarius censetur, sed ille prorsus qui ob peculiare cõmodum id facit, uidelicet salutem spiritualem populi corporali suæ posthabens, ſm illud Gregorii in eadem homilia. Stare in periculo ouium nõ potest, qui in eo, quod ouibus præest, non oues diligit, sed lucrum terrenum quærit. Et ideo opponere se contra periculum trepidat, ne hoc quod diligit, amittat. Ille ergo q absq. detrimento gregis recessu suo periculum sibi cauet, non est mercenarius. Pariter ad secundum, ex Prou. 6. rñdetur, quod qui fidem suam alteri spondet, si legitimè est impeditus, satis per alium seruit. Ad tertium denique respondetur, ꝙ cum episcopus in altiori sit gradu perfectionis, quam monachus, dum ab illius functione impeditur, non tenetur se religioni mancipare.

Radix & origo Germanicæ Anglicæque stragis hoc nostro seculo editæ.

Ad primũ arg.

Grego.

Ad ſm.

Ad tertium.

Tametsi ꝓ capto nostro disputationẽ hãc & forte prolixius iusto absoluerimus non suppudebit fragmẽta quarundã epistolarum Athanasij subscribere, quę ante nos alij, tum traduxerunt, tum præsenti quęstioni appensas curarunt: Sunt.n. profecto dignissimæ, quas præsules uniuersi cordi altissimè haberẽt impressas. Quem ergo legere non pigebit, eundem profecto neq. pęnitebit legisse, qui uero tedio iam fessus lege recusauerit, non grauabitur scriptas habere. Sanè ut constet quam hæc quæstio fuerit antiqua, quamque sanctissimis illis patrib. affirmatiua eius ueritas sanctissima, quamque duxerint episcopo-

Prima epistola Athanasij ad firmãdam residentiã epi Aretę destinata.

scoporum residentiam ad animarum salutem, & pernitatẽ Christianismi necessariam. Irrepserat enim iam tunc mos, vt episcopi Imperatoriam vrbem Constantinopolim cuius Athanasius patriarcha erat, frequentarent. Primam ergo scripsit episcopo Cretæ: qui dum abiens à sua esset ecclesia, proponebat illuc profici sci: quod quidem propositum præcipuis laudibus & rationibus commendat. Charissime enim inquit, mi frater & comminister, gratia tibi & pax a Deo. Consiliũ illud tuum ac voluntas, quæ ad aureas meas perlata est, fortis virilisque animi, ac sursum tantum aspicientis, vere ac legitime certantis, & nomini, ac vocationi suæ respondentis visa est, non autem mercenarij & fugientis, non solum si lupum videat, sed si vulpem: vnde gregi Christi principis pastorum damnum creet, & animæ suæ infinitos præparet cruciatus. Attende verborum emphasim. Et sequitur: Cur enim iste, scilicet, qui in sua non permanet diœcesi, non potius vitam priuatã viuere maluit, si cogitabat succumbere, seque non oues pascere, pro quibus sanguinem suum Christus profudit? Quemadmodum non venit huic in mentẽ eius, qui maledicto eum affecit, quam opus Domini facit negligenter. Quamuis facere nomine simulet, in cuius alioqui animo insidet, quod de insipiente scriptum est, qui dixit in corde suo, non esse Deum neque iudicem Deum ponunt, qui hæc in cõspectu eius facere audent. Audi, Deum non ponunt, quia eum factis esse negant. Ex quorum numero & ordine facit Deus nemo nos, adscribatque nos inter fideles dispensatores, cõcedatq; benigne, ut præsto simus principi pastorum ad perficiẽdum quæ oportet, ponamusque animas pro ouibus eius, qui simul id & exemplo demonstrauit, & edicto sanxit. Præceptũ ergo in verbis Christi Io. 10. agnouit. Et paucis interiectis: Quamobrem, inquit, veris pastoribus non est tutũ non vigilare, & non circumquaque omnia lustrare, ouesq; errantes solum quærere, ac non magis solicitos esse pro ijs, quæ non erant, perterritos horum temporum tenebris, quę iusto Dei permissu ac iudicio nobis illatę sunt: quia. s. non ita viuimus, vt eum decet, qui nos vocauit. Sed ò animarum nostrarum detrimentum. O ingentes pœnas vobis ob nostras libidines & perturbatas voluntates, quæ hoc malum peperierunt, infligendas hoc inquam malũm, vt gens sancta, per omnes campos, & montes vitio pastorum absentium dispersa, ac dissipata esset. Debent ergo hoc facere (hoc est in suis diœcesibus residere) omnes boni pastores, quicunque hoc nomine digni sunt, ita vt qui cessarit, non sit impune cessaturus. Et enim si quisque pastor in diœcesi, quæ sibi obtigit, uel biduum moretur, experiri liceat per multa peccata & damna non esse futura in populo. Perinde namque esse videtur gregem abesse a pastore vt cæcum duce carere. Sine augẽtur oues, & in tuto sunt, cum præsunt ueri pastores: non autem qui solum ebibant lac, & lana tegantur, omnique studio, & arte seipsos, non oues pascant. Hęc atque alia id genus multa in illa epistola. Secundam misit episcopo Sardensi; vbi statim a proloquio sic incipit: Scio te non ignorare, quæ a sanctis Apostolis de constitutione rerum ecclesiasticarium sancita sunt. Ex quibus vnum est, vt quisque pastor, intra suos fines insistat propter pacẽ, & charitatem, quarum est Iesus arctissimũ vinculum, quod solui non potest. Scis præterea ut quales nos essemus, appareret, quibus nobis uerum pastorem designantib. magnus ille Pontifex Christus munus pastoris definierit: nempe mutua in illum charitate. Alludit ad illud, diligis me plus his? Deinde non ignoras ornatum egregij pastoris, qui sit animas suas euidenter cogniturus, hoc est de facit: de quo in Prouerb. scriptum est quod bonus pastor de facie cognoscere gregem debeat. Et infra: Intellexisti etiam quis sit mercenarius & qualis de quo pudet me tum dicere, tum tacere, tum satis ipse status temporum, & rerum, enim ostendat, atque coarguat; De quo si attente audiam prophetas, cum in mei similes pastores his verbis inuehuntur, pastores pascunt seipsos, non oues. Et illud. O pastores qui perditis oues pascuę item, sacerdotes legem Domini occultarunt, & legem meam uiolarunt, & sancta mea profanarunt. Item illud: Lanis ouiũ indui, & mactare quod pingue est, lac bibere. Hæc inquam ertente audiens, quid faciem, ne meruam eos, qui me redarguunt, & clare ob oculos mihi ponunt, qualis sim? Quæ si fabulas putat, qui in

Secũda eiusdẽ epistola missa episcopæ Sardeñ.

ignem,

ignem, illum extremum non intuetur, mihi fabulæ non certe, ſed ita horribilia omnia eſſe videntur, vt horrore exedant, conſumantque medullas. Neque tamen curamus facere pro viribus, ne propter aliqd ex his vitium, ac ſcelus, conſtricti uinculis arctiſſimis, pœnis ſempiternis afficiamur. Sed quod ſubinde ſequitur, eſt notatu dignum. Ait namque, quod cũ a principio conſtitutum eſſet, vobis quoquo anno ſynodus haberetur, poſtea cõmodius viſum eſt, haberi ſemel, ne oues propter crebram abſentiam paſtorum facile a lupis inuadi poſſent: vide quantæ illis patribus curæ erat reſidentia, vt eius gratia a ſynodo celebranda abſtinerent. Et ſequitur ad mores noſtrorum temporum accõmode contra illos epiſcopos, qui deſertis ſuis gregibus in curia Conſtantinopolitana verſabantur: de quibus ait, Denique maluerunt breui voluptate contenti carni indulgere, quam cum populo Dei laborare contemptis legibus diuinis, quæ prohibent ne pauliſper quidem impune a grege abeſſe. Auſculta, lege diuina eã ſic eſſe iuſſam reſidentiã, ut ne pauliſper quidem liceat impune a grege abeſſe. Et ſubdit: Ac niſi, vt Apoſtolus ait, inimicus videret, verum eloquens, poſſem aliquid vere dicere: Quid quæſo, iuuat eſtos epiſcopos, & paſtores in vrbe morari, niſi (vt omittam alia) vt patriarchas, alios moueant, alios eligant, ne ſi idem diu ſit patriarcha, ras omnes eccleſiaſticæ compoſitæ ſint: quod præclarum ſacinus ex eo tẽpore facere iſti conſueuerunt, ex quo Cõſtantinopoli potiti ſumus. Quod quidem cum reliquis malis non eſt ambiguum & incertum, quin iram Dei nobis augeat. Certum n. eſt paſtores, qui gregem negligunt non impunitos inultosque diſceſſuros, tamen ſi fortaſſe non ita videatur ijs, qui ſponte velamen obtendunt, ne limatam Euangelij veritatem aſpiciant. Hæc ille. Et in alia tertia epiſtola ad epiſcopum Apameæ, inter alia ſic illum admonet. Vt debet verus epiſcopus, reſideas ſancte ad ſanctam aram, de qua tibi participandum eſt, ſicuti Dominus pronuncia uit. Dignum eſſe operarium mercede ſua. Quamobrem non eſſe exiſtimandum, licere tibi diu quauis de cauſſa abeſſe, quin potius faciendum tibi eſt, vt celeriter ire poſſis ad eam eccleſiam, quæ tibi addicta eſt, & commendata, vt ei præſis. Sed in alia ad eundem, quæ quarta eſt, verba etiã num maioris emphaſis accumulat. Ait quippe: Ego vero eum, cui grex Chriſti commiſſus eſt, ſi dignitatem muneris nouerit, iniquum eſſe arbitror, non uſque ad ſanguinem ei ſtudere & incumbere, niſi forte ignoraueris Deum eſſe, qui dixerit. Petre amas me? paſce oues meas. Sed hei mihi, non iam paſtores oues paſcunt, ſed ouibus tanquam pane paſcuntur. iam horribilia illa mala paſtorum, quę prophetа Ezechiel deſcribit ſumma licentia irrepſerunt. Quę ſi talia tamque grauia uobis videntur, age optime vir, contentus eſto tua diœceſi; permane in ea, fac fis cum ouibus tuis, vt vſque ad ſanguinem illis affixus, quas quidem nunc in frutetis, inter ficus & roſas, atque in montibus diuina prouidentia cuſtodit. Neque enim quod certiſſimum eſt uirga, & baculo tuo paſtorali fit, vt in paſcuis virentibus pacis, & bonorum cæleſtis Hieruſalem eæ ſint. Scis enim qui amplius ſex menſib. a diœceſi abſuerint, niſi eo grauis morbus teneat, canonibus & legibus firmatum eſſe, vt ſacerdotium & gregem amitterent. Veri nouum cõſilium, & ſceleratum hic a noſtræ ætatis hominibus excogitatum eſt, ſcilicet mittitis aliquem, qui ſciat mulgere gregem, ipſi vero in vrbe Conſtantinopoli ſpectatis propter præfecturas ciuiles, ſubſcriptiones, intempeſtiuas ordinationes, adde etiam bullas, & decreta. Noſtra hæc ſunt tempora. Et tanquam impune ſit vobis futurum, ita procul a diœceſi vobis commiſſa receditis, & alia huiuſmodi, ut cuique libet committitis: oportebat potius cunctis epiſcopis undique in unum congregatis, ſuam cuique diœceſim funiculo diſtributionis circunſcribi, atque ita patriarchæ partem ſuam a vobis aſſignari, aut vos a patriarcha priuari. Alias præterea de eadem re ſubnectit epiſtolas, quas ne faſtidio eſſe perſiſtam, miſſas faciam. Sed & ad Imperatorem, qui Conſtantinopoli ſinebat epiſcopos degere, nec cogebat eos ad ſuas eccleſias abire, multa etiam commemorat: inter quæ ait. Si tu oues paſtori committeres, deinde illas quidem derelictas cerneres, illum uero quieti ſuę, ſuisque cupiditatibus indulgere & ſeruire, dic obſecro, relinquereſne paſtorum impu-

Quarta epiſtola

Tertia epiſtola eiuſdẽ.

Fragmẽtũ alterius epiſtolæ ad [Imperatorẽ directæ.

impunitum. Non patimur oues & pecudes impune negligi, & patiemur pastores aīarū impune seipsos pascere, nō oues? Quid quæso apud Deū excusabimus? Vtinamne illud nobis exprobret, omnes quęrunt quę sua sunt, non quæ Iesu Christi. Deinde aliā de eadem re ad eundem hoc tenore subtexit: Si verum est, ꝙ dici solet, qui gregē, pastore priuat, vtriq; periculum creare, profecto graue supplicium manet eū, qui pastorē arcet ab ouili, debetq; qui pastor est, vsq; ad sanguinem pro grege Christi relinquēdo labores perferre nisi cum opus fuerit, in synodo singulis annis ad agendum de rebus necessarijs paulisper abesse, quibus cōclusis celleriter redeūdum illi sit, si crediderit sed redditurum rationē summo pastori Christo, & sidignus est nomine pastoris. Nisi fortè etiam propter necessitatē ad vtilitatem animarum pertinentem, ab Imperatore, aut Patriarcha statim redditurus voce. Quod si aliter ep̄is aut Imperatori videatur, siue quid secus fiat, minimè ipse sequar, neq; assentiar vllo modo. Neq; n. rationem habebit Deus caussationū nostrarum cupiditatum, sed rationes reposcet de veritate, iustitia, diuinisq; legibus, & statutis. Ac demū in alia breuiori sic habet; Memento scripturę, quæ iubet contristari potius hoīes quam Deū, tibi vero Imperator cur graue videatur iustitiam, tēperantiam, misericordiam populis tuis sancire, & inde non modo nullū incommodum reportare sed potius operib. bonis conciliare Dei misericordiam. Quid iustius, quā si ep̄s quisq; iubeatur, velit nolit, ad dięcesim suam redire? an non hoc debitum soluere tenentur? idq; canone sancitum est? Video fusius rē hanc deduxisse qua cuiquā fortè par censebitur, haud me tamen prolixitatis pęnitet.

QVÆSTIO IV.

DE VINCVLO. ET MODO quo episcopi & sacerootes tenentur sua bona dispensare.

ARTICVLVS I.

Vtrum episcopo liceat aliquid proprium possidere.

QVartam præsentis libri quæstionem proposuimus de vinculo, & mō, quo sacerdotes, & præcipue parœcij ac potissimum episcopi bona ecclesiastica dispensare tenentur. Quæ quidem quæstio vsque adeo medium multumque ancipitem habuit, vt maluerim alios audire qui me satis docerent, quam meam explicare sentētiam. Veruntamen ea proferam, quæ de hac re meditatus sum, alij vero iudices sunto. Est enim res abstrusa & perplexa, vtrinque porro suis subnixa rationibus ac testimonijs. Prætera cognitu perquam necessaria. Primus ergo articulus est vt ordinē D. Thom. non deseramus, vtrum episcopo liceat aliquid proprium possidere. Est enim Christi oraculum apud Matth ca. 9. Si uis perfectus esse, vade & vende oīa quæ habes, & da pauperibus, & veni & sequere me. vbi paupertas voluntaria ad perfectionem requisita docetur. Episcopi autem statum perfectionis profitentur: ergo non iustius possunt propria possidere quam monachi. Secundo episcopi, vt supra satis comprobatum est, & glo. habet Lucæ 10. Apostolorum locum tenent, Apostolis autem rerum dominium Christus interdixit Matth. 10. Nolite enim inquit, possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis vestris Cuius obedientiam Petrus Matth 19. confessus est, dicens. Ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumus te, ergo episcopi nullum possunt habere dominium rerum. Tertiò. Cleros Græcè vt ad Nepotianum Hieron. auctor est, & refertur 12 q 1. can. Cleros idem est Latinè quod sors, vnde clerici ideo sic appellantur vel quod de sorte Domini sunt, vel qđ sors eorum Dominus, cuius autem possessio Dominus est, nihil extra ipsum possidere debet. Nam si aurum, si argentum, si possessionem, si variam suppelectilem habet, cum istis participibus non dignatur Dominus pars eius fieri Hæc ille, ergo videntur episcopi rerum dominio interdicti. In contrarium est canon. Episcopi. Concilij Agathen. eadem causa & quæstione, vbi habetur, quod episcopi de rebus proprijs, vel acquisitis, vel quidquid de proprio habent, hæredibus suis si voluerint relinquant.

Primū argum.

Arg. 2.

Arg. 3. Hiero.

Concil. Agath.

Titulus præsentis quæstionis generalis est, quippe quo non distinguitur inter ecclesiastica bona atque alia, quæ naturali ciuilique iure obtinere potest episcopus. Duo namque sunt bonorum

Duo bonorũ genera, q̃ epiſcopus poſſidet.

genera, quæ epiſcopus poſſidet, videlicet alia, quæ iure, ſeu hæreditatio, ſeu donationis, ſeu quouis alio ſeculari, illi obtinguntur, atque alia eccleſiaſtica. Et de illis priori generis nulla eſt ambiguitas, quin proprie ac priuatim illa poſſidere valeant ſed de poſteriori erit tota rei diſputatio.

In hoc ergo primo articulo ſolum diſputatur an epiſcoporum ſtatus ſit ſtatus paupertatis ſicuti monachorum, ita vt nequeant proprium poſſidere. Ob idque perſpicua eſt ac facillimæ ſolutionis, quæ vnica concluſione continetur. Epiſcopi quamuis ſtatum perfectionis profiteantur, non tamen quem id modum monachi vt abſque proprio viuere obligentur. Concluſio inquam plana eſt & conſtantiſſima, ob id quod nihil in particulari de bonis Eccleſiaſticis affirmat. Quare inde poteſt veritatem ſortiri quod iure ſecularis acquiſitionis poteſt epiſcopis dominium rerum competere. At vero conſulto cum D. Tho. eſt a nobis generaliter aſſerta. Arbitror namque vt in ſolutione ſecundi plane quiſque adnotare poteſt, & artic. ſequenti planius fiet, veram etiam illam ſenſiſſe de bonis eccleſiaſticis, pro ea portione, quæ ipſis ratione ſtipendijs obtingit. Probatur ergo ſecundum iſtiuſmodi generalem ſenſum. Ad ea quæ ſunt ſupererogationis nemo niſi ſpecialiter ſe ad illud voto adſtringat, conſtringitur. Ait enim in epiſt. ad Paulinam & Armentarium Augu. Quia iam vouiſti, iam te abſtrinxiſti, & aliud tibi facere nõ licet. Prius quam eſſes voti reus liberum fuit quod eſſes inferior, viuere autem abſque proprio, opus eſt ſupererogationis, nempe non ſub præcepti vinculo, ſed ſub optione conſilij comprehenſum, vt patet Matthæi. 19. Nam poſt neceſſitatem mandatorum. Si vis ad vitam ingredi, adieoctum eſt, vt qui velit perfectus eſſe omnia quæ habet, relinquat & ſequatur Chriſtum, epiſcopos autem manifeſtum eſt non ſe eiuſmodi voto irretire, quia neque id ad paſtoralem munus neceſſarium eſt, ſed ſatis eſt vt Chriſtum egregie diligant, ergo epiſcopus ſecundum leges ſuæ dignitatis non arcetur quo minus dominio poſſit rerum fungi. Hic nulla emergit dubitandi ratio, ſed hoc ſolum eſt memoriæ mandandum, quod cum epiſcopus religionis votum non emittat, fit vt nec votum faciat peculiare caſtitatis, præter id quod ſacerdotio adiunctum eſt, neque votum paupertatis, ſed tantum promittit obedientiam Papæ, fidemque ſuam huic eccleſiæ, a quo ideo vinculo niſi auctoritate ipſius pontificis diſſolui nequit. Et ideo quatenus epiſcopus quiſque eſt, non ei repugnat proprium poſſidere, non ſolum hæreditario vel alio quouis ciuili iure, verum neque eccleſiaſtico. Haud enim ex parte ſuæ dignitatis ei repugnat, iuſtum ſtipendium pro ratione ſuæ functionis percipere, cuius ſit vere dominus, ſicuti olim erant ſacerdotes & Leuitæ. Vtrum vero tale eccleſiaſticum dominium alia ratione ſit eis prohibitum, nempe vt nullum in decimarum portionem habeant, quæ ſibi prouenit, articulo proximo & ſubſequenti examinandum eſt. Nunc ergo ſatis ſit conſtitutum, habere dignitatem epiſcopalem non eſſe paupertatis ſtatum, atque adeo neque epiſcopo repugnare habere dominium rerum quas poſſidet.

Conclu ſio re ſpõſiua.

Probõ.

Auguſt.

Documentũ.

Ad primum igitur argumentum negatur propoſitio illa, quod ad naturam perfectionis aut ad perfectionis ſtatum generaliter & abſolute neceſſaria ſit paupertas, ſed tantum eſt neceſſaria ad peculiarem perfectionis ſtatum religioſorum. Quod enim ad perfectionem non ſit neceſſaria, iam ſupra lib. 8. ſatis conſtitutum eſt, vbi monſtrauimus perfectionis rationem in copia charitatis conſiſtere, ad quam quiſque quocunque ſtatu progredi poteſt. Ad ſtatum autem religioſorum ob id eſt paupertas neceſſaria quod profitentur perfici (hoc eſt) perfectionem diſcere & comparare, cui quidem inſtituto rerum poſſeſſio oneri eſt & impedimento. Epiſcopi autem non profitentur perfici, ſed perficere. Quo circa eas debent in charitate radices iecisſe, aut a nullo vento poſſint inde eradicari, nempe neque ab amore diuitiarum, quas poſſident, neque ab alio quouis humano affectu, exemplo Grego. in cuius vita ad Heremitam reſponſum diuini oraculi refertur, quod plus ipſe ſuam, quam ſuas illas diuitias diligeret. Quare adoleſcenti non dictam eſt. Si perfectus es, aut ſi vis eſſe perfectior, ſed ſi vis perfectus fieri, vade, & vende &cet. A Petro vero dum paſtor inſtituitur, nulla exigitur paupertas, ſed charitatis culmen. Ad

Ad primũ arg.

Gregor.

ſecun-

ſecundum tres applicat D.Thom. reſpon-
Ad ſecũ dum. dendi modos. Vnus eſt Hieronymi, idem-
Hieron. que myſticus, vt ſub nomine auri & argen-
ti prohibitiſint prædicatores ſapientiæ, at
que eloquentiæ huius ſeculi inniti. Alius
Auguſt. vero eſt Aug. in lib. de conſenſu Euange-
liſtarum, nempe vt illud, Nolite poſſidere,
&c. non habeat vim præcepti, ſed potius
permiſſionis. Ac ſi diciſſet, Non opus eſt
vobis auro & argento. Permittitur enim
vobis tanquam operarijs victum ſuſcipe-
re. Vnde ſubdit, Dignus eſt operarius mer
cede ſua. Nam quod noluit Paulus, vt 1. ad
Corint. 9. refert aliquando vti oblata ſu-
ſtentatione, opus erat ſupererogationis.
Chryſo. Sed tertia reſponſio eſt Chryſoſt. vt inhibi
tio illa intelligatur peculiariter facta diſci-
pulis dum ad prædicandum Iudæis mitte
bantur tum vt populus ille facilius allice-
retur, tum etiam vt ipſi firmiorem habe-
rent fiduciam, quod diuina ſubſidia non
eſſent eos defectura. Ex quo ideo neque ip
ſi neque eorum ſucceſſores obligantur abſ
que propriis ſumptibus euangelium præ-
Paulus. dicare. Quare Paulus, vt 2. ad Cor. 11. de
ſe meminit, ab alijs eccleſijs ſtipendia men
dicabat, quo poſſet gratis prædicare Co-
rinthijs, quæ ideo aliunde ſibi miſſa iure
poſſidebat. Confirmat præterea in D. Th.
ſolutionem nempe poſſe epiſcopum pro-
pria poſſidere, quod ſtultum eſſet ſanctos
illos Pontifices Athana. Ambro & Augu.
eiuſmodi præceptum ſanctitatis fuiſſe trã
Scrupu- greſſos. Duo hic tamen circa hanc ſolutio-
lus. nem non ſunt diſſimulanda. Vnum eſt,
quod ſolutio neque vera in totum appa-
ret neque argumento ſatisfaciens. Appa-
ret enim negare verè apoſtolos fuiſſe pro-
feſſos paupertatem, quod falſum eſſe ex au
ctoritate ab ipſo citata conſtat. Ecce nos re
liquimus omnia. Quare nec ſatisfacit ei-
dem auctoritati, quam in argumẽto aſſum
pſerat. Ad hoc reſpondetur hic D. Thom.
Solutio. non diſputare de Apoſtolis, vtrum tria vo
ta, vti modo religioſi, emiſerint, tanquam
religionum futurarum exemplaria, quod
quidem D. Thom. vt lib. 8 vidimus 2. 2. q.
88. art. 4. concludit, ſed modo tantum de il
lis diſſerit quatenus apoſtoli erãt & epiſco
pi, ad quem quidem ſtatum non neceſſe
Dubita- attinet paupertas. Alterum hic maxime ad
tio. notandum eſt, quod hic affirmare videtur
immo plane affirmat, quod poteſt epiſco-
pus habere dominium, non ſolum rerum
alio iure acquiſitarum, verum & ſtipendij
eccleſiaſtici quod ſuæ functioni deputatũ
eſt. Nam argumentum erat quod epiſco-
pi quatenus epiſcopi, hoc eſt verbi prędica
tores, debent eſſe pauperes. Et reſponſio
eſt illius negatio. Vnde cum paupertas in
negatione dominij conſtat, & in hoc ne-
get debere eſſe pauperes, quod poſſunt
functionis ſuæ ſtipendia poſſidere, conce-
dit eis illorum dominium, paupertati con
trarium. Sed de hoc preſſius art. 3. Vt au-
tem plene ſolutio tertij intelligatur, notan
dum eſt, quod Deus dicitur pars clerici, Solutio.
non vt dicat reſpectu ad aliam partem ab
ipſo clerico poſſeſſam, ſed ſicut vnus hæres
poſſidet partem hæreditatis, quæ ſibi eſt to
ta ſubſtantia, quæ dicitur pars reſpectu al-
terius, quę alteri hæredi obuenit. Exempli
gratia, debet clericus contentus eſſe Deo
quem poſſidet, vt cum illo nihil aliud poſ-
ſideat, nõ quod nequeat poſſidere famam,
& honorem & ſalutem, & aliqua bona tem
poralia, ſed quod reliqua omnia ad nu-
tum eius poſſideat, Itaque ſtudium erga
Deum nullatenus per curam aliarum re-
rum diminuatur. Hoc enim eſſet ſecun-
dum Hieron. aliquid extra Deum poſſide
re. Qui vero ſic Deum poſſidet, Deus eſt
ſua pars hoc eſt tota ſua poſſeſſio reſpectu
reliqui vniuerſi, quem alijs poſſidendum
relinquit.

ARTICVLVS II.

Vtrum epiſcopi mortaliter peccent ſi bona eccleſiaſtica, quæ procurans pauperibus non largiantur.

NE filum D. Thom. rumpamus, quæ-
ritur ſecundo, vtrum epiſcopus mor
taliter peccet ſi bona eccleſiaſtica quę pro-
curat, pauperibus non largiatur? Ap-
paret enim Ambroſius id definire inter ex
ponendum illud Lucę duodecimo, de Primũ
homine diuite, cuius ager vberes attulit argum.
fructus. Ait quippe. Nemo proprium di- Ambro.
cat quod eſt commune, plus quam ſuffi-
ciat ſumptui, violenter obtentum eſt. Et
paulo poſt, Neque minus eſt criminis ha-
benti tollere, quàm cum poſſis & abun-
das, denegare indigentibus, alienum aũt
violenter tollere, criminale delictum eſt,

ergo epiſcopi, qui quæ ſibi ſuperſunt, in pauperes non effundunt, lethaliter delinquunt. Secundo ſuper illud Iſaiæ 3. Rapina pauperum in domo veſtra. Ait Hiero. gloſ quod bona eccleſiaſtica sũt bona pauperum. Idem ad Damaſum. 16 q. 1. cano. quoniam, quod iam ceu prouerbium vulgo ſuſceptum eſt, quicunque autẽ id quod alterius eſt, vel ſibi vſurpat, vel in alios vſus diſpendit, mortaliter peccat, atque ad reſtitutionem tenetur ergo cum epiſcoporum bona eccleſiaſtica ſint, fit vt ſi quæ ſibi redundant, aut ſibi retinent, aut conſanguineis largiuntur ad reſtitutionem teneri videantur. Tertio. Multo magis ſacerdotibus licet de rebus eccleſię ea accipere, quæ ſibi neceſſaria ſunt, quam ſuperflua augere. Ait vero in epiſtola ad Damaſum Hieron & refertur 1. q. 2 clericos illos commode ſtipendijs eccleſię ſuſtentari, quibus parentum & propinquorum bona nulla ſuffragantur, qui autẽ boni parentum & opibus propriis ſuſtẽtari poſſunt, ſi quod pauperum eſt, accipiunt, ſacrilegium committunt & incurrunt. Hæc ille. Vnde Apoſtolus 1. ad Timo. 5. Si quis fidelis habet viduas ſubminiſtret illis, & non grauetur eccleſia, vt ijs, quæ verè viduæ ſunt ſufficiat, ergo multo eſt certius tunc epiſcopos mortaliter delinquere, cũ ea, quæ ſibi de bonis eccleſiaſticis exundant, pauperibus nõ profundant. In contrarium eſt epiſcoporum quorundam vſus, qui ea quæ ſuperſunt, nõ cuncta pauperibus erogant, ſed ad ampliandos redditus eccleſię, idque (vt appareat) laudabiliter expendunt.

Opera pretium eſt in fronte diſputationis noſtræ textum D. Thomæ, in concluſiones diſtribuere, quas explicationis lucis gratias ſeptem numero conſtituemus. Perſiſtendum autem eſt in ea diſtinctione inter epiſcopi bona quæ propriè, putà aut hæreditario aut alio ciuili iure poſſidet, & bona eccleſiaſtica. Eſt ergo prima concluſio Propriorum bonorum, hoc eſt, quæ iure ſeculari epiſcopi poſſident verum habent dominium. Hæc iam ſupra artic. 1. ſatis eſt confirmata ex eo, quod ſtatus epiſcoporum non eſt paupertatis profeſſio. Quo fit, vt ex rerum ipſarum conditione & natura non teneantur inſtitiæ lege ea pauperibus vel alijs erogare, ſed & retinere poſſunt, & vt libuerit elargiri. Secunda concluſio. Quamuis poſſint in earum diſpenſatione ſicuti ſeculares ciues peccare, nempe aut propter auaritiam contra debitum charitatis eas retinendo, vel indigne prodigendo, nemini tamen ad reſtitutionem obligantur. Enimuero vt 4. libr. ſæpe diximus, vbi iuſtitia non violatur, nulla inde reſtitutionis obligatio emergit. Tertia concluſio. Epiſcopi bonorum eccleſiaſticorum ſunt diſpenſatores vel procuratores. Hoc patet ex verbis Augu. ad Bonifacium Comitem, quæ referuntur 2 q. 1. can vlt. Si priuatum poſſidemus, quod nobis ſufficiat non illa bona noſtra ſunt, ſed illorum, quorum procurationem gerimus, proprietatem nobis vſurpationem damnabili vindicemus. Hinc fit bona illa optima fide eſſe ab illis diſpenſanda, ſecundum illud 1. ad Corint 4. Hic iam quæritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur. Hæc de bonis in communi poſſeſſis intelligitur vt ſubſequentes declarabunt. Et ideo de eorum diſtributione ſubtexitur quarta concluſio. Eiuſmoi bona eccleſiaſtica non ſolum in vſus pauperum, verum & in diuinum cultum, & in miniſtrorum ſupplendis neceſſitatibus ſunt expendenda, iuxta tenorem decreti Simplicij Papæ 12. q. 2. qui ait, De redditibus eccleſię vel oblatione fidelium ſolis epiſcopis ex his vna portio remittatur. Duæ eccleſiaſticis fabricis & erogationi pauperum profuturæ a presbytero ſub periculo ſui ordinis miniſtrentur, vltima clericis pro ſingulorum meritis diuidatur. Quinta concluſio. Vbi diſtincta ſunt bona quæ debent in vſum epiſcopi cedere, ab alijs tribus, quæ pauperibus ac miniſtris & cultui addicuntur, ſi epiſcopus aliquid de his tribus portionibus retinuerit, non dubium quin contra fidem diſpenſationis mortaliter delinquat, & ad reſtitutionem teneatur. Concluſio per legẽ commutatiuæ iuſtitiæ innoteſcit, nam in tali caſu verè furtum alienę rei committit. Sexta cõcluſio. De his quæ ſpecialiter vſui epiſcopi deputata ſunt, eadem ratio videtur quæ de proprijs bonis, vt ſcilicet per immoderatum affectum & vſum peccet quidẽ ſi immoderata ſibi retineat, & alijs non ſubueniat, ſicut requirit debitum charitatis. Corrigendę ſunt impreſſiones, quibus deeſt vltimũ hoc verbum, Sicut requirit debitũ charitatis. Imò vehementi opi-

nione

Secũdũ.

Tertiũ.

Hieron.

Prima concluſ.

Secũda concluſ.

Tertia concluſ.

Auguſt.

Quarta concluſ.

Simplicius Papa.

Quinta concluſ.

Sexta concluſ.

Correctio literę D. Thom.

nione teneor deesse etiam quod ad restitutionem non teneatur. Cõtra quam dixerat in superiori conclusione, quandoquidem ait, Eadẽ ratio videtur quæ de propriis bonis, quorum prodiga cõsumptio restitutionem nõ exposcit. Septima conclusio. Si vero non sint prædicta bona distincta, eorum distributio fidei episcopi committitur. De est etiam in multis impressionibus totum illud. Si vero nõ sint prædicta bona, in quibus ideo legitur, non subueniat distincta, quare fit litera in intelligibilis. De his ergo indistinctis adhibetur expositio conclusionis nempè quod si in modico distributio vel deficiat vel redundet, potest id quidem fieri absque bonæ fidei detrimento, si quidem nequit homo punctum vbiq; virtutis tam certum tenere, quin pro humana conditione in alterutrum vergat extremum. Si vero sit multus excessus, tunc neq; latere potest, neque a peccato mortali excusari, quoniam tunc bona fides violatur, atque adeo distributiua iustitia. Vnde tres denotantur maculæ infidelis serui. Matth. 24. vbi sic legitur. Si dixerit malus seruus in corde suo, moram facit dominus meus venire, quod pertinet ad diuini iudicij contemptum, & cœperit percutere conseruos suos, quod pertinet ad superbiam, Manducet autem & bibat cum ebriosis, quod pertinet ad luxum, cuius gratia mala fide fit dispensatio, veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & diuidet eum, scilicet a societate bonorum, & partem eius ponet cum hypocritis, s. in inferno. Ecce literam D. Th. quam in fronte disputationis expedieba: ob oculos ponere. Enucleanda vero est in articulo sequenti, vbi inter alia & argumenta quoque ex Ambrosio & Hieronymo in capite quæstionis proposita dissoluentur.

Septima conclu.

ARTICVLVS III.

Vtrum episcopi ac reliqui sacerdotes verum ac legitimum habeant dominium fructuum ecclesiasticorum qui illos pro suã portione contingunt.

PRæiacta ergo sententia S. Thom. subsequenter circa singulos eius articulos qui generales sunt, mouẽtur singuli in particulari. Et primo circa priorem, quo disputatum in genere est vtrum episcopi possint habere rerum dominium, quæritur in particulari circa sextam conclusionem, vtrum tam ipsi quam reliqui sacerdotes verum legitimumq; habeant dominium eorum fructuum ecclesiasticorum, qui se pro sua portione contingunt? Sunt enim innumeræ auctoritates, quæ a parte negatiua militare videntur. Illæq, in primis pagine. Nam etsi status clericorum non perinde atq; monachorum votum habeat paupertatis annexum, saltem eorum quę ipsis pro clericali functione ministratur, nihil eis videtur competere, præter victum & vestitum, iuxta verbũ Domini. Dignus est operarius cibo suo, & verbum Pauli. 1. ad Tim. 6. Habentes alimenta & quib. tegamur, his contenti simus, ceu boues, quod ait alibi, aream triturantes. Quocirca apostoli missi sunt ad prædicandum sine pera, iussi non possidere aurum neque pecuniam. Atque eam ob rem in libro præcedenti sub titulo de simonia, monstrauimus, nihil debere clericis, neque ipsi quidquam alio iure posse a plebe pro administratione sacramẽtorum & reliquis spiritualibus functionibus pecipere, quam iure sustentationis. Secundo accedit huc & sanctorum patrium numerosissima testimoniorum turba. Nam præter loca Ambrosij, Hieron & August. proxime citata grauissimas Prosper 12. q. 1. cano. expedit. ait facultate ecclesiæ non esse proprias, sed in communi possideri. Et in concilio Agathen. vt illic refertur ca non epi. habetur, quod quidquid de prouisione ecclesiæ fuerit, siue de agris, siue de fructibus, siue de oblationibus omnia in iure ecclesiæ sunt seruãda. Et Vrbanus Papa ibidem in canon. res. ait, Res ecclesiæ non quasi proprias, sed vt communes, non in alios quã in præfatos vsus, puta in subsidiũ pauperum, & ministrorum & cultus diuini esse dispensandas. Et eadem causa & quæstione, cano episcopus qui est concilij. Antiocheni, habetur, quod episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum in omnes qui indigent cum summa reuerentia, & honore Dei, participet autem & ipse quibus indiget, si tamen indiget. Et iater Canones Apostolorũ est 39. talis, Omnium negotiorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat, & eadem vt Deo contemplante dispenset, neque il-

li liceat ex his aliquid omnino contingere aut parentibus proprijs, quæ Dei sunt, con donare quod si pauperes sint, tãquam pau peribus subministret. Et supra citatus ad Hiero. Nepotia. Hieron y. ait clericorum hæreditatem sõlum esse Deum, cũ quo nihil aliud debent possidere. Et ibidem eadem causa & quæstione, can qui aiunt Imperatores Carolus & Ludouicus, iuxta sanctorum pa tra traditiones nouimus res ecclesiæ vota fidelium esse, pretia peccatorum, & patri- August. monia pauperũ. Et can. 10. ait Aug. quod qui decimas dare noluerit, quanti paupe res in locis suis, vbi ipse habitat, illo decimas non dante fame mortui fuerint, tanto rum homicidiorum reus ante æterni iudi cit tribunal apparebit, quia rem a Deo pau peribus erogatam, suis vsibus reseruauit. Quare idem de sacerdotibus censendum erit, si illas non dispensauerint. Multa huiusmodi sunt sanctorum loca. Et Hieron y. ad Damasum, & refertur ca quoniam. 16. q. 1. clerici qui secularibus bonis affluunt, non possunt bonis pauperum ali. In cõtra rium autem facit tex in c vnico de clerico non residente. vbi habetur, quod qui diui nis officijs nõ inter sunt, nisi infirmitas seu iusta & rationabilis necessitas, aut euidens ecclesiæ vtilitas releuet, non sunt domini quotidianarum distributionum, neque fa ciunt eas suas, sed ad restitutionem sic per ceptorum obligantur. Vnde è contrario sensu colligitur, quod residẽtes verum do minium earundem distributionum acqui rant, atq; eadem ratione aliorum ecclesia sticorum fructuum.

Quæstio præsens, vt initio dicebam, ni mium ambigua est, sane cum sanctorum testimonia primo verborum sonitu diuer sè appareãt illam definire, quam ratio pe nitius inspecta videtur permittere. Missaer go hinc faciamus episcoporum ac sacerdo tum bona secularia, de quibus, vt art. prox. conclusum est, nemo ambigit, sed omnes consentiũt priuato dominio a sacerdotib. possideri. De ecclesiasticis vero tres, vt sæpe numero assolet, versantur opiniones. Prima opinio Alexandri Ha len. Ricard. Archid. Vna est Alexandri de Hales grauissimi auctoris 3. par. q 36. membro. 5. art. 2. Et Rich. in 4. dist. 45. ar. 3. q. 1. qui expresse aiunt fructũ ecclesiasticorum clericos solum habere v sum & non proprietatem. Atque hanc fer me amplexi sunt doctores iuris canonici, vt Archi. super c. statutum. §. assessorem. de rescrip. lib. 6. vbi ait hæreticum esse in iure, quod ecclesiasticus acquirat sibi verum dominium fructuum præbendæ vel eccle siæ. Cui accedit Pan in c. cum esses de te stam. Et Dominicus in ca. præsenti de off. ordin. Et, qui non est in postremis habendus, eidẽ opinioni adstipulatur Th. Vvalden. tomo 1. lib. 4. ca. 42. & quatuor subse quentibus. Vbi multis patrum testimonijs videtur sibi constantissime probare nullũ penes clericos esse ecclesiasticorum bono rum dominium Secũda nihilominus opi nio est, quam hic tenet S. Thom. videlicet, quod illius portionis quæ particulariter ap plicata est episcopo, perinde videtur domi nus atque aliorum bonorum, quæ secula riter possidet, vt patet in sexta conclusione. Secus, si omnia bona ecclesiæ in communi possiderentur, & eius essent deputationi mã data, vt patet, in tertia & septima. Et eandem opinionem amplectitur Adria. in 4. in materia de restitutione. Tertia est Caie. loco præsenti, quam etiam supra insinua uit, vt lib. præcedenti sub tit. de decimis. vi mus. Partim. n. tenet cum S. Tho. nempe quod regulariter episcopi sint domini suę portionis, postquam facta est bonorum di stributio in quatuor partes. Meditatus est tamen eam exceptionem, quod quando portio illa quæ ipsos contingit, est notabi liter abundans, tunc tenentur duas partes eiusdem portionis in pauperes & fabri cam refundere. Et quamuis expresse non affirmet vtrum teneantur iure charitatis an iustitiæ, tamen sentire videtur, quod te neantur de rigore iustitiæ, sicuti antequã essent diuisa bona. Ex quo fit consequens secundum eum, neutiquam esse vere do minos eiusdem portionis, sicuti non erant tunc totius acerui. At vero secunda opi nio adeo mihi semper pro meo exili iudi cio perua sa fuit, vt quamdiu ecclesia con trarium non definierit, nescio an de illa de cidere possem, eo potissimum cum S Tho. eam teneat, neque vllus eiusdem ordinis pater contrarium expresse dicat, Nõ quod clerum aut certe episcopos ab eleemosy narum vinculo absoluere moliar. Immo quam eos crediderim e idem mandato es se obnoxios, art. seq. expromam. Sed quod vbique cuperem vnam quamlibet rem suo loco & iure pro meo modulo collocare. Ad plenam ego rei intelligentiam duo statim præ foribus prænotare oportet.

Panor. Dñicus. Thom. Vvaldẽsis. Secũda opinio S. Tho. Adrian. Tertia opinio Caieta. Probat opinio S. Tho.

Vnum

Vnum ſcilicet de diuerſis eccleſiæ bonis, atq; alterum de varijs eius ſtantibus. Hæc enim ſummopere rem dilucidat. Et quantum ad primum, quatuor ſunt bonorum temporalium genera quibus fruuntur clerici, vel olim in penu eccleſiaſtico reponebantur. Prima videlicet erant quę Chriſti fideles in primordijs eccleſiæ in commune conferebant vt inde tam clerici quam pauperes alerentur. De quo ritu Actuum quarto ſcriptum eſt, non fuiſſe quemquã egentem inter illos. Nam quotquot poſſeſſiones agrorum aut domorum habebant, vendentes offerebant pretia eorum quæ vendebant, & exponebant ante pedes Apoſtolorum. Diuidebantur autem ſingulis prout cuique opus erat. Et quamuis illud inſtitutum Hieroſolymis ortum habuerit, inualuit mos tamen inde in Chriſtianiſmo vt pariter ſaltem bonorum in cætum clericorum eodem fine Chriſtiani conferrent, neque poſſeſſiones venderentur, ſed permanerẽt in eccleſia. Ait enim Melchiades Papa in can. futuram. 12. quæſt. 1. quod cum Apoſtoli futuram eccleſiam ingentibus præuidiſſent, idcirco prædia in Iudæa minimè ſunt adepti, ſed pretia tantummodo ad fouendas gentes. At vero cum eccleſia ſuccreſceret, omnes, vt maximè de Conſtantino Cæſare conſtat, non ſolum pretia, ſed poſſeſſiones eccleſiæ conferebant Et Vrbanus can. ſtatim proximo: Videntes, inquit, ſummi ſacerdotes plus vtilitatis poſſe conferre ſi hæreditates & agros quos vendebant eccleſijs quibus prę ſidebant epiſcopi traderent, eo quod ex ſumptibus eorum tam præſentibus quam futuris temporibus plura & elegantiora miniſtrare poſſent fidelibus communem vitam ducentibus, quam ex pretio ipſorũ, ceperunt prædia & agros quos vendere ſolebant matricibus eccleſijs tradere, & ex ſumptibus earum viuere. Hęc ille. Forſan enim tunc nondum per totam eccleſiam inoleuerat tam exacta decimarum ſolutio ſed illis fortè diſtributionibus contentus erat clerus, parciſſimè tunc viuens. Alia ſunt bona quę poſtmodum offerri etiam eccleſiæ cœperunt, non ſolum in fabricæ aut pauperum ſubſidium, ſed tanquam ſtipendium alicuius perpetuæ capellaniæ. Immo vero fortè præcisè ad hoc tantum onus, quæ quidem in eccleſijs nunc collegialibus dicuntur anniuerſaria, quorum inſtitutiones extant, in quibus nullius oneris habetur mentio aut fabricæ, aut pauperum, ſed ſolius anniuerſariæ memoriæ perpetuo celebrandę. Quibus adiunguntur & quæ epiſcopalibus ſedibus deuota ſunt, nempe caſtra & vaſalli: de quibus artic. 5. redibit ſermo. Tertium genus bonorum eccleſiaſticorum eſt quotidianæ pitantiæ & oblationes, vel pro ſacris celebrandis, vel quæ ad pedem altaris fiunt. Quartum denique idque ſolenniſſimum eſt decimarum quota iuri clericorum addicta, vt habetur can. decimas. 16. q. 1. & alijs illic pluribus. Et extra, de decimis per totum. Secũdo & id quoque meminiſſe opus eſt quod naſcens clericorum eccleſia, cœpit in communi viuere, in quo vitæ inſtituto nonnihil temporis adoleuit. Ille enim erat decentiſſimus eorum ſtatus, ſi perdurare poſſet, vt patet ex Canon. Clementis, Dilectiſſimis & Cano. citato Vrbani, Videntes, & canon. Simus. & multis alijs 12. q. 1. Nam cum paucitas tunc exiſteret clericorum & eccleſiarum, poterant ſic commode viuere. Immo & in multis eccleſijs cathedralibus etiam nunc ſpecimen aliquod eiuſdẽ vitæ communis retinetur. Quando autem omnia erant in communi, tunc facultati & poteſtati epiſcopi tanquam legitimi diſtributoris erant mancipata, vt clero & fabricæ & pauperibus ſecundum cuiuſque neceſſitatem illa diſtribueret, eaque etiam, ſibi quibus egeret, perciperet, vt habetur Can. cituto, epiſcopus 12. q. 1. Vbi legitur, quod epiſcopus eccleſiaſticarũ rerum habeat poteſtatem ad diſpenſandũ erga omnes, qui indigent, cum omni reuerentia & timore Dei. Et can. ſtatim proximo, Præcipimus. qui eſt inter canones Apoſtolorũ, habetur, quod ſi animę Epiſcopo traditæ ſunt multo magis oportet eum curam de pecunijs agere, ita vt poteſtate eius indigẽtibus omnia diſpenſentur. Idemque continet canon. citatus 39 eorundem Apoſtolorum. At vero exacto paulo plus clericorũ numero, vix illa cõmunis vita tolerari poterat. Vnde tempore iam Aug. in lite erat & ſub iudice, vtrũ deberent ſacerdotes initiari, niſi qui velent in communi viuere. Quoniam, vt .arti. definitum eſt, eorum inſtitutum id neceſſario nõ exigit, ſane cũ paupertatis votum non habeat annexum, neque vero obedientiæ, quam non quiſq; in domo ſua præſtare epiſcopo poſſit Vn-

Quatuor bonorum temporalium genera quibus clerici fruũtur.

Melchiades Papa.

Vrban.

Documẽtum.

Clemẽs Vrban.

Auguſt. de idem Aug. Vt citatur eadem cauſſa 12. q. 1. canon. certè fatetur de ſe ſtatuiſſe, nullum ordinare clericum, niſi qui ſecum vellet manere, aut ſi vellet à propoſito recedere, illi clericatum tollere. Sed ecce, inquit, in conſpectu Dei & veſtro mutuo conſilium. Qui volunt habere aliquid propriũ quibus non ſufficit Deus & eccleſia eius, maneant vbi volunt, & vbi poſſunt, non eis aufero clericatum. Nolo habere hypocritas, &c. Cum autem clerici non cum ſuo capite vitam communem degerent, cæperunt epiſcopi infideliter communia illa diſtribuere. Quare videntes Pontifices non poſſe vitam retineri communem facta bonorum eccleſiæ partitione, in quatuor portiones ſingulas ſingulis addixerunt. Epiſcopo ſcilicet vnam, reliquo vero clero alteram, & fabricæ neceſſitatesque eccleſiæ tertiam, ac denique quartam pauperibus. Idque fieri cœpit circa annum Domini quadringenteſimum ſeptuageſimum, nẽpe in confinibus temporum Hieronym. & Auguſt. Tunc enim ſedit Simplicius Papa, cuius eſt ille can. de redditibus, 12. qu. 2. vbi hæc habetur diuiſio. Et poſt viginti annos ſedit Gelaſius cuius ſunt canones. Vobis enim, &c. Quatuor, quibus eadem diuiſio confirmatur, & poſtea anno fere ſexcenteſimo ſedit Gregor. cuius ſunt canones cognouimus, & mos, quibus eadem refertur partitio. Hæc tempora eo denotauerim, vt ſententiæ quæ de hac re Auguſt. & Hieron. extant de tempore illo, intelligantur quando in communi viuebatur, omniaque erant ſub epiſcopi diſpenſatione. His præmeditatis ad quæſtionem tribus cõcluſionibus reſpondetur. Prima eſt. Si quæ modo alicubi extant illius generis, bona, quæ Chriſtianus populus in ſubſidiũ pauperum offerebat, certum eſt neque illa neque eorum fructus poſſe vel ab epiſcopo vel a clero in totum vſurpari, ſed lege iuſtitiæ debere diſtribui, quæ ſi non diſtribuantur, ille qui diſtributionem omittit, ad reſtitutionẽ tenetur. Libro n. quarto declarauimus iuxta verbum S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 1. quod qui ex debito diſtributionem omittit, illico fit lege commutatiuæ iuſtitiæ reſtitutionis reus. Idem, & quidem certius aſſerendum eſt de bonis quæ hoſpitalibus, ſunt mancipata. Et hic eſt vnus verus ſenſus quintæ concluſionis S. Thom. Quocirca ſi quidpiam bonorum iſtorum reperiantur epiſcopi vſurpaſſe, ſuæq; appoſſe cuiſſe ſedi, ambigi, non poteſt quin ipſa cum fructibus reſtituere teneantur. Hæc tamen cẽſura limites præſentis negotij, exit. Vbi enim contraria iuſtitia non conſtat, ille qui bona fide poſſidet, ab omni reſtitutione eſt liber, quamuis nonnulla ſit ſuſpicio, quod caſtra, & villæ, & aliæ eccleſiarum poſſeſſiones fortaſſe aliquo reſpectu paupe rum fuerint eccleſiæ tributa. Secunda con cluſio ad rem magis pertinens, Prædia, & caſtra, & vniuerſæ poſſeſſiones, ſiue epiſcopali ſedi ſiue canonico collegio, ſiue cuius alij prębendæ eccleſiaſticæ annexæ, non tranſeunt in abſolutum dominium epiſcopi neque ſacerdotis præbendam poſſidens, ſed tantum ſunt earundem poſſeſſionum adminiſtratores. Probatur concluſio. Quia illa neque vendere neque alienare poſſunt niſi de conſenſu epiſcopi & capituli, atq; eorum, quorum intereſt, imò ſæpe niſi Romanę ſedis accedente conſenſu, idque in bonum, & in perpetuitatem eccleſiæ. Hic eſt ſenſus canonis Bonifacij. 12. q. 2. Nulli liceat ignorare Omne quod Domino cõſecratur, ſanctum ſanctorum erit, Domino, & ad ius pertinet ſacerdotum, propter quod inexcuſabilis erit omnis, qui illud a Domino vel eccleſia aufert, vaſtat, & inuadit &c. Et 12. q. 1. canon. expedit. ait Proſper facultates eccleſiæ non proprias, ſed communes eſſe. Vnde eadem cauſſa, & quæſtione, can. multi. & 16. q. 1. can. poſſeſſiones, & per totam quęſtionẽ, & extra de rebus eccleſ. non alienan. arctiſſimè cauetur earum alienatio. Hæc concluſio intelligitur de quibuſcunque bonis quomodocunque ab eccleſia poſſeſſis, ſeu ratione anniuerſariæ capellanię, ſeu cuiuſcũque alius clericalis obſequij. Res eſt clariſſima, & de iſtis in vno ſenſu intelligenda venit concluſio tertia S. Thom. Nam de duobus primis nil reſtat diſputandum. Tertia concluſio Fructuum ex poſſeſſionibus prouenientium, quæ ratione alicuius obſequij clericalis annexæ ſunt eccleſiæ: nempe anniuerſarij, aut capellaniæ, clerici pro ſua quiſque portione ſunt verè domini, ſicuti & quotidianarũ pitantiarũ quę illis pro Miſſis vel alijs diuinis exequijs offerũtur. Et hic erit vnus ſenſus ſextæ conclõnis S. Thom Concluſionem hãc neſcio qs inficiari pt. Enim uero ſi eleemoſinarum quæ pauperib. ero gãtur, dãium acquirunt pauperes, non eſt

Partitio bonorũ eccleſiæ facta eſt anno dñi quadringenteſimo ſeptuageſimo.

Prima concluſ.

Secũda conclu.

Probõ conclu.

Explicatio proximæ cõcluſiõis.

Tertia conclu.

Rõ primæ concluſiõis.

cur

cur dubitetur quin & eleemoſinarum quę fiunt ſacerdotibus fiant & ipſi domini, eo potiſſimum quod, vt dictum eſt, nullum ſuſceperint pauperis votum. Dominia nãque, vt lib. 4 diximus, alio æquiori titulo transferuntur quam libera voluntate trãsferitis, ſed qui eleemoſynam pro Miſſa celebranda vel pro exequiis mortuorum largitur, liberrime pro illo ſpirituali obſequio confert, ergo clericum in vero dominio conſtituit. Neque vllo pacto refert tẽporale ſue ſint tales eleemoſinæ & quotidianæ, an vero perpetuæ ſcilicet fructus prædiorum & poſſeſſionumquæ pro talibus obſequijs mancipatæ ſunt clero abſq. vlla pauperum ratione aut eccleſiæ fabricæ. Item ſtipendia quæ magiſtratibus ciuilibus pro ſuis laboribus dantur, vt iudicibus, prætoribus, quin vero & regibus & alijs dominijs, vere tranſeunt in ipſorũ dominium, ergo & illa quæ clericis pro ſuis obſequiis & muneribus erogantur, cũ ipſi multo pretioſius reipublicæ ſeruiãt. Quod ſi arguas, ſpiritualia non eſſe vendibilia, iam tibi ſuperioribus lib. reſpõſum eſt poſſe clericos ad ſui ſuſtentationem ſtipendia ſuſcipere, & iura quæ ſibi pro mortuorum exequiis & aliis officiis ſtata ſunt percipere, atque adeo eorum dominium acquirere. Ex his colligitur quarta concluſio de epiſcopis. Quod ſi caſtra & prædia quæ habent de quibus artic. 5. dicturi ſumus, conſtet illis non eſſe adiudicatus ſub conditione & modo vt pauperes alant, ſed abſolute ad deferendum eorum ſedi honorem & auctoritatem, quamuis collatores crediderint beneficos eoſdẽ fore Antiſtites in pauperes, nihilominus fructuum earundem poſſeſſionum ſunt veri ac legitimi domini, neque contra rigorem iuſtitiæ faciunt quomodocunque illas diſpendant. Et in hoc ſenſu ẽt verificatur eadem ſexta concluſio S. Tho. Et probatur, quoniam ſi eiuſmodi poſſeſſiones dono illis datæ ſunt abſq. vlla conditione & oneris vinculo, niſi quod maneant in perpetua poſſeſſione ſuccedentium in ſede, nulla eſt ratio iuſtitiæ quæ illis ꝓhibeat eſſe annuorũ fructuum dños. Contra hæc profecto nescio quis firma aliqua ratione réclamare poſſit. De decimis autem tempora diſtinguenda ſunt. Nam de illo quo pro indiuiſo poſſidebãtur & ſicubi nunc ꝓpis eo mõ poſſidentur, ſtatuitur quinta cõcluſio. Tũc non erat penes epiſcopum ita plenum dominium quin diſtribuere partem pauperibus teneretur, ſicuti & ſuam clero, & fabricæ ſuam. Hæc fuit 7. concluſio D. Thom. Nihilominus ambiguitate non caret vtrũ totum decimarum dominium eſſet tunc penes clerum, an pars pene pauperes. Itaque tam æquum ius pauperes haberent ad partem ſuam tamquam vere illius dominij, quam clerus ad ſuam, an potius totum dominium eſſe penes clerum cum illo tamen onere, vt vel miſerię iure, vel ẽt iuſtitiæ. tenerentur illis dare partem. Et quantum coniicio. comunis opinio priorem modum tenere cogitat. Tum quod tanta fructuum copia non cenſetur ſolli clero eſſe addicta, tum quod diuiſio quæ poſtea facta fuit atteſtari vꝰ, partem ſꝑfuiſſe pauperum. At vero reoculatius inſpecta, poſterior modus non ſolum eſt multo credibilior, verũ, vt arbitror certiſſimus, nempe ꝙ dñium non erat niſi penes clerum. Vtq; huius prima ratio hæc eſt q̃ ex ſuperiori lib. colligitur. Decimarum finis alius non fuit quam eccleſiarum ſeruitiũ, ſacrorumq. ac ſacrorũ adminiſtratio Hoc enim ſublato ꝙ eccleſiæ non eſſent, profecto nullæ eſſent populo imperatæ decimæ. Atqui eadem ratio inde cõfirmatur, ꝙ ea de cauſſa exigũtur a populo euangelico decimæ, quo à Moſaico, illic autem, vt Num. 18. conſtat, ſolũ ſoluebantur Leuitis & ſacerdotibus, neq; alia rõne quam ob miniſterium templi, atq; illius legis inſtat taxata eſt ab eccleſia decimarũ quota, nempe ꝙ eccleſiæ noſtræ miniſtri excellentiores ſunt antiquis, vt ait S. Tho. 2. 2. q. 77. art. 1. vbi nulla m aſſignat rationem pauperum. Hinc ergo plane colligitur decimarum dominium penes clerum etiam tunc fuiſſe. Niſi dicas nullum habuiſſe dominium præter Deum quod profecto falſum eſt, quia non Deo, ſed clericis conferuntur, & pro eorum obſequio. Secundo ad idem arguitur, Ius petendi decimas, vt omnium eſt vna confeſſio, ius eccleſiaſticum eſt, quod ideo penes ſolos ſacerdotes exiſtit, non autem penes pauperes. Immo, vt ſupra diximus, neque ipſi quantumcunque inopes ab earum ſolutione liberantur, nullum ergo vnquam penes pauperes fuit decimarum dominium. Accedit hu ctertio inuincibile argumentum. Quod ſi intentio eccleſiæ tunc tem-

Secũda ratio.

Obiectio.

Solutio.

Quarta conclu.

Probõ.

Quinta conclu.

Decimarum dominium ante earum partitionẽ ſolum ẽ penes clerum.

Prima rõ proximæ aſſertionis.

Confirmatio.

Secunda ratio.

temporis fuiſſet pauperes in partem dominij decimarum mittere, profecto non ſolum ſignata eſſet illis ſua quota, verum neque epiſcopo fuiſſet eius ſolutio commiſſa. Imò populo præciperetur vt ſinguli exſuis decimis partem adimerent, quam pauperibus elargirentur. Sicuti in antiqua lege, vt libro ſuperiori vidimus, quilibet ſeparabat decimas pro peregrinis Quidnam.n.opus erat id quod vere erat pauperum, nempe cuius ipſi erant domini, epiſcopo committere vt illis refunderet? Nũquid non ſpiritus ſanctus cuius nutu regebatur eccleſia, bene nouerat non ita multos fere antiſtites qui fideles eſſent futuri diſpenſatores? Quid ergo illis alienum cõmitteretur? Accedit denique q̃ eleemoſinarum ratio, alia eſt a decimarum. Illa.n. vt eleemoſinæ vox teſtatur, tota eſt poſita in miſericordia, cum decimarũ ſolutionẽ ipſiſſima iuſtitia exigat, Ex his ergo fit conſequens, decimarum dominium penes clerum ſemper fuiſſe, perinde atque in antiqua lege fuit penes Leuitas, Nam cum neque alio paupertatis voto ſint ſacerdotes noſtri impediti, neque eis minores, immo multo maiores, ſi vigilanter ſeruiant, labores impendant, non eſt cur, non perinde atque illi efficiantur ſuorum ſtipẽdiorum dñi. Attamen cum tunc clerus non eſſet multum numeroſus, & in cõi viuens paucis eſſet contentus, q̃ æquiſſimum erat vt pauperes pro ſua facultate alerent, & iõ tenebatur eps illã facere diſtributionẽ. Sed adhuc non ſedatur animus quo minus ſciſcitetur quo ad id iure tenerentur, iuſtitiæne an miſericordiæ. Ex vna.n. parte videtur nomen diſtributionis iuſtitiæ legẽ inſinuare, ex altera vero, ſi dñium penes clerum, erat non apparet qua iuſtitia pauperibus deberentur, ſed ſola miſericordiæ, q̃ ſolet etiã ſub reatu mortalis delicti obligare. Enimuero lex iuſtitiæ tunc ſolum locũ habet q̃n aut alienũ poſſides, vt apparet in furto, aut ſub ea ſuſ. epiſti fide vt reddas, vt apparet in mutuo, quorum neutrum locũ hꝛe impræſentiarum vꝛ. Rñdetur ergo q̃ radix illius diſtributionis ex miſeria ꝓfecta eſt, non ex iuſtitiæ debito. Nec parũ hoc ſcire refert, vt in ſubſequentib. liquebit. Sed tñ quia de ſuperfluo eleemoſinam dare præceptum etiã eſt miſericordiæ, vt 2.2.q.32. auctor eſt D. Tho & clericorum collegijs ſuperfluere tunc decimarũ quota videbatur, adiunctum præceptum creditur, vt ſacri canones docere videntur, vt illo modo fieret diſtributio nulla pro tunc deſignata quota pauperibus. At quia præceptum ſemper intra limites miſericordiæ continebatur, vehementer ſuſpicor, libenterq. crederem q̃ omiſſio pro tunc eiuſdẽ diſtributionis non obligabat ad reſtitutionem. Et ne videar primis id aſſerere, non modo Adrian aſtruere videtur, verum & mihi. S. Thom. impræſentiarum inſinuare. Nam cum in quinta concluſione aſſeruiſſet q̃ vbi diſtincta ſunt bona & ſua ſingulis adiudicata, ſi epiſcopus quod alienæ ſortis eſt ſibi ſurripiat, non ſolum mortaliter peccat, verum ad reſtitutionem tenetur, in explicatione tamen ſeptimæ, quæ vbi non ſunt diſtincta loquitur, primum ait q̃ modicus defectus non creat culpam, ſecundo quamuis grandior defectum culpæ attribuat mortali, tamen de reſtitutione nullũ adiecit verbum Quodquidem etſi Caie. neſcio quo aliorſum diuertat, certo tñ crediderim conſulto de reſtitutione ſubticuiſſe, eo q̃ vbi bona indiſtincta ſunt ſolum præceptum miſeriæ agnouit, nõ autem iuſtitiæ. Sicuti vbi portio aliqua hoſpitalibus adiudicata eſt, aut fabricæ, aut aliter pauperibus. Sexta concluſio ad quam præſens diſputatio feſtinabat, tandem cõſtituitur, Poſt factam eccleſiaſticorum fructuum diuiſionem ẽps vere eſt dñs portionis quæ ſibi contingit, neque vllo iuſtitiæ vinculo quidquam illius pauperibus aut cuiuis alteri debet. Concluſionem hanc, vt ſupra dicere ceperam, non eo aĩo affirmauerim vt ad minores eleemoſinas eos crediderim obligari, quã qui in diuerſa ſunt opinione, vt art. ſeq. patebit. Sed quo legitimum ius ab eo q̃ legitimum non eſt, ꝓ meo captu diſcernã. Eſt autẽ contra duas non nihilo differentes opiniones aſſerenda, primũ videlicet contra primam recitatum Alexandri & quorundam Iuriſconſultorum, qui hæreticum in iure arbitrantur vllum penes clericos eſſe eccleſiaſticorum fructuum dominium. Deinde contra tertiam Caie. qui opi. D. Tho. moderatus, excipit caſum vbi decimarum copia exuberans eſt. Et primum q̃ hæc fuerit S. Th. opin. clariſſime ex ſexta eius concluſione conſtat, quæ ferme idem eſt quæ hæc noſtra, quippe vbi ait. De his quæ ſpecialiter epiſ. vſui deputata ſunt, eadẽ eſſet videtur

Poſtrema rõ. Corrollarium.

Dubitatio.

Rõdubitandi.

Rñſio.

S. Tho.

Adrian.

Sexta cõcluſio.

ratio

ratio quæ de proprijs bonis, vt illic declarauimus. Et vt arti. 6. vt in solutione tertij adnotauimus, cum arguitur esset episcopos, saltem quantum ad stipendia suarum functionum, debere esse voto paupertatis opponitur. At vero non est sola D Tho. auctoritas, quamuis sola esse possit quæ hanc opinionem persuadeat. Arguitur ergo primo contra primam opinionē quæ omne prorsus eiusmodi dominium denegat, ex ipsa iuris diuisione. Diuidere nanque ecclesiasticos fructus in quatuor partes, nihil aliud effingi pōt fuisse q̄ suæ cuilibet dominium adiudicare, ergo sicut reliquus clerus dominium habet suæ portionis, & fabrica suæ, & pauperes suæ (vbi designata est) ita & eps habebit suæ. Nam profecto discrimen excogitari nequit vllum. Sed probatur antecedens. Etenim quia ecclesia, vt dicebamus, more & vsu experiebatur epos in distributione fidem frangere, abstulit eis distribuendi arbitrium, & id eo ne plus iusto caperent consignata est illis portio qua viuerent, atque adeo suo dominio addicta, sicuti & suæ singulis aliorū. Et ita tenet glos. super c. duo sunt. 12. q. 1. Et facit ad id ca peruenit extra, de fideiuss. vbi præcipitur de beneficiorum fructibus satis fieri clerici creditoribus q̄ si nō essent fructuū dñii, nō præciperetur. Secundo arguitur, Si per illam diuisionem non esset epo suæ portionis dñium ascriptū, sed perinde teneretur eandem distribuere, atque antea totam, frustranea profecto esset diuisio. Cum ergo non frustra facta sit, sed vt cuique sua certa esset portio, manifeste colligitur perinde ei applicatum esse dñiū suæ sortis, ac reliquis dominia suarum. Vnde in ca. citato vobis. 12. q. 2. eisdem verbis explicatur episcopi portio atq; aliorum. Ait enim Gelasius, Antistes, de quatuor portionibus vnum sibi tollat, aliam clericis pro suo iudicio & electione dispertiat, tertiam pauperibus fabricę vero quartam. Quid ergo est, sibi tollat, quę sua sit? sicuti & reliquæ aliorum. Vnde postea successit temporis factum est vt episcopo prius fuerit attempta distributio, sed ex ipso cumulo fabrica suam partem capit, & clerus suam. Tertio arguitur. In cunctis rei publicæ magistratibus creandis illa semper habetur ratio vt stipendia eis discernantur iusta, quorum porro domini fiūt. Cum ergo episcopus inter omnes tam ciuiles quam ecclesiasticos præstantissimus sane sit, ac maxime necessarius, iniquissima esset eius conditio si non eodem iure episcopo decretum esset stipendium cuius vere esse dominus. Neque obstat quod sit ipse pauperum pauper. Necessitudo enim hęc eam illi obligationem adiungit, quē admodum artic. proximo explicabimus, vt in pauperes sit de sua substantia præ secularibus diuitib. beneficus & misericors. Nam & diuites huius seculi, vt ait Paulus, tenentur etiam in pauperes esse benefici. de suo tamen. Quin vero si in similitudine persistere volumus, pater etiam omnium, quæ tribuit, filijs vere dominus est. Quarto, ideque porro vehementissime, arguitur, Si vera est opinio omnino negantium episcopis ecclesiasticorū fructuū dominium consequens subinde fit (quod ipsi libere fatentur) nullam eis certam partem esse applicatam, sed tantum indultū, vt pro ratione sui status fructibus victitēt, quidquid autem supererit rigore iustitiæ, tanquam veris dominis, egenis conferāt, hoc autem consequens perfectò incredibile est. Facenim quartam partem fructuū episcopi attributam, decem millia ducatorum valere. Et quæro, an totam summam possit suis vsibus insumere? Concedis forte, vbi pro ratione sui status illud fuerit necessarium, sin minus, non potest, nisi quantum est ei necessarium. Quod autem solutio hæc consistere non possit, probatur. Primum, non constitutis certam regulam perquam debeat status decentia iudicari, nam si regula sit, ecclesiæ amplitudo & magestas, profecto illa non est certa, non solet aliqua ecclesia esse magnæ auctoritatis, ac numerosissimi populi, quæ tamen non ita prouentuum temporalium diues, atq. alia multo minoris auctoritatis, longè tñ ditior. Qua propter eps qui ditior est, non est cur non possit ampliorem alere familiam, & maiores facere sumptus. Ecquis. n. renuat, quin epi Hispaniæ possint splendidiorem domum sustentare, quam Italij quippe q̄ bis & ter decuplo locupletiores habent ecclesias. Si autem decentia status pro ratione fructuum æstimari debeat, profecto neque illa est satis fida regula nam posset vice versa ecclesia esse tam paruæ auctoritatis, vt non requireret in episcopo maiorē, etsi

Prima ratio cōtra opinionem negantē epis dominium suæ portionis.

Glossa.

Secūda ratio.

Tertia.

Quarta ratio ad idem.

etſi ditior eſſet. Sed hoc admiſſo neque inde poteſt haberi certitudo. Nam quis debet ſumptus quos epiſcopus poteſt facere admetiri, Etenim ſi dicas ad prudentiam boni viri id eſſe deferendum. inter bonos & prudentes eſt opinionum varietas. Exẽpli gratia, de epiſcopo Salmantino forſan quis prudens ſatis iudicabit vt ſumptus faciat quatuor millium ducatorum & alius concedet ei ſex, & alius octo. Cuinam ergo ſententiæ debet epiſcopus ſtare? Immo, quod euidentius eſt argumentum, demus ſecundum omnes prudentes poſſe conſumere octo millia, quare ſi habeat duodecim, ſatis eſt vt in mendicos quatuor millia effundat. Forſan vult parcius viuere, & non expendere niſi ſex millia. Tunc vtrum illa duo millia quæ ſuperſunt, tenebatur de iuſtitia dare pauperibus? Si negatiue reſpondeatis, ium illum concedis habere plenum dominium octo millium ducatorum, qui ad ſuum ſtatum ſunt neceſſarij atque adeo ſi voluerit fraudare genium ſuũ, illam ſuperſtitem quotam poterit pro ſuo libito expendere, vel in cõſanguineos, vel in alios licitos vſus citra ſcandalum, quod nos probare contendimus. Si vero reſpondeatis, quod dum non cõſumit niſi ſex millia, reliqua duo debet de iuſtitia pauperibus, eadem ratione affirmare perrexeris, quod ſi ex octo milibus quæ expendere in proprios vſus licite poterat, non vult, quia parciſſimus eſt, expendere niſi quatuor, continuo debet pauperibus reliqua quatuor, etſi non vult expendere niſi duo, debet reliqua ſex. Ex quo conſequitur, epiſcopum reſpectu ſuorum bonorum nil aliud eſſe, quam conuiuam ſedentem ad alienam menſam, cui tantum comedere licet quantum libuerit, ſed nihil amplius percipere, quod profecto neſcio quis quãtum ad rigorem iuſtitiæ conceſſerit, nam de officio miſericordiæ nihil modo loquimus. Porro enim ſi eccleſia cum bona in quatuor partes diuiſit, hoc facere cogitaſſet, non illam præſtituiſſet prudentiam, quam certum eſt inſtinctu Spiritus ſancti habuiſſe, nam legem iuſtitiæ quę conſtitutiſſima eſſe debet, in ambiguo reliquiſſet, vtpote in humano arbitrio, quod maxime eſt variabile. Sed ecce aduerſariorum Achilles. Populus Chriſtianus ad nihil amplius ſacerdotibus tenetur, quam illos alere ac ſuſtentare, ergo non aliter illis debuit prouideri, quam quod neceſſaria caperent, reliqua vero pauperibus redderent. At vero illatio hæc fallaciſſima eſt, nam etſi nihil plus ei debeatur quam ſuſtentatio, tamen ratio prudentiæ exigebat vt certum ſtipendium arbitrio eccleſiæ illis ad eandem ſuſtentationem deſtinaretur, porro cuius eſſent veri domini, vt illis neque liberum ſit quantum libuerit capere, neque rurſus inquieta conſcientiam metum incutiat an plus capiant, quam ſibi congruat, ſic enim res habet in republica ciuili. Nil inquam amplius publicis magiſtratibus, nempe ſenatoribus, ac iudicibus quin vero regibus debetur quam ſuſtentatio pro ratione & obſequio quod reipublicæ impendunt, & tamen ſingulis decreta ſunt præſcriptaque certa ſtipendia, alias enim non eſſet bona prouidentia.

Confirmatio.

Solutio.

Quinto arguitur: Si epiſcopis omne adimitur eccleſiaſticorum fructuum dominium, eadem ratione & reliquis ſacerdotibus & toti clero adimi debet quod profecto nemo audet dicere, immo Caietan. hic reliquos ſacerdotes fatetur habere verum dominium, nec teneri de iuſtitia ſua diſtribuere bona. Quod tamen eadem ſit ratio, patet quoniam non eſt cur epiſcopus vilioris hac parte ſit conditionis quã reliqui parœciani ſacerdotes, atq. alij aliarum dignitatum eo' vel maxime, quod ſua eis quarta addicta eſt, ſicut reliquis ſuę. Item, vix percipere iſtorum poſſum opinionem. Aiunt enim epiſcopos non eſſe dominos ſuæ portionis, nihilominus ſatis eſſe, vt quartam partem dent pauperibus. Quid ergo vbi pauperes ſuam habẽt quartam? Imo ſi non habeant, cur non ex toto cumulo illa quarta ſuccidatur, vt antequã fieret diuiſio, ſed ex ſola epiſcopi portione? Adde, quod iam aliarum trium faciunt eum dominum. Sed aiunt, Creduntur epiſcopi fortem pauperum ſibi applicuiſſe. At vero hoc non ita certa ratione cõſtat. Imo (q̃ non crediderim ratione vacare) cum illa quarta pars pauperum, funda mentum ſupra diximus, non habuerit in decimarum iuſtitia, ſed tãtũ in miſericordia, vtpote quia ipſarum cumulus ſuperfluere cenſebatur fortaſſe in alia eccleſiaſtica bñficia mutata eſt, & ideo diſperijt. Eſt. n. hoc ad iſtorũ intellectum apprime obſeruandum, q̃ alere ex decimis pauperes

Quinta ratio.

Obiectio aduerſariorum.

Suffugiũ aduerſariorum.

res, non eſt ius diuinum, neque naturale, ſed merum eccleſiaſticum poſitiuum, idque miſericordiæ, ob idque eccleſia poteſt illud variare.

Nam pauperes naturali ac diuino iure alia via ſunt præter decimas ſuſtentandi. Ad cuius quidem coniecturam accedit, quod præter ſortem epiſcopi, & fabricæ & clericorum, videmus plures alias a decimarum aceruo deciſas, vt ſunt ſacerdotia, quæ appellant præſtimonia, quæ quidem multo maior pars eſt, quam quæ epiſcopum contingit.

Nam eſſe plurimum conſueuit tertia pars totius acerui, quæ quidem beneficia nulla extant memoria qua fuerint ratione inſtituta, ſed ſuſpicari ſolet (nam certa cõiectatio nulla eſt) quòd ad alendos pauperes in ſtudio fuerit deſtinata. Etenim quid aliud in eccleſiaſtici facere teneantur, non legitur. Vnde coniectura fit quod illic fuerit portio pauperum aſſumpta. Immo vero forſan etſi ſub prętextu ſtudij fuerint illæ præbendæ inſtitutæ, ſuſpicione minimè caret, non aliam habuiſſe radicem, quã quòd exuberantibus eccleſiaſticis prouentibus ambitio humana ad illos anhelauit, & ſedem apoſtolicam improbitatibus deuicit, vt illas præbendas ex decimarum trũco amputaret. Præterea iam in Hiſpania & aliis prouincijs bona portio pro regibus excipitur. Non ergo eſt cur iam modo totum onus alendi pauperes ex fructibus eccleſiaſticis, quantum ad rigorem iuſtitiæ attinet, in epiſcopos reiiciatur, quãuis ſuauiſſimo, eiſdemque peculiari miſericordiæ onere, non ſint onerandi. Poſtremum denique, & quod rem concludat argumentum contra aduerſam opinionem informetur aduerſus reſtitutionẽ ad quam iſti aiunt epiſcopos teneri, ſi quidquid illis ſupereſt, pauperibus non reſtituant. Qui enim dicunt rigore iuſtitię, tanquam veris dominis, pauperibus id deberi, ſubſequenter dicere coguntur quod aliter facientes ad reſtitutionem teneantur. Quod autem conſequens inepte, atque vt bona venia dixerim, inaniter concedatur, arguitur. Valeat verbi gratia, vt dicebamus, Salmatinus epiſcopatus pro quarta parte quæ ſibi ſorte obtingit, decẽ millia ducatorum, quorum ſex ad ſuam ſuſtentationem ſecundum ſuã dignitatẽ neceſſaria ſunt. Et ſas reliqua quatuor, quæ pauperibus debebat, illis præſenti anno ſubtraxiſſe, & in alios prodegiſſe proprios vſus, tunc anno ſubſequenti vnde reſtituet? Nam ſex pro ſua ſuſtentatione indiget, & alia quæ ſupererunt quatuor, pauperum ſunt, nihil ergo habet vnde reſtituat. In ſumma, Si quidquid epiſcopo quotannis ſupra neceſſarium redundat, pauperum lege iuſtitiæ eſt, vnde quæſo epiſcop. quod pauperibus ſemel ademit, poſtea reſtituet? Niſi forſan alia habuerit bona patrimonialia, aut niſi dicas debere de parte ſibi neceſſaria ſuum fraudantem genium illa, quæ pauperibus debet abſcindere, quod non eſt conceſſu dignum. Porro ergo opinio hæc nullatenus videtur rationi conſona. Ex his diluta euadit alia quæſtione videlicet, vtrum illi, quibus epiſcopus ſua bona fuerit male elargitus, ſiue conſanguinei fuerint, ſiue alij extranei, ad reſtitutionem teneantur? Illi nanque qui epiſcopum non faciunt dominum, id quidem affirmant, niſi illi tanquam pauperes illa receperint. Attamen ſi epiſcopi vere ſunt domini, vt probatum eſt, quamuis contra præceptum miſericordiæ, exiguitate & nimia parcitate eleemoſinarum mortaliter delinquant, & ſua bona aliter profundant, etiam in malos vſus, vere dominia tranſmittunt.

Quo circa qui illa recipiunt, ad reſtitutionem minime tenentur. Atque idem ante nos ſenſit Adrianus. Et patet exemplum: Dum enim quis cuipiam in extrema neceſſitate conſtituto ſuccurrere prætermittens, id quod illi præbere tenebatur, alteri diuiti prodige contulit, neque ipſe neque ille, qui recipit ullatenus fit reſtituendi reus. Reſtat ergo examinanda Caietan. opinio. quam ſupra diximus medium tenere locum. Vtitur enim hac diſtinctione, nempe quod dum reditus epiſcopales, aut tenues ſunt tantumque ſufficientes epiſcopo, aut mediocres, ita vt ſint parum abundantes, non tenetur de iuſtitia illos diſtribuere, ſed omnino, inquit, iudicandum eſt tunc de iſtis ac præbendis aliorum clericorum, quæ ad ipſorum ſuſtentationem deputatæ ſunt. Arq. hactenus videtur tenere cum San. Thom. videlicet quod perinde illorum bonorum ſint epiſcopi vere domini, vt aliorum quæ ſunt ſibi propria. Quando vero huiuſmodi fructus ſupra id quod eis neceſſarium

Poſtrema rõ.

Eps bona ſuæ portionis prodigẽs ad reſtitutionem minime teneẽ neque illi quibus ſunt collata. Opinio Caieta.

rium, eſt multum redundant, tenentur, inquit, etiam quotam, quæ ſibi obtingit, in tres partes diuidere, quarum vnam largiantur fabricæ, atque alteram pauperibus, ſiquidem clerici iam habent ſuam.

Rō prima Cai. Probatio eius eſt duplex. Prior, quod tunc in ſapientis animum cadere non poteſt, quòd tanti fructus epiſcopo ſint aſſignati pro ſua ſuſtentatione, & ideo fabrica & pauperes non ſunt, inquit, fraudandi in ſua quota. Poſterior vero ratio eſt, quam tetigerat ſecunda ſecundæ quæſtio. 70. articul. 1. vbi cenſuit decimam partem fructuum longe illam proportionem exuperare, qua ſe habent clerici ad Chriſtianū populum, quippe qui vix ſint quadrageſima eius pars. At vero opinionem hanc in primi Caietan. ex D. Thom. elicere nequiuit, quippe qui in ſexta concluſio. ſimpliciter ait, de his quæ epiſcopi vſui ſunt deputata, eandem videri rationem, quæ de proprijs bonis. Et D. Anton. 3. parte, titul. 20. cap. octauo. idem ſimpliciter ſentit. Quin vero hæc opinio Caietan. noua eſt, quæ præter ipſum neminem habuit auctorem. Siquidem omnes in altero duo extremorum ſimpliciter perſiſtunt, nempe aut quod epiſcopi nullum habent dominium, aut quod ſuæ portionis ſimpliciter dominio fungantur. Præterea, diuerſa Caietan. immiſcet in hac opinione.

Secūda. Antoninus.

Primum enim ex eo ſolum, quod fructus epiſcopi ſint multum abundantes, videtur colligere quod teneatur illos in fabricam & pauperes diſpertiri. In ratione autem qua id probat, aliorſum diuertit, nempe quòd fabrica & pauperes nō ſunt defraudandi a ſuis partibus, nimirum inſinuans, fabricam tunc & pauperes nullas habuiſſe partes. Quo ergo perſpicue contra ipſum arguamus, interrogatur ab illo, quomodo intelligat fructus epiſcopi eſſe nimium abundantes. Aut enim intelligit, quòd eius quota maior ſit quam quarta, nempe quia fabrica & pauperes nullam habent portionem, vt ratio eius inſinuat, & tunc ratio quæ illum cogit & fabricæ, & pauperibus proſpicere, non eſt, quod fructus eius nimium abundent, ſed quod præſumatur portiones fabricæ, & pauperum ſibi inique applicuiſſe, cuius tamen non inde ſemper coniectura comperta ſit. Nam forſan portio pauperum, vt ſupra diximus, in aliud beneficium fuerit mutata, aut fortaſſe canonici ſibi ſurripuerunt, aut fortaſſe fabricæ & pauperibus aliter fuerit prouiſum. Hoc autem accidentarium eſt ad propoſitum. Si autem intelligat eiuſmodi fructus nimium eſſe abundantes, non ratione diuiſionis, nempe quod maiorem quotam habeat, quam deberet, ſed quia eccleſiaſtica ipſa eſt pinguis, & ideo portio epiſcopi creſcit ſicut aliæ portiones, tunc graue potius epiſcopum, quam clerum vt de ſua portione rigore iuſtitiæ debeat prouidere fabricæ aut pauperibus magis, quam alij clerici, nulla perſuadet ratio. Nam id quod accidentarium eſt, non mutat ſubſtantiam iuſtitiæ, quod autem fructus vno anno ſint benigniores, alio vero maligniores, aut quod vna eccleſia ſit alia pinguior aut exilior, poterit quidem augere aut minuere vim præcepti miſericordiæ (ſi plus minusve ſuperfluit non autem rationem iuſtitiæ. Eccleſia namque non fecit diuiſionem ex futura varietate pendentem, ſed abſolute dedit epiſcopo quartam, quid quid in futuro foret euentu, & ideo vbi pinguiores ſunt decimæ pinguior etiam eſt epiſcopatus, & pluris epiſcopus ſecundum ſuam decentiam indiget. Quo circa vt ad priorem rationem Caiet reſpondeamus negatur, hoc non poſſe cadere in ſapientis animum.

Primū argu. in Caieta.

Secundo arguitur. Si eiuſmodi fructuum exuberantia iuſtitiam mutaret, ſequeretur quod etiam ſi pauperes haberēt ſuam portionem, & fabricam ſuam, nihilominus de iuſtitia epiſcopus teneretur de ſua illis portione conferre. Immo vero ſi poſtquam ſemel eis contulit, id quoque quod reſtat eſſet ſuperfluens, eadem lex iuſtitiæ cogeret, vt iterum daret, & ſic relabendum eſſet in primam opinionem, quæ omne epiſcopo dominium denegat, ſed aſſerit quidquid illi ſupereſt, de iuſtitia deberi pauperibus. Quare profecto illa media opinio Caietan. ægrius ſuſtineri poteſt, quam prima. Ad ſecundum autem argumentum Caietan. in hoc perſiſtentis, quod decimarum quota exuberās ſit reſpectu proportionis, quam clerus ad reliquum populum, partim lib. 9. ſub tit. de decim. partim nunc proxime reſponſum eſt. Vellem enim ab illis, qui hoc opinantur, cōſiderari, cum in illo rā numeroſo populo qui iuſtū faciebat regnū, non miſi

Secūdū argum.

niſi vnicum eſſet templum, in quo nec ſacramenta gratiam conferentia adminiſtrabantur, neque corpus ſanguisque Dei adorabatur, & nihilominus duodecima gentis pars eius ſeruitio erat mancipata, decimaque pars fructuum in ſubſidium pauperum, ſed libere tanquam eius ſtipendium addicta, cur in noſtra ſacroſancta religione, in qua tam innumera ſunt templa, & in quibus longe excellentius Deus colligitur, exceſſus exiſtimabitur, ſi tot ſint epiſcopi, eaque dignitate & auctoritate viuant, tam ampliusque nutriatur clerus, qui non tantum adminiſtrandis ſacramentis, curæque animarum gerendę ſufficiat, verum & eccleſijs aſſiſtendo cantandoque ſeruiant. Tolle maieſtatem illam ſacerdotum in cathedralibus reliquiſque eccleſijs, illosque cantus quam ſine ſacerdotum numero modulatus eſſe nequit, & animo perſpice quo loco haberetur Chriſtiana religio. Quod ſi talis religionis apparatus neceſſarius eſt, profecto neque decimarum quota ſuperfluit, eo vel maxime, quod vt proxime dicebamus, tantæ iam portiones ad ſeculares titulos ſint inde ſuccisæ. Fateor equidem, vt illic dicebam, tum in ordinatione ſacerdotũ, tum etiam in ſacerdotium præbendarum que prouiſione, quam maxime abuſus patere. Attamen ſi pro rei dignitate ſecundumque diuina iura hæc fierent, ipſique miniſtri loca ſua fideliter tenerent, atque in pauperes eſſent miſericordes, nulla fieret occaſio reliqua aduerſus decimarum quotam, & nonnullas eccleſiarum diuitias obmurmurandi. Per hæc rurſum quæſtio diſſoluitur, quæ ad me aliquando perlata eſt. Sunt enim multa bona eccleſiaſtica in titulum ſecularem tranſmutata, vt patet de regijs tertijs. Quin vero totæ decimæ aliquarum eccleſiarum, vt patet de templariorum bonis & multis alijs quæ illuſtribus dominis adiudicata ſunt, ac iure ſucceſſionis a ſeculanibus poſſidentur. Dubitari ergo poteſt an illa de iuſtitia ſint pauperibus pro ſua protione obnoxia. Sed eſt reſponſio negatiua. Nam totum ius quod pauperes ad decimas habet, eſt poſitiuum & eccleſiaſticum, ſuper quo Papa diſpenſare poteſt & ideo cum ratione aliqua bona eccleſiaſtica ſeculari titulo aſcribit, libera relinquit. Pro ſolutione autem argumentorum, nempe auctoritatum ſanctorum, quas vim magnam oſtentare prima facie fateor. Notandum eſt primo, quod cum auaritia, vt alias diximus, altera ſit iuſtitiæ contraria, quæ proprie furtum & rapina nominatur, altera vero liberalitati, ſanctis patribus illa familiaris Hyperbole, vt auaritiam contra liberalitatem ac miſericordiam, quæ eſt erga pauperes exercenda, rapinæ etiam nomine denotent, propterea quod in neceſſitate omnia communia cenſeant, quo ad vſum. Idque non tantum in clero, verum etiam inſeculari populo. Quamuis de hac re acerbius merito fugillent clericos, ac potiſſimum epiſcopos, vt articulo proximo videbitur, eo quod eleemoſynarum præcepto arctius perſtringuntur. Quare hoc genus rapinæ, reſtitutionis vinculum minime ſecũ affert. Item notandum, multa apud ſanctos patres reperiri dicta de ſtatu clericorum in communi viuentium, quæ tempori factæ diuiſionis non congruunt, multaque alia quæ conſilia duntaxat ſunt, licet illa ſint emphaſi exaggerata, vt formam præ ſe ferant præceptorum. Per hæc ergo argumenta diſſoluunter. Nam vt ab auctoritate Ambroſii exordiamur in fronte præcedentis articuli citata, & diſtinctione 47. canon. Sicut hi quæ rem plurimum elucidat, qua ait. Proprium nemum dicat, quod eſt commune: manifeſtum eſt non proprie de clericis, aut epiſcopis loqui ſed generaliter, vt ait D. Thom. de omni Chriſtiana familia. Ad quemcunque enim auarum ait. Quid propria dicis, quę in hunc mundum non attuliſti? Ad omnes ergo ſubdit. Proprium nemo dicat, quod eſt commune. Plus quam ſufficiat ſumptui, violenter obtentum eſt.

Ad primũ arg.

Duplex modus auaritię apud ſanctos doctores.

Bona eccleſiaſtica in titulum ſecularem traslata pauperibus nullarenus ſunt obnoxia.

Cuius ſimile ait Hierõnymus, vt refertur 42. cano. hoſpitalem. Aliena, inquit, rapere conuincitur qui vltra neceſſaria retinere probatur. Erat enim illorum ſanctorum idioma, vt quidquid ſuperflueret, cõmune cenſerent, quantum ad vſum. Quocirca id etiam quod in ſecundo argumento eiuſdem articuli citatum eſt, ex eodem Hieronym. ſuper illud Iſaiæ. Rapina pauperum in domo veſtra videlicet: quod bona eccleſiaſtica ſunt pauperum propemodum de ſecularibus etiam dixiſſet, nam verbum Prophetæ de omnibus intelligitur, qui eleemoſynas ſubtrahunt quando erogare

erogare debent, quamuis alia ſit gloſſa,
S. Tho. quam D. Thomas inſinuat, nempe quod nomine pauperum non ſolum ſeculares pauperes veniunt, verum & clerici ipſi. Vnde ſicuti dum in communi epiſcopi cum ſuis viuebant neceſſaria ſibi capere poterant, ita dum facta eſt diuiſio, de qua Hieronymus non loquebatur, epiſcopus dominium acquirit ſuæ portionis, ſicuti & reliquus clerus ſuarum ſortium. Similiter reſpondendum eſt ad ea, quæ in fronte præſentis articuli nos obiecimus. Ad primum nanque reſpondetur, verbum Domini, Dignus eſt operarius mercede ſua, aut cibo ſuo, nō tollere quin poſſit epiſcopus dominium acquirere illius portionis quæ arbitrio eccleſiæ pro eius ſuſtentatione taxatur. Verbum autem Pauli, quod habentes alimenta & quibus tegamur, contenti ſimus, non de clericis tantum, ſed vniuerſaliter de omnibus etiam ſecularibus intelligitur, loquitur etiam illic contra diuites huius ſeculi.

Ad ſecũ dum. Ad aliud autem quod Apoſtoli ſine pera miſſi ſunt, iam ſupra reſponſum eſt. Ad ſecundum, nempe ad auctoritatem Proſperi, canon. expedit. 12. q. 1. videlicet facultates eccleſiæ non eſſe proprias, ſed in communi poſſideri, & ad ſimiles canones eiuſdem cauſſæ & quæſtionis reſpondetur, intelligi quantum ad poſſeſſiones, quas, vt dictum eſt, neque diſtrahi neque alienari licet niſi in bonum eccleſiæ. Quod ſi intelligatur de fructibus, vt loqui uidetur canon. epiſcopi, vt ſcilicet quod quidquid de prouiſione eccleſiæ fuerit, ſiue de agris, ſiue de fructibus, ſiue de oblationibus, omnia iure eccleſiæ ſunt ſeruanda, referendum eſt ad tempus, quo clerici in communi viuebant, de quo etiam loquuntur canones, res, & epiſcopos. Dictum autem Auguſ.
Ad Auguſt. quod eſt ad Bonifac. Comitem, & citatur 12. q. 1. cap fin. profecto etſi ad eccleſiaſticos illud applicet, etiam ad ſeculares propemodum attinere ſentit. Nam inducit in illa epiſtola miſericordiæ præceptum quo ſinguli quæ propria poſſidet, communia quantum ad vſum facere debent, ſed quia loquebatur illic contra Donatiſtas, qui conquerebantur bonis ſuis mulctari, ait, quod ſi ad eccleſiam reuerti voluerint, omnia illis fient communia, etiam illa quæ priuatim eccleſia poſſidet.

Quod autem ipſe ait in cano. decimæ. 16. quæſtione 1. nempe quod qui decimas non ſoluit, pauperes enecat, ad tempus referendum eſt, quo in communi viuebatur. Tunc enim decimis pauperes tam ſeculares, quam clerici alebantur. Poſtrema auctoritas Hierony. ad Damaſum, quæ refertur 6. quæſtione cap. quoniam ſingulare Iuriſconſultis negotium faceſſit, virum non ſolum epiſcopi, verum & alii clerici qui bonis paternis aut alio ciuili iure acquiſitis abundant, poſſint de bonis eccleſiaſticis viuere. Ait quippe illic Hierony. clericos qui ſecularibus bonis affluunt, non poſſe bonis pauperum ali, immo ſacrilegium committere, & per abuſionem talium iudicium manducare & bibere. Cuius ſimile habetur in cano. clericos & cano. paſtor eccleſiæ. 1. queſtione 2. Eſt autem apud Panormit. dubium quartum quæſtione 4. libello ſuarum quæſtionum. Sed profecto non erat quæſtio digna tam longa diſputatione, quando-
Panor. Clericũ aliundè idoneũ habẽtes victum poſſunt debonis eccleſiaſticis viuere. quidem vniuerſalis eccleſiæ vſus illam affirmatiue decidit, præter quam quod & rationes & canones eandem ſententiam confirmant. Enimuero cum eccleſiaſticæ præbendæ ceu ſtipendia ſint eccleſiaſticarum functionum nil obſtat quo minus clericos, etſi aliunde valent vitam ducere, poſſint, vti ait Pau. tanquam triturantes boues de area paſci. Vnde 1. queſtione 2. ex concilio Agathen. can. clerici habetur ſine exceptione, quod clerici omnes qui eccleſiæ fideliter vigilanterq; deſeruiunt, ſtipẽdia ſanctis laboribus debita cõſequãtur iuxta verbũ Apoſtoli. Qui ſpiritualia ſeminat, non eſt magnũ ſi temporalia metat. Et iure permittitur, vt ſacerdos propria bona poſſit, ſi libuerit, hæredibus relinquere, & de euangelio viuere. immo ſic habet vſus. Quare epiſcopi debent illa quę ad ſua patrimonia pertinẽt ſcribere, vt habetur can. manifeſta & can ſint manifeſtę. 12. quæſt. 1. vbi permittitur vt eis ſi libuerit, liceat ea ſuis agnatis ac neceſſariis relinquere. Accedit & diuiſio facta in cap. quatuor & de redditibus ibi abſque diſcrimine epiſcopo adiudicata eſt quarta pars. Duabus ergo ſolutionibus, licet Panor. plures congerat, dicti canones ſunt contenti. Prima eſt quam D. Tho. artic. 7. D. Tho. reddit, nempe dicta illa Hieronym. intelligi in extrema paupertũ neceſſitate Cum

enim

enim tunc etiam ſeculares teneantur, aliquid poſſunt elargiri, multo equius epiſcopi matrimonijs pollentes debent eccleſiaſtica bona impertiri. Altera forſan eſt ſolutio, quæ colligitur ex dicto cap. ſacerdos. 1. quæſt. 2. & ex cap. expedit 12. q. 1. nempe quod Hieronym. loquebatur de illo eccleſiæ ſtatu, quando clerici in communi viuentes omnia ſua bona in vnum aceruum conferebant. Dabatur enim eis optio, vt bona ſua retinerent, aut parentibus ſuiſque neceſſarijs relinquerent, & de eccleſiæ fructibus cum reliquis pauperibus vitam ducerent, aut ſi mallent, ſua retinere, quæ illis ſufficerent, ſed tamen ſumptui parcerent, horum quæ in communi poſſidebantur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ſingulari iure teneantur epiſcopi præ ſecularibus diuinibus ad eleemoſinarum ſubſidium.

Primũ argum.

POſtquam de dominio eccleſiaſticorũ fructuum viſum eſt, ſequitur, vt de eleemoſinarum iure quo epiſcopi tenentur, quartas ſubdatur articulus. Arguitur enim quod non arctius eccleſiaſtici teneantur quam ſeculares, nam ſi perinde veri ſunt ſuorum fructuũ domini ac ſeculares ſuorum, nulla ſupereſſe videtur ratio quæ illos arctius perſtringat quam ſeculares. Secundo. Officium miſericordiæ extra extremam neceſſitatem non obligat niſi de ſuperfluo, ſunt autem multi ſeculares diuites, quibus affluentiora ſunt bona, pluſque ſuo ſtatui ſuperfluentia, quam epiſcopis, ergo non ipſi in vniuerſum diſtrictiori eleemoſinarum iure tenentur. In contrarium autem eſtquod epiſcopi peculiariter ſunt patres pauperũ. Vnde ad Nepotianum Hierony. quo refertur 12. qu. 2. Gloria epiſcopi eſt pauperum opibus prouidere ignominia ſacerdotis eſt, proprijs, ſtudere diuitijs.

Secũdũ.

Hieron.

Hactenus de rigore iuſtitiæ loquuti ſumus, ſecundum quem pro captu noſtro aliud cenſere nequiuimus, quam quod epiſcopi ſuæ ſint portionis domini. Nam propter nullum miſericordiæ opus veritas iuſtitiæ, aut neganda eſt, aut occultanda, ſed nihilominus, vt illic dicebam, non erat nobis animus in eadem confirmanda veritate, epiſcoporum, ſacerdotumque conſcientias eoſque eleuare vt maligniores ſint, cordiſque duriores in pauperes. Immo vero, vt meum de hac re iudicium expromam, longe eos vrgentius, ſi id mihi auctoritatis arrogaretur, ad ſtringerem, quam multi alij, quos vidi alteram opinionem ſequutos. Conueni inquam multos tenentes, epiſcopos non eſſe dominos, ſed de iuſtitia quidquid eis exundat, debere pauperibus, nihilominus ſatis eſſe aſſeuerantes ſi ſextam aut quartam partem egenis largiantur. Immo audias aliquos, qui prælatum habentem centum millia ducatorum, ſatisfeciſſe exiſtiment, ſi ſex aut decem millia tribuat, quod profecto ego mihi perſuaſum habeo nunquam. Tribus ergo concluſionibus ad quæſtionem reſpondetur. Prima eſt, quæ ex ſuperiori articulo ſubinfertur. Neque epiſcopus neque ſacerdotum vllus illius portionis, quæ ſibi contingit, ea iuſtitiæ lege ad eleemoſinas obligatur, vt ſi quas omiſerit, ad reſtitutionem teneatur. Enimuero ſi verum eſt, quod per celebrem eccleſię diuiſionem adiudicatum eis eſt ſuæ portionis abſolutum dominium, non alio iure tenentur de illa ad eleemoſinas, quam de alijs bonis, vt ſexta noſtra concluſione, quam etiam monſtrauimus eſſe ſancti Thom. adnotatum à nobis eſt. Exceptus hinc tamen cenſendus eſt ſemper caſus, quo vehementi ſuſpicione laboratur epiſcopum aliqua bona ſeu fabricæ ſeu hoſpitalibus aut alia ratione pauperibus conſignata, ſibi applicuiſſe, tunc enim certum eſt, iuſtitiæ lege ad reſtitutionem teneri. Extra tamen eiuſmodi caſus liberi ſunt ab illa diſtributionis forma & vinculo, quo dum in communi viuebant, tenebantur, atque adeo nullo conſtringuntur iuſtitiæ præcepto. Secunda concluſio. Mandato miſericordiæ, quo vniuerſi, vti ſecunda, ſecundę quæſtio. 52. auctor eſt S. Thom. & grauium Theologorum plerique, ad eleemoſinas coguntur & epiſcopi inter omnes Chriſtianos, ac ſubinde inter omnes mortales arctiſſime perſtringuntur. Concluſio hæc multis nominibus comprobatur. Primum,

Prima conclu. Probõ.

Secũda conclu.

Prima ratio cõcluſiõis.

vt modo dicebam, quod epiſcopi eſſe tenentur viduis fauore & auxilio ceu mariti, orphanis tanquam patres, ac denique vniuerſis mendicis & inopibus ſingulare præſidium ac ſuffugium. Enimuero cum virtutum cultus animarumque ſubinde ſalus ſæpenumero in rerum temporalium egeſtate periclitetur, qua ratione Salomon, vt diuitiarum abundantiam, ſic & rerum inopiam metuebat, & epiſcopi paſtores ſint animarum, non modo verbo & exemplo paſcere promouereque gregem tenentur, verum & re ipſis indigis ſuppetias ferre. Viduarum enim honeſtas ac virginum pudor rei familiaris penuria vehementer arietatur, & famem patientes, furandi, peierandi, decipiendi, multaque id genus incommoda intentandi periculis ſunt expoſiti. Quibus cauendis Antiſtites pro ſua quiſque facultate proſpicere vigilantiſſime debent. Secundo accedit, quod quamuis propter collabentem clericorum vitam facta ſit illa diuiſio, qua cuique ſua portio adiudicata eſt, nihilominus epiſcopi exuere non debent antequam illam eccleſiæ pulchritudinem, quæ in ſubſidio pauperum elucebat, nimirum quando Apoſtoli diaconorum miniſterio tam impensè viduarum, orphanorum, indigentiumque curam gerebant. Neque vero debent prorſus de memoria delere eccleſiaſticos fructus ſpirituales eſſe, gratiaque diuini cultus, & peculiariter in honorem Chriſti impenſos, cui tam cordi fuit pauperes ſuæ familiæ commendare, ac potiſſimum paſtoribus quibus illam fideliter commiſit. Tertio accedit huc, quod caput ipſum præcepti miſericordiæ, nempe rerum redundantia & ſuperfluitas, cæteris paribus, multo maior eſt aut eſſe debet in epiſcopis, quam ſecularibus. Primum enim frugalius viuere debent, multoque cum minori pompa quam diuites huius mundi. Neque conuiuiorum ſplendor & lautities illis eſt licita, neque alios domeſticus apparatus. Nam, vt ait Hiero. de altari illis viuere fas eſt, non luxuriari. Præterea cum vxoribus careant, eximio inde ſumptu eripiuntur, quo mariti premuntur. Atque adeo cum neque proles habeant quibus debeant, maioricatus inſtituere, aut aliter in perpetuum prouidere, non alios debent habere filios quam pauperes, neque conſanguineis aliter prouidere, quam pauperibus. Haud enim his debet erogare, quibus ſua ſufficiunt, vt habetur canon paſtor eccleſiæ. 12. quæſtio. 1. Quamuis documentum hoc non ſummo rigore intelligendum eſt, ſed grano ſalis, hoc eſt naturali æquitate condiendum. Haud enim vbi ſcandalum caueri poteſt vitio eſt prorſus vertendum, ſi epiſcopus qui pingui eccleſię prefectus eſt conſanguineos antea indigos quadam victus mediocritate honeſtet, non pro ſua tantum vita, ſed pro ſuis ſucceſſoribus in perpetuum. Non in quam vt locupletia creet primogenitorum iura, ſed vt quadamtenus ſtatum illi mutare poſſint, vt abſque neceſſitate de inceps vitam ducant. Si enim qui viginti aut eo plura, immo qui decem vel quinde cim habet ducatorum millia, quartam partem in pauperes & pios vſus erogauerit, profecto ab omnibus cenſebitur ſuo debito feciſſe ſatis. Et ſi tertiam in tales vſus diſpenſauerit, nihil ab eo amplius quantum ad cauendam culpam res attinet, deſiderabitur. Cum ergo reſiduum abſque vllo ſcandalo poſſit licite in proprios vſus conſumere, cur non ei licebit ex reliquis ſumptibus tantillum quotannis adimere, vt poſſit honeſtam ſuſtentationem, eandemque perpetuam alicui conſanguineo relinquere? Sed fateor ſcandalum attente ſemper eſſe cauendum. Quod tunc vtique cauebitur, dum ſubditi amplas pro eius facultate viderint Antiſtitem eleemoſinas profundere, & quod dat conſanguineo, de ſuis proprijs ſumptibus ſuccidere, neque vero ipſum eouſque locupletare, vt de humilimo ſtatu ad illuſtrem ſubleuet. Hic igitur non quod ſuperbis & ambitioſus velim indultum iri, dixerim, ſed vt quod mihi rei veritas offert, non diffitear. Tertia concluſio. Præceptum hoc eleemoſinarum, quo epiſcopi perſtringuntur, non poteſt vniuerſim ſecundum quartam aut quintam, maiorem aut minorem aliquo am partem exiſtimari, ſed ſecundum iudicium prudentum, penſata tum prouentuum quantitate, tum & pauperum indigentia, ac temporum calamitate. Concluſio cunctis liquida fiet, qui rationem præcepti miſericordiæ fuerint perſcrutati. Eſt enim vt de ſuperfluo fiat, ſuperfluum autem reſpectu ſtatus tam poſſidentis

Secũda ratio.

Tertia.

Moderatio proximæ aſſertiõis.

Tertia concluſio.

Explanatur concluſio.

ſidentis quam indigentij venit exiſtimandum. Exempli gratia. Sunt Itali epiſcopi, qui cum decimas non habeant, vix habent vnde viuere queant. Illis ergo nullus aut perquam exiguus inijciendus eſt ſcrupulus, ſi eleemoſinas non faciant. Immo & præter illos ſunt etiam, qui quamuis decimis fruantur, proueniunt illis tamen adeo tenues & malignæ, vt ſi ſextam aut minorem partem in pauperes refundat, ſatis ſint feciſſe cenſendi. Qui autem duo triaue millia ducatorum, & eo amplius habent profecto niſi vel quintam vel ſaltem ſextam partem diſtribuant, non debent exiſtimare, ſe abunde præceptum compleuiſſe. Quorum aut reditus viginti aut triginta millia exuperant, profecto maiorem deberent elargiri partem. Hæc autem exempli gratia dicta ſint, nam & temporum calamitas, vt dicebam, & pauperum frequentia rigorem poteſt augere præcepti. Quod autem de epiſcopis dictum eſt, id de reliquis etiam ſacerdotibus ſuo gradu intelligendum, ac de ijs præſertim, quibus animarum cura incumbit, atque adeo de religioſorum monaſterijs, quibus prouentus redundant. Quocirca non debent epiſcopi ob id ſecurius pacare conſcientias, ſi in eleemoſinis erogandis remiſſiores ſint, quod vinculo iuſtitiæ ad reſtitutionem non teneantur, ſatis ſe proinde facturos arbitrantes, ſi in mortis articulo ſacramento pœnitentiæ eiuſmodi culpas abluant. Nam cum etiam præceptum miſericordiæ, de quo præfati ſumus, ſub reatu mortalis criminis obliget, inde ſatis debent exterreri, vt fidem Deo ſuo illęſam ſeruent, præterquam quod quamuis lex eos iuſtitiæ ad reſtitutionem non obliget, deberit profecto eorum confeſſarij, tam durante vita quam in mortis articulo, eis quos pauperum negligente nouerint, per modum ſacramentalis ſatisfactionis largiſſimas eleemoſinas imponere, vt eodem propemodum res recidat, ac ſi lege iuſtitiæ ad reſtitutionem tenerentur. Modus autem eleemoſinarum Chriſto gratiſſimus eſt, vt in præſentes pauperes ſint diuites benigni. Non quidem inficias ierim, quin vbi hoſpitalia extructa non ſunt, laudabile epiſcopo ſit eorum fabricis vacare, atque adeo eccleſiarum ruinas reficere. Attamē quod vt ſuum nomen perpetuo celebret, in ædificijs ampliandis & perornandis ea inſumat, quibus preſentibus pauperibus ſuccurri poſſet, ne fame perirent, non ſolum vanum, ſed & profecto pernicioſum, & Chriſto ingratiſſimum eſt. Quod enim ait, Pauperes ſemper habebitis vobiſcum, id moniti auribus exhibet, vt cura nos eorum pauperum angat, qui nobiſcum ſunt futuris enim miſeris per futuros Deus miſericordes proſpiciet. Atque ex his argumentorum ſolutio colligitur, quæ in vertice quæſtionis propoſita ſunt.

Modos eleemoſinarum Deo gratiſſimus.

Ad primum nemque reſpōdetur, quod etſi lege iuſtitię non magis epiſcopi vinciā tur, quam diuites ſeculares, tenentur tamen ſtrictori miſericordiæ nexu.

Ad ſecundum autem reſpondetur, quod etſi accidere poſſit vt laicus prę nimia diuinarum exuberantia vrgentius ad eleemoſinas obligetur, quam epiſcopus, tamen epiſcopi cœteris paribus ratione ſui ſtatus preſſius ac vehementius vrgentur. Ad ſecū dū arg.

ARTICVLVS V.

Vtrum eccleſiaſtico ſtatui condecens ſit inter alias poſſeſſiones caſtra vaſallosque ac iuriſdictionem ciuilem habere.

QVoniam articu. 3. inter alia eccleſia ſtica bona de oppidis meminimus non ab re fuerit, de hoc poſſeſſionum genere articul. quintum adhibere. Apparet namque eccleſiaſticis Antiſtibus atque alijs dignitatibus minime congruere caſtra & oppida poſſidere, aut vaſallos ciuili iuriſdictione gubernandos. Primum, quod eccleſiaſticus ſtatus, ſpiritualis eſt, atque adeo Chriſti obſequio totus mancipatus, ciuilis autem ſtatus totus eſt ſecularis, atque in rebus temporalibus poſitus, vbi plurimum iniquitatis commiſcetur. Quare vt lux & tenebræ, differre videntur. Ait autem Paul. 2. ad Corin. 6. Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Secundo eccleſiaſticus ordo in ſeceſſu potiſſimum ſilentioq; Primū argum. Paulus. Argu. 2.

contemplationis poſitus eſt, ciuilis autem litibus fraudibus, atque alijs id genus negotiorum turbinibus expoſitus, quibus ne ceſſe eſt Antiſtitum mentes à ſua quiete ſæpenumero deturbari, eo potiſſimum, quod cauſſæ ſanguinis in illo foro agitantur, quibus ne ſe cruentet, omnis clericus prohibetur, non ergo illis congruit
Argu. 3. eiuſmodi turbulentis rebus præceſſe, ſed illa omnia poſthabere. Tertiam de priſco more antiquæ legis, ſumitur argumentum. Leuitis namque nulla poſſeſſionum ſors conſignata fuit, ſed ſolum decimarum ſubſidium. Sed & de Chriſti exemplo quartum adhibetur. Nam, vt libro quarto, ſub titu. de domino, dicebamus, & ſuper capit. 1. Matthæi, latius commonſtrauimus, nullum ipſe ſeculare regnum huius mundi accepit, ſed tantum
Argu. 4. fuit rex regni cælorum. In res autem temporales ea fuit præciſe, quatenus homo, poteſtate contentus, vt in ordine ad finem redemptionis, quando ad eundem finem opus eſſet quibuſuis temporalibus vteretur. Id quod illic ſignificauit, vbi dixit. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Et vbi Luc. 12. petenti vt inter ſe & fratrem iudicaret, reſpondit? Quis me conſtituit iudicem aut diuiſorem ſuper vos? Et alibi ſæpe, ergo neque ſuos adminiſtros ciuilis
Argu. 5. iuriſdictio debet. Quinto, Eiuſmodi iuriſdictio & ſecularis in vaſallos poteſtas ad ſuperbum factum & mundi extollentiam epiſcopos exagitat, quę humilitati ac modeſtiæ, qua illos Chriſtus inſtituit ex diametro aduerſantur, ſecundum illud eius admonitum, Matthæ. 20. Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt poteſtatem exercent in eos. Non ita erit inter vos, ſed quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter, & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus, ſicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Non ergo eccleſiaſticis dignitatibus decorum eſt, ſed plurimum indecorum eiuſmodi ſecularibus iuriſdictionibus ſplendeſcere, multoque minus conuenire videtur religioſis monaſterijs, per quorum ingreſſum ſeculo renuntiatur, omnesque ſeculares pompæ poſt terga relinquuntur.
Argu. 6. Sexto demum arguitur. Ciues illi ſunt præſidibus in cauſis ciuilibus & criminali-

bus committendi, à quibus decentius gubernentur. Seculares autem non poſſunt in eiuſmodi cauſſis per eccleſiaſticos rite & recte gubernari, tum quod illos non decet ciuilibus legibus imbutos, tum præſertim, quod illa auctoritate non pollent, vt ſubditi ſint terrori, qui ad arcendam humanam audaciam, perquam neceſſarius eſt. Immo vſque adeo videntur precario in rebus ciuilibus præſidere, vt deſpicientes eos ſubditi ad regias curias ſuas cauſſas deuoluant. Qua ratione admonet nos Paulus ad Timoth. vt nemo militans Deo implicet ſe negotijs ſecularibus. Et Chriſtus duobus gladijs fuit contentus, qui eſſent diſtincti, & ſicuti in cœlo, ita & in terra voluit duo eſſe luminaria, nempe auctoritatem ſacram Pontificum & regalem poteſtatem, vt habetur 96. diſtinctio. canon. duo. Ha d ergo ex pedit ciuilem iuriſdictionem cum eccleſia ſtica commiſceri. In contrarium eſt Chriſtianorum vſus à Sylueſtri, & Conſtantini ſeculo per ſanctiſſimos patres atque orthodoxos Cæſares, & reges approbatiſſimus, per quem conſtat non ſolum primã eccleſiæ ſedem, verum & alias inferiores eiuſmodi dotationibus eſſe decoratas, in quibus permulti habentur vaſalli, non ſolum epiſcopis, verum & monaſteriorum abbatibus ſubiecti.

Paulus.

Sylueſt. Conſtãtinus.

Quæſtionem hanc non ſolum quia præſens tractatio eam exigebat hic attexere ſtatuimus, verum, quia hiſce diebus de illa controuertitur. Duo tamen ſunt eiuſdem quæſtionis membra. Vnum vtrum ad eccleſiæ decorum condecens ſint eiuſmodi ciuili auctoritate fungi. Secundo, vtrum propter aliquam emergentem neceſſitatem reipublicæ eccleſiaſticę, vel ciuilis expediat eadem caſtra, & vaſallos ſecularibus vendere. Et quidem de ſecundo non conſtitui, ad dicendum me ita multum inſinuare, quia cum negotium ſit ad Summum Pontificem, atque ad Cæſarem attinens, non eſt meum, niſi interrogatum reſpondere.

Duo qõ nis mẽbra

Ad priorem ergo quæſtio. partem vna eademq; affirmatiua concluſione more noſtro reſpondetur. Conſentaneũ eccleſiaſticę auctoritati fuit inter alias rerũ tempora lĩ dotes & hac quoque inſigniri, vt caſtra, imò vero vrbes cũ poteſtate vtriuſq; gladij

Concl rñſiua.

ſub

ſub ſuo habere dominio. Concluſio hæc
Probō. vel inde maxime probatur, quod Chriſtianiſſimi Imperatores tempore ſanctiſſimorum Pontificum eiuſmodi dotationibus eccleſiam honeſtarunt. In primis Conſtãtinus ille Magnus, maximuſque Chriſtianæ religionis cultor & fautor, inter alia priuilegia quibus eccleſiam accumulauit & hac etiam eam auxit auctoritate vt Rom. cum alijs vrbibus Apoſt. ſeddi donauerit. Et Theodoſius poſtea tempore Ambr. atq; alij deinceps multi catholicorum Cæſares id genus donationibus eccleſiam locupletarunt, quas quidem niſi vt ſanctum haberetur, neque ipſi obtuliſſent, neque illi ſancti Antiſtites accepiſſent. Accedit quod vt noſtrarum Annales tradunt. Chriſtiani Hiſpaniarum reges cum Mauros ex prouincia bellis depellebant pro partis victorijs de eidem caſtris atque opibus, quæ de hoſtium manibus eripiebant, offerebãt eccleſiæ, non ſolum epiſcopales ſedes illo modo augendo, verum & monaſteria vtriuſque ſexus fundando & ditando. Quod ergo illi Chriſti amantes fecerunt, omni potius ratione defendendum eſt, quam ali
Rō qua quo pacto condemnandum. Ratio ergo,
re Chri quã illi eccleſiarum fundatores ſibi in aniſtiani. mum inducebant, hęc erat, quod cum tem
Principesolim poralia omnia propter ſpiritualia, in eorũ
eccleſiã que ſeruitium condita ſint, & homines (qđ
tã multis opib. noſtrum ingenium eſt) rerũ iſtarum ſplen
ditarũt. dore maxime moueantur, nam cognitio noſtra, vt natura docet, a ſenſu incipit, ope ræpretium exiſtimarunt eccleſiam non ſolum ſanctis legibus inſtituere, verum & rerum facultatibus inſtruere & fulcire, vt Chriſtiano populo illam repræſentans maieſtatem, maiori haberetur in prætio & veneration em. Eadem enim de cauſſa, vt nobiles atque illuſtres ſacris initiarentur, qui eccleſiæ eſſent ſtabilimentum, iura permittunt, vt duo poſſint habere ſacerdotia, vt habetur cap. de multa. de præben. Haud equidem neſcio ſtatim obmoliri quemquã
Prima poſſe huic ſententiæ argumenta. Primum
obiectio ab Apoſtol. exemplo & priſcorum præſu-
cõtra p̃. lum, qui huiuſmodi faſtus præ nimia ſua
fatam aſ humilitate abigebant. Secundo ab abſur-
ſertionẽ do, vſu namque & experimento comper-
Secũda. tum eſt, huiuſmodi ſeculares epiſcoporum poſſeſſiones multa attuliſſe incommoda, videlicet non ſolum bella & eorum defenſionem, ſed etiam hæreſum turbas & rebellionum inſultus, aduerſus eccleſiam Germaniæ namque, atque Angliæ hoc in cauſſa etiam ponitur turbatarum rerum, quod neque principes ſeculares ferre æquo animo poterant epiſcoporum potentatum, neque vulgus monaſteriorum diuitias. Immo & religiones ipſas inde plurimum videmus labefactatas, quod immodicis diuitijs abundant.

Ad primum autem reſpondetur, vt libro nono, ſub titulo de decimis dicebam quod ſi omnes epiſcopi & eccleſiæ prælati eſſent. vel ſicut Petrus, vel ſicut Auguſt. aut Martinus, aut Nicolaus, vt ſanctitate poſſent a Chriſtiano populo benevolentiam ac reuerentiam captare, forſan non eſſet opus eccleſiæ eiuſmodi ſubſidis temporalibus fulciri. Sed tamen quia tam numeroſam multitudinem epiſcoporum ac ſacerdotum, quam eſt eccleſiæ neceſſaria, illa religione pollere, non eſt poſſibile, conſultum alio modo eſt, vt exiſtimatio eccleſiæ conſeruetur, & ſint qui quodammodo virtutum, literarumque culturam horum reſpectu animentur. Ad primã obiectionẽ.

Ad ſecundum autem reſpondemus, vt ſæpe conſueuimus, quod humanis moribus non poteſt vlla vel ratio vel prudentia ita prouidentes mederi, quin temporum iniquitas omnia corrumpat. Negari enim non poteſt, quin eccleſiarum diuitiæ multa ſpiritualibus rebus pericula conflent, ſed forte maiora crearet paupertas, niſi, quod impoſſibile eſt, ſacerdotes & populi omnes ſancti eſſet. Experimur enim vbi epiſcopi pauperes ſunt, in nullo haberi pretio, & mendicantes ſacerdotes præter eos qui intra clauſtra nutriuntur, vilipendio haberi, & ſic omnia eccleſiaſtica penſſundari. Et re vera antiſtites niſi vllam ſecularem etiam habeant poteſtatem, vix poſſent vitia caſtigare. Immo etiam in Germania, niſi catholici eccleſiarum præſules potentatibus ſecularibus ſubnixi eſſent, omnia eſſent iam fortaſſe à tyrannis hæreticis obtrita, & conſumpta. Quocirca, vt argumento reſpondeamus, principium ſecularium ambitio, & inextinguibilis ſitis qui eccleſiaſticis ſua bona ſemper inuident, quibuſque eos expoliare armis ac technis cupiunt, Ad ſecũdum.

licet caussa fuerit vt ecclesiasticum statum contenderint demoliri, nullum est argumentum quod ecclesiam non deceat eiusmodi facultatibus pollere, tametsi diffitendum non sit, quin excessus in hoc sicuti in omnibus alijs rebus accidere possit, videlicet vt nimium plusque iusto locupletentur ecclesiæ. Nam vt historia Exod. 36. prodit, cum videre Moyses tanta animi promptitudine populum aurum & purpuram, & reliqua ad ornatum & cultum tabernaculi necessaria afferre vt exuberarent, præconis voce cantari iussit ac prohiberi, ne vir aut mulier quidquam vltra amplius offerret in opus sanctuarij.

Ius naturale patrocinat̃ p̃teritę assertioni.

Adiungitur in fauorem eiusdem conclusionis ius etiam naturale. Nam cum reges cuncta per se gubernare nequeant, sed necesse habeant Comitibus, atque alijs potentatibus partem iurisdictionis committere, duntamen semper penes eos suprema potestas resideat, non est cur ecclesiastici antistites ab huiusmodi functione obigantur. Sane cum ipsos, si eorum statum spectes, credendum est tum iustius & æquius, tum etiam mitius & maiori cum beneuolentia subditorum lites & caussas, aut compositurus, aut iudicaturos, maiorique ex charitate vitia iudicaturos. Hac enim confidentia freti antiqui reges, huiusmodi iurisdictiones illis committebant nempe quia fore certo sperabant vt tamquam patres filios essent subditos tractaturi. Quapropter prælare secum agi ciues existimabant, cum ecclesiæ iurisdictioni subdebantur. Et re vera, vt absit inuidia verbo, nisi vbi ecclesiasticus dominus corruptimus est, experimento didicimus multo minoribus exactionibus ecclesiasticorum subditos premi, quam secularium dominorum Nihil in reges obloquimur, penes quos est summa potestas. Atque adeo ecclesiastici, qui secus faciunt in peiori sunt crimine, maiorique digni reprehensione. His veruntamen nihil obstantibus, diffitendum non est quin plures multo ciuiles iurisdictiones sint secularibus committendæ, quam ecclesiasticis, nam illis ratione sui status natiuum est illud regimen ecclesiasticis vero, accessorium. Accedunt huc & sanctorum testimonia. Aug. nanq; in illa quinquagesima citata epistola ad Bonif. comitem, egregie laudat Constantini religionem, vel inde etiam quod ecclesiam eiusmodi donationibus locupletauit, idemq. latius Hom. 6. super Ioan. & Melchiades Papa eiusdem factũ plurimũ commendat can. futuram. 12. q. 1. nempe quod sedem Imperialem relinqueret, & beato Petro suisq. successoribus pro futuram concederet. Et Vrb. in canone statim proximo, videntes, itidem institutum laudat, quod possessiones ecclesiæ traditę nõ vendantur. Inter quas non dubium quin etiam essent vassalli. Patrocinãtur eidem conclusioni & omnia testimonia supra citata, obnixe prohibentia ne ecclesiæ bona alienentur. Idemque commendatur utroque can. Constantinus. 96. dist. & Iustin. in Authentico, de rerum ecclesiasticarũ alienatione, collatio. 5. mirifice constabilire consolidareque studet immobiles cunctas ecclesiarum possessiones. Imo vero adeo sancta habenda est hæc ueritas, quod ecclesiæ liceat immobiles possessiones nullo excepto genere habere, ut Vvicleff, vel de hoc etiam habitus fuerit hæreticus quod Constantinum eo vituperabat, quod ecclesiam tam ampledotasset, vt refert Thomas Vvaldens. tomo 1. lib. 4. q. 39. Aiebat enim impius ille quod cum voluntas supremi Domini Christi ex euangelio non constaret huiusmodi approbantis donationes, vituperio potius quam laudi dandum esset Constantino factum illud. Ex quo subinferebat ex illo tum temporis articu. ecclesiam cæpisse labascere.

Ciuiles iurisdictiones frequentius sæcularib. quam ecclesiasticis cnm mittẽdę sunt. August.

Melchiades.

Vrban.

Iustinianus.

Vvicleff

Vvaldã.

At vero cum vnicuique liberum sit sua bona donare, & ecclesia non sit recipere inhibita, quamuis aliud non esset in euangelio testimonium hoc satis esset ad illius egregium facinus commendandum eo, potissimum, quod, vt iterum atque iterum diximus, tam sancti Pontifices non solum eas susceperunt, sed & conferentes facerent animarum, & ne vllus illas vel alienare uel inuadere auderet sanctissime dehortati sunt. Male ergo de fide Catholica audire illum necesse est qui eiusmodi ecclesiasticas possessiones, aut contra ius diuinum donatas ecclesiæ dixerit, aut non omni rationi & religioni esse consentaneas, Id quod per solutiones argumentorum clarius elucebit. Si autem hæc, ut res habet, uera sunt,

attentas

attentas oportet, Christianasque considerationes adhibere antequam ecclesiasticæ sedes & sacra collegia de eiusmodi possessionibus deturbentur. Nihil enim aduersus reges obmurmurandum est, quos non est credibile aliter quam extrema necessitate constrictos quidpiam quod aliquem mali colorem præferat, a sede Apostolica petere, neque contra Pontificem Maximum, quem minui est opinabile quidpiam aliquid quam maturo consilio concedere. Attamen res est vsque adeo magni momenti, vt nisi permultis prius in consilium adhibitis considerationibus nō sit decernenda. Fatemur equidem calamitosa tempora, caposse Christianæ reipublicæ creare pericula, vt etiam ex ecclesiasticis redditibus sint ad illa propulsandum auctoritate apostolica conquirenda subsidia. At vero antequam huiusmodi ecclesiæ dotationes secularibus diuendatur, primum omnium explorandum summa fide est, an causa ingruat vere necessaria. Mox oculate meditandum, an aliquo modo inde decoloretur ecclesia, aliquodue honoris detrimentum accipiat, nam si res ita habet, omnia sunt tempora lia posthabenda, eis potissimum temporibus quando hæretici & verbis & factis ecclesiam suis dotibus denundare contendunt, atque adeo paupertate obscurare. Si enim catholicorum facta eorum ausibus responderint, approbare eorum dogmata videbimur. Deinde & id quoque considerate attendendum, vtrum regia maiestas & ciuilis respublicis inde maius capiat emolumentum, nam si quę ecclesijs inferuntur, regi aut reipublica accresceret, inde posset ratio huiusmodi venditionis vires aliquas acquirere. Tamen quod in alios seculares dominos transfundantur, videndum est, an expedientius sit regi, eo potissimum, quod illa pretia quæ ecclesijs refunduntur, ex regijs possessionibus subtrahuntur, sed magnates sunt qui illa ratione pinguescunt. Tertio, & id quoque ex charitate pensandum, vtrum eiusmodi venditiones in rem sint subditorum, nempe an credendum sit, cum tanta benevolē tia & charitate tractandos fore a secularibus possessoribus, quam ab ecclesijs supportantur. Et quarto nihilo minori consilio perpendendum, quod cum Papa pater sit ecclesiarum. reges autem patroni, licet possint ab ecclesiasticis subsidia posce re, id tamen tunc fas erit quando secolarium tributa non sufficerint. Sunt enim piæ omnibus qui vel ratione sanguinis vel alijs priuilegijs a tributorum exactione eximuntur, immunes custodiendi. Supra hæc autem omnia, quando ad ecclesiasticos recurrere necesse esset, deberet ab omnibus æqua libra eiusmodi subsidium exigi. Vnde si qui vasallos habent ob id præ alijs grauentur, nulla id ferre valebit æquitas, nam cum vasalli pretio neque modicum æstimentur, illos suis dominis eripere, non repenso pro illis pretio, sed præcia prouenturum compensatione facta, iustitiæ lex ferre non videtur. In summa, consulendi sunt sanctorum canones, qui vt supra diximus istiusmodi alienationes omnimode vetant. Ait enim Bonifa. 12 q. 2. Nulli liceat ignorare, omne quod Domino consecratur, siue fuerit homo, siue animal, siue ager, vel quidquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum est Domino, & ideo inexcusabilem quid illud eripuerit vel iuuaserit, nempe quia non hominibus tantum, sed Deo ipsi consecratum est. Quare Gregor. capite subsequenti, excommunicationi eum vult subiacere, qui etiam concessione regis quidpiam tale possederit. Idemque sanctissime cauit Nicola Papa, can de rebus, eadem causa & quæstione videlicet vt si quæ semel Deo contributa atque dicata sunt, & postea sub occasione principum inuadun tur atque diripiuntur, excommunicationis vt dicta vsque ad emendationem possessor coerceatur. Hęc non dubium quin sanctissimus Papa & iustissimus quisque regum diu ac multum sint meditaturi, antequam tam antiquis tamque sanctis iuribus ecclesiam expolient nimirum inter alias Dei vltrones & hanc quoque extime scentes, & ne & ipsos de suis permitat Deus deturbari. Nam si olim reges hæc suarum victoriarum vota esse ducebant, vt tum Deo gratias referrent, tum ecclesiasticum ordinem, qui pro se preces funderet, gratum haberent timendum est, ne si eodem honore, & rerum possessiones, ecclesiæ priuentur, & orationes priuatum tepescant, & regum victoriæ non sint adeo frequentes.

Bonifa.

Gregor.

Nicola.

Ad primū arg.

Ad primum igitur argumẽtum reſpondetur, quod quamuis eccleſiaſticus ordo ſpiritualis ſit, atque in hoc a ciuili temporalique republica diſtans, nulla inde tamẽ repugnantia emergit, quo minus poſſit ec cleſiaſticus præſul ciuibus ciuiliter præſide re. Nam virtus iuſtitiæ, adeo rebus ſpiritua libus non obuerſatur, vt inde maxime vires ſplendoremque accipiat. Neque locus Pauli adductus, huc pertinet, ſed ad commercium fidelium cum infidelibus. Ait enim. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? &c. vnde concludit, Aut quæ pars fideli cum infideli? Vnde ſimiliter ad

Ad ſecũ dũ arg.

ſecundum reſpondetur, quod etſi epiſcopa lis dignitas plurimum debeat contempla tioni vacare, poteſt nihilominus homines probatæ vitæ ac eruditionis cauſſis ſecularibus audiendis, præficere, qui ad ſe ſæpe recurrant. Debet enim epiſcopus & Mariam agere, & Martham. Quod quidem ſine hoc quod ſanguinis ſententiam per ſe

Ad tertiũ arg.

proferat, perficere poteſt.

Ad tertium autem reſpondetur diſparem rationem inter legem noſtram & Moſaicam internoſci. Etenim cum terram illam Deus populo donaſſet, voluit tribum Leui, vt templo eſſet totus adductus, a negotio agriculturæ ſubleuare, atque hac ratione nulla eſt conſignata eis ſors. In noſtra tamen præter decimas poſſunt Chriſtiani ſua bona eccleſiæ donare. Et quantum ad iuriſdictionem non vetabantur ſacerdotes illam habere. Imò multum temporis penes ſacerdotes regimẽ populi perdurauit, quoniam ſacerdotium illud non illum gradum ſpiritualiter annexum ha-

Adquartũ argu.

beat quem noſtrum. Quartum autem quod de Chriſti exemplo ſumitur argumentum, maiorem præ ſe fert energiam, quippe qui ciuile regnum mundi non accipit. Ad id nihilominus reſpondetur, illud duntaxat inde colligi quod poteſtas ſpiritualis non conſtituit republica ciuiliter ad miniſtranda. Haud tamen ſubinde interdicitur, quo minus eccleſiaſtici præſules annexas habere poſſint ſuis ſedibus eiuſmodi iuriſdictiones.

Adquintũ argu.

Ad quintum reſpondetur, quod etſi ab eiuſmodi potentatibus quadamtenus pateat ad ſuperbiam præcipitium, tamen res de ſui natura exiſtimanda eſt. Natura autem & conditio eorum qui eccleſiaſtica dignitate polent, vt ſupra diximus, eſt perfectionis ſtatus. Et ideo omnia hæc caduca & lubrica ſecularia ſic debens poſſidere, vt omnia inde pullulantia pericula vincere poſſint. Quod autem de religioſorum monaſterijs ſubditur, quibus minus, congrue re eiuſmodi faſtus apparet, reſpondetur, in primis monachales ordinis, quibus clauſtra mendicatum exire non licet, neceſſe eſt auctoribus opibus abundare, ne eos inopia de ſua quiete pertubet. Fuerunt enim ſemper illa religionis inſtituta quam maximè eccleſiæ vtilia, quæ ſi ſuum decorem ſeruent, maximo ſunt fauore fouenda. Et inter alias ratio cur illis oppida cum iuriſdictione oblata ſunt, fuiſſe creditur vt expeditius poſſent ac quietius ſuos prouentus colligere. Neque profecto eorum inſtituto repugnat eiuſmodi vaſallos per idoneos miniſtros gubernare. De qua re quã plura locuntur iura.

Ad cõfirmationem.

Ad ſextũ argu.

Ad ſextum denique & poſtremũ, quod rem diſtrictius videtur vrgere, reſpondetens fatemur, quod nullatenus eccleſiaſtici valent ſuos vaſallos niſi regio fauore regere ac gubernare. Nam ſi rex penes quem ſumma ſita eſt poteſtas iuriſdictionibus ſua inferioribus non fauet, neceſſe eſt omnes corruere. Sed ſi hoc argumentum alicuius eſſet energiæ, pari vigore probaret, quod neque antiſtites decet eccleſiaſticas habere iuriſdictiones, quoniam niſi per regiam auctoritatem ſuſtententur, ſatius eſſet de medio tolli. Si autem ex eccleſiaſticorum tribunalia, ſiue ciuilia ſiue eccleſiaſtica, perinde atque reliqua omnia, quaſi ſua propria, à ſuisque prædeceſſoribus indulta confouerer, nihilo minori decentia & auctoritate eccleſiaſtici ſuos ſubditos gubernaret, quam ſecu lares. In vtroque enim ordine ſunt qui bene, ſunt quoque qui male ſuos magiſtratus adminiſtrent.

QVÆ-

QVÆSTIO V.

DE CLERICORVM debito officio.

ARTICVLVS I.

Vtrum inter officia eorum qui ſacris initiantur pecnliare ad quod omnes generatim tenentur, ſit, conſtitutos pſalmos ſtatis horis perſoluere.

QVM præcedens quæſtio de eccleſiaſticis bonis ac ſtipēdijs fuerit inſtitura, res ipſa poſtulat, vt clericorum officia, quorum gratia eadem eccleſiaſtica bona cōſtituta ſunt, quibuſque ea promereri debent, perpendamus. Apparet namque clerum neque qui in ſacris eſt, ad ſtatas horas perſoluendas minimè teneri. Enimuero cum horarum canonicarum ſpenſio graue nimis cenſeatur iugum, non apparet ab eccleſia vniuerſo clero licite imponenda, niſi tale Chriſti aut Apoſtolorum inſtitutionem prius in ſacra pagina legiſſet, quæ tamē nuſquā inibi reperitur. Imo vero Chriſtus, Matt. 6. non aliam nos orationem docuit, quā, Pater noſter. Non ergo tenentur clerici ad horas Canonicas pendendas. Secundo arguitur, Oratio in hoc ſeruit vt mens in Deum eleuetur, Deoque noſtra deſideria aperiamus, quæ largitate ſuæ miſericordiæ expleat, ad hoc autem nulla opus eſt voce, cum Deo noſtra patentia ſint corda, ergo non opus eſt uocali oratione. Sed ſatis eſt, vti Chriſtus docuit. Ioan. 4. adorare Deum in ſpiritu & veritate. Et vt ait. 1. ad Corint. 14. Paul. Orare ſpiritu, orare, & mēte. Tertio Clerici, ſaltem quibus animarū incumbit cura, ad hoc poriſſimum munus inſtituti ſunt, vt ſacramenta populo adminiſtrent, verboque eum ac doctrina paſcant, & prudentia gubernent ac modereētur, illi ergo ſaltem non eſt cur alios perſoluere Pſalmos obligentur. Incontrariū eſt textus concilij Agathenſ extra de celebra. Miſſarum, cap presbyter. vbi omnes presbyteri iubentur vt expleto manè matutinali officio, penſum ſeruitutis ſuæ, videlicet Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam, Veſperamque perſoluant. Et poſtea demum additur Complectorium, vt iuxta verbum Prophetæ, Septies in laudes dicamus Deo.

1. Argu.

Arg. 2.

Arg. 3.

Concilij Agathenſ

Cum multa ſint obſequia & munia, quibus clerus ſua ſtipendia meret, qualia sūt ſacramenta adminiſtrare, & prædicare, viſitare, iudicare, & id genus reliqua de illis, vtpote quæ ad rem præſentem nullam afferunt difficultatem, ſed alia poſcunt, quibus diſputentur loca, non fert animus impræſentiarum dicere. Eſſet enim opus in immenſum protrahere, ſed tantū de pſalmorum penſione, quas horas Canonicas appellant, quæ quidem obligatio vniuerſum clerum in ſacris agentem comprehēdit. Cuiuſq; ideo omiſſione dominiū prouentuū eccleſiaſticorum, modo inferius explicando, amittitur, de quibus præcedēti quæſt. diſputatum eſt. Affirmatiua autē huius queſt. veritas, & aduerſus hæreticos aſſerenda eſt, & pro catholicis diſſerenda. Nunquam enim a primordijs naſcentis eccleſiæ hæretici defuere, qui hoc ſacroſanctum inſtitutum concuſſerint, demoliriq; contenderint. Fuit quippe antiquiſſima hæreſis qua Pelagiani infecti ſunt, vt Aug. lib. de hæreſibus, c. 88. refert, qui orationes eccleſiaſticas deſtruebant. Imò omnem neceſſitatem orandi negabant, ſed ſatis exiſtimabant bonam ducere uitam, eo q̄ gratiam non Deo referebant acceptam, ſed proprijs viribus tribuebant. Eandemque hæreſim ſuſtinuit Vvicleph, vt Thomas Vvaldenſ. in initio quinti tomi de ſacramentalibus refert, dicens, ſatis eſſe bonam vitā. Primus autē qui in mūdo ſemē illius hæreſis iecit, fuit famoſus ille Nemrob, de quo refertur Gen. 10. De illo enim ſuisque aſſeclis legitur Eccl. 16. Non exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes, qui deſtructi ſunt, confidentes ſuæ virtuti. De quo Nemrob Ioſephus etiam lib. 1. Antiquitatum ſic ait. Cum eſſet audacior & manu fortiſſimus, ſuadebat ſuis, vt non Deo aſcriberent, quod hominibus per illum fœlicitas eueniret, ſed q̄ hoc eis propria virtute præberetur. Cum enim orationis vis illic ſubnitatur, quod nihil nobis boni niſi a Deo prouenire poteſt qui neceſſitatem diuini ſubſidij diffitentur, nullam poſſunt in oratione religionem agnoſcere. At vero non eſt præſentis inſtituti de oratione in genere, quatenus ad priuatas

Fit planus qōnis titulus.

Auguſt.

Vvicleff Thom. Vvaldē.

Ioſeph.

priuatas & ſolennes ac publicas commune nomen eſt diſputare. Hoc enim alius eſt loci, ſed tantum de publicis, quas eccleſia clerum perſoluere iubet. Qui enim religionem orandi Deum diffitetur, non eſt dignus qui inter rationales creaturas aſcribatur. Haud enim humanam tantum naturam ignorat, quæ a Deo prorſum eſt pendens, verum & diuinæ propriam gloriam adimit, imò Deum ipſum de rebus ſublatum contendit. Prima enim ſupremaque orationis virtus non eſt reſpectu noſtri eſtimanda, nempè quod per eam cũcta nobis bona imprecamur & obtinemus tam temporalia quam æterna, ſed reſpectu Dei, videlicet quod per ipſam confitemur profitemurque perennem omnium bonorum fontem in Deo exiſtere, vtpote qui totius bonitatis ſubſtantia ſit, ex cuius nutu cuncta dependent, quæ extra ipſum exiſtunt. Hanc enim confeſſionem qui oraturus ad Deum accedit, debet primum caput rationis conſtituere. Quę quidem maxima omnium eſt quæ Deo poſſunt eſſe gratiſſimæ per quamque adeo ſumma ab ipſo beneuolẽtia captatur. Vnde quod tantopere a nobis efflagitat vt ab ipſo aliquid petamus, & quod Chriſtus tam ſit enter optat, vt in nomine eius quidquid nobis opus fuerit, poſtulemus, non tam ob noſtrum commodum quam ob ipſius gloriam deſiderat. Vnde Io. 16. ægre conqueritur, dicens, Vſque modo nõ petiſtis quid quam in nomine meo, petite & accipietis. Quaſi dicat, nondum mihi iſtam tribuiſtis gloriam, quæ tanquam vero Deo ab omnibus mihi debetur.

Prima orationis virtus

Bona vita ſine oratione exiſtere nõ poteſt.

Reſpõdetur ergo Pelagianis & Vvicleſtiſtis, quod non ſolum bona vita ſine oratione non ſufficit, imò neque exiſtere poteſt. Nam bona vita quæ Deo grata eſt, ex ſola gratia & fauore ipſius ſupranaturaliter procedit, quę quidem per orationem impetramus. Ipſi autem quia tale ſuperna turale auxilium vt ſuis vitribus ſubnixit, neceſſarium eſſe negant, virtutem ſubinde orationis ignorant ſed proprijs meritis fidunt. Horſum ergo hęc dixerim, quod qui orationem abnegant, vel diuinam prorſus de medio tollunt, prouidentiam, vel omnia putant ex neceſſitate contingere, quare digni non ſunt, cũ quibus vlla neatur diſputatio. Ad rem ergo præſentem reuerentes, cum duplex ſit oratio, vna priuata ad quam quiſque præcepto illo, Petite & accepietis, tenetur, atque altera publica, quæ per miniſtros eccleſiæ fit, non de illa, ſed de hac peculiariter præſentem inimus quæſtionem. Hanc autem idem Vvicleph, vt ibidẽ Vvaldenſ. refert, hac ratione repudiabat quod ceu ſanctiſſimum fundamentum ducebat, vt primo argumento, quod ſuum eſt ſignificabamus, nihil eſſe prorſus inter eccleſiaſticas ceremonias permittendum, quod in ſacra pagina non ſit expreſſum. Quod quidem fundamentum fuit ante ipſum Lollardotum, & multo anteà Arrianorum, & nunc etiam eſt Latheranorum. Reliqua enim omnia appellant Phariſæorum traditiones. Quapropter præciſa verba conſecrationis totam eſſe Miſſam aiunt cætera vero, adiectitia, nempè tam veſtes quam lectiones atque orationes, inuenta eſſe hominum, atque adeo horas canonicas penitus è ſuis eccleſijs eradicarunt. Quare eſto, inquiunt, orare bonum ſit tanquam pars bonæ vitæ debet eſſe tamen in cuiuſque libertate tam temporis orandi quam modus. Quam quidem hæreſim Aeneas Syluius in libro de origine Bohemorum, antiquioribus Vvaldenſibus impingit, qui dicebant in horis canonicis cantandis fruſtrà tempus teri. His ergo præcenſitis catholica veritas quinque concluſionibus conſtituitur, tum quantum ad ſubſtantiã rei ſpectat, tum etiam quantum ad orationem numerum, & ſtatas horas attinet. Prima ſit, Impendio quam decentiſſimum eccleſiæ decoro fuit, & ad ſalutem Chriſtiani populi quam maxime neceſſarium, clerum inſtituere, cui præter ſacramentorum adminiſtrationem id etiam proprio munere incumberet vt quotidie Pſalmos Deo nomine totius populi offerret. Ratio namque naturalis manifeſta eſt. Enimuero cum inter omnia reipublicæ munia & functiones religio cuius q; diuinus apicem teneat, cuius præcipua pars eſt. Deum laudibus extollere, precibus q; nobis placare, multo ſanctiſſima æquitate perſuaſum eſſe debuit Chriſtianis, & ſicut militiæ milites mancipati ſunt, & rudicatibus iudices, atque alijs functionibus ſui magiſtratus & miniſtri, ſic & clerici deputati ſint, vt non ſolum ſacramentis populum ſanctifi-cent, de trina q; & exemplo promoueat, verum & qui publico populi nomine, qui alijs

Duplex oratio.

Motiuũ Vvicleph ad terminãdã oratione publicẽ

Aeneas Syluius.

Prima conclu.

Rõ'concluſionis.

alijs artibus opificijsque & muneribus ac negocijs occupatus id iugiter facere nequit, inceſſanter Deo laudes dicant, preceſque fundant, tanquam inter Deum & populum mediatores, qui videlicet vt miniſterium gerunt deriuandi populum gratiam per ſacramenta, ſic & nomine populi gratias illi viciſſim rependat, & quæ illi neceſſaria ſunt ſubſidia poſcant, ac potiſſimum peccatorum remiſſionem. Hac enim de cauſſa, ut eſt ca. 4. apud Oſeam, Sacerdotes peccata populi comedunt, hoc eſt, populi eleemoſinas, quas in peccatorum remiſſionē offert. Accedit huc ratio ſecūda. quod cum hmōi laudum precumque celebratio ea debeat lingua, arteque ac rerum peritia celebrati qua tota plebis pollere non poteſt, neceſſe eſt, perſonas eſſe deſtinatas quæ ſicut in cæteris artibus fit, docte ſint faciendi. Secunda concluſio, Non ſolum perſonas apprime decuit eſſe huic muneri deſtinatas, verum & ſtata tempora & horas quibus Pſalmi eiuſmodi & laudes celebrentur. Cuius plures exiſtunt rationes. Prima quod quando temporis articuli cuique negotio fixi non ſunt, neque ordo eſſe poteſt neque vlla ſubinde perpetuitas. Eſt enim hoc ingenium noſtrum, quod vbi tempore non conſtringimur, quod nos nos rei faciendæ admoneat, libertas ſtatim laxatur differendi negotia, qua ratione mos faciledi ſperiit. Quare qui perpetuo durare conſtituit, vt tempora figat opus habet. Secundo & illic nos huius ad Theſſalo. admonitos curauit, v bi ait: Ideo & nos gratias agimus Deo ſine intermiſſione. Et expreſſius ca. ‹. Sine intermiſſione orare, Hæc enim intermiſſionis prohibitio intelligi nequit adeo abſolute, vt nullum temporis refectioni aut ſomno tribuamus, ſed ſine intermiſſione intelligitur, hoc eſt nulla hora ad id conſtituta prætermiſſa. Vnde cum ſinguli plebis eundem ordinem euocantibus aliis curis, tenere nequeant, neceſſe fuit certo hominum ordini eandem demandare curam ſine intermiſſione orandi. Tertio. Id patet, quoniam, vt ait Sapiens, omnia tempus habent, atque vnaquæque res ſuum proprium, quod profecto orationi, quam maxime congruit, Cum enim inter omnia negotia altiſſimum ſilentium exigat, non omnia tempora talē habent ad orandum aptitudinem. Noctis .n. tranquilitas ad orationem inuitat maxime, qua ratione Dauid. Media, inquit nocte ſurgebam ad confitēdum tibi. Quo fit, vt horæ antemeridianæ, quo ſunt auroræ viciniores, eo ſint orationi congruentiores, pomeridianæ vero, quo nocti magis accedunt, eo ad orationē minus apte. Quarto demum id potiſſimum inde confirmatur, quod cum populus ad earūdem laudum celebrationem concurrere dēat, niſi tempora ſtata eſſent quibus ad eundem cultum accederent, non poſſent omnes ſimul concurrere, neq; ſcirent quomodo negotia familiaria deberēt diſponere, vt orationum religioni non eſſent impedimento. Ex his demum conſequitur concluſio tertia, nempè qp & loca ſita eſſe decet quibus eiuſmodi laudum Pſalmorum que oblatio fiat, cum quod cum cultus res ſit ſacratiſſima, locus ille conſecrari debet atque adeo vaſa veſtimentaque & alia ornamenta, quibus maieſtatis quæ adotatur repræſentatio fiat, tum etiam quod cum oratio in communi fieri debeat (nam vbi ſunt vnus, duo, vel tres, in nomine Chriſti congregati, illic ſe ipſe adſtiturum pollicitus eſt,) niſi locus deſignatus ſit commode orari non poteſt. Hanc. n. tertiā cōcluſionem ad iecimus, eo quod brutalis Vvicleff, vt Vvalden. Tom. 3. de ſacris, titulo 17. c. 43. refert, templa abominabatur. At quādo hiſtoriæ tam phanæ quam prophanæ eum non vincerent. inde tamē deberent conuinci, quod cum reliquis publicis actibus ſua ſint loca deſtinata vt forum ad iudicandum, ſenatus ad conſilia conferenda, & ſcholæ ad docendum, quin & theatra ad ludos ſpectandum, nulla ei reſtabat ratio templorum religionem abnegandi, quibus populus in vnum congregatus Deum ſuū adoraret. Sed ecce argumentum ſuum. In ſtatu innocentiæ non fuiſſent templa ſicuti neque veſtes, vt nuditas primorum parentum ante peccatum atteſtatur, Chriſtus autem voluit ad nos ad illum ſtatum reuocare, ergo neque noſtrum ſtatum eiuſmodi fabricæ decent. Vide quam ſit brutus hominis ſyllogiſmus. Primum quamuis in illo ſtatu aeris inclementia nullam neceſſitatem tegumentorum induxiſſet, forſan propter pulchritudinem & artium exercitium, aliqua fuiſſent

Secūda conclu.

Secūda conclu.

Prima ratio.

Secūda ratio.

Tertia conclu.

Quarta conclu.

Tertia conclu.

Vvicleff Vvald. Probō conclu-ſionis.

Argum.

Vvicleff

Solutio.

ſent opificia fabrificata. At eſto, templa non fuiſſent ſtructa, nihilominus mortales illi Deum coluiſſent, atque adeo, vt plus quam credibile eſt, in vnum ad Deum adorandum laudandumque conueniſſent. Quare ſecundum noſtræ naturæ ſtatum neceſſaria ſunt templa, quibus eãdem religionem colamus. Sed de huiuſmodi probationibus ſtatim latius.

Quarta conclu. Quarta concluſio, ad rem maximè propriam. Quemadmodum perſonas, templaque, & reliqua ornamenta definita eſſe condecuit & præſcripta ſic & Pſalmos, orationes, ac preces, conſtitutas eſſe, fuit ad eundem cultum neceſſarium. Probatur.

Probõ prima. Quoniam eiuſmodi laudum cultum oportuit doctrina maxima & prudentia eſſe præfinitum, quæ quidem eruditio in ſingulis eſſe non poteſt. Quare opus fuit ab eccleſiæ primoribus immo a toto cętu cui ſpiritus ſanctus præeſt fuiſſe inuentum legeque firmum, ſicuti & reliquas leges neceſſe eſt non a ſingulis ciuibus, ſed a tota republica inſtitui. Secundo. Quia vt in

Probõ ſecũda. reliquo cultu ſic præcipue in gratiarum laudumque actione, atque in orationibus & precationibus neceſſarium fuit totus Chriſtianus populus vnitatem repræſentaret, vt hac maximè ratione, quod ait Paul. vnam fidem vnum baptiſma, atque vnum Deum profiteremur. Hæc autem concordia & vnitas ſeruari non potuit, niſi Pſalmorum corpus & ſubſtantia lege conſtitueretur, quæ eſſet vniuerſis Chriſtianis ſeruãda. Dixerim corpus & ſubſtantia, quia nihil incõgruit, immo eſt congruentiſſimum, vt variæ prouinciæ in horarum ſolutione nonnihil varient, vt eccleſia, quemadmodum eam Sapiens depinxit, reginam referat a dextris ſponſi aſſiſtentem, circumamictam varietate. Hæc de publicis orationibus quantum ad perſonas & reliquas circunſtantias temporis, locique & modi, tenuiter affirmata, antè quam ad quintam cõcluſionem de ſeptenario horãrum numero deſcẽdamus, operæ pretium eſt firmiori antiquitatis molimine & vallo confirmare ac præmunire. Hæc enim omnia naturali iure & vtriuſque teſtamenti diuino, ac ſubinde humano corroborantur & conſtabiliuntur.

Prima ratio in Primũ quippe omnium natura ipſa, quę figmẽtum eſt Dei, vniuerſos mortales ſola eius lege viuentes, vt cumque de deorum varietate perditè ac impiè opinarentur, nihilominus docuit quidquid deorum colerent, ſacerdotes eſſe neceſſarios, & lucos, templaque & deſignatas aras, quibus ſtatis horis conſtitutisque ceremoniis religionem colerent. Cuius bona pars erant pſalmos ſuo more concinere, precesque tam in bellis, quam in quibuſcunque aliis negotiis rebusque gerendis ad Deum fundere, cum vt eum ſibi propitiarentur, tum vt eidem gratias referrent. Cuius ritus tum alii, tum Valerius Maximus libro primo, capit. primo commemorat, vbi ait. Maiore ſtatus ſolem neſque ceremonias Pontificum ſcientia explicatas curaſſe, vt priſco inſtituto rebus diuinis daretur opera, videlicet cum aliquid commendandum eſſet precatione, aut ex poſcendum voto, aut gratulatione exoluendum. Neque ſolum prophanæ hiſtoriæ, immo & ſacræ id conteſtantur, quippe quæ nõ ſolum de Abraham, Iſaac, & Iacob ante ſcriptam legem refert altaria Domino extruxiſſe, verum & Melchiſedech diuerſo ſacerdotii genere fuiſſe perfunctum, de quo ambigendum non eſt quin ſtatas Deo laudando haberet horas & ceremonias. At ne diu in prophanis perſcenſendis immoremur, mos antiquæ legis abunde deberet omne os hæreticorum obſtruere. porro illic. Deus tam attenta cura etiam dum perdeſertum illi mortales caſtra metantes diuagarentur, tabernaculum fabricari iuſſit. Ac mox terra promiſſa poſitis magnificentiſſimum, tẽplum quod omni auro omnimodaque gẽmarum varietate ſplẽdeſceret. Deinde sũmum ſacerdotem veſtium ornamento inſigniri, aliosq; ſacerdotes ac numeroſiſſimam Leuitarum multitudinem, vt Exo. 26. & ſubſequentibus legitur qui quidem non ſolum ſacrificandi muneri, verum & orandi addicti erant. Sed aiunt omnia illa ceremonialia fuiſſe, atque adeo ceſſaſſe. Fatemur equidem id quod ceremoniale erat ab vſu aboleuiſſe, ſed tamen cum hymnis laudibus & precationibus Deum colere in iure ſit naturali poſitum, non ſolum hoc aboleri non debuit, immo tanto maiori religione lege Euangelica retineri, quãto excellentius veritas quam vmbra id deposcebat. Omnia enim illis infigura cõtinge

bant

hæreticos citatos.

Valeriꝰ Maxim.

Secũda ratio.

Euaſio hæreticorum. Replica

bant diuinæ veritatis corporis, & sanguinis Christi quæ sub sacramento nostris tẽplis continetur, adoratur, & colitur. Quo autem ex his ad nostram Euangelicam legem descendamus, a templorum religione sumamus exordium, quæ cum sint publicarum orationum loca, hæreticis non placent. Attamen quam Christo placuerint, testatus ipse est, non solum paruulus ad templum crebro delatus, & cum esset vir illuc ad festa creberrime conscendens, verum & flagellorum verbere negotiatores inde depellens, eisque improperans ꝙ domum patris sui domum negotiationis facerent Ioann. 2. Et apud Lucam expressius. Domus mea domus orationis est. Eadem enim est domus patris & sua, quia ea dem orandi religione trinitas in ea colitur. Namquam fuerit Deo gratum in templis habitare, patefecit ipse 2. Regu 7. vbi quasi conquæstus ait. Neque enim habitaui in domo ex die illa qua eduxi filios Israel de terra Aegypti vsque in diem hãc sed ambulabam in tabernaculo & in tentorio per cuncta loca quę transiui cum oĩbus filijs Israel. Quare ergo fronte hæretici negare possunt orationis domos quas Deus olim tanti fecit, & Deus idem Christus ab omni negotiatione se motas huic muneri sacratas esse voluit? Quin vero & ipsum proculdubio creditur constitutas habuisse orationes quibus vtebatur. Consueuerat enim vt habetur Luc. 6. pernocta re in oratione Dei. Et Matth 26. habetur ꝙ hymno dicto exijt in tẽplum orare. Quibus verbis certus designatur hymnus quo in gratiarum actione vtebatur. Et Luc. 18. Oportet, inquit, semper orare & non deficere, quod vt supra de alio Pauli. Sine intermissione orare, diximus, inteligi nequit nisi de orationibus quæ statis horis dicũtur. Et 1. ad Corinth 11. ait idem Apost. quod omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum, mulier autem non velato. Vbi secundum Ambr. & alios interpretes iam tunc tempore Apostolorum mos erat Christianis præscriptum verbis tum fidẽ cõfiteri, cuius Symbolũ ipsi constituerunt, hoc. n. appellat ꝓphetare, tum etiam certis orationibus orare idque manifeste confirmatur ex illo Lu. 11 ꝙ Apostoli tanquam rem arduam neque omnibus per uiam vno ore petierunt à Domino, dicentes. Domine doce nos orare sicut docuit Ioan. Discipulos suos. Et subdit. Sic autem vos orabitis. Paternoster &cęt. Haud ergo negari potest quin Apostolorum tempore essent certæ orationes constitutæ. Sed aiunt hæretici. Non fuit nisi illa quam Christus docuit, Pater noster. Profecto falsum est. Alias enim quaspiam designat Paul. 1. ad Timot. 2. vbi ait. Obsecro igitur primum omnium fieri Obsecrationes, orationes postulationes, gratiarum actiones pro omnibus & pro regibus &cęt. Duo enim illic designantur. Primum quod essent differentes modi iam tunc constituti. Secundum quod hoc clero potissimum incumberet. Vnde Chrysosto. eodem loco. Quod, inquit, est hoc? Primum omnium, hoc est in cultura quotidiana & hoc primum sciunt presbyteri qualiter orationes per vnam quamque diem fiunt & sero & mane. Et Isidor. lib. 1 de officijs cap. 8. præcibus nobis Dominum deprecari Christus Dominus & docuit & constituit. Cum enim Apostoli nescientes orare petierunt à Christo, dicentes, doce nos orare idest compone nobis preces quas Christus statim docuit exinde producta est consuetudo ecclesię. s. vti precibus instat earum quas instituit Christus, quasquidem primi Gręci cæperunt componere. Per hæc ergo Isidori verba diluit hæreticorum argutia videlicet non esse vtendum alia oratione præter illam quam Christus protulit. Haud n. intentio Christi fuit, ad illam præcisè sic populum constringere vt neutiquã aliam adhibere fas esset. Sed ecclesiæ proposuit exemplar, vt quidquid orationum aut precationum & laudum institueret, ad aliquod illorum membrorum reduceretur. Quare laudum psalmodia refertur ad id Sanctificetur nomen tuum? Petitiones autem gratiæ & remissionis peccatorum ad illud, Adueniat regnum tuum, &c Christo ergo orationẽ toti populo necessariam congruebat instituere, reliquas vero ecclesiæ instituendas illius instar commisit Hic autem publicus orandi modus, cum vt supra dicebam, doctrina & arte esset persoluendus, certas personas quibus id incumberet exigebat, quales sunt clerici. Vnde idem ipse Apostolus in priori ad Corinth. cap. 14 cum conuenitis, inquit (nempe ad publicas orationes) vnusquis-

Hæretici templa auersantur.

Prima rõ in p̃teritum errorẽ.

Ambr.

Confirmatio. suffugiũ hæreticorum.

Chryso.

Isidor.

vnuſquiſque veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet, Apocalypſim habet, &cęt. Quaſi dicat, vnicuique diuerſum incumbit munus, vt ſcilicet alij pſalmos intonent, alij doceant, alius ſcilicet concionator, apocalypſim, hoc eſt reuelationem, interpretetur. Vnde ſubdit, ſiue lingua quis loquatur ſecundum duos aut multum ſecundum tres, id eſt illi qui publice horas ſoluunt, ordine, numero, & viciſſitudine id exequantur. Si vero non fuerit interpres, taceat in Eccleſia, ſibi autem loquatur, id eſt, qui non habuerit munus loquendi aut cantandi, alios auſcultet, tacitus Deum oret. Ecce circa concluſiones quatuor in capite prefixas quam omnes ab antiquo fundamenta trahant, nimirum ab Apoſtolorum tempore, nempe & perſonas fuiſſe ad orandum decretas, & pſalmos, & templa, atque orationes certas. De temporibus autem atque diei horis ad orandum conſtitutis, quod præſentis diſputationis præcipuum eſt punctum, adhibetur demum concluſio quinta. Septenarius numerus horarum Canonicarum, vt antiquiſſima eſt Eccleſiæ inſtitutio, ita & congruentiſſima atque decentiſſima, nempe vt poſt matutinarum nocturnum officium horæ diuinæ ſex ſint numero, videlicet prima, tertia, ſexta, nona, veſperi, & completorium.

Quinta conclu.

Et primum quod nocturnum officium ab Apoſtolorum ſeculo originem duxerit teſtatur Hieronymus ſuper illud Matt. 25. Media nocte clamor factus eſt. Ait enim quod cum traditio Iudæorum eſſet Meſſiam media nocte venturum, in ſimilitudinem Aegyptij temporis quando Paſcha celebratum eſt & exterminator venit, traditio Apoſtolica vteretur permanſit, vt in die vigiliarum Paſchæ ante noctis dimidium populos dimittere non liceret ſpectantes aduentum Chriſti. Vnde & Pſalmiſta dicebat, Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtificationis tuæ. Hæc ille. Sed quando in hunc Pſalmi verſiculum incidimus, multi alij ſunt eiuſmodi, quibus nocturnarum laudum officium commendatur. Ait enim alibi idē Pſaltes, Lauabo per ſingulas noctes lectū meum. Et alibi: Bonum eſt confiteri Domino & pſallere nomini tuo Altiſſime. Ad annuntiandum mane miſericordiam tuam & veritatem tuam per noctem. Atq. alibi, Memor fui nocte nominis tui Domine. Et quod in Complectorio canimus, In noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite Domino. Non ergo ab Apoſtolis tantum mos nocturnæ orationis originem duxit, ſed a prophetarū oraculis. Præterea & eundem nos morē Chriſtus inſtitutor noſter re ipſa docuit. Erat enim in oratione pernoctans, vt Luc. 6. refertur. Et vt habetur Matth. 26. media nocte in montem Oliueti ad orandum exiuit, vbi diſcipulos increpans, quod nō poſſent vna hora ſecum vigilare, & a Iuda traditus eſt, & a Iudeis captus. Quæ quidem myſteria omnino deberent Chriſtianum populum in nocturnis orationibus continere. Igitur quoniam Vvicleffiſtæ, vt eodem cap. 25. idem Thomas Vvalden. refert, huiuſmodi nocturnos pſalmos contrectant, cauſſantes quod cum noctem ad quietem nobis Deus indulſerit, nos iam vigilijs inſumentes, religionem Chriſtianam grauem redimus, ut eorum blaſphemiam coneramus, reſpondemus. Primū, eandem nocturnam quietem, vt ſupra diximus, ad contemplationem, atque adeo ad orationē naturaliter inuitare, eo quod tunc ſenſibus a ſuo uſu ceſſantibus mens introrſum pacatior eſt. Secundo & Prophetarum oracula, & Chriſti exemplum eiuſdem rei nos admonent. Sed tertio, qđ in primis ducendum eſt, id antiqui patres ob id ſanctum duxerunt quod in primitiua eccleſia infeſtiſſimæ erant nocturnę dęmonum incurſiones, contra quas ideo nocturnas uigilias orationibus inſtructas inſtituerunt, vt lib. de Offic. cap. 19. peregregie tradidit Iſidorus. Milites namque in exercitu, ſicuti & in naui nautæ, quatuor ſtationes nocturnas ordināt quas uigilias appellant, nimirum ſingulas tribus horis durantes. Tres enim horas ab occaſu ſolis quando ſopor cubare homines cogit, primam vigiliam appellant, tresq deinceps uſque ad mediam noctem, ſecundam, & a media ſtatim nocte appellant tertiam, atque deinde uſque ad diluculum quartam. In quibus alijs dormientibus, alii excubātes inuigilant. Huius ergo inſtar in primitiua eccleſia, nimirum ab Apoſtolorum ſeculo, clerus in tres partes diuidebatur, quarum una in prima uigilia primum cancebat

Hieron.

Obiectio.

Vviclefiſtarū nocturnū officiū damnantiū.

Prima ſolutio.

Secūda.

Tertia.

Iſidor.

Rōdecāndi officiū diuinū in

primitiua eccleſia. nebat trium pſalmorum nocturnum, & alia in ſecunda ſecundum, atque alia in tertia tertium, vt tam in ſingulis quam in omnibus trinitatem profiterentur, ac demum diluculo in quarta vigilia omnes ſimul ad laudes concinendas conueniebant. Vnde Auguſtin. de verbis Domini, ſermo 14. Venit inquit ergo Dominus ad viſitandum diſcipulos ſuos qui turbantur in mari quarta vigilia noctis. Quarta vigilia noctis extrema pars noctis eſt, vigilia vna tres horas habet, ac per hoc nox quatuor vigilias. Et ne hæretici putent eiuſmodi vigilias ſanctorum patrum inuentum fuiſſe, perſpiciant in ipſiſſimis Chriſti verbis fundamentum habuiſſe, vt eſt videre & Luc. 12. vbi ſecunda & tertia vigilia nominatur, & expreſſius Marc. decimatertia Vigilate enim, inquit, neſcitis enim quando Dominus veniat ſero, hoc eſt prima vigilia, an media nocte in gallicantu, hoc eſt ſecunda aut tertia, an mane, hoc eſt hora laudum necum venerit repente inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate His ergo inſtructa edoctaque eccleſia, ſuas ſtationes atque vigilias collegit. Vnde Valeria. Valerianus lib. 1. capitu. de matutinis. Vigilias, inquit tribus horis diſpertimus nocturnis, vt non ſolum verbo, ſed & facto tres vigilias prædicemus, dequibus ait Dominus. Beati ſunt ſerui illi quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes. &c. Vigilantius. Qua de re cum Vigilantius hæreticus illius eſſet perfidæ auctor, quod nox quieti & ſomno indulgenda eſſet, non autem Hieron. orationibus terenda, iſta occaſione Hieronym. vt in epiſtola ad Riparium videre eſt, peruerſo nomine pro Vigilantio eum Dormitantium appellauit. Ait quippe. Quod dicis eum execrari vigilias, facit & hoc contra vocabulum ſuum, vt velit dormitare. Vigilantius, & non audias Saluatorem dicentem ſic. Non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Quapropter ſequēti ſtatim epiſtola appellat cum Dormitantium. Vnde idem Hieronym. ad Euſtochium virginem. Bis, inquit nocte terque ad orandum ſurgendum eſt. At vero quoniam poſtmodum aucto clero tantum pōdus humana imbecillitas ferre nequiuit, uiciſſitudo illa ceſſauit & à toto ſimul clero tres omnes nocturni cum laudibus vna cani cępti ſunt, idque in diebus feſtis, nam in profectis non canitur niſi vnus, ſicuti & in Paſchali tempore. Et quamuis alij primam vigiliam elegerint, alij vero tertiā, plurimæ tamen eccleſiarum ac religionū mediam noctem conſtituerunt tanquam orationi, iuxta Dauidis teſtimonium, aptiorem. Haud quippe vti Ambro. ſuper Pſal. 118. auctor eſt, inconſulto dixit, Media nocte tūc enim ſeruet carnis illecebra, coquitur cibus, potusque digeritur. Qua occaſione tentator multis tentamentis & carnem illidit & animum occupat. Hæc ille. Vnde Petro inter punctū mediæ noctis & galli cantum ardor fidei refrixit, & calori temporalis ignis admotus Chriſtum negauit. Quocirca huius temporis relaxatio non tam facile aut peti aut concedi deberet. Fere enim iam cathedrales eccleſiæ ſanctum illum priſcorum rigorem remittentes indulta ab Apoſtolica ſede impetrant matutinos pſalmos appetente nocte ſoluendi. Sic enim omnia labaſcunt. De horis autem diurnis teſtimonia quoque ſunt & rationes non minoris energiæ. In primis tres horæ, nempe tertia, ſexta, & nona viuentibus ipſis Apoſtolis celeberrimæ erāt ad orandum. Extat enim Act. 1. memoria, quemadmodum poſt aſcenſionem Domini Apoſtoli eſſent Hieroſolymis vnanimiter in oratione perſeuerantes, néque dubium ſit quin in oratione ſolenni, quæ ſicut modo in choro ab omnibus celebrabatur. Vnanimiter enim non tantum cordium vnitatem, verum & vocum concordiam deſignat, ac tamen hora tertia, vt 2. c. legitur Spiritus ſanctus illis apparuit, linguarum cordiumque inflammator. Quocirca ambigi non debet quin illa tunc hora deſtinatos pſalmos dicerent. Qua de cauſſa eccleſia illo tunc vtitur hymno. Nunc ſancte nobis Spiritus, &c. De ſexta vero legitur Actuum 10. nimirum vbi Petrus refertur circa horam ſextam in ſuperiora vt oraret, aſcendiſſe. Sed de noua mentio etiam fit Act. 3. Habetur enim quod Petrus & Ioannes aſcendebant in templum ad oram orationis nonam. Quin vero eaſdem horas more & vſu Hebræis fuiſſe celebratas, præter coniecturam quæ maxima eſt, auctores non deſunt qui aſtruant. Cyprianus nanque in

Ambr.

De horis diurnis teſtimonia è ſacris accerſita.

Cypria nus.

in calce lib. de oratione Domenica. In orationibus, inquit, celebrandis inuenimus obſeruaſſe cum Daniele tres pueros in fide fortes, & in capitiuitate uictores, horam tertiam, ſextam nonam. Alludit tum ad illud Daniel. 2. quòd illi tres quaſi ex vno ore laudabant, glorificabant, & benedicebant Deum. Et ad id potiſſimum Daniel. ſexto vbi refertur quod contra Hieruſalem, ter in die flectebat genua ſua, & adorabat confitebaturque coram Domino Deo ſuo ſicut & ante facere conſueuerat. Erat enim prophetis ſolennis, fixis ſtatisque horis concinendi vſus. Vnde Primi Reg. 10. ait Samuel Sauli. Cum ingreſſus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregem prophetarum deſcendentium de excelſo, & ante eos pſalterium, & tympanum, & tibiam, & citharam, ipſosque prophetantes hoc eſt, Spiritu prophetico pſallentes. Et inſiliet in te Spiritus Domini & prophetabis cum eis. Vnde in prouerbium exijt. Nunquid Saul inter prophætas? Addit præterea illic Cypria. illis tribus horis myſterium trinitatis fuiſſe præſignatum, quod in nouiſſimis temporibus manifeſtandum erat. Eundem prorſus horarum numerum ſcilicet tertię, ſextæ, & nonæ, in eodem Daniele fundat Iſidorus libro 1. de Offi. can. 19. Illo ergo tunc Apoſtolorum ſeculo non reperitur mentio niſi illarum trium horarum ante meridiem, prima ſub tacita. Quare Hierony. ſuper eodem loco Dan. 6 Has, inquit, tres horas, ſcilicet tertiam, ſextam, & nonam, eccleſiaſtica traditio intelligit. Hæc ille. Conijcio nanque quod illo tunc tempore quo ter ad nocturnos pſalmos ſurgebatur, laudesque in aurora cantabantur, ſuperflua ducebatur alia hora vſque ad tertiam. Vnde idem Hieron. ad Euſto. de horis ad orandum diuiſis loquens, horam inquit tertiam, ſextam, nonam diluculum quoque & veſperam, nemo eſt qui neſciat. Vbi diluculi nomine laudes forſan intelligit. Et qua conjecturis agere pergamus Caſſianus libro 3. de inſtitutis monachorum capitu. 4. cuius Iſidorus meminit li. 1. de Offi cap. 23. Sciendum, inquit, hanc matutinam quæ obſeruatur in occiduis vel maxime regionibus canonicam functionem noſtro tempore noſtro q. monaſterio primitus inſtitutam. Matutinã ergo forte appellat quam nos primam. Quo etiam referri videtur verbum Cipriani loco citato ſ. Sed nobis fratres dilectiſſimi præter horas antiquitus obſeruatas orandi, nunc & ſpatia & ſacramenta creuerũt, nam & mane orandum vt reſurrectio Domini in matutina celebretur. Antiquas ergo horas appellat tertiam, ſextam, nonam, cui addit & primam. Atqui horę iſtę per diuiſionem artificialis diei ſunt intelligendæ vt quocunque anni tempore ab ortu ſolis incipiat prima. Tertia autem finitur in tertia diei hora, & ſexta etiam ab eodem ſolis ortu. Sic enim intelligendæ ſunt illæ horæ Matth. 20. nempe quod paterfamilias exijt ſummo mane conducere operarios, deinde hora tertia atq. hora ſexta. De veſperis autem & completorio ait loco citato D. Hierony. neminem eſſe, qui neſciat, quaſi res eſſet antiquiſſima & vniuerſis Chriſtianis receptiſſima. Atqui de completorio ait loco citato Ambroſius venire illi in mentem auium recordationem quæ cum eunt cubitum quaſi peracto læte munere, æthera cantu mulcere conſueuerunt. Quod velut à ſurgente & occidente die ſemper inſtaurare conſueuerunt, vt vel de curſu vel adoto nocturno diurnoque tempore, iuſtas laudes ſuo referant creatori. Vnde magnum intentiuum excitandæ deuotionis ſumendum nobis eſt. Igitur vt quę diſperſim commemorauimus, collectis ad noſtram confirmandam concluſionẽ applicemus. Tribus de cauſſis ſeptenarius iſte numerus canonicus inſtinctu Spiritus ſancti sãctiſſimus eſt Chriſtianæ familiæ. Prima ſ. eadẽq. ad literam potiſſima, vt iuxta Chriſti præceptũ & Pau. monitum, fugis neq. intermiſſa in nobis perſiſtat Dei memoria, lauſq. & gratiarũ actio, ac demũ deprecatio & fauoris petitio. Nam cũ in die naturali ſex ſint horarum ternarij, cũ in ſingulis ſtatos habemus pſalmos, perpetuo circulo in oratione perſiſtimus. Mox & Trinitatem quæ noſtræ eſt fidei confeſſio, trinis quibuſq; horis profitemur, nam pari ratione eodem numero & pſalmos & orationes diſtribuimus. Accedunt deinde ter tio & myſteria, tum alia, tum etiam Chriſti, quæ gloſſa colligit ſuper c. presbyter, de celebra. Miſſar. Quod quidem eſt Concilii Agathen. celebrati ſedente Zozimo Papa,

Horarũ diurnarum numerus in veteri teſtamento fundatus.

Iſidorus Hiero.

Caſſian. Iſidorus

De horarũ diuiſione & exordio.

De completorio

Ambr.

Trina de cã ſeptẽ horæ Canonicæ in eccleſia inſtitutę.

Gloſſa.

Papa, ſub anno Domini quadringenteſimo vigeſimo, vbi prædictæ omnes horæ tam diurnæ quam nocturnę perſolui iubẽtur. Cauenda autem eſt deceptio ne quis putet, vt hæretici blaſphemare attentant, tunc primum fuiſſe inſtitutas. Inhoc enim ſuperiora adduximus teſtimonia vt eas de antiquitate & tempore Apoſtolorum deduceremus. Quare illic tanquam res antiqua cõfirmatur. Myſteria autem ſun quod ſeptem exiſtunt hebdomadæ, dies, quibus mundus fuit creatus, ſeptemque Spiritus ſancti dona, quibus re creatur, ac ſeptem mundi ætates, quibus duraturus eſt, ſeptẽque adeo petitiones dominicæ orationis, quibus eadem dona poſtulamus Chriſtus autem matutinali hora captus eſt, & per reliquas diei paſſus. Vnde verſus: Hæc ſunt ſeptenis propter quæ pſallimus horis: Matutina ligat Chriſtum, qui crimina purgat: Prima replet ſputis, cauſſam dat tertia mortis: Sexta cruci nectit, latus eius nona biperit. Veſpera deponit, tumulo completa reponit. Ex his ergo cum dictis quæ dicta ſunt colligitur, ſeptem eſſe Canonicas horas, ſecundum illud Pſalm. Septies in die laudem dixi tibi. Accipitur enim illic dies pro naturali, vt noctem includat. Qua re non ſunt audiendi qui matutinam a laudibus ſeparantes, octo connumerant.

Ad primum igitur argumentum ſupra obiectum Vvicleff, vſque adeo negatur horarum canonicarum penſum graue eſſe, vt affirmemus eſſe ſuauiſſimum. Ad illud autem quod inſinuat non eſſe in eccleſiæ facultate aliquid ſancire, quod in altero duorum teſtamentorum expreſſum nõ ſit, plura reſpondemus Primum illud eſt hæreticum fundamentum, atque illius beſtie quam Ioan Apocaly. 13. vidiſſe ſcripſit quæ cum agnus videretur cornua gerens in fronte, draco tamen erat. Super quo loco ait Auguſt ſerm. 11. hæreticam illic eccleſiam ſignificari, quæ cum ceu agnus Chriſti, duo in fronte cornua, hoc eſt, duo teſtamenta præ ſe ferat, draconis tamen morſu Eccleſiam Catholicam dilacerat. Hæc ille Habet enim eccleſia catholica poteſtatem a Chriſto Apoſtolicam qua leges poſſit condere, quas vel ex ſacra pagina elicit, vel ad Chriſtianorum ornamentum neceſſarias ducit. Inſtar nimirum Apoſtolorum qui ſuis veſtimentis iumenta illa ſtrauerunt quibus Chriſtus Hieroſolymam ingreſſurus mollius incederet. Ait quippe ſuper eodem loco Hieron. quod veſtis Apoſtolica, vel doctrina virtutum vel editio ſcripturarum intelligi poteſt, ſicut eccleſiaſticorum dogmatum varietas quibus niſi anima inſtructa fuerit, ſeſſorẽ habere Dominium non meretur. Et Anſelmus: Vide inquid quod ſuper iumẽtum ponebant Apoſtoli veſtimenta ſua, ſed cætera Iudaica turba ſub iumenti pedibus quia mandatis Apoſtolorum inſtruimur, & ornamur legis autem antiquæ mandata conculcamus, dum carnales obſeruationes & circuncifione reprobamus. Adde quod Eccleſia non ſolum intus per Spiritum ſanctum edocta, ſed viua voce Apoſtolorum Chriſti illuſtrata eiuſmodi horarum religionem amplexa eſt.

Anſelmus.

Ad ſecundum reſpondetur quod in orationibus priuatis non eſt opus eſt voce, ſed ſatis eſt mente orare, niſi ad excitandam deuotionem. Quod autem Chriſtus & Paul. ſecundum ipſum ait, Spiritu & mente orandum. nihil aliud edocẽt quam quod orantis pſallentiſque vox non debet eſſe ſicut auium garritus, ſed mente & ſpiritu plena. Tertium argumentum ar. 3. plenius diſſoluetur, vbi monſtrabitur clericorum ſacri initiatorum officium, etiam ſi curam gerant animarum, eſſe horarum munus perſoluere.

Ad ſecũdũ arg.

Ad tertiũ arg.

Ad primũ arg.

Auguſt.

ARTICVLVS II.

Vtrum congruens ſit & decorum vt horę Canonicę, Pſalmorum Hymnorumque alio cantu pſallantur.

POſt horarum Canonicarum ſubſtantiam, & inſtitutionem ſubſequitur modo explorare vtrum canticis & & hymnis ſint perſoluendæ. Nam idem Vvicleff, vt eodem tomo. 5. cap. 16. Thom. Vvalden. refert, de hoc catholicos ſubſannaba, quod alio cantu laudes & preces ad Deum inclamaret. Quam quidem hæreſim Lutherani ſuſcitarunt, obridentes ceu ridicolis nobis quod vocibus intemplis obſtrepamus Deo. Argumentum iſtorum eſt quod Deus non eſt ſurdus

Vvicleff Vvaldẽ. Primũ argum.

aut dormiens vt clamoribus noſtris, quib. excitetur, indigeat. Quocirca nos Baalaticos appellant hoc eſt ſacerdotibus Baal ſimiles, quos vt 3. Reg. 18. refertur, deridens Elias vt altius inclamarent irritabat ſubdens: Deus enim veſter forſitan cum alio loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere aut certe dormit, vt excitetur. Et medum inter illos agerem quandoque de eadem re ſic conueniebant. Nunquid ſi tu cum Cæſare cantando colloquereris, aut aliquid ab illo altiſſimis votibus & muſico artificio depoſceres, non deridiculus eſſes? Arg. 2. Quid ergo coram Deo facere non veremini quod non auderetis coram Cæſare? Secundo arguitur exemplo illius matronæ Samuelis matris, quæ vt initio lib. 1. Regum refertur, preſſis labijs adeo ſilenter orabat, vt temulenta appareret. Quod quidem exemplum quaſi orantium figura inter ſanctos celebratiſſimum eſt. Vnde auctor imperfecti humilia 13. Poſſumus inquit intelligere, vt oſtium domus, os corporis, vt non clamoſa voce oremus Deum, ſed deſiderio tacito. Nam ex clamoſa inquit oratione multa mala naſcuntur, maxime hæc tria. Primum quod clamoſa voce orans non credit Deum vbique eſſe & ſecreta audire. Secundum quod myſteria ſecretarum ſuarum petitionum, quæ forte non oportebat alterum præter Deum ſcire, auribus bonorum & malum audienda committit. Tertium denique quod clamosè orans alterum iuxta ipſum aſtantem orare non ſinit. Id quod experientia teſtatur. Namdum in eccleſia canitur, non poſſunt aſtantes orare, vocibus eorum ſenſus rapientibus. Accedit poſtremo quod muſica qui Poſtremũ arg. ſeculares in ſuis feſtis vtũtur, ſacra profanare videntur. In contrarium eſt autem illud Dauidis Pſalm. 149. Cantate Domino canticum nouum. Et rurſus. Laudent nomen eius in choro, Cui accedit & Concilium Toleta quartum de conſecratione, Concil. Toletanum. diſt. 1. cuius verba ſunt, De hymnis canendis & Saluatoris & Apoſtolorum habemus exemplum.

Cum tantopere iſti rerum nouatores & eccleſiaſticarum rerum perturbatores eccleſiaſticos cantus, vt modo dicebam. propellere a Chriſtiano cœtu contendant, non ſatis rei præſenti feciſſemus niſi hunc addidiſſemus articulum de quo S. Thom. 2. 2. quæſt. 91. nonnihil tetigit. Ad quem vnica eademque eccleſiæ receptiſſima reſpondetur concluſione. Cantus eccleſiaſtici quibus horæ Canonicæ ſolemniter celebrantur, vt in eccleſia ſunt optima ratione conſtituti ita ſunt & antiſſimi. Et quo rationibus teſtimonia clareſcant, ab ipſis eſt nobis ſumendum exordium. Sed eſt cum primis adnotandum, horas Canonicas in quibus religio colendi Dei conſiſtit, tres habitudines inter nos & Deum continere. Prima eſt diuina laudatio, quam quidem ei propter ſeipſum tanquam ſummo bono debemus. Hac enim de cauſſa illa a nobis debetur confeſſio, quod ſit ſumme infiniteque bonus, iuſtus, miſericors, &c. atque adeo cuncti potens omniſcius, & quid quid boni in rebus exiſtit immenſa ſua continet eſſentia, & propterea concinimus ei Hymnos, & Pſalmorum laudes. Secunda earundem horarum ratio eſt vt quidquid nobis ad vitam ſalutemque tam temporalem quam ſpiritualem neceſſariũ eſt, ab ipſo petamus, confitentes nos ſuas ipſius eſſe creaturas, atque nihil nobis boni niſi ab illo poſſe contingere. Tertium denique officium quod illi orando perſoluimus, eſt gratiarum actio pro receptis beneficijs. Hoc autem ſuppoſito, rationibus pluribus demonſtratur concluſio. Primum enim omnium, laudum conditioni adeo cantus non repugnat vt maxime ei congruat. Nã ſi naturale hominum ingenium conſulamus, inde heroica carmina orta habuere vt ipſi ſonoro metro decurrentibus Heroum laudes & geſta canerentur. Quod & Poeta Aeneidum principio ſignificans ait Arma virumque canon. Quare Ariſtot. 8. Poli cap. 5. & Boeti. in Prol. Muſicæ, permultum Muſicam commendant, ceu rem ad morum affectus plurimum conferentem. Immo vero, vt ſecundum ſubnectamus argumentum, ſymphonia in eiuſmodi canendis laudibus adeo eſt naturalis, vt etiam auctori ipſi naturæ in cœlis eodem modo concini referan ur. Vnde Apocaly. 4 de ſanctis animalib refert Ioannes quod requiem die ac nocte non habebant, dicentia. Sanctus, Sanctus. Vnde in Miſſæ Præfatione ſeipſam eccleſia conortatur vt quemadmodum cœli cœlorumque uirtutes, Cherubin quoque & Seraphin ſocia exul-

Cõcluſ. reſponſiua.

Prima ratio cõcluſiõis.

Secũda ratio.

exultatione clamare non ceſſant ita ipſa cum eis concinat. Quare & Deo ſupplicat vt ſuas etiam cum illis voces admitti iubeat dicentis Sanctus Sanctus, &c. Quapropter non immerito ſunt qui fateantur veris vocibus, licet ſupernaturalibus, Deũ in cæleſtibus laudari. Atque rei huius teſtimonium terris angeli deſuper attulerunt, vbi paſtoribus natu Domino, non ſolum cum ſplendore diuinæ glorię affulſerunt, verum & cantates intornarunt Gloria in rxcelſis Deo Vnde circa finem ſecundi libri de Epipha. Gregor. Cum paſtoribus inquit. Tenerare, cum Angelis hymnum dicito cum Archangelis choros ducito. Sit nobis iſta communis ſolennitas terreſtribus communis. Qua ergo oris impudentia hæretici hæc laudum præconia negare poſſit? Hac enim de cauſſa militante eccleſia, nempe quo ſocietatem cum triumphante initam referat, in duos choros clerum partitur, qui alternis vocibus laudes intonent atque altero ſedente alter ſtet, videlicet vt qui ſtat, militantium aciem repræſentet, qui vero ſedet, triumphantium requiem. Quare cum vterque alteri reſpondeat, ambo, nempe angelicus atque humanus chorus eundem Deum pulcherima concordia venerantur. Tertium poſt mortalium naturam & immortalium conditionem argumentum ſumitur ab antiqua lege. Eundem nanque canendi ritum eodemque diuino numine affulſus Dauid, pſalterium cithara compoſuit quo canere diuina myſteria conſueuerat. Cantabiles enim, inquit, mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ, Quo quidem ritu non ſolum Deo quidquid animo gerebat intimabat, verum & ad depellendos obſeſſores dæmones vtebatur vt patet primo Rex. 19. Nimirum futuram eccleſiam admonens, vt Pſalmorum concentu inſultantes dæmones fugaret, Quocirca & in domo Dei, vt legitur primo. Paralipom. 14. quatuor millia Pſaltes conſtituit, canentes Dòmino in organis quæ fecerat ad canendum. Ob idque Pſalmo. 148. & duobus ſequentibus omnimode ſanctos Dei admonet, vt hamnis & canticis, omnique muſico inſtrumento. Deo laudes reſonent. Accedunt & in rei confirmationem celeberrima illa ſpiritualia cantica quæ ſancti Prophetę & Patres illius legis ſpiritu Sancto dictante ceciniſſe leguntur, & nunc eccleſia per hebdomadam concinit. Vt cantica Moyſi Annæ, Delboræ, Iſaiæ. Ezechiæ, cæterorumque Prophetarum. Neque eſt cur quiſpiam reclamet, cantiones illas templo illis non noſtro congruere, nam cum illud figura fuerit noſtri multo nos magis condecent. Vnde, quod quartum ſit argumentum, cum Chriſtus Hieroſolymam ingreditur, vbi ingreſſus in eccleſiam noſtram deſignabatur. concentu puerorum pſallentium & cantantium. Hoſanna fili Dauid, exceptus eſt. At que obmurmurantibus Iudęis Dominum que interpellantibus qui illo tacere iuberet. reſpondit. Si tacuerint lapides clamabunt. Igitur ſi horæ Canonicæ quatenus laudes diuinæ ſunt exiſtimentur, congruentiſſimum eſt vt canticis perſoluantur. Quod ſi vt gratiarum actiones proferantur, non minus eis cantio cõgruit. Id quod Chriſto ipſi, ex quo quintum ſumitur argumentum, in more & vſu fuiſſe teſtatur. Matth. 26. vbi poſtremam enarrans cœnam ait. Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti. Vnde colligitur Chriſtum cum ſuis gratiarum actiones cantando feciſſe.

Gregor.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Ait eum Iſidorus libro ſexto Etymo. ca. 34. quod hymni ſunt cantica audantium Deum. Quare ſi ſit inquit laus, & non Dei non eſt hymnus, & ſi ſit & Dei & laus, & non cantetur, non eſt hymnus. Qua de re Auguſtu. in illo libello quem de laude ſpiritualium canticorum inſcripſit, ex eo quo Zacharias hymni vocc prophetauit & Angeli Gloria in excelſis Deo, intonarunt, & pueri Hieroſolymiæ Hoſanna inclamarunt, & Chriſtus hymnum cum diſcipulis conciuit, ſic colligit. Quis iam habito tali documento de pſalmorum & hymnorum religione dubitauerit? quando ille quia cęleſtibus adoratur, & pſallitur ipſum cum diſcipulis hymnum cantaſſe perhibetu? Et Ioan. inquit in Apocalypſi, refert ſe ſpiritu reuelante vidiſſe & audiſſe vocem aquarum multarum, & tonitum multorum dicentium Halleluia. Hæc Auguſtu. Neque vero ſi ſolemnem orandi religionem ſub precum ratione mediteris, deeris Apoſtolicum exemplum, vt canora melodia fiat. Eſt nanque ſextum argumentũ

Iſidorus

Auguſt.

Argu 6. pro concluſione

id quod Actu. 16. legitur, nempe quod cum Paulus & Silas in carcere cuſtoditentur, adorantes media nocte laudabant Dominum, nimirum ſuam cauſſam illi proponentes. Et audiebant eos qui in cuſtodia erant, & ſubito terræ motus factus eſt magnus, omniaque oſtia aperta & omnia ſoluta vincula. vbi ſecundum Bedam alia li terra habet quod hymnum dicebant. Quo loco hymnorum pſalmorumque vim idem doctor adnotauit, admonens vt qui cunque fidelium intentationes varias inciderit cum Paulo & Sila, inter carceris tenebras hymnizet, & cum Pſalmiſta Domino canat. Tues præſidium meum à preſſura quæ circundedit me. In qua item Apoſtolica auctoritate illorum trium differentia meditanda eſt, nempe hymnorum, pſalmorum, & canticorum, quam & ad Coloſſen. tertio repetit, vbi ait. Commonentes voſmetipſos pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris. Quo loco ſuis annotationibus Hieronym. Hymnis, inquit, vtrium puerorum, pſalmis, vt Dauid, canticis vt Moyſi & aliorum, Hæc ille. Canticum enim ſimplicem vocum intonationem deſignat, hymnus carmen, pſalmus vero eſt, qui inſtrumento muſico pſallitur. Adde & quod ad Epheſ. quinto idem admonet Apoſtolus. Implemini enim inquit, Spiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus. cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino, gratiam agentes ſemper pro omnibus in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Vobis inquit metipſis, id eſt in choro veſtro alternis vocibus, & in cordibus veſtris hoc eſt vt ſpiritus ex corde profectos cantum viuificet. Antiphonas vero, vt Iſidorus libro primo de offic. capi. ſeptimo auctor eſt, Græci primi compoſuerunt, quos poſtea Ambroſi, imitans Latinas excogitauit. Sicut & Hymni, vt Euſebius libro primo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. ca. 18. refert, in conuentibus S. Marci in Alexandria compoſiti ſunt multi, quibus & idem Ambro. & Hilarius plures addiderunt, vt illic cap. 6. ait Iſidorus.

Reſponſoria vero ibidem Iſidorus cap. 8. tradit ab Italis longo ante tempore ſunt reperta, & inſte ſic vocata quod vno canente chorus conſonando reſpondeat. Lectiones enim, vt de inſtitutis clericorum, cap. 80. ait Rabanus, antiquiſſimæ religionis a Iudæis deriuatæ traditio eſt vt choro ſedente, ab vno ſtante legantur, qua finita chorus concinendo reſpondeat, & inde dicta ſunt reſponſaria. Quin vero, vt Caſſiodorus libro decimo hiſtoriæ partitæ refert, Ignatius Antiochiæ Syriæ tertius poſt Apoſtolum Petrum epiſcopus, atque adeo cum ipſis Apoſtolis conuerſatus, vidit Angelorum viſionem quomodo per antiphonas ſanctæ Trinitatis dicebat hymnos, Itaque modum viſionis Antiochenæ probatur tradidiſſe eccleſiæ, & ex hac ad cunctas tranſiuit eccleſias. Multa denique alia commemorari poſſent, quibus autiqua hæc ratio laudandi, Deum canticis confirmaretur, quatenus ad naturam rei attinet laudandi, deprecandi, & gratias agendi. Sed illis prætermiſſis ad alios arguendi locos deſcendamus, qui ex parte noſtra ſumuntur, Catu. enim eccleſiaſtici, præterquam quod ſi commode Deus laudatur, permagnam habent energiam ad noſtram excitandam deuotionem.

Beda.

Argu. 7.

Antiphonas primi Græci cõpoſuerunt teſte. *ſid. Euſebi.

Reſponſoria vñ inſtituta.

Raban.

Caſſiodorus.

Rõ prima pro cãtibus eccleſiaſticis ex partecominis ſumpta.

Nam cum ſenſus ſit mentis organa quos muſica ſua pra natura de mulcet, illa ratione mens in ſublime rapitur ad diuinam maieſtatem contemplandam. Vnde Rabanus de inſtitutis clerico. capitul. 76. Pſalterium inquit idcirco cum melodia cantilenarum ſuauium ab eccleſia frequentatur quo facilius animi ad compunctionem flectantur.

Raban.

Et Auguſt. libro 9. confeſſin. cap. 7. refert quemadmodum tempore ſuo Medio lanenſis eccleſia genus hoc conſolationis & exhortationis celebrare ſuſceperit vt fratres vocibus & cordibus magno ſtudio concineret, ad depellendum mœrorem quo propter hæreſin Arrianorum Chriſtiani animi tabeſcebant, tunc enim; inquit, & pſalmi vt canerentur ſecundum morum Orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabeſceret, inſtitutum eſt. Quod non eſt ſic intelligẽdum ac ſi noua tunc fieret inſtitutio, immo erat inſtauratio illius quã illi hęretici depulerant. Et libr. 10. c. 33. voluptates inquit aurium tenacius me implicauerant & ſubiugauerant, ſed reſoluiſti & liberaſti me nunc in ſonis quos animant eloquia tua, cum ſuaui & artificioſa voce cãtantur. Et infra cum

Auguſt.

Athanaſij

Rationalitera auctoris.

Athanaſij Alexandrini epiſcopi more me miniſſet, qui tam modico flexu vocis faciebat ſonare lectorem pſalmi, vt pronuntianti vicinior eſſet, quam canenti, ſubdit, veruntamen cum reminiſcor lachrymas meas quas fudi ad cantus eccleſiæ tuæ in primordijs recuperatæ fidei meæ, & nunc ipſe commouecor non cantu, ſed rebus quę cum liquida voce & conuenientiſſima modulatione cantantur, magnam inſtituti huius vtilitatem rurſus agnoſco. Ita fluctuo inter periculum voluptatis & experimentum ſalubritatis magiſque adducor, non quidem irretractabilem ſententiam proferens, cantandi conſuetudinem approbare in eccleſia, vt per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis aſſurgat. Quin aliam ego met mihi rationem adhibeo eiuſmodi cauſationes extollendi. Valent enim & ad amorem erga nos Dei magnificandum nam quis nō vel de hoc Deum ſuum amet, qui religionis officium tam neceſſarium, ſed tamen quod ex alia parte nonnihil poſſet afferre moleſtiæ ſuo ſancto numine inſtituit, vt talis à nobis melodia impenderetur, quæ & laborem leuaret, & animum recrearet ac demulceret. Adde quod & elementiorem eum nobis eiuſmodi ſpirituales cantilenæ exhibent, nam qui fert vt crimina noſtra quibus ſuam iuſtitiam offendimus, quæque adeo lugenda potius eſſent & omni mœrore plangenda, harmonico cantu ad ſuas perferamus aures, quomodo eum non credamus patentiſſimis eſſe in nos viſceribus, atque ad nobis indulgendum paratiſſimum? Vnde Lactant. libro ſexto. Diuinarum inſtitutionum. cap. 22. poſtquam ſecularem melodiæ ſuauitatem quæ humanos animos labefactare ſolent reprobauit, paulo inferius ſubdit, itaque ſi voluptas eſt audire cantus & carmina laudes Dei canere & audire iucundum ſit. Poſtrema vera horum noſtrorum argumentorum clauſura quæ ſane rem planiſſime pandit, ab experientia ſumitur. Qui enim has cantandi ceremonias condemnant, intereſſe catholicis eccleſijs cuperem. in quibus concentus cum venuſtate & religioſa modeſtia canitur, & poſtea, vt hæreticorum templa viſerent vbi ſilentium nihil aliud quam eccleſiarum cadauera refert vt illo diſcriminis interſtitio de vtroque iudicarent. Hoc veruntamen in calce demum quęſtionis ſilendum non eſt, quod vti in reliquis ſanctis ceremonijs accidit. Ita & in hac poteſt abſurdus exceſſus obrepere, nempe ſi profana inter ſpirituales cantiones admittantur, vel aliqua quæ pias aures offendant, vt in natalitijs Domini & alijs feſtis diebus alicubi conſueuit. Aut ſi ex præfectorum incuria ineptiſſimi ad canendum admittantur qui aures obtundant & attentionē perturbent. Quæ quidem Hier. vt diſt. 92. can. Cantantes, refertur reprehendit. Quamuis hoc pro ratione populi expendendum eſt, in villis enim & ruſticanis oppidis etſi haberi non poſſit vrbicus cantus, non ideo eſt abſurdus exiſtimandus. Organorum autem vſus neutiquam eſt repudiandus cum & ſacris teſtimonijs comprobetur & vbique ſit celebris. Tametſi in Capella Pontificis Summi non ſit admiſſus. Alia vero inſtrumenta neque prorſus approbanda ſunt, neque omnino reſpuenda, ſed conſulenda eſt prudentia quænam illorum locum ſanctitatis deceant. De quibus S. Thom. quæſt. citata, nil aliud inquit, niſi quod antiquo populo magis quam nobis congruebant.

Organorū vſus.

Iudiciū de alijs inſtrumentis muſicis.

Ad primū arg.

Ad primum igitur argumentum reſpōdetur, vel de hoc hæreticos eſſe blaſphemos quod eccleſiaſticos cantores cum ſacerdotibus Baal componunt. Haud enim de hoc Elias illos irridebat quod carerent, ſed quod lapides, & marmora, & mortuos homines, ac denique dæmones illa ratione colerent, quos arbitrabantur clamoribus eſſe ad audiendum excitandos. Qui vero ad animi lætitiam & deuotionem excitandam canunt, ſeu vt Deo illam referant honorem, laude digni ſunt, non vituperio. Sicuti Hieroſolymitæ Chriſto, acclamantes Hoſanna. Et pueri in fornace, angelorum inſtar, Hymnos pſallentes. Quare neque aliud ſimile quod ab humana maieſtate ad diuinam afferunt, quidpiam ad rē attinet. Eo. n. non docet coram humanis principibus preces cantando fundere, quod non ſunt vt dij colendi, tametſi & heroum laudes, vt ſupra diximus in ipſorum præſentia, cani ſoleant. Secundum argumentum ab Anna Samuelis parente deductum, de priuatis tantum rationibus procedit, atque adeo ſanctorum documenta quibus iubemur ſilenter orare. Secus autem ſe res habet de ſolennibus quæ nomine publico

Ad ſecū dum.

Lactantius.

Poſtrema rō.

In eccleſiaſticis cantibus excelſo imodico & vituperabilis eſſe poteſt.

blico fiunt. Neque vllum est absurdum vt dum in choro canitur populus, si orare ne quit, auscultet. Ad postremum autem verbum respondetur quod secularis musica in ecclesijs non est licita, ecclesiastica vero non est profana.

Ad postremũ.

ARTICVLVS III.

Vtrum tam illi omnes qui sunt sacris initiati quam qui titulum habens ecclesiastici sacerdotij ad horas dicendas teneantur.

IN primo articulo monstratum est quem admodum ad orandum solenniter necessarium fuerit quatuor esse constituta, nempe personas orationumque substantiam, loca & tempora, quibus & ex ipsa natura ei quintum intelligitur adhibere, videlicet intentionem atque attentionem. De primo ergo scilicet de personis in isto articulo, de reliquis vero in subsequentibus dicendum est. At quod non omnes qui sacris initiari sunt teneantur ad diuinum officium arguitur argumento illo ꝙ supra tetigimus. In ecclesia dispertita sunt clericorum munia, alij tanque animarum curæ sunt mancipati, alij vero vel ad prædicandum vel ad alia negotia quæ ad rem ecclesiæ attinent, ergo illi qui alijs sic impediuntur, non est cur ad horas canonicas obligentur. Pari modo arguitur secundo, quod neque omnes sacerdotia habentes ecclesiastica ad horas soluendas teneantur, tum quod beneficia propter diuersa officia sunt instituta, vt præstimonia, quæ vt fertur, ratione studij constituta sunt, tũ etiam quod eadem ratione qui in religione ante professionem probantur canonicũ officium pendere tenerentur, eo quod illis fructibus pascuntur quibus populus propter eiusmodi spiritualia officia religiosis erogat. Quod tamen non est rationi consonum. Tertio denique arguitur Si eiusmodi clerici ad horas dicendas tenerentur, id maxime esset de iure diuino in quo religionem horarum canonicarum fundatam esse supra mõstratum est Quod si verum est, consequens fieri videtur vt Papa super his dispensare nequeat, cuius tamen contrarium mos habet & vsus. In contrarium autem est ca. Præsbyter. de celebratione Missarum. quo omnes presbyteri obligantur ad diuinum officium, vbi nomen presbyteri secundum glossam extenditur ad omnes clericos, iuxta tenorem cap. Si quisquam. de cohabitatione cleric. & mulier.

Primũ arg.

Secũdũ.

Tertiũ.

Duecause ex quibus oritur obligatio ad persoluendas horas canonicas

De hac quæstione quædam sunt inter Doctores constituta, quædam vero quæ vix possunt certa ratione definiri. Duæ in quam caussæ pro certis habentur quarum per se vtraque ad pensum horarum canonicarum obligat, nempe ordo sacer & ecclesiasticum beneficium. Ad quæstionem igitur duabus conclusionibus respondetur. Primas, Omnis clericus in sacris puta subdiaconus & illo superior tenetur officium persoluere diuinum ac nocturnum Conclusio est quam tenet glossa, complectiturque. Panormi. & reliqui Doctores canonici iuris præcipui nominis super dicto capitulo, presbyter. de celebratione Missarum. Est & sententia D. Thom. quolibeto 6 artic. 8. & vnanimiter Theologorum. Nam quamuis in dicto capitulo, quod, vt supra diximus, est concilij Agathen. de solo presbytero mentio fiat, tamẽ Innocen. cap. dolentes. minores etiam clericos exprimit. Et dist. 92. ca. fin. expressus obligantur presbyter, diaconus, & quilibet clericus ad quotidianum officium. Ratio autem quæ optima est iuris interpres, inde emergit, quod qui sacris initiatur, singulari Dei cultui mancipatur atque in illo constituitur statu qui ad diuinas laudes institutus est. Iuxta illud Isa. 43. Omnem illum qui inuocat nomen meum in laudem meam creaui illum, laudum autem ordo & modus, vt supra diximus, ab ecclesia lege sancitus est, ergo eo ipso quod quis in clericorum ordinem suscipitur, tali est vinculo obligatus. Quapropter, hoc quam maxime cupio cunctis clericis esse persuasissimum, vt quidquid negotij eis incumbat, siue literarum studium, siue gubernandi, aut legendi munus, aut etiam prædicandi, constitutissimum habeant nunquam vllam interpolare canonicam horam, certo videlicet scientes hoc esse proprium genuinumque eorum officium, atque adeo cunctis alijs præferendum, eo præsertim quod tempus statis orationibus dicatum, ex quocunque alio succidatur negotio nunquam impedimento est, Deo sic disponente, quominus

Prima conclu.

Glossa. Panor.

D Tho.

Rõ conclusiõis.

minus bene expediatur. De clericis autem qui in minoribus sunt ordinibus constituti, quique nulla potiuntur ecclesiastica præbenda, quanquam Panorm. loco citato in alteram partem propendeat, absque dubio credendum est ad nullas teneri canonicas horas. Neque eius ratio vllius est momenti. videlicet quod, vt ipsum nomen clerici sonat assumitur in sortem domini. Haud enim sic assumuntur, vt statum firmiter mutent, nam quandiu integrum illis est matrimonio se copulare, statum non mutant. Item quia fructio illorum ordinum in solo præparamento templi vasorumque finitur, neque ordinem habet proximum ad eucharistiæ sacramentum, seu officium diaconi & subdiaconi. Et quamuis Palud in 4. distinct. 15. quæst. quinta dicat quod ad aliquid plus teneantur quam laici non est credendum de præcepto, ita vt eius omissio aliqua sit culpa sed forsan de honestate si voluerint. Quare non solum qui prima tantum tonsura ordinati sunt, verum neque alij aliorum gradum infra subiaconatum tenentur ad canticum graduum. Neque nulla est lex & consuetudo quæ talem inijciat scrupulum, neque episcopus ad hoc potest obligare.

Clerici in minoribus cõstituti, ad nullas horas canonicas tenẽtur. contra Panor.

Palud.

Secũda conclu.

Secunda conclusio. Quicunque habet ecclesiasticum beneficium aut prebendam sub clericali titulo, tenetur sub reatu lethalis criminis ad plenum horarum canonicarum officium. Et est intelligenda conclusio cum præcisione sicut præcedens. Itaque sicut sacer ordo sine beneficio obligat, ita & beneficium absque ordine sacro. De hac quidem conclusione expressum iuris textum non vidi, annotatur tamen ca. fin. distinct. 92. cuius verba sunt, quod presbyter aut diconus, vel quilibet clericus ecclesiæ deputatus, ad quotidianum officium tenetur vbi verbum, deputatus, intelligunt per titulum alicuius beneficij, vt distinguatur à prioribus membris presbyter, & diaconus. Facit & verbum capit. fin. de rescrip. libro sexto Beneficium non datur nisi propter officium, nam peculiare ac proprium clerici officium, vt supra diximus, est horarum canonicarum pensum. Facit & capitul. cum secundum Apostolum præben. vbi sancitur clericos omnes ad onus eligi, atque adeo non esse à mercede depellendos. Ac subinde iubetur neminem sine titulo aut beneficij aut patrimonij esse ordinandum aut si secus fiat, quod episcopus ei victum præbeat. Cum ergo merces propter onus debeatur, & proprium onus clerici sit dicere officium, fit vt ex quacunque præbenda nascatur hæc obligatio. Atque hac de causa sic sumus conclusionem moderati, vt talis præbenda possideatur clericali titulo, nam qui titulo seculari decimas percipiunt vt reges & equites, & concionatur & lector, non tenentur ad huiusmodi horas soluendas. Quam ob rem eos qui præstimonialia sacerdotia possident licet alij aliter sentiant, excusare non auderem ab officio diuino persoluendo, eo quod ille titulus, clericalis est, & non secularis. Nam quod dicunt illa fuisse instituta tantum ratione studij, non ea potest iuris auctoritate, vt ob id sint ab eiusmodi munere exonerandi. Quare de concess. præben. ca. quoniam, lib. 6. præstimonia inter cæteros ecclesiasticos titulos connumerantur.

Probatio primæ conclusiõis.

Modera tio con clusiõis.

Qui præstimonialia sacerdotia possidẽt ad officium diuinum tenẽtur.

Repro batur opinio. Lauren tij. Sylvest.

Quocirca non tenetur opinio Laurentij, vt bene ait Sylvest. verb. hora §. 3. dicentis, clericos in minoribus ordinibus beneficiatos qui per alios seruiunt, excusari posse ab officio diuino, immo satius ait Panormi. loco citato quod cum horas pendere, officium sit personale, semper ad illud tenentur.

Panor.

Et quamuis Ioan. Andr. in Nouellis dicat quod libenter videret, si ecclesia ratione studij liberaret huiusmodi beneficiatos in minoribus, non habentes animarum curam, vt tantum recitarent officium Virginis, profecto non esset salutare concilium, eo quod ecclesiastica stipendia præcipue, vt diximus, propter huiusmodi officia pendantur. Illos autem qui tantum habent pensiones, quia nullum habent ecclesiasticum titulum, sed merum ius petendi ab illo qui titulum habet, iam sæpe diximus minime ad canonicas horas teneri. Dubium autem restat quando præbenda est tenuissima. Sunt enim qui eatenus hãc conclusionem affirment, vt etiam dum beneficium tenuissimum sit, adeo vt neque ad miseram ducendam vitam sufficiat, nihilominus obligare censeant. Immo vero, & si merum titulum sine fructibus quis habeat non excusent à culpa si horas ca-

Ioan. Andr.

Pensionarius tãtũ nõ tenetur adhoras Dubitatio. Sylvest. Solutio.

nonicas prætermiſeris. Atque hoc ſequitur Sylueſt. verb. hora. §. 3. & quidam e recentiſſimis Theologis. Sed profecto multo libentius ad contrariam ſententiam ſubſcriberem. Nam cum clericus citra ſubdiaconum ad officium non alia ratione quam ſtipendij ad officium diuinum teneatur, quando beneficium adeo eſt exiguum vt fere pro nihilo reputetur, non eſt cur talem obligationem inducat. Nec vincit obiectio dicentium illi eſſe imputãdum, qui illud recepit, nam tenuiſſimum beneficium ex natura ſua non obligat. Quare qui illud recipit non obligatur. Dixerim tamen tenuiſſimum vt fere pro nihilo reputetur, nempe ſi his temporibus ſummam ſaltem octo ducatorum non attingeret, nam ſi diutius eſt, quamuis non ſufficiat ad victum, ſi tamen pauperi clerico bona eſſe poſſet pars ſuſtentationis, nõ omnino poſſidens excuſatur. De hoc ergo ſapientiam prudentia conſulenda eſt. Pari modo de illo cenſendum qui vel litigioſum, vt ait Palu. merum habet titulum prębendæ ſine fructibus idque ex conceſſione Pontificis eoſdem fructus alteri reſeruantis, itaque in ſua poteſtate non ſit illos percipere, vt ait Caietan. in Sum verb. hora, quandoquidem obligatio non emergit niſi ex ſacro ordine vel ex perceptione mercedis. Neque in contrarium ſolida eſt ſuperior obiectio, videlicet illi eſſe imputandum qui tale beneficium accepit, nam quod auctoritate ſit Papæ, alteri non imputatur. Cum ergo ſacerdotiũ fructibus ſuis priuat, videtur poſſeſſorem ab obligatione abſoluere dicendi horas. Secus res haberet ſi per illum qui prębendam poſſidet ſtaret vt fructus non perciperet, vtpote ſi vel alteri gratis daret, aut propter excommunicationem, aut quia non reſidet, illis priuaretur, tunc enim non eſſet ab omnia dil gamine abſolutus. Petrus de Palude loco citato eos propterea excuſat qui Breuiarium non habent neque emere poſsũt. Quamuis dicat quod debent officium addiſcere. Porro vero ciuſmodi excuſatio nõ eſt cur admittatur. Etenim. Cum nemo ſit in clericalem ordinem admittendus, qui non habeat vnde viuat, nemo clericorum excuſatur ſi Breuiarium non habeat imò antequam haberet non eſſe ordinandus. Eo potiſſimum quod Paluda, loquebatur antequam eſſent impreſſiones. Modo namque vilius emuntur. Diuerſa vero eſt ratio vbi fortuito caſu quis Breuiarium perdidit, neque eſt in loco vbi haberi poſſit. Addiſcere vero officium vt memoriter dici poſſit, nemo lege cogitur, quia res eſt non omnibus bene poſſibilis, ſatis enim eſt ſi legere ſciat. Quare ſi quis eſſet aut inter infideles aut in prouincia vbi breuiarium neutiquam reperietur, legitima obtegeretur excuſatione. Eadem ratione excuſantur & cæci, aut oculis caliginantes vt legere nequeant. Tametſi dum aliquas horas memoriter proferre poſſent, fortaſſe teneretur. Quamuis neque omnino ſim certus an eſſent rigore cogendi, quandoquidem tenacitas illa memoriæ accidentaria ſit, licet tutius eſſet vt ſe obligatos cenſerent. Pari modo qui ſic eſſet impeditus aut circa infirmos, aut aliter, vt nullatenus poſſet orare, itidem excuſaretur. Quamuis fraus ſemper cauenda eſt, eo potiſſimum & huiuſmodi obligatio arctiſſima eſt, à iureque diuino deſcendens. Immo vero ſi vlla mihi adhibenda eſt fides, coniicio vt qui ex choro mittuntur ad thurificandum altari, ſimpliciter non teneamur Magnificat & Antiphonam dicere, quia neque coguntur memoriter ſcire, nec alium tunc ſecum portare librum. Eo præſertim, quod dum illi iure illa ad celebritatem eiuſdem officij occupantur, totus chorus pro illis ſupplet. Immo neſcio an ille qui organis choro reſpondet teneatnr poſtea officium pendere, quia in primitiua eccleſia tãtum erat vnus liber in choro. In infirmis autem atque in alijs ſimiliter impeditis manifeſta eſt excuſatio, dummodo abſque omni fraude ad prudentiam boni viri impedimentum exiſtimetur eſſe legitimum. Quamuis re dubia conſilium medici, auctoritasque præfati vti in ieiunijs, intercedere debeat.

At de alijs iuris impedimentis hæſitare quis poſſet, videlicet vtrum excommunicatus, irregularis & degradatus ab orandi vinculo immunis fiat. Apparet enim inde ſic res habere quod ab alij officijs iure cohibentur. Sed nihilominus reſpondetur nullatenus excuſari. Nam vt habet gl. can. leg. 16. qu. nemo ex ſuo delicto facit conditionem ſuam meliorem. Et ideo iſti tenentur ad ea quæ ſunt oneris, licet illis priuentur quæ ſũt honoris. Debet tamẽ excõmuni-

Refellitur ſolutio. Sylueſt.

Qui ſolum hẽt titulum beneficij ſine fructib. nõ tenetur ad officiũ diuinum. Caiet. Limitatio ſuperioris aſſertionis. Paluda.

Impediti nõ tenentur, &c.

Quæſt. Solutio. Gloſſa.

municatus ſolitarie officium, ſoluere, quia non poteſt ſe publicis officiis ingerere. Tametſi niſi ſit nominatim excommunicatus, aut manifeſtus clericorum percuſſor, non tenetur alijs, vt alias diximus ipſum euitare, ſed poteſt quiſque cum illo orare. Irregularis vero & degradatus qui excõmunicatione non eſt irretitus, ita choro etiam poteſt cum aliis officium ſoluere, quoniam ſolum impediuntur ab adminiſtratione ſacramentorum, & excuſatione eccleſiaſticæ iuriſdictionis, & a ſuſceptione ordinum. Poſt hæc autem, quod omnium maximum dubium ingerit, eſt de religioſis, qui nondum maiores ordines ſuſceperunt. Maximum inquam dubium non quod non ſit omnium opinio, vt ait Sylueſt. loco citato, & Panormit. & omnes iuriſconſulti, & D. Antoninus 3. part. tit. 13. cap. 4. Neque eſt qui contrarium aſſerere audeat, neque ego auderem. Sed dubium eſt de iure, aut ratione. Nam cum neutrũ ſuperiorum capitum, nempe neque ordo ſacer, neque beneficium illos cogat, nulla apparet fieri reliqua obligationis ratio. Quapropter Caieta. in ſua Summa, verb. hora. Certe inquit niſi conſuetudo illos obliget (de qua nihil ſcio) non tenentur ex profeſſione. Hactenus ille. Quod enim aiunt teneri ratione voti ex capit. licet de de voto. non ſatis habet cogendi uim. Illic enim ſolum habetur quod ſi quis quid uouit, teneatur illud ſoluere, religioſi autẽ tria tantum ſuſpiciunt eſſentialia vota, & pollicentur viuere ſecundum ſuas conſtitutiones. Vnde Hieronymus ad Heliodorum, & refertur. 16. queſtio. prima. Alia eſt inquit cauſſa monachi, alia clerici, illi de altario viuunt & capit. Et ad ruſticum monachum. Sic viue in monaſterio vt clericus eſſe merearis, cum in clericum te populus elegit, age ea quæ ſunt clerici. Hoc ergo differt religioſorum ordo a clericali quod clerici diputantur eccleſiarum ſeruitio, religioſi vero non niſi contemplationi. Cui quidem diſcrimini applaudit D. Thom. 2. 2. queſt. vltima, artic. 8. ad ſecundum. Secunda vero ratio quæ omnibus eſt celeberrima, videlicet quod viuunt ex eleemoſinis, quę propter diuinum cultum ipſis a plebe erogantur nihilo magius habere videtur vigoris pondus. Decimæ nãque ſunt propria merces ſeruientium eccleſijs, reliquæ vero eleemoſynæ non habent illud onus annexum, atqui rari ſunt Conuentus ex decimis viuentes. Præterquam quod tales decimæ poterunt illis, ſicut reliquis pauperum hoſpitalibus abſque tali onere adiudicari. Et qui abſque decimis viuunt, licet eleemoſinas percipiant erogantur illis, tamen ſicut ceteris pauperibus. Et eſto pro bene factoribus orare teneantur, non tamen ideo canonicum perſoluere officium. Quod autem mihi argumentum occurrit, omniũ moleſtiſſimum eſt. Si religioſus choro deputatus, qui tamen non eſt in ſacris, teneretur ad officium, non poſſet abſque Papæ diſpenſatione illo onere eximi. & tamen ſi in eadem religione fiat laicus, quos nos Conuerſos vocamus, non tenebitur amplius ad officium canonicum, illa autem mutatio nulla indiget Papæ diſpenſatione, ſed per ſolum prælati aſſenſum fieri poteſt. Mirabile ergo cuipiam forte apparebit quod ſolus prælatus poſſit monachum liberare ab officio perſoluendo, ad quod tenebatur.

Nam ſi dicas pariter qui beneficium habet teneri a quo tamen ſi obligatione ſi illud relinquat, liberatur nullam præ te fers rei noſtræ ſimilitudinem, nam illa obligatio tantũ erat propter mercedem, obligatio vero monachi debet eſſe ratione ſtatus quem relinquere nequit. Quare qui ex choro ſubductus fit conuerſus, ſtatum religionis non mutat. Si ergo conuerſus non tenetur, apparet quod neque ille, qui deputatus eſt choro, niſi ſit in ſacris. Et ſimile argumentum, immo validius ſit ſanctimonialibus quæ ex choro diſtractæ fiũt laicæ. Quod ſi nos viciſſim redarguas, ſaltem eiuſmodi religioſos teneri vinculo ſuæ regulæ, de hoc non cõtendimus. Obligabuntur enim tunc ſaltem in ordine noſtro, non ad culpam, ſed ad pœnam, vt de religioſis laicis illico dicturi ſumus. Quæſtio autem eſt de præcepto quale eſt in ſubdiaconibus & ſupra, his vero non obſtantibus, etſi negari nequeat, ſi vim tantum rationis conſulas, permultu mouere, haud tamen negandũ eſt celeberrimã eandẽq. laudabilem conſuetudinem, vno antiquorũ patrum conſenſu approbatam, vim habere præcepti videlicet vt nullus religioſorum qui choro dedicati ſunt, ab eiuſmodi obligatione ſoluendi diuinum officiũ excipiatur. Immo vero neq. nulla hic conſiderenda

Dubiũ de religioſis.

Sylueſt. Panor. Anton.

Rõ prima ineficax ad colligendum religioſos vt teneãtur diuinum officiũ perſoluere.

Hieron.

D. Tho. Secũda rõ ẽt ineficax.

Argu.

fitenda eſt conſuetudo, verum & lex etiam eſt agnoſcenda. Arguitur ergo in confirmationem præſentis ſententiæ. Vniuerſi & ſinguli monachorum conuentus cuiuſcunque ſpiritualis ordinis qui ſub ratione ſolennis voti ab eccleſia ſunt approbati tenentur in communi diuinum officium celebrare, ergo quotquot eidem numeri addicti ſunt quoties choro defuerint, tenentur idem officium pendere q̃ illic publice canerent. Antecedens profecto nemo poſſet, neque vllus auderet negare, nam vbi eccleſia religiones ſecundum euangelium inſtituit, eas videlicet quas rei ſpiritualis gratia admiſit, eaſdem diuinis laudibus mancipauit, quippe cum illud ſit præcipuum contemplationis munus, atq. adeo, ſi ubi fieri poteſt, præfecti negligentia tale officium in communi non fieret, citra dubium mortale illi eſſet crimen. Loquor de religionibus antiqui, nam ſi alius religionis modus citra huiuſmodi obligationem admittatur, certe vix nomen religionis meretur, quippe q̃ maximo ſplendore religionis careat. Conſequentiam vero argumenti fortaſſe quis neget, cogitans ſat eſſe eos qui ſunt in ſacris tale officium ſoluere, reliquos vero dum affuerint choro. Attamen conſequentia inde maximam habet probabilitatem, quod tota religio eidem muneri mancipata eſt, atque adeo ſicut clericus ratione ordinis, ita & religioſus choro mancipatus, ratione religionis ad officium tenetur. Quare Sanc. Thom. loco nuper citato. 2. 2. quæſt. vlt. in ſol. ad ſecundum, quidquid Caieta. autumet, ſolos laicos monachos excipit ab officio clericorum. Quod ſi hoc de viris religioſis verum habeat idem eſt & de ſanctimonialibus cenſendum nempe quòd teneantur in communi, vbi fieri poteſt, ad officium diuinũ ſin minus, priuatim. Quo circa ad primum argumen. reſpondetur, quod etſi monachorum ſtatus ſit contemplationi addictus, contemplatio tamen in officio diuino perſoluendo potiſſimum conſiſtit. Saltem ille, potiſſimus eſt contemplationis effectus. Ad aliud vero argumentum, quod fateor eſſe difficile, reſpondetur quod ea ratione qua quis eſt choro deputatus, obligatur ſtatas horas perſoluere, ſed quomodocunque inde amoueatur ab eodem ſit vinculo liber. Hanc enim liberandi facultatem apoſtolicas ſedes in inſtitutione religionum, earum præfectis indulſit. Et quando ratione ſatis diſſolui nequirent, nihilominus præualere deberet, cum conſuetudo quæ vniuerſis religionum patribus vim cenſetur habere præcepti, tum etiam quod hac facta licentia vt religioſi, ac potiſſimum ſanctimoniales ad diuinum officium non tenerentur, nullum eis fieret reliquum exercitium ſpirituale, quo tempus pro ratione ſui inſtituti expenderent. Et re vera de me fateor neſcio quid erroris præſenti cere dum mihi cogitatio animarum ſubit negãdi tam illuſtrem conſuetudinem vim habere præcepti. Eos autem qui nondum profeſſi ſunt, quamuis Petrus de Paludan. loco citato in quarta diſtinctione decimaquinta, quæſtione quinta duplici capite eoſdem obligari cenſeat, videlicet & quod eleemoſinis ſuſtententur, & quod priuilegij religioſorum gaudeant, vt patet de ſententia excommu. lib. 6. cap. religioſo tamen cum hæc aſſertio nullo iure fundetur, vt probe ait Sylueſt. loco citato, non eſt cur recipiat. Enimuero cũ nec religionis habeãt ſtatum, neque clericalem, nulla ſuperſtes ſit cauſſa illos obligandi. Similiter & de religioſorum laicis Auguſtin. de Ancho na, quem D. Anton. 3 parti tit. 13. cap. 4. citat & ſequi videtur, cenſuit, videlicet quod ſub reatu mortalis delicti teneantur ad diuinum officium ſibi præſcriptum. Melius tamẽ rem alij conijciunt, quorum ſententiam Sylueſt. illic amplectitur nempe quod non teneantur, quandoquidem non ſunt diuino officio dedicati. Qua propter quod præfectis religionis illi laicorũ ordini orandum iniunxerint, non aliam vim habebit præcepti quam quæ in tali religione exprimitur. Quare in noſtro ordine illud vinculum non obligauit ad culpã niſi vbi contemptus irrepſerit, ſed ad pœnam pro arbitrio prælati.

Ad primum igitur capitale argumentum reſpondetur quod vtrumque diſperti ta ſint alia clericorum officia, vniuerſis tamẽ commune eſt horarum canonicarum penſum. Et pariter reſpondetur ad ſecundum quod qualecunque quis poſſideat ſacerdotium ſub titulo clericali, etiam præſtin oniale, tenetur ad officium perſoluendum, vt circa ſecundam concluſionem monſtratum eſt. Et de religioſis non profeſſis declaratum eſt quod non teneantur.

Ad

Solutio poſitæ concluſ.

Suadet proxima aſſertio.

Prælati negligẽtia circa ſoluẽdũ diuinũ officium in cõmuni peccatũ mortale eſt.

S. Tho.

Ad primũ arg.

Ad ſecũdũ arg.

Palud.

Sylueſt. Monachi non profeſſi non tenentur ad officium diuinum, cõtra Paludan.

Auguſt. de Ancho. Anton. Sylueſt. De monachis laicis auctoris iudicium.

Ad primũ arg. capitale.

Ad ſecũdum.

Ad tertium. Ad tertium denique in quo de diſpenſatione ſuper hoc vinculo interrogabat. Reſpondetur obligationem hanc partim eſſe de iure diuino, partim de iure poſitiuo. Nam in genere quod omnes clerici ſacris initiati ad aliquod officium diuinũ perſoluendum teneantur, ius diuinum eſt ſuper quo Papa diſpenſare non poteſt. Quod autem hoc aut illud dicatur, ius eſt poſitiuum eccleſiaſticum, vt ſtatim artic. proximo patebit, ſuper quo adeo Papa, rõne id legitima exigente diſpenſare poteſt.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ordo & modus ſi aliquis perſoluendo diuino officio neceſſarius.

POſtquam viſum eſt quinam ſint illi qui diuinum dicere officium tenentur ſequitur de alijs tribus circunſtantijs, nempe quid, quando, vbi nam de modo articulus ſubſequens adhibẽdus eſt Et quod quantum ad ſubſtãtiam nullum ſit officium determinatum, arguitur, nam, vt habetur cano in die. de conſecr. diſtin. quinta, diuerſæ eccleſie & religiones diuerſa canunt. Et canon. placuit diſtinctio. 12. prohibetur monaſteriorum cõſuetudines cum ſecularium eccleſijs commiſceri, nil ergo certi ſtatutum eſt omnibus neceſſario canendum.

Primũ argum.

Secũdũ. Secundo. Nec tempora ſunt neceſſaria, quia ordo non eſt de eſſentia, vt fere vſus habet clericorum, & ca. presbyter. de celebrati Miſſarum inſinuat, præcipiens vt ruralis ſacerdos poſt matutinum officium pẽ ſum ſtatim aliarum horarum perſoluat, antequam infirmos viſitet & in rus exeat non ergo temporalis horarum ordo neceſſarius eſt. Immo neque circunſtantia loci, quia vbicunque quis officium ſoluat etiam extra eccleſiam, implet præceptum. In cõtrarium tamen faciunt canones, de his, & placuit, 12. diſtinc. vbi præcipitur vt idem ordo pſallendi ſecundum metropolitanam eccleſiam ab omnibus teneatur. Et in dicto cap. Dolentes præcipitur deuotio & attentio.

Quinque propoſuimus in ſuperiori articulo de horis canonicis diſputanda, nempe qui teneantur, ad quid, quando, vbi, & quomodo. Vnde cum primum illic fuerit expeditum, & quintum ſingularem articulum exigat, ſupereſt vt ad præſentem quæſtionem ſecundum aliorum numerũ tribus concluſionibus reſpondeamus.

Prima concl. Prima ad orationum ſubſtantiam ſpectans, eſt Ex quæ horis canonicis cauenda recitandave ſtatuta ſunt, non eadem prorſus in omnibus eccleſijs & religionibus exiſtunt, Radix concluſionis eſt illa quam artic proximo tetigimus videlicet quod etſi penſio officij diuini iure diuino ac naturali præcipiatur, tamen quod hæc aut illa ſticantur, ius pontificium eſt, quæ ideo pro diuerſis anni temporibus, pro diuerſisque prouincijs, & hominum ingeniis variantur. Vnde cano in die de conſecrat. diſtinctione quinta, ait Gregorius VII. in tempore paſchali tres tantum pſalmos totidemque lectiones cantari. Gregor. VII.

Cuius cauſſa intelligenda eſt duplex aut triplex, ſcilicet ad recreandos animos à quadrageſimali labore, & ad ſignificandum tum dies quibus Chriſtus in ſepulchro remanſit, tum etiam Reſurrectionis lætitiam. Alijs vero feſtis nouem pſalmi cum eodem lectionum numero in pfeſtis autem ſatis ſunt lectiones tres.

At monachi nigri duodecim pſalmos canum, & alii octodecim, ſed alii toto anni circulo tribus contenti ſunt pſalmis. Quod, vt illic ait Papa, non ex regula ſanctorum patrum, ſed ex faſtidio & negligentia comprobantur facere. Vnde cap. nouit. diſtinctione duo decima idem Pontifex Auguſtinus Angelorum admonetur ex multis eccleſiis colligere ea ſatagat qui bus eccleſiam illam nouam ſalubrius inſtituat. At vero etſi eccleſiæ non nihil varient, nihilominus lex illa ſeruanda eſt quæ eadem diſtinctione, canon. de his, & cano placuit. conſtituitur, nempe vt vnus ſit pſallendi modus ſecundum morem eccleſiæ metropolitanæ, atque in religionibus ſecundum ſua cuiuſq. ſtatuta. Et quanuis nonnullorum opinio ſicut poſſit quiſque ſequi vſum eccleſiæ Romanæ, non facile crediderim id ſingulis perſonis ſine auctoritate Pontificis eſſe liberum nam quod in cap. nouit, citato admonetur Auguſtin. Angelorum vt conſuetudinem eccleſiæ Romanæ conſulat, id intelligitur ad ſanciendas leges illius nouæ eccleſiæ, non autem vt eandem quiſque licentiam priuatim accipiat. Quare licet nõ prorſus, contra-

Lex canonica de pſallendis horis.

Non liberũ ſingulis perſonis ſequi vſũ Romanum in recitãdis horis abſque ſuperioris auctoritate.

contradicere auſim Caietan. ſententiæ, inquientius in ſua Summa non eſſe reatu mortalem ſolui officium de ſanctis, die qua deberet deferia, neque ſolui iuxta ritum Romanæ eccleſiæ dum deberet iuxta monachale inſtitutum haud tamen culpa omnino caret, nec tam laxe remittendæ ſunt in re eiuſmodi habenæ. Immo debent Antiſtites & religionum præfecti omnino eiuſmodi auſus cohibere, videlicet ne vllus clericorum aut religioſorum, aliter priuatim officium pendat quam in choro faceret. Illud namque directorij documentum, quod qui ad titulum patrimonij ordinatus eſt, poteſt quod libuerit officium diuinum ſoluere, nullum habet iuris fundamentum. Obligat o enim orandi non naſcitur ſolum ex beneficio, ſed ex clericatu, & ideo tenetur quiſque & in hoc quoque matrici eccleſiæ ſuæ eſſe ſubiectus niſi dum in alia eccleſia ſacerdotium obtinuerit, nam tunc illius more canere, atque adeo orare debet. Et ſi in pluribus eccleſijs debeat beneficium, illam debet ſequi cui magis tenetur ſeruire. Fateor equidem prolixitatem nimiam pſalmorum, moleſtiſſimamque precationum inculcationē aliquarum eccleſiarum ſubditos ſæpenumero ab officio illo pacto ſoluendo abſterrere, atque adeo in cauſſa eſſe vt compendioſius Breuiarium exquirant. Hoc enim vt libro primo, dicebamus, cum primis latores legum animo proſpicere debent, ne illas leges ferant quas temporis longinquitas propter ipſarum intolerantiam corrodat. Putant enim homines magis pij quam prudentes bene rei conſulere ſi pſalmos, ad pſalmos orationeſq; ad orationes lege accumulent, cū tñ occaſionem potius offerant, vt breuius eiuſmodi orandi inſtituta pereant. fuit olim ſanctiſſime inſtitutum vt creberrime de tempore penderetur officium, qua ratione totum Pſalterium hebdomatim recurrebat. Aucta tamen poſtmodum ſunt tot viuorum ac mortuorum ſuffragia, preces, ac litaniæ, vt itum iā fuerit ad breuiſſima ſanctorū feſta excogitanda, adeo vt neque in Quadrageſima vel tribus diebus officium de ſanctiſſimo tempore celebretur, quod profecto, præſertim inter religioſos, neque ratione ſtudij decorum eſt. In ordine autem noſtro ſic conſultum ſemper fuit mediocritati, vt officium nobis temporis vſu ſit frequentiſſimum. Pet hæc ſi vera ſunt perpendere ea quiſque poteſt, quæ de nuperrimo Breuiario Romano li. 1. adnotare cæpimus.

Cēſura. Breuiarij. Romani.

Primum quod finis orandi non eſt Pſalmos addiſcere aut ſacrarum ſcripturam ſtudium, vt illic habetur ſed laudes Deo dicere, preceſque fundere. Quare non ſunt reſponſoria, antiphonæque & hymni, atque aliæ cautiones aſpernanda, quæ non ſolum tam longa ſanctorum patrum ſeries, tanta cum meditatione & conſultatione pro ſingulorum temporum rationibus conſtituit, verum & angelicus chorus cælitus attulit. Enimuero fit, vt eodem loco dicebamus, ciuilis legis antiquitas tantum ſit honoris digna, vt niſi vrgentiſſima neceſſitate ſit mutanda, multo id minus permitti debet in ſacrorum legibus & inſtitutis quibus populus ab antiquo imbutus eſt. Sed aiunt, Breuiarium illud non eſſe excogitatum, vt publicitus in eccleſijs cantetur, ſed vt priuatim. quiſque horarum penſum ſoluat.

Directorii documētum nullum habetiuris fundamen.

Hoc autem obtendiculum multorum profecto eſt incommodorum cauſſa. Primum enim cum clericorum cætus ex omnibus conſtet, ſi ſinguli ſemel illo orandi modo aſſueuerint, facile eum admittent in publicum. Quod iam in aliqua eccleſia Hiſpaniæ intentatum eſt. Quod Tridenti in concilio non ſine mærore & ſcandalo fuit auditum, nam cum populus in quadrageſima & ſancta hebdomada conſueta officia non audiret, non potuit non vehementi triſtitia & ſcandalo perturbari. Et quando hoc exiſteret periculum, vſque iam adeo non canonicis eccleſiarum vſu receptum eſt domi per illud Breuiarium horas pendere, vt in choro mutui ſedeant, & vtinam tam attenti quam ſeculares. Haud enim animaduertunt ſtipendia, non vt aſſiſtant, & duntaxat ſint numerus, ſed re vera vt pſallant eis eſſe conſtituta.

Refellit proximū ſuffragium.

Nam beneficium, vt ait lex, non datur niſi propter officium. Immo vero eo res peruenit vt cauere dedignentur, purentque ſuæ maieſtati derogari, ſed capellanis inferioris clauſſis id committunt. Vide quam ſint ſui officij immemores, ego ipſe ab eorum quibuſpiam rogatus ſum vtrum debito ſoluendi horas ſatisfaciunt ſi domi eas non ſoluant, ſed in choro cantando.

tando. Quod profecto audiens, hinc risu, inde mœstitia afficiebar. Perspice ergo quanta sit habenda cura vt nemo aliter priuatim diuinum officium soluat, quam in choro soluitur. Præterquam quod tres tantum psalmos canere, quod illud habet Breuiarium, vt can. in die supra citato ait Gregorius, ex negligentia nascitur & fastidio diuini officij, contraque sanctissimum antiquissimumque ecclesiæ morem trium nocturnorum quem 1. art. commonstrauimus. Nunc ergo maxime temporis quãdo hæretici sanctissimum orandi institutum ab ecclesia deturbare contendunt, omni cura & vigilantia esset asserendum, & si qua parte claudicat, instaurandum.

Additio auctoris

Adde quod neque psalmi, vt sunt in eodẽ breuiario per ferias distributi, congruere festiuitatibus satis possunt, quæ in easdem ferias incidere assolent sunt, verbi gratia feriæ sextæ tres illi consignati, Deus Deus meus respice in me. Et saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, & in te Domine speraui, designati, vtpote qui celebritati passionis accommodantur, quando ergo in eandem feriam festum incidit, aut natiuitatis domini, aut assumptionis beatæ Virginis, aut aliud quod iocunde celebrandum est, quomodo ijdem psalmi accommodabuntur? Item ad completorium vbi certas nocturnas præces contra dæmonũ insidias ecclesia semper cecinit, nihil opus erat singulis ferijs psalmos commutare. Haud enim tanti refert totum psalterium hebdomadatim perlegere, quam orationes temporibus & necessitatibus ecclesiæ adaptare. Hæc dixerim non quod in cœlum, hoc est in Apostolicam sedẽ cui summus honor semper deferendus est, os ponere cogitauerim, sed vt alios Antistites inferioris classis admonuerim ne pergant in suis ecclesijs nouis horarum ritibus clerum conturbare. De officio beatæ Virginis controuertitur itidem inter Doctores,

De officio beatæ Virginis controuersia.

vtrum etiam sit in præcepto eo, quod hac de re nullum extat ius, sed sola consuetudo. Immo vero si historias consulas, res non est antiqua, sed forte a trecentis hinc annis. Nam ante Bernardi tempora & religionum Mendicantium institutionem non increbuerat tanta virginis deuotio. Quocirca si coniecturis agere licet, hæc consuetudo non cæpit tanquam vim habens præcepti, alias alicubi legeretur, sed ex pietate & deuotione, qua sanctissima Virgo dignissima erat. Atque huius nonnullum iudicium est, quod institutione nostri ordinis iussum est vt surgentes fratre, illic in Dormitorio officium Virginis nocturnum recitando soluant, quod si præceptum esset ecclesiasticum in choro iuberetur solui. At vero decursu temporis cõsuetudo adeo inualuit, vt nullus doctorũ aut sanorum patrum negare audeat vim habere præcepti.

Officiũ B. Virginis sub præcepto debetur.

Quare neque debuit omnino ab ecclesiastico more abigi, quamuis Breuiarium illud citatum, eiusmodi vinculum dissoluerit. Iam enim clerus adeo sacerdotia ecclesiastica quasi seculari sibi iure possident videlicet quia vel successores a prædecessoribus hæreditant, vel propria solertia & pecuniæ dispendio conquirunt, vt vix arbitrentur ad officium teneri sed illud cũctis aliis negotijs posthabẽtes in dies procurent leuius reddere. De officium autem mortuorum idem est censendum, quam uis mos iste, vt D. Thom. quolib. 6. artic. 8. insinuat, potius introductus est ratione præbẽdarum quas clerici possident, quam ratione meri ordinis. Ad officium namque animarum postridie festi omniũ sanctorum manifestum est omnes clericos in sacris teneri, cum sit illius diei proprium, sed ad aliud officium quod secundum diuersarum ecclesiarum consuetudines diuersimode aut dietim aut hebdomadatim soluitur, apparet non teneri, nisi eos qui ex decimis viuunt, puta beneficiatos vt illic censere Sanct. Thom. videtur etiam illos qui in scholis existunt, nam retribuitur pro bonis, quæ mortui ecclesiis reliquerunt. Et ideo in religionibus tenentur singuli clerici secundum sua statuta, vt reor, sub pœna peccati mortalis illud exoluere. Seculares autem clerici, qui nullum ecclesiasticum habent beneficium, non est ita constans ad eiusmodi onus lege cogi, tametsi cum iam sint sacris mancipati, videantur more teneri ecclesiæ, cui subduntur.

De officio mortuorum D. Tho.

De Litanijs nocturno officio adiectis.

De Litanijs demũ, quæ in profestis diebus nocturno officio adhibentur, bene arbitror censere, qui aiunt eiusmodi cõsuetudinem nõ habere vim præcepti. Nõ enim habent

habent formam vt sint pars diuini officij, sed sunt precationes quædam ad sanctos adhibitæ, qui solutum munus Deo offerunt. Et fortè ortum habuerunt inter religiosos propter satisfactoria flagella, quibus tunc vapulabant. Quare iam nunc in ordine nostro sancitum est, vt chorus duntaxat Litanias dicat, qui autem priuatim orant, ab illis dicendis sint absoluti.

Secũda conclu. Sequitur de tempore & ordine horarum. Secunda conclusio Quamuis in communi adeo sit necessarium officium statis per ecclesiam horis persolui, vt eius omissio culpa sit mortalis, tamen priuatim tempora & ordinem mutare licet culpa nonnulla esse possit, non tamen mortalis.

Probatio prioris partis conclusio. Prima conclusionis, pars inde constat, quòd vt artic. 1. monstratum est, sanctissimis rationibus ecclesia horas publicis dicendis laudibus statuit, & præsertim vt sciret populus, quo tempore ad ecclesiam cõfluere deberet. Quapropter si ordo ille intermitteretur, prægrauem offensam ecclesia pateretur, ex grauitate autem obiecti æstimatur culpæ magnitudo, esset ergo mortalis. Vnde Clementi. prima de celebratione Missarum. Graui inquit cõcilium, turbatione mouemur, quod nonnullorum rectorum negligentia, &cæt. Quo fit, vt eiusmodi delictum præfectis esset impingendum, atque illis, quibus cura publica incumbit, vt officium diuinum in communi fiat. Vnde ad significandum, quantum ad hoc referat subdit concilium, Sanctus, vt illi ad quos id pertinet &c. Eo infra, vt cathedralibus regularibus, ac collegialibus ecclesijs horis debitis deuote psallatur. Secunda vero pars

Suadet altera cõclusiõis pars. conclusionis probatur. Nam quòd a priuatis personis tempus & ordo mutetur, cum in conspectu populi non fiat, non præse tantum fert absurditatis vt lethalem obducat maculam, immo vero licet cum sine causa fit, leui saltem culpa non careat tamen aliquando nullam prorsus affert. Qui enim, inquam, absque vlla causa horam constitutam prætermittit, absque dubio saltem venialiter peccat: Nam quod sæpe & sæpius inculcare non vereor, cum hoc sit proprium clerici munus, illud debet cunctis alijs negotijs anteferre, nempe vt quando in choro canitur, ipse officium soluat, vt cum alijs orare censeatur, eo vel maxime quod si semel horam legitimam prætermittat, periculum imminet vt vsque ad noctem rem prolates, & tunc potius murmurando quàm orando debitum indigne soluas, quod fœdum est. Quare vt notatur in c. presbyter, de celebratione Missarum, satius illi est qui impedimentum timet, horas præponere, quam postponere. Igitur cum apud aliquem Summistam legeris horarum ordinem non esse in præcepto, duobus moderaminibus illud a tempera. s. quantum ad eos, qui priuatim erant. Et rursus quod illos sub mortali reatu non obligat. Attamen qui vel ex culpa vel absq; illa horam, exempli gratia, primam, aut tertiam, immo etiam nocturnum officium dicere quando debuit, omiserit, si postea occurrit tempus quo potest choro interesse consultius est vt inibi posteriores prius persoluat, & postea priuatim priores, quàm si vt ordinem seruet choro absit. De ordine præterea missæ inter alias horas meminit Veruecensis, quẽ Sylvest. refert, verb. Missa §. 6. qui ait eum qui ante nocturnum officium putat matutinos Psalmos & laudes, Missam celebrat, mortaliter peccare, quod idem Sylvester ait omnes Summistas tenere. Et Anton. 3. parte, tit. 13. cap. 4. citat in eandem sententiam Hostiensis, & alios quibus nõ refragatur. Hoc autem absque vllo iure & rationis fulcimento dictum est. Nec consuetudo censenda vllo pacto est tale præceptum inuoluere, nam sacrificium Missæ non connumeratur inter canonicas horas, cum tantum sint septem, sed per se antiquitus sua habebant statuta tempora, saltem Missa solemnis, quam maiorem appellant, scilicet diebus festis post tertiã, de consecrat. distinct. 1. canon. nocte, & in profestis post sextam, vt illic canon. solent. & in diebus eiunij post nonam.

Explicatur celebris summistarũ assertio.

Veruecens. Sylvest.

Anton. Hostiẽs.

Non est mortalis culpa Missam celebrare ante matutinũ officiũ persolutu.

De priuatis autem nihil est cautũ, præterquam quod nisi ex priuilegio, neque post meridiem celebretur, neque ante lucem, excepta nocte Natalis Domini. Si ergo soluere nocturnum officium sexta aut nona hora diei non est mortale nescio vnde inferatur, quod celebrare prius Missam sit mortale, quãdoquidem distincta sint officia, neque vnum habeat necessarium ordinem ad alterum. Forsan ob consuetudinem, venialis esset culpa, ubi

fieri

fieri posset commode, si non prius nocturnum solueretur officium, nam ob caussam aliquam ordinem anteuertere, nulla est culpa, vtpote si illi qui nondum matutinas dixit caussa incumbit cel. brandi quia vel prælatus præceperit, vel aliquis eleemosynam offert vt statim dicat. Imò vero si quis propter morbum aliquem legitimam haberet excusationem soluendi officium diuinum, non video cur non posset sacrum Missæ facere, quamuis neque dixerit neque dicturus esset cæteras horas. De prima autem nullus restat scrupulus. Qui enim in conuentu auroræ. Missam & reliquas ante primam dicere iubentur, melius facient post missæ celebrationem interesse choro ad primam quam illam ante Missam soluere, nisi eos obligare velis vt bis eadem dicant, quod esset ridiculum. Igitur ordo legitimus est, vt diuinum officium suis horis persoluas, priuatā vero Missam, quando fuerit expedientius, quamuis decorum est vt si post primam celebraueris illam prius soluas. Post hæc de loco vbi horæ dicendæ sunt, tertia conclusio superioris fere instar constituitur. Horæ quidē in communi & solenniter in ecclesia sunt de præcepto celebrandæ, priuatim vero vbique dici possunt. Prima pars similiter vt superior nota est, nam templa in hoc extructa destinataque sunt vt illic horæ celebrentur, sicuti & Missarum solennia. Quare in Clementina trau. de celebratione missa. in ecclesijs iubentur horæ psalli. Nihil tamen obstat quo minus in aulis principum eadem canantur officia, atque alibi ex priuilegio, quamuis Missa profecto non deberet domi permitti De hoc autem alias. Priuatim vero nulla est culpa, vbiuis dummodo locus non sit adeo indecens horas pendere. Quamuis Innoc. Host. quos Syluest. verb hora § 1. refert, censeant beneficiatum clericum teneri singulis diebus horas dicere vel audire in ecclesia, nisi iusto impedimento excusetur, alias si in camera dicat debitum, inquit, non reddet. Sed re vera vsque adeo hoc est rigidum, vt non sit tenendum. Veruntamen eatenus Innocentij sententia verum haber, quod qui stipēdio ecclesiastico eruitur, quod propter officium ei supediratur, non debet caussas absentiæ excogitare & fingere, vt ecclesiam suo seruitio defraudet, quod tenetur, cuius alimentis viuit. Alioqui iniustitiam committere, immo tam aperte hac parte posset esse iniustus, vt ad restitutionem teneretur.

Melius est post missam celebratā, choro inter esse ad primam quam illam ante Missā soluere.

Tertia conclu. Probō.

Innocē. Hostiēs. Sylueſt.

Nihilominus tamen etiam illi qui priuatim diuinum officium canonice soluūt, curare debent vt si non in ecclesia, saltem domi oratorium habeant pro sua facultate destinatum, vbi attente & deuote tam egregium religionis officium Deo valeāt exhibere. Nā illud in foro aut in uicis more aliorum negotiorum secularium præstare, præterquam quod attentioni impedimentum obijcitur, non habet illam honestatem, quam res pro sua dignitate deposcit. Adde, q̄ locis indecentibus, vt ubi profana fiunt, & inter compotandum, & dum naturæ ceditur, esse non potest absq. culpa Quare multo est cōgruentius, tempus orandi differre, quam illis locis aut tēporibus orare.

Diuinæ preces loco honesto p soluēde.

Argumēta igitur initio quæstionis obiecta, soluta restant.

ARTICVLVS V.

Vtrum ad soluendum canonice diuinum officium requiratur attentio.

QVintum denique circa orationem meditandum est orandi modus, qui in deuotione attentioneque adhibenda positus est. Arguitur ergo, quod huiusmodi attentio sit per totū officium necessaria. Oportet enim, ait redemptor Ioannis 4. cum Deus spiritus sit, vt ij qui adorant eum, in spiritu & veritate id faciant, quare oratio dicitur ascensus intellectus in Deum, vbi autem non est attentio, neque spiritus adest quo in Deum conscendi possit, ergo illa est semper necessaria. Secundo arguitur. Orationi, quippe q̄ actus religionis existit, necessariū est vt omni careat peccati macula, qui aūt absque attentione Deum aliquid oraret, potius eum deridere appareret, quam honorare. Cuius exemplum Basilius in libro de uita pfecta, c. 2. a principe humano deprompit Attentione enim, inquit, orāti in primis opus est, nam si ante principem cō sistat, negligentius se habēdo minimè audiēdo, minimè respōdendo, minime quo

Prim⁹ argum.

Secūdū.

Basilius.

ap-

aſpiciendo, ſed alia verſum oculos flectendo, non ſolum non placabis, ſed ad iracundiam eundem prouocabis. Quanto magis ante Deum, qui tuam conſcientiam intus & in cute nouit, & qui ſi quid vacillas, ſtatim deprehendit. Tertio, & eidem conſonat præceptum Innocentij ca. Dolentes de celeb Miſſar. vbi dictrictè præcipit in virtute obedientiæ, vt diuinum officium quantum nobis Deus dederit ſtudiosè celebremus pariter & deuotè. In contrarium tamen eſt, quod id quod in hominis poteſtate ſitum non eſt, neutiquam nobis ad culpam imputatur. Tenere autem fixam mentem, vt non diuagetur, non ſemper nobis eſt poſſibile, imò propterea Dauid lamentatus aiebat, Cor meum dereliquit me.

Tertiũ. Innocẽ.

Potiſſima orationis conſideratio eſt de deuotione & attentione, quæ illi partim neceſſaria, partim vero maximum ornamentum eſt. Et vt res eſt pretioſiſſima, ita tum difficillima, tum ſubinde rariſſima. Ea enim natura eſt omnium rerum quæ excellentiſſimæ ſunt. Formauimus autem articulum de attentione orationis in genere, eo tenore, quo eum D. Thom. tractauit. 2.2. qu. 83. cuius eſt arti. 13. vt inde ad attentionem horis canonicis neceſſariam deſcendamus. Vnde quo eius mentem præmittamus, ait bifariè aliquid eſſe neceſſarium, vt 5. Metaphyſic. Philoſoph. auctor eſt. Vno modo, per quod melius & decentius peruenitur ad finem, ſicut equus ad peragendum iter. Atque altero ſimpliciter vtpote ſine quo res ſuum finem attingere nequit, veluti cibus ad vitam. Pari modo attentionis neceſſitas duobus modis exiſtimatur. Vno, vt tam diu perſeuerat quãdiu oratio durat, atque altero vt cum quis ad orandũ ſe accommodat, attendat quid facere aggreditur. His præhabitis ad quæſtionem ſeptem concluſionibus reſpondetur, quinque ad genus orationis vniuerſim ſpectantibus, duabus ad horas canonicas propriè attinentibus.

S. Tho.

Bifariã aliquid eſt neceſſarium.

Prima attentio priori modo, hoc eſt per totam orationem neceſſaria eſt ei, ſi neceſſarium, priori etiam ratione vſurpetur. Eſt enim ſplendidiſſimum orationis ornamẽtum & decus ſingulis verbis attẽdere, quis, quid, cum quo loquaris. Si autem poſterio ri modo, hoc eſt ſimpliciter neceſſitatis po men accipias, tunc in oratione trinus eſt conſiderandus effectus, Primus, vt actus ſit moraliter bonus, ſi extra gratiam fiat, idẽque meritorius ſi ex gratia procedat. Et de hoc ſtatuitur ſecunda concluſio. Vt actus ſit moraliter bonus, atque adeo meritum apud Deum, non eſt ſimpliciter neceſſarium, vt attentio toti orationi aſſiſtat, ſed ſatis eſt, vt qui oraturus accedit, animaduertat, quid operis in ceptet, tunc enim vis illius attentionis virtute per totum durat, vt faciat illum actum eſſe humanum. Secundus orationis effectus, eſt impetratio. Et de hoc ſimilis conſtituitur tertia concluſio. Neque ad iſtum effectum ſimpliciter neceſſaria eſt attentio, quæ totam orationem comitetur, immo ſi quis initio attendat quid petit impetrare poterit. Tertius denique effectu orationis eſt, idemque præcipuus, ſpiritualis quædam mentis refectio, dulciſſimaque recreatio, quæ ab eloquio cum Deo inito inſtillat. Et de hoc adhibetur quarta concluſio, Ad huiuſmodi effectum aſſequendum neceſſaria ſimpliciter eſt attentio, quæ ſit totius orationis individuus comes. Eſt enim attentio huiuſce effectus cauſſa coęua, quippe quod cum illa prima ceſſat, effectus quoque euaneſcit. Et ratio eſt, quod huiuſmodi mentis refectio non in habitu, ſed in actu ſpiritualis vitæ conſiſtit. Quare niſi attentione præſenti, extare nequit. Vnde Paul. 1. ad Corinth. 14. Si orem lingua (ſcilicet ſola) mens mea ſint fructu eſt. Quinta concluſio attentionis explicatoria eſt. Triplex eſt attentio, quę vocali orationi adhiberi poteſt. Prima vt quiſque ad verba duntaxat attendat, ne prolatione erret. Secunda qua attenditur ad verborum ſenſa. Tertia, qua attenditur ad finem orationis, ſcilicet ad Deum & ad rem, pro qua oratur, quæ quidem eſt maxime neceſſaria. Et hanc etiam poſſunt habere idiotæ, immo vero & docti ſic per hanc Deo poſſunt mente affigi, vt alium obliuiſcantur. Hæc D. Thom. quæ generalia ſunt omni vocali attentioni, ſcilicet tam ſpontaneæ populi, quam clericorum canonicæ. Quæ autem antequã ad cã quæ horis canonicis neceſſaria eſt deſcendamus, iſta explicatius euoluentur, notandum quod attentionis quæ fit in vocali oratione locum habet, nam in mentali, cum ipſa eadem attentio ſit ipſiſſi-

Prima conclu.

Secũda conclu.

Tertia conclu.

Quarta conclu.

Rõ concluſion.

Paulus.

Quinta conclu.

ipsissima oratio, vanum est quærere vtrum illic requiratur attentio. Est enim repugnantia, mente orare & non attendere: nam cũ primum diuagari mens incipit, orare desinit. Imò ob id mentalis oratio sæpenumero optatior est, quod cum mens ad verba non effunditur, diuinis hauriendis mysterijs liberius vacat. Quare sola vocalis oratio est, quæ attentione carere potest: nimirum dum aliorsum cogitatione diffluente, lingua dat sine mente sonum.

Secũdũ. Secũdo notandum, quod attentio & deuotio, præsertim vt vulgus nomen deuotionis vsurpat, res sunt diuersæ, Vulgus namque deuotionem eam esse putat, quã in 4. conclusione diximus mentis esse refectionem, & recreationem, cum tamen Latinè aliud auribus insonet. Deuouere nãque est aliquid sancte promittere. Vnde deuotio (vt 2.2. quæst. 82. ait S. Thom.) est quædam animi in alterius obsequium propensio, & applicatio: nempe dum quis paratissimus est promptissimus, Deo vel diuo obsequi sic enim dicitur quispiam sacrosanctæ virgini deuotus. Immo cum morte se quisque pro re aliqua destinauit, dicitur animam deuouisse. Attendere vero, nihil aliud sonat, quàm mentem habere præsentem ad id quod dicitur: nempe vt quod lingua foris personat mens simul intus concipiendo loquatur. Et quod ait Augustin. hoc versetur in corde, quod profertur in ore. Vnde illic Paul. mentem appellat verborum animam. Quæ sine anima, inquit, sunt vocem dantia, siue tibia, siue cithara &c. Etenim ceu vox tubæ, ille qui sine attentione orat. Et ideo subdit inferius: Orabo spiritu, orabo & mente. Distinctæ ergo res sunt deuotio & attentio. Stat enim aliquem destinatum habere animum ad Dei seruitium, qui tamen mente dum orat non sit attentus, & fortè vice versa. tametsi deuotio suapte natura causa sit attentionis. Nam qui animum procurat diuinis obsequijs habere præsentem, ille & in oratione attentum cum habebit. At vero quoniam ex illa mentis præsentia & attentione distillat, vt diximus, spiritualis quadam dulcedo, qua anima reficitur & recreatur, hanc vulgus appellat deuotionem cum tamen potius sit deuotionis attentionisque effectus & fructus. Ex quo fit, illarum trium attentionis specierum postremam esse fructuosissimam. Prima namque, puta attentio ad verborum prolationem infirmus est attentionis gradus, quem habere non potest nisi qui linguam norit, ob idque clerici omnes saltem debent esse Latini, alias recte & congrue efferre verba nequibunt.

Secundum autem gradus, puta ad sensa attendere, non omnibus Latinis congrui, nisi Theologiæ peritis. Tertius vero spiritualibus est familiaris, etiam si sint idiotæ. Isti namque qui alia mysteria non callent, attendunt dum orant, tum ad diuinam maiestatem cum qua loquuntur, tum ad suam exiguitatem, qui loquuntur, & præterea ad eorum necessitatem quæ postulant. Supremus autem scopus orandi esse debet, cor & mentem quam maxime fieri queat deificare. Quocirca si possibile esset, in deitatem ipsam, satius semper foret attendere. Quod si vel in alios sanctos vel in sacram Virginem attendatur, non sic debet illic mens gradum figere, ac si vltimus esset scopus, de quo indocta plebs sæpissime errat, sed debet id tanquam medium accipi, per quod ad diuinitatem, quantum Deus dederit, ascendatur. Quapropter oratio à sanctis sic describitur vt sit ascensus mentis non in diuos neque in alias supremas substantias, sed in Deum ipsum. Quin verò meditatio passionis Christi cæterorumque eiusdem humanitatis mysteriorum dum oratur, etsi sanctum sit concilium, haud tamen illic sistenda est mens tanquam in fine, sed tanquam medio vtendum, quod omnium supremum est ad diuinorum amorem. Cuius quidem nos meditatissime ecclesia admonet in præfatione Natiuitatis. Per incarnationem enim inquit, verbi mysterium, noua mentis nostræ oculis lux tuæ claritatis infulsit, vt dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibilium amorem rapiamur. Ex quo fit iursus, quod attendere ad id quod petis, si temporale est, quamuis quadam tenus, liceat periculo tamen non careat, ne diuinam maiestatem illuc referas. Et ideo non est illic diutius immorandum. Immo vero cum interea quæ a Deo nobis efflagitanda sunt, sempiterna gloria, ac subinde gratia & virtutes, quibus illuc promouemur, apicem & culmen teneant, tamen neq; in istis est finis orationis constituendus,

Supremus oratiõis scopꝰ.

Orationis definitio.

Secũdũ documẽtum.

Deuotio & attẽtio res distinctę

Corollarium.

dus. Etenim, etſi propterea quòd Deus ipſe eorum obiectum eſt, ſalubertimum ſit poſtulare, tñ intentionis vertex in Deum ipſum, eiuſque gloriam, qua ipſe beatus exiſtit, referendus eſt: videlicet, vt id ipſum quod eius conſpectu frui expetimus, non tam ad noſtrum bonũ, quod ad amorem attinet concupiſcentiæ, quàm ad ſuum ipſius, quod amor eſt beneuolentiæ, referamus: nempè non tam ad id q̃ noſtra voluntas, quàm ad id quòd ſua expleatur: qua voluit ſuam propriam felicitatem in nos effundere. Quam ob rem in horis ſingulis dum inchoantur, poſt petitionem diuini adulterij ſtatim initio canitur. Gloria Patri &c. tanquam ſcopus quò tota referatur ratio. Hæc autem alius eſt loci fuſius diſſerere. Hinc ergo ad propoſitum reuertentes, ſtatuimus ſextam concluſionem.

Sexta concluſio.

Attentio eſt in præcepto, non ſolum clericis canonicè canentibus & orantibus ſub reatu mortali obligante: verum & ſuo modo ſecularibus, dum ſpontaneas fundunt preces.

Rõ concluſiõis.

Vtriuſque partis ratio ex ipſa rei natura proficiſcitur: nam cum orare ſit actus virtutis, neque vero cuiuslibet, ſed religionis, neceſſe eſt vt fiat, quando, & vbi, ac potiſſimum quomodo oportet: quibus circunſtantiarum ornamentis vna quæque virtus ſecundum Philoſo. veſtitur: modus autem nullus eſt naturæ orationis germanior, quam attentio. Quatenus autem ad horas canonicas res attinet, concluſio peculiariter probatur ex

Innocẽ.

verbis Innocen. in concilio generali, cap. dolentes. de celeb. Miſſ. vbi ait, Diſtrictè præcipimus in virtute obedientiæ, vt diuinum officium nocturnum pariter & diurnum, quantum eis (nempe clericis) Deus dederit, ſtudioſe celebrent, pariter & deuote. Verba namque illa, diſtrictè in virtute obedientiæ, planiſſimè oſtendunt præcepti vim, obligantis ſub reatu mortali. Neque vllius eſt apparentiæ eiuſmodi cauillatio, quod præceptum illic non ferat ſuper modum attentè deuoteque orandi, ſed ſuper ſubſtantiam, vt diuinum officium integrè perſoluatur. Nullius inquam, eſt apparentiæ, nam cum præceptum illud iampridem, vt dictum eſt, in ecclesia extitiſſet, nulla erat in Concilio obortæ de illo quæſtio: ſed quia modus dicendi ſenſim in præceps ibat, curatum eſt ſub præcepto illum inſtaurare. Adiectio autem illa quantum eis Deus dederit, anſam prima fronte offerre poteſt dicendi quod attentionis modus relictus fuerit orantis arbitrio. Attamen non ſic ſe res habet, ſed ſenſus eius eſt, quod nemo teneatur ſummam adhibere attentionem ac deuotionem: ſed tamen apparare ſeſe, modo ſtatim explicando, vt per ſe non ſtet quo minus Deus deuotionem atque animi refectionem influat. Quod ſi aduerſus huiuſmodi ſententiam inde arguas, quod eccleſia de actibus animi internis, vtpote quos minime nouit, iudicare non debet.

Obiectio.

Reſpondetur, quod quamuis per ſe, ſi illos ſeorſum ſpectes, ſub eccleſiæ iudicium non cadant, nihilominus tanquam exteriorum radicem aut circunſtantiam, mandare de illis poteſt. Dum enim annualem confeſſionem indixit, ſubſequenter iuſſit vt mente de peccatis cogites, illaque memoriam reuoces. Immo in Clemens multorum de hæreticis, eos qui odio vel amore hæreticos inquirunt, aut inquirere prætermittunt, excommunicatione ferit: quam non incurrent, niſi ex huiuſmodi affectionibus delinquant. Pariter ergo præcipere potuit attentionem, quæ orationis ingenio & conditioni natiua eſt. Ne quis nimium mandati rigore perterrefiat, adhibetur

Solutio.

Septima concluſio.

concluſio 7. Præceptum attentionis in officio diuino canonicè perſoluendo, duo includit: videlicet vt orandi initio quiſque attendat quid agere aggreditur. Præterea, vt talem attentionem inter orandum conſulto & ex profeſſo non interrumpat, hoc eſt niſi conſultò & meditato agat per quod animum a priori attentione diſtrahi deprehendat. Quin vero ad prius membrum ſatis eſt, vt virtute alicuius præcedentis intentionis & conſuetudinis fiat. Vt ſi quis, dum ſignum ad horas datur, ad chorum de more vadit, aut ſecum priuatim, faciendo id quod ſolet, recitare inchoent, per illud ſatisfacit præcepto. Secundum autem membrum declarat D. Thom. ar. ic. citato in ſolutione tertij. Si quis enim, inquit, ex propoſito in oratione mente vagetur, hoc peccatum eſt, & impedit orationis fructum.

D. Tho.

Pecca-

Peccatum inquit eſt: vbi præceptum deno tat. Et fructum orationis amittit, puta non ſolum animi refectionem, quam ſupra diximus non durare niſi quamdiu attentio durat, verum & meritum & impetrationem: quia ſtudio dimouetur ad attentionem. Et in hoc, inquit, ſenſu accipiendum Auguſt. eſt illud Augu in regula: Pſalmis & hymnis cum oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in ore. Euagatio vero mentis quæ ſit præter propoſitum, orationis fructum non tollit. Intelige meritum, & impetrationem, vt ſupra expoſuimus, nam animi refectio non prouenit Baſilius. niſi dum ad rem attendis. Vnde Baſil. loco citato de vita perfecta. Si debilitatus inquit, a peccato fixe nequis orare, quantumcunque potes, teipſum cohibeas, & Deus ignoſcet: eo quod non ex negligentia, ſed ex fragilitate non potes, vt oportet, aſſiſtere coram Deo. Hæc ille. Vbi nota, quod ex negligentia craſſa mentem diuagari permittere, eodem relabitur, ac ſi conſulto id faceres. Eſt enim nauigatio mentis, cum cogitatio a propoſito auerſa abſq; vllo ſcopo oberrando diſcurrit, Cuius qui dem cauſſa multiplex eſt. Prima quidem, Quid mentis diuagatio. quam Baſilius ſignificat, ſcilicet mentis debilitatio & languor, quem ex peccato originali contraximus per quod frenum originalis iuſtitiæ amiſimus. Vt enim qui nõ eſt poplite firmus, non poteſt fixè incidere ita neque mens noſtra firmiter propoſitæ meditationi adhæreſcere. Et ſicut ſoldum fluctuantem aquam irridiat, non poteſt radios ſolide illic infigere, ſed videntur titubare, ſic ſe habent diuini radij in mentibus noſtris. Præterea & praui habitus noſtrorum ſcelerum & inſolita conſuetudo mundana cogitandi. Nam ſicut corruptus humor corporeus quo ſemel fluere incipit illuc ſemper ac pertinaciter decurrit, ſic & lubrica noſtra cogitatio. Accedit & ſupra hęc omnia, dæmonum infeſtatio, qui nobis in oratione quà cum Deo tam familiariter conuerſamur, infeſtiſſimi ſunt. Quapropter nec nobis demirandum eſt, quod mentem in oratione retinere non poſſumus, neque tamen deſperandum, ſed tanquam in re vt pretioſiſſima, ita & difficillima, omni potius diligentia enitendum, vt orantes, præſentes animo, ſimus, primum diuinum fauorem contra dæmones imprecando. Hac enim ratione nos inſtruxit eccleſia, quæ canendi exordium inde auſpicatur; Domine labia mea aperies. Et, Deus in adiutorium meum intende. Deinde & cogitatricem mentem aliunde, quantum in nobis eſt, dimouentes, ad diuina aſſuefaciendo. Quò autem ad rem redeamus, quoties quis dedita opera mentem ab attentione non dimouet, præceptum orandi non omittit. Vt autem rei perſpicuitate timoratis conſcientijs conſulamus, nemo cenſendus eſt attentione ex profeſſo diſtrahi, niſi hæc concurrant, videlicet vt dum horas pendit, alio negotio occupetur, quod ſuapte natura orationis attention i aduerſetur. Vt ſi quis, verbi gratia, tunc legat, aut ſcribat, aut pingat, aut id genus aliquid faciat, quod attentionem requirit. Quare ſi dum quis orat, manus lauat, aut ſe induit, aut aliud quidpiam facit, quod non tantam animaduertentiam expoſtulet, etſi contra orationi dignitatem male faciat, & forſan venialiter peccet, haud tamen contra præceptum mortaliter. Dixerim forſan venialiter, quoniam non ſemper eſt peccatum, immo in ordine noſtro præceptum nobis eſt vt ſurgentes officium Virginis dicamus, & vt antiqua indicat Dormitorij diſpoſitio, inter induendum ſe fratres illud inchoabant videlicet vt iniqua phantaſmata quæ in ipſa expergefactione occurrere aſſolent, abigerentur. Rurſus requiritur, quod qui aliquid facit aut cogitat, quod ab orationis attentione extraneum eſt, aduertat per illud ab eadem attentione dilabi. Quare etſi vltrò & voluntarie alia cogitet (vt bene ait in ſua ſumma Caiet.) quouſque inſpiciat ſe diſtrahi, ſemper reputatur inaduertenter diuagari, atque adeo excuſatur ab omiſſione precepti de attentione implet que adeo ſubinde orandi mandatum: tametſi diffitendum non ſit propter dignitatem orandi & propter periculum, crebrò venialem culpam irrepere. Supra hæc autem adde, quod non quoties per attentionis omiſſionem mortaliter delinquitur, ne ceſſitas incurritur reſtituendi, articu. proximo dicturi ſumus. Emergit autem obligatio iterum eandem horam repetendi. Quod ſi contra hoc poſtremum verbum ſic arguas. Qui eccleſiam ad audiendum ſacrum die feſto intrat, cum animo tamen mortaliter corrupto, ſi ſacrum audiat, præceptum implet, ergo qui pſalmorum ſub- Caieta.

stantiam profert, etsi sciens & prudens vaga mēte id faciat, pari rationi satisfacit debito. Negatur consequentia quia præceptum audiendi Missam non obligat nisi taliter audire vt sit actus humanus, qualis esse potest, etiam si aliud simul ad sit sinistrum propositum. Soluere autem officium diuinum obligat vt fiat attente. Quare sublata attētione, præceptum non impletur. Conuincit autem prefata argumentatio quod si quis attente oret quamuis id faciat adiunctam habens vanam gloriam, immo quamuis simul habeat propositum aliud mortale, satisfaciet præcepto quantum ad substantiam, ita vt non teneatur officium iterare. Hæc ad pacandas conscientias dicta sint, nihilominus non esse debent contentus sic orare: immo, vt nuperrimè dicebamus, adhibenda est cura & diligentia vt attentio per totam orationem perseueret, & magis ac magis mens reficiatur. At vero quoniam conclusionis tenores seculares etiam libere orantes complexi sumus, adnotandum est & illos suo modo ad attētionem teneri. Primum, quia aliquando occurrit eis quoque orandi præceptum: vt capit. 6. & 7. super Matthæ in illo Christi verbo, Petite & dabitur vobis adnotauimus, tametsi cum sit affirmatiuum, non obliget pro semper, sed pro tempore & loco, quod non est præsentis loci discutere. Vnde quando quis in tempus incidit eiusmodi explendi præcepti, perinde ad attentionem tenetur atque clericus. Quare Diuus Thomas loco proxime citato generaliter, ait, ex proposito in oratione mente vagari, peccatum esse.

Seculares orantes etiā suo modo ad attētionē tenētur.

Dubitatio.

At vero dubium est, vtrum dum quis libere & suapte sponte orat, teneatur etiam mente attendere. Apparet namque minime teneri, nam si hoc ego tempore nullatenus orare obligor, nulla apparet culpa si orare ad meum libitum velim, etiam consulto mentem aliorsum vertendo. Exēpli gratia: Cum opifex & mercenarius dū manibus operatur profana canit, cur non etiam tunc orare poterit, tametsi dedita opera totam attentionem manuali opera habeat defixam? Respondetur collectionem nullam esse. Non teneor, orare, ergo quamuis orem, non teneor attendere. Nam quanquam licitum mihi sit ab opere religionis nonnunquam vacare, tamen dum facio ex ipsa natura virtutis obligor debite facere. Sicut, in operibus otiosis contingit. Nam licet non tenear operari, tamen dum operor, teneor siue aliquo honesto id facere: alias nonnulla est culpa. Pariter ergo dum oro teneor pro rei dignitate orare, ne contemptor & irrisor apud Deum habear. Dixerim, dum oro, nam, si quis quicquid negotij faciat, vult Psalmos recitare vt alias caueat cogitationes, non est cur vitio detur, quia illud non per modum orationis eligitur, sed tanquam mentis retinaculum. Sed rogas nunquid perinde erit peccatum mortale, attentionem orationis aut negligere aut dimouere dū quis citra præceptorum orat, ac si clericus in oris canonicis ad facere? Apparet enim sic res habere, eo quod, vt modo dicebamus, dignitas orationis attentionem exigit. Respondetur nihilominus non perinde peccare, nam vbi præceptum interuenit orandi, eodem pręcipitur attentio. Vbi autem libere & citra obligationem oratur sola est culpa venialis indecenter orare: quare distractio, etiam meditata, nisi contemptio adsit, nunquam erit mortalis.

Solutio.

Hæsitatio.

Argumenta ergo quæ in capite quęstionis proponebantur, non necessitate præcepti procedunt, alias efficacia essent, vt conclusione sexta assertum est, & in septima declaratum. Sed dirigebantur ad probādum attentionem necessariam esse per eam orationem, quod re vera nō probant. Et ideo ad primum respondetur, illum in spiritu & veritate orare, qui instinctu Spiritus sancti secundum diuinam, & ecclesiasticam sanctionem ad orandum se accommodat: etiam si ex animi languore mēs postea aliorsum deffluant. Et eidem sufficit vt oratio sit ascensus mentis in Deum.

Ad primū arg.

Ad secundum satis inter explicandum septimam conclusionem responsum est, nempe quo non quicumque mente dum orat diuagatur, Deum irritat, sed ille duntaxat qui id vel consulto vel negligentia crassa facit. Auctoritati autem capituli, Dolenter. sua est conclusio concessa, nempe, præceptum esse attentionis, non tamen quæ necessario totam orationem debeat comitari.

Ad secū dū arg.

ARTI-

ARTICVLVS VI.

Vtrum episcopus & clericus id facere prætermittens quod facere tenetur, ad restitutionem aut prębendæ aut fructuum obligetur.

CVm decimas clerici, vt supra ostensum est stipendij loco propter officium suscipiant, ordo præsentis disputationis vt exploremus expoſcit, vtrum ecclesiastici seu episcopi sint, seu inferiores sacerdotes & clerici, ad restitutionem toties teneantur, quoties id quod debent non faciunt. Et arguitur à parte affirmatiua. In primis cap licet. de electione lib. 6 sancitum legimus in concilio Lugdunen. sub Gregor X. vt ille cui ecclesia parœcialis demandata est, nisi intra annum sacerdos fiat, vt residere in ecclesia valeat, nulla præmissa monitione sit prębēda priuatus Cui Bonifa. c. commissa. eodem tit. adiecit, vt si mentem non habuerit ad sacerdotium promouendi, teneatur ad restitutionem fructuum. Secundo. In concilio Lateranen. sub Leo. X. sessione 9. decretum est, vt qui diuinum officium canonice non persoluerit, pro rata teneatur perceptos fructus restituere, quod si supra dimidiatum annum in eadem negligentia perstiterit, beneficio priuetur, quippe quod propter officium datum erat. Tertio. Non solum qui horas canonicas nō pendit, immo qui corruptis moribus est, videtur ad restitutionem obligari. Sane cum fructus ecclesiasticos populus clericis tāquam pretium suorum peccatorum & vota apud Deum offerat, vt habetur 12. q. 1. canon. videntes, quare vt Oseæ 4. legitur & refertur 1. quæs. 1. canon. ipsi sacerdotes peccata populi comedere dicuntur. Qui autem aliorum intercessores sunt apud Deum tenentur pura mente integram vitam viuere. Quare si aliter viuunt, ad restitutionem tenentur secundum tenorem tituli, de condit. cau. data & non sequuta. ff. in contrarium facit, quod neque stipendia, neque vero decimæ conferuntur sub ea conditione vt quocunque actu stipendiatus famulus defecerit, ad restitutionem teneatur. Nemo enim, quæ fragilitas humana est, tam inculpate famulari potest. Præterea, quod vt lib. 1. disputabamus, qui pœnam incurrit, non tenetur ante condemnationem illam luere.

Primū arg.

Cōcil'ū Lugdunen.

Bonifa.

Secūdū.

Tertiū.

Quatuor capita sunt de quibus in præsentiarum controuerti potest, vtrum clerici ad restitutionem, seu prębendæ, seu fructuum teneantur, quæ argumentorum ordine designata sunt. Primum, cum qui sacerdotium possidet, in animo non fert sacerdos aut clericus fieri. Secundum, cum prędictos ordines in tempore non recepit. Tertium, cum officium canonicarum horarum non pendit. Quartum, cum honestam vitam, vt clericum decet, non viui. Haud enim hic de simonia, aut de homicidio, aut de alijs sceleribus, ob quæ vel irregularitas contrahitur ad obtinendum beneficium, vel priuationis mulcta incurritur. Illorum enim disputationes ad alia loca spectant diuersa. Sed ea hic duntaxat disputamus, quæ ad prometędos decimarum fructus atque alia stipendia sunt clericis necessaria. Ad quæstionem ergo licet supra prædictum numerum, sex conclusionibus respondetur. Prima est expresse assertio prædicti c. commissa. de elect. lib. 6. Qui parœcialem habet ecclesiam, non intendens ad sacerdotium promoueri, ad perceptorum fructuum restitutionem tenetur. Parœcialem inquam quæ curam habet animarum annexam, secus de collegiata, vt habet illic glo. Et ratio, est, quoniam, vt cauetur in citato c licet. eod. titu. tenetur eiusmodi clericus in ecclesia sua residere, per seque ecclesiæ famulari, quod antequam fit sacerdos, non valet. Quocirca eadem lege comprehenditur episcopus. Et quamuis text. loquatur receptione pari ratione intelligitur de retentione. Quemadmodum inquam si dum parœciam suscipis, promoueri ad sacerdotium non cogitas, fructus restituere cogeris, quamdiu mentem non mutaueris, ita licet dum illam suscepisti sanum habueris propositum, si tamen id postea mutęs decernens non fore sacerdos, ab illo temporis articulo teneris fructus restituere. Itaq; quocunque tempore non intenderis sacerdotium suscipere, fructus illius temporis non facis tuos, nam par est de acceptione & retentione ratio, vt illic scite in gloss. notatum est. Et nota. Non intendens, quo verbo comprehęditur etiam ille qui dubio est animo, nam qui hęsitat,

Quatuor capita cōtrouersiæ pśentis.

Prima conclu.

non intendit. Quocirca ſi qui paræciam ſuſcipit nondum de vita deliberauit, ſed pendens eſt animi, vt ſi res alia via felicius ſucceſſerit, habitu clericali ſit renunciaturus, profecto non tuta conſcientia fructus recipit. Si autem intentionem quidem habuerit ſacerdotij ſuſcipiendi, ſub conditione tamen, niſi per mortem primogeniti fratris hæreditas paterna ſibi obtigerit, aut aliud quidpiam ſeculare proſpere ſucceſſerit, fortaſſe erit, qui dicat eum poſſe eoſdem fructus eccleſiaſticos percipere, eo quod conditionalis intentio, quodammodo eſt intentio. At neque huiuſcemodi profecto conſcientiam ſanam eſſe arbitraret, quoniam cum textus ait, Non intendens abſolutam intentionem expoſcit. Et ratio etiam ſuffragatur, nam qui abſolute percipit fructus, abſolutam habere debet intentionem. Alioqui fraudulenter, vt ait text. eos recipit. Parentheſis vero illa textus (niſi voluntate mutata promptus fuerit) non ſic aſtute intelligenda eſt, quod cum voluntate mutata ad ſacerdotium promptus fuerit, poſſit fructus illius temporis recuperare, quo propoſitum ſacerdotij non habebat, ſed quod cum propoſuerit promoueri, iam inde ſuos illos faciat.

Quæſt. Percontaris autem vtrum in eiuſmodi reſtitutione facienda expectanda ſit iudicis condemnatio, an vero nulla expectata ſententia ſit exequenda. Apparet namque

Solutio. ſententiam eſſe præſtolandam, eo quod lex illa videtur pœnalis. Reſpondetur nihilominus nulla opus eſſe iudicis cognitione, ſed eo ipſo quod quis non habeat propoſitum ſuſcipiendi ſacerdotium, fructus non facit ſuos, quoniam lex illa non eſt pœnalis. Immo collatio paræcialis ſacerdotij licet abſolute fiat, confertur tamen cum illa obligatione, vt cui confertur, ſacerdos fiat, alias fructuum dominium non acquirat. Quo ergo caſu locum habet Digeſtorum titulus ſupra citatus, de condi. cau. da. & non ſequu. Sed eſt præterea adnotandũ quod etiam ſi ille non intenderit promouerit, immo licet propoſitum habuerit ſe vxoriæ implicandi, titulum præbendæ ſecundum rigorem textus non perdit. Imò quotieſcunque ſacerdos eſſe voluerit, abſque noua prouiſione eandem valet retinere præbendam. Potro vero ſaltem ille qui firmato animo nunquam ſacerdotalem ordinem ſuſcipiendi paræcialem eccleſiam poſſidet præterquam quod fructus, vt ait text. non facit ſuos, non eſt immunis à delicto iudicandus. immo crediderim mortali, niſi illam reliquerit, quandoquidem eccleſiam occupat cui ſeruire non cogitat, quod profecto abſque exitiali animarum detrimento, quarum cura eidem præbendæ annexa eſt, fieri non poteſt. De alijs autem beneficijs quæ extra animarum curam ſunt, etiam ſi ſeruitium habeãt annexum nihil ſancitum eſt. Quare neque temere aſſerendum quod etſi abſque clericali intentione poſſideantur, obligatio reſtitutionis fructuum inde emergat, nam odioſa iura, vt habet regula iuris, reſtringenda potius ſunt, quam amplianda. At vero neque arbitror à culpa mortali eſſe mundum qui beneficium habet cui annexum eſt clericale obſequium, niſi propoſitum habeat, ſi non ſacerdotalem, ſaltem illum ordinem ſuſcipiendi qui tale ſeruitium neceſſarius eſt. Aut ſi nullus requiratur, ordo, ſaltem intentio neceſſaria eſt, clericorum more viuendi. Abſurdiſſimum enim eſſet qui canonicatum, aut aliud eiuſmodi beneficium, obſequio eccleſiaſtico deputatum retineret cum animo ad matrimonium conuolandi, aut ſeculariter viuendi.

Quin vero neque præſtimonia, quæ vocãt abſque culpa cum eiuſmodi ſeculari animo & habitu poſſidentur quandoquidem vt ſæpe antea diximus, iſtiuſmodi titulis clericalis eſt. De penſionibus autem alia eſt ratio quippe quæ ſine eccleſiaſtico titulo conferuntur. Quamuis ipſi propter aliquem famulatum eccleſiæ concedantur, ab urditate non caret. Sunt enim qui cum ſacerdotiorum potiantur, mutato animo eadem retentis penſionibus reſignãt, quas quidem coniugati retinent, quibus vxorem, & proles, & ſecularem faſtum ſuſtentent. Quod quidem adeo eſt inſtituto eccleſiaſtico abſonum, vt cur eccleſia ferat, non viderim. Secundum caput reſtitutionis quod poſuimus erat, dum paræcialis clericus intra annum ſacerdotium non ſuſcipit. De quo in d. c. licet de elect. lib. 6. extat concluſio, quę hic ſit nobis ſecunda. Qui titulum habens paræcialis eccleſiæ intra annum ad ſacerdotium non promouetur, nulla etiam præmiſſa monitione, eadem

Quid de præſtimonijs.

Quid depẽſionibus.

Secũda conclu.

eſt

eſt prębenda priuatus. Et eſt ſimiliter intelligenda ac præcedens nempe quod non opus eſt alia priuatoria ſententia eo quod
Rō conclusion. lex illa non eſt pænalis, ſed conuentionalis. Enimuero cum nulli eſſet animarum cura demandanda, niſi ſacerdos eſſet qui illico ſuam prouinciam adminiſtrare poſſet, ſanctum eccleſia duxit nemini eiuſmodi præbendas indulgere niſi cum illa conuentione, qua non ſeruata, eo ipſo ſit priuatus Quod ſi arguas. Ille facta prouiſione vere & abſolute eſt prębendæ dominus ergo niſi audiatur, non eſt expoliandus. Negatur conſequentia, quia eiuſmodi collatio ſemper, quodam modo eſt
Obiectio. à futuro pendens. Sicuti ſi tuam tu pecuniam alicui ſub aliquo obligatione & pacto conferres, eo ipſo, quo ille pacto
Solutio. non ſtet, tenetur eandem tibi reddere.

Illum autem canonem poſtmodum Bonifa.cap.cum ex eodem titulo. ſic modera
Bonifa. ad ꝓteri tis eſt, vt duntaxat ratione ſtudij, quo poſtā cōclu. ſet poſtmodum ſacerdos eſſe eccleſiæ fructuoſior, valeat epiſcopus cum huiuſmodi clericis per ſeptennium diſpenſare. Nūc vero temporis quocunque de cauſſa diDubiū. ſpenſator. Circa hanc ergo concluſionem nulla extat immorandi cauſſa. Tertium ergo caput reſtitutionis eccleſiaſticorum fructuum ex omiſſione ortum ducit perſol
Primū argum. uendi diuinum horarum officium, in quo plura complicantur dubia. Et primum eſt, An qui officium diuinum non ſoluit, ac reſtitutionem teneatur, & quo iure. Et incipiendo à naturali & diuino apparet in primis non teneri, quia in capit. presbyter. de celebratione miſſarum, & alijs ſupra citatis vſque ad Concil. Lateranenſ. ſub Leone X. nulla extat reſtitutionis mention, ſed tantum præcipitur, vt ſoluatur officium diuinum. Si autem reſtitutio diuini eſſet iuris, non fuiſſet ab eccleſia tam longo ſilentio diſſimulata, ſed expreſſis verbis explicata, nam per hoc quod ora
Argu. 2. re præuiſum eſt, non ſatis exprimitur quod aliter facientes ad reſtitutionem teneantur. Item beneficia non propter horarum officium ſolum, verum & pro alijs impenduntur clericis, qui autem alia prætermiſerit, vt ſi plebanus in ſua cura fuerit negligens, non ideo iure diuino ad reſtitutionem tenetur.

Tertia conclu. His tamen non obſtantibus ſtatuitur tertia concluſio. Qui ſub titulo clericali ſtipendium habet eccleſiaſticum, nempe ex decimis aut ſimilibus oblationibus, niſi diuinum officium ſoluerit, ad aliquam reſtitutionem tenetur.

Hoc patet, quia huiuſmodi ſtipendia licet non quantum ad quotam tamen iure Probatio. diuino, quin etiam naturali, inſtituta ſunt tanquam ſtipendia eccleſiaſticarum functionum. Munus autem maxime proprium clerici eſt, vt ſupra diximus, officium diuinum certis horis pendere. Quare in Concilio Lateranenſ. ad hoc propoſitum allegatur quod beneficium datur propter officium, ergo qui non penderit, iugo reſtitutionis eodem iure ſubijcitur, eo quod non vtrumque, ſed contra iuſtitiam deliquerit. Non dixerim, ſi hoc aut illo modo officium, non ſoluerit, neque quod ad talem aut talem reſtitutionem teneatur, nam hæc omnia ſunt de iure poſitiuo, ſed quod ſub pœna alicuius reſtitutionis teneatur clericorum quiſque orādi munus. Atqui in huius concluſionis confirmatio- Confirmatio. nem facit, non eſſe aliud credibile, quam quod ante nuperrimum Lateranenſ. concil. mos fuerit eccleſiæ, vt qui officium diuinum non diceret, ad aliquam reſtitutionem teneretur, alias prefatum Concilium non ſic repente tam inſigne præceptum protuliſſet, & tamen vt dicebamus, expreſſa reſtitutionis mentio non habetur antea in iure, ergo præceptum ipſum orandi, ſecundum naturale ius & diuinum ſub alicuius rationis pœna interpretabatur. Subtexitur, nihilominus, quarta concluſio, Non Quarta conclu. quicunque defectus in perſoluendo diuino officio immo neque omnis qui culpam inducit mortalem ad reſtitutionem obligat. Vt, ſi incongrue proferas, aut verſus aliquos etiam ex ſupina negligentia, & Probō. oſcitantia interpoles. Probatur, quia hoc nimirum irretire conſcientias, cum vix caduca, labiliſque hominum vita ſine huiuſmodi negligentijs tranſigi queat. Immo vero ſi matutinale officium, aut aliam horam ſeu exculpabili obliuione ſeu dedita opera prætermiſeris, quod forte ſemper eſt mortale, aut ſi totum diem orare prætermittas, quod certe eſt lethale, non ideo ad reſtitutionem rigore iuris teneris. In primis enim qui non ratione beneficij, quia nullum habet ſed ratione ordinis orā

di lege tenetur, non eſt quod reſtituat. Qui vero ratione beneficij fuerit obligatus, quantuis collatum ei fuerit propter officium, non tamen adeo minutatim reſpõdere debent ſtipendij portiunculæ ſingulis canonicis horis, vt cuiuſque prætermiſſio ad reſtitutionem illius portionis obliget. Quoniam neque in ciuilibus familijs tam exacte requiritur ſeruitium, neque Spiritus ſanctus cuius nutu eccleſia regitur, tales voluit ſuis miniſtris ſcrupulos inficere. Ex quo fit quod & ſi dum oras attẽtionem ſtudio, & meditato inde dimoueas licet mortale crimen ſit, vt ſupra diximus, ad reſtitutionem tamen non obligeris, quoniam neque ſi officium prætermitteres, obligatus eſſes.

Dubitatio. Rõdubitandi. Concil. Latera.

At vero dubium de illis reſtat qui longiori tempore orare canonice prætermittunt, maxime ſi præbendas habeant eccleſiaſticas. Et dubitandi rationem nobis offert ſeſſio. 9. citata Lateranenſ. Concilij. Cuius verba ſunt. Statuimus & ordinamus, quod quilibet habens beneficium cum cura vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit, legitimo impedimento ceſſante beneficiorum ſuorum fructus non faciat, pro rata omiſſionis officij & temporis, ſed eos tanquam iniuſte perceptos in fabricas eccleſiarum huiuſmodi beneficiorum, vel pauperum eleemoſinas erogare teneatur. Si vero vltra dictum tempus in ſimili negligentia contumaciter permanſerit, legitima monitione præcedente, beneficio ipſo priuetur, cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere, quo ad hoc quod eſt beneficio priuari poſſe, qui per quindecim dies illud bis ſaltem non dixerit. Hæc in Concilio. In hac vero vt iacet, verborum ſerie partim nimia videri cuipiam poteſt relaxatio, partim vero nimia peristrictio. Nam quod vſque poſt menſes ab obtento beneficio non cogatur clericus ſub aliqua pœna officium dicere, nimia relaxatio eſt. Rurſus, quod qui poſtea vno aut duobus diebus orare ceſſauerit, teneatur pro rata ſoluere, nimium apparet rigidum. Præterea, quod vrgentius eſt, nec verba concilij, vt iacent ſatis ſunt intelligibilia. Habetur enim prius, quod qui poſt ſex menſes ab obtento beneficio non orauerit pro rata reſtituat, poſtea vero ſubditur. Si vero vltra dictum tempus in ſimili negligentia contumaciter permanſerit, &c. Quæ quidem verba prioribus non grate cohærent, nam hæc poſtrema, in ſimili negligentia, aperte denotant negligentiam priorum ſex menſium ad reſtituendum pro rata obligaſſe, quandoquidem poſt illos, rigor cogendi per comminationem priuationis beneficij adhibetur. Conijcio ergo, immo certo crediderim, illud verbum Concilij non eſſe, poſt, ſed, per, videlicet vt ſenſus ſit, quod qui per ſex menſes ab obtento beneficio vel quamlibet eorum partem officium non dixerit, ſolum teneatur ad reſtitutionem pro rata. Elapſo vero ſemeſtri, ſi poſt admonitionem in quindecim diebus non bis orauerit, beneficio priuetur. Itaque primum ſemeſtre non datur tanquam induciæ, vt clericus non crans nulli ſubiaceat pœnæ, eſſet enim omni rationi diſſonum, ſed, vt non priuetur. Et hoc pacto verba ſunt intelligibilia, alioqui minime. Colligitur ergo ex hoc Concilio, quod quæcunque horarum miſſio cum primum quis habet beneficium, eum ad reſtitutionem obliget, immo ſi rigorem verborum ſpectes, quamuis vnam duntaxat horam prætermittat, reſtituere compellatur. Porro autem hic cenſendi rigor, nimium ius apparet, eo vel maxime quod etſi præcipuum clerici officium ſit horarum penſum, nihilominus beneficium pro alijs etiam officijs tribuitur, & ideo ratio non exigit vt vſque ad huiuſmodi minutias fiat reſtitutio. Neque ius diuinum ad id cogit, neque ſynodus credenda eſt tam diſtrictio rigore ſua protuliſſe verba. Igitur quo rem ſummatim comprehendamus, concilium, ſaltem hoc capitulum nondum plene, quod ſciam, vſu & more receptum eſt. Fuit enim Synodus illa nimium prolixa, & aliqua continens, quæ non erant tanti momenti. Quapropter ſalua illa auctoritate, quæ concilijs ſumma debetur, neſcio an ſit omnino neceſſarium ad rigorem ceſſionis huius omittentes, vnum aut duos dies, ad reſtitutionem obligare. Enimuero neque altera pars, nempe quod qui vltra ſemeſtre officium diuinum non ſoluerit, priuatione beneficij mulctetur in vſu (quod audierim)

Explanat Cõcilia mo do citatum.

Expẽdũtur verba Concil. Lateranenſ.

Concil. Lateranẽſe more & vſu receptũ non eſt quo ad reſtitõnẽ, fructuũ beneficij pro rata omiſſiõis officij diuini.

rim) vſpiam eſt. Neq. admonitio illa, quæ illic fieri iubetur, fieri conſueuit. Haud enim eſt ipſo facto priuatus, vt de illo ſupra diximus, qui in animo non gerit ad ſacerdotium promoueri, aut non intra annum promouetur, ſed, ſi concilium ſeruaretur, eſſet priuandus. Quod ergo conſilium egomet mihi ex his colligerem, eſt pro vno aut duobus diebus nemini reſtitutionis ſcrupulum inicere, quamuis peccatum ſit mortale, ſaltem eos, qui relaxationibus cruciatæ Bullæ gaudent. quibus ad horis male penſis abſolutio continetur ſatis crediderim eſſe tutos, quamuis eiuſmodi paruas negligentias commiſerint. Quando vero orandi omiſſio vlterius procedit, tunc compoſitio cum ſummo Pontifice, aut eius legato locum haberet. Id quod propter auctoritatem Concilij dixerim. Nam quando iuri diuino, cum epiſcopo fieri poſſet. Enimuero huiuſmodi reſtitutiones, ſi idem diuinum naturaleque ius, immo ſi pontificium priſcum conſulas, eccleſiarum fabricis adiudicandæ eſſent, aut impios vſus inſumendæ. Etenim cum decimarum ſtipendia res ſint propriæ ipſarum eccleſiarum, miniſtri qui non ſeruirent, eiſdem ipſis deberent reſtitutionē. Quin verò idem Lateran concilium eiſdē eccleſijs aut pauperibus fieri iubet. Attamen, iam nunc temporis, vt alias diximus ſummi Pontifices ſuis vſibus neceſſarias eſſe ducunt, & ideo cum illis de reſtitutione paciſcitur. Poſtremum denique dubium huc pertinens, ſupereſt de illis, qui eccleſijs famulari tenentur, non tamen pro dignitate ſatis inſeruiunt, nempe de canonicis qui in intrando chorū, indeque exeundo, conſtitutum ſignam punctim obſeruant, videlicet, vt neque ante ingrediantur neque poſt permaneant, vtrum ad reſtitutionem pariter teneantur; Petrus nāque de Palud in quarta diſtinct 15. quæſt. quinta, iſtorum conſcientias flagellat, dicens, quod ſi reſiduum temporis negotijs eccleſiæ impendunt, bene quidem, qui autem otioſe & ſine bona cauſſa ſponte abeſt, nō eſt tutus, etſi eccleſiæ ſtatutum aut conſuetudo eum excuſet. Quoniam tale ſtatutum irrationabile erit, quod ideo cōſcientias ſedare non ſufficit maxime in anniuerſarijs eo quod qui ſua bona ſub tali vinculo eccleſijs legarunt, non ea cenſentur canonicorum ſtatutis, niſi rationabilibus, ſubdidiſſe. Nihilominus contra eiuſmodi ſcrupulum ſubijcitur quinta cō cluſio. Vbi non eſt manifeſta ſtatuti peruerſitas quicunque choro iuxta tenorem inſtitutionum ſuæ eccleſiæ inſeruiens bona fide & conſcientia fructus facit, neque ad illam tenentur reſtitutionem. Concluſio eſt per ſe liquida, nam poſtquam totū collegium more, & vſu legem condidit niſi manifeſtarie prauitatem, & corruptelam præſeferat, nemo eiuſdem ſocietatis, tenetur amplius de legis ratione diſcutere, ſed eam ſeruando ſatisfaciet.

Quartum denique ac poſtremum caput reſtitutionis bonorum eccleſiaſticorum ab aliquibus, vt ſupra diximus, conſtituitur, ſi clericus moribus & vita non ſit ille, quem eſſe decet. Quam quidem opinionem Adrian. Amplexari videtur in illa ſupra citata quæſtione de reſtitutione, vbi ait, quod clericus perdite viuens, & Deum continuo prauis moribus ſtimulans, aut officium debitum prætermittēs, tenetur reſtituere quidquid de fructibus eccleſiaſticis expenderit Cuius argumen. ſupra in fronte quæſtio. tertia, ſed collocauimus. Opin. tamen hæc eſſe non poteſt niſi quorumpiam forſan Iuriſconſultorum qui ex ſancto potius zelo quam conſulta ratione philoſophantur. Nam Alexandr. Halenſis, tertia parte, quæſt. 36. cui Adrian illam inſcribit, non loquitur niſi de eo qui eccleſiæ non ſeruit, de quo ait, quod ſicut conductus agricola non laborans non eſt mercede dignus, ita neque clerici non ſeruientes.

Contra illam ergo opinionem ſubnectitur ſexta concluſio, quamuis clerici ratione ſui ſtatus moribus inter ſeculares effulgere debeant, atque adeo tanto præſtantius, quanto quiſque altiori inſignitur dignitate, tamen ſola vitæ corruptio eos ad reſtitutionem non obligat, nam eius ſtipendia minime ei ſub tali conditione, conferuntur, ſed vt eccleſiæ ſeruiat. Tenetur enim etiam, & reges & quicunque publici magiſtratus morum integritate præpollere, tamen quis dicat ſub tali pacto eos ſtipendia ſuſcipere? Adde, quod ſi ulla eſſet in tali opinione probabilitas, laqueum hominum conſcientijs inijcere, nam in tanta multitudine clericorū immuneri ſunt qui in dies lethaliter delinquunt. Et quod res manifeſte

Cōſiliū auctoris cōtra proximam dubitationem.

Poſtremū dubium.

Petrus Palud.

Quinta concluſio.

Quartū caput reſtitutionis bonorū eccleſiaſticorum. Adrian.

Alexan. Halenſis.

Sexta cōcluſio cōtra receptā opinionem

feſte demonſtrat eccleſia præſcribens crimina, nempe ſimoniæ, homicidij, aliaque id genus, de quibus clerici ſuis præbendis expoliantur, manifeſte animum ſuum patefacit, non eſſe ab reliquorum quopiam ſuo ſacerdotio priuare. Ex dictis ergo colligitur reſponſio quæſt. quæ neque omnino eſt affirmatiua, neque omnino negatiua, ſed media. Primo ergo argumento ex cap. licet, & quoniam lib. ſexto compoſito, ſuas conceſſimus concluſiones, quę fuerunt nobis. primo & ſecundo. Tertio vero id quod probare non tendebat, in ſexta negauimus, atque adeo eiſdem argum. ſatisfactum eſt.

Rō pro concluſione.

ARTICVLVS VII.

Vtrum religioſi creati epiſcopi ad obſeruantias regulares teneantur.

S. Tho. 2. 2. quæſt. 185. art. 8.

QVoniam in ſuperioribus quæſtionem D. Thom. 185. de epiſcoporum ſtatu tractare aggreſſi ſumus, ſed tamen meditatio canonicarum horarum, quam altera de clericorum bonis nobis obtulit, pauliſper nos diuertere, licet non abs re, compulit, operæpretium duximus ad poſtremum eiuſdem quæſtionis articulum quem miſſum feceramus, reuerti, vt decimum hunc lib. qui præcipue de epiſcopis inſtitutus eſt, conſideratio monachorum, qui epiſcopali dignitate fulgent, concludit. Arguitur ergo qui eiuſmodi religioſi in epiſcopos promoti ad obſeruantias regulares non tenentur. Habetur enim cano ſtatutum decima octaua quæſtione prima, quod monachum electio canonica a iugo regulæ monaſticæ profeſſionis abſoluit, & ſacra ordinatio de monacho epiſcopum facit, obſeruantiæ autem regulares ſubiugo monaſticæ inſtitutionis continentur, ergo illi qui epiſcopi creantur, ab illis eximuntur. Secundo argumento. Ille, qui ab inferiori ad altiorē gradum aſſumitur, videtur a vinculis inferioris abſolui, eo quod homo non poteſt tot ſarcinis eſſe onuſtus. Quemadmodum, qui monaſticam profitentur vitam, ab omnibus votis religantur, quibus erāt in ſeculo obligati ſtatus autem epiſcopalis ſublimior eſt monachali, ergo religioſus illuc promotus, ab omnibus canonicis inſtitutis liberatur.

Primū argum. Argu. 2.

Tertio, inſolubiliores monachorum nexus ſunt obedientiæ & paupertatis, epiſcopus autem ab obedientia ſuorum prælatorum fit exemptus, & quod ab altero etiam paupertatis funiculo enodetur, apparet ſentire præfactus can. vbi ait eiuſmodi monachum creatum epiſcopum legitime poſſe paternam hæreditatem adire. Adde quod etiam illis conceditur teſtamēta conficere, ergo & ab alijs etiam obſeruantijs liberantur. In contrarium videtur facere can. Inno. de monach, 16. q. 1. quo ait. De monachis, qui diu immorantes in monaſterijs poſtea ad clericatus ordines peruenerint, ſtatuimus non debere eius a priuri propoſito diſcedere.

Argu. 3.

Sententia D. Thom. de hac quæſt. tribus concluſio continetur. Prima. Ad eas religionis obſeruantias quæ pōtificię functioni nullo eſſe poſſunt impedimento, immo eſſe poſſunt adiutorio, perinde tenetur monachus ſedens epiſcopalem adeptus, atque dum erat in clauſtro. Huius generis, ſunt continētia, paupertas, atque adeo religionis veſtitus, qui eſt eiuſdem obligationis vnum. Secunda concluſio. Si quæ vero inter regulares obſeruantias exiſtunt, quæ pontificis adminiſtratione obſtaculo eſſe poſſunt, ab illorum iugo eximitur, per epiſcopatum religioſus. Cuiuſmodi ſunt ſolitudo, ſilentium graueſque abſtinentiæ atque vigiliæ, quæ corpus debilitando, poſſent epiſcopum ſuo muneri ineptum reddere. Ambas has ſimul concluſiones hac ratione commonſtrat. Cum vterque locus, tam religionis ſcilicet, quā epiſcoporum, ſit ſtatus perfectionis, hoc tamen differunt, quod ſtatus religionis viam ad perfectionem ſternit tanquam eius diſcipulatus, ſtatus autem epiſcoporum eſt ceu perfectionis magiſterium diſpoſitio autem ad aliquam formam per illius perfectionem non ceſſat, niſi quatenus eius fuerit impedimentum, vt lectio ac meditatio diſcipuli ceſſare non debet, dum fit magiſter, imo hoc impenſius facere debet. Non tamen amplius debet audire, ſed docere, quia illud huius impedimētum. Pari ergo modo illæ obſeruantiæ reli. quæ functioni epiſcop. non obſtant, in mo-

Prima concluſ.

Secūda concluſ.

Rō vtri uſq. con cluſion.

monacho epiſcopo non ceſſant, ſed illæ prorſus quæ obſtant.

Tertia conclu. Tertia concluſio. Aliarum obſeruantiarum à quibus non abſoluitur, poteſt eiuſmodi epiſcopo diſpenſatione nonnunquã per ſuam auctoritatem vti, ſicut in religione id poterat auctoritate prælati. Hæc D. Thom. quæ quidem aliquando indigent maiori amplificatione. Et primum omnium iuxta numerum concluſio. tria deno

Tria operum genera in religioſo. tat in religioſo operum genera, quæ in eius aſſumptione ad epiſcoporum ordinem ſunt meditanda quædam ſcilicet quæ non ſolum non obſtant, ſed & conferunt, vt caſtitas & paupertas atque obedientia, quam non reliquit, ſed mutat, vt qui præfecto religionis obediebat, deinde obtemperet Papæ. Quæddam vero ſunt manifeſte repugnantia, vt ſolitudo, & ſilentium, & immodicæ abſtinentiæ. Aliæ vero medij generis, quæ ſcilicet non ſemper obſtant ſed aliquando, vt ſi dicas reliqua moderata ieiunia, & lanis ad cutem indui, in ipſisque dormire. Ad illa ergo primi generis ait teneri epiſcopum monachum, ad alia vero ſecundi, ipſo iure abſolui, ſed in reliquis, licet nõ prorſus ab illis abſoluatur, poſſe tamen ſecundum quod expedierit, diſpenſare. De ſingulis ergo nonnihil ſeſe offert dubietatis. Primum enim membrum trinum includit votum ſcilicet caſtitatis, obedientiæ, & paupertatis. De primo nullatenus dubitatur quin monachus illi maneat adſtrictus, non ſolum ſacerdotum lege, verum & religionis. Quare licet cum alijs epiſcopis, vt lib. 8. explicuimus, diſpenſare eccleſia poſſet ſuper continentia, non tamen cum epiſcopis monachis. Neque de ſecundo vlla eſt ambiguitas. Nam ſicut dum religioſus in generalem magiſtrum aut miniſtrũ ordinis aſſumitur, non obſtante obedientiæ voto, ſoli Papæ manet ſubiectus, ſic monacho accidit dum fit epiſcopus. Non inquam deſerit, ſed mutat obedientiam. De voto autem paupertatis reſtat ſane dubiũ nec ſolutu facile.

Dubitatio. Primum enim ſanctus Thom. in hac. 2. 2. tum quæſt. 88. ad quartum argumentum, tum hic clariſſime defendit monachum factum epiſcopum nullatenus à voto paupertatis abſolui. Nam & in prima concluſione exemplum ponit continentiæ & paupertatis. Et in ſolutione teſtijait religioſum epiſcopum non poſſe habere proprium. Et ratio apparet plana, nam vt libr. 8. dictum eſt, votum religionis eſt indiſpenſabile, quod tria includit vota. In contrarium autem eſt argumentum quod illic inſinuauimus & hic apertius vim ſuam demõſtrabit. In epiſcopo, vt ſupra dictum eſt, duo conſiderantur bonorum genera nempe ſecularium & eccleſiaſticorum. Omiſſis ergo modo ſecularibus, & eccleſiaſticis arguitur, Reliqui epiſcopi ex ſeculari clero aſſumpti poſt factam portionum diuiſionem dominium habent ſuæ, vt quæſtione 4. multis modis confirmabamus, epiſcopis autem ex religionibus euocatis eadem prorſus ratione & modo adiudicatur ſua portio ſicuti & alijs qui ex reliquo clero eliguntur, ergo perinde eiuſdem portionis dominium habent atque reliqui. Fateor equidem ad hoc argumentum me reſpondere neſcire, quoniam neutram præmiſſarum video quomodo negare valeã. Nam quod eodem modo omnes fiant epiſcopi dubitari non poteſt. Neque vero D. Thom. quantum ad hęc bona eccleſiaſtica aliam paupertatem tribuit religioſis epiſcopis, quam reliquis. Immo art. 6. præſentis q. vbi conſtituit epiſcopum non teneri ad paupertatem cum ſecundo loco argumentatus eſſe, quod Apoſtoli fuerunt pauperes reſpondet ad illam paupertatem nõ teneri epiſcopum. Idque confirmat exemplo Athanaſij, Ambro. Auguſ. qui fuerunt vna & monachi & epiſcopi vbi palam oſtẽdit monachos epiſcopos perinde poſſidere eccleſiaſtica bona ac reliquos ſeculares. Cum ergo idem Doctor ſanctus art. ſtatim 7. dixerit quod de his quę vſui epiſcopi deputata ſunt, eadem eſſe videtur ratio quæ de proprijs bonis, profecto id monachis epiſcopis non denegat. Atquoniam ſemper habuit oculum ad illud tempus quo clerici in communi viuebant, propterea ſimpliciter ait monachum factum epiſcopum non abſolui à paupertatis voto. Dicendum ergo ſub peritiorum cenſura, quod ſicut obedientia monachi dum ſit epiſcopus, ſi mutatur vt ſoli ſit Papæ ſubditus ita & eius mutatur paupertas, vt decimarum portio reliquaq; epiſcopalia bona illi ſicuti & reliquis epiſcopis adiudicentur nimirum vt & ipſe ſuſtentetur. & ſingulari miſericordiæ præcepto, quod præ alijs epiſco

Argum.

Soluti.

epiſcopis religioſos ligat, ſubſidio ſit pauperibus. Quãtum ad aliud vero bonorum genus, ſcilicet ſecularium, dubitari non poteſt, quin etiam paupertatis votum quadamtenus ei mutetur, vt patet ex can. ſtatutum. 18. q. 1. vbi monachus qui in monachatus hæres paternus eſſe non poterat, idoneus declaratur eidem adeundæ hæreditati, qua vtique poteſt ſuperſtite vita perfrui. Et in cauſſam adducitur, quod ipſum electio canonica à iugo regulæ monaſticæ religionis abſoluit, & ſacra ordinatio de monacho epiſcopum fecit, quin vero, ſi vſum qui iam receptiſſimus eſt, conſulas, Papacum epiſcopis monachis nonnunquam diſpenſat, vt ſecularia bona emant, quæ poſtea quibus volunt, relinquant. Qui quidem mos ſi legitimus eſt, profecto oſtẽdit noneſſe tam indiſpenſabile paupertatis votum, quam continentiæ aut obedientiæ. Circa. 2. autem obſeruantiarum genus ſcilicet illorum à quibus monachus eo ipſo quo fit epiſcopus abſoluitur, adnotauit hic Caieta. non ſolum illas comprehendi, quæ manifeſte epiſcopali functioni aduerſantur, vt ſilentium & ſolitudo, verum & quæ ciuſmodi dignirati, diſſonant, aut congruẽtia non ſunt, quod quidem conceſſu facile eſt, ſed tamen exempla, quæ ſubdit, neſcio an ſint adeo congruentis. Ait enim quod abſoluitur à ceremonijs habẽdi ſocium ordinis, bibendi ſedendo, cum duabus manibus, & benedictione & ſimilibus Attamen licet forſan ita ſit, propterea quod res ſunt parui momenti. non tamen propter cauſſam, quam ipſe affert, videlicet quia epiſcopum illa non decent. Immo vero cum talis epiſcopus habitum religionis exuere non debeat, niſi ſummus fiat Põtifex, adeo huiuſmodi monachales ceremoniæ ipſum nõ dedecent, vt eius habitum decorent. In Italia, quidem, vbi monachi ad quemcunque pauperem epiſcopatum aſſumantur, habitum vel prorſum abijciunt, vel alia figura incruſtant, omnes monaſticas ceremonias cum illo deponunt, quia Itali non dignatur epiſcopos in habitu monachali videre, quæ quidem peſtis ad alias iam nationes inſerpſit. Et inde Caiet. iudicium ſumpſit. tametſi non pro ſe, qui etiam Cardinales cum habitu monachali ſemper religioſiſſime vixit. Igitur quod epiſcopus religioſius ſocium ſui ordinis, qui auctoritate vigeat, ſibi adiungat, & ceremonijs quibuſcunq; religionis, ac religioſorum idiomate vtatur, adeo non eſt indecens, vt q contra faciunt oculos prudentium ſecularium offendant. De tertio vero ceremoniarum ordine à quibus S. Thom. ait religioſum non abſolui, licet ſuper ipſis ſecum poſſit diſpenſare, qualia ſunt lineis non vti, regularia ordinis ieiunia ſeruare, etſi ſit ordinis noſtri vel Carthuſienſium, eſu carnium abſtinere, dubium eſt, idemque impræſentiarum præcipuum, quo vinculo religioſi epiſcopi ad horum obſeruantias teneantur, vtrum ſcilicet legali debito, an ſolum morali. Legale enim debitum eſt, quando quis lege per vim coactiuam tenetur, ita vt qui contra fecerit, legis pœnis obligetur. Vinculum autem morale eſt, quando quis ſola ui directiua legis obligatur, non autem pœnis ſubditur. Exemplum eſt in principe qui non tenetur vi coactiua, ſed directiua. Et quod monachus teneatur vtraque vi legis, videtur hic D. Thom. ſentire, dicens quod in iſtis poteſt tantum ſecum diſpenſare. vbi inſinuare videtur, q; perinde obligatur atque qñ erat in clauſtro. Nihilominus placet mihi Caietani ſententia, quam impræſentiarum protulit, ſed expreſſius in ſingulari Opuſculo, quod de hac re intitulauit, nempe in libello viginti vnius queſtionum qu. 19. Sententia vero eſt, quod non tenetur ex debito legis, ſed ex morum honeſtate, tum quia id ſignificatur can. citato ſtatutam illis verbis eſt. A iugo regulæ monaſticæ & religionis abſoluitur, & de monacho fit epiſcopus iugum enim vim coactiuam deſignat. Item poſtquam eximitur a ſubiectione prælatorum ordinis, quia nullatenus niſi per Papam puniri poteſt, indicium eſt, quod neq; pœnis regularium ſtatutorũ ſubiaceat. Quod autẽ xx debito morali & de honeſtare teneantur, patet, nam poſtquam monachatum profeſſus eſt, qui perfectionis eſt diſciplina condecens eſt, vt magiſter perfectionis factus eã dem ſeruet diſciplinam, nam licet non per vim coactiuam libere tamen, quemadmodum diſcipulus licet factus doctor ferulæ metu aliiſque coactionibus quibus ad ſtudium compellebatur, libereiur debet nihilominus ſua ſponte eiſdem ſtudijs incumbere. Neque eſt ineptum exemplum, quod

Caieta.

Nõ probatur Caieta.

Dubiũ.

Solutio.

quod a naturalibus ſumitur. Quandiu enim calor in ligno ad formam ignis diſponit, vi quadam coactiua agentis retinetur, aduenientе, autem ſubſtantiali forma, fit naturalis, atque adeo ſuapte ſponte, in igne permanet. Ex quo fit, vt debitum morale religioſo epiſcopo, propterea quod de religione aſſumptus eſt, maius ſit, quã in epiſcopo ſeculari. Sequitur nihilominus ſecundo, quod religioſus factus epiſcopus quamuis feriis ſextis peculiari inſtituto religionis: etiam ſi ſub reatu mortali obliget, vt in ordine diui Franciſci obligari fertur, factus epiſcopus poteſt in die Natalis Domini, ſi illa feria occurrerit, carnibus veſci & ieiunium frangere. Oppoſitum dicit in præſentiarum Caiet. ſed in Opuſculo cordatius mutauit ſententiam. Nam cap. explicari. extra de obſerua. ieiuni. vbi cunctis Chriſtianis illud priuilegium indultum eſt, non excipiuntur, niſi qui ex voto aut ex regulari obſeruantia ieiunare adſtricti ſunt. Et intelligitur ex regularis obſeruantiæ legali debito, qđ non manet in epiſcopo niſi morale. Neque votum abſtinentiæ fecit ſingulare, niſi vouendo religionem. Igitur S. Thom. hoc pacto intelligendus eſt ſenſiſſe monachum epiſcopum non obſolui a dictis obſeruantijs, ſcilicet quantum ad morale debitum. Sed contra: ergo neque ad caſtitatem tenetur ſub reatu mortalis criminis: quia debitum morale non videtur ſub tali reatu obligare. Negatur conſequentia, quoniam votum caſtitatis expreſſe fecit: virtute cuius, etiam ſi eſſet vis coactiua obſeruantiæ regularis, obligat. Cætera vero non nouit formaliter niſi vouendo religionem, cuius vis ceſſat in illo, quo ad legale debitum. Verum eſt tamen, quod pœnis quæ in religione decretæ ſunt trãſgreſſoribus ttium votorum eſſentialium non mater ſubiectus.

Primũ corrolarium.

Secũdũ.

Arg. 2.

Sed vtrum illud morale debitum, plus obliget epiſcopum religionis diuus Franciſci, quam noſtri ordinis, eo quod ipſe ad aliquas obſeruantias tenetur ſub culpa mortali, nos vero ad nullas. Et princeps quamuis non teneatur de coactiua, tenetur tamen forte aliquibus ſuis legibus ſub reatu mortali.

Reſpondetur, quod ſi vera eſt hæc opinio, epiſcopi Diui Franciſci non magis quam noſtri obligantur, quia æqualiter abſoluuntur a legali debito. Quare de hoc nonnulla eſt in principe differentia, quia licet non cogatur, lege tamen illa durante, ſi ad ſe pertinet, tenetur illa. Debent autem religioſi vt in adeundis epiſcopatibus multo eſſe cunctatiores, quam ſeculares, ita & in abminiſtrandis longiſſime vigilantiores. Qui enim ſeſe in clauſtra, mundo vale dicentes, abdiderunt, non debent ſicuti vxor Loth retro, hoc eſt, ad ſeculares ſplendores reſpicere. Nam præter Dei offenſam ſeculari populo ſcandalo ſunt ac ſubinde vilipendio & ludibrio, niſi palam conſtet tum renitentes vi fuiſſe a ſuis clauſtris extractos, tum eccleſijs cum omni timore Dei famulari, alijſque abſtinere pompis quæ non fuerint ad ornamentum ſuæ dignitatis neceſſariæ.

Primum igitur argumentum in capite quæſtionis eſt canon. ſtatutum. obiectũ, iam ſua declaratione ſolutum eſt.

Ad primũ arg.

Ad ſecundum reſpondet Diui Thom. quod vota in ſeculo facta non ex eo præcisè per profeſſionem religionis diſſoluuntur, quod ſit aſcenſus ab inferiori ad ſuperius, ſed quod illa habent ſe ad religionem ſicut particulare ad vniuerſale, puta ſicut ille qui partem ſui Deo obtulit ad illum qui ſe offert totum. Pars autem includitur, vt in toto, & ideo aduenięte toto ſuperfluit. Aſcenſus autem a religione ad epiſcopatum, eſt ſicut a diſpoſitione ad perfectionem, diſpoſitio autem non ceſſat aduenięte perfectione. Intellige, vt diximus, quantum ad debitum morale ſicuti calor diſponens ad ignem permanet in illo.

Ad ſecũdũ arg.

Ad tertium autem quantum ad id de obedientia iam reſponſum eſt, quod non relinquitur, ſed mutatur, & pariter quantum ad paupertatem. Reſtat nihilominus dubium quod D. Thomas illic inſinuat circa illud capit. ſtatutum, de hæreditate paterna quam monachus epiſcopus acquirit cuinam poſt eius mortem obueniat, monaſterione, an epiſcopali eccleſiæ? Verba quippe capituli obſcura ſum, nihil.n. aliud explicant, niſi quod quæ monachus acquiſierat, miniſterio reliquat, quæ vero factus epiſcopus acquiſierit, ad altare ad quod ſanctificatus eſt reſtituat. Senſus

Ad tertiũ arg. Dubiũ.

Solutio.

ſus ergo iſtorum verborum eſt quem vſus declarat, nempe quod quæ acquiſierat in ſeculo, relinquat monaſterio, quod autẽ epiſcopus factus adiecit, relinquat epiſcopali eccleſia. Bona vero religioſorum, qui titulares epiſcopi fiunt, quia ſedem non habent licet acquiſita eis ſint epiſcopatu, monaſterijs obueniunt. Teſtamenta autem condere manifeſtum eſt non poſſe ſine Papæ diſpenſatione. Et tunc ait D. Th. ſic epiſcopus religioſus eſt, non ſibi concedi vt tanquam de proprio teſtamentum faciat, ſed quia Papa eius ampliat facultatem diſpenſandi ſua bona, vt eadem facultas duret poſt mortem. Aut vero poſtquã ita libere diſpenſatur cum illo atque cum alijs epiſcopis parũ refert quomodo fiat.

Epiſcopus religioſus teſtamẽtum cõdere nõ pót abſque facultate Papæ Epilogus,

Ecce Opus decem Librorum, quod de iuſtitia & iure polliciti ſumus: & in Quæſtiones ſeptuaginta ſex, Articulos vero duocentos octuaginta & octo partiti ſumus, per varia ac lubrica, perque ardua ac difficilia rerum genera aſpirante diuino flamine, ad optatum portum perductum eſt Anno Chriſtianæ ſalutis Milleſimo quingẽteſimo quinquageſimo quarto. In quo ſi quid per inſciti am noſtram & ignorantiam, aut certe per negligentiam & oſcitãtiam a nobis peccatum eſt (nam ſtudio per Dei miſericordiam certus ſum neutiquam deliquiſſe) Deus ipſe miſericordiarum ignoſcat. Si quid vero præſtitimus quod in rem Chriſtianæ familiæ eſſe poſſit, eidem ſoli Deo acceptum referendum eſt. Cui laus ſit & perennis gloria per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

Decem Librorum de Iuſtitia & iure, Finis.

